Vitus eruditissimus [illegible] Ramiresius [illegible]
Vocat [illegible] lib. 3. [illegible] de [illegible]
Ramirezius seu Ramirezius appellat in [illegible]
[illegible] nomine, non [illegible] doctissimus [illegible]

# CODEX
# THEODOSIANVS
## IACOBI
## GOTHOFREDI
In Sex Tomos Diuiſus.

[illegible] Vocat [illegible] Sen [illegible] appellat in [illegible] Nomine [illegible]

# CODEX THEODOSIANVS IACOBI GOTHOFREDI

In Sex Tomos Diuiſus.

## *IN HOC TOMO*
### *Libri quinque continentur.*

LIBRO PRIMO agitur de Iuris ſpeciebus & de Magiſtratuum officio, eorum Adſeſſoribus & Domeſticis.

LIBRO SECVNDO agitur de Iuriſdictione, Iudiciis, Præparatoriis iudiciorum, de Reſtitutionibus in integrum, de Iudiciis, de Actionibus ſuper dominio vniuerſali & ſingulari.

LIBRO TERTIO agitur de Emptione Venditione, de Nuptiis, de Tutelis.

LIBRO QVARTO agitur de Succeſſionibus, Prætoriis & Teſtamentariis, de Litigioſis, de Status cauſis, de Publicanis & vectigalibus, de Præſcriptionibus, de Re iudicata, de Ceſſione bonorum, de Interdictis.

LIBRO QVINTO agitur de Succeſſionibus legitimis, de His quorum ſtatus mutatus eſt, de Conſuetudine.

n. 8386

# CODEX
# THEODOSIANVS
## CVM PERPETVIS COMMENTARIIS
## IACOBI GOTHOFREDI
Viri Senatorij & Iuriſconſulti huius ſæculi eximij.

PRÆMITTVNTVR CHRONOLOGIA ACCVRATIOR, Cum Chronico Hiſtorico, & Prolegomena:

*Subijciuntur Notitia Dignitatum, Proſopographia, Topographia, Index Rerum, & Gloſſarium Nomicum.*

## OPVS POSTHVMVM;
DIV IN FORO ET SCHOLA DESIDERATVM, recognitum & ordinatum ad vſum CODICIS IVSTINIANEI;

*OPERA ET STVDIO ANTONII MARVILLII ANTECESSORIS Primicerij in Vniuerſitate Valentina.*

## TOMVS PRIMVS.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2.ª C. 4.º N. 11.

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGVETAN, & MARCI-ANTONII RAVAVD.
M. DC. LXV.
Cum Privilegiis S. Cæs. Maieſt. & Regis Chriſtianiſſimi.

# REGI.

AVGVSTISSIMVM Majeſtatis tuæ nomen, REX CHRISTIANISSIME, huic Imperialium Conſtitutionum Codici, lege publicorum iudiciorum inſcribi debuit: quia ſine Principali auctoritate Leges promulgare nefas eſt, nec vllâ iuris firmitate præmuniri poſſunt; quæ cum ſacroſanctæ ſint, nemini alteri quàm ſacratiſſimo Principi decuit conſecrari: quo munere nihil maius è Iure ciuili depromi, neque conuenientius ſublimitati Regiæ exhiberi poteſt. Nam, vt priuatorum hominum conditionem hoc purpuræ tuæ ſplendore

procul ſubmoues; ita pro comperto eſt omnes retro Principes, qui factis illuſtribus cæteris præſtitere, animo tuo obuerſari. Et reuera, vnde aptiùs foris domíque regendæ Reipublicæ artes, quàm à Regum exemplis & eorum Legibus peti queunt? Priuatorum quiſque profeſſionis ſuæ capita & vertices cogitat: ab his documenta vitæ poſtulat: quis igitur alios regendi duces certiores & fideliores putet quàm Reges ipſoſmet? In hanc curam incubuiſſe Principum quoſdam accepimus, vt quæ rerum experimenta toto principatus ſui tempore cepiſſent, ea ſuis commendarent poſteris, & his virtutum inſtitutis ad ſummum imperandi faſtigium prouecti, aliorum conatus iuuarent. Sic adhuc in ore ſunt ſuauiſſima Divi Lvdovici progenitoris tui mandata: quibus cœlo iam proximus, filium hortabatur ad excolendas virtutes Chriſtianas & Regias. Extant, ad æternam magni illius Principis memoriam & regnandi typum, Leges aureæ conſignatæ ſcriptis, quas ſubductâ filij perſonâ poſteritati ſcriptas voluiſſe, nemo negabit. Hæc vna eſt via è multis, quam Principes ſuis ſucceſſoribus conſulturi muniendam credidere. Proximum huic illorum Principum ſtudium, qui ſuas & Deceſſorum leges moderandæ Reipublicæ, pro rerum neceſſitate latas, in vnum corpus redigi voluerunt: *Nulli retro Principum æternitate ſuâ detractâ, nullius latoris nomine ſuppreſſo:* quamuis inter ſe pugnarent. Nam pro diverſitate temporum noua genera vitiorum ſuppullulant, ſicut & morborum, quibus Leges ſunt remedia; ipſis nimiùm gliſcentibus, & iis ſanandis aptanda. Non tamen idem ſemper vtile, neque eâdem ratione malis occurrendum: Prudentiam hanc hi atque alij, pro arbitrio inſinuant. Hoc in numero eſt hic Theodoſij Iunioris Codex, ex quo Principes Principumque Conſtitutiones Maiestatem Tvam nunc coram adeunt: Principes, inquam, Chriſtiani, Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, earumdem Galliarum Principes, incolæ, indigenæ, fide pridem Chriſtianâ & in hoc Imperio Galliarum deceſſores. Primum locum obtinet Conſtantinus Magnus, qui in Gallia à Gallicanis Epiſcopis Chriſtianâ fide imbutus, venerandâ Chriſtianorum Religione muniuit Imperium, & Gallicani exercitus robore, ſuperatis Alpibus, Imperij inuaſorem Maxentium deuicit, Romam tyrannide liberauit. Obuij ſunt Conſtantius & Conſtans fratres, quorum ille Magnentium Galliarum tyrannum in monte Seleuco apud Delphinates, tertio prælio fudit, & è medio ſuſtulit; vltus mortem Conſtantis fratris in Galliis interfecti: quibuſque Lugdunenſis & Arelatenſis ciuitates ſedem præbuere. Non referam Iulianum, qui à Conſtantio patruo ad vindicandam Galliam miſſus, innumeris præliis Germanicas gentes trans Rhenum repulit & Lutetiæ ſedem in deliciis habuit. Adeſt & Va-

 lentinianus

lentinianus, cui cùm ſoli delatum eſſet Imperium, Valente fratre in Imperij conſortium adſcito, Occidentis Imperator factus, Galliarum aſſiduus inquilinus fuit; præcipuè in eâ vrbe vbi apud Gallicanos Epiſcopos ſe optimum fidei catholicæ aſſertorem probauit. Reuiuiſcit Gratianus, qui Ambianis accepto à Patre Imperio, plures vrbes & diu Pariſios incoluit, nec non vni inter Galliæ ciuitates præcipuas nomen dedit; & Lugduni perfidiâ Andragathij interiit. Accedit Valentinianus Iunior, qui fratre mortuo, Galliarum dominatum tenuit & tandem Viennæ obiit. Eminet inter eos Theodoſius Magnus, qui bis in Galliam profectus, Maximum tyrannum & Eugenij cum Arbogaſte in Galliis tyrannidem extinxit. Præfulgent Honorius & Valentinianus Galliarum Principes & Maiorianus, cui occidentis Imperatori Arelate ſedem præſtitit. Hi ſunt, REX AVGVSTISSIME, Principes Romani in Regno tuo deceſſores, quorum hoc Codice leges continentur. Sed & ipſæ ad præcipuam partem Galliarum moderandam latæ, & ad varios Gallorum magiſtratus miſſæ & in Gallicanis ſcriniis conſcriptæ. Cuius rei teſtes eſſe poſſunt Præfecti Prætorio Galliarum, Florentius, Vincentius, Theodorus, Viuentius; Vicarij, Præſides, & nominatim Lugdunenſis primæ, ad quos illæ Conſtitutiones inſcriptæ. Teſtes præterea Lutetia Pariſiorum, Lugdunum, Ambiani, Rhemi, Arelate, vbi Reſcripta à demorantibus in iis Impera-
peratoribus promulgata. Huc accedit frequens Regalium Francorum ſeu Lætorum nobiliſſimorum ſanguinis tui Principum in eo Codice memoria, pretioſa certè antiquitatis Gallo-Francicæ κειμήλια; quæ hîc eò colligo vt compertum ſit, quot quantáque Codex hic ad illuſtrandam Regni tui & maiorum hiſtoriam ſubſidia conferat, & eo nomine dignum Maieſtate Regia ſublimique apice munus cenſeri queat. Sed & mei putaui eſſe muneris tuo nomini inſcribere; quippe qui Legum publicis ſuggeſtibus addictus & tuis adſcriptus ſtipendiis, reſcripta illa prælegam ſubditis, quæ in procerum cœtibus, & primorum ordinum comitiis pronuntiantur. Verùm, vt Conſtantino M. cuius rectè imperandi characterem exprimis, *placuit præcipuam in omnibus iudiciis æquitatis eſſe rationem;* nonne totus Orbis audiit & ſuſpexit Te, Patre iuſtiſſimo & Matre auguſtiſſimâ in ſpem Europæ editum & eo menſe natum eſſe, quo diurna nocturnáque pari lege voluuntur naturæ ſpatia, cœlumque ipſum terris eſt æquiſſimum. Fauſtis itaque initiis datus es in lucem, ſortitus Imperij regimen ab incunabulis, inter armorum ſtrepitus & crebras paternarum victoriarum laureas educatus. Nondum primum ætatis luſtrum attigeras, cùm imperare cœpiſti: ita vt Regij vultus præſtantiâ demulceres ſubditos, nutu vrgeres milites, armis hoſtes arceres. Siquidem velut Hercules Gallicus adhuc
in

in cunis duos angues, id eſt inteſtina & externa bellorum monſtra eliſiſti: vt hydræ quæ infinitis capitibus ſuccreuiſſet, duplici ſceptro ſicut vnâ clauâ præluderes. Hinc omnes populi celebrârũt; Te non tantum Regni prærogatiuâ maiorem annis quatuordecim, Regem ſacrâ vnctione coronatum, ſed & conſilio, prudentiâ, generoſi animi magnitudine, cunctas nationes in admirationem noſtræ felicitatis adduxiſſe: Imò, quod diu expectati & ſupremi boni loco fuit, honeſtam & potiorem pacis conditionem, celebratis verè Regalibus nuptiis, pepigiſti: vt nobis non in tempeſtate, at in Regni tranquillitate & malaciâ Delphinus naſceretur, qui Regiam fundaret familiam & pacificam aſſereret. Nec ſatis fuit tam ſolemni edicto ad Rheni ripas Imperij fines recuperaſſe, vt Salicæ & Ripuariæ leges reſtaurarentur: verùm domi & in Luparâ ſecutus Conſtantini magni exemplum, perferri libellos ad Te iuſſiſti, vt oppreſſis ſubditis ſubuenires & publicis priuatíſque negotiis magnâ cauſæ cognitione remedium afferres. Cum Theodoſio & Valentiniano ſæpe dixiſti, *Boni Principis curam vel primam vel maximam eſſe, quietem prouincialium propitiâ ſollicitiùs mente tractare, quibus quantò plus fuerit humanitatis impenſum, tantò proniùs amor deuotionis incumbit:* necnon eorum exemplo Nauticis & Terreſtribus commodis tuos populos abundare prouidiſti iiſdem momentis, quibus tributorum ſarcinas molliuiſti.

Am-

Amplexus es pietatem Theodoſij magni, maximus in propagando Dei cultu: Altaria deſtructa cum Conſtantini magni filio curaſti reſtitui: Nec non in litterarum gratiam ipſi par Gratiano vel etiam maior, quod ille erga Auſonium præceptorem ſuum præſtiterat, ſuperaſti, dum tuum euexiſti ad Pariſienſes inſulas & ordinem Torquatorum: quæ iampridem gloria tuis deceſſoribus, Carolis, Ludouicis, Franciſcis, Henricis, æternam promeruit commendationem. Quos tamen viciſti, auctoritate exaſperati contra ſingulare certamen Edicti; quo calentem, pro priuatis odiis vindicandis tuæ Nobilitatis ſanguinem, qui ad publicas Regni cauſas in pretio eſt, conſeruaſti. At in tanto virtutum Regiarum decurſu penè omiſeram, Rex Invictissime, ad illorum Imperatorum annales, plurimos obſeruatos expeditionum celerrimos curſus ex Conſtitutionum ſubſcriptionibus, qui ſi conferantur cum iis quæ geſta ſunt Burdegalæ, Arauſione, Maſſiliæ, Dunkerkæ, Marſali, aliiſque locis, non eorum diligentiam adæquaſſe, ſed & ſuperaſſe omnes prædicabunt. Nec minora ſunt ea quæ pariter à Te poſt tot captas vrbes & effuſum hoſtium ſanguinem peracta ſunt: inter quæ vnum meminiſſe ſufficiat; eam Tibi fuiſſe mentem, illud conſilium vt diceres; Non oportere vrbes, quæ fiſci viribus capi poſſent, ſubditorum ſanguine infici, vel tot capitum periculis expugnari. O vocem præclaram & Chriſtianiſſimo

niſſimo Principe dignam, & quæ poſteris ac ſequentibus noſtris annalibus ſemper victuris conſignetur! Qui longè illuſtrioribus præconiis referent Te, pro auitis Regum Francorum titulis, Religionis Chriſtianæ, aduerſus huius nominis hoſtem infenſiſſimum, defenſionem ſuſcepiſſe: atque, vt exemplo fores Principibus reliquis, laboranti Germaniæ ſuppeditaſſe copias, quæ vincerent & famam Gallici nominis vltra Imperij fines præclaris facinoribus extenderent. Hinc Te nuper ſalutis ſuæ vindicem agnouit Germania, aſſertorémque Imperij officioſis litteris conteſtatus eſt Leopoldus, poſtquam tui immani ſtrage hoſtium, viam fecere victoriæ, & per aggeſtas cadauerum ſtrues virtuti Gallicæ trophæa nobiliſſima excitarunt. Nec mihi prætereunda ſunt pacis officia & conciliata Galliæ Roma; cùm magnificis vtrinque legationibus, arctiſſima, quæ ſemper interceſſit neceſſitudo, omnibus pacatis improuiſi casûs diſſidiis, more maiorum ſummâ fidelium Gallorum voluptate reſtaurata eſt. His igitur atque aliis penè innumeris Regiis factis & dictis, Rex Avgvstissime, cùm nobis verè à Deo datus ſis, vt alter eſſes Theodoſius, ſub cuius adminiſtratione Conſtitutiones hæ cum lucubrationibus locupletiſſimis ederentur, *Reſtat vnum de tua ſerenitate remedium, vt domi foriſque Reipublicæ præſidiis compoſitis*, eadem ipſius Theodoſij premens veſtigia, Imperatorum Romanorum Conſtitutiones in ordinem & conſonantiam, repetitâ prælectione redigi & emendari iubeas, in id vſurpatis Oratoris politici verbis libello Notitiæ Imperij ſubdito, de legum vel iuris confuſione purganda: *Vt confuſas, ſibique diſſidentes legum & Iuris* Francici *ſententias, improbitatis reiecto litigio, auguſtæ dignationis iudicio illumines*, adhibitis in hanc curam tot illuſtribus Comitibus Conſiſtorianis, & eruditiſſimis Anteceſſoribus, quibus Gallia etiamnùm abundat: vt tuum Imperium non tantùm fortitudine, ſed iuſtitiâ & legibus, cœteris nationibus præluceat. Quod, in tantâ Regni huius felicitate, ominatur

*MAIESTATIS TVÆ,*

Humillimus, addictiſſimus, fideliſſimuſque ſubditus & ſeruus

ANTONIVS MARVILLIVS.

ẽ *PRO*

## *PROSPER AQVITANICVS,*
*Priore libro Chronicorum.*

THEODOSIANVS Liber omnium legum legitimorum, (id eſt Chriſtianorum) Principum in vnum volumen collectorum editus.

## *ISIDORVS HISPALENSIS,*
*Originum lib. 5. c. 1.*

LEGES nouæ à Conſtantino Cæſare cœperunt & reliquis ſuccedentibus, erantque permixtæ & inordinatæ; poſtea Theodoſius minor A. ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani, Codicem factum Conſtitutionum à Conſtantini temporibus, ſub proprio cuiuſque Imperatoris titulo diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianum vocauit.

PRÆFA

# PRÆFATIO DE COMMENDATIONE CODICIS THEODOSIANI;

*Ac de eius ordinatione ad vſum* CODICIS IVSTINIANEI, *& de peritiâ Lucubrationum* D. IACOBI GOTHOFREDI *I.C. & V.Cl.* *Cum eius Elogio.*

PER ANT. MARVILLIVM I.C.

INTER vetuſtos Codices, quibus ius Ciuile augeri & locupletari potuit; hic ſane Theodoſianus Codex recenſeri debet; qui edi debuit cum omni acceſſione eruditionis, quâ opus abſolutiſſimum illuſtraretur, ne pretioſa res poſt decennium fermè à morte Auctoris ſummo damno inter tot præſentes puræ & genuinæ Iuriſprudentiæ amatores præſcriptioni ſubiaceret; quippe authoritate fideque præcipuus & vtilitate nobiliſſimus eſt. Quamuis enim quædam Iuriſconſultorum monumenta & ſcripta ad rerum actum; politicam artem & imperandi ſcientiam, ad vtramque hiſtoriam ſacram & profanam conducant & lucem ipſi Iuriſprudentiæ fœnerari poſſint: tamen cum iis defuerit authoritas, animus in iis ſuſpenſus manet & inter incerta fluctuans, aſſenſum ſuum cohibet; eò quòd non raró dubiæ fidei multa occurrunt, nonnulla contaminata fabulis, alia prauis & priuatis affectibus corrupta, quorum authores ad ſummum, loco teſtium eſſe poſſunt, non tamen omni exceptione maiorum. Sed dum agitur de publicis monumentis, quæ certam fidem & intemeratam obtinent atque inconcuſſam, longè alia ratio penſitanda eſt. In hoc cenſu pro Iure Ciuili fuere olim apud Romanos Acta populi & Senatus, Triumphalia vrbium, & Principum Annales, Faſti publici, Scrinia Imperatorum & Magiſtratuum, Regeſta ſcribarum, Libri Elephantini linteique, Tabulæ Capitolinæ, Æra ad æternitatem fixa, columnarum Tituli, veteres Inſcriptiones quibus continebantur fœdera; Leges, Plebiſcita, Senatuſconſulta, Edicta, Decreta,

& conſtitutiones Principum: & pro iure Canonico ſeu Eccleſiaſtico, Acta ſynodalia Canonum & Conciliorum, veteres Codices qui in Eccleſiis aſſeruari ſolebant, & Patrum definita & dogmata: Quorum ſanè, ſi ſingula vel minima à tenebris vindicentur, felices ſe homines vtriuſque iuris periti prædicent. Quanto maiore felicitatis in parte poni oporteat, ſi integer Codex ſeu liber Geſtorum & Actorum publicorum edatur, quo totius æui hiſtoria aut diſciplina ſeu politia contineatur? Quanto gaudio exilire iuris ſtudioſi, dum præ aliis libri Baſilici è Bibliotheca illuſtriſſimi Galliæ Cancellarij noſtris temporibus prodiere; quando doctiſſimus Cironius Compilationem Honorij III. Pontificis Max. pro iure Canonico abſolutam; non per lacinias euulgauit? At dolendum omnino, quando Ciuilia quæ extabant monumenta, interpolata ſunt & lacerata ab iis, qui ſua veteribus commiſcentes, fidem abrogant: vt vera à falſis vix diſcriminari queant. Quod priuati non tantùm auſi ſunt, verùm Principum quoque vſurpatâ authoritate, compendiariam eruditionis viam contigiſſe ſibi gratulantur & iis quos erudiendos habent & inſtituendos, abblandiuntur.

Illud malum Iuriſprudentiam Romanam, cœteris omiſſis ſcientiis & diſciplinis, maximè afflixit: Poſteaquam enim Iuſtiniano Imperatori viſum eſt, ſelectas veterum Principum, vnâ cum ſuis, Conſtitutiones vno Codice includere, decerptas veterum Iuriſconſultorum ſententias & opiniones vnum in Pandectarum ſeu Digeſtorum corpus, ad ſui æui vſum componere & vtrumque ad ſuum vbique ſenſum concinnare & accommodare, iam iſtam velut viuam & abſolutiſſimam iuris imaginem ſpectandam ſibi colendamque omnes fermè propoſuere: In Oriente primum, deinde in Occidente, vbi hi libri vulgari cœpti ſunt cum pleniſſimâ authoritate, peremptorio Imperatoris edicto, omnes obſecuti ſunt & vt numen quoddam, ea quaſi ſola quæ prolata vel proferri poſſent oracula, venerati ſunt; inſuper habitis, quæ vetuſtioribus libris continerentur; vetitúmque, ne eſſent qui antiquiora & authentica, cum his interpolatis & deprauatis commiſcerent, quamlibet certum eſſet, ea non inter ſe concinere: Additum etiam ne cuiquam fas eſſet, in foro leges alias laudare; iniecto litigantibus, Aduocatis, Iudicibuſque, qui ſecus feciſſent, ſinerentve, falſi crimine pœniſque ſeueriſſimis: poſt hanc certè ſanctionem nemo tam audax extitit, qui vetita in iudiciis recitare auderet; pauci etiam, qui ea quæ nunquam in vſu habituros ſeſe crederent, addiſcere vel ſectari ſuſciperent.

Non eſt abnuendum, Principis hoc inſtitutum tum fuiſſe tolerandum, ne ſe imperante, tot inter ſuperfluas, non neceſſarias, ſemiplenas ſeu imperfectas, & antiquatas; ſimiles & diſſidentes ſibi leges & conſtitutiones, quas omnes à Codice ſuo abeſſe voluit, Iudicum priuatorum animi incerto iure agerent. Quare διόρθωσιν ſeu emendationem, vt fieri ſolet, cum ius in immenſum excreuit & mole laborauit ſuâ, vel vſu mutatum eſt, publicè tum factam, nemo improbet: nam idipſum ſuperioribus etiam Principibus nonnullis in mentem venerat, atque id Theodoſius Iunior ipſe re perfecerat, ſimili etiam ſanctione additâ, *Nulli conceſſam eſſe licentiam ad forum & quotidianas aduocationes ius principale deferre vel litis inſtrumenta componere, niſi ex ſuo Codice*, falſi pariter notâ propoſitâ. Hæc inquam, omnino non improbabiliter ſuo æuo Iuſtinianus, qui temporibus ſuis legem quam vellet, dicere potuit





potuit. Verum probari minimè poteſt ſententia exiſtimantium, multis poſtea ſæculis eandem ſibi neceſſitatem impoſitam legemve dictam, vt ad alios priſci iuris commentarios & alia publica monumenta Reipublicæ vel Imperij Romani deflectere, curamque ſuam & induſtriam in foro vel in ſcholis eo conuertere integrum ſibi, non putent. Quæ opinio plurimorum animis reſedit & præiudicium fecit: quaſi verò, quod Principi illi tum placuit, in omne deinceps æuum proque æternâ lege apud omnes populos haberi oporteat; hodie potiſſimùm cùm Romani Imperij exigua veſtigia extant, dum populi etiam ij qui olim Imperio Romano ſuberant, ſuis & diuerſis longè legibus moribuſque reguntur; quaſi ipſæ illæ leges quas Iuſtinianus delegit vel interpolauit, vel etiam de nouo promulgauit, ad natiuum ſui intellectum, nulla extrinſecus ope indigere poſſent, in tam obſcurâ rerum verborumque illius æui caligine: poſtremùm, quaſi non & aliæ alibi alterius ſæculi vel Principis Conſtitutiones occurrant, quæ iis hodie moribus, alicubi vel aliquando in vſum reuocari vtiliter queant. Tot ſcilicet inſcitiæ illius ſeu erroris fontes ſunt, tot gradus; Eorum, inquam, qui ad Iuſtiniani leges tanquam ad ſcopulum adhæreſcendum putant; ſic vt ne ſuadela quidem, iis aliud perſuadere valeat; adeò, ne de more ſuo decedant, errorem ſuum omnimodo tuentur. Enimvero quod ad primum errorem attinet, conſtat veteres principes ceu perpetuo valituras atque in æternum victuras leges ſuas promulgaſſe atque ita etiam appellaſſe: quaſi æternitatem ſibi ſuiſque tribuiſſent. Sed enim eas velut δίκαιον ἀκίνητον, *Ius immotum & immortale* populis omnibus ſæculiſque fixas; quis eorum qui veram iuris ſiue diuini, ſiue humani & ciuilis vim animo complexi ſunt, imo quis ſani capitis exiſtimet? ea ſi quidem eſt, (quod notiſſimum) iuris ſiue quod à natura vel potius diuinâ prouidentiâ manauit, prærogatiua, vis, & poteſtas, vt non vni populo aut ætati adſtrictum; verum in omnes ætates omnibuſque gentibus ſcriptum, æternum & immutabile maneat &, vt aiebat Tertullianus, *irreformabile eſſe*: ſed iuris ciuilis, quod eſt poſitiuum, dos ea eſt propria, id ingenium, vt naturâ ſuâ mortale ſit & mutabile, inque annos dieſque mutari ſe, verſo rerum cardine, depoſcat. Vt pote cum id non φύσει verum θέσει & ex inſtituto, ius ſit in tempus plerumque latum, non perpetuæ vtilitatis gratiâ κατὰ τὸν καιρὸν ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες. Vnde *experimentis illuminantibus* vel *ipſo tempore bene conſulta verti, vel male decreta, meliore prudentiâ mutari neceſſe eſt*, quod palam faciunt vel tot pugnantes inter ſe, ſeque mutuo deſtruentes leges eorumque Principum ipſorum, vel Iuſtiniani ipſiuſmet, qui ſuas Conſtitutionum διορθώσεις edidere, vel ſub edicto perpetuo pendere voluerunt.

Iam, quod ſecundo errori opponendum eſt, fateri omnes neceſſe habent, cùm ad eas leges quæ à Iuſtiniano, ſiue latæ, ſiue interpolatæ ſunt, ventum eſt; aliis extrinſecus eas egere ſubſidiis, vt in bono lumine collocentur, atque à prauis interpretationibus, mox & applicationibus, quæ totum ius fœdarunt, vindicentur. Quod vtique haud aliter fieri fermè poteſt, quam in conſilium adhibitis iis ipſis, quæ Iuſtiniani authoritate, vel in totum reiectæ, vel ex parte tantum retentæ fuerunt: earum inter ſe quippe collatione, de Iuſtiniani primum ipſius mente iudicium fieri facilè poteſt: quid aut quo fine ab eo mutatum, additum, detractum fuerit: quis obſcurarum vel mutilatarum

latarum ſæpe Conſtitutionum ſenſus ſit; etiam ipſis legibus authenticis, vnde illæ tranſlatæ ſunt, inſpectis, & coaſſatis rurſum aliis, quæ inter ſe olim cohæſerant, vel denique aliis eodem & ad eundem finem ſpectantibus, collatis etiam ſemiplenis, ſimilibus, & contrariis.

Has verò vtilitates omnes, ſeu commoda egregiè præſtat Codici Iuſtinianeo nobiliſſimus hic omnium Codex Theodoſianus, & lucubrationes atque locupletiſſimi commentarij viri eruditiſſimi ſui ſæculi, interpretum facilè principis. Enimvero cùm mille fermè conſtitutiones ex eo in Iuſtinianeum tranſlatas numerare liceat: ſi quis eas cum iis, vt hoc Codice poſitæ ſunt, conferat vel componat, Deus bone, quot Triboniani facinora ibi admiſſa notare licet, quot vulnera impacta, quot arcana ad illarum legum intellectum depromere fas eſt! Nulla pene lex eſt de earum numero: vbi non ille ſecurim admouerit, Iuſtiniani præceptum ſecutus; Aientia ibi negantibus & retro mutata, conſtitutiones meliore ſui parte mutilatæ, vna lex in plures diſtracta & retro plures in vnam conflatæ.

*——— Lacerum crudeliter ora*
*Ora, manuſque ambas ———*

Vt de Deiphobo apud Virgilium. Rationes ſæpenumero vel argumentationes reſectæ, quas etiam vel legum nexus & integritas ſuggerebat, aliquando verborum decor omnis detractus; denique mutatæ paſſim inflexæque leges anteriores ad poſterioris iuris mentem, quod *in ipſis rerum argumentis obtinere vellet*, Eſt & vbi magna ſeſe τῶν ἀπεργαστῶν ἀβλεψία, & incogitantia quædam ſe prodit: dum neque integer legibus per eas ſæpe ſenſus conſtat, neque ſua conſtructio: tandem eſt, vbi notare licet, ne leges quidem ipſas ſatis eum aſſecutum videri, & ideo vel abdicaſſe, vel eas mutilaſſe: & poſt hæc omnia tamen Iuſtinianus eorum ipſorum principum ſeu Imperatorum titulos ſiue nomina legibus inſcribi & ita Conſtitutiones has in ſuum Codicem transferri voluit: quaſi ab initio ita ſcriptæ fuiſſent leges, etſi aliter fieret: Haud abſimili facinore quàm olim ſtatuarum capita mutari ſolita, Dio Chryſoſtomus narrabat, vt refertur in prolegomenis, niſi quod in eo ſaltem excuſabitur Iuſtinianus qui factum non negauit, imo palam profeſſus eſt. At meliore longè fide Theodoſius Iunior: qui ita vt ipſemet loquitur, *Nulli retro principum æternitatem ſuam detractam nulliuſque latoris occidere nomen: Contra manere perpetuò gloriam memoriamque conditorum & authorum* voluit, *vt ſolam breuitatis lucem in titulum ſuum deriuaret*, ideſt vt, aliis omiſſis, neceſſaria tantum ad locum ſeu titulum & materiam præuia, iiſdem tamen retentis, neque vllo infarto aut immutato, excerperet referretque. Coërcet diligentiſſimus Auctor manifeſtam Triboniani audaciam, qua fidem hiſtoricam totam conturbauit, dum ibi neſcitur liquidò, quid cuiuſque Principis ſit, quiſque & adeo cuiuſque iuris progreſſus, vel mutatio facta fuerit, ita vt ex hoc facto, hunc vel illum Principem Conſtitutionis alicuius authorem ſeu Conditorem ſecurus hodie vix laudare poſſit iuris peritiſſimus, quem Codex Iuſtinianeus præfert: Idem circa Magiſtratuum nomina, ad quos Conſtitutiones emiſſæ ſeu datæ ſunt, notat quædam aliquando à Triboniano legibus infarta, quæ ad illius Magiſtratus Iuriſdictionem,

vel



vel notionem non pertinebant; in ſubſcriptis conſulibus & annis adnimaduertit idem plagium, quia ſæpe inſcriptis Imperatoribus non congruunt: quæ quidem omnia è Codice Theodoſiano reſtituta atque emendata ab eo ſunt: rectè diſtinguit quando leges, quæ vel perſonales erant vel temporariæ, vel locales, ad certas perſonas, loca, temporave adſtrictæ, detractis circunſtantiis, tanquam generalia & catholica decreta proponantur: inuitâ ſæpe omni iuriſprudentiâ, quæ vt prudentia omnis alia, propè στοχαστικὴ eſt, ſeu pro occaſionibus negotiorum: quo fit, vt niſi eadem omnia facias, fallaces omnino ſint leges, haud aliter atque regula, ſi in aliquo retenta eſt, aut obſtipa prauaque, officium ſuum perdit. Et hæc quidem de conſtitutionibus è Codice Theodoſiano in Iuſtinianeum relatis, pro quibus quantam hic eximius interpres nauarit diligentiam & ſolertiam, comparatione habitâ ad aliorum interpretationem, ipſa lectio ſufficiet & potiſſimum Tomi 1. p.103.& to.4. p.69.

Nunc de omiſſis à Triboniano legibus, quæ in hoc Codice ſupplentur & explicantur, breuiter dicendum eſt: In quo ſane excuſabilior Iuſtinianus, quia id palam à ſe factum non diſſimulat. Hæ vero mille quadringentæ ferme abdicatæ, ſiue quia contrariæ, ſiue quia ſimiles, ſiue quia abrogatæ vel nullius amplius vſus & neglectæ, viderentur. Atqui & harum omnium vtilitas longè maxima eſſe poteſt. Quod ad contrarias enim ſibique inuicem derogantes vel nominatim abrogatas attinet, ea ſæpe exiſtunt tempora, quibus eæ quæ priùs cecidere, renaſci poſſunt: vt contra earum, quæ à Iuſtiniano latæ ſunt, non idem ſemper honos ſtare poteſt, viuaxque gratia: adde quod iuxta ſe poſitæ contrariæ magis eluceſcunt. Similes etiam ſuam habent vtilitatem; quandoquidem in ſingulis ferme ſpeciale quid, & ſingulare occurrit: Vnde collatis in vnum ſimilibus omnibus, integra ſeu abſoluta iuris conſtitutio omnibus circunſtantiis aſſumptis confici egregiè poteſt, quod ſi vel hæc abſint, ſimilia iuxta ſe poſita benè illuſtrantur. Quod attinet ad eas, quæ nullius auctoritatis vel inutiles eſſe dicuntur; ſemiplenarum etiam conſtitutionum vſus magnus ſæpe eſt: ex his quippe videre eſt quibuſnam gradibus, Principes paulatim ad plenum aſſecuti ſint, ſiue iuris, ſiue publicæ vtilitatis regulam & finem; quæ in deſuetudinem abiere. Quis dubitet eaſdem hodie, vt varia ſunt tempora, variæque rerum publicarum formæ, alicubi rectè ſæpe vſurpari poſſe pro reipublicæ ſtatu: etſi non in omnia tempora, non omnibus formis conueniant. Deinde ex inutilibus illis & neglectis, ad ea quæ in vſu ſunt, fortiſſima ſæpe argumenta & egregia exempla peti poſſunt; non minus ſaltem quàm ex eo omni iure quod licet in Codicem Iuſtinianeum relatum, hodie tamen obſoleuit, ad ſimilia argumentando rectè proceditur; quæ & præcipua nunc deciſionum iuris in tritura tribunalium materia eſt.

Hæc cùm ita ſint, quis ferat ampliùs ita obtrudi Iuſtinianeam iuriſprudentiam, ac nominatim Conſtitutiones in Codicem ipſius relatas in ſcholis paſſim atque in foro ita vſurpari, velut vnicam iuris ideam, eamque abſolutam modis omnibus perfectamq; & in omnibus æquiſſimam? Quis ferat Anteceſſores etiam hac luce clariſſimos ita ſentientes, diſertéque non niſi ex Iuſtinianeis libris iuris Romani cognitionem hauriri poſſe, imo cætera

 nullo

nullo loco habenda ? Quod ſanè alienum eſt à ſententiâ ſummi interpretis Iacobi Cujacij qui ad hunc Codicem, velut ad legum fontem recurrendum eſſe credidit, ſi de ſenſu vel lectione ipſa legis controuerſia eſſet; & nihili habendum eſt Amayæ Salmanticenſis Anteceſſoris in hac re iudicium, dum ait ſe ferre non poſſe eos qui pluris faciunt Theodoſiani Codicis lectionem quàm Iuſtinianei, qui in manibus verſatur : in quo ſibi temperare debuit & ſupercilium remittere, ſicut dum in Obſeruationibus, Clariſſimmum Virum Antonium Fabrum damnat agere carnificinam in coniecturarum libris & rationalium, vbi tamen modeſto admodum verbo hoc officium circa Iuriſprudentiam præſtare nititur : qui ſi integris Iuriſconſultorum reſponſis, ſicut Imperatorum reſcriptis, è Codice Theodoſiano frui potuiſſet, non id ius ſibi vſurpaſſet : cuius laboris nunquam circa Pandectas finis erit, qui magna ex parte Codici Iuſtinianeo, ex hoc ſubſidio videtur impoſitus; & ita hic Theodoſiani Codicis contemptor *αὐτοκατάκρελος* eſt.

Sic eas variaſque vtilitates perſtrinximus, quæ ex hoc Codice ad Iuſtinianeum, atque adeo ad fori vſum rerumque actum, redire poſſunt. Sequuntur, quæ etſi ad Iuriſprudentiam quoque conferant, vlteriùs tamen ſeſe porrigunt, ſiue ad aciem politicam, ſiue ad lumen hiſtoriæ: hic verò nunc ingens ſeſe ſylua commodorum aperit, ſi modo illud ſemel animo perceperimus, contineri hoc Codice certiſſimas & incorruptas ſexdecim Imperatorum Conſtitutiones, è ſcriniis Principum petitas, per centum viginti ſeptem annorum ſpatia, ab anno videlicet Domini 312. ſeu à primo Conſtantini magni anno, quo is fidem Chriſtianam amplexus eſt, ad annum vſque 438. quo Theodoſius iunior triceſimum Imperij annum agens, hunc Codicem confici voluit. Vnde nobiliſſimam epocham tum in Eccleſiâ, tum in ſæculo, quo iam Imperatores Chriſtiani erant, hic Author conſtituit; vnde nouis paſſim legibus locus factus ad laceratam vſque miſerè Imperij faciem, eademque inſigni rerum varietate illuſtris: per quam, curam ſuam in omnes Reipublicæ partes, iuriſque articulos pro rerum occaſione intendentibus tot Principibus, facta tandem iſthæc eſt iuris publici priuatique congeries corpuſque. Neque enim ad iuſtam Operis iſtius commendationem ſufficiunt, quæ Theodoſius ipſemet pro eius authoritate olim ſcribebat, *Egimus*, inquit, *negotium temporis noſtri & diſcuſſis tenebris compendio breuitatis, lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratæ fidei, famoſæ doctrinæ, quibus delegata cauſa ciuilis officij, purgata interpretatione retro Principum ſcita vulgauimus; ne iuriſperitorum vlterius ſeueritate mentitâ, diſſimulatâ ſcientiâ, velut ab ipſis adytis expectarentur formidanda reſponſa, cùm liquidò pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hæreditas, quibus verbis ſtipulatio colligetur, vt certum vel incertum debitum ſit exigendum, quæ ſingula prudentium detecta vigiliis in apertum lucemque deducta ſunt, ſplendore numinis noſtri radiante* : Frigida hæc, inquam, hodie commendatio longéque infra Operis dignitatem poſita, vt quæ priuatum modo ius iuriſque ſuper eo dicendi formam contineat ac quinque ferme priores libros tantum reſpiciat. Atenim potior ea pars quæ circa ius publicum occupata per vndecim fermè libros perque omnes iuris publici

partes

PRÆFATIO.

partes decurrit, ac prætereà per omnes libros ſparſa, illorum temporum hiſtorica, & politica eiuſque æui facies apparet. Quare maior etiam longè dignitas huius operis quam vel iuris olim Flauiani, quo priuatæ tantùm legum actiones continebantur; cuius adeo gratum munus populo fuit, vt qui id prodiderat & Tribunus plebis fieret & Senator & Ædilis. Memoratur etiam Auguſti Rationarium imperij, vt & eiuſdem duo volumina, quorum vno indicem rerum à ſe geſtarum complexus fuerat : cuius hodie pars quædam ſub Lapidis Ancyrani nomine proſtat: altero breuiarium totius imperij, quantùm militum ſub ſignis vbique eſſet, quantùm pecuniæ in ærario, vectigalium reſiduis ſeu, vt Tacitus, opes publicæ, continebantur: quantùm ciuium ſociorumque in armis : quot claſſes, regna, prouinciæ, tributa aut vectigalia; neceſſitates ac largitiones. Sed quid vnius Principis res geſtæ, vel nuda rei militaris fiſcive tum ratio ad tantam omnis publici iuris ſub tot Principibus congeriem ? Vnius Veſpaſiani inſtitutum non multum diſpar, qui poſt incendium vrbis Romæ ærearum tabularum tria millia, quæ conflagrauerant, reſtituenda ſuſcepit & vndique inueſtigatis exemplaribus, inſtrumentum Imperij pulcherrimum ac venuſtiſſimum confecit, quo continebantur pene ab exordio vrbis ſenatuſconſulta, plebiſcita, de ſocietate & fœdere, ac priuilegia cuicumque conceſſa; ſed neque iſtud ad omnes Reipublicæ partes ſpectabat, vt hic Codex, cuius diffuſior longè ratio eſt.

Habent igitur viri politici, vnde ſuæ Reipublicæ in tempore, inque omnes partes ſalutaria decerpere poſſint exempla: habent litterati, quo fugientem illorum temporum memoriam trabali velut clauo figere poſſint : habent quo illius æui ſcripta profana & Eccleſiaſtica illuſtrare & ad veri obruſſam exigere queant : de præſentibus ex illorum temporum ſtatu coniecturam facere & ex iis medelam corruptis moribus afferre. Iam primùm totius imperij Romani faciem & ſcientiam illorum temporum exhibet hic Codex Theodoſianus; quam latè, *inquam, diffuſum id*, ſub quibus Imperatoribus, quænam eius diuiſio : quæ diœceſeωn prouinciarumque ratio; qui tum hoſtes Imperij Romani, qui amici; quo milite, quibus caſtris claſſibuſque limes defenderetur : quæ Magiſtratuum genera, quis Dignitatum ordo, quæ cuiuſque munia, quæ officia Domus auguſtæ, quæ rei militaris caſtrorumque diſciplina, quæ officialium Magiſtratibus parentium diuerſitas, muniaque; quis curſus publicus, quæ criminum publicorum coercitio, quæ iura fiſci, qui annonarum reique tributariæ modus, quæ appellantium iura, quis curiarum & ciuitatum ornatus, quæ profeſſorum & ſtudiorum priuilegia, quæ profeſſiones & artes publicæ, quæ vrbium præcipua corpora & collegia, quis operum publicorum ornatus publicus, quæ voluptates ludique.

Ad extremum quæ Eccleſiæ tum facies, quæ Principum per ea tempora circa fidem Catholicam & perſonas Eccleſiaſticas leges; quæ Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum priuilegia, quomodo habiti tunc hæretici & ſchiſmatici, quomodo Apoſtatæ & Iudæi, & qualis fuerit eorum ſuperſtitio. Sic igitur nullam non iuris publici partem, hoc Codice contineri fatendum eſt; vnde non Iuriſconſulti modo, quique iuri dicundo præſunt, ſed qui ad claram ideam ſiue domi, ſiue militiæ, ſiue in conſiſtoriis Princi-



pum,

pum, ſiue in ipſa republica poſiti, vel etiam quibus ciuitatum adminiſtratio commiſſa eſt; ac proinde hominum ſtudioſorum nulli qui hoc Codice non indigere poſſint.

Habent eruditi in omni diſciplinâ vnde ſcriptorum & hiſtoricorum illius æui veritatem auctoritate Imperiali firmare vel illuſtrare queant; neque aliunde celſius, quamcumque tandem Reipublicæ partem exornandæ illuſtrandæque quis in ſe ſuſcipiat. Hîc inuenientur præſidia & ſingularum obſeruationum fontes, quæ officia domus auguſtæ, de comitiis, deque Imperatoris & Imperij Romani iuribus, id eſt de vectigalibus & tributis, necnon notitia dignitatum aperitur: nulla enim penus huius rei amplior quam ex hoc Codice.

Propone tibi eiuſdem æui ſcriptores omnes & coætaneos, panegyriſtas, oratores, poëtas, hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, Græcos, Latinos, itineraria, notitias magiſtratuum, & patriciorum: his illuſtrandis erit hic Codex fax accenſa, quæ omnes tenebras diſcutiet & potiſſimum circa Amm. Marcellinum quem velut δαδοῦχον elegerat.

Propone tibi Eccleſiaſticam hiſtoriam eiuſque ſcriptores ſiue totam, ſiue partem, nulla certior Euſebio lux & Eminentiſſimo Cardinali Baronio in annalibus retexendis, quem imprimis commendat, nec leuia ad eius annales affert ſubſidia, vt videre eſt tom. 5. p. 3. & 33. col. 1. Nam quæ Chronologiæ certior ratio, quàm ex publicis his monumentis, vbi tam exactus temporum ordo, itemque ratio appoſita? inde epochæ ex quibus Imperatorum initia & exitus; Magiſtratus ad quos leges datæ; ſubſcriptionum, Conſulum, annorum, dierumque ſeries. Vbi neque illud omittendum ex topographia vel ſubſcriptionum locis colligi, quid Principes pro Reipublicæ vſu, Ciuitatum, Vrbium, Municipiorum & Collegiorum ordinauerint.

Confert ad veterem Gallicam hiſtoriam, & vt ſciantur mores populorum, diuiſio prouinciarum, incolatus vrbium, quæ earum præſtantia & dignitas: poſtremo Imperatorum character depingitur ex conſtitutionibus, quatenus pro diuerſis affectibus potius in vnam quàm in alteram Reipublicæ adminiſtrandæ partem inclinauerint, ad viuum repræſentatur.

Hæc ſpectant ad dignitatem & vtilitatem Codicis Theodoſiani nudam & ſimplicem nullis auctam & ditatam notis & commentariis. Sed operæ pretium commendare vigilias, peritiam & dotes animi viri Clariſſimi IACOBI GOTHOFREDI necnon elogium perſequi, quantùm Iuriſprudentiâ & liberalibus diſciplinis apprimè imbutus fuerit. Ortum habet à clariſſimo viro Dionyſio Gothofredo Pariſienſi ex illuſtri familia oriundo, inter præſtantes ſui ſæculi ſenatus Aduocatos relato ab optimis ſcriptoribus, & poſtea celeberrimo in Germaniæ Vniuerſitatibus Anteceſſore; qui Corpus ciuile integris Notis ditauit, vnde toti Iuriſprudentiæ valdè acceptum officium præſtitit.

Ex hoc clariſſimo patre nati ſunt duo clariſſimi filij Theodorus & Iacobus: ille Hiſtoriographus Regius, qui de patria bene meritus, pro tuendis Regum noſtrorum iuribus & præcedentiæ ſuper alios prærogatiuâ, accuratâ diligentiâ libros conſcripſit, vetera Actorum & Codicum monumenta aliaque Opera indefeſſis ſtudiis retexuit & demum Conſiliarius Regius & Secretarius legationis Monaſterienſis, laudabile munus compleuit,



compleuit, quique alterum Dionyſium Hiſtoriographum Regium, ſucceſſorem reliquit: qui paternis hærens veſtigiis elegantiſſimos Regiarum cæremoniarum Galliæ libros euulgauit, necnon in iiſdem lucubrationibus perſeuerat.

Hic Iacobus patris profeſſionem amplexus, Iuriſprudentiæ ſe totum dedit & Anteceſſoris partes impleuit, tanta ingenij felicitate & ſtudiorum progreſſu ac incremento, vt nullam iuris diuini & humani partem intactam reliquerit. Nam linguæ Latinæ & Græcæ Authores, Poëtas, Hiſtoricos, Politicos, Philoſophos, & Philologos ferè omnes eum perlegiſſe conſtat ex his vberrimis commentariis & propoſito ſcribendi inſtituto circa hunc codicem, omnem ornatum aduocaſſe: ſed & veteres iuris Interpretes ac recentiores conſuluiſſe, atque melioris notæ rerum iudicatarum ſeu placitorum ad fori vſum compoſitores, enarraſſe; nec non in prouectioribus ſtudiis & ſolidioribus, diuinæ Scripturæ Interpretes, Patres Græcos & Latinos, Concilia & Synodalia acta examinaſſe, non perperam, non temere, ſed exactiſſima ſedulitate & ſolertia comprobatur, non tantum ex hoc diffuſo opere, ad quod totas ſuas vigilias, & induſtriam deſtinauerat. Verùm colligere eſt ex aliis Libris vel Opuſculis ab eo editis, quorum nomenclatura in eius vita à Viro clariſſimo ſuſcepta indicabitur, in qua illius mores, virtutes, vrbanitas, functiones, munera & conſuetudo cum Viris eruditiſſimis Galliæ, Italiæ, Germaniæ, Angliæ, Batauiæ, depingentur. Itaque prætereo impræſentiarum quæ laudabilia & viro longè eruditiſſimo ac de Iuriſprudentia noſtri æui meritiſſimo ad me peruenerunt, vt methodum ſiue ordinem huius operis breuiter exprimam & guſtum præparem ad ea quæ contulit & quæ conatus ſum ſupplere ad illuſtrandas Conſtitutiones in Codice Theodoſiano contentas.

Prima apparet opera in Chronologia conſtitutionum longè priori emendatiore & in Chronico hiſtorico Imperatorum, in quibus tantam ſolertiam & diligentiam adhibitam animaduertes vt omnes adæquaſſe, ſi non ſuperaſſe, commendare opus ſit: in qua re illuſtriſſimi Cardinalis Baronij ſecutum ſe peritiam & iudicium profitetur, nec non fere omnes de emendatione & doctrina temporum ſcribentes æmulatus eſt, quæ plurimum conferre debent ad genuinam Conſtitutionum interpretationem & ad hiſtoriam quatuordecim illorum Imperatorum qui earum authores fuere. Vnde iſti Codici fax ex hiſtoria & retrò hiſtoriæ ex Codice Theodoſiano accenditur.

Secunda eſt in Prolegomenis, quæ per lacinias tantum diſpoſita erant & præparata, quæ in duodecim capita digeſſi, quantùm ex conciſo & abrupto ſæpe per ſigla charactere præſtari potuit: cum ea quæ ibi deſunt ex ampliſſimis Commentariis ſuppleantur; vbi de Codicis Theodoſiani compoſitione, authoritate, vſu, deque inſcriptionum & ſubſcriptionum arcanis & Compilatorum erroribus diſſeritur.

Tertia eſt in Collatione Codicis Iuſtinianei cum Theodoſiano; in qua propoſiti ſunt ſinguli Codicis Iuſtinianei tituli & ſingulæ leges deromptæ ex Codice Theodoſiano, quas ad Iuſtinianeum retuli, in vſum Iuriſprudentiæ Romanæ; vt hic Commentarius elegans & præſens ſit ſubſidium: primùm quoad ſingulos titulos ſeu rubricas repetitas in vtroque Codice, deinde quoad leges iiſdem verbis conceptas & ad eoſdem Imperatores ſpectantes,

ctantes, nec non ad alias è Iuſtinianeo Codice memoratas & recenſitas cum aliquâ vberi explanatione, diſtinctâ notâ *ad legem ipſam*, vt Codici Iuſtinianeo qui in tritura fori eſt & litium diſceptandarum vſibus prodeſt magna ſui ex parte ſuccollet & præſidium afferat, cuius laboris ſuſcipiendi neceſſitatem & vtilitatem propoſuit to. 6. p. 231.

Quarta eſt in Paratitlis ad ſingulos titulos compoſitis, quæ ſingulas leges ſub titulo contentas breuiter retexunt & faciem ſiue ſubiectam materiem repræſentant, definitionibus, diuiſionibus & differentiis rerum propoſitis: quibus maximum lumen cuique legi datur, quod ad præceptum Imperatoris Iuſtiniani factum eſt, nec non ipſorum Græcorum in Baſilicis.

Quinta eſt in ſummariis ſingularum ferè Conſtitutionum, quibus earum ſenſus aperitur & ſpecies ad verum legis intellectum aſſequendum, exhibetur.

Sexta eſt in Notis vnicuique conſtitutioni adiectis, quibus anni Domini, tempora & loca earum aſſignantur; vbi propoſitæ, publicatæ, datæ, acceptæ ſunt, paucis exprimit: nec non Gloſſarium eorum verborum quæ peritiam requirunt: ſupplet & varias lectiones ex Sicardi, Tilij, Cuiacij, Puteani Codicibus & an ipſa conſtitutio relata ſit in Codicem Iuſtinianeum, in totum vel pro parte, mutilata vel interpolata ſit aut omiſſa & ad quas alias leges referatur ex aliis iuris partibus: næui textus emendantur & obſcura quæque breuiter explicantur: nec non Orthographiam veterem in textu legum retentam ad vulgarem reuocat.

Septima eſt in Commentariis diffuſiſſimis & abſolutiſſimis, in quibus ſedulò refert quæ ad ſcientiam iuris pertinent: & quæ ad fori praxim ſpectant, mutuatis omnibus Philologiæ & Hiſtoriæ ornamentis, coloribus & documentis quæ ex authoribus illorum temporum deſiderari poterant & colligi, tamquam flores gratiſſimi vel gemmæ pretioſæ, quibus Lectoris in iure tractando labor recreetur & ſubleuetur, tam in gratiam magiſtratuum qui in iure dicundo occupantur & iuris diſtribuendi conſcientia premuntur, quam aduocatorum pro decorandis orationibus quæ elegantem & ſolidam eloquentiam redoleant.

Octaua eſt in Notitia Dignitatum, ſeu adminiſtrationum ciuilium & militarium in partibus Orientis & Occidentis, quæ ſingularum fermè iuriſdictionem & poteſtatis ſubordinationem commonſtrat & deſignat & in vnum, ſeruato temporum ordine, illæ compelluntur.

Nona eſt in Proſopographia, quæ index eſt omnium perſonarum, de quibus mentio fit in Codice Theodoſiano, quà arcanum conſtitutionis detegi poteſt, ad quam iuriſdictionem ſpectauerit & in quam cauſam reſcriberetur: in qua re vix vllus eſt qui exactiorem operam contulerit.

Decima eſt in Topographia ſeu deſcriptione & diuiſione Orbis Romani, Diœceſεων, Prouinciarum, & Vrbium notitia & de præſtantia earum ac dignitate: quæ leges in iis datæ, quibus priuilegiis donatæ: quæ & quantùm conferant ad aſſequendum earum legum ſenſum, pro ſubiecta occaſione earum publicandarum, iudicium erit in centum huius Codicis articulis.





Vndecima eſt in Gloſſario Legum & rerum gemino, quod author imperfectum reliquerat & nouâ operâ coaceruari debuit, vbi vocum ſecretioris ſignificationis collectio & interpretatio exhibetur.

Supereſt, vt præuertam ſuſpectæ cuiuſdam incuriæ accuſationes; quæ ex hac editione moueri poterunt: quarum vna apud aliquos erit quod loci Græci in Latinam linguam verſi non ſint, vt vſus huius Commentarij omnibus pateret, quæ ſilebit ex ſupplemento ad calcem operis. Altera quod lacunæ remanſerint in quibuſdam allegationibus quæ ſuppleri poterant; verùm condonabis, ſi certior factus ſis manuſcriptum Authoris ſæpe ita conciſum, mutilatum, ne dicam imperfectum fuiſſe, vt non vnius menſis vel anni opera in plurimis ad ſuum ſenſum vel ordinem reuocandis, ſuffecerit: cuius rei teſtis eſt Vir Clariſſimus in epiſtola ad commentarios huius Authoris de Regulis iuris antiqui: quod contigit ob ſpem quam habebat opus ſuum relegendi dum ederetur. Indulgendum etiam Typographiæ erroribus qui omnes expurgari non poſſunt, ſi authores ante primam editionem demortui ſint vel qui curam operis excudendi ſuſceperit, præſentem non nauauerit operam, quam per abſentiam legitimam præſtare non potui. Noſtro igitur ſtudio qualicumque faue, quod lubenter contuli, ſecutus eruditorum vtriuſque iuris exemplum, Scipionis Gentilis in edendis operibus Hugonis Donelli, Emundi Merillij circa Antonij Contij opera, & Hannibalis Fabroti in cura recudendorum operum Iacobi Cujacij, & aliorum quos prætereo; ne fatear me adductum fuiſſe præuiâ Authoris dum viueret admonitione in ciuitate Pariſienſi, vt id officium præſtarem, ſi ante excuſum opus, è viuis decederet.

*IN HOC CORPORE CONTINENTVR LEGES ſiue ſpecies iuris de Theodoſiano & diuerſis libris electæ, & ſicut præceptum eſt explanatæ, anno XXII. regnante domino Alarico Rege, ordinante viro inluſtri Goiarico Comite.* EXEMPLAR AVCTORITATIS. *Commonitorium Timotheo V. S. Comiti.*

VTILITATES populi noſtri propitia diuinitate tractantes hoc quoque quod in legibus videbatur iniquum, meliori deliberatione corrigimus: vt omnis legum Romanarum, & antiqui iuris obſcuritas: adhibitis ſacerdotibus ac nobilibus viris, in lucem intellegentiæ melioris deducta reſplendeat: & nihil habeatur ambiguum vnde ſe diuturna aut diuerſa iurgantium impugnet obiectio. ¶ Quibus omnibus enucleatis atque in vnum librum prudentium electione collectis, hæc quæ excerpta ſunt, vel clariori interpretatione compoſita, venerabilium Epiſcoporum, vel electorum prouincialium noſtrorum roborauit adſenſus. Et ideo ſubſcriptum librum, qui in † tabulis habetur collectus Goiarico comiti pro diſtringendis negotiis noſtra iuſſit clementia deſtinari: vt iuxta eius ſeriem vniuerſa cauſarum ſopiatur intentio: nec aliud cuilibet aut de legibus, aut de iure liceat in diſceptationem proponere, niſi quod directi libri & ſubſcripti viri ſpectabilis Aniani manu, ſicut iuſſimus, ordo complectitur. Prouidere ergo te conuenit, vt in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi præſumatur. Quod ſi factum fortaſſe conſtiterit, aut ad periculum capitis tui, aut ad diſpendium tuarum noueris facultatum. Hanc verò præceptionem directis libris iuſſimus cohærere, vt vniuerſos ordinationis noſtræ & diſciplina teneat, & pœna conſtringat. Anianus vir ſpectabilis ex præceptione D. N. Glorioſiſſ. Alarici Regis hunc Codicem de THEODOSIANI legibus atque ſententiis iuris vel diuerſis libris electum. Aduris anno XXII. eo regnante edidi atque ſubſcripſi. Recognouimus. Dat. ſub die IV. Non̄. Feb. anno XXII. Alarici Regis Toloſæ. Et iterum anno XX. regnante Karolo Rege Francorum & Longobardorum & patricio Romanorum.

*† qui in theſauris noſtris habetur oblatum tibi pro*

PRIVI

# *PRIVILEGIVM S. CÆSAREÆ Majeſtatis.*

LEOPOLDVS diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenores præſentium Vniuerſis: Quod cùm ſincerè Nobis dilecti. IOANNES-ANTONIVS HVGVETAN, & MARCVS-ANTONIVS RAVAVD, bibliopolæ Lugdunenſes, humillimè nobis expoſuerint, quemadmodum CODICEM THEODOSIANVM *in ſex Tomos diſtinctum cùm notis & commentariis* IACOBI GOTHOFREDI *in folio*, propriis expenſis typis committere, inque publicum edere conſtituerint quidem: vereantur autem ne quorumdam inuidiâ eadem opera alibi recudentium, impendij & laboris ſui fructu fruſtrentur; ideoque Nobis demiſſimè ſuplicarunt, quatenus indemnitati ſuæ conſulere, ſeque Priuilegio noſtro Cæſareo ea ſuper clementer præmunire dignaremur: Nos attento eo ſupplicantium laudabili, inque bonum publicum redundanti ſtudio, eorumdem iuſtis precibus benigne annuerimus. Qui proinde omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopœis, aliiſque quibuſcunque negotiationem & rem litterariam exercentibus diſtinctè atque ſerio mandamus, inhibemus & vetamus, ne quiſquam eorum Codicis Theodoſiani Tomos ſeu opera intra ſex annorum ſpatium, à prima editionis die numerandum, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumque ac ditionum noſtrarum hæreditariarum finem ſimili aut alio quouis typo vel formâ, ſiue in totũ, ſiue in parte recudere, vel alibi recudendum dare, alibive impreſſum, apportare, venundare, vel diſtrahere clam vel palam, citra voluntatem, & abſque illorum HVGVETAN & RAVAVD conſenſu & licentiâ præſumat. Si quis vero ſecus faciendo Priuilegium & interdictum hoc noſtrum Cæſareum violare aut tranſgredi auſus fuerit, eum non modo huiuſmodi libris perperam quippe recuſis & adductis (quos quidem prædicti HVGVETAN & RAVAVD vbicúmque deprehenſos, ſiue propria authoritate, ſiue Magiſtratus auxilio, ſibi vendicare poterunt) de facto priuandum; ſed & pœna inſuper decem marcarum auri puri, Fiſco noſtro Cæſareo & fraudis vindici ex æquo pendenda, omni ſpe veniæ ſublata decernimus mulctandum: dummodo tamen quaterna prædicti Codicis Exemplaria ad Cancellariam noſtram Imperialem Aulicam tranſmittantur, ac in fronte Priuilegium hoc noſtrum Cæſareum impreſſum exhibeant. Mandamus ergo vniuerſis noſtris & ſacri Imperij; Regnorumque & Dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut præeminentiæ exiſtant, tam ſæcularibus quam Eccleſiaſticis, præſertim vero iis qui in Magiſtratu conſtituti, vel proprio, vel Superiorum ſuorum nomine, & loco iuris & iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quemquam Priuilegium hoc noſtrum Cæſareum temerè ac impunè tranſgredi, aut violari patiantur, quin potius contumaces quos compererint, præſcripta pœnâ plecti, aliiſque modis idoneis coërceri curent; quatenus & ipſi eandem mulctam pendere noluerint. Harum teſtimonio litterarum manu noſtra ſubſcriptarum ſigilloque noſtro Cæſareo munitarum, quæ dabantur in ciuitate noſtra Vienna, die decima tertia menſis Nouembris, Anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi quarti: Regnorum noſtrorum Romani Septimo, Hungarici Decimo, Bohemici vero nono.

LEOPOLDVS.

*VVildericus Baro de VValdendorf V. Cancellarius.*

Ad mandatum Sac. Cæſareæ Majeſtatis proprium.

REINERVS SCHRODER.

SVMMA

## *SVMMA PRIVILEGII Regis Chriſtianiſſimi.*

CAVTVM eſt LVDOVICI XIV. Franciæ & Nauarræ Regis Priuilegio, nequis in Regno ipſius intra duodecim proximos annos ab hac impreſſione numerandos, excudat, vendat aut excudendum aut vendendum curet librum qui inſcribitur, CODEX THEODOSIANVS cum notis & commentariis IACOBI GOTHOFREDI citra dicti GOTHOFREDI voluntatem. Ne quis item ex Regis ſubditis librum eundem extra Regni fines excudendum curet aut excuſum vendat, ſub pœna confiſcationis librorum, & aliis contra delinquentes expreſſis in diplomate dato Pariſiis die vigeſima ſexta menſis Iunij, Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto.

*Ex mandato Regis Signatum,*

IVSTEL.

---

IVs prædicti Priuilegij Regij conceſſum eſt IOANNI-ANTONIO HVGVETAN & MARCO-ANTONIO RAVAVD Bibliopolis Lugdunenſibus, ab hæredibus defuncti D. IACOBI GOTHOFREDI: iuxta pacta inter eos inita.

---

*Prima hæc editio excudi deſiit prima die Aprilis 1665.*



# SERIES ET COLLATIO
## TITVLORVM ET CONSTITVTIONVM CODICIS IVSTINIANEI,
## *QVÆ CONTINENTVR*
## IN CODICE THEODOSIANO,

Et explicantur in Commentariis D. Iacobi Gothofredi,

OPERA ANT. MARVILLII I. C. CONCINNATA.

*Primus numerus his litteris* lib. C. *vel* Cod. Th. *librum Codicis Theodoſiani: Secundus* t. vel tit. *Titulum: Tertius* l. legem: *Quartus* to. tomum: *Quintus* p. paginam: *Sextus* c. Columnam *deſignat.*

---

## *LIBER PRIMVS.*

TITVLVS I. DE ſumma Trinitate & Fide Catholica & vt nemo de ea publicè cõtendere audeat, expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 1. to. 6. p. 1. & p. 98.

l. cunctos populos 1. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 1. de Fide Catholica. l. 2. to. 6. p. 4. & p. 118.

l. nullus 2. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 5. de Epiſcopis & Clericis l. 6. to. 6. p. 117.

TIT. II. De ſacroſanctis Eccleſiis & de rebus & & priuilegiis earum, expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 1. to. 6. p. 1.

l. habeat 1. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 4. to. 6. p. 23. & lib. 2. tit. 8. to. 1. p. 121.

l. nemo Apoſtolorum 2. exp. lib. 9. Cod. Th. tit. 17. de ſepulchris violatis l. 2. ſub finem to. 3. p. 147. & p. 152. c. 2.

l. nemo martyres 3. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 17. de ſepulchris violatis l. 7. to. 3. p. 152.

l. placet 5. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis. l. 40. to. 6. p. 79.

l. omni innouatione 6. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. De Epiſcopis & Clericis l. 45. to. 6. p. 89.

l. Ad inſtructiones 7. expl. lib. 15. Cod. Th. tit. 3. de itinere muniendo l. 6. to. 5. p. 344.

l. Sacroſancta 8. expl. lib. 11. Cod. Th. tit. 1. de annona & tributis l. 33. ſub finem to. 4. p. 42.

l. neminem 11. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 19. in medio to. 6. p. 47.

l. priuilegia 12. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 38. & 46. to. 6. p. 76.

Ad l. generali 13. vid. lib. 12. Cod. Th. tit. 1. to. 4. p. 413.

TIT. III. De Epiſcopis & Clericis, expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. to. 6. p. 15. & p. 96.

l. Iuxta 1. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis, l. 8. to. 6. p. 32.

l. omnis à Clericis 2. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 14. to 6. p 40.

l. de his 3. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 15. to. 6. p. 42.

l. Officiales 4. expl. lib. 8. Cod. Th. tit. 4. to. 2. p. 487. & lib. 12. Cod. Th. tit. 1. l. 49. §. quod ſi to. 4. p. 347.

l. Si quis non dicam 5. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 25. de raptu vel matrimonio ſanctimonialium virginum vel viduarum l. 2. to. 3. p. 197.

l. Presbyteros 6. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 24. to. 6. p. 36.

l. nec honore 7. expl. lib. 11. Cod. Th. tit. 39. de fide teſtium l. 8. to. 4. p. 327.

l. Presbyteri 8. expl. lib. 11. Cod. Th. tit. 39. de fide teſtium l. 10. to. 4. p. 331.

l. nulla 9. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 27. to. 6. p. 60.

l. Si quis 10. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis. l. 31. to. 6. p. 66. & lib. 9. tit. 45. to. 3. p. 361.

l. in Eccleſiis 11. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 33. to. 6. p. 70. & lib. 13. tit. 10. to. 5. p. 117.

l. ſi quis curialis 12. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 4. de his qui ad Eccleſ. l. 3. to. 3. p. 361.

l. ſi venerabilis 13. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l. 34. to. 6. p. 71.

# Index Titulorum & Conſtitutionum.


l. quicumque 14. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis. l.35.to.6. p.72.
l. conuenticula 15. expl. lib. 16. Cod.Th. tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l.37.to.6. p. 75.
Ad l.16. vid.lib.13.C.Th. tit.11.l.11. to.5. p.137.
l. placet 17.expl.lib.16.Cod.Th. tit.2. de Epiſcopis & Clericis.l.42. to.6. p.82.
l. Parabolani 18. expl. lib. 16. Cod.Th.tit. 2. de Epiſcopis & Clericis l.43. to.6. p.85.
l.cum qui 19.expl.lib.16. Cod.Th.tit.2.de Epiſcopis & Clericis l.44.to.3. p.199.& to.8. p.86.
l. ſi quis Præsbyter 20. expl.lib.5.Cod.Th. tit.3. de bonis Clericorum & Monachorum l.1. to. 1. p. 436
l.ad ſimilitudinem 21. expl. lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.187.to.4 p.518.
Tit. IV. De Epiſcopali audientia, vid. lib.16. Cod.Th.to.6. p.303.
l. negotiatores 1. expl. lib.13. Cod.Th. tit.1.de luſtrali collatione l.5.to.5.p.8.
l. ſi clericus 2. expl. lib.XI. Cod. Th. tit. 36. quorum appellationes non recipiuntur. l. 20. to. 4. p. 307.
l. nemo. 3. expl.lib.9. Cod.Th.tit.38. de indulgentiis criminum. l. 3. 6. & 8. to. 3. p. 275. & 277.
l. mimæ 4. expl.lib.15. Cod.Th. tit.7. de ſcænicis l. 11.to.5. p.376.
l. Archigerontes 5. expl. lib. 14. Cod. Th. tit.27. de Alexandriæ vrbis primatibus l. 1. to. 5. p.270.
l.addictos 6. expl. lib. 9. Cod.Th. tit.40. de pœnis l.16.to. 3 p.310.
Ad l.7.vid.lib.16. Cod.Th. tit..11. to.6. p.299.c.2. & 305.
l.ſi qui 8. expl.lib.2. Cod.Th. tit.1.de Iuriſdictione l. 10. to.1. p.87. & lib. 16. tit. 11. to.6. p.298. & 305.
l. Iudices 9. expl. lib.9. Cod.Th. tit.3. de cuſtodia reorum l.7. to.3.p.40.
l.Mathematicos 10. expl. lib.9. Cod.Th. tit.16. de maleficis & mathematicis l.12.to.3. p.134.
l.Chriſtianos 11. expl. lib.5. Cod.Th.tit.5.de poſtliminio, id eſt, poſt captiuitatem regreſſis l.2.in fine to.1. p. 441.
l.ſi Lenones 12. expl. lib.15. Cod.Th. tit.8.de Lenonibus l.2.to.5. p.381.
Ad l. 15. vid. lib. 16. Cod. Th. tit.8. to. 6. p.242. c. 2.
l.Iudæi.16.expl.lib.16. Cod.Th. tit.8.to.6. p.243.
l. Iudæorum 17. expl. lib.16. Cod.Th. tit. 8. to.6. p. 245. ad l. 25. vid. lib. 15. C. Th. t.8. to. 5. p. 381.
Tit. V. de Hæreticis, Manichæis & Samaritis lib.16. tit.5. to.6. p.104.
l. priuilegia 1.expl.lib.16. Cod.Th.tit.5. de hæreticis l.1. tit.5.l.24.28.to.6. p.116.
Ad l.2.§.3. vid.lib.16.tit.5.l.28.to.6. p.149.
l.cuncti 3. expl. lib. 16. Cod.Th. tit. 4. de his qui ſuper religione contendunt l. 5. to. 6. p. 98. & to.6. p.149.
l. Manichæos 4. expl. lib. 16. Cod.Th. tit.5. to.6. p. 160.
l.Arriani 5.expl.lib.16. Cod.Th. tit.4.de his qui ſuper religione contendunt l. 56. in medio & lib. 6.tit.5.to.6. p.188.
l.damnato 6.expl.lib.16.Cod.Th. tit.4. de his qui ſuper religione contendunt l. 66. & tit. 5. to.6. p.190.
Tit. VI. ne ſanctum baptiſma iteretur expl.lib.16. Cod.Th.tit. to.6. p.192.
l. Antiſtitem 1.expl.lib.16. Cod.Th. tit.6. l.1. to.6. p. 192.
l.ſi qui rebaptizare 2. expl. lib. 16. Cod.Th. tit. 6. ne ſanctum baptiſma iteretur l. 6. to. 6. p. 193.
l.nulli 3.expl. lib.16. Cod.Th. tit.4. de his qui ſuper religione contendunt l.6. to.6. p.200.
Tit. VII. de Apoſtatis, expl. lib. 16. tit.7. to.6. p. 202.
l. ſi quis 1. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 8. to. 6. p. 223.
l. ſi quis defunctum 2. expl. lib.16. Cod.Th. tit.7. de hæreticis l.3.in fine to.6.p.205.
l. hi qui ſanctam 3.exp.lib.16. Cod.Th. tit.7. to.6. p. 207.
l. Apoſtatatarum 4.expl. lib.16. Cod.Th. tit.7. de Apoſtatis l.7. to. 6.p.211.
Tit. VIII. nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti humi vel in ſilice, ſeu marmore aut ſculpere aut pingere.
Tit. IX. de Iudæis & Cælicolis, expl. lib. 16. C. Th.tit.8. to.6. p.212.
l. Iudæis 3. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 8. l. 1. to.6. p. 214.
l. in ſynagogam 4. expl. lib. 7. Cod. Th. tit. 8. l.2. to.2.
l.Iuſſio 5. expl. lib. 12. Cod. Th. tit.1. de decurionibus l.99.to.4.p.445.
l. nequis 6. expl. lib. 3. Cod. Th. tit. 7. de nuptiis l.2.to.1.p. 278.& lib.9.tit.7 l.5.to.3.p.62.
l.Iudæi 8. expl. lib.2. Cod.Th.tit.1.de Iuriſdictione l.10.to.1. p.87.
l. nemo 9. expl. lib. 16. Cod. Th. tit. 8. to. 6. p.226.
l.quicumque 10.expl.lib.12. Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.165.to.4. p.497.
l. Iudæos 11. expl.lib. 16. Cod.Th. tit.8. de Iudæis & Cælicolis l.18.to.6. p.233.
l. Cælicolarum 12. expl. lib. 16. Cod.Th. tit.8. de Iudæis & cœlicolis l.19.to 6. p.235.
l. Die Sabbathi 13. expl. lib. 2. Cod.Th.tit.8.to.1. p. 125.
l.nullus 14.expl. lib.16.Cod.Th. tit.8.de Iudæis & cælicolis l.21.to.6. p.238.
l. ſi qua 15. expl. lib.16. cod. Th.tit.8.l.22. tom.6. p. 239.
l. 16.expl. lib.16. cod. Th.tit.8.l.26. to.6. p.243.
l. Iudæorum 17. expl. lib. 16. cod. Th. tit.8. de Iudæis & cælicolis. l. 29. to.6. p. 245.
Tit. X. Ne Chriſtianum mancipium hæreticus vel Iudæus vel paganus habeat aut poſſideat aut circuncidat, expl. lib. 16. tit.9.to.6. p.246.
l. Iudæus 1. expl. lib.16. cod.Th.tit.9. ne Chriſtianum mancipium hæreticus habeat aut poſſideat, &c. l.4.to.6. p.247.& 249.
Tit. XI. De paganis ſacrificiis & templis, expl. lib.16. tit.10. to.6. p.250.
l. placuit l.expl. lib. 16. cod. Th.tit.11. de paganis & ſacrificiis l. 4. to.6. p.263.
l. nequis 2.expl.lib.16. cod. Th. tit. 10. de paganis & ſacrificiis l.9. to. 6. p.270.
l. ſicut 3. expl. lib. 16. cod. Th. tit.10.to.6. p.280.
l. vt profanos 4. expl. lib. 16. C. Th. tit. 10. l.17. tom.6. p. 284.
l.omnia 5. expl. lib. 16. cod. Th. tit. 10. l.20.to.6. p.290.
l. Chriſtianis 6. expl. lib.16. cod. Th tit.10. de paganis & ſacrificiis l.24. Manichæos verſ.ſed hoc Chriſtianis, tom.6. p.295.
Tit. XII. De his qui ad Eccleſias confugiunt vel ibi exclamant & ne quis ab Eccleſia extrahatur, expl.lib.9. Cod.Th. tit.45.to.3.p.358.
l. Iudæi 1.expl.lib.9. Cod.Th. tit.45. eod.l.2. to.2. p.360.
l. pateant 3. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 45. de his qui ad Eccleſias confugiunt l. 4. tom. 3. p.363.
l. ſi ſeruus 4. expl. lib. 9. Cod. Theod. tit. 45. de his qui ad Eccleſias confugiunt l. ſuper confugientibus 6. verſ. vt ſi quidem ſeruus to.3. p.373.
Tit. XIII. De his qui in Eccleſiis manumittuntur, expl.lib.4. Cod.Th.tit.7.to.1. p.354.
l. qui religioſa 2. expl. lib. 4. Cod. Theod. tit. 7. de manumiſſionibus in Eccleſia l. 1. tom. 1. p.355.
Tit. XIV. De legibus & conſtitutionibus principum & edictis, expl. lib.1. tit.1.to.1.p.1.
l. iamdudum, expl.lib.2. Cod.Th. tit.18. de Iudiciis in l.1.to.1. p.169.c.2.
Ad l. digna vox 4. vid. lib. 10. tit.26. to.3. p.538. c. 2.
l. leges 7. expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 1. de conſtitutionibus Principum & edictis l.3. omnia to.1. p. 9.
Tit. XV. De mandatis Principum, expl. lib. 1. tit.3. to.1. p.27.
l. ſi quis 1. expl. lib. 1. Cod.Th. tit.3. de mandatis Principum l.1.to.1. p.27.
Tit. XVI. De Senatuſconſultis.
Ad l.vnic. vid.lib.15. tit.9. to.5. p.382.
Tit. XVII. De veteri Iure enucleando & de authoritate Iuriſprudentum qui in pandectis referuntur.
l. 1.expl.lib.1.Cod.Th.tit.4. de reſponſis prudentum l.1.to.1. p.30.
Tit. XVIII. De iuris & facti ignorantia.
l. quamuis XI. expl. lib. 3. Cod. Th. tit. 5. de ſponſalibus & ante nuptias donationibus l. 3. to.1. p.265.
l. conſtitutiones 12. expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 1. de conſtitutionibus Principum l. 2. perpenſas to.1. p.7.
Ad l.13. vid. lib 2. C.Th. tit.17.to.2. p.164.c.1.
Tit. XIX. De precibus Imperatori offerendis.
l. quoties reſcripto 2. expl. lib. 1. Cod.Th. tit.2. de diuerſis reſcriptis l.3. quoties to.1. p.14.
l. Vniuerſa 4. expl. lib. 1. Cod.Th. tit.2. de diuerſis reſcriptis l.6. vniuerſa to.1. p.20.
l. reſcripta 7.expl.lib.1. Cod.Th. tit.2. de diuerſis reſcriptis l.1.contra to.1. p.13.
Tit. XX. Quando libellus principi datus litis conteſtationem faciat.
l. Dubium 1. expl. lib. 1. Cod.Th. tit.2.de diuerſis reſcriptis l.8. to.1. p.22.
Tit. XXI. Vt lite pendente vel poſt prouocationem aut definitiuam ſententiam, nulli liceat Imperatori ſupplicare.
l. ſupplicare 2. expl.lib. XI. Cod.Th. tit. 30. de appellationibus, l.6.to.4 p.226.
Vide etiam lib.9. Cod.Th.tit.1.l.6.to. 3. p.11.
l. qui licitam 3. expl. lib.4. Cod.Th. tit.16. in l.1. p.389.& lib. XI. Cod.Th. tit. 30. de appellationibus l.17.to.4. p.239.
Tit. XXII. ſi contra Ius vel vtilitatem publicam vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum vel impetratum.
l. etſi non 4.expl.lib.1. Cod.Th.tit.2.de diuerſis reſcriptis l.4. to.1. p.17.
Tit. XXIII. De diuerſis reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus, expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 2. to 1. p. 12.
l. ſi qua beneficia 4. expl. lib.1. Cod.Th. tit. 1. de conſtitutionibus Principum l.1. to.1. p. 5.
Ad l.6.vid.lib.9.Cod.Th. tit.19.to.3. p.162.
Tit. XXIV. De Statuis & Imaginibus.
Ad l.1. vid. lib.15. tit. 1. to.5. p.311. c.1.
l. ſi quando. 2. expl. lib.15. Cod.Th. tit.4. de Imaginibus Imperialibus, l.1.to.5. p.346.
Tit. XXV. De his qui ad ſtatuas confugiunt, expl. lib. 9. Cod. Th. tit.44. tom.3. p. 356.
l. qui ad ſtatuas 1. expl. lib.9. Cod. Th. tit. 24. de his qui ad ſtatuas confugiunt l. vnica tom. 3. p. 356.
Tit. XXVI. De officio Præfectorum Orientis & Illyrici, vid.lib.2.tit.5.to.4.p.35.
Ad l.4.vid.lib.6.Cod.Th. tit.4.to.1.p.136.
Tit. XXVII. De officio Præfecti Prætorio Africæ, vid.lib.1. Cod.Th.tit.5.to.1. p.35.
Ad l.1.vid.lib.XI.tit.14.to.4. p.103.c.1.
Ad l.2. vid.lib.15. tit.10.to.5. p.388.c.2.
Tit. XXVIII. De officio Præfecti vrbi.
Ad l.3. vid.lib.10.tit.19.to.3. p.497.c.2. & lib.15. tit.1. to.5. p.297.
Tit. XXIX. De officio magiſtri militum, lib. 1. C.Th.tit.9.to.1.
Tit. XXX. De officio quæſtoris.
Tit. XXXI. De officio magiſtri officiorum.
Tit. XXXII. De officio Comitis ſacrarum largitionum.
Tit. XXXIII. De officio Comitis rerum priuatarum.
Tit. XXXIV. De officio Comitis ſacri Palatij.
Ad l.1.vid.lib.XI.Cod.Th. tit.16.to.4.p. 124.c.2.
Tit. XXXV. De officio Proconſulis & Legati.
Tit. XXXVI. De officio Comitis Orientis.
Tit. XXXVII. De officio Præfecti Auguſtalis.
Tit. XXXVIII. De officio Vicarij, expl.lib.1.Cod. Th.tit.6.to.1.p.37.
l.2.expl.lib.2.Cod.Th.tit.18. p.170.c.1.
Tit. XXXIX. De officio Prætorum.
l. Prætori 1.expl.lib.6. Cod.Th. tit.4. de Prætoribus & quæſtoribus l.16.to.2. p.51.
Tit. XL. De officio Rectoris Prouinciæ, expl. lib.1.Cod. Th.tit.7.to.1.p.39.
l. moderatores XI. lib. 1. Cod. Th. tit. 7. l.7. to.1. p.52.
Tit. XLI. Vt nulli prouinciæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur.
Tit. XLII. De Quadrimenſtruis tam militaribus quam ciuilibus, expl.lib.XI.Cod.Th. t.25. to.4 p. 282.
Tit. XLIII. De officio Præfecti vigilum.
Tit. XLIV. De officio Præfecti annonæ.
Tit. XLV. De officio ciuilium Iudicum, expl. lib.1.Cod. Th. tit.8.to.1. p.53.
l. honorati 1. expl. lib. 1. Cod. Th. tit.7. de officio ciuilium Iudicum l.1.tom.1. p.55.
Tit. XLVI. De officio militarium Iud.expl.lib.1. Cod. Th. t.9. to.1.p.55.
l. nunquam. 1. expl. lib.1. Cod.Th. t. 8. l. 1. to. 1. p. 55.
Tit. XLVII. Ne comitibus rei militaris vel tribunis lauacra præſtentur, expl.lib.7.C.Th.tit.XI. to.2.p.364.
l. vnica, expl.lib.7. Cod. Th.tit.12.l.1.to.2.p.364.
Tit. XLVIII. De officio diuerſorum Iudicum, vid.lib.1. C.Th.t.9. to.1.
l. ſciant. 3.expl.lib.9.Cod.Th. tit.26.to.2. p.151.
Tit. XLIX. Vt omnes Iudices tam ciuiles quam militares poſt adminiſtrationem depoſitam 50. dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant, vid.Cod. Th.lib.9.tit.27.to.3. p.212.

Tit. L. De officio eius qui vicem alicuius Iudicis vel præſidis obtinet.
Tit. LI. De Aſſeſſoribus & Domeſticis cancellariis Iudicum, expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 12. to. 1. p. 66. & lib 9. tit. 3. to. 3. p. 35.
Ad l. 3. vid. Cod. Th. lib. 9. tit. 27. to. 3. p. 212. c. 2. & p. 217. vid. to. 2. p 638. in not.
Ad l. 9. vid. lib. 8. Cod. Th. tit. 1. l. 17. to. 2. p 473.
Tit. LII. De annonis & capitatione adminiſtrantium eorumque aſſeſſorum, &c. vid. ad hunc tit. lib. 8. Cod. Th tit. 15. to. 2. p. 633.
Tit. LIII. De contractibus Iudicum vel eorum qui ſunt circà eos & de inhibendis donationibus in eos faciendis & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent ſine ſanctione pragmatica, vid. lib. 8. Cod. Th. tit. 15. to. 2. p. 633.
Tit. LIV. De modo mulctarum quæ à iudicibus infliguntur.
Tit. LV. De defenſoribus ciuitatum, expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 11. to. 1. p. 61.
l. defenſores 5. expl. lib 1 Cod. Th. tit. 10. de defenſoribus ciuitatum l. 2. to. 1. p. 64. vid. lib. 6. Cod. Th. tit. 3. p. 92. & vid. lib. 8. Cod. Th tit. 15. to. 2. p. 637.
l. per omnes 6. expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 10. de defenſoribus ciuitatum l. 3. to. 1. p. 65.
l. defenſores ciuitatum 7. expl lib. 9. Cod. Th. tit. 2. de exhibendis reis l. 5. to. 3. p. 31. & to. 4. p. 85. c. 2.
l. iubemus 9. expl. lib. 11. Cod. Th. tit 7. de ſuperexactionibus l. 3. to 3. p. 85.
Tit. LVI. De magiſtratibus municipalibus.
l. Decuriones 1. expl. lib. 12. Cod. Th. tit. 1. de Decurionibus l. 8. to. 4. p. 352.
Tit. LVII. De officio Iuridici Alexandriæ.

## LIBER SECVNDVS

*Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. DE edendo ad l. vlt. vid. lib. 11. Cod. Th. tit. 39. l. 12. to. 4. p. 333. c. 12.
Tit. II. De in ius vocando.
Tit. III. De pactis, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 9. to. 1. p. 126.
Ad l. 30. de quæſtione, vid. lib. 2. Cod. Th. tit. 24. l. 2. to. 1. p. 198.
Tit. IV. De tranſactionibus, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 2. to. 1. p. 126.
Ad l. tranſigere 18. vid lib. 9. Cod. Th. to. 3. p. 161. c. 2. vid. lib. 11. Cod. Th. t. 36. to. 4. p 196.
l. ſi quis maior 41. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 9. de pactis, l. 8 to. 1. p. 133. & l. 9. Cod. Th. t. 4. to. 3. p. 45. & 341.
Tit. V. De errore Calculi.
Tit. VI. De poſtulando, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 10. to. 1. p. 137.
l. ſi qui 5. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 10. de poſtul. l. aduocatos to. 1. p. 139.
l. quiſquis 6. expl. lib. 2. Cod. Th t. 10. l. 2. to 2. p. 140.
l. 7. expl. lib. 13. Cod. Th. tit. 3. to. 5. p. 38. & p. 198.
Ad l. vlt. vid. lib. 16. Cod. Th. tit. 8. to. 6. p. 242. c. 2.
Tit. VII. De aduocatis diuerſ. iudic.
l. nequis 3. expl. lib. 12. Cod. Th. t. 1. to. 4. p. 489.
l. fori tui 4. expl lib. 2. Cod. Th. t. 10 to 1. p. 145.
Tit. VIII. De aduoc. diuerſ. iudicum.
Tit. IX. De aduocato fiſci.
l. fiſci aduocatus 3. expl. lib. 10. Cod. Th. tit. 15 l. 1. to. 3. p. 472.
l. rationales 4 expl. lib. 11. Cod. Th. tit. 30. de appellationib. l. 41. to. 4. p. 259.
Tit. X. De errore aduocatorum vel libellos ſeu preces concipientium, expl. lib. 2. Cod Th. t. 11. to. 1. p. 144. vide lib 2. Cod. Th. tit. 11. l. 1. to. 1. p. 145. & lib. 4. t. 16. to. 1. p. 389.
Tit. XI. Vt quæ deſunt aduocatis.
Tit. XII. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.
Ad l. 2. vid. lib. 11. Cod. Th. t. 7. to. 4. p. 84 c. 2.
Tit. XIII. De procuratoribus, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 12. to. 1. p. 14.
Ad l. militem 7. vid. l. nemo 6. lib. 2. Cod. Th. tit. 12. to. 1. p. 150.
Ad l. maritus 21. vid. lib. 2 Cod Th. tit. 12. de cognitoribus & procuratoribus. l. 4. to. 1. p. 149.
l. nulla 23. expl. lib. 2. Cod. Th tit. 12 de cognitoribus & procuratoribus l. 1. to. 1. p. 146.
l. licet 24. expl. lib. 2. Cod Theod. tit. 12. de cognitorib & procuratoribus l. 3. in principio to. 1. p. 148.
Tit. XIV. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare vel actiones in ſe transferre, vid. lib. 2. tit 13. to. 1. p. 15.
l. ſi cuiuſcumque 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit 13. de actionibus ad potentes tranſlatis. l 1. to. 1. p. 153.
Tit. XV. De his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt vel eorum nomina in litem prætendunt, expl. lib 2. Cod. Th. t. 14. p. 156.
l. animaduertimus 1. expl. lib. 2. c. 15 tit. 14 to 1. p. 155.
Tit. XVI. Vt nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat vel vela regia ſuſpendat. vid. lib 9 tit. 42. to. 3. p. 339.
Ad l. 1. vid. to. 3. p. 339. & 340. & lib. 10. tit. 9. to. 3. p 426.
Tit. XVII. Vt nemini liceat ſine Iudicis authoritate ſigna rebus imponere alienis.
Tit. XVIII. Ne fiſcus vel reſpublica procurationem alicui patrocinij cauſa in lite præſtet.
Tit. XIX. De negotiis geſtis.
Tit. XX. De his quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt.
l. venditiones 12. expl. lib 3. Cod. Th. tit. 1. l. 9. to. 1. p. 25 vide l. 1. Cod. Th. eod. to. 1 p. 240.
Tit. XXI. De dolo malo, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 1. to. 1. p. 158.
l. optimum 8. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 15. l. 1. to. 1. p. 158.
Tit. XXII. De in integ. reſtitutione minorum 25. annis, vid. Cod. Th. lib. 2. tit. 15 to. 1. p. 159.
l. minoribus 8. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 16. de integri reſtitutione l. 1. to. 1. p. 16[illegible].
Tit. XXIII. De filiofamilias minore.
Tit. XXIV. De fideiuſſoribus minorum.
Tit. XXV. Si tutor vel curator interuenerit.
Tit. XXVI. Si in communi eademque cauſa in integ. reſtitutio poſtul.
Tit. XXVII. Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtul.
Tit. XXVIII. Si aduerſus venditionem.
l. in integrum 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 16. l. 1 to. 1. p. 160.
Tit. XXIX. Si aduerſus venditionem pignorum.
Tit. XXX. Si aduerſus donationem.
Tit. XXXI. Si aduerſus libertatem.
Tit. XXXII. Si aduerſus tranſactionem vel diuiſionem in integrum minor reſtitui velit.
Tit. XXXIII. Si aduerſus ſolutionem à tutore vel à ſe factam.
Tit. XXXIV. Si aduerſus dotem.
Tit. XXXV. Si aduerſus delictum.
Tit. XXXVI. Si aduerſus vſucapionem.
Tit. XXXVII. Si aduerſus fiſcum.
Tit. XXXVIII. Si aduerſus creditorem.
Tit. XXXIX. Si minor ab hæreditate ſe abſtineat.
Tit. XL. Si vt omiſſam hæreditatem vel bonorum poſſeſſionem vel quid aliud acquirat.
Tit. XLI. In quibus cauſis in integrum reſtitutio neceſſaria non eſt.
Tit. XLII. Qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſunt.
Tit. XLIII. Si minor ſe maiorem dixerit vel maior probatus fuerit.
Tit. XLIV. Si ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur.
Tit. XLV. De his qui veniam ætatis impetrauerunt, expl. lib. 2. tit. 17. to. 1. p. 165.
l. omnes 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 17. to. 1. p. 164.
Tit. XLVI. Si maior factus ratum habuerit.
Tit. XLVII. Vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.
Tit. XLVIII. De reputationibus quæ fiunt in iud. in integ. reſtitutionis.
Tit. XLIX. Etiam per procurationem cauſam in integrum reſtitutionis agi poſſe.
Tit. L. In integrum reſtitutione poſtulata ne quid noui fiat.
Tit. LI. De reſtitutionibus militum & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.
Tit. LII. De vxoribus militum & eorum qui reipublicæ cauſa abſunt.
Tit. LIII. De temporibus in integrum reſtitutionis tam minorum & aliarum perſonarum quæ reſtitui poſſunt, quam etiam hæredum earum.
l. ea quæ 5. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 16. de integri reſtitut. l. 2. verſiculo eandem in medio to. 1. p. 161.
l. petendæ 6. expl. lib. 2. Cod. Th. t. 4. l. 2. & 3. to. 1. p. 114.
Tit. LIV. Quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur.
Tit. LV. De alienatione Iudicij mutandi cauſa facta.
Tit. LVI. De receptis arbitris.
Tit. LVII. De ſatiſdando.
Tit. LVIII. De formulis & impetrationibus actionum ſublatis, expl. lib. 2. Cod. Th. t. 3. to. 1. p 94.
l. nulli 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 3. l. 1. to. 1. p. 94.
Tit. LIX. De iureiurando propter calumniam dando.

## LIBER TERTIVS

*Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. DE Iudiciis, expl. lib. 2. C. Th. t. 18. to. 1. p. 168.
l. Iudices 9. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 18. de Iudiciis, l. 1. to. 1. p. 168.
l. nulli 10. expl. lib. 2. C. Th. tit. 18. de Iudicis l. 10. tom. 1. p. 170.
Ad l. properandum 11. vid. l. 2. C. Th. tit. 15. tom. 1. p. 159. & lib. 10. t. 1. tom. 3. p. 381.
Ad auth. ſi vero, vid. lib. 9. C. Th. tit. 4. to. 3. p. 42.
Tit. II. De ſportulis & ſumptib. in diuerſ. iud. fac. & de executorib. litium.
Tit. III. De pedaneis iudicibus.
l. quædam. 5. expl. lib. 1. cod Th. t. 7. to. 1. p. 42.
Tit. IV. Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare dariue poſſunt.
Tit. V. Ne quis in ſua cauſa iudicet vel ius ſibi dicat expl. lib. 2. C. Th. t. 2. tom. 1. p. 92.
l. Generali 1. expl. lib. 2. cod. Th. tit. 2. l. promiſcua 1. to. 1. p. 92.
Tit. VI. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant vel non.
l. momentaneæ 3. expl. lib. 4. C. Th. tit. 22. vnde vi l. momenti 6. to. 1. p. 418.
Tit. VII. vt nemo inuitus agere vel accuſare cogatur.
Tit. VIII. de ordine Iudiciorum.
Tit. IX. de litis conteſtatione.
Tit. X. de plus petitionibus.
Tit. XI. de dilationibus, expl. lib. 2. C. Th. t. 7. to. 1. p. 112.
l. ſi quando 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 7. de dilationibus l. 1. to. 1. p. 113.
l. inter priuatos, exp. lib. 2. Cod. Th. t. 7. l. 3. to. 1. p. 115.
l. nec de ſtatu 7. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 7. l. 4. to. 1. p. 116.
Tit. XII. de feriis, expl. lib. 2. Cod. Th. t. 8. t. 1. p. 117.
Ad l. vt in die 2. & ad l. omnes Iudices 3. vide lib. 2. Cod. Th. tit. 8. l. 1. 2. to. 1. p. 119. to. 3. p. 256. & to. 6. p. 237. in l. 20.
Ad l. omnes 3. vide lib. 2. Cod. Th. tit. 8. l. 2. to. 1. p. 121. & lib. 6. XI. t. 7. to. 4. p. 76.
l. publicas 5. vide lib. 2. Cod. Th. tit. 8. l. 3. to. 1. p. 125.
l. quadraginta 6. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 35. l. 6. to. 3. p. 252.
l. omnes dies 7. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 8. l. 2. to. 1. p. 121.
Verſ. in eadem obſeruatione eiuſdem leg. expl. lib. XI. Cod. Th. tit. 7. l. 13. to. 4. p. 76.
l. actus omnes 8. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 8.
l. 1. ſub finem to. 1. p. 119. c. 2.
l. prouinciarum 9. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 35. de quæſtionibus l. 7. to. 3. p. 255.
l. dies feſtos expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 8. to. 1. p. 120. & lib. 15. tit. 5. to. 5. p. 351. c. 1.
Tit. XIII. de Iuriſdictione omnium Iudicum & de Foro competenti, expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 1. to. 1. p. 75.
Ad. l. in Criminali 5. vid. lib. 2. C. Th. tit. 1. De Iuriſdictione & vbi quis conuenire debeat l. ſi quis 5. to. 1. p. 80.
Tit. XIV. Quando Imperator inter pupillos & viduas vel alias miſerabiles perſonas cognoſcat & ne exhibeantur.
l. ſi contra 1. expl. lib. 1. Cod. Th. tit. 9. De officio Iudicum omnium l. 2. to. 1. p. 5. 55.
Tit. XV. Vbi de criminibus agi oporteat.
Tit. XVI. Vbi de poſſeſſione agi oporteat.
Tit. XVII. Vbi Fideicommiſſum peti oporteat.
Tit. XVIII. Vbi conueniatur qui certo loco dare promiſit.
Tit. XIX. Vbi in rem actio exerceri debeat.
l. actor 2. expl. lib. 2. Cod. Th. tit. 1. de Iuriſdictione l. 4. to. 1. p. 79.
Tit. XX. Vbi de hæreditate agatur & vbi hæredes ſcripti in poſſeſſionem mitti poſtulare debeant.
Tit. XXI. Vbi de Ratiociniis tam publicis quàm priuatis agi oporteat.
Tit. XXII. Vbi cauſa ſtatus agi debeat.
Tit. XXIII. Vbi quis de Curiali vel Cohortali aliave Conditione conueniatur.
Tit. XXIV. Vbi Senatores vel Clariſſimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur.
l. quicumque 1. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 1. l. 1. to. 3. p. 3.
Ad l. Senatores 2. vid. l. 2. Cod. Th. de integri reſtitut.

tut. t.1. p.162. C. 2. vide lib.9. tit.1. l.13. to.3. p.17.
Tit. XXV. In quibus cauſis militantes fori præſcriptione vti non poſſunt.
Tit. XXVI. Vbi cauſæ fiſcales vel diuinæ domus hominumque eius agantur.
Ad l.6. vid.lib.11. Cod.Th. t.16.to.4.p.118.c.1.
Ad l.8. vid. lib.10. Cod.Th.tit.3.to.3.p.408.
l.vniuerſi 9.expl.lib.10. Cod.Th.tit.4.de actoribus & procuratoribus & conductoribus rei priuatæ,l.1.to.3.p.406.
Tit. XXVII. Quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindicare vel publicam deuotionem, vid.lib.9.Cod.Th. tit.16.to.3.p.132.c.1.
l.liberam 1.expl. lib.9. Cod.Th.tit.14.ad leg.Corneliam,de ſicariis,l.2.to.3. p.86.
l.opprimendorum 2.expl. lib.7.Cod.Th.t.18.to.2. p.419.
Tit. XXVIII. De inofficioſo teſtamento, expl. lib.2.Cod.Th.t.1.p.172.
l.fratres 27.expl.lib.2.Cod.Th.tit.19.de inofficioſo teſtamento, to.1.p.172.174.& 176.
l.liberi 28.expl.lib.2.Cod.Th.tit.19.l.2.to.1.p.176.
Ad l.30. vid. to.1. p.179. c.2.
Ad l.35.vid.lib.6. C.Th.t.20.to.2.p.181. & p.183.
Tit. XXIX. De inofficioſis donationibus, expl. lib.2.Cod.Th. t.20.to.1. p.184.
l.vlt.expl.lib.2. Cod.Th. t.20.l.vn. to.1.p.184.
Tit. XXX. De inofficioſis dotibus, expl. lib.2. Cod.Th.t.21.to.1.p.185.
l.cum omnia 1.expl.lib.2. Cod.Th. tit.21. l.1.to.1. p.186.
Tit. XXXI. De petitione hæreditatis, expl.lib.2. Cod.Th.t.22.to.1.p.189.
l. cogi 11. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30. de fide teſtium,l.12.to.4.p.333.
Tit. XXXII. De rei vindicatione,expl.lib.2.Cod. Th. t.23.to.1. p.192.
Tit. XXXIII. De vſufructu & habitatione & miniſterio ſeruorum.
Tit. XXXIV. De ſeruitutibus & aqua.
Ad l.6.vid. lib.9. Cod.Th. tit.42.to.3.p.346.
Tit. XXXV. De lege Aquilia.
Tit. XXXVI. Familiæ erciſcundæ,expl.lib.2.Cod. Th.t.24.to.1.p.194.
l. inter omnes 26. expl. lib.2. Cod.Th. tit. 24. l.1. to.1. p.195.
Tit. XXXVII. Communi diuidundo,expl.lib.2. Cod.Th. t.25.to.1.p.199.
Tit. XXXVIII. Communia vtriuſque Iudicij tam familiæ erciſcundæ quam communi diuidundo.
l.poſſeſſionum 11. expl. lib.2 Cod.Th.tit.25.communi diuidundo, l.vnica,to 1.p.199.
Tit. XXXIX Finium regundorum, expl. lib.2. Cod.Th.t.26.to.1.p.200.
l.ſi quis ſuper 3. expl.lib.2.Cod.Th.tit.26.l.2.to.1. p.200.
l.ſi conſtiterit 4.expl.lib.2.Cod.Th.tit.26.l.2.to.1. p.203.
l.quinque pedum 5. expl. lib.2. Cod.Th.tit.26.l.4. to.1. p.205.
l.cunctis 6.expl.lib.2.Cod.Th.tit.26.finium regundorum, l.5. t.1. p.209.
Tit. XL. De conſortibus eiuſdem litis.
l.exploſis 1.expl.lib.2. Cod.Th. tit.5. de dominio rei quæ poſcitur, l.1. to.1. p.106.
l.commune 2.expl.lib.2. Cod.Th. tit.12. de cognitoribus & procuratoribus,l.2.to.1.p.147.
Tit. XLI. De noxalibus actionibus.
Tit. XLII. Ad exhibendum.
Tit. XLIII. De aleatoribus.
Tit. XLIV. De Religioſis & ſumptibus funerum.
Ad l.5.vid.lib.9.Cod.Th.t.17.to.3.p.150. c.1.
Ad l.10.vid.lib.9.Cod.Th.tit.17.to.3.p.152.c.2.
Ad l.12.vid.lib.9.Cod.Th.tit.17.to.3.p.148.
l.nemo 14. expl. lib.9. Cod. Th. tit. 17. l.7. to.3. p.152.

## LIBER QVARTVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. De rebus creditis & iureiurando.
Tit. II. Si certum petatur, expl. lib.2. Cod.Th.t.27.to.1.p.210.
Ad l. quiſquis 16. vid. lib.9. Cod.Th. tit.42. to.1. p.348. in not.
Tit. III. De ſuffragio, expl. lib.2. Cod.Th.t.29. to.1. p.217.
l.ſi qui deſideria 1.expl.lib.2.Cod.Th.tit.29, ſi certum petatur de ſuffragiis, l. . to.1. p.217.
Tit. IV. De prohibita ſequeſtratione pecuniæ, expl.lib.2. Cod.Th. t.28.to.1.p.215.
l.quoties 1. expl. l.2. Cod.Th. tit.28. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ,l.vnica, to.1. p.215.
Tit. V. De condictione indebiti.
Tit. VI. De condictione ob cauſam datorum.
Tit. VII. De condictione ob turpem cauſam.
Tit. VIII. De condictione furtiua.
Tit. IX. de condictione ex lege & ſine cauſa vel iniuſta cauſa.
Tit. X. De obligationibus & actionibus.
Tit. XI. Vt actiones & ab hæredibus & contra hæredes incipiant.
Tit. XII. Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur.
Tit. XIII. Ne filius pro patre, nec pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel ſeruus pro domino conueniatur.
Tit. XIV. An ſeruus pro ſuo facto poſt manumiſſionem teneatur.
Tit. XV. Quando fiſcus vel priuatus debitoris ſui debitores conuenire poſſit vel debeat.
Tit. XVI. De hæreditariis actionibus.
Tit. XVII. Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.
Tit. XVIII. De conſtituta pecunia.
Tit. XIX. De probationibus.
Ad l.5.6.7.vid.lib.10.tit.16.to.3. p.478.
l.iubemus 24. expl. lib.11. Cod Th.tit.39.l.7.to.4. p.326.
l. ſciant 25. expl. lib.9. Cod.Th.tit.37.de abolitionibus, l.7. in medio to.3. p.263.
Tit. XX. De teſtibus, expl. lib.11. Cod.Th.t.39. to.4. p.318.
Ad l.6. vid.lib.11.Cod.Th. t.39.to.4. p.328.
l. iuriſiurandi 9. expl. lib.11. Cod. Th. tit.39. l.3. to.4. p.322.
l.omnibus 10.expl. lib.2. Cod.Th. tit.2. l.vn. to.1. p.92.
l. quoniam 11. expl. lib. 11. Cod.Th. tit. 39. l.13. to.4. p.334.
l. libertorum 12.expl.l.9.Cod.Th.t.6.l.4.to.3.p.53.
Ad l.16. §.1. vid.lib.11. Cod.Th. t.39. to.4. p.334.
Tit. XXI. De fide inſtrumentorum,expl.lib.11. Cod.Th.tit.39.to.4.p.318.
l. ſcripturæ 14. expl. lib.11.Cod.Th.tit.39.de fide teſtium, l.2. to.4. p.320.
Tit. XXII. Plus valere quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.

Tit.

Tit. XXIII. De commodato.
Tit. XXIV. De pignoratitia actione.
Tit. XXV. De inſtitoria & exercitoria actione.
Tit. XXVI. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur, vel de peculio ſeu quod iuſſu aut de re in rem verſo.
l. Dominus 13. expl. lib.2. Cod.Th. tit.31. quod iuſſu.
l.vnica,to.1.p.227. & lib.2. Cod.Th. tit.32. de peculio.
l.vnica, to.1. p.229.
Tit. XXVII. Per quas perſonas nobis acquiritur.
Tit. XXVIII. Ad Senatus Conſultum Macedonianum.
Tit. XXIX. Ad Senatus Conſultum Velleianum.
Tit. XXX. De non numerata pecunia.
Tit. XXXI. De compenſationibus.
Ad l.1. vide lib.14. Cod.Th.t.17.to.5.p.248.
Tit. XXXII. De vſuris.
Tit. XXXIII. De nautico fœnore.
Tit. XXXIV. Depoſiti vel contra.
Tit. XXXV. Mandati vel contra.
Tit. XXXVI. Si ſeruus extero ſe emi mandauerit.
Tit. XXXVII. Pro ſocio.
Tit. XXXVIII. De contrahenda emptione & venditione,expl.lib.3. Cod.Th.tit.1.to.1.p.240.
l.dudum 14.expl.lib.3.Cod.Th.tit.1.de contrahenda emptione, l.6.to.1.p.247.& to.5.p.97.c.1.
Tit. XXXIX. De hæreditate vel actione vendita.
Tit. XL. Quæ res vendi non poſſunt & qui vendere vel mercari vetantur.
Ad l.3. vid. lib.13.Cod.Th. tit.9.to.5.p.110.
Tit. XLI. Quæ res exportari debeant.
Tit. XLII. De eunuchis.
Tit. XLIII. De patribus qui filios diſtraxerunt, expl.lib.3.Cod.Th.tit.3.to.1.p.257.
l.ſi quis 2.expl.lib.5. Cod.Th.tit.8.l.1.to.1.p.448.
Tit. XLIV. De reſcindenda venditione.
l. quiſquis 15. expl. lib.3. Cod. Th. tit.1.l.4. to.1. p.245.
l.ſi quos debitorum 16. expl. lib.10. Cod.Th. t.17. l.3.to 3. p.482.
l.hi qui 17.expl.lib.3.Cod.Th.tit.1.de contrahenda emptione,l.8. to.1. p.250.
Tit. XLV. Quando licet ab emptore diſcedere.
Tit. XLVI Si propter publicas penſitationes venditio fuerit celebrata,expl.lib.11. Cod.Th.tit.9. p.86.
l.vlt.expl.lib.11.Cod.Th.tit.9.to.4 p.88.
Tit. XLVII. Sine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe,expl. lib.11.tit.3.to.4. p.52.
Ad hunc tit. vid. lib.13. Cod.Theod. tit.6. to.5. p.98. c.2.
l. rei Annonariæ 2.expl. lib.11. Cod.Th. tit.3. l.1. to.4.p 52.
l.omnes 3.expl lib.11.Cod.Th.tit.3 l.3.to.4.p.55.
Tit. XLVIII. De periculo & commodo rei venditæ.
Tit. XLIX. De actionibus empti & venditi.
Tit. L. Si quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine aliena pecunia emerit.
Tit. LI. De rebus alienis non alienandis.
Tit. LII. De communium rerum alienatione.
Tit. LIII. Rem alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum alienatione.
Ad l.vnicam, vid. lib.3. Cod.Th. tit.19. l.1. to.1. p.323.
Tit. LIV. De pactis inter emptorem & venditorem compoſitis.
Tit. LV. Si ſeruus exportandus veneat.
Tit. LVI. Si mancipiū ita venerit ne proſtituatur.
Tit. LVII. Si mancipium ita fuerit alienatum vt manumittatur vel contra.
Tit. LVIII. De ædilitiis actionibus.
Ad l.3.vid.lib.7. Cod.Th.tit.18.to.2.p.408.c.1.
l. habito 5. expl. lib.3. Cod. Th. tit.4. de ædilitiis actionibus, l vn.to.1 p.258.
Tit. LIX. De monopoliis & conuentu negotiatorum illicito, vel artificio ergolaborum, necnon balneatorum prohibitis & pactionibus illicitis.
Ad l.vnicam,vid. lib.14.t 20.to.5.p.259.c.2.
Tit. LX. De nundinis & mercatoribus.
Ad l.vnicam, vid.lib.7. Cod.Th. tit.20.to.2.p.424. c.1.
Tit. LXI. De vectigalibus & commiſſis, expl. lib.4.Cod.Th.tit.11.to.1.p.378.
l. penes illum 4. expl. lib.4. Cod. Th. tit.12. l.vn. to.1. p.379.
l.omnium 6.expl. lib.11.Cod.Th.tit.12 de immunitate conceſſa,l.3.to.4.p.98,& lib.13.tit.5.to.5. p.78.
Ad l.7.vid. lib.10. Cod.Th. tit.16.to.3.p.477.
Ad l.8.9.lib.10. Cod.Th. tit.25.to.3.p.434.
Ad l.10.vid.lib.15. Cod.Th.tit.1 to.5.p.295 c.2.
Tit. LXII. Vectigalia noua inſtitui non poſſe.
Tit. LXIII. De commerciis & mercatoribus.
l.negotiatores 1.expl. lib.12. Cod.Th. tit.1. de luſtrali collatione,l.5.to.3.p.8.
Ad l.2.vid. Cod.Th.lib.9.tit 21.to.3.p.179.c.2.
Ad l.3. vid. Cod.Th. lib.5.tit.5. to.1.p.441. in not. & lib.13.Cod.Th.tit.1.to.5.p.20.vid.lib.7.tit.16. to.2.p.397.& lib.9. Cod.Th.tit.42.to.3.p.348.
Ad l.4.vid.lib.10. Cod.Th. tit.10 to.3.p.449.
Ad l.5.vid.lib.14. Cod.Th.tit.7.to.5.p.191.
Ad l mercatores 4.vid.lib.7.tit.13.to.2.p.398.
Tit. LXIV. De rerum permutatione & præſcriptis verbis.
Tit. LXV. De locato & conducto.
Tit. LXVI. De iure emphyteutico.

## LIBER QVINTVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. De ſponſalibus & arris ſponſalitiis & proxeneticis, expl. lib.3. Cod.Th. tit.5. to.1.p.261.
l. ſi is qui 2.expl. lib.3. Cod.Th. tit.5. in l.4. to.1. p.166.
l.arris 3. expl.lib.3. Cod.Th. tit.5.in l.5.& 6.to.1. p.267.
l. ſi pater 4.expl. lib.3. Cod.Th. tit.5. de ſponſalibus, l.7.to.1.p.271.
Tit. II. Si rector prouinciæ vel ad eum pertinentes ſponſalitia dederint,expl. lib.3. Cod.Th.t.6. to.1.p.273.
Ad hunc tit.vid lib.9. Cod.Th.to.3.p.108 c.2.
l. ſi quis de poteſtate 1. expl. lib.3. Cod. Th. tit.6. l.vn.to.1.p.274.
Tit. III. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias & ſponſalitiis,expl.lib.3. tit.5.to.1. p.261.
l.cum veterum 15.expl.lib.3.Cod.Th.tit.5.l.2.to.1. p.263.
l. ſi ab ſponſo 16. expl.lib.3.Cod.Th. tit.5.l.5.to.1 p.268.
l.minoribus 17.expl lib.3. C.Th t.5.l.8.to.1.p.272.
Tit. IV. De nuptiis,expl.lib.3.Cod.Th.tit.7.to.1. p.276.

l.viduæ

l.viduæ 18.expl.lib.3. Cod.Th.tit.7. de nuptiis,l.1. to.1. p.27⁻.
Ad l in coniunctione 20 vide d.l.1.Cod.Th.p.178. to. 1.
l.celebrandis 19. expl.lib.3.Cod.Theod.tit.7.to.1. p.298. & 299.
l. ſi denationum 22. expl. lib.3. Cod. Th. tit.7. de nuptiis, l.3. to.1. p.279. & lib.7. tit.13. to.2. p.377.
Tit. V. De inceſtis & inutilibus nuptiis, expl. lib.3.Cod.Th.tit.12.to.1.p.306.
l.cum ancillis 3.expl.lib.12.Cod.Th.tit.7.de decurionibus, l.6. to.4.p.350.
Ad l. fratris 5.vid.l.1.lib.3. Cod.Th. tit.12. & l.2. Cod.Th. to.1. p.294.
l. ſi quis inceſti 6.expl. lib.3. Cod.Th. tit.12. to.1. p. 296.
Tit.VI.De interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ſeu curatorem filioſque eorum.
Ad l.5. vid.l.vn. Cod.Th. ſi prouinciæ rector,lib.3 tit.6 to.1. p.275.
Tit.VII. Si quacunque præditus poteſtate, vel ad eum pertinentes,ad ſuppoſitarum iuriſdictioni ſuæ aſpirare tentauerint nuptias; expl. lib.3. Cod.Th.tit.11. to.1.p.292.
l.ſi quis ordinaria, expl.lib.3. Cod.Th.tit.11.l.vnica, to.1. p.292.
Tit. VIII. Si nuptiæ ex reſcripto petantur,expl. lib.3.Cod.Th.tit.10.to.1. p.287.
l.quidam 1.expl.lib.3.Cod.Theod. tit.10. l.1.to.1. p. 287.
Tit.IX. De ſecundis nuptiis, expl.lib.3. Cod.Th. tit.8. to.1. p.281.
l. ſi qua mulier, expl. lib.3. Cod.Th. tit.8.l.1.to.1. p. 281.
l. ſi qua ex fœminis 2.expl.lib.2.Cod.Th.tit.8.l.2. to.1. p.281.
l.fœminæ 3.expl.lib.3.Cod.Th.tit.8.l.2.to.1.p.282.
Ad l.hac edictali vid.lib.2.Cod.Th.t.21.to.1.p.188. in not.
Tit. X. Si ſecundo nupſerit mulier cui maritus vſumfructum reliquit, expl.lib.3. Cod.Th.tit.9. to.1. p.286.
l. ſi vſumfructum,expl.lib.3. Cod.Th.tit.9. in l.vn. to.1. p.286.
Tit. XI. De dotis promiſſione & nuda pollicitatione.
l.ad exactionem 6.expl.lib.3.Cod.Th.tit.13.de dotibus, l.4. to.1. p.305. & lib.2. Cod.Th. tit.21. to.1. p.186.c.1.
Tit. XII. De iure dotium, expl. lib.5. Cod.Th. tit.21.to.1.p.188.
Tit. XIII. De rei vxoriæ actione in exſtipulatu actionem transfuſa, & de natura dotibus præſtita.
Ad l.vnicam §. taceat vid.lib.3.Cod.Th.tit.13.l.1. to.1. p.302.c.2.
Tit. XIV. De pactis conuentis tam ſuper dote quam ſuper donatione ante nuptias & parapheruis.
Tit.XV. De dote cauta non numerata,vid.lib.9. tit.42. to.3. p.343.
Tit.XVI. De donationibus inter virum & vxorem,& à parentibus in liberos factis,& de ratihabitione.
l.vxoris 24.expl.lib.9.Cod.Th.tit.42.de bonis proſcriptorum ſeu damnatorum,l.1.to.3.p.32.
Ad l.vlt.vid.lib.9. Cod.Th.t.42.to.3.p.327.
Tit.XVII. De repudiis & iudicio de moribus ſublato,lib.3.Cod.Th.tit.16.to.1.p.310.
Ad l.vlt.vid.lib.3. Cod.Th.t.16.to.1.p.302.c.2.
Tit.XVIII Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.
l.ſi conſtante 11.expl.lib.5.Cod.Th.tit.13.de dotibus,l.vlt.to.1.p.305.
Tit. XIX. Si dos conſtante matrimonio ſoluta fuerit.
Ad l.vn.vid. lib.3. Cod.Th. t.13.to.1.p.304.
Tit.XX. Ne fideiuſſores vel mandatores dotium dentur,expl.lib.3. Cod.Th. tit.15.to.1.p.308.
Ad l.ſiue ex iure 1.vid.lib.3.Cod.Th.tit.25.de fideiuſſoribus dotium, l.vn.to.1.p.308.
Tit. XXI. Rerum amotarum.
Tit. XXII. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur,ideſt in ſolidum dentur.
Tit. XXIII. De fundo dotali.
Tit.XXIV. Diuortio facto apud quem liberi morari vel educari debeant.
Tit. XXV. De alendis liberis ac parentibus.
Tit. XXVI. De concubinis.
Tit. XXVII. De naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus cauſis iuſti efficiantur.
Ad hunc tit.vid. Cod.Th. lib.4. t.6. de naturalibus filiis, to.1. p.350.
Tit. XXVIII. De teſtamentaria tutela.
Tit. XXIX. De confirmando tutore.
Tit. XXX. De legitima tutela.
Tit. XXXI. Qui petant tutores vel curatores.
Tit. XXXII. Vbi petantur tutores vel curatores.
Tit.XXXIII. De tutoribus vel curatoribus illuſtrium vel clariſſimarum perſonarum.
l.illuſtribus 1.expl. lib.3.Cod.Th.tit.17. de tutoribus & curatoribus creandis, l.3.to.1.p.318.
Tit.XXXIV.Qui dare tutores vel curatores poſſunt, & qui dari non poſſunt.
l.in vniuerſis 11.expl.lib.3.Cod.Th.tit.17.de tutoribus & curatoribus creandis, l 1.to.1.p.316.
Tit. XXXV. Quando mulier tutelæ officio fungi poteſt.
l.matres 2.expl.lib.3. Cod.Th. tit.17. de tutoribus & curatoribus creandis l. 3. to.1. p.320.
Tit. XXXVI. In quibus caſibus tutorem vel curatorem habenti tutor vel curator dari poteſt.
Tit. XXXVII. De adminiſtratione tutorum vel Curatorum & de pecunia pupillari fœneranda vel deponenda, expl.lib.3.Cod.Th. tit.19. to.1. p. 322.
Ad l.non eſt ignotum vid. lib.10. Cod.Th. tit.15. to.3. p.472.
l.pro officio 20.expl.lib.3.Cod.Th. tit.19.de adminiſtratione & periculo tutorum l.1.to.1. p.322.
l. pupillorum 21.expl. lib.3. Cod. Th.tit.19.de adminiſtrationo tutorum l.2.to.1. p.325.
l.ſi tutoris 23.expl.lib.3. Cod. Th. tit.19.de adminiſtratione tutorum, l.3.to.1.p.326.
l.tutores 24.expl.lib.3. Cod.Th. tit.19.de adminiſtratione tutorum, l.4.to.1.p.327.
Tit. XXXVIII. de periculo tutorum vel Curatorum, expl.lib.3.tit.19.to.1.p.322.
Tit. XXXIX. Quando ex facto tutoris minores agere vel conueniri poſſunt.
Tit. XL. ſi ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel vnus agere pro minore vel conueniri poſſunt.
l.ſi diuiſum 2.expl.lib.2. Cod.Th. tit.4. de denuntiatione vel editione reſcripti l. 1. verſicu. quod ſi diuiſum to.1. p.95.
Tit. XLI. Ne tutor vel curator vectigalia conducat.
Tit. XLII. De tutore vel curatore qui ſatis non dedit.
Tit.XLIII.De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.
Tit. XLIV. De in litem dando tutore vel curatore.
Tit. XLV. De eo qui pro tutore negotia geſſit.
Tit. XLVI. Si mater indemnitatem promiſit.
Tit. XLVII. Si contra matris voluntatem tutor datus ſit.
Tit. XLVIII. Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor.
Tit. XLIX. Vbi pupillli educari debeant.
Tit. L. De alimentis pupillo præſtandis.
Tit. LI. Arbitrium tutelæ.
Tit. LII. De diuidenda tutela pro qua parte quiſque tutorum conueniatur.
Tit.LIII. De in litem iurando.
Tit. LIV. De hæredibus tutorum vel curatorum.
Tit. LV. Si tutor vel curator non geſſerit.
Tit.LVI. De vſuris pupillaribus.
Tit. LVII. De fideiuſſoribus tutorum vel curatorum.
Tit.LVIII. De contrario iudicio tutelæ.
Tit. LIX. De authoritate præſtanda.
Tit. LX. Quando tutores vel curatores eſſe deſinant.
Tit. LXI. De actore à tutore dando.
Tit.LXII. De excuſationibus tutorum vel curatorum & temporibus eorum.
l.excuſationem 24.expl.lib.13.Cod.Th.tit.5.de nauiculariis,l.7. to.5.p.63.& p.82.c.2.
Tit.LXIII. Si tutor vel curator falſis allegationibus excuſatus ſit.
Tit. LXIV. Si tutor vel curator reipublicæ cauſa abfuerit.
Tit.LXV. De excuſationibus veteranorum.
Tit. LXVI. Qui numero liberorum ſe excuſant, vide lib.12.Cod.Th.t.17.to.4. p.614.
Tit.LXVII. Qui morbo.
Tit.LXVIII. Qui ætate.
Tit.LXIX. Qui numero tutelarum.
Tit.LXX. De curatore furioſi vel prodigi.
Tit. LXXI. De prædiis & aliis rebus minorum ſine decreto non alienandis vel obligandis.
Ad l.vlt.vid.lib.6.Cod.Th.tit.4.to.2.p.52.c.1.
Tit.LXXII. Quando decreto opus non eſt.
Tit. LXXIII. Si quis ignorans rem minoris eſſe ſine decreto comparauerit.
Tit.LXXIV.Si maior factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit.
Tit.LXXV. De magiſtratibus conueniendis.

---

## LIBER SEXTVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. De ſeruis fugitiuis & libertis, expl. lib.5. Cod.Th.t.9.to.1.p.450.
Ad l. ſi fugitiui 3. vid. lib.4. Cod. Theod. tit.19. to.1. p.368.
Ad l. ſi quis ſeruum, vid. l.2. lib.5. tit. 9. de fugitiuis colonis Inquilinis & ſeruis,to.1. p.456.
Ad legem vlt. vid. lib.15. Cod.Th.t.2.to.5. p.335.
Tit. II. De furtis & ſeruo corrupto.
Tit. III. De operis libertorum.
Tit. IV. De bonis libertorum.
Tit. V. Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit.
Tit. VI. De obſequiis patrono præſtandis.
Tit. VII. De libertis & eorum liberis.
l. ſi manumiſſus 2. expl. lib.4. Cod.Theod. tit. 11. de libertis & eorum liberis, to. 1. p.375. vid. lib.2.tit.22.to.1.p.190.c.2.
l. liberti 3. expl. lib.4. Cod.Th.tit.11.de libertis & eorum liberis, l.2.to.1. p.376.
l. vlt. expl. lib. 4. Cod. Theod. tit. 11. l. 3. to. 1. p. 377.
Tit. VIII. De iure aureorum annulorum.
Tit. IX. Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt & intra quod tempus.
Ad l. infantis 3. vid. l. 8. Cod.Theod. tit.18. to.2. p.662.
Ad l. 8. vid. lib. 8. Cod. Theod. tit. 18. to. 2. p.657.
Tit. X. Quando non petentium partes petentibus accreſcant.
Tit.XI. De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, vid. lib. 4. Cod. Th. tit.1. de cretione to.1. p.329.
Tit. XII. De bonorum poſſeſſione contra tabulas quam prætor liberis pollicetur.
Ad l. vltimam vid. lib. 4. Cod. Theod. tit.1. to.1. p.331.
Tit. XIII. De bonorum poſſeſſione contra tabulas quæ patronis liberiſque eorum datur.
Ad l. patronus 2. vid. lib. 4. Cod. Th. tit.4. de teſtamentis & codicillis in verſ. patronus liberti, ſub med. to.1. p.346.
Tit.XIV. Vnde liberi.
Ad l.3. expl. lib.8. Cod.Theod. tit.18. to.2.p.657. c.1.
Tit. XV. Vnde legitime & vnde cognati.
Tit. XVI. De ſucceſſorio edicto.
Tit. XVII. De Carboniano edicto.
l. Carbonianum 2. expl. lib.4. Cod. Th. tit. 3. de Carboniano edicto, l.1. to.1. p.332.
Tit. XVIII. Vnde vir & vxor.
l. vnic. expl. lib.5. Cod.Th. tit.1. to.1. p.433.
Tit. XIX. De repudianda bonorum poſſeſſione.
Tit. XX. De collationibus.
Vid.lib.4. Cod.Th.tit.2.to.1.p.33·.in l.1. & lib.5. tit.1.to.1.p.428.
Ad l.illam 19.vid.lib.5. Cod.Th.tit.1. de legitimis hæredibus, l.5. to.1.p.429.
Tit. XXI. De teſtamento militis.
Tit. XXII. *Qui teſtamenta facere poſſunt vel non.*
Ad l. eunuchis 5. & ad l. ſi quis Imperatorem 6. vid. lib.10. Cod.Th. tit.10. to.3. p.462.
Ad l.cum hæredes 7. vid. lib. 4. Cod. Th. tit. 4. de teſtamentis & codicillis, in l.2. to.1. p.335.
Tit. XXIII. De teſtamentis & quemadmodum teſtamenta ordinentur,expl.lib.4.Cod.Th.tit.4. to.1. p.333.
Ad l.ex imperfecto 3.vid.lib.4. Cod.Th. tit.4.to.1. p.336.
Ad l.non codicillum 14. vid. lib.4. Cod.Th. to.1. p. 338.
Ad l. quoniam 15.vid.l.1. lib.4. Cod.Theod. tit.4. de teſtamentis & codicillis, l.3. to.1. p.337.
l. teſtamentum 17. expl. lib.4. Cod. Theod. tit. 4. de teſtamentis & codicillis, l.4. to.1. p.337.
l. teſtamenta 18. expl. lib. 4. Cod. Theod. tit. 4. de teſtam. & cod. l.4. to.1. p.339.
Ad l. omnium 19. vid. l. aduerſus, Cod. Theod. lib. 2. tit.20. to.1. pag. 181. & to. 3. p.94. c.2. & to.2. p.649.
l. nolumus 20. expl. lib.4. Cod.Th. tit.4. de teſtamentis & codicillis l.5. to.1.p.340.
Ad auth. quod ſine, vide Cod.Th. to.1. p.346.c.2.
Ad l.25.vid.lib.4. Cod.Th. to.1. p.340

Ad l.ſancimus 27.vid.l.6.lib.4.Cod.Th.tit.4.de teſtamentis & codicillis to.1.p 346.
Tit. XXIV. De hæredibus inſtituendis & quæ perſonæ hæredes inſtitui non poſſunt.
l.extraneum 11. expl.lib.5.Cod.Th.tit.1. de legitimis hæredibus,l.9. in medio to.1. p.433.
Tit.XXV. De inſtitutionibus & ſubſtitutionibus & reſtitutionibus ſub conditione factis.
Tit. XXVI. De impuberum & aliis ſubſtitutionibus.
Tit. XXVII. De neceſſariis ſeruis hæredibus inſtituendis vel ſubſtituendis.
Tit. XXVIII. De liberis præteritis vel exhæredatis.
Tit. XXIX. De poſthumis hæredibus inſtituendis vel exhæredandis vel præteritis.
Tit. XXX. De iure deliberandi, expl.lib.4.Cod. Th.t.1. de cretione,to.1.p.329.
l.nec emere 16.expl.lib.12. Cod.Th. tit.1.de decurionibus,l.149.to.4. p.486.
l. cretionum 17. expl. lib.8. Cod.Th. tit.18. to.2. p.661.
Ad l.ſi infanti, vid.l.1. Cod.Th.lib.4. tit.1. de cretione vel bonorum poſſeſſione, to.1.p.329.330.
Tit. XXXI. De repudianda vel abſtinenda hæreditate.
Tit. XXXII. Quemadmodum teſtamenta aperiantur, inſpiciantur & deſcribantur.
Tit. XXXIII. De edicto diui Adriani tollendo & quomodo ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur.
Tit. XXXIV. Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coëgerit.
Tit. XXXV. De his quibus vt indignis hæreditates auferuntur & ad Senatus Conſultum Silanianum.
Ad l.5.vid.lib.9. Cod.Th. tit.17.to.3.p.150.c.1.
Tit. XXXVI. De codicillis, expl.lib.4.Cod.Th.t.4. to.1. p.333.
Ad l.ſi idem 7.vid.lib.4.Cod.Th.t.4.to.1.p.335.c.2.
l.ſi quis agere 8.expl.lib.4. Cod.Th. tit.4. de teſtamentis & codicillis, l.7.to 1.p.346.
Tit. XXXVII. De legatis.
Tit. XXXVIII. De verborum & rerum ſignificatione.
Tit. XXXIX. Si omiſſa ſit cauſa teſtamenti.
Tit. XL. De indicta viduitate & lege Iulia miſcella tollenda.
Tit. XLI. De his quæ pœnæ nomine in teſtamento vel codicillis ſcribuntur vel relinquuntur.
Tit. XLII. De fideicommiſſis.
Tit. XLIII. Communia de legatis & fideicommiſſis, & de in rem miſſione tollenda.
Tit. XLIV. De falſa cauſa adiecta legato vel fideicommiſſo.
Tit. XLV. De his quæ ſub modo legata vel fideicommiſſa relinquuntur.
Tit. XLVI. De conditionibus inſertis tam legatis quam fideicommiſſis & libertatibus.
Tit. XLVII. De vſuris & fructibus legatorum ſeu fideicommiſſorum.
Tit. XLVIII. De incertis perſonis.
Tit. XLIX. Ad Senatus Conſultum Trebellianum, & ad legem Falcidiam, vid.l.vlt. Cod.Th. lib.5.tit.1.to.1.p.423.
Tit. L. De caducis tollendis.
Tit. LI. De his qui ante apertas tabulas hæreditatem tranſmittunt.
Tit. LII. Quando dies legati vel fideicommiſſi cedit.
Tit. LIII. Vt in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa mittatur, & quando ſatiſdari debeat.
Tit. LIV. De ſuis & legitimis liberis & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus, vid. Cod. Th. lib.4 tit.1.to.1 p.421.
l.ſi defunctus 9.expl.lib.5. Cod.Th. tit.1. de legitimis hæredibus,l.4.to.1.p.427.
l.vbi auiatum 10.expl.lib.5.Cod.Th. tit.1. de legitimis hæredibus, l.6.to.1.p.430.
l.ſi matre 11.expl.lib.5. Cod.Th. tit.1. de legitimis hæredibus, l.8. in fine to.1. p.432.
Tit.LV. Ad Senatus Conſultum Tertullianum.
l.mater 5.expl.lib.5. Cod.Th.tit.1.de legitimis hæredibus, l.8 to.1.p.431.
l.8. expl. lib.5. Cod.Th. tit.1. to.1.p.432. & lib.8. Cod.Th.tit.9.de bonis maternis,l.6.to.2.p.596. vide etiam l.vnicam,lib.4.Cod.Th. tit.1.de cretione vel bonorum poſſeſſione, to.1.p.329.
Tit. LVI. Ad Senatus Conſultum Orficianum.
l.quoties 10.expl.lib.5. Cod.Th. tit.1. de legitimis hæredibus,l.3. to.1. p.426.
Tit. LVII. De legitimis hæredibus, expl. lib.5. Cod.Th. tit.1.to.1.p.421.
Tit.LVIII. Communia de ſucceſſionibus.
Tit. LIX. De bonis maternis & materni generis, expl.lib.8.tit.18.to.2. p.650.
l.res quæ 1.expl.lib.8.Cod.Th.tit.18.l.1.to.2.p.652.
l.quidquid 2.expl.lib.8. C.Th t.18.l.9.to.2.p.660.
l.ſi vnica 3. expl.lib.8. Cod.Th.t.18.l.9.to.2.p.662.
Tit.LX. De bonis quæ liberis, expl.lib.8.Cod.Th. t.19.to.2. p.665.
l.cum venerandæ 1.expl.lib.8. Cod.Th.tit.19 to.2. p.665.
Ad l.conſtitutiones vid.l.vlt.lib.3.Cod.Th.tit.5.de ſponſalib. & ante nuptias donationibus, to. 1. p.272.
Ad l.cum oportet 6. vid. lib.8. Cod.Th. t.18. to.2. p.653.
Tit.LXI. De hæreditatibus decurionum, nauiculariorum, cohortalium, militum & fabricenſium. Ad hunc tit vid. Cod.Th. lib.5. t.2.to.1. p.434. & to.4. p.438.
Ad l.ſi quis 1.vid.lib.13.Cod Th. tit.5. to.5. p.62. c. 2.
l.vniuerſis, expl.lib.5.Cod.Th tit.4.de bon.militum l.vn.to.1.p.438.
Ad l. ſi quis cohortali 3. vid. Cod.Th. lib. 5. tit.2. to.1.p.434. & to.4. p.15.c.1.
Ad l.4. vide lib.12. Cod.Th.t.4.to.4.p.540.

---

# LIBER SEPTIMVS

## *Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. De vindicta, libertate & apud concilium manumiſſione, vid. lib.4. Cod. Th. tit.7. to.1. p.354.
Tit. II. De teſtamentaria manumiſſione.
Tit. III. De lege Fuſia Caninia tollenda.
Tit. IV. De fideicommiſſariis libertatibus.
Tit. V. De deditiitia libertate tollenda.
Tit. VI. De Latina libertate tollenda & per certos modos in ciuitatem transfuſa.
Tit. VII. De communi ſeruo manumiſſo.
Tit. VIII. De ſeruo pignori dato manumiſſo.
Tit. IX. De ſeruis reip. manumittendis.
Ad l.vlt.vid.lib.8. Cod.Th.tit.1.to.2.p.478.
Tit. X. De his qui à non dominis manumiſſi ſunt.
l. ſi à non dominis 7.expl. lib.4. Cod.Th.tit.10. de his qui à non domino manumiſſi ſunt. l.1. to.1. p.373.
Tit. XI. Qui manumittere non poſſunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur.
Tit. XII. Qui non poſſunt ad libertatem peruenire.
Tit. XIII. Pro quibus cauſis ſerui pro præmio libertatem accipiunt.
l.2. expl. lib.9. Cod.Th.tit 21. to.3. p.170. in not. & p.172. c.1.
l.ſi quis ſeruus 3.expl.lib.9.Cod.Th.tit.24.de raptu virginum vel viduarum to.3. p.189.
l.vlt.exp.. lib.7. Cod.Th tit.18.to.2. p.405.406.
Tit. XIV. De ingenuis manumiſſis.
Ad l.diffamari, vid.lib.9. Cod.Th.t.34.to.3.p.245.
Tit. XV. Communia de manumiſſionibus.
Tit. XVI. De liberali cauſa.
Tit. XVII. De adſertione tollenda.
Tit. XVIII. Quibus ad libertatem proclamare non licet, & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur.
l.ſi quis in libertatem 3. expl.lib.4. Cod.Th.t.8. de liberali cauſa, l.2.in med. to.1.p.362.
Tit. XIX. De ordine cognitionum.
Tit. XX. De colluſione detegenda.
Tit. XXI. Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.
Tit. XXII. De longi temporis præſcriptione quæ pro libertate, & non aduerſus libertatem opponitur.
Tit. XXIII. De peculio eius qui libertatem meruit.
Tit. XXIV. De Senatuſconſulto Claudiano tollendo, vid.Cod.Th. lib.4 tit.9. to.1.p.367.
Tit. XXV. De nudo iure Quiritum tollendo.
Tit. XXVI. De vſucapione pro emptore vel tranſactione.
Tit. XXVII. De vſucapione pro donato.
Tit. XXVIII. De vſucapione pro dote.
Tit. XXIX. De vſucapione pro hærede.
Tit. XXX. Communia de vſucapionibus.
Tit. XXXI. De vſucapione transformanda vel de ſublata differentia rerum mancipi & nec mancipi.
Tit. XXXII. De acquirenda & retinenda poſſeſſione.
l.vitia 11. expl. lib.4.Cod.Th.t.22.l.nec imperiale 5.verſ.vitia to.1.p.417.
Tit. XXXIII. De præſcriptione longi temporis decem vel viginti annorum.
Ad l.4.vid.lib.4. Cod.Th. tit.13. l.2. & lib.15. t.1. to.5. p.299.
Tit. XXXIV. In quibus cauſis ceſſat longi temporis præſcriptio.
Tit. XXXV. Quibus non obiicitur longi temporis præſcriptio.
Tit. XXXVI. Si aduerſus creditorem præſcriptio opponatur.
Tit. XXXVII. De quadriennij præſcriptione.
Ad hunc tit. vid. Cod. Theod. lib. 4. tit.15. to. 1. p.387.
Ad l.1.vid.lib.10.Cod.Th. tit.8. to.3. p.42.
Tit. XXXVIII. Ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præſcriptione ſubmoueatur.
l. ſi quæ vnquam 3. expl. lib.10. Cod.Th. tit.1. de iure fiſci, l.15.to.3. p.392.
Tit. XXXIX. De præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, expl.lib.4. Cod.Th.t.14.to.1. p.383.
l.ſicut in rem 3.expl. lib.4. Cod.Th.t.12. de actionibus certo tempore finiendis, l.1.to.1. p.383.
Tit. XL. De annali exceptione Italici contractus tollenda & de diuerſis temporibus & exceptionibus & præſcriptionibus, & interruptionibus eorum.
Tit. XLI. De alluuionibus & paludibus & paſcuis ad alium ſtatum tranſlatis.
Tit. XLII. De ſententiis præfectorum prætorio.
Tit. XLIII. Quomodo & quando Iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus vel vna parte abſente.
Tit. XLIV. De ſententiis ex periculo recitandis, expl.lib.4. Cod.Theod t.17.to.1.p.39.
l.2. & 3. expl. lib.4. Cod. Th. tit.16. de ſententiis ex periculo recitandis, l.1.to.1.p.391.
Tit. XLV. De ſententiis & interlocutionibus omn. iud.
Tit. XLVI. De ſententia quæ ſine certa quantitate profertur.
Tit. XLVII. De ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferuntur.
Tit. XLVIII. Si à non competente Iudice iudicatum eſſe dicatur.
l. & in priuatorum 4.expl. lib.4. Cod.Th. t.16. de re iudicata, l.2.to.1.p.389.
Tit. XLIX. De pœna iudicis qui male iudicauit, vel eius qui iudicem, vel aduerſarium corrumpere curauit.
Tit. L. Sententiam reſcindi non poſſe.
l.impetrata 3.expl. lib.4. Cod.Th. t.16. de re iudicata, l.1. to.1.p.388.
Tit. LI. De fructibus & litium expenſis, expl. lib.4.Cod.Th. t.18.to.1.p.392.
l.litigator 2. expl. lib.4. Cod.Th. tit.18. l.1. to.1. p.397.
l. terminato 3. expl. lib.4. Cod Th. t.18. l.2. to.1. p.398.
Tit. LII. De re iudicata, expl.lib.4.Cod.Th.tit.16. to.1. p.388.
l.vlt.expl. lib.16. Cod.Th. t.5.l.55. to.6.p.158.
Tit. LIII. De executione rei iudicatæ.
Ad l.1.vid.lib.10. Cod.Th.t.1.to.3.p.382.
Tit. LIV. De vſuris rei iudicatæ, expl.lib.4.Cod. Th tit.19. to.1.p.399.
Tit. LV. Si plures vna ſententia condemnati ſint.
Tit. LVI. Quibus res iudicata non nocet.
Tit. LVII. Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, autoritatem rei iudicatæ non habere.
Ad l.4.vid.lib.11. Cod.Th.tit.1 to.4.p.19.
Tit. LVIII. Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis iudicatum ſit.
Tit. LIX. De confeſſis.
Tit. LX. Inter alios acta vel iudicata, aliis non nocere.
Tit. LXI. De relationibus, expl.lib.11.t.29.to.4. p.213.
l.ſi quis iudicum 1.expl. lib.11. Cod.Th. tit.29.l.2. to.4 p.215.vid.l.1.C.Th.de appellat.to.4.p.221.
l. ſuper delictis 2. expl. lib.11. Cod.Th. tit.29. l.3. to.4. p.215.
l.ſi quando 3. expl.lib.11. Cod.Th. tit.29.l.4.to.4. p.216.
Tit. LXII De appellationibus, expl.lib.11.Cod. Th. t.30. to.4. p.219.
Ad l.eos qui 6.§.vlt.vid.l.11.C.Th.t.30.to.4.p.236.
l.minime 12.expl lib.11. C.Th.t.30.l.2.to.4.p.223.
l.ex illo 13.expl.l.11.C.Th.t.30 l.5.& 7.to.4.p 225.
l.litigatoribus 14. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30.l.7. to.4. p.228.
l.ne cauſas 15.expl.lib.1. Cod.Th. tit.30. l.9.to.4. p.230.

l.eos etiam 16.expl.lib.11. Cod.Th. t.30.l.11.verſ. etiam,to.4.p.232.
l. ſi apud 17. expl. l.nonnulli 13. Cod.Th. lib.11. tit.30. to.4.p.234.
l.quoniam nonnulli 18.expl.lib.11.Cod.Th.tit.30. l.14.to.4.p.235.
l.à proconſulibus 19. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30. de appellationibus, l.16.to.4.p.237.
Ad l.& in maioribus 20.vid.lib.11. Cod.Th.tit.30. l. omnes, to.4. p.243. & p. 297. in l. hi cum maiore.
l.quoniam 21.expl.lib.11.Cod.Th.tit.30.l.25.to.4. p.245.
l. lata ſententia 22.expl.lib.11.Cod.Th. tit.30.l.26. to.4. p.246.
l.iudicibus 24.expl.lib.11.Cod.Th.tit.30.l.32.to.4. p.252.
l.& in multis 25. expl.lib.11. Cod.Th. tit.30.l.38. in condemnationibus,to.4.p.257.
l. cum poſt, 26. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30. l.cum poſt 45.to.4.p.263.lib.9.C.Th.tit.40.to.3.p.310.
l.nominationes 27.expl.lib.11. Cod.Th.tit.30. l.libellis 55.to.4.p.268.
l. ſi quis libellos 28. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30. l.repugnantes 56.t.4.p.270. vide leg.48. eod.tit. p.265.
l.addictos 29.expl.lib.11.Cod.Th.tit.30.l.addictos 57. to.4. p.271.
l. ſi quis prouocatione 30. expl. lib.11. Cod.Th. tit.30. l.multorum 58. to.4. p.272.
l. ſi appellationem 31. expl.lib.11. Cod.Th.tit.30. de appellationibus, l.ſi appellationem 67. to.4. p.279.
Ad l.36. vid.lib.9. Cod.Th. t.36.to.4. p.306.c.2.
Tit.LXIII. De temporibus & reparationibus appellationum ſeu conſultationum,vid.lib.2.Cod. Th.t.6.to.1.p.108. & lib.11. t.31.to.4.p.280.
l.ſi quis per abſentiam 1.expl.lib.11.Cod.Th.t.30. l.ſi quis 10.to.4.p.230.
Tit.LXIV. Quando prouocare non neceſſe eſt.
Tit.LXV. Quorum appellationes non recipiuntur expl.lib.11. Cod.Th.t.36.to.4.p.292.
l. obſeruare 2.expl.lib.11. Cod.Th. t.36. l.7. to.4. p.298.
l.nulli 3.expl.lib.11. Cod.Th.t.36.l.17.to.4.p.304.
l.abſtinendum 4. expl.lib.11. Cod.Th. t.36. l.abſtinendum 18.to.4. p.306.
l. ab executione 5.expl. lib.11. Cod.Th. t.36. l.15. to.4.p.303. & 310.
l.quiſquis 6.expl.lib.11.C.Th.tit.36.l.26.to.4.p.312.
l.ante ſententiæ 7. expl.lib.11.Cod.Th.tit.36. l.ante certum 29.to.4.p.313.
l.& publicarum 8. expl.lib.11. Cod.Th.tit.36.l.32. to.4.p.315.
Tit.LXVI. Si pendente appellatione mors interuenerit,lib.11. Cod.Th.t.35.to.4.p.290.
l.ſi vnus ex litigatoribus,6.expl.lib.11.C.Th. t.35. l.conſulentibus 1. expl.to.4. p.291.
Tit. LXVII. De his qui per metum iudicis non appellauerunt,lib.11.t.34.to.4.p.288.
l.his qui 2.expl.lib.11. C.Th. t.30.l.30. to.4.p.250.
Tit. LXVIII. Si vnus ex pluribus appellauerit, expl. lib.11. Cod.Th.t.37.to.4. p.316.
Tit. LXIX. Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum, lib.11.Cod.Th.tit.69.to.4.p.316.
l.cum de poſſeſſione 1. expl. lib.11. Cod.Th. t.37. ſi de momento fuerit appellatum,l.1.to.4.p.316.
Tit.LXX. Ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare, vel poſt duas ſententias Iudicum quas definitio Præfectorum roborauerit eas retractare,e xpl.lib.11.Cod.Th.t.38.t.4.p.317.
Tit. LXXI. Qui bonis cedere poſſunt,expl.lib.4. Cod.Th. t.20.to.1.p.402.
l.in omni, expl. lib.4. Cod.Th. tit.20.l. in omni 2. to.1.p 404.
Tit. LXXII. De bonis authoritate Iudicis poſſidendis ſeu venundandis & de ſeparationibus bonorum.
Tit. LXXIII. De priuilegio fiſci.
Tit. LXXIV. De priuilegio dotis.
Tit. LXXV. De reuocandis his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt.

---

## LIBER OCTAVVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

Tit. I. De interdictis.
Ad l.1.vid lib.2.C.Th.t.21.to.1.p.186.c.2.
l.ſi quis 4.expl. lib.2.Cod.Th.tit.4.de denuntiatione,vel editione reſcripti, l.6.to.1.p.103.
Tit. II. Quorum bonorum, expl. lib.4.Cod.Th. t.21.to.1. p.405.
l.conſtat 3.expl.lib.4.C.Th.t.21. l.vnic.to.1.p.405.
Tit. III. Quorum legatorum, expl. lib.4. Cod. Th.t.21.to.1. p.405.
Tit. IV. Vnde vi, expl. lib.4. Cod.Th.t.22.to.1. p.407.
l.inuaſor 5.expl.lib.2. Cod.Th.t.26.to.1.p.201.
l. meminerint,6.expl.lib.4. Cod.Th. t.22. vnde vi, l.2.quiſquis, to.1.p.412.
l.ſi quis 7.expl.lib.4.Cod.Th.t.22.l.3.verſic.illi vero,to.1.p.415.
l.momentariæ 8.expl. lib.2. Cod.Th.t.1. de iuriſdictione,l.7. in medio to.1.p.75.
Ad l.9.vid lib.15. Cod.Th.t.14 to.5.p.408.
Tit. V. Si per vim vel alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio.
l.iudices 1. expl. lib.4. Cod.Th. t.22. vnde vi, l.1. to.1.p.409.
l.nec imperiale 2.expl.lib.4. Cod.Th.t.22.vnde vi, l.5.to.1.p.417.
Tit. VI. Vti poſſideris.
Tit. VII. De tabulis exhibendis.
Tit. VIII. De liberis exhibendis ſeu deducendis, & de libero homine exhibendo.
Tit. IX. De precario & Saluiano interdicto.
Tit. X. De ædificiis priuatis, expl. lib.4. Cod.Th. t.24.to.1.p.420.
Ad l.6.vid.lib.15.Cod Th. t.1.to.5.p.279.c.1.
Ad l.7.vid.lib.8.Cod.Th.t.5 in l.15 to.2.p.28.
l.ſi cui 9.expl.lib.13. Cod.Th. t.1. de operibus publicis,l.46.to.5.p.319.
l. mæniana 11. expl. lib. 4. Cod. Th. tit.24. to.1. p.420.c.2.
Tit. XI. De noui operis nuntiatione.
Tit. XII. De operibus publicis,expl.lib.15. Cod. Th.t.1.to.5.p.275.
l. plurimi 1. expl. lib.15. Cod.Th.t.1. de operibus publicis, l.5.to.5.p.282.
l.quæ operibus 2.expl.lib.15. Cod.Th.t.1.l 6.to.5. p.283.
l.prætoria 4.expl.lib.15.Cod.Th.t.1.l.8.to.5.p 284.
l.intra vrbem 5.expl. lib.15. Cod.Th.t.1. de operibus publicis, l.1 .to.5. p.284.& 287.
l.præſcriptio 6.expl. lib.15. Cod.Th. t.1.l.22.to.5. p. 298.
l. ad portus 7.expl. lib.15. Cod.Th. t.1. l.23. to.5. p.299.
l.omnes 7.expl.lib.15.Cod.Th.t.1.de operibus publicis. l.24.to.5. p.301.
l. ſi quando 9.expl. lib.15. Cod.Th. t.1. l.30. to.5. p.305.
l. ſi qui Iudicis 10. expl. lib. 15. Cod.Th. t.1. l.31. to.5. p.306.
l. ne ſplendidiſſimæ 11. expl. lib. 15. Cod.Th. t.1. l.32.to.5. p.307.
l.omnes 12. expl.lib.15. C.Th. t.1.de operibus publicis,l.34.to.5. p.308.
l.nemo 13.expl.lib.15. C.Th.t.1.l.37. to.5.p.311.
l. ædificia 14. expl. lib. 15. C. Th. to.1. l.39. to.5. p.312.
l.ſi aliquando 15.expl.lib.15.Cod.Th.t.1.l.40.to.5. p.313.
l. ſi quando 16. expl. lib. 15. C. Th. t.1. l.44.to.5. p.317.
l.quicumque 17.expl.lib.15.Cod. Th.t.1.l.47.to.5. p. 320.
l.Turres 18. expl. lib. 15. Cod.Th. tit.1. l.51.to.5. p. 323.
l.quia plurimæ 19.expl.lib.15. Cod.Th. tit.1. l.52. to.5.p.324.
Ad l.22.vid. lib.15.Cod.Th.t.1.to.5.p.281.c.2.
Tit. XIII. De ratiociniis operum publicorum & de partibus ciuitatum.
Ad hunc tit. vid. lib.15. Cod.Th.t.1.to.5.p.283.& lib.10.tit.3. p.400.
Tit. IV. De pignoribus & hypothecis, expl.lib.2. Cod.Th.tit.30.to.1. p.224.
Tit. XV. In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.
Tit. XVI. Si aliena res pignori data ſit.
l.nexum 8.expl.lib.2.Cod.Th.tit.30. de pignoribus l.2.to.1. p.226.
Tit. XVII. Quæ res pignori obligari poſſunt vel non & qualiter pignus contrahitur.
l. executores 7. expl..lib.2.Cod.Th. t.30. de pignoribus l.1.to.1.p.224.
Tit. XVIII. Qui potiores in pignore habeantur.
Tit. XIX. De his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.
Tit. XX. Si antiquior creditor pignus vendiderit.
Tit. XXI. Si communis res pignori data ſit.
Tit. XXII. De prætorio pignore & vt in actionibus debitorum miſſio prætorij pignoris procedat.
Tit. XXIII. *Si in cauſa iudicati pignus captum ſit.*
Tit. XXIV. Si pignus pignori datum ſit.
Tit. XXV. De partu pignoris & omni cauſa.
Tit. XXVI. De remiſſione pignoris.
Tit. XXVII. Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe.
Tit. XXVIII. De diſtractione pignorum.
Ad l.4.& 9.vid.lib.10.Cod.Th. t.17. to.3.p.483.
Tit. XXIX. Debitorem venditionem pignoris impedire non poſſe.
Tit. XXX. Si vendito pignore agatur.
Ad l.1.& 3.vid.lib.10.Cod.Th.t.17.to.3.p.483.
Tit. XXXI. De luitione pignoris.
Tit. XXII. Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris vel debitoris partem ſuam debiti ſoluerit vel acceperit.
Tit. XXXIII. Si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ ſecuta non fuerit.
Tit. XXXIV. De Iure dominij impetrando.
Ad l.vlt.vid.lib.16.Cod.Th.t.17.to.3. p.483.
Tit. XXXV. De pactis pignorum & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda.
l.quoniam 3. expl.lib.3. Cod.Th.t.2. de commiſſoria reſcindenda l. vnica to.1. p.251.
Tit. XXXVI. De exceptionibus ſeu præſcriptionibus.
l.præſcriptiones 13.expl. lib.11. Cod.Th. tit.30.de appellationibus l.65. to.4. p.276.
Tit. XXXVII. De litigioſis, expl. lib 4. C.Th. t.5.to.1.p.349.
l.lite pendente 2.expl.lib.4.C.Th.t.5. l.vnica to.1. p. 349.
Ad l.vlt.vid.lib.4. C.Th.t.5.to.1. p. 349.
Tit. XXXVIII. De contrahenda & committenda ſtipulatione.
Tit. XXXIX. De inutilibus ſtipulationibus.
Tit. XL. De duobus reis ſtipulandi & promittendi.
Tit. XLI. De fideiuſſoribus & mandatoribus.
Tit. XLII. De nouationibus & delegationibus.
Tit. XLIII. De ſolutionibus & liberationibus.
Ad l.24.vid.lib 13. C.Th.t.6.to.5. p.98.c.2.
Tit. XLIV. De acceptilationibus.
Tit. XLV. De euictionibus.
Tit. XLVI. Creditorem euictionem pignoris non debere.
Tit. XLVII. *De patria poteſtate.*
l.libertati 10.expl. lib.4. Cod.Th. tit.8. de liberali cauſa, l.2.to.1. p.362.
Tit. XLVIII. De adoptionibus.
Tit. XLIX. De emancipationibus liberorum.
Tit. L. De ingratis liberis, expl.lib.8. Cod.Th. t.14.to.2.p.631.
l. filios 1. expl. lib. 8. C.Th. tit.14. l.vnica tom.2. p.631.& 632.
Tit. LI. De poſtliminio reuerſis & redemptis ab hoſtibus, vid.Cod.Th.lib.5.tit.5.to.1. p.439.
l.ſi quos 19.expl.lib. 5.Cod.Th.t.5. de poſtliminio id eſt, poſt captiuitatem regreſſis, l. 1. to. 1. p. 440.
l.diuerſarum 20. expl. lib.5. eod.Th. t.5. de poſtliminio, id eſt poſt captiuitatem regreſſis, l.diuerſarum 2.to.1. p.441.
Tit. LII. De infantibus expoſitis liberis & ſeruis & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt, expl.lib.5.Cod.Th. t.7.to.1.p.445.
l. vnuſquiſque 2.expl.lib.5.C.Th.tit.7.de expoſitis tom. 1.p.445.
Tit. LIII. Quæ ſit longa conſuetudo, expl.lib.5. Cod.Th.t.12.to.1. p.461.
*Ad l.2.conſuetudinis,vid.l.vnic.C.Th.*lib.5.t.12. de longa conſuetudine to. 1. p.461.
Tit. LIV. De donationibus, expl.lib.8.Cod. Th. t.12.to.2. p.609.
l. donatio 25.expl. lib. 8. Cod. Th. t. 12. l. 1. to.2. p. 610.
l.ſi quis emancipatum expl.lib.8. C. Th. t.12. to.2. p. 613.
l. data 27. expl. l.8. Cod. Th. t. 12. l. data 5. to. 2. p. 618.
l.quiſquis rem 28. expl.lib.8. C.Th. tit.12. l.donationes 8.& l.9. to.2. p.619.
Ad l.in extraneos 29. vid. Cod.Th. lib. 5. tit.1. de legitimis hæredibus l.8.in med.to.1.p.431.
Ad l.in donationibus 31. vid. l.1. Cod. Th. lib. 8. t.12.de donationibus to. 2. p.610.
Tit. LV. De donationibus quæ ſub modo vel conditione vel certo tempore conficiuntur.
Tit. LVI. De reuocandis donationibus, expl. lib.8.Cod. Th.t.13.to.2.p.622.
l.his ſolis matribus 7. expl.lib.8. C.Th. t. 13. l.1. liceat to.2.p.623.
l.ſi vnquam 8. expl.lib.8. C.Th. t.13. l. ſi vnquam 3.to.2. p.625.& vid.to.1. p.177.c.2.
l. ſeruus 3. expl. lib. 8. Cod. Th. de inoff. teſt. tit.

tit.29.to.1.p.178.c.1.& in l.1.p.185. c.1.
l. donationes 9. expl. lib.8. C.Th. t.13. l.6. to.2. p.630.
TIT.LVII. De donationibus cauſa mortis.
TIT.LVIII. De infirmandis pœnis cœlibatus & orbitatis & decimariis ſublatis, expl. lib.8. Cod. Th. tit.16.to.2. p.643.
l.1.expl.lib.8. Cod.Th. tit. 16.l.1.to.2.p.644.
l.inter virum 2.expl.lib.8.Cod.Th.t.17.to.2.p.647
TIT.LIX. De iure liberorum, expl.lib.8. Cod.Th. tit.17.to.2.p.646.
l.nemo 1. expl. lib.8. Cod.Th. tit.17. in l.3. to.2. p.648.

## LIBER NONVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

TIT. I. DE his qui accuſare non poſſunt. Ad l.4.vid.lib.9. C.Th.tit.1.to.3.p.5.c.1.
l.negando 19. expl.lib.9.Cod.Th.tit.1. de accuſationibus & inſcriptionibus, l.neganda 12. to.2 p.16.
l.ſi quis 20.expl.lib.9.Cod.Th. tit.6.ne præter crimen maieſtatis ſeruus dominum, vel patronum libertus ſeu familiaris accuſet, l.3.to.3, p.53.
TIT. II. De accuſationibus & inſcriptionibus, expl.lib.9.t.1.to.3.p.1.
Ad l.11. vid.lib.9.Cod.Th. tit.31.to.3.p.231.
l.ſi quis ſeruos 13.expl. lib.9.Cod.Th.tit. 1.de accuſationibus & inſcriptionibus, l.14. ſub finem to.3. p.19.
l.ſinguli expl.lib.9. Cod. Th. tit.1. de accuſationibus & inſcriptionibus, l.tunc conuenit 17.to.3. p.23.
l.in cauſis 16. expl. lib.2. Cod.Th.tit. 1. de iuriſdictione, l.8. ſub finem to.1.p.84.
l.accuſationis 17.expl.lib.9. Cod. Th. tit.1. de accuſationibus & inſcriptionibus, l.19.to. 3.p.24.
TIT. III. De exhibendis & tranſmittendis reis, expl.lib.9. Cod.Th.tit.2.to.3.p.26.
l.ſimiles 1..expl.lib.9.Cod.Th.tit.2. de exhibendis & tranſmittendis reis, l.quiſquis 2.to.3.p.28.
l.nullus 2.expl. lib.9. Cod. Th. tit.2.de exhibendis & tranſmittendis reis, l.3.to.3.p.29.
l.neminem 3.expl.lib.9.Cod.Th. tit.2. de exhibendis & tranſmittendis reis, l.4.to.3.p.30.
TIT.IV. De cuſtodia reorum, expl.lib.9.Cod.Th. t.3.to.3.p.33.
l.in quacumque 1.expl.lib.9.Cod.Th. tit..3. de cuſtodia reorum, l.1.to.3.p.33.
l.ſi quis in ea 2.expl.lib.9. Cod.Th. tit.3.de cuſtodia reorum, l.2.to.3. p.36.
l.quoniam 3.expl.lib.9. Cod.Th. tit.3..de cuſtodia reorum, l.3.to.3.p.36.
Ad auth.hodie vid.lib.9.Cod.Th. t.3.to.3.p.36.
l.ad commentarienſem 4.expl.lib.9.Cod.Th.tit.3. de cuſtodia reorum, l.5. to.3. p.38.
l.de his quos 5. expl. lib.9. Cod.Th. tit.3.de cuſtodia reorum, l.6.to.3.p. 39.
TIT.V. De priuatis carceribus inhibendis, expl. lib.9. Cod.Th. tit.11. to.3. p.78.
TIT.VI. Si reus vel accuſator mortuus fuerit.
TIT.VII. Si quis imperatori maledixerit, expl. lib.9.Cod.Th. t.4.to.3.p.42.
l. ſi quis modeſtiæ 1. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 4. ſi quis Imperatori maledixerit, l.1.to.3. p.42.
TIT.VIII. Ad l. Iuliam maieſtatis, expl. lib.9. Cod.Th. tit.5.to.3. p.49.
l.ſi quis 3.expl.lib.9.Cod.Th.tit.5.ad legem Iuliam maieſtatis, l.1. to.3. p.49.
l.nullus 4 expl.lib.9. Cod.Th. tit.35.de quæſtionibus, l.nullus 1.to.3.p.248. & lib.15.tit.15.to.5. p.421. c.2.
l.quiſquis 5.expl.lib.9. Cod. Th. tit.14. ad l.Corneliam de Sicariis, l.3. to.3.p.87. & lib.6. tit.3. to.2. p.31.
Ad l.vlt.vid.lib.9.Cod.Th. tit.42.to.3.p.328.
TIT.IX. Ad l.Iuliam de adulteriis & ſtupro, expl. lib.9. Cod.Th. tit.7. to.3.p.54.
Ad auth.ſi vero vid.lib.9. Cod.Th.to.3.p.15.c.2.
l.quæ adulterium 29.expl.lib.9. Cod. Th. tit.7. ad legem Iuliam de adulteriis l. quæ adulterium 1. to.3. p.55.
l.quamuis 30. expl. lib.9. Cod.Th. tit.7.ad legem Iuliam de adulteriis l.quamuis 2.to.3. p.57.
Ad verſ. ſacrilegos illius legis vid. l. 4. ſub finem lib.11.Cod.Th.tit.36.quorum appellationes non recipiantur, to.4. p.296.
l.cum vir 31.exp.lib.9.Cod.Th. tit.7.ad legem Iuliam de adulteriis, l.3.to.3.p.59.
l.in adulterij 32.expl.lib.9. Cod.Th.tit.7.ad legem Iuliam de adulteriis, l.4.to.3.p.61.
l.adulterij 33.expl. lib.9. Cod.Th. tit.7. ad legem Iuliam de adulteriis, l.adulterij 7.to.3. p.66.
l.ſi qui adulterij 34. expl. lib.9. Cod.Th. tit.7. ad l. Iuliam de adulteriis l.ſi qui 34.to.3.p 67.
l.ſi mulier 35.expl.lib.3. Cod. Th. tit.16. de repudiis, l.2.to.1.p.313.
TIT. X. Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit, expl.lib.9. Cod.Th.tit.8.to.3.p.69.
l. ſi tutor 1. expl. lib.9. Cod. Th. tit.8. ſi quis eam cuius tutor fuerit, corruperit, l.vnica to.3.p.69
TIT. XI. De mulieribus quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt, expl.lib.9. Cod. Th. tit.9.to.3.p.80.
l.ſi qua 1.expl. lib.9. Cod.Th. tit.9. de mulieribus quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt l. vnica to. 3. p.71.
TIT. XII. Ad legem Iuliam de vi publica vel priuata, expl. lib.9. Cod.Th. tit.12.to.3.p.73.
l.quoniam 6.expl. lib.9. Cod.Th. tit.10.ad legem Iuliam de vi publica l.quoniam 6.to.3.p.73.
l.ſi quis ad ſe 7.expl.lib.9.Cod.Th.t.10 ad l.Iuliam de vi publica, l.3.to.3.p.75.
l.ſeruos 8.expl.lib.9. Cod.Th.t.10.l.4.t.3.p.76.
l.crimen 9.expl. lib.9.Cod.Th.t.28.to.3. p.220.
TIT.XIII. De raptu virginum ſeu viduarum necnon ſanctimonialium, expl.lib.9. Cod.Th. t.24. to.3.p.189.& 195.
Ad l.vnic.vid.lib.9. Cod.Th. t.24.25. to.3. p.189. & ſeq.
TIT. XIV. De emendatione ſeruorum, expl. lib.9. Cod.Th.t.12. to.3.p.79.
l.ſi virgis 1.expl.lib.9. Cod.Th. tit.12. de emendatione ſeruorum, l.4.to.3.p.79.
TIT. XV. De emendatione propinquorum, lib.9. Cod.Th.t.13.to.3.p.83.
l.in corrigendis 1.expl. lib.9. C.Th.t.13. de emendatione propinquorum, l.1.to.3.p.83.
TIT.XVI. Ad legem Corneliam de ſicariis, lib.9. Cod.Th. tit.14.to.3.p.84.
l.ſi quis necandi 8.expl.lib.9.Cod. Th.tit. 14.ad legem Corneliam de ſicariis, l.ſi quis 1.to.3.p.84.
l.ſi forte 9.expl.lib.9. Cod.Th. tit.7. ad legem Iuliam de adulteriis, l. in adulterij verſ.item volumus to.3. p.61.
TIT.XVII. De his qui parentes vel liberos occiderunt, expl.lib.9.Cod.Th.t.15.to.3.p.112.
l.ſi quis parentis 1. expl. lib.9. Cod.Th. tit. 15. de parricidiis, l.vnic.to.3.p.112.

TIT.XVIII.

TIT. XVII. De maleficis & mathematicis & cæteris ſimilibus lib.9.C.Th.expl.tit.16.to.3.p.113.
l.nullus 3.expl.lib.9. Cod.Th.tit.16.de maleficis & mathematicis & his ſimilibus l.nullus 1. to.3. p.114.
l.eorum 4.expl.lib.9. Cod.Th. tit.6.de maleficis & mathematicis l.3. to.3. p.116.
l.nemo aruſpicem 5.expl.lib.9. C.Th.tit.16.de maleficis & mathematicis l.4.to.3.p.119.
l.multi 6. expl.lib.9.Cod.Th.tit.16.de maleficis & mathematicis l.6.to.3.p.121.
l.culpa 8.expl.lib.9.Cod.Th.tit.16. de maleficis & mathematicis l.8.to.3.p.127.
l.quicumque 9.expl.lib.9. C.Th.tit.16.de maleficis & mathematicis l.quicumque 11.to.3.p.131.
TIT.XIX. De ſepulchro violato, expl.lib.9. Cod. Th.t.17.to.3. p.136.
l.ſi ſeruus 2.expl. lib.9. Cod.Th.t.17. de ſepulchris violatis l.ſi quis 1.to.3. p.137.
l.ſi quis ſepulchrum 3.expl.lib.9.Cod.Th.tit.17.de ſepulchris violatis l. 2. ſub finem
l. qui ſepulchra 4. expl.lib.9.Cod.Th.tit.17.de ſepulchris violatis l.qui ædificia 4.to.3. p.143.
l. pergit audacia 5. expl. lib. 9. Cod. Th. tit.17. de ſepulchris violatis l.5.to.3. p.144.
TIT. XX. Ad legem Fabiam de plagiariis, expl. lib.9.Cod.Th.t.18.to.3. p.154.
l.Plagiarij 16.expl.lib.9.Cod.Th.t.18. ad l.Fabiam de Plagiariis l.vnica to.3. p.154.
TIT.XXI. Ad legem Viſelliam, vid.lib.9.Cod.Th. tit.20.to.3.p.165.& 166.
TIT. XXII. Ad legem Corneliam de falſis, expl. lib.9. C.Th.t.19.to.3. p.157.
l. ſi quis decurio 21. expl. lib.9. Cod.Th.t.19. ad l. Corneliam de falſis l.1.to.3. p.157.
l.vbi falſi 22.expl.lib.9. Cod.Th. t.19. ad l.Corneliam de falſo l.cum in præterito 2. verſ. vbi falſi to.3.p.159.& p.161.c.2.
l.damus 23. expl. lib.9. Cod.Th.t.19. ad leg. Corneliam de falſo l.4.to.3. p.163.
TIT. XXIII. De his qui ſibi adſcribunt in teſtamento.
TIT. XXIV. De falſa moneta, expl.lib.9.Cod.Th. tit.21.to.3.p.267.
l.quoniam 1.expl.lib. Cod.Th.tit.21. de falſa moneta l.quoniam 2.to.3.p.170.& p.274.
l.ſi quis nummos 2.expl.lib.9.Cod.Th. tit. 21. de falſa moneta l.3.to.3. p.173.
Verſicul.præmio eiuſdem legis expl.in l.præmio 5. lib. 9. Cod. Th. tit. 21. de falſa moneta to. 3. p.175. & p.179.
l.ſi quis 3.expl.lib.8. cod.Th.t.21. de falſa moneta l.ſi quis ſuper 10.to.3. p.180.
TIT. XXV. De mutatione nominis.
TIT. XXVI. Ad legem Iuliam de ambitu, expl. lib.9.Cod.Th. tit.26.to.3.p.200.
l.nullus 1.expl. lib.9.Cod.Th. tit.26. ad legem Iuliam de ambitu l. nullus 2. to. 3. p. 203. & p. 205.
TIT. XXVII. Ad legem Iuliam repetundarum, expl.lib.9. Cod. Th.tit.28.to.3. p.207.
l.vt vnius 1.expl. lib.9.Cod.Th. tit.27. ad l.Iuliam repetundarum l.3. vt vnius to.3. p.212.
l.ſciant 2.expl.lib.9. Cod. Th. tit.27. ad legem Iuliam repetundarum l.ſciant 4.to.3. p.214.
l.omnes 3.expl.lib.9.Cod.Th.tit.27.ad l.Iuliam repetundarum, l.omnes 5.to.3. p.215.
l.iubemus 4.expl.lib.9. Cod.Th.tit.27. ad l.Iuliam repetundarum l.iubemus 6.to.3. p.216.
l. vnuſquiſque 5. expl. lib.9. Cod.Th. tit.27.ad leg. Iuliam repetundarum l.7.to.3. p.217.
TIT. XXVIII. De crimine peculatus, expl.lib.9. Cod.Th. t.28. to.2.p.219.
l.Iudices 1.expl. lib.9. Cod.Th. tit.28. de crimino peculatus to.3.p.219.
TIT. XXIX. De crimine ſacrilegij.
l.1.expl.lib.16. Cod.Th. tit.2.to.6.p.57.
TIT. XXX. De ſeditioſis & de his qui plebem contra rempublicam audent colligere, expl. lib.9. Cod.Th. tit.33.to.3. p.236.
l. ſi quis contra 1. expl. lib. 9. Cod. Th. tit. 33. de his qui plebem audent contra publicam colligere diſciplinam l. vnic. to.3. p.236.
TIT. XXXI. Quando ciuilis actio criminali præiudicet & an vtraque ab eodem exerceri poſſit, vid. lib.9.Cod.Th. to.3. p.165.
l.à pleriſque 1.expl.lib.9.Cod.Th.tit.20.victum ciuiliter agere criminaliter poſſe l. vnic. to. 3. p. 166. c.1.
TIT. XXXII. De crimine expilatæ hæreditatis.
TIT. XXXIII. De vi bonorum raptorum.
TIT. XXXIV. De crimine ſtellionatus.
TIT. XXXV. De iniuriis.
TIT. XXXVI. De famoſis libellis, expl.lib.4. C. Th.tit.34.to.3. p.237.
l.ſi quis famoſum 1. expl. lib.9. Cod.Th. tit.34. de famoſis libellis l.ſi quis famoſum 9.to.3. p.243. & 245.
Verſicul. Sanè ſi quis eiuſdem conſtitutionis repetitur & expl.in l.famoſorum 7.lib.9. Cod.Th. tit. 34. de famoſis libellis verſic. ſanè to. 3. p. 243.
TIT. XXXVII. De abigeis.
l.Abacti 1.expl.lib.2. Cod.Th. tit.1. de Iuriſdictione l.8.to.1.p.84.
TIT. XXXVIII. De Nili aggeribus non rumpendis, expl.lib.9. Cod.Th.tit.32.to.3.p.38.
l. ſi quis poſt hac 1. expl.lib.9. Cod.Th. tit. 32. de Niſi aggeribus non rumpendis l. vnica to. 3. p.233.
TIT. XXXIX. De his qui latrones vel aliis criminibus reos occultauerint; expl. lib.9. Cod.Th. tit.29.to.3. p.222.& 223.
l.eos 1.expl.lib.9. Cod.Th. tit.29. de his qui latrones vel aliis criminibus reos occultauerint l.eos 1.to.3. p.222.
TIT. XL. De requirendis reis.
l.quicumque 2.expl. lib.9. Cod. Th. tit.1.de accuſationibus l.quicumque 2.to.3. p.4.
l.3.expl.lib.9. Cod.Th. t.42. to.3. p.350. & lib.10. t.10. to.3. p.453.
TIT. XLI. De quæſtionibus, expl.lib.9.Cod.Th. tit.35. to.3. p.247.
Ad l.4.vid.lib.9.Cod.Th.tit.1.to.3. p.25.
l.decuriones 16.expl.lib.9.Cod.Th.tit.35. de quæſtionibus l.decuriones 2.to.3. p.249.
l.nihil ſibi 17. expl. lib.9.Cod.Th.tit.35. de quæſtionibus l.nihil ſibi 6.to.3. p.254.
TIT. XLII. De abolitionibus, expl.lib.6.Cod.Th. tit.42. to.3. p.260.
l.abolitio 2.expl.lib.9. Cod.Th.tit.37. de abolitionibus l. ſi poſt ſtrepitum 2.to.3. p.261.
l.fallaciter 3. expl. lib.9. Cod.Th. tit.37. de abolitionibus l. accuſator 2.& l. fallaciter 3. to. 3. p. 262.
TIT. XLIII. De generali abolitione.
l. indulgentia 3. expl. lib.9. Cod.Th.tit.38. de indulgentiis criminum l.4.to.3. p.264.& p.274.
TIT. XLIV. Vt intra certum tempus criminalis actio terminetur, expl.lib.9. Cod.Theod.tit.36. to.3. p.257.

l.quiſquis

l.quiſquis 1.expl.lib.9. Cod.Th. tit.36.vt intra annum criminalis quæſtio terminetur l. quiſquis 1.to.3.p.258.
l.nouerint 2.expl. lib.9. Cod.Th. t.36. vt intra annum criminalis actio terminetur l. nouerint 2. to.3. p.259.
Tit. XLV. Ad Senatus Conſultum Turpilianum.
Tit. XLVI. De calumniatoribus;ad hunc titulum plura, lib.6. tit.1. to.3. p.20. & lib.9. tit.39. to.3. p.284.
Ad l.dominis 6. vid. Cod.Th.lib.9. tit.1.to.3.p.19. in l.14.
l.non prius 7.expl. lib.9. Cod.Th. tit.1. de accuſationibus & inſcriptionibus l. non prius 9.to.3. p.13.
l. noſtris 8. expl. lib.9. Cod.Th. tit.39. de calumniatoribus, l.2.to.3.p.285.
l.fallaciter 9. expl. lib.9. Cod.Th. tit.37. de abolitionibus l.3.to.3.p.263.
l.quiſquis 10.expl.lib.9.Cod.Th.tit.1.de accuſationibus & inſcriptionibus l.19.to.3. p.24.
Tit.XLVII. De pœnis,expl.lib.8.Cod.Th.tit.47. to.3.p 288.
l.qui ſententiam 16.expl. lib.9. Cod.Th. tit.40. de pœnis l. ſi qui ſententiam 1. to.3. p.292.
l.ſi quis in metallum 17. expl.lib.9.Cod Th.tit.40. de pœnis l.ſi quis in ludum,to.3.p.293.
l.cum reis 18. expl. lib.9. Cod.Th.tit.40. de pœnis l.dum reis 4.to.3.p.296.
l. nequis 19. expl. lib.9. Cod.Th. tit.40. de pœnis l.ne quis to.3. p.300.
l.ſi vindicari 20. expl. lib 9. Cod.Th.tit.40.de pœnis l.13. ſi vindicari to.3. p.305.
l.ne diu 21.expl.lib 9.Cod.Th. t.40.de pœnis l.14. ne diu,to.3. p.308.
l.ſancimus 22.expl lib.9. Cod.Th.tit.40. de pœnis l.18. ſancimus to.3.p.316.
l.omnes 23. expl. lib.9. Cod Th. tit.40. de pœnis l.omnes 22. to 3.p.321.
l.rectores 24.expl. lib.9. Cod.Th.tit.40. de pœnis l.rectores 23.to.3.p.321.
l.his qui 25. expl. lib.9. Cod.Th. tit.40. de pœnis l.24.his qui to.3 p 322.
Tit.XLVIII. Ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare,expl.lib.9. Cod.Th. tit.41. to.3.p.323.
l.nulli 1. expl. lib.9. Cod.Th. tit.41. ne ſine iuſſu principis certis iudicibus liceat confiſcare l.vnica to.3. p.323.
Tit. XLIX. De bonis proſcriptorum ſeu damnatorum,expl.lib.9. Cod.Th.tit 42.to.3.p.325.
l.ſi quis intra 7.expl.lib.9. Cod.Th.tit.42.de bonis proſcriptorum l.ſi quis 7.to.3.p.333.
l.ſi deportatus 8.expl.lib.9.Cod.Th. tit.42. de bonis proſcriptorum l.8. to.3. p.335.
l.ſi quis poſt hac 9.expl. lib.9. Cod. Theod. tit.42. de bonis proſcriptorum l.15. ſi quis poſt hac to.3.p.327.
l. quando quis 10. expl. lib. 9. Cod.Th. tit.42. de bonis proſcriptorum l. ſentiat latro 24. to.3. p.331. & 351. per tot.
Tit. L. De bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.
Tit. LI. De ſententiam paſſis & reſtitutis,expl. lib.9. Cod.Th. tit.43. to.3 p.352.
l. in quæſtione 13. expl. lib.9. Cod. Th. tit.43. de ſententiam paſſis & reſtitutis l.1.to. 3.p.352.

## LIBER DECIMVS

### *Codicis Juſtinianei.*

Tit. I. De iure fiſci,expl.lib.10.Cod.Th.t.1.to.3. p.376.
l. iuſtas 6. expl. lib.10. Cod. Th. tit.1. de iure fiſci l.3.to.3.p.379.
l. defenſionis 7. expl. lib.10. Cod.Th. tit.1.de iure fiſci l.5. to.3. p.381.
l.qui in contractibus 8.expl. lib.10. Cod.Th. tit.1. de iure fiſci l.10.to.3. p.387. & 454.
l.ſuper creandis 9.expl.lib.10.C.Th.t.1.de iure fiſci l.17.to.3.p.394. vid. lib.12. t.1.to.4. p.396. c.1.
l.eorum patrimonia 10. expl. lib.10. Cod.Theod. tit 10. de petitionibus & vltro datis & delatoribus l.caduca 30. to.3. p.453.
Ad l.omnis 11.vid.lib.9. Cod.Theod. tit.42. l.23. to.3.p.350.
Tit. II. De conueniendis fiſci debitoribus , expl. lib.10.tit.2.to.3.p.475.
l.hi qui fiſco 4.expl.lib.10. Cod.Th. tit.16. de fiſci debitoribus l.hi qui fiſco 2.to.3.p.478.
Tit. III. De fide & iure haſtæ fiſcalis & de adiectionibus, lib.10.tit.17.to.3. p.480.
l.quæcumque 5.expl.lib.10.Cod.Th. tit.17.de fide & iure haſtæ l.quæcumque 1.to.3.p.480.
l.ſi qui præſcribente 6.expl.lib.10. Cod.Th. tit.17. de fide & iure haſtæ l.2. ſi qui to.3.p.482.
Tit. IV. De venditione rerum fiſcalium cum priuatis communium.
Tit. V. Ne fiſcus rem quam vendidit euincat.
Tit. VI. De his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt, expl. lib.10. tit.24. to.3. p.532.
l.ſi quis ab exactoribus 1.expl.lib.10. Cod.Theod. tit. 24. de his qui cum diſpenſatore contraxerunt l.1. ſi quis ab exactoribus,to.3. p.532.
l.ſciant omnes 2. expl. lib.10. Cod.Th. tit.24. l.2. to.3. p.532.
Tit. VII. Pœnis fiſcalibus creditores præferri.
Tit. VIII. De fiſcalibus vſuris.
Tit. IX. De ſententiis aduerſus fiſcum latis retractandis.
Tit. X. De bonis vacantibus & de incorporatione,expl.lib.10.Cod.Th.tit.8.to 3. p.416. & 424.
l.ſi quando 2.expl. lib.10. Cod.Th. tit.8. de bonis vacantibus l.rationalem 2.to.3. p.416.
l. ſi quando 3.expl.lib 10. Cod.Th. tit.10. l.1.t.9. to.3. p.425.
l. vacantia 4.expl.lib.10.Cod.Th.tit.10.de petitionibus & vltro datis , & delatoribus l.30. to.3. p.453. & vid.l.9.Cod.Th.tit.42 l.23.to.3.p.350.
l.ſi vacantia 5. expl.lib.10. Cod.Th. tit.8.de bonis vacantibus l. ſi vacantia 5. to.3. p.422.
Tit. XI. De delatoribus , expl. lib.10. Cod.Th. tit.10.to.3. p.428.
l.omnes iudices 5. expl. lib.10. Cod.Th. tit.10. de petitionibus & vltro datis & delatoribus l. omnes iudices 3.to.3. p.432.
l.ſeruum 6.expl.lib.10.Cod Th.tit.10.de petitionibus & vltro datis & delatoribus l. ſeruum 17. to.3. p.443.
Tit. XII. De petitionibus bonorum ſublatis, expl. lib.10. Cod.Th. t.10.to.3.p.428.
Ad hunc tit.vid.lib.15.tit.1.to.5.p.313.in not.
l.quiſquis 1.expl.lib.10. Cod.Th.tit. 10.de petitionibus & vltro datis & delatoribus l quiſquis 15. to.3.p.441.

Tit.XIII.

Tit. XIII. De his qui ſe deferunt , expl. lib.10. Cod.Th. tit.11. to.3.p.461.
l.is cuius 1.expl.lib.10.Cod.Th.tit.11. de his qui ſe deferunt, l.is cuius 1.to.3.p.461.
Tit. XIV. Si liberalitatis imperialis ſocius ſine hærede deceſſerit,expl. lib.10.tit.14.to.3.p.466.
l.iubemus 1.expl.lib.10.C.Th.t.14.ſi petitionis ſocius ſine hærede deceſſerit l.nõnulli 2.to.3.p.467.
Tit.XV. De theſauris,expl.lib.10.t.15.to.3.p.484.
Ad l.vnic. vid. lib.10. Cod.Th. tit.18. to.3.p.485. 486. & 487.
Tit. XVI. De annonis & tributis, expl.lib.11. Cod.Th. tit.1.to.4. p.2.
l.omnes 4.expl.lib.11. Cod.Th. tit.1. de annona & tributis l.1. in medio, to.4. p.6.
l. omnes omnino 5.expl. lib.11. Cod.Th.tit.1. de annona & tributis l.omnes 5.to.4. p.11.
l.pro locis 6.expl. lib.11. Cod.Th. tit.1. de annona & tributis l.pro loco 11. to.4.p 20.
l.in fraudem 7.expl.lib.11.Cod.Th.tit.1.de annona & tributis l.20. to.4 p.32.
l nemo 8.expl. lib.11. Cod.Th. tit.1. de annona & tributis , lege nemo 21.to.4.p.32.
l.Mediterraneæ 9.expl.lib.11.Cod.Th. tit.1. de annona & tributis l.Mediterraneæ 22.to.4.p.33.
l.obſiſtere 10.expl.lib.11. Cod.Th.tit.1. de annona & tributis l.obſiſtere 25. to.4. p.35.
l.id ab vnaquaque 12.expl.lib.11. C.Th.t.1. de annona & tributis l.id ab vnaquaque 33.to.4.p.42.
Tit.XVII. De indictionibus,expl.lib.11.Cod.Th. tit.5. to.4. p.58.
l. omnes omnino 1.expl. lib.11. Cod.Th. tit.5. de indictionibus l. omnes omnino 2. to.4. p.60.
l.particulari 2.expl.lib.11.Cod.Th.t.5. de indictionibus l.particulari 4.to.4.p.62.vid.eod.to.4.p.46.
Tit.XVIII. De ſuperindicto,expl.lib.11.Cod.Th. tit.5.to.4. p.63.
l.nihil 1.expl.lib.11.Cod.Th. tit.6.de ſuperindicto l.1.nihil,to.4.p.63.
Tit. XIX. De exactoribus tributorum,expl.lib.11. Cod.Th..t.7.to.4. p.65.
l.ducenarij 1.expl.lib.11.Cod.Th.tit.7.de exactionibus l.1. ducenarij, to.4. p.66.
l.nemo 2.expl. lib.11. Cod.Th.tit.7. de exactionibus l.nemo 3. to.4. p.68.
l.quoties 3.expl.lib.11. Cod.Th.tit.7.de exactionibus l.quoties 5.to.4. p.70.
l.actores 4.expl.lib.11.Cod.Th.tit.7. de exactionibus l. actores 6.to.4.p.71.
l. apparitores 5. expl. lib.11. Cod.Th. ti.7. de exactionibus l.14. apparitores,to.4. p.76.
l.miſſi opinatores 7. expl. lib.11. Cod.Th. tit.7. de exactionibus l.16.miſſi,to.4. p.78.
Tit. XX. De ſuperexactionibus , expl. lib. 11. Cod.Th.tit.7.to.4.p.83.
l. quidquid 1. expl.lib.11. Cod.Th. tit.8. de ſuperexactionibus l.vnica, to.4. p.83.
Tit. XXI. De capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa,expl.lib.11.t.9.to 4.p.86.
l.res eorum 1.expl.lib.11.Cod.Th.tit.7.de exactionibus l.4.quoniam verſ.vt res eorum,to.4.p.70.
l.ſatis ſit 2.expl.lib.11. Cod.Th.tit.7. de exactionibus l.prouinciales 7.verſ.ſatis vero, to.4.p.72.
Tit.XXII. De apochis publicis & deſcriptionibus curialibus & de diſtributionibus ciuilibus.
l.ad inferiorum 1.expl.lib.12. Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.173.ad inferiorum, to.4. p.503.
l.ſemel ſecuritatem 2.expl.lib.12.Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.185.ſemel ſecuritatem,to.4.p.516.
Tit.XXIII De canone largitionalium tributorum.
l.neque ſacrarum 2.expl.lib.11. Cod.Th. tit.7. de exactionibus l.17. neque agentes, to.4 p.79.
Tit. XXIV. Ne operæ à conlatoribus exigantur lib.11.tit.10. to.4.p.90.
l.operarum 1.expl.lib.11.Cod.Th.tit.10.ne operæ à conlatoribus exigantur l.1.operarum,to.4.p.91.
Tit. XXV. De immunitate nemini concedenda, expl.lib.11. Cod.Th. tit.12. to.4. p.96.
Tit. XXVI. De conditis in publicis horreis,expl. lib.11.tit.14. to.4.p.102.
l.omnia 1.expl.lib.11.C.Th.t.14.de conditis in publicis horreis l.1 cauens verſ.ante omnia,to.4.p.102.
Ad l.cum ad 2.vid.lib.15. Cod.Th.t.1.to.5.p.294.
l.nulli poſt hac 3. expl. lib.11. Cod.Th. tit.14. de conditis in publicis horreis l.3.to.4.p.105.
Tit. XXVII. Vt nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare & de munere ſitocomiæ, expl.lib.11.tit.15.to.4. p.106.
Tit. XXVIII. De collatione donatorum vel releuatorum aut tranſlatorum ſeu adæratorum, lib.11. Cod.Theod. tit.20.to.4.p.147.
Ad l.vlt.vid.lib.13.Cod.Th.tit.10.to.5.p.117.
Tit. XXIX. De collatione æris,expl.lib.11.Cod. Th.tit.21.to.4.p.159.
l.æris pretia 1.expl.lib.11. Cod.Th. tit.21. de conlatione æris l.2. æris pretia, to.4. p 161.
Tit.XXX. De diſcuſſoribus, expl.lib 11. Cod.Th. tit.26.to.4.p.184.
l.quoties 1.expl.lib.11.Cod.Th.tit.26. de diſcuſſoribus l.1.quoties,to.4. p.184.
l.ne caſu 2.expl.lib.11. Cod.Th. tit.26.de diſcuſſoribus l.maximas 2.to.4. p.186.
Tit.XXXI.De decurionibus & filiis eorum & qui decuriones habeantur & quibus modis à fortuna curiæ liberentur,expl.lib.12.C.Th.t.1.to.4.p.336.
l.nemo Iudex 14.expl.lib.12.Cod.Th.tit.12.de decurionibus l.nemo 1.to.4. p.343.
l.vniuerſos 15.expl.lib.12.Cod.Th.tit.12. de decurionibus l.vniuerſos 15. to.4.p.346.
l.ſi quis decurio 16.expl.lib.12. Cod.Th. tit.12. de decurionibus l.ſi quis 9.to.4.p.353.& to.5.p.89.
l.qui derelicta 17.expl.lib.12. Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.quoniam 13.to 4. p.357.
l.ſi ad magiſtratum 18.expl.lib.12. C.Th.t.1. de decurionibus l.ſi ad magiſtratum 26. to.4. p.359.
l.vacuatis 19.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.17. vacuatis, to.4. p.360.
l.circenſium 20.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.magiſtratus 29. to.4. p.370.
l.curiales 21.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.curiales 30. to.4. p.372.
l.eos indulſerunt 22.expl.lib.12.Cod.Th.t.1. de decurionibus l.eos indulſerunt 51.to.4.p.391.
l. 23.expl.lib.12. Cod.Th. tit.1.l.54. to.4. p.396.
l.24.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. l.55. to.4. p.398.
l. 25.expl.lib.12. Cod.Th.tit.1. l.60.to.4.p.406.
l.26.expl.lib.12. Cod.Th.tit.1. l.63.to.4.p.409.
l.27.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.l.64.to.4.p.414.415.
l.28.expl. lib.12. Cod.Th.tit.1.l.67. to.4. p.417.
l.ex omnibus 31.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.ex omnibus 76.to.4. p.428.
l.fabricenſes 32.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.fabricenſis 81.to.4.p.432.
l.omnes iudices 33.expl.lib.12.Cod.Th. t.1. de decurionibus l.omnes iudices 85. to.4. p.434.
l.ſi quis procurationẽ 34.expl.lib.12.C.Th.t.1.de decurionibus l.ſi quis procurationẽ 92.to.4.p.439.
l.in filiis decurionum 35.expl.lib.12.Cod.Th.t.1.de decurionibus l. in muneribus 98. to.4. p.444.
l.exemplo 36.expl.lib.12. Cod.Th. t.1. de decurionibus l.exemplo 101.to.4. p.447.
l.quotieſcumque 37.expl.lib.12. Cod.Th.t.1.de decurionibus l.quotieſcumque 102.to.4.p.448.
l.ne quis 38.expl.lib.12. Cod.Th. t.1.to.4.p. 453.

l.curiales 39.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.114.curiales, to.4.p.459.
l.quilibet 40.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.117.to.4.p.461.
l.decurio 41. expl. lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.decurio 118. to.4.p 462.
l.militaribus 42.expl.lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.militaribus 128.to.4.p.471.
l.omnes 43.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.134. omnes, t.4.p.476.
l.nullus ſolius 44.expl. lib.12. Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.137.§.nullus, to.4.p.478.
l.nominationum 45.expl. lib.12.Cod.Th.t.1. l.nominationum 146. to.4. p.482.
l.ad ſubeunda 45. expl. lib. 12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.140.ad ſubeunda, to.4.p.480.
l.curiales 47.expl.lib.12.Cod.Th. tit.1.de decurionibus l.150. curiales, to.4. p.487.
l.in ſucceſſione 48.expl.lib.12. Cod.Th.t.1.l.155. to.4. p.490.
l.omnes 49.expl.lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus, l.157. omnes, to.4. p.492.
l.omnes omnino 50.expl. lib.12. Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.159. omnes omnino,to.4.p.493.
l.quamuis 51.expl. lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.161. plectibili,to.4.p.494.
l.quis tam 52.expl.lib.12. Cod.Th.tit.5. quemadmodum munera ciuilia indicantur l.3.quis tam, to.4 p.533.
l.duum-virum 53.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.174. duum-virum,to.4.p.506.
l.generali 54.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.181. ſaluis his, to.4.p.514.
l.ſi quis decurio 55.expl. lib.12. Cod.Th. tit.1. de decurionibus l.188.ſi quis decurio, to.4. p.518.
l.Alexandrinis 56.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.189. Alexandrinis , to.4. p.520.
l.quinque 57.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.190.quinque,to.4.p.521.
l.eum qui 58.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.eum qui 191.to.4. p.521.
l.ſi quos 59.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.ſi quos 192. to.4. p.521.
Ad l.60.vid.lib.12. Cod.Th.t.1.to.4.p.518.
*Ad l.61.vid.lib.12.Cod.Th.t.1.to.4.p.392.*
l.curialibus 66.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.132,to.4.p.474.
TIT. XXXII. Si ſeruus aut libertus ad decurionatum aſpirauerit,expl.lib.12.C.Th.t.3.to.4.p.526.
TIT. XXXIII. De prædiis decurionum ſine decreto non alienandis.
l.ſi quis 1.expl.lib.12 Cod.Th. tit.3. de prædiis & mancipiis curialium ſine decreto non alienandis l.1.to.4.p.526.
Ad l.2.vid.lib.12.Cod.Th.tit.4.to.4.p.530.
TIT. XXXIV. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum & de modo diſtributionis eorum.
Ad l.1.vid.lib.12.Cod.Th.t.4.to.4.p.530.
TIT. XXXV. De imponenda lucratiua deſcriptione,expl.lib.12. Cod.Th. tit.4.to.4. p.529.
TIT. XXXVI. De præbendo ſalario , expl. lib.12. Cod.Th.t.2.to.4. p.524.
l.nulli 1. expl. lib.12. Cod.Th. tit.2. de præbendo ſalario l.nulli 1. to.4. p.524.
TIT. XXXVII. Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit,expl.lib.12.C.Th.t.18.to.4.p.616.
l.curiales 1.expl.l.2.C.Th.t.18.ſi curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit l.curiales 2.to.p.616.
TIT. XXXVIII. De municipibus & originariis.
l.ſi qui 5.expl.lib.12.Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.ſi qui 12.to.4. p.356.
TIT. XXXIX. De incolis & vbi quis domicilium habere videtur,& de his qui ſtudiorum cauſa in aliena ciuitate degunt.
Ad l.2.vid.lib.14.Cod.Th.t.9.l.1.to.5.p.198.c.2.
l.mulieres 9. expl. lib.2. Cod.Th. tit.1. de iuriſdictione l.7.mulieres, to.1.p.83.
TIT. XL. De muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium & de interuallo.
TIT. XLI. De muneribus patrimoniorum.
Ad l.6. vid. lib.13.tit.1. to.5. p.17.c.1.
Ad l.10.vid.lib.13.tit.3.to.5.p.29.c.1.
TIT. XLII. Quemadmodum munera ciuilia indicuntur,lib.12.Cod.Th. tit.5.to.4.p.531.
TIT. XLIII. De his qui ſponte munera publica ſubeunt.
Ad l.3.vid.lib.10. Cod.Th.tit.3.to.3.p.400.
TIT. XLIV. De his qui à principe vacationem acceperunt.
l.nullus 1.expl. lib.12. Cod.Th.tit.1.de decurionibus l.135. to.4. p.477.
TIT. XLV. De vacatione publici muneris.
TIT. XLVI. De decretis decurionum ſuper immunitate.
TIT. XLVII. De excuſationibus munerum,expl. lib.11.tit.16.to.4.p.109.
Ad l.2. vid. lib.13. tit.1.to.5. p.11.c.1.
l.placet 8.expl.lib.11.C.Th.t.16.de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l.8.placet, to.4.p.119.
l.illud 9. expl. lib.14. Cod.Th. tit.3. de piſtoribus l.12. ſecundum, to.5. p.160.
l.priuatæ 10.expl.lib.11. Cod.Th.tit.16. de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l.13. priuatæ,to.4.p.125.
l.eos qui 11.expl.lib.11.C.Th.t.16.de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l.14 eos qui,to.4.p.126.
l.maximarum 11.expl.lib.11.Cod.Th.tit.16. de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l.15.maximarum,to.4.p.127.
l.ſordidorum 13.expl.lib.11. C.Th.t.16.de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l.16.ſordidorum, to.4.p.130.
l.eam legem 14.expl.lib.11.C.Th.t.16.de extraordinariis & ſordidis muneribus l.19. eam legem, to.4.p.132.
l.euidenter 15.expl.lib.11.C.Th.t.16. de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l. 20. euidenter, to.4. p.133.
l.ab illuſtribus.21.expl.lib.11. C.Th.t.16.de extraordinariis & ſordidis l.23.ab illuſtribus,to.4.p.134.
TIT. XLVIII. De quibus muneribus vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare.
l.comparationi 1.expl.lib.11.Cod.Th. tit.17. l.vlt. to.4.p.139. & lib.15.C.Th. t.1.l.49.to.5.p.321.
TIT. XLIX. Qui ætate vel profeſſione ſe excuſant.
Ad l.2.vid.lib.14. Cod.Th.tit.9.to.5.p.200.c.2.
TIT. L. Qui morbo ſe excuſant.
TIT. LI. De his qui numero liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt, expl. lib. 12. Cod.Th.t.17.to.4.p.614.
l.eos qui 6.expl. lib.12. Cod.Th. tit.17. de his qui numero liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt l.quoniam 1.verſ. iubemus eos, to.4. p.614.
TIT. LII. De profeſſoribus & Medicis lib.13. Cod.Th.tit.3.to.5. p.22.
Ad leges 1.2.3.4.5.lib.14. Cod.Th. tit.9.to.5.p.196. & ſequentib.
l.Medicos 6.expl. lib.13. Cod.Th. tit.3. de Medicis & profeſſoribus l.1.Medicos,to.5.p.23. & p.28.
l.magiſtros 7.expl. lib.13. Cod.Th. tit.3. de Medicis & profeſſoribus l.7.reddatur,to.5.p.33.
Ad l.8. vid.lib.8.Cod.Th.t.1.to.4.p.412.



l.archiatri 9. expl.lib.13.Cod.Th.tit.3.de Medicis & profeſſoribus l.8. exceptis to.5.p.37.
l.ſi quis 10.expl.lib.13.Cod.Th.tit.3.de Medicis & profeſſoribus l.9. ſi qui to.5.p.38.
l.Grammaticos 11.expl.lib.13.C.Th.t.3.de Medicis & profeſſoribus l.Grammaticos 16. to.5.p.46.
TIT. LIII. De Athletis.
TIT. LIV. De his qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt.
TIT. LV. Quibus muneribus excuſentur hi qui poſt impletam militiam vel aduocationem per prouincias ſuis commodis vacantes commorantur & de priuilegiis eorum & de conductoribus vectigalium fiſci.
l.1.conſtructioni,expl.lib.11.C.Th.t.17.to.4.p.139.
TIT. LVI. De libertinis,expl.lib.4. Cod.Th. t.11. to.1. p.375.
TIT. LVII. De infamibus.
TIT. LVIII. De reis poſtulatis.
TIT. LIX. De his qui in exilium dati vel ab ordine moti ſunt.
TIT. LX. De filiisfamilias & quemadmodum pater pro his teneatur.
TIT. LXI. De periculo ſucceſſorum parentis.
TIT. LXII. De mulieribus in quo loco munera ſexui congruentia vel honores agnoſcant.
TIT. LXIII. De legationibus,expl.lib.12.Cod.Th. t.12.to.4. p.578.
l.vniuerſi 4.expl.lib.12 Cod.Th. tit.1.de decurionibus l.36.vniuerſi, to.4.p.377.
l.ſi quod 5.expl.lib.12. Cod.Th.tit.12.de legatis & decretis legationum l.ſi quod 12. to.4. p.595.
l.quotiens 6.expl. lib.12. Cod.Th. tit.12.de legatis & decretis legationum l.15.quotiens,to.4.p.598.
TIT. LXIV. De excuſationibus artificum, expl. lib.13.Cod.Th. t.4. to.5.p.49.
l.artifices 1.expl.lib.13.Cod.Th.tit.4.de excuſationibus artificum l.2. artifices verſ. architecti ibidem, to.5.p.50.
l.mechanicos 2.expl.lib.13.Cod.Th.tit.4.de excuſationibus artificum l.3. to.5.p.53.
TIT. LXV. De potioribus ad munera nominandis.
TIT. LXVI. Si propter inimicitias creatio facta ſit.
TIT. LXVII. De ſumptuum recuperatione.
TIT. LXVIII. Si poſt creationem quis deceſſerit.
TIT. LXIX. De tabulariis,ſcribis, logographis & cenſualibus,expl.lib.8. Cod.Th.t.2.to 2.p.474.
l.nulli 1. expl. lib.8. Cod.Th.tit.2. de tabulariis l. nullus 1.to.2.p.474. & lib.12. Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.nulli 31. to.4. p.373.
l.quicumque 2.expl.lib.8. Cod.Th.t.2.to.2.p.477.
l.generali 3.expl.lib.8.Cod.Th. tit.2. de tabulariis, logographis & cenſualibus l.5.to.2.p.478.
TIT. LXX. De ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis lib.12.Cod.Th.t.6.to 4.p.533.
l.ſuſceptores 1.expl.lib.12.Cod.Th. tit.6.de ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis l. 2. pro multis verſ. hocquoque, to.4.p.536.
l.iuxta 2.expl. lib.12. Cod.Th. tit.6.de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l. iuxta 8.to.4. p.543.
l.ſuſceptores 3.expl.lib.12. Cod.Th. tit.6. de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.10.ſuſceptores, to.4.p.544.
l.neminem 4.expl.lib.12.C.Th.t.6.de ſuſceptoribus præpoſitis & arcariis l.11.neminem,to.4.p.544. explicatur etiam in l.22.Cod.eod. p.553.
l.quotieſcumque 5.expl. lib.12. Cod.Th. tit.6. de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.13.quotieſcumque, to.4.p.546.
l.frumenta 6.expl.lib.12. C.Th.t.6.de ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis l.16.frumenta, to.6.p.549.
l.diu minime 7.expl.lib.12.Cod.Th.tit.6. de ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis l.17. vnus poſthac, to.4.p.550.
l.exactores 8.expl.lib.12.C.Th.t.6.de ſuſceptoribus, præpoſitis & arcariis l.20.exactores, to.4.p.552.
l.modios 9.expl.lib.12.C.Th.tit.6.de ſuſceptoribus præpoſitis & arcariis l.21.modios, to.4.p.552.
l.ſuſceptores 10.expl.lib.12.Cod.Th.tit.6.de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.23.ſuſceptores, to.4.p.554.vid.lib.11.tit.1.to.4.p.31.c.2.
l.ſecuritates 11.expl.lib.12.Cod.Th.t.6.de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.26.ſecuritates,to.4. p.556.
l.ſi aliquid 12.expl.lib.12.C.Th.t.6.de ſuſceptoribus præpoſitis & arcariis l.ne fraude 27. to.4. p.557.
l.duos tabularios 13.expl. lib.12.Cod.Th. tit.6. de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l. 30. duos tabularios; to.4.p.559.
l.humilioribus 14.expl.lib.12.Cod.Th.tit.6.de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.31.humilibus, to.4. p.560.
l.aurum 15.*expl.lib.*12.*Cod.Th.tit.6.* de ſuſceptoribus,præpoſitis & arcariis l.32.aurum,to.4.p.561.
TIT. LXXI. De ponderatoribus & auri illatione, expl.lib.12.t.17.to.4.p.563.
l.aurum quod 1.expl.lib.12.Cod.Th.tit.7. de ponderatoribus & auri illatione l. 1. ſi quis ſolidos verſ.aurum quod, to.4. p.564.
l.quotiens 2.expl.lib.12.Cod.Th.tit.7.de ponderatoribus & auri illatione l.emptio 2.to.4. p.566.
TIT. LXXII. De auri publici proſecutoribus,expl. l.12.Cod.Th. t.12.to.4.p.568.
l.auri 1.expl. lib.12. Cod.Th. tit.8. de auri publici proſecutoribus l.1.auri, to.4. p.568.
TIT. LXXIII. De his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis,expl.lib.12.t.9.to.4.p.570.
l.nullus 1.expl.lib.12. Cod.Th. tit.9.de his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis l.nullus 1.to.4.p.570.
l.nullus penitus 2.expl.lib.12.Cod.Th.tit.9. de his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis l.nullus penitus 3.to.4. p.271.
l.ſciant 3.expl. Cod.Th. tit.9. de iis quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis l.ſciant 3. to.4. p.571.
TIT. LXXIV. De auro coronario,expl.lib.12.Cod. Th.tit.13.to.4.p.601.
l.ad collationem 1.expl.lib.12.Cod.Th.t.13.de auro coronario l.5.ad conlationem, to.4. p.606.
TIT. LXXV. De hirenarchis,expl.lib.12. Cod.Th. t.14.to.4.p.609.
l.Hirenarchæ 1.expl.lib.12.Cod.Th.t.14.de Hirenarchis l.Hirenarcharum 1.to.4.p.609.
TIT. LXXVI. De argenti pretio quod theſauris infertur, expl.lib.13. Cod.Th.t.2.to.5.p.21.
l.iubemus 1.expl.lib.13.C.Th.t.2.de argenti pretio quod theſauris infertur l.1.iubemus to.5.p.21.

---

## LIBER DECIMVS

### *Codicis Iuſtinianei.*

TIT. I. DE nauiculariis ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus & de tollenda luſtralis auri collatione, expl.lib.13.Cod.Th.tit.5. to.5. p.56.
l.nullam 1.expl.lib.13.Cod.Th. tit.5. de nauiculariis,&c. l.nullam 9.to.5. p.67.
l.comperimus 2.expl.lib.13.Cod.Th. tit.5.de nauiculariis,&c.l.26.comperimus, to.5.p.79.

l.ab his 3. expl. lib.23. Cod.Th. tit.5.de nauiculariis l.deprehenſæ 29.to.5.p.82.
l. cum nauarchorum 6.expl.lib.13. Cod.Th. tit.5. de nauiculariis, &c. l. 32. cum nauarchorum, to.4. p.83.
l. qui fiſcales 7. expl. lib. 13. Cod. Theod. tit. 5. de nauiculariis, &c. l. 33. qui fiſcales, to. 5. p. 86.
l. iudices 8. expl. lib. 13. Cod. Th. tit.5. de nauiculariis, &c. l.34. iudices,to.5.p.86.
Tit. II. De prædiis & omnibus rebus nauiculariorum, expl. lib. 13. Cod.Theod. tit.6. to.5. p. 92.
l. domum 1. expl. lib. 13. Cod. Theod. tit. 6. de prædiis nauiculariorum l. 5. temporibus, to. 5. p.95.
l. in his 2. expl. lib.13. Cod. Th. tit. 6. de prædiis nauiculariorum l.7. in his to.5. p.96.
l. his qui 3. expl. lib.13. Cod.Th.tit.6. de prædiis nauiculariorum l.8. hi qui to.5. p.98.
Tit. III. De nauibus non excuſandis,expl.lib.13. tit.7. to.5. p.100.
l.multi 1.expl. lib.13. Cod. Theod. tit.7. de nauibus non excuſandis l. 2. multi naues, to. 5. p.101.
Tit. IV. Ne quid oneri publico imponatur,expl. lib.13. Cod.Th.tit.8.to.5.p.102.
l.oneri 1.expl. lib 13. Cod.Th. tit.8.ne quid oneri publico l.1.oneri to.5. p.102.
Tit. V. De naufragiis, expl. lib.13. Cod.Theod. tit.9. to.5. p.103.
l. ſi quis nauicularius 2.expl. lib.13. Cod. Theod. tit. 9. de naufragiis l.ſi quis 1. to.5. p.104.
l.quoties 3.expl.lib.13.Cod.Th.tit.9. de naufragiis l.3. quoties to.5. p.107.
l.pro his 4.expl.lib.13.Cod.Th.tit.9. de naufragiis l.4.pro his, to.5. p.109.
l.de ſubmerſis 5. expl. lib. 13. Cod. Th. tit. 9. de naufragiis l.6 de ſubmerſis, to.5.p.111.
l.ſuper 6. expl. lib. 13. Cod. Theod. tit. 5. to. 5. p.84.
Tit. VI. De metallariis & metallis & procuratoribus metallorum,expl.lib.10.Cod.Th.tit.18. to.3. p.488.
l. propenſa 1. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 19. de metallis & metallariis l.3. propenſa, to. 3. p.491.
l. ob metallicum 2. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 19. de metallis & metallariis, l. 4. to. 3. p.492.
l.cuncti 3. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit 19. de metallis & metallariis l. 10. cuncti,to.3.p.499.
l. per annos 5. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 19. de metallis & metallariis l. 12. per annos,to.3. p. 500.
l. quoſdam 6. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 19. de metallis & metallariis l. 14. quoſdam, to.3. p.502.
l.metallarij 7. expl. lib.10. Cod.Th. tit.19. de metallis l.15. metallarij, to.3. p.502.
Tit. VII. De murilegulis & Gynæciariis & procuratoribus Gynæcij & de monetariis, & baſtagariis, expl. lib. 10. Cod. Th. tit.20. to.3. p.504.
l. monetarios 1. expl. lib.10. Cod.Theod. tit.20. de murilegulis, &c. l. 1. monetarios, to. 3. p.505.
l.ingenuæ 3. expl. lib.10.Cod.Th. tit.20. de murilegulis, &c l.3. ingenuæ, to.3. p.507.
l.quod ad præſens 4.expl.lib.10. Cod.Th.tit.20.de murilegulis l.4.quod ad præſens, to.3.p.507.
l.qui aliquem 5. expl. lib.10. C.Th.tit.20.de murilegulis l.qui aliquem 7.to.3. p.509.
l. qui textrini 6. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit.20. de murilegulis l. qui textrini 9. to.3. p.511.
l.edicimus 7.expl.lib.10. Th.Cod. tit.20. de murilegulis edicimus 20. to.3. p.511.
l. æternam 8. expl. lib.10. Cod.Th.tit.20. de murilegulis l.æternam 11. to.3. p.512.
l. ſi quis 9.expl.lib.10. Cod.Th. tit.20. de murilegulis l.ſi quis 12.to.3.p.513.
l.lotas 10.expl.lib.10.Cod.Th. tit.20.de murilegulis l.lotas 13.to.3. p.513.
l. murileguli 11. expl. lib.10.d.Th tit.20. de murilegulis l.murileguli 14. to.2. p.515.
l.hi qui 12.expl.lib.10.Cod.Th. tit.20.de murilegulis l. 15. hi qui to.3. p.515.
l.ſi quis 13.expl.lib.10. Cod.Th. tit.20. de murilegulis l.ſi quis 16.to.3. p.516.
l. qui aut patre 15. expl. lib.10. Cod.Th. tit.20. de murilegulis l. placet 17. verſ. ſi quis verò to.3. p.517.
Tit. VIII. De veſtibus holoberis & auratis & de intinctione ſacri muricis,expl. lib.10. Cod.Th. tit.20.to.3.p.519.
l. auratas 1.expl. lib.10. Cod.Theod. tit.21. de veſtibus oloueris & auratis l. 1. auratas, to. 3. p.519.
l. nemo 2. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 21. de veſtibus oloueris & auratis l. nemo 2. to. 3. p.519.
Ad l.3. vid.lib.15. Cod.Th.tit.7.to.5.p.373.
l. temperat 4. expl. lib. 10. Cod. Theod. tit. 21. de veſtibus oloueris & auratis l. temperat 3. to.3. p.521.
l. purpuræ 5. expl. lib.10.Cod.Th.tit.20. de murilegulis l.quoniam 18. to.3.p.517.
Tit. IX. De fabricenſibus, expl. lib. 10. tit. 21. to.3. p.524.
l. omnibus 1. expl. lib.10. Cod. Th. tit.22. de fabricenſibus l.2. omnibus,to.3. p.526.
l. primicerium 2. expl. lib.10. Cod. Theod. tit. 22. de fabricenſibus l. primicerium 3.to.3.p.527.
l. ſtigmata 3.expl. lib.10. Cod.Th.tit.22.de fabricenſibus l.ſtigmata 4. to.3. p.527.
l.ſi quis 4.expl.lib.10. Cod.Th. tit.22. de fabricenſibus l.ſi quis 6.to.3. p.529.
Ad l. 7. vid. lib. 10. tit. 22. to.3. p.529. in l.ſi quis poſthac.
Tit. X. De veteris numiſmatis poteſtate, expl. lib.9. t.22.to.3.p.180.
l. pro immunitione 2. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 4. to. 3. pag. 41. vid. lib. 7. tit. 24. to. 2. p.419. & 450.
Tit. XI. Nulli licere in frenis & equeſtribus ſellis & in balteis margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis.
Tit. XII. De claſſicis, expl. lib.10. tit.23. to.3. p.530.
l.claſſem 1.expl. lib.10. Cod.Th. tit.23.de claſſicis l.claſſem, to. 3. p.530.
Tit. XIII. De decurialibus vrbis Romæ, expl. lib.14.tit.1.to.5.p.139.
l. ſi quis 1. expl. lib.14. Cod.Th. tit.1. de decuriis vrbis Romæ l. perire nolumus 3. verſic. ſi quis vero, to.5. p.142.
l.leges 2. expl. lib.14. Cod.Theod. tit.1. de decuriis,&c. l.leges 4. to.5. p.143.
Tit. XIV. De priuilegiis corporatorum, expl. lib.19.tit.1.to.5.p.144.
l.nulli 1. expl. lib.14. Cod.Th. tit.2. de priuilegiis corporatorum l.nulli 2.l.in honorem 3.& l.cura 4.to.5.p.148. & 149.
Tit. XV. De piſtoribus, expl. lib.14. tit.3. to.5. p.150.
Tit. XVI. De ſuariis & ſuſceptoribus vini & cæteris corporatis, lib.14.tit.4. to.5. p.168.
l. porcinarij 1. expl. lib.14. Cod.Th. tit.4. de ſuariis,&c. l.porcinarij 6. to.5. p.177.
Ad l. quicumque 2. vid. lib. 14. Cod. Theod. tit. 4. de ſuariis, &c. l. quicumque 8. to. 5. p.177.
Tit. XVII. De collegiatis & chartopratis & nummulariis lib.14.tit.17. to.5.p.190.
Tit. XVIII. De ſtudiis liberalibus vrbis Romæ, & Conſtantinopolitanæ. expl. lib.14. t.9. to.5. p.196.
l.vniuerſos 1.expl. lib.14. Cod.Th. tit.9. l.vniuerſos 3. to.5. p.203.
Tit. XIX. De honoratorum vehiculis,expl.lib.14. tit.12.to.5.p.217.
l.omnes 1.expl. lib.15. Cod.Th. tit.12. de honoratorum vehiculis l.omnes 1. to.5. p.217.
Tit. XX. De priuilegiis vrbis Conſtantinopolitanæ, expl. lib. 14. Cod. Th. t.13. to.5. p.220. 224. & to.6. p.89.
Ad l.vrbs 1.vid.lib.14. Cod.Th.tit.13. de iure Italico vrbis Conſtantinopolitanæ l.1.to.5. p.220. & 224. & to.6. p.89.
Tit. XXI. De metropoli Beryto.
Tit. XXII. De canone frumentario vrbis Romæ, expl. lib.14. tit.15.to.5. p.225.
l. nautici 1. expl. lib. 14. Cod. Theod. tit. 15. de canone frumentario l. nautici 2. to. 5. p. 227.
l. ſi quid frumenti 2. expl. lib. 14. Cod. Theod. tit. 15. de canone frumentario, &c. l. 3. certum habetis, verſ. ideoque, to.5. p.228.
l.neminem 3. expl. lib.14. Cod.Th. tit.15. de canone frumentario, &c. l. 5. neminem, to. 5. p.231.& 232.
Tit. XXIII. De frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, expl.lib.14. tit.16.to.5.p.233.
l. nulli 1. expl. lib.14. Cod. Theod. tit.16. de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ l. nulli 2. to.5. p.235.
l.auri 2. expl. lib.14. Cod.Th. tit.16. de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ l. ſexcentarum 3. to.5. p.236.
Tit. XXIV. De annonis ciuilibus, expl. lib.14. tit.17.to.5.p.237.
l.annonas 1.expl. lib.14. Cod.Th. tit.17. de annonis ciuicis, & pane gradili l.annonas 10. to.5. p. 250.
Tit. XXV. De mendicantibus validis, expl. lib.4. tit.18. to.5. p.256.
l. cunctis 1. expl. lib.14. Cod. Theod. tit. 18. de mendicantibus non inualidis l.1. cunctis, to.5. p. 256.
Tit. XXVI. De nautis Tyberinis, expl. lib.14. tit.21. to.5.p.260.
l. qui nauem 1. expl. lib. 14. Cod. Theod. tit. 21. de nautis Tyberinis l. 1. qui nauem, to. 5. p. 260.
Tit. XXVII. De frumento Alexandrino, expl. lib.14. tit.26. to.5. p.267.
l.in æſtimatione 1. expl. lib. 14. Cod. Th. tit. 26. de frumento Alexandrino l.1. in æſtimatione, to.5. p.267.
l. diuinos 2. expl. lib. 14. Cod. Theod. tit. 26. de frumento Alexandrino l. diuinos 2. to. 5. p. 269.
Tit. XXVIII. De Alexandriæ primatibus, expl. lib.14. tit.27.to.5.p.270.
l.corporatos 1.expl.lib. 14. Cod.Theod. tit.27. de Alexandriæ plebis primatibus l. 2. corporatos, to.5. p.270.
Tit. XXIX. De iure reipublicæ.
Tit. XXX. De adminiſtratione rerum publicarum.
Tit. XXXI. De vendendis rebus ciuitatis.
Tit. XXXII. De debitoribus ciuitatum.
l. apud eos 2.expl. lib.12. Cod.Th. tit.11. de curatoribus calendarij & eorum fideiuſſoribus l. apud eos 1. to.4. p.574.
Tit. XXXIII. De periculo nominatorum.
Tit. XXXIV. De periculo eorum qui pro magiſtratibus interuenerunt.
Tit. XXXV. Quo quiſque ordine conueniatur.
Tit. XXXVI. Ne quis liber inuitus actum reip. gerere cogatur.
Tit. XXXVII. *Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.*
Tit. XXXVIII. De his qui ex officio quod adminiſtrarunt conueniuntur.
Tit. XXXIX. De ſolutionibus & liberatoribus debitorum ciuitatis.
Tit. XL. De ſpectaculis & ſcenicis & lenonibus, expl. lib. 15. tit. 5. to. 5. p. 348. & tit.7. to.5. pag.360. & lib.15. tit.8. to.5. p.378.
l. non inuidemus 1. expl. lib. 15. Cod.Th. tit.7. l.non inuidemus 3. to.5. p.364.
l. eos qui 2. expl. lib.15. Cod.Th. tit.7.de ſcenicis l.eos qui 7. to.5. p.367.
l.quiſquis 3.expl. lib.15. Cod.Th. tit.7. de ſcenicis l.equos 6.to.5. p.367.
l. ſi qua 4. expl. lib.15. Cod. Th. tit.7. de ſcenicis l.12. ſi qua in publicis, to.5. p.375.
l.nemo 5.expl. lib.15. Cod.Th. tit.7.de ſpectaculis l.nemo 3.to.5. p.352.
l. lenones 6. expl. lib.15. Cod.Th. tit.8.de lenonibus l.lenones 2.to.5.p.380.
Tit. XLI. De expenſis ludorum publicorum.
Tit. XLII. De aquæductu, expl. lib.5.tit.2.to.5. p.327.
l. aquarum 1. expl. lib.15. Cod.Th. tit.2. de aquæductu l.aquarum 1.to.5.p.328.
l. ſi quis decreto 2. expl. lib. 15. Cod.Th. tit. 2. de aquæductu l.ſi quis 4. to. 5. p.334.
l.eos qui 3.expl. lib.15.Cod.Th.tit.2.de aquæductu l.eos qui aquæ 5. to.5. p.334.
l.vſum aquæ 4.expl.lib.15.Cod.Th. tit.2.de aquæductu l.6. vſum aquæ, to.5. p.336.
Ad l.6. vid.lib.15.Cod.Th.tit.2.to.5.p.334.
Ad l. 10. vid. lib.10. Cod.Th. tit.22. to.3. p.528. & lib.13.Cod.Th.tit.5.to.5. p.63. c.2. & lib.15. tit.2. to.5. p.330.
Tit. XLIII. De gladiatoribus tollendis, expl. lib.15.tit.12. to.5.p.395.
l.vnica expl. lib.15. Cod.Th. tit.12.to.5.p.395.
Tit. XLIV. De venatione ferarum, expl. lib.15. tit.44.to.5.p.391. & 393.
l.occidendorum 1. expl. lib.15. Cod.Th. tit.11. de venatione ferarum l. 1. occidendorum, to. 5. p.392.
Tit. XLV. De Maiuma, expl. lib.15. tit.6. to.5. p.357.
l.clementiæ 1. expl. lib.15.Cod.Th. tit.6.de Maiuma l.clementiæ 1. to.5. p.357.
Tit. XLVI. Vt armorum vſus inſcio principe interdictus ſit, expl. lib. 15. tit. 15. to. 5. p. 419.

l.nulli 1.expl.lib.15. Cod.Th. tit.15. quorum vſus interdictus eſt l.nulli 1. to.5. p.419.

TIT. XLVII. De agricolis & cenſitis & colonis, vid.l.5. Cod.Th.t.10.to.1.p.457.

l.nunquam 1.expl.lib.11.Cod.Th. tit.16.de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l. extraordinariorum 4.to.4.p.113.

l.ſi quis 2.expl.lib.13.Cod.Th.tit.10. de cenſu ſiue adſcriptione l.ſi quis 3.to.5.p.118.

l. quiſquis 3. expl. lib.11. Cod.Th.tit.1. de annona & tributis l.12.quiſquis,to.4.p.21.

l. hi penes 4. expl. lib. 11. Cod.Theod. tit. 1. de annona & tributis l. 14. penes quos, to.4.p.25.

l. immunitates 9. expl. lib.13. Cod.Th. tit.10. de cenſu ſiue adſcriptione l. 7. nemo verſ. immunitates.

Ad l.10. vid. lib.13. Cod. Th. tit.10.to.5.p.117.

l. ſi coloni 14. expl. lib.4. Cod.Th. tit.23. vtrum vi l.ſi coloni 1. to.1.p.419.

l. mulier 16. expl. lib.5. Cod. Theod. tit. 10. de inquilinis, & colonis l. vnica in fine to. 1. p.457.

TIT. XLVIII. De capitatione ciuium cenſibus eximenda.

l.vnica, expl. lib. 13. Cod. Th. tit. 10. l. 2. to.5. p.115.

TIT. XLIX. In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint.

TIT. L. De colonis Palæſtinis.

TIT. LI. De colonis Thracenſibus.

Ad l. vnicam, vid. lib.13. Cod. Th. tit.10. to.5. p.117.

TIT. LII. De colonis Illyricianis.

TIT. LIII. Vt nemo ad ſuum patrimonium ſuſcipiat ruſticos vel vicos eorum, expl.lib.11.Cod. Theod. t.24. to.4. p.172.

Ad l.2. vid. lib.11. Cod.Th. tit.24. to.4. p.173.

TIT. LIV. Ne ruſticani ad vllum officium deuocentur, vid. lib.11. tit. 10. to.4. pag. 91. c.2. & pag.93. & lib.13. Cod. Theod. tit. 10. to. 5. p.115.

l. ſi qui eorum 2. expl. lib.11. Cod. Th. tit.11. ne damna prouincialibus infligantur l.ſi qui eorum 1. to.4. p.94.

TIT. LV. Non liceri habitarorib. &c.

TIT. LVI. Vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur.

TIT. LVII. De cenſibus & cenſitoribus & peræquatoribus & inſpectoribus, expl.lib. 13. t.11. to.5. p.112. 124.

l. quoniam 1.expl.lib.13. Cod.Th. tit.10.de cenſu l.1.quoniam, to.5. p.114.

l.quiſquis 2. expl. lib.13. Cod. Th. tit.11. de cenſitoribus & peræquatoribus & inſpectoribus, l.1. to.5. p.125.

l. ſi peræquatore 3. expl. lib.13. Cod. Th. tit.11. de cenſitoribus, &c. l.2. ſi peræquatorem, to.5. p.126.

l. qui grauatos 5. expl. lib.13. Cod.Th. tit. 11. de cenſitoribus l.4. qui grauatos, to. 5. p.128.

l. peræquatores 6.expl. lib.13. Cod.Th. tit.11. de cenſitoribus l. peræquatores 7. to.5. p.131.

l.apud eum 7.expl. lib.13. Cod.Th. tit.11. de cenſitoribus, &c. l.competitionis 15.to.5. p.135.

TIT. LVIII. De omni agro deſerto & quando ſteriles fertilibus imponuntur.

l. ſi quis 2.expl. lib.11. Cod. Th. tit.1.de annona & tributis l. ſi quis 4. to.4. p.10.

l. hæredes 4.expl. lib.11. Cod.Th. tit.1. de annona & tributis l.hæredes 17. to.4. p.29.

l. quiſquis 6.expl.lib.10.Cod.Th.tit.3.de locatione fundorum iuris emphyteutici, & Reip. & templorum l.4.to.3.p.402.

l.qui per potentiam 10. expl. lib.13. Cod.Theod. tit.11. de cenſitoribus, &c. l.8.to.5. p.131.

l.hac definitione 12.expl. lib.11. Cod.Th. tit. 1. de annona & tributis l.31. poſſeſſor,to.4.p.41.

l.rura 14. expl. lib.11. Cod.Th. tit.24. de patrociniis vicorum l.6. ſub finem to.6. p.177.

l.ſi quis 15. expl. lib.6. Cod.Th. tit.2.to.2. p.24. & to.5. p.99.

l.iubemus 17. expl. lib.12. Cod.Th.tit.1. de decurionibus l.186. ſub finem to.4. p.516.

TIT. LIX. De fundis limitrophis & terris & paludibus & paſcuis & limitaneis vel caſtellorum.

l.quicumque 2.expl.lib.7. Cod.Theod.tit.16. to.2 p.396. c.2.

TIT. LX. De paſcuis publicis & priuatis, expl. lib.7.Cod.Th.t.7. to.2.

l.cum nulla 1.expl. lib.7. Cod.Th.t.7.to.2.

l.inſignis 2.expl.lib.7. Cod.Th.t.7. to.2.

l.prata 3.expl. lib.7. Cod. Th. t.7. to.2.

TIT. LXI. De fundis patrimonialibus & ſaltuenſibus & emphyteuticis & eorum conductoribus.

Ad l.1. vid.lib.15.tit.3.to.5.p.341.

TIT. LXII. De mancipiis & colonis patrimonialium & ſaltuenſium & emphyteuticorum fundorum.

TIT. LXIII. De fugitiuis colonis patrimonialibus, ſaltuenſibus & emphyteuticis, expl. lib. 5. t.9.to.1. p.450.

l.quiſquis 2.expl. lib.5. Cod.Th. tit.9.de fugitiuis l.2. quiſquis, to.1.p.456.

TIT. LXIV. De collatione fundorum patrimonialium & emphyteuticorum, lib.11.C.Th.t.1[illegible] to.4.p.143.

l. emphyteuticarij 1. expl.lib.15.Cod.Th. tit.3. de itinere muniendo l. 1. emphyteuticarij, to.5. p.340.

l.patrimoniales 2.expl.lib.11.Cod.Th.tit.16.de extraordinatiis ſiue ſordidis muneribus l.patrimoniales 1.to.4.p.110.

l. omnes 3.expl. lib. 11. Cod.Th. tit. 19. de collatione fundorum, &c.l.2. omnes, to.4. p.144.

TIT. LXV. De fundis rei priuatæ & ſaltibus diuinæ domus.

Ad l.1.vid.lib.15. Cod.Th. tit.3.to.5.p.341.

Ad l.4.vid.lib.10. Cod.Th. t.3.to.3.p.402.& lib.16. Cod.Th.ti.10. to.6. p.291. c.2.

l.cum qui 6.expl.lib.12. Cod.Th. tit.19. de his qui conditionem propriam reliquerunt l. actiones 2.to.4.p.618.

TIT. LXVI. De fundis & ſaltibus rei dominicæ.

l. ſi qua loca 2. expl. lib.10. Cod. Th. tit.1. de Iure fiſci l.15.ſi qua vſquam, to.3. p.392.

TIT. LXVII. De agricolis & mancipiis dominicis vel fiſcalibus rei publicæ vel priuatæ.

TIT. LXVIII. De prædiis tamiacis & de iis qui ex colonis dominicis aliiſque liberis conditionibus procreantur.

TIT. LXIX. De diuerſis prædiis vrbanis & ruſticis templorum & ciuitatum & omni reditu ciuili.

Ad l.1.vid.to.5. p.285.c.1. & p.286. & vid. lib.10. Cod.Th.tit.3.to.3.p.399.c.2.

l.reſtaurationi 3.expl.lib.15. Cod.Th.tit.1. de operibus publicis l.33.præcipua,to.5.p.308.

TIT. LXX. De locatione prædiorum ciuilium vel fiſcalium ſiue templorum ſiue rei priuatæ vel dominicæ, expl.l.10. Cod.Th. tit.3.to.3. p 397.





Ad l.fundi 2. vid. lib.10. Cod.Theod.tit.3.l.4.to.3. p.402.

TIT. LXXI. De conductoribus & procuratoribus ſiue actoribus prædiorum fiſcalium domus auguſtæ, expl.lib.10. Cod.Th. tit.3. to.3. p.405. & 537.

l.conductores 1.expl.lib.10.Cod.Th.tit.26.de conductoribus & hominibus domus auguſtæ l. 1. conductores, to.3. p.537.

Verſiculus grauior illius legis expl.lib. 10.Cod.Th. tit.4.de actoribus & procuratoribus l. 2. ſub finem, to.3. p.406.

TIT. LXXII. Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet.

l.nullus 1. expl.lib.10. Cod.Th. tit.3.de locatione fundorum iuris emphyteutici l. 6. nullus, to.3. p.404.

TIT. LXXIII. De collatione fundorum fiſcalium vel rei priuatæ vel dominicæ vel ciuitatis vel templi, lib.10.tit.3.to.3.p.397.

l. ordinariorum 1.expl. lib.15. Cod.Th. tit.3. to.5. p.341.

TIT. LXXIV. De priuilegiis domus auguſtæ vel rei priuatæ & quarum collationum excuſationem habent, expl. lib.10. Cod.Th. tit.25. to.3. p 535.

l.priuatas 1.expl.lib.11.Cod.Th.tit.16. de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l. 5. priuatas, to.4. p.117.

l.abſit 4.expl. lib 15. Cod Th. tit.3. de itinere muniendo l.6.abſit,to.5. p.344.

l.excepto 5.expl.lib.11.Cod.Th.tit.1.de annona & tributis l.36.excepto,to.4.p.46.

TIT. LXXV. De grege dominico, expl. lib.10. Cod.Th. tit.5. to.3.p.410.

l.propoſitis 1.expl.lib.10.Cod.Theod. tit.6.de grege dominico l.vnica, to.3.p.410.

TIT. LXXVI. De palatiis & domibus dominicis.

TIT. LXXVII. De cupreſſis ex luco Daphnenſi vel Perſeis per Ægyptum non excudendis vel vendendis, vid. lib.15.tit.2. to.5.p.331.

Ad l.omnes 2.vide lib.10.Cod.Theod.tit 1. de iure fiſci l.12. to. 3. p.389. & vide lib.16. Cod.Th. tit.10. to.6. p.279.


---

## LIBER DVODECIMVS

### *Codicis Iuſtinianei.*


TIT. I. DE dignitatibus, expl.lib.6.Cod.Th. tit.1. to.2. p.1.

Ad l.2.vid.Cod.Th.lib.5.tit.6.p.444.c.2.

l.quoniam 7.expl.lib.15.Cod Th. tit.1.de operibus publicis l.7.quoniam, to.5.p.283.

l.ius Senatorum 8.expl.lib.9. Cod.Th. tit.2. de exhibendis reis l.1. ius Senatorum, to.3.p.27.

l.ſeueram 10.expl.lib.9.Cod.Theod.tit.35.de quæſtionibus l.ſeueram 3.to.3.p.251.

l.Senatore 11.expl.lib.6. Cod.Th. tit.1. p.8. & p.9. c. 1.

l.Iudices 13.expl.lib.9. Cod.Theod.tit.27. ad l.Iuliam repetundarum l. Iudices 1.to.3. p.208.

l. mulieres 13. expl. lib.2. Cod.Th. tit.1. de iuriſdictione l.7. mulieres, to.1.p.83.

Ad l.quotiens 17. vid. lib.10. Cod.Th. tit.5. to.3. p.410.

TIT. II. De prætoribus & honore præturæ & collatione & gleba & folli & ſeptem ſolidorum functione ſublata, expl. lib.6. Cod.Theod.tit.2 to.2. p.4.

TIT. III. De conſulibus & non ſpargendis ab his pecuniis & de præfectis & magiſtris militum & patriciis, expl.lib.6. t.6.to.2.p.72.

TIT. IV. De Præfectis Prætorio ſiue vrbi & Magiſtris militum in dignitatibus exæquandis, lib.6. Cod.Th. tit.7.p.77.

l.Præfectum 1.expl.lib.6.Cod.Theod.tit.7.de Præfectis Prætorio l. Præfectum 1. to.2. p.78.

l.quiſquis 2.expl. lib.6. Cod.Theod. tit.7. de Præfectis Prætorio l.2.quiſquis, to.2.p.8.

TIT. V. De præpoſitis ſacri cubiculi & de omnibus cubiculariis & priuilegiis eorum, expl. lib.6. t.8. to.2.p.81.

l.ſacri 1.expl.lib.6.Cod.Th.tit.8.de præpoſitis ſacri cubiculi, to.2. p.81.

Ad l. iubemus 4. vid.lib.10. Cod.Th. tit.10. to.3. p.460.

Ad l.vlt.vid.lib.15.Cod.Theod.tit.15. to.5.p.421. c. 1.

TIT. VI. *De quæſtoribus & magiſtris officiorum* & comitibus ſacrarum largitionum & rei priuatæ, expl.lib.6. Cod.Th.tit.9.to.2.p.84.

l.qui ex quæſtura 1.expl.lib.6. Cod.Th. tit.9. quæſtoribus l.2.to.2. p.85.

TIT. VII. De primicerio & ſecundicerio & notariis, expl.lib.6.Cod.Th. tit.10.to. 2.p.87.

l.præcipua 1.expl.lib.6.Cod.Th.tit.10. de primicerio l.1. præcipua, to.2. p.87.

TIT. VIII. Vt dignitatum ordo ſeruetur, expl. lib.6.Cod.Th.tit.5. to.2.p.69.

l.ſi quis indebitum expl. lib.6. Cod. Theod. tit.5. vt dignitatum ordo ſeruetur l.2. cæleſtis, to.2. p. 71.

TIT. IX. De magiſtris ſacrorum ſcriniorum, expl. lib.6.Cod.Th.tit.9.to.2. p.92.

TIT. X. De comitibus conſiſtorianis, expl. lib.6. Cod.Th tit.10. to.2.p.94.

l.eos 1.expl. lib.6.Cod.Th.tit.12.l. comaſij 1. to.2. p. 95.

TIT. XI. De comitibus & tribunis ſcholarum, expl lib.6. Cod.Th.tit.13.to.2.p.96.

l.præpoſitos 1.expl.lib.6.Cod.Th.tit.13.de comitibus & tribunis *ſcholarum l.1.præpoſitos*, to.2. p.96.

TIT. XII. De comitibus rei militaris, expl. lib.6. Cod.Th.tit.14. to.2. p.101.

TIT. XIII. De comitibus & archiatris ſacri Palatij, expl. lib.6.Cod.Th. tit.16. de comitibus & archiatris l.archiatros 1.expl. lib.6. *C.Th. t.16.* l.vn. to.2. p 106.

TIT. XIV. De comitibus qui prouincias regunt, expl.lib.6. Cod.Th. tit.17. to.2. p.107.

l.eos qui 1. expl. lib.6. Cod.Th. tit.17. de comitibus qui prouincias regunt l. *ſilentio* 1, to. 2. p.107.

TIT. XV. De profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam, expl. lib.6. Cod. Theod. tit.21. to.2. p.112.

l. Grammaticos 1. expl. lib.6. Cod. Theod. tit.21. de profeſſoribus & l. Grammaticos 1. to. 2. p.112.

TIT. XVI. De ſilentiariis & decurionibus eorum, expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 23. to. 2. p.125.

l.decurione 1.expl.lib.6. Cod.Theod. tit.23. to.2. p.125.

l. vnuſquiſque 2. expl. lib.6. Cod.Th. tit.23. to.2. p.125.

# Index Titulorum & Conſtitutionum.


l.decurionibus 3.expl.lib.6.Cod.Theod.tit.23.to.2. p.127. 128.

Tit.XVII. de domeſticis & protectoribus, expl. lib.6.Cod.Th. tit.24.to.2.p.130.

l.domeſtici 1. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.24. to.2. p. 133.

Ad l. primicerius 2. vid.lib.6. Cod.Theod. tit.24. l.11.to.2. p.140.

Tit. XVIII. De præpoſitis laborum, expl. lib.6. Cod.Th.tit.25.to.2.p.142.

l. vnic. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.25.to.2. p.142.

Tit. XIX. De proximis ſacrorum ſcriniorum cæteriſque qui in ſacris ſcriniis militant, expl. lib.6. Cod.Theod.tit.26.to.2.p.145.

l.proximos 1.expl.lib.6.Cod.Th.tit.26.to.2.p.150.

l. in ſacris 2. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit.26. l.5. to.2. p.151.

l.in ſcriniis 3.expl. lib.6. Cod.Th. tit.26. l.8. to.2. p.154.

l. iubemus 4. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.26. l.14. to.2. p.158.

l. peculiari 5. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 26. de comitibus proximis diſpoſitorum l.peculiari 16. to.2. p.160.

l.pro biennio 6. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.26. de proximis comitibus diſpoſitionum l.pro biennio 17.to.2. p.161.

Tit. XX. De agentibus in rebus,expl.lib.6. Cod. Th.tit.27. to.2. p.163.

l.nullus 1.expl.lib.6. Cod.Theod. tit.27. de agentibus in rebus l.14. nullus, to.2. p.178.

l.nulli 2.1.expl.lib.6.Cod.Th.t.27.l.17.to.2.p.180.

Tit. XXI. De præpoſitis agentium in rebus,expl. lib.6. Cod. Theod. tit.28. to.2. p.185.

l.agentes 1.expl.lib.6. Cod.Theod. tit.28. de principibus agentium in rebus l.agentes 3. & l.nulla 4. to.2. p.187.

l.omnia citatoria 2.expl. lib.6. Cod.Theod.tit.28. de principibus agentium in rebus l. omnia 5. to.2. p.189.

l. proconſularis 3. expl. lib.6. Cod. Th. tit.28. de principibus agentium in rebus, l. proconſularis 7.to.2. p.190.

l. ex agentibus 4. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit.28. de principibus l. ex agentibus 8. to.2. p.190.

Tit. XXIII. De curioſis & ſtationariis,expl.lib.6. Cod.Theod. tit.29. to.2.p.192.

l.curioſi 1.expl.lib.6. Cod.Theod. tit.29. de curioſis l.hi quos 1.to.2. p.193.

l.agentes in rebus 2.expl.lib.6. Cod.Theod. tit.29. de curioſis l.agentes 2. to.2. p.195.

l. per id tempus 3. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.29. de curioſis l. per id tempus 3.to.2. p.197.

l.agentes 4.expl. lib.6. Cod.Th. tit.29. de curioſis l.agentes 8. to.2. p.202.

Tit. XXIV. De Palatinis ſacrarum largitionum & rerum priuatarum, expl.lib.6.Cod.Th.tit.30. to.2. p.207.

l. Palatini 1. expl. lib. 11. Cod. Theod. tit. 16. de extraordinariis ſiue ſordidis muneribus l. Palatini 5.to.4. p.118.

l.nullus 2.expl. lib.8. Cod.Theod. tit.7. l.14. to.2. p.582.

l. priſco 3.expl. lib. 6. Cod.Th. tit.30. de Palatinis ſacrarum largitionum l. priſco 2.to.2. p.209.

l.nihil omnino 4. expl. lib.6.Cod.Th.tit.30.de Palatinis,&c. l.nihil omnino 4.to.2. p.210.

l. quidam 5. expl. lib.6. Cod.Th. tit.30. de Palatinis. &c. l.quidem 5. to.2. p.212.

l.ab officiis 6. expl. lib.6. Cod. Theod. tit. 30. de Palatinis, &c. l.ab officiis 6. to.2. p.213.

l. ſcriniis 7. expl. lib.6. Cod.Th. tit. 30. de Palatinis, &c. l.ſcriniis 7.to.2. p.213.

l. placuit 8. expl. lib. 6. Cod.Th. tit.30. de Palatinis, &c. l.placuit 8. to.2.p.215.

l. non aliter 9. expl. lib.6. Cod.Theod. tit.30. de Palatinis, &c. l.non aliter 18. to.2. p.222.

l. Palatinos 10. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 30. de Palatinis, &c. l.Palatinos 20. to.2. p.223.

l. ad ſimilitudinem 11. expl.lib.6. Cod.Th. tit.30. de Palatinis, &c. l.ad ſimilitudinem 21. to. 2. p.224.

Tit. XXV. De ſtratoribus, expl. lib. 6. Cod.Th. tit.31. to.2. p.224.

l. per omnes 1. expl. lib.6. Cod. Theod. tit.31. de ſtratoribus l. per omnes 1. t.2. p.226.

Tit. XXVI. De caſtrenſianis & miniſterianis, expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 32. to. 2. p.229.

l. in officio 1. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 32. de caſtrenſianis l. in officio 1. to.2. p.229.

l. ſi quis primæ 2.expl. lib.2. Cod.Th. t.31.l.2.to.2. p.232.

Tit. XXVII. De decanis, expl. lib.6. Cod. Th tit.33. to.2. p.232.

l.quatuor 1.expl. lib.6. Cod.Th. tit.33. de decanis l.1. quatuor, to.2. p.232.

Tit. XXVIII. De menſoribus, expl.lib.6.Cod.Th. tit.32.to.2.p.234.

l. primicerius 1. expl.lib. 6. Cod.Th. tit. 34. de menſoribus l. 1. primicerius, to.2. p.234.

Tit. XXIX. De priuilegiis eorum qui in ſacro Palatio militarunt, lib. 6. Cod.Theod. tit. 35. to.2. p.234.

l. à Palatinis 1. expl. lib 6. Cod.Theod. tit.35. de priuilegiis eorum, &c. l. à Palatinis 1. to. 2. p.235.

l. de cubiculis 2. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 35. de priuilegiis, &c. l. de cubiculis 3. to. 2. p.237.

l. ex aula noſtra 3. expl. lib.6. Cod.Th. tit.35.l.11. to.2. p.243.

l.omnes 4.expl. lib. 6. Cod.Theod. tit.35. de priuilegiis, &c. l.omnes 14.to.2. p.245.

Tit. XXX. De priuilegiis ſcholarum.

Tit. XXXI. De caſtrenſi omnium Palatinorum peculio.

l. omnes 1. expl. lib. 6. Cod. Theod. tit. 35. de priuilegiis eorum, l. omnes Palatinos 15.to.2. p.246.

Tit. XXXII. De equeſtri dignitate, expl. lib.6. Cod. Theod. tit.36. to.2.p.247.

l.equites 1.expl lib.6. Cod.Theod.tit.36. de equeſtri dignitate l.equites 1.to.2. p.247.

Tit. XXXIII. De perfectiſſimatus dignitate,expl. lib.6. Cod. Theod. tit.37. to.2. p.248.

l. codicillis 1. expl. lib.6. Cod. Theod. tit. 37. de perfectiſſimatus dignitate l.codicillis 1. to. 2. p.249.

Tit. XXXIV. Qui militare poſſunt vel non poſſunt & de ſeruis ad militiam vel dignitatem aſpirantibus, & vt nemo duplici militia vel dignitate & militia ſimul vtatur.

Tit. XXXV. Negotiatores ne militent.

Tit. XXXVI. De re militari, expl. lib.7. Cod.Th. tit.1. to.2. p.251.

Ad l. ſemel 6. vid.lib.15. tit.7. to.5. p.363.

l.ſi quis 9.expl.lib.7.Cod.Th.tit.1.de re militari l.ſi quis 1.to.2. p.272. & to.3. p.9? c.2.

l.quicumque 10.expl.lib.7. Cod.Th.tit.1. de re militari l.quicumque 3.to.2. p.274.

l.tribuni 11.expl.lib.7 Cod.Th.t.1 l.12.to.2.p.286.

l.cum ſupra 12. expl. lib.6. Cod.Th. tit.1. in l.13. to.2.p.287.

l.nemo 13. expl. lib.6. Cod.Th. tit.1. l.15. 16. 17. to.2. p.291.

l. contra 14. expl. lib 6. Cod.Th. tit.1. l.18. to.2. p. 293.

Tit. XXXVII. De Caſtrenſi peculio militum & præfectianorum.

Tit. XXXVIII. De erogatione militaris annonæ, expl.lib.7. Cod.Th. tit.4. to.2. p.298.

l.repetita 1.expl.lib.7. Cod.Theod. tit.4. de erogatione militaris annonæ, l.6.to 2.p.304.

l.viceſimo 2.expl.lib.7. C.Th. tit.4.l.9.to.2.p.307.

l.cænaticorum 3. expl. lib.7. Cod. Th. tit.4. l.12. to.2. p.310.

l.ſicut 4.expl. lib.7.Cod.Th.tit.4.l.15. to.2. p.312.

l. actuarij 5.expl. lib.7.Cod.Th.tit.4.de erogatione militaris annonæ l.actuarij 13. to.2. p.314.

l.fortiſſimi 6.expl.lib.7. Cod.Th.t.4. de erogat.milit. an.l.17. to.2.p.314.

l.nulli 7. expl. lib.7. Cod.Th. tit.4. de erogatione militaris annonæ l.nulli 20.to.2. p.317.

l.prouincialium 8.expl.lib.7.Cod.Th. tit.4. de erogatione militaris annonæ l. prouincialium 23. to.2. p.320.

l.excellentia 9.expl.lib.7. Cod.Th. tit.4. de erogatione militaris annonæ l. 24. excellentia, to. 2. p.320.

l.iubemus 10.expl.lib.7.Cod.Th.tit.4. de erogatione, &c. l.quoniam 25. to.2.p.321.

l.opinatoribus 11.expl.lib.7.Cod.Th. tit.4.de erogatione,&c. l. opinatoribus 26. to.2. p.322.

l.ſeptem diebus 12.expl.lib.7. Cod.Th. tit.4.l.28. to. 2. p.324.

l. lege repetita 13. expl. lib.7. Cod. Th. tit.4. l.30. to.2. p.327.

l.his ſcholaribus 14.expl.lib.7.Cod.Th.tit.4.de erogatione, &c. l.his ſcholaribus 34. to.2. p.331.

l.annonas 15.expl.lib.7.Cod.Th. tit.4.de erogatione,&c. l.annonas 35. to.2. p.332.

Tit. XXXIX. De excoctione & tranſlatione militarium annonarum, expl. lib.7. Cod.Th. tit.5. to.2. p.333.

l.opinatores 1.expl. lib.7. Cod.Th. tit.5. de excoctione, &c. l.opinatores 1.to.2. p.333.

l.in excoctione 2.expl. lib.7. Cod.Th. tit.5. de excoctione, &c. l.in excoctione 2. to.2. p.334.

Tit. XL. De militari veſte, expl. lib.7. Cod.Th. tit.6. to.2. p.335.

l. omnem 1. expl. lib 7. Cod.Th. tit.6. de militari veſte, & l. omnem 2. to.2. p.336.

l.prouinciæ 2.expl.lib.7. Cod.Th. tit.6. de militari veſte l.prouinciæ 3. to.2. p.337.

l.fortiſſimis 3.expl.lib.7. Cod.Th. tit.6. de militari veſte, l.fortiſſimis 4. p.338.

l.militaris 4. expl. lib.7. Cod.Th. tit.6. de militari veſte l.militaris 5.to.2. p.339.

Tit. XLI. De metatis & epidemeticis, expl. lib.7. Cod.Th. t.8. to.2. p.343.

l.ſi quis metatorum 1.expl.lib.7. Cod.Th. tit.8. de metatis l.ſi quis menſorum 4. to.2. p.346.

l.in qualibet 2.expl.lib.7. Cod.Th. tit.8. de metatis l.in qualibet 5.to.2. p.347.

l.cunctos 3. expl. lib.7. Cod.Th. tit.8. de metatis l.cunctos 6. to.2. p.349.

l.Fabricenſium 4.expl. lib.7. Cod.Th. tit.8. de metatis l.ſecuti 8. to.2. p.351.

l.deuotum 5. expl. lib.7. Cod.Th. tit.8. de metatis l.deuotum 10. to.2. p.353.

l.hoc proſpectum 6.expl.lib.7.Cod.Th.t.8. de metatis l. hoc proſpectum 12. to.2. p.355.

l.deuotiſſimos 7.expl.lib.7. Cod.Th.tit.8.de metatis l.13. deuotiſſimos, to.2. p.355.

Ad l.8.vid.lib.13. C.Th.tit.5. to.5. p.47.& 56.c.2.

Tit. XLII. De ſalgamo hoſpitibus non præſtando, expl.lib.7.Cod.Th.tit.7.to.2. p.359.

l.ne quis comitum 1. expl. lib.7. Cod.Th. tit.9. de ſalgamo hoſpitibus non præſtando l. ne quis comitum 2.to.2. p.360.

Tit. XLIII. De commeatu,expl.lib.7.Cod.Th. tit.12.to.2.p.366.

l.ne cui 1.expl.lib.7. Cod.Th.tit.12. de commeatu l.ne quis 1. to.2. p.366.

l.quicumque 2.expl.lib.7. Cod.Th. tit.12. de commeatu l.quicumque 2.to.2. p.358.

l.vlt.expl.lib.7. Cod.Th.tit.18. l.16.to.2.p.415.

Tit. XLIV. De tyronibus, expl. lib.7. Cod.Th. tit.13. to.2. p.370.

Ad l.nullus 1.vid.Cod.Th.lib.7.tit.13.to.2.p.376.

l.quiſquis 2. expl. lib.7. Cod.Th. tit.13. de tyronibus l.quiſquis 11. to.2. p.384.

l.tyrones 3.expl. lib.7. Cod.Th. tit.13.de tyronibus l.tyrones 19.to.2.p.389.

Tit. XLV. De littorum & itinerum cuſtodia, expl.lib.7.Cod.Th. tit.16. to.2. p.396.

l.ſaluberrima 1.expl.lib.7. Cod.Th.tit.16. de littororum & itinerum cuſtodia l. ſaluberrima 3. to.2. p.399.

Tit. XLVI. De deſertoribus & occultatoribus eorum,expl.lib.7. Cod.Th. tit.18.to.2.p.404.

l.ſi quis forte 1.expl.lib.7. Cod.Th. t.18. de deſertoribus l. ſi quis forte 5. to.2. p. 406. & lib.9. to.3. p.171.

l.ſi deſertores 2. expl. lib.7. Cod.Th. tit. 18. de deſertoribus l. ſi deſertores 11. to.2. p.412.

l.qui relictis 3.expl. lib.7.Cod.Theod. t.18. de deſertoribus l.is qui relictis 15.to.2. p.414.

Tit. XLVII. De veteranis, expl. lib.7. Cod. Th. tit.20.to.2.p.419.

l.cum introiſſent 1. expl. lib.7. Cod.Th. tit.20. de veteranis l.cum introiſſet 2. to.2. p.421.

l.prouidendum 2.expl. lib.7. Cod.Th. tit.20. to.2. p.428.

Ad l.veterani 3.vid.lib.7.Cod.Th.tit.20.de veteranis l.veterani 3. to.2. p.425. & l.quidam, to.2, p.430.

Tit. XLVIII. De filiis officialium militarium qui in bello moriuntur, expl. lib.7. Cod.Th. tit.22. to.2. p.440.

l.ſi qui 1.expl.lib.7. Cod.Th.tit.22.de filiis militarium apparitorum & veteranorum l. hi qui 3. to.2. p.446.

l. filios 2.expl.lib.7. Cod.Th.tit.22.to.2. p.446.

Tit. XLIX. De oblatione votorum, expl. lib. 7. Cod.Th.tit.24.to.2.p.448.

l. quando 1.expl.lib.7. Cod.Th.tit.24.de oblatione votorum l.quando 1.to.2. p.448.

Tit. L. De numerariis, actuariis & chartulariis & adiutoribus, ſcriniariis & exceptoribus ſedis excelſæ cæterorumque iudicum tam militarium quam ciuilium, expl. lib.8. Cod.Th. tit.1. to.2. p.457.

l. vorax 1.expl. lib.8. Cod.Th. tit.1. de numerariis actuariis, &c. l.vorax 4. to.2.p.462.

l.qui numerarij 2.expl. lib.8. Cod.Th. tit.1. de numerariis,&c. l.numerarij 9.to.2. p.466.

l.numerariis 3.expl. lib.8. Cod.Th. tit.1. de numerariis, &c. l.11. to.2.p.469.

l.in prouinciis 4.expl. lib.8. Cod.Th. tit.1. de numerariis l.12. in prouinciis, to.2. p.470.

l.exceptores 5.expl. lib.8. Cod.Th. tit.7.l.17. to.2. p.584.

# Index Titulorum & Conſtitutionum.


l.ne diutius 6.expl. lib.8. Cod.Th.tit.1.de numerariis, &c. l.ne diutius 14. to.2. p.471. & 473.

Ad l.vlt.vid.lib.8. Cod.Th. tit.1. to.2. p.466.c.1.

Tit. LI. De curſu publico & angariis & parangariis, expl.lib.8. Cod.Th. tit.5. to.2. p.506.

l. equos 1. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l.quoniam 2. to.2. p.512.

l. præſidibus 2. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l.præſidibus 3. to.2. p.513.

l. euectiones 3. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l. euectiones 8. to.2. p.519.

l. parhippum 4 expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l.qui contra 14. to.2. p.526.

l. ſi quis per publicum 5. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l. compertum 25. to.2. p.537.

l.cautionum 6. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l.cautionum 32. to.2. p.541.

l.in omnibus 7. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. de curſu publico l. quia in omnibus 34. to. 2. p.543. & 544. c.2.

l.vt agendi 8. expl.lib.8.Cod.Th.tit.5. de curſu publico l.38.& l.40.to.2.p.548.& 549.

l.iudicibus 9. expl. lib. 8. tit. 4. to. 2. p. 501. c.2. & p.549.

l.grauiſſimæ 10. expl. lib.8. Cod.Th.tit.5.l.41.to.2. p.550.

l.nullus 11. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. l.nullus 44. to.2. p.552.

l.quoniam 12. expl.lib.8. Cod.Th. tit.5. l.47. to.2. p554.

l. non patimur 13. expl. lib. 8. tit.5. l.50. to.2. p.558.

l.publici 14. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. l.51. to.2. p.558.

l.ſi quis 15. expl.lib.8. Cod.Th. t.1. de curſu publ. l.53.to.2. p.559.

l.his tantummodo 16. expl.lib.8.Cod.Th.l.57.tit.5. to.2. p.562.

l.nemo 17. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. l.ſi quis 58. to.2. p.562.

l.animalia 18. expl. lib.8. Cod.Th. tit.5. l.60. to.2. p.564.

l. comperimus 19. lib.8. Cod.Th. tit. 5. l.64. to.2. p. 567.

l.nemo 20. expl.lib.8.Cod.Th.tit.5.l.66.to.2.p.568.

Tit. LII. De tractoriis & ſtatiuis, expl. lib. 8. Cod.Th.tit.6. to.2. p.568.

l.vnica expl.lib.8. Cod.Th. tit.6.l.2. to.2. p.571.

Tit. LIII. De apparitoribus præfectorum prætorio & priuilegiis eorum.

l.præfecturæ 1. expl. lib.8. Cod.Th.tit.7. l.16. to.2. p.578.

l.præfectiones 2. expl. lib.12. Cod.Th. tit.10. l.vn. to.4. p.572.

Tit. LIV. De apparitoribus præfecti vrb.

l.præter eos 1. expl. lib.8. Cod.Th. tit.7. l.16. to.2. p. 584.

l.quicunque 2. expl.lib.14.Cod.Th.tit.3. de piſtoribus l.22. quicunque, to.5. p.167.

Tit. LV. De apparitoribus magiſtrorum militum & priuilegiis eorum.

l.qui ſeſe 1. expl.lib.8. Cod.Th.t.3.l.vn.to.2.p.479.

Tit. LVI. De apparitoribus proconſulis & legati.

Tit. LVII. De apparitoribus comitis orientis.

Tit. LVIII. De cohortalibus, principibus, cornicularis ac primipilariis, lib. 8. Cod.Th. tit.4. to.2. p.480.

l.omnes 1. expl.lib.8. Cod.Th.tit.4.l.2.to.2.p.482.

l.ſolita 3. expl.lib.8. Cod.Th.tit.4.l.3.to.2.p.492.

l.officia 4. expl.lib.8.Cod.Th.tit.4.l.12.to.2.p.494.

l.quicumque 5. expl.lib.12. Cod.Th.tit.1. de decurionibus, to.4. p.429.

l.ſi apparitor 6. expl. lib.8. Cod.Th. tit.4, l.6. to.2. p. 496.

l.ordinariorum 7. expl. lib.8. Cod.Th. tit.4. l.16. to.2. p.496.

l.ſpeciebus 8. expl. lib.8. Cod.Th.tit.4.lib.19.to.2. p. 500.

l.quicumque 10. expl.lib.8. Cod.Th.tit.4.l.20.to.2. p. 500.

l. ſi quis ex grege 11. expl. lib. 8. Cod.Th. tit. 4. l.26. to.2. p.503.

l. ſi cohortalis 12. expl. lib.8. Cod.Th. tit.4. l.vlt. to.2. p. 505.

Tit. LIX. De apparitoribus præfecti annonæ.

Tit. LX. De diuerſis officiis & apparitoribus iudicum & probatoriis, expl.lib.8. Cod.Th. tit.7. to.2. p.572.

l. ſi quando 1. expl. lib.8. Cod.Th.tit.7. l.11. to.2. p.580.

l.nullus ex his 2. expl.lib.8. Cod.Th.tit.7.l.18. to.2. p.585.

l.quicumque 5. expl.lib.8. Cod.Th. tit.7. l.20.to.2. p.586.

l.in his 6. expl.lib.8. Cod.Th. tit.7.l.21.to.2.p.586.

Tit. LXI. De executoribus & exactoribus, expl. lib.8.Cod.Th. tit.8.to.2. p.589.

l.ne per diuerſas 1. expl.lib.8.Cod.Th.tit.8. de executoribus l.6. ne per diuerſas, to.2.p.593.

l.quicumque 2. expl. lib.8. Cod.Th. tit.8. l.7. quicumque, to.2. p.594.

l.ſiue ex prætoriano 3. expl. lib.8. Cod.Th. tit.8. de executoribus l.9. to.2. p.595.

l.nullam 4. expl. lib.8. Cod.Th. tit.8. de executoribus l.10. to.2. p.595.

Tit. LXII. De lucris aduocatorum & concuſſionibus officiorum ſeu apparitorum, expl.lib.8. Cod.Th.tit.10.to.2. p.598.

l.ſi quis 1. expl.lib.8.Cod.Th. tit.10. de concuſſionibus aduocatorum ſiue apparitorum l. ſi quis 1.to.2. p.598.

Vid. lib.10. Cod.Th. tit.15. de aduocato fiſci & lib.11. Cod.Th. tit.7. de exactionibus, l.1. to.4. p.65.

l.præter 2. expl. lib.8. Cod.Th. tit.10. de concuſſionibus l.2. præter, to.2. p.599.

l.quoties 3. expl. lib.8. Cod.Th. tit.10. de exactoribus l.quoties 3. to.2. p.601.

Tit. LXIII. De primipilo.

Tit. LXIV. Publicæ lætitiæ vel conſulum nuntiatores vel inſinuatores conſtitutionum & aliarum ſacrarum vel iudicialium litterarum ex deſcriptione vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum, expl. lib.8. Cod.Theod. tit.11. to.2. p.602.

l.1. expl. lib.8. Cod.Th.tit.11. ne quid publicæ lætitiæ nuntij ex deſcriptione vel ab inuitis accipiant, l.1.to.2.p.606.


TITVLI

# TITVLI CODICIS THEODOSIANI PER LITERARVM Seriem diſpoſiti.

*Primus numerus* librum, *ſecundus* titulum, *tertius* tomum, *quartus* paginam *notat*.


A

ABolitionibus, lib. 9. tit. 37. to. 3. pag. 260.

Accuſationibus & inſcriptionibus, lib.9. tit.1.to.3. p.2.

Actionibus ad potentiores tranſlatis, lib.2. tit.13. to.1. p.153.

Actionibus certo tempore finiendis, lib.4. tit.13. to.1. p.383.

Actoribus, procuratoribus & conductoribus rei priuatæ, lib.10. tit.4. to.3. p.405.

Ad legem Iul. maieſtatis, lib. 9. titul.5. to. 3. p. 49.

Ad legem Iul. de adulteris, lib. 9. tit. 7. to. 3. p. 54.

Ad legem Iul. de vi. publ. & priuata, lib.9. tit.10. to.3. p.73.

Ad legem Corneliam de ſicariis, lib. 9. tit. 14. to.3. p.84.

Ad legem Cornel. de falſo. lib. 9. tit. 19. to. 3. p. 157.

Ad legem Fabiam, hoc eſt qui filios alienos inuolant, lib.9. tit.18. to.3. p.154.

Ad legem Iul. de ambitu, lib.9. titul.26. to.3. p. 200.

Ad legem Iuliam repetundarum, lib. 9. tit. 27. to.3. p.207.

Ad S. C. Claudianum, lib.4. titul. 9. tom. 1. p.367.

Adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum, lib.3. tit.19. to.1. p.322.

Aduocato fiſci, lib.10. tit.15. to.3. p.471.

Ædificiis priuatorum, lib. 4. titul. 24. tom. 1. p. 420.

Ædilitiis actionibus, lib.3. tit.4. p.32.

Agentibus in rebus, lib. 6. titul. 27. tom. 2. p. 163.

Alexandrinæ plebis primatibus, lib. 14. tit. 27. to.5. p.270.

Alimentis quæ inopes parentes de publico petere debent, lib.11. tit.27. to.4. p.188.

Annona & tributis, lib. 11. titul. 1. to. 4. pagina 2.

Annonis ciuicis & pane gradili, lib. 14. tit. 17. to.5. p.237.

Appellationibus & pœnis earum & conſultationibus, lib. 11. tit. 30. to. 4. pag. 219.

Apoſtatis, lib.16. tit.7. to.6. p.202.

Aquæductu, lib.15. tit.2. to.5. p.327.

Argenti pretio quod theſauris infertur, lib. 13. tit.2. to.5. p.21.

Aſſeſſoribus, domeſticis & cancellariis, lib. 1. tit.12. to.1. p.66.

Auri publici proſecutoribus, lib. 12. tit. 8. to.4. p.568.

Auro coronario, lib.12. tit.13. to.4. p.601.

B

BOnis clericorum & monachorum, lib.5. tit.3. to.1. p.436.

Bonis decurionum, lib.5. tit.2. to.1. p.434.

Bonis militum, lib.5. tit.4. to.1. p.438.

Bonis quæ filiusfam. ex matrimonio adquiruntur, lib.8. tit.19. to.2. p.665.

*Bonis proſcriptorum ſeu damnatorum*, lib. 9. tit.42. to.3. p.325.

Bonis vacantibus, lib.10. tit.8. to.3. p.416.

Burgariis, lib.7. tit.14. to.2. p.392.

C

CÆſarianis, lib.10. tit.7. to.3. p. 414.

Calcis coctoribus vrb. Rom. & CP. lib. 14. tit.6. to.5. p.189.

Calumniatoribus, lib.9. tit.39. to.3. p.284.

Campo Martio vrb. Rom. lib. 14. tit. 14. to. 5. p. 224.

Canone frumentario vrb. Romæ, lib. 14. tit. 15. to.5. p.215.

Carboniano edicto, lib.4. tit.3. to.1. p.332.

Caſtrenſianis, lib.6. tit.32. to.2. p.229.

Cenſitoribus, peræquatoribus & inſpectoribus, lib.13. tit.11. to.5. p.124.

Cenſu ſiue adſcriptione, lib. 13. tit. 10. to. 5. p. 112.

Centonariis & dendrophoris, lib. 14. tit. 8. to.5. p. 184.

Centurionibus, lib.12. tit.15. to.4. p.611.

Claſſicis, lib.10. tit.23. to. 3. p.530.

Cognitoribus & procuratoribus, lib.2. tit.12. to.1. p. 145.

Cohortalibus, principibus, cornicularis & pri-


ãã 2. mipi-

# Index Titulorum.


mipilariis, lib. 8. tit. 4. to. 2. pag. 480.
Collegiatis, lib. 14. tit. 7. to. 5. p. 190.
Comitibus conſiſtorianis, lib. 6. titul. 12. to. 2. p. 94.
Comitibus & tribunis ſcholarum, lib. 6. tit. 13. to. 2. p. 96.
Comitibus rei militaris, lib. 6. titul. 14. to. 2. p. 101.
Comitibus qui inluſtribus adſiderunt, lib. 6. tit. 15. to. 2. p. 105.
Comitibus & archiatris ſacri Palatij, lib. 6. tit. 16. to. 2. p. 106.
Comitibus qui prouincias regunt, lib. 6. tit. 17. to. 2. p. 107.
Comitibus vacantibus, lib. 6. tit. 18. to. 2. p. 107.
Comitibus ordinis primi artium diuerſarum, lib. 6. tit. 20. to. 2. p. 111.
Commeatu, lib. 7. tit. 12. to. 2. p. 366.
Commiſſoria reſcindenda, lib. 3. titul. 2. tom. 1. p. 251.
Communi diuidundo, lib. 2. titul. 25. tom. 1. p. 199.
Concuſſionibus aduocatorum ſiue apparitorum, lib. 8. tit. 10. to. 2. p. 598.
Conditis in publ. horreis, lib. 11. tit. 14. to. 4. p. 102.
Conductoribus & hominibus domus Auguſtæ, lib. 10. tit. 26. to. 3. p. 537.
Conlatione æris, lib. 11. tit. 21. to. 4. p. 159.
Conlatione donatarum vel releuatarum poſſeſſionum, lib. 11. tit. 20. to. 4. p. 147.
Conlatione fundorum patrimonialium vel emphyteuticorum & rei priuatæ, lib. 11. tit. 19. to. 4. p. 143.
Conſtitutionibus Principum & edictis, lib. 1. tit. 1. to. 1. p. 1.
Conſularibus & præſulibus, lib. 6. tit. 19. to. 2. p. 110.
Conſulibus, præfectis Magiſtrorum militum & Patriciis, lib. 6. tit. 6. to. 2. p. 72.
Contrahenda emptione, lib. 3. tit. 1. to. 1. p. 240.
Cretione vel bonor. poſſeſſione, lib. 4. tit. 1. to. 1. p. 329.
Crimine peculatus, lib. 9. tit. 28. to. 3. p. 219.
Curatoribus Kalendarij & fideiuſſoribus eorum, lib. 12. tit. 11. to. 4. p. 574.
Curioſis, lib. 6. tit. 29. to. 2. p. 192.
Curſu publico, angariis & parangariis, lib. 8. tit. 5. to. 2. p. 506.
Cuſtodia reorum, lib. 9. tit. 3. to. 3. p. 33.

D

Decanis, lib. 6. tit. 33. to. 2. p. 232.
Decurionibus, lib. 12. tit. 1. to. 4. p. 336.
Decurionibus & ſilentiariis, lib. 6. tit. 23. to. 2. p. 125.
Decuriis vrb. Romæ, lib. 14. tit. 1. to. 5. p. 139.
Defenſoribus ciuitatum, lib. 1. titul. 11. to. 1. p. 61.
Denuntiatione vel editione reſcripti, lib. 2. tit. 4. to. 1. p. 95.
Deſertoribus vel occultatoribus eorum, lib. 7. tit. 18. to. 2. p. 404.
Dignitatibus, lib. 6. tit. 2. to. 2. p. 3.
Dilationibus, lib. 2. tit. 7. to. 1. p. 112.
Dilationibus ex conſenſu, lib. 11. titul. 33. to. 4. p. 287.
Diſcuſſoribus, lib. 11. tit. 26. to. 4. p. 184.
Diſtrahendis pignoribus quæ trib. cauſ. tenentur, lib. 11. titul. 9. tom. 4. p. 86.
Diuerſis officiis & apparitoribus & probatoriis eorum, lib. 8. tit. 7. to. 2. p. 572.
Diuerſis reſcriptis, lib. 2. tit. 2. to. 1. p. 12.
Dolo malo, lib. 2. tit. 15. to. 1. p. 158.
Domeſticis & protectoribus, lib. 6. tit. 24. to. 2. p. 130.
Domibus ad rem priuatam pertinentibus, diſtrahendis vel prætoriis Iudicum reſeruandis, lib. 10. tit. 2. to. 3. p. 395.
Dominio rei quæ poſcitur, vel conſortibus ab eo cui denunciatum fuerit poſtulandis, lib. 2. tit. 5. to. 1. p. 106.
Donationibus, lib. 8. tit. 12. to. 2. p. 609.
Dotibus, lib. 3. tit. 13. to. 1. p. 300.

E

Emendatione propinquorum, lib. 9. titul. 13. to. 3. p. 83.
Emendatione ſeruorum, lib. 9. titul. 12. tom. 3. p. 79.
Epiſcopis, Eccleſiis & clericis, lib. 16. tit. 2. to. 6. p. 15.
Epiſcopali iudicio, lib. 16. tit. vlt. to. 6. p. 303.
Equeſtri dignitate, lib. 6. tit. 36. to 2. p. 247.
Equis curulibus, lib. 15. tit. 10. to. 5. p. 387.
Equorum conlatione, lib. 11. titul. 17. tom. 4. p. 135.
Erogatione militaris annonæ, lib. 7. tit. 4. to. 2. p. 298.
Erroribus aduocatorum, lib. 2. titul. 12. tom. 1. p. 144.
Exactionibus, lib. 11. tit. 7. to. 4. p. 65.
Excoctione & tranſl. militaris annonæ, lib. 7. tit. 5. p. 145.
Excuſationibus artificum, lib. 13. titul. 4. to. 5. p. 49.
Exhibendis vel tranſmittendis reis, lib. 9. tit. 2. to. 3. p. 26.
Expenſis ludorum, lib. 15. tit. 9. to. 5. p. 381.
Expoſitis, lib. 5. tit. 7. to. 1. p. 445.
Exſecutoribus & exactionibus, lib. 8. tit. 8. to. 2. p. 589.
Extraordinariis ſiue ſordidis muneribus, lib. 11. tit. 16. to. 4. p. 109.

F

Fabricenſibus, lib. 10. tit. 22. to. 3. p. 524.
Falſa monera, lib. 9. tit. 21. to. 3. p. 167.
Familia erciſcunda, lib. 2. tit. 24. to. 1. p. 194.
Famoſis libellis, lib. 9. tit. 34. to. 3. p. 237.
Feriis, lib. 2. tit. 8. to. 1. p. 117.
Fide & iure haſtæ, lib. 10. tit. 17. to. 3. p. 480.
Fide teſtium & inſtrumentorum, lib. 11. tit. 39. to. 4. p. 318.
Fide catholica, lib. 16. tit. 1. to. 6. p. 1.
Fideiuſſoribus dotium, lib. 3. titul. 15. tom. 1. p. 308.
Filiis militarium appar. & veteranorum, lib. 7. tit. 22. to. 2. p. 440.
Finium regundorum, lib. 2. titul. 26. tom. 1. p. 200.
Fiſci debitoribus, lib. 10. tit. 16. to. 3. p. 475.
Fructibus & litis expenſis, lib. 4. titul. 18. to. 1 p. 397.
Frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, lib. 14. tit. 16. to. 5. p. 233.
Frumento Karthaginienſi, lib. 14. titul. 25. to. 5. p. 265.
Frumento Alexandrino, lib. 14. tit. 26. to. 5. p. 267.
Fugitiuis, colonis, inquilinis & ſeruis, lib. 5. tit. 9. to. 1. p. 450.

G

Gladiatoribus, lib. 15. tit. 12. to. 5. p. 395.
Grege dominico, lib. 10. tit. 6. to. 3. p. 410.

H

Habitu quo vti oportet intra vrbem, lib. 14. tit. 10. to. 5. p. 207.
Hæreticis, lib. 16. tit. 5. to. 6. p. 104.
Hereditatis petitione, lib. 2. titul. 22. tom. 1. p. 189.
Hiis qui potentiorum nomina in lite prætendunt, aut titulos prædiis adfigunt, lib. 2. tit. 14. to. 1. p. 155.
Hiis qui veniam ætatis impetrarunt, lib. 2. tit. 17. to. 1. p. 164.
Hiis qui à non domino manumiſſi ſunt, lib. 4. tit. 10. to. 1. p. 373.
Hiis qui ſanguinolentos, emptos vel nutriendos acceperunt, lib. 5. tit. 8. to. 1. p 448.
Hiis qui per metum Iudicis non appellauerunt, lib. 11. tit. 34. to 4. p. 288.
Hiis qui latrones vel in aliis criminibus reos occiderunt, lib. 9. tit. 29. to. 3. p. 221.
Hiis qui plebem audent contra publicam colligere diſciplinam, lib. 9. tit. 33. to. 3. p. 236.
Hiis qui ad ſtatuas confugiunt, lib. 9. titul. 44. p. 267.
Hiis qui ad Eccleſias confugiunt, lib. 9. tit. 14. to. 3. p. 358.
Hiis qui ſe deferunt, lib. 10. titul. 11. tom. 3. p. 461.
Hiis qui cum diſpenſatore contraxerunt, lib. 10. tit. 24. to. 3. p. 532.
Hiis qui numero liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt, lib. 12. titul. 17. to. 4. p. 614.
Hiis quæ ex publica conlatione inlata ſunt, lib. 12. tit. 9. to. 4. p. 570.
*Hiis qui condicionem propriam reliquerunt*, lib. 12. tit. 19. to. 4. p. 617.
Hiis qui ſuper religione contendunt, lib. 16. tit. 4. to. 6. p. 98.
Hirenarchis, lib. 12. tit. 14. to. 4. p. 609.
Honorariis codicillis, lib. 6. titul. 22. tom. 2. p. 114.
Honoratorum vehiculis, lib. 14. titul. 12. tom. 5. p. 217.

I

Imaginibus imperialibus, lib. 15. titul. 4. tom. 5. p. 345.
Immunitate conceſſa, lib. 11. tit. 12. to. 3. p. 96.
Imponenda lucratiuis deſcriptione, lib. 12. tit. 4. to. 4. p. 529.
Inceſtis nuptiis, lib. 3. tit. 12. to. 1. p. 294.
Incorporatione, lib. 10. tit. 9. to. 3. p. 424.
Indictionibus, lib. 11. tit. 5. to. 4. p. 58.
Indulgentiis criminum, lib. 9. titul. 38. tom. 3. p. 266.
Indulgentiis debitorum, lib. 11. titul. 28. tom. 4. p. 191.
Infirmandis pœnis cælib. & orbitatis, lib. 8. tit. 16. to. 2. p. 643.
Infirmandis hiis quæ ſub tyran. aut barbaris geſta ſunt, lib. 15. tit. 14. to. 5. p. 403.
Ingenuis qui tempore tyranni ſeruierunt, lib. 5. tit. 6. to. 1. p. 443.
Ingratis liberis, lib. 8. tit. 14. to. 2. p. 631.
Inofficioſo teſtamento, lib. 2. titul. 20. tom. 1. p. 172.
Inofficioſis donationibus, lib. 2. titul. 20. tom. 1. p. 184.
Inofficioſis dotibus, lib. 2. tit. 21. to. 1. p. 185.
Inquilinis & colonis, lib. 5. tit. 10. to. 1. p. 457.
Integri reſtitutione, lib. 2. tit. 16. to. 1. p. 159.
Iis quæ adminiſtrantibus vel officium publicum gerentibus diſtracta ſunt, lib. 8. tit. 15. to. 2. p. 633.
Itinere muniendo, lib. 15. tit. 3. to. 5. p. 340.
Iudæis, Cælic. & Samaritanis, lib. 16. tit. 8. to. 6 p. 212.
Iudiciis, lib. 2. tit. 18. to. 1. p. 168.
Iure fiſci, lib. 10. tit. 1. to. 3. p. 376.
Iure Italico vrb. Conſtantinop. lib. 14. titul. 13. to. 5. p. 220.
Iure liberorum, *lib. 8. tit. 17. to. 2. p. 646.*
Iuriſdictione & vbi quis conueniri debeat, lib. 2. tit. 1. to. 1. p. 75.

L

Legatis & decretis legationum, lib. 12. tit. 12. to. 3. p. 578.
Legitimis hereditatibus, lib. 5. titul. 1. tom. 1. p. 421.
Lenonibus, lib. 15. tit. 8. to. 5. p. 378.
Liberali cauſa, lib. 4. tit. 8. to. 1. p. 357.
Libertis & eorum liberis, lib. 4. titul. 11. tom. 1. p. 375.
Litorum & itinerum cuſtodia, lib. 7. tit. 16. to. 2. p. 396.
Litigioſis, lib. 4. tit. 5. to. 1. p. 349.
Locatione fundorum iuris emphyt. Reipubl. & templ. *lib. 10. tit. 3. to. 3. p. 397.*
Longa conſuetudine, lib. 5. titul. 12. tom. 1. p. 461.
Longi temporis præſcriptione, lib. 4. tit. 13. to. 1. p. 380.
*Lucris Officiorum, lib. 8. tit. 9. to. 2. p. 596.*
Luſoriis Danubij, lib. 7. tit. 17. to. 2. p. 401.
Luſtrali conlatione, lib. 13. tit. 1. to. 5. p. 1.

M

Magiſtris ſcriniorum, lib. 6. titul. 11. tom. 2. p. 92.
Maiuma, lib. 15. tit. 6. to. 5. p. 357.
Maleficis & mathematicis & ceteris ſimilibus, lib. 9. tit. 16. to. 3. p. 113.
Mancipibus, lib. 12. tit. 16. to. 4. p. 612.
Mancipibus thermarum vrbis & ſubuectione lignorum, lib. 14. tit. 5. to. 5. p. 182.
Mandatis principum, lib. 1. tit. 3. to. 1. p. 27.
Manumiſſionibus in Eccleſia, lib. 4. tit. 7. to. 3. p. 354.
Maternis bonis & materni generis & cretione ſublata, lib. 8. tit. 18. to. 2. p. 650.
Medicis & profeſſoribus, lib. 13. titul. 3. tom. 5. p. 22.
Mendicantibus non inualidis, lib. 14. tit. 18. to. 5. p. 256.
Menſis oleariis, lib. 14. tit. 24. to. 5. p. 263.
Menſoribus, lib. 6. tit. 34. to. 2. p. 230.
Metallis & metallariis, lib. 10. titul. 19. tom. 3. p. 488.
Metatis, lib. 7. tit. 8. to. 2. p. 343.

tomo 2.


Militari veſte, lib.7. tit.6. p.145.
Monachis, lib.16. tit.3. to.6. p.96.
Mulieribus quæ ſe ſeruis propriis iunxerunt, lib.9. tit.9. to.3. p.80.
Murilegulis & gynæciariis & monetariis & baſtagariis, lib.10. tit.20. to.3. p.504.

N

NAturalibus filiis & matribus eorum, lib.4. tit.6. to.1. p.350.
Naufragiis, lib.13. tit.9. to.5. p.103.
Nauibus non excuſandis, lib. 13. titul. 7. tom. 5. p. 100.
Nauiculariis, lib.13. tit.5. to.5. p.56.
Nautis Tiberinis, lib.14. tit.21. to.5. p.260.
Ne colonus inſcio domino ſuum alienet peculium, vel litem inferat ei ciuilem, lib.5. tit.11. to.1. p.460.
Ne quis in Palatiis maneat, lib.7. tit.10. to. 2. p. 362.
Ne Comitibus & Trib. lauacra præſtentur, lib.7. tit.11. to.2. p.364.
Ne quid publicæ lætitiæ nuntij ex deſcriptione vel ab inuitis accipiant, lib. 8. tit. 11. tom. 2. p.602.
Ne conlatio per logographos celebretur, lib.11. tit.4. to.4. p.57.
Ne præter crimen maieſtatis ſeruus dominum vel patronum libertus ſeu familiaris accuſet, lib.9. tit.6. to.3. p.51.
Ne paſtoribus dentur filij nutriendi, lib.9. tit.31. to.3. p.231.
Ne ſine iuſſu principis certis Iudicibus liceat confiſcare, lib.9. tit.41. to.3. p.223.
Ne operæ à conlatoribus exigantur, lib.11. tit.10. to.4. p.90.
Ne damna prouincialibus infligantur, lib. 11. tit.11. to.4. p.93.
Ne conlationis tranſlatio poſtuletur, lib.11. tit.22. to.4. p.163.
Ne præfectianus exactoris vel curioſi, vel horreorum cuſtodis fungatur officio, lib.12. tit.10. to.4. p.572.
Ne quid oneri publico imponatur, lib. 13. tit. 8. to.4. p.102.
Ne ſanctum baptiſma iteretur, lib.16. tit.7. to.6. p.192.
Ne in ſua cauſa quis iudicet, lib. 2. tit.2. to.1. p.92.
Ne Chriſtianum mancipium Iudæus habeat, lib.16. tit.9. to.6. p.246.
Nili aggeribus non corrumpendis, lib.9. tit.32. to.3. p.233.
Numerariis, actuariis, ſcriniariis & exceptoribus, lib.8. tit.1. to.2. p.457.
Nuptiis, lib.3. tit.7. to.1. p.276.
Nuptiis Gentilium, lib.3. tit.4. to.1. p.306.

O

OBlatione equorum, lib.7. titul.23. tom. 2. p. 447.
Oblatione votorum, lib. 7. titul. 24. tom. 2. p. 448.
Officio Præfectorum Prætorio, lib.1. tit. 5. to.1. p.35.
Officio vicarij, lib.1. tit.6. to.1. p.37.
Officio Rectoris prouinciæ, lib. 1. titul.7. tom.1. p. 39.
Officio Iudicum ciuilium, lib.1. tit.8. to. . p.59.
Officio Iudicum militarium, lib.1. titul.9. tom.1. p. 55.
Officio Iudicum omnium, lib.1. titul.10. tom.1. p. 57.
Omiſſa actionis impetratione, lib.2. tit. 3. to.1. p. 94.
Operibus publicis, lib.15. tit.1. to.5. p.275.

P

PActis & tranſactionibus, lib. 2. titul. 9. to.1. p.126.
Paganis, ſacrif. & templis, lib.16. titul.10. tom.6. p.250.
Palatinis ſacrarum largitionum & rerum priuatarum, lib.6. tit.30. to.2. p.207.
Parricidio, lib.9. tit.15. to.3. p.112.
Paſcuis, lib.7. tit.7. p.146.
Patribus qui filios diſtraxerunt, lib. 3. tit. 3. to.1. p.257.
Patrociniis vicorum, lib.11. tit.24. to.4. p.172.
Patronis horreorum portuenſium, lib.14. tit. 23. to.5. p.262.
Peculio, lib.2. tit.32. p.38.
Pecuniæ ſequeſtratione prohibita, lib.2. titul.28. to.1. p.215.
Perfectiſſimatus dignitate, lib. 6. titul. 37. tom.2. p.248.
Petitionibus & vltro datis & delatoribus, lib. 10. tit.10. to.3. p.428.
Petitoribus & deſiſtentibus, lib. 10. tit.13. to.3. p. 465.
Pignoribus, lib.2. tit.30. to.1. p.224.
Piſtoribus & catabolenſibus, lib. 14. tit.3. to.5. p. 150.
Pœnis, lib.9. tit.40. to.3. p.288.
Ponderatoribus & auri inlatione, lib.12. titul.7. to.4. p.563.
Poſſeſſione ab eo qui bis prouocauerit, transferenda, lib.11. tit.38. to.4. p.317.
Poſtliminio, lib.5. tit.5. to.1. p.439.
Poſtulando, lib.2. tit.10. to.1. p.137.
Præbendo ſalario, lib.12. tit.2. to.4. p.524.
Prædiis Senatorum, lib.6. tit.3. to.2. p.28.
Prædiis & mancipiis curialium ſine decreto non alien. lib.12. tit.13. to.4. p.526.
Prædiis nauiculariorum, lib. 13. titul. 6. tom. 5. p. 92.
Præfectis prætorio ſiue vrbis & Magiſtris militum, lib.6. tit.7. to.2. p.77.
Præpoſitis ſacri cubiculi, lib. 6. titul. 8. tom. 2. p.81.
Præpoſitis laborum, lib. 6. titul. 25. tom. 2. p. 142.
Prætoribus & quæſtoribus, lib. 6. titul. 4. tom.2. p. 32.
Pretio piſcis, lib.14. tit.20. to.5. p.259.
Pretio panis Oſtienſis, lib. 14. titul. 19. tom. 5. p.258.
Primicerio & Notariis, lib. 6. titul. 10. tom. 2. p. 87.
Principibus Agentum in rebus, lib.6. tit.28. to.2. p. 185.
Priuati carceris cuſtodia, lib. 9. titul. 11. tom.3. p. 78.
Priuilegiis eorum qui in ſacro pal. militarunt, lib.6. tit.35. to.2. p.334.
Priuilegiis apparitorum magiſteriæ poteſtatis, lib.8. tit.4. to.2. p.479.
Priuilegiis domus Auguſtæ, lib.10. titul. 25. to.3. p. 535.


Priuile


Priuilegiis corporatorum vrbis Rom. lib.14. tit. 2. to.5. 145.
Profeſſoribus qui in vrbe Conſtantin. docentes Comitiuam meruerunt, lib.6. titul.21. tom.2. p. 112.
Protoſtaſia, lib.11. tit.24 to.4. p.167.
Proximis Comitibus diſpoſitionum ceteriſque qui in ſacris ſcriniis militant, lib.6. titul.26. to.2. p. 145.
Publica comparatione, lib. 11. titul. 15. tom. 4. p.106.

Q

QVadrimenſtruis breuibus, lib. 11. titul. 25. to.4. p.182.
Quæſtionibus, lib.9. tit.35. to.3. p.247.
Quæſtoribus & magiſtris Offic. Comit. ſac. larg. & rer. priuaratum, lib. 9. titul. 9. tom. 2. p. 84.
Quemadmodum munera ciuilia indicuntur, lib.12. tit.5. to.4. p.531.
Qui à præbitione tironum vel equorum excuſentur, lib.11. tit.18. to.4. p.140.
Qui petant, lib.3. tit.18. to.1. p.221.
Qui bonis ex lege Iulia cedere poſſunt, lib. 4. tit.20. to.1. p.401.
Qui conductores rei priuatæ fideiuſſores exigi non debent, lib.10. tit.5. to.3. p.409.
Quid probare debeant ad quancumque militiam venientes, lib.7. tit.2. to.2. p. 95.
Quibus militantibus ad vrbem non liceat accedere, lib.14. tit.11. to.5. p.216.
Quibus equorum vſus conceſſus eſt aut denegatus, lib.9. tit.30. to.3. p.223.
Quinquennij præſcriptione, lib. 4. titul. 15. to.1. p.387.
Quis in gradu præferatur, lib.7. titul. 3. tom.2. p.297.
Quod iuſſu, lib.2. tit.31. to.1. p.227.
Quorum appellationes non recipiuntur, lib.11. tit.36. to.4. p.292.
Quorum vſus interdictus eſt, lib.15. tit.15. to.5. p.419.
Quorum bonorum, lib. 4. titul. 21. tom. 1. pagina 405.

R

RAptu virginum & viduarum, lib. 9. tit. 24. to. 3. p.189.
Raptu vel matrimonio ſanctimon. virg. vel viduarum, lib.9. tit.25. to.3. p.195.
Rei vindicatione, lib. 2. titul. 23. tom. 1. p. 192.
Re iudicata, lib.4. tit.16. to.1. p.388.
Re militari, lib.7. tit.1. to.2. p.272.
Relationibus, lib.11. tit.29. to.4. p.213.
Religione, lib.16. tit.11. to.6. p.297.
Reparationibus appellationum, lib. 11. titul. 31. to.4. p.280.
Repudiis, lib.3. tit.16. to.1. p.310.
Reſponſis Prudentum, lib. 1. titul. 4. tom. 1. p. 30.
Reuocandis donationibus, lib. 8. titul. 13. to.2. p. 622.

S

SAccaris vrb. Romæ, lib. 14. titul. 22. tom. 5. p.261.
Salgamo hoſpitibus non præbendo, lib. 7. tit. 9. to.2. p.359.
Saturianis & Subafrenſibus & occultatoribus eorum, lib.7. tit.19. to.2. p.416.
Scænicis, lib.15. tit.7. to.5. p.360.
Secundis nuptiis, lib.3. tit.8. to.1. p.281.
Secundo lapſu, lib.11. tit.32. to.4. p.287.
Senatoribus & de glebali vel follium ſeptemve ſolidorum conlatione & de auro collatitio, lib.6. tit.2. to.2. p.4.
Sententiam paſſis & reſtitutis & liberis eorum, lib.9. tit.43. to.3. p.352.
Sententiis ex periculo recitandis, lib.4. tit.17. to.1. p.390.
Sepulcris violatis, lib.9. tit.17. to.3. p.136.
Si certum petatur de chirographis, lib. 2. tit. 27. to.1. p.210.
Si certum petatur de ſuffragiis, lib.2. tit.29. to.1. p.217.
Si Curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit, lib.12. tit.18. to.4. p.616.
Si de momento fuerit appellatum, lib.11. tit.37. to.4. p.316.
Si nuptiæ ex reſcripto petantur, lib.3. tit.10. to.1. p.287.
Si prouinciæ Rector vel ad eum pertinentes lib.3. tit.6. to.1. p.273.
Si petitionis ſocius ſine herede defecerit, lib.10. tit.14. to.3. p.466.
Si per obreptionem fuerint impetratæ, lib. 11. tit.13. to.4. p.100.
Si pendente appellatione mors interuenerit, lib.11. tit.35. to.4. p.290.
Si quacunque præditus poteſtate nuptias petat, lib.3. tit.11. to.1. p.292.
Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit, lib.9. tit.8. to.3. p.69.
Si quis Imperatori maledixerit, lib. 9. tit.4. to. 1. p.42.
Si quis pecunias conflauerit vel mercandi cauſa tranſtulerit, aut vetitas contrectauerit, lib. 9. tit.23. to.3. p.186.
Si quis ſolidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in vendendo ſubiecerit, lib. 9. tit.22. to.3. p.180.
Si ſecundò nupſerit mulier cui maritus vſumfructum reliquerit, lib.3. tit.9. to.1. p.286.
Si vagum petatur mancipium, lib.10. tit.12. to.3. p.462.
Sine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe, lib.11. tit.3. to.4. p.52.
Spectaculis, lib.15. tit.5. to.5. p.348.
Sponſalibus & ante nuptias donationibus, lib.3. tit.5. to.1. p.261.
Stratoribus, lib.6. tit. 31. to.2. p.226.
Studiis liberalibus vrbis Romæ, lib.14. tit.9. to.5. p. 196.
Suariis, pectuariis & ſuſceptoribus vini, lib.14. tit.4. to.5. p.168.
Superexactionibus, lib. 11. titul. 8. tom. 4. p. 83.
Superindicto, lib.11. tit.6. to.4. p.63.
Suſceptoribus, præpoſitis & arcariis, lib.12. tit.6 to.4. p.533.


Tabulariis,

# Index Titulorum.

T


TAbulariis, logographis & cenſualibus, lib.8. tit.2.to.2. p.474.

Temporum curſu & reparationibus denuntiationum, lib.2. tit.6. to.1. p.108.

Terris limitaneis, lib.7. tit.15. to.2. p.393.

Teſtamentis & codicillis, lib. 4. titul. 4. tom.1. p. 333.

Teſtimoniali Extribunis & protectoribus, lib.7. tit.21.to.2. p.437.

Theſauris, lib.10. tit.18. to.3. p.484.

Tironibus, lib.7. tit.13. to.2. p.370.

Tractoriis & ſtatiuis, lib. 8. titul. 6. tom. 2. p.568.

Tributa in ipſis ſpeciebus inferri, lib.11.tit.2.to.4. p.48.

Tutoribus & curatoribus creandis, lib.3. tit.17. to.1. p.315.


V


VEctigalibus & commiſſis, lib.4. tit.12. to.1. p. 378.

Venatione ferarum, lib.15. tit.11. to.5. p.391.

Veſtibus oloueris & auratis, lib.10. tit.21. to.3. p. 519.

Veteranis, lib.7. tit.20. to.2. p.419.

Victum ciuiliter agere & criminaliter poſſe, lib.9. tit.20. to.3. p.165.

Vnde liberi, lib 4. tit.2. to.1. p.331.

Vnde vi, lib.4. tit.22. to.1. p.407.

Vſuris, lib.2. tit.33. to.1. p.230.

Vſuris rei iudicatæ, lib.4. tit.19. p.77. to.1. p.399.

Vſu ſellarum, lib.15. tit.13. to.5. p.401

Vt dignitatum ordo ſeruetur, lib.6. tit.5. to.2. p.69.

Vt intra annum criminalis quæſtio terminetur, lib.9. tit.36. to.3. p.257.

Vtrum vi, lib.4. tit.23. to.1. p.419.


CHRONO

# CONSVLARIA THEODOSIANA;
*SEV*
# CHRONOLOGIA NOVA
## CONSTITVTIONVM CODICIS THEODOSIANI;

***Centum viginti ſeptem annorum:***

AB A. D. CCCXII.
AD A. D. CCCCXXXVIII.

*SVB SEDECIM IMPERATORIBVS.*

Quibus explicandis, firmandíſque ſubiectum eſt CHRONICON HISTORICVM.

Eodem quoque relatæ ſunt conſtitutiones nonnullæ CODICIS IVSTINIANEI; quæ ad eandem Epocham pertinent, quæque proculdubio integro Codice Theodoſiano olim continebantur, atque inde deſumptæ ſunt.

*Tom. I.*

## ¶ ERRORES
### SVPERIORIS CHRONOLOGIÆ CODICIS THEODOSIANI.

1. *Conſulatus* integer omiſſus A. 346.
2. Imperatorum initia, mutationes, ξυμωειδῆς, finis, non rectè notata.
3. Conſulatus cognomines Conſtantini, Conſtantij, Valentiniani confuſi.
4. In inſcriptionibus locorum ſubſcriptioni non additum vtrum ibi *datæ*, an vero *acceptæ*: vel PP. vel *Recitatæ*: tum de *eadem* ibi reſcript.
5. Non duplices ſubſcriptiones adſcriptæ: ſæpè enim alibi datæ, alibi acceptæ: vel P.P. diuerſis: ſæpe enim ab alio acceptæ, cum ad alium datæ eſſent.
6. In inſcriptionibus omiſſa quædam: *Poſt alia*, & *inter cætera*, & *ad locum*: vt & de eadem, *recedit*.
7. Non Conſulatuum diuerſæ appellationes, velut *Poſt*, &c.
8. Nullum Chronicum.
9. Denique hæc planè noua ſunt Conſularia.



# CONSVLES
## CODICIS THEODOSIANI
### ORDINE ALPHABETICO.


A

| | |
|---|---|
| A*Cyndino* & Proculo. | 340 |
| *Antonio* & Syagrio. | 382 |
| *Arbitione* & Lolliano. | 355 |
| *Arcadio* 1. & Bautone. | 385 |
| 2. & Rufino. | 392 |
| 3. & Honorio. 2. | 394 |
| 4. ———— 3. | 396 |
| 5. ———— 5. | 402 |
| 6. & Probo. | 406 |
| *Aſclepiodoto* & Maciniano. | 423 |
| *Aulonio* & Olybrio. | 379 |

B

| | |
|---|---|
| B*Aſſo* & Ablauio. | 331 |
| Philippo. | 408 |

C

| | |
|---|---|
| C*Æſario* & Attico. | 397 |
| *Conſtantino* 3. & Licinio 3. | 313 |
| 4. ———— 4. | 315 |
| 5. ———— Cæſ. | 319 |
| Paſſim Cōſtantio 6. & Conſtantino Cæſ. | 320 |
| 7. ———— 4. | 326 |
| Cæſ. 5. & Maximo. | 327 |
| 8. & Conſtantio 4. [al. 5.] | 329 |
| al. Conſtantio & Albino. | 335 |
| *Conſtantio* 2. & Conſtante. | 339 |
| 4 ———— 3. | 342 |
| 5 ———— Cæſ. | 352 |
| 6 ———— | 353 |
| 7 ———— | 344 |
| 8. & Iuliano Cæſ. 1. | 356 |
| 9 ———— 2. | 357 |
| 10 ———— 3. | 360 |
| *Conſtantio* & Conſtante vv.cc. | 414 |
| *Criſpo* 2. & Conſtantino 2. Cæſſ. | 321 |
| 3 ———— 2. | 324 |

D

| | |
|---|---|
| D*Almatio* & Zenophilo. | 333 |
| *Datiano* & Cereale. | 358 |

E

| | |
|---|---|
| E*Vcherio* & Syagrio. | 381 |
| *Euſebio* & Hypatio. | 346 |
| Rufino. | 347 |
| *Euſtathio* & Agricola. | 321 |

F

| | |
|---|---|
| F*Elice* & Tauro. | 428 |
| *Feliciano* & Tatiano. | 337 |
| *Florentio* & Dionyſio. | 429 |

G

| | |
|---|---|
| G*Allicano* & Baſſo. | 317 |
| Symmacho. | 330 |
| *Gratiano* NB.P. & Dagalaipho. | 366 |
| 2. & Probo. | 371 |
| 3. & Equitio. | 374 |
| 4 & Merobaude. | 377 |
| 5. [al 6.] & Theodoſio. AA. 1. | 380 |

H

| | |
|---|---|
| H*Ierio* & Ardabure. | 427 |
| *Honorio* NB.P. & Euodio. | 386 |
| 4 & Eutychiano. | 398 |
| 6 & Ariſtæneto. | 404 |
| 7 & Theodoſio. 2. | 407 |
| 8 ———— 3. | 409 |
| 9 ———— 5. | 412 |
| 10 ———— 6. | 415 |
| 11. Conſtantio. 2. | 417 |
| 12. & Theodoſio. 8. | 418 |
| 13 ———— 10. | 422 |

I

| | |
|---|---|
| IAnuarino & Iuſto. | 328 |
| Iouiano & Varroniano. | 364 |
| Iſidoro & Senatore. | 436 |
| Iuliano. 4. & Salluſtio. | 363 |

L

| | |
|---|---|
| L*Eontio* & Salluſtio. | 344 |
| *Licinio.* 5. & Criſpo Cæſ. | 318 |
| *Limenio* & Catulino. | 349 |
| *Lucio* v.c. | 413 |
| *Lupicino* & Iouino. | 367 |

M

| | |
|---|---|
| M*Amertino* & Neuitta. | 362 |
| *Marcellino* & Probino. | 341 |

*Merobaude* 2. & Saturnino. 383
*Modeſto* & Arintheo. 372
*Monaxio* & Plinta. 419

N

N*Epotiano* & Facundo. 336

O

O*Lybrio* & Probino. 395
*Optato* & Paulino. 334

P

P*Acatiano* & Hilariano. 332
*Paulino* & Iuliano. 325
*Philippo* & Salia. 348
*Placido* & Romulo. 343
*Poſtumiano* & Zenone. 448
*Probiano* & Iuliano. 322

R

R*ichomere* & Clearcho. 384

S

S*Abino* & Rufino. 316
*Sergio* & Nigriniano. 350
*Seuero* & Rufino. 323
*Stilicone* & Aureliano. 400
2. & Antonio. 405

T

T*Atiano* & Symmacho. 391
*Tauro* & Florentio. 361
*Theodoro* V.C. 399
*Theodoſio*. 2. & Cynegio. 388
3. & Abundantio. 393
1. & Rumorido. 403
7. (al. 6.) & Palladio. 416
8. & Conſtantio 3. (al. 2.) 420
11. & Valentiniano Cæſ. 425
12. & Valentiniano 2. 426
13. ———— Cæſ. (al. 3.) AA. 430
14. & Maximo. 433
15. & Nuntiando. 435
16. & Fauſto. 438
*Timaſio* & Promoto. 389

V

V*Alente* 5. & Valentiniano. 376
6. & Valentiniano 2. AA. 378
*Valentiniano* & Valente. 365
———— 2. 368
N. B. P. & Victore. 369
& Valente 3. 370
———— 4. 373
3. & Eutropio. 387
4. [al. 5.] Neotherio. 390
5. & Anatolio. 440
*Varana*. V.C. 410
*Victore*. V.C. 424
*Vincentio* & Frauitta. 401
*Voluſiano* & Aniano. 314
*Vrſo* & Polemio. 338

CHRONO



# CHRONOLOGIA
## CODICIS THEODOSIANI.

CONST. M. CONSTANTIO CHLORO mortuo (eo ipſo Conſtantio VI. & Maximiano VI. Coſſ.) CONSTANTINVS filius eius, triceſimo ætatis anno, Imperium *per Gallias*, *Hiſpaniam*, *Britanniam*, auſpicatus eſt: Victor Schotti, Auctor vitæ Conſtantini *lib*. 4. *cap*. 53. Socrates *lib*. 1. *c*. 1. Idacij Conſularia an. 306. & 333. &c. Idque VIII. Kal. Auguſti vt teſtantur Idacij Conſularia ann. 306. & 335. ſed quem ideò diem in Kalendario Heruagiano, *N.* id eſt *Natalis*, (imperij ſcil.) *D. Conſtantini* notatur. Proinde Decennalia eius incidunt in annum 316. A. D. 306.

MAXENTIVS, Maximiani F. eodem anno, Romæ, quarto poſt menſe ineunte, Octobri videl. extremo V. Kal. Nouembris non verò VIII. Kalend. Octobr. (vt Onuphrius & Pantagathus voluere) conſumpto ſexennio ſeu ſenione Auguſtus appellatus eſt: Qui poſteà ſexto Tyrannidis anno exeunte, eo die ipſo V. Kal. Nouemb. ipſo die natalis ſui A. D. 312. Conſtantino A. II. & Licinio II. AA. Coſſ. occiſus fuit, de quo iterùm ad eum annum.

LICINIVS 3. Id. Nouemb. à Galerio Maximiano Carnuti Imp. factus eſt A.D. 308. Idacius *in conſularibus*, & Chronicon *Alexandr.* Qui poſteà infractus primùm A. D. 314. tandem euictus profligatúſque A. D. 323. A. D. 308.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ *Conſtantino A. II. & Licinio Coſſ. 312.*

Kal. Iul. DAt. AGRIPINÆ *l.* * 1. *ſine cenſu.* ad Antonium Marcellinum Præſidem Prouinciæ Lugdunenſis primæ.

* Hæc lex, pariter vt lex 1. *Cod. Theod. de petitionibus*, perperàm hactenus ſubnotatos habet *Conſtantinum* A. V. *&* *Licinium* *Coſſ*. id eſt, A. D. 319. committenda quippe ea cum Eumenij gratiarum actione: de quo *ad eam l.* Agrippinæ certè nomen huic l. ſubſcriptum apertè oſtendit, eam ad A. 319 referri non poſſe, quandoquidem eo anno Conſtantinus non in Gallia, verùm in Pannonia vel in Daciâ, Italiáque verſatus eſt.

Kal. Decemb. Dat. & PP. in foro Traiani, *l.* * *de petitionibus & delatoribus.* Ad populum.

* Hùc refero hanc l. quæ pariter vt lex 1. *ſine cenſu* perperàm ſubnotatos habet *Conſtantinum* A. V. *& Licinium Coſſ.* hanc enim legem ipſam indicari puto *l. 1. eod. tit. de petit. & delator.* quæ data eſt anno 313.

## CHRONICON HISTORICVM.

Iulio. CONSTANTINVS M. in Galliis conſtitutus, & quidem *Agrippinæ* in Belgica, Gallicanum cenſum & hoc & ſuperiore anno retractauit: indulgentiáſque debitorum ſeu tributorum per Gallias, ac nominatim per *Lugdunenſem primam* (in quâ Auguſtodunum) tribuit. Quo nomine Eumenius, Orator Auguſtodunenſis peculiari Oratione ei gratias egit. Eodem verò refero *legem 1. Cod. Th. ſine cenſu vel reliquis*: de quo *ad eam legem*.

Conſtantinus, ſeptimum Imperij annum agens, teſte Socrate *lib*. 1. *cap*. 1. & Cedreno *p*. 223. aduerſus MAXENTIVM, ſextum Imperij annum agentem (Victor Schotti auctor) è Galliis, menſe Auguſto, & Septembri Auguſto. Septembri.

Const.M. bri in Italiam mouit : quò & peruenit menſe Septembri extremo, puta XXIV. Septembris.

Indictionvm, quarum mentio fit Codice Theodoſiano, initium ab his Coſſ. conſurgit : quod diſertè tradit auctor Chronici Alexandrini. Et quidem à menſe Septembri, (VIII. Kal. Octobris) teſte Ambroſio v. id & infr. an. 327. & 341. Ergo Indictionum initium inde à Conſtantini in Italiam appulſu, & indicto tum ei bello.

Octobri. Maxentivs ſexto Tyrannidis anno expleto, iuxta pontem Miluium ad vrbem Romam à Conſtantino M. ſuperatus, pontíſque ruinâ oppreſſus ac demerſus, periit. Incertus Orator, panegyrico, cuius initium, *Vnde mihi, cap.16. & 19. 20.* Nazarius *panegyrico cap.33.* Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, Zoſimus *lib.2.* Chronographi. Idque ipſo Imperij ſui natali, tertio poſt quàm Româ prodiiſſet, die : dictus incertus Orator *cap. 16. v. Kal. Nouemb.* vt teſtatur Kalendarium Heruagianum Romanum : vbi ad eum diem diſertè adſcriptum, *Euictio Tyranni.*

Conſtantinus poſt deuictum Maxentium Romam ingreſſus poſtero ſtatim die. Idem incertus Orator, & Nazarius, *panegyrico, cap. 33.* Zoſimus, *lib 2.* Chronicon Alexandr. aliique, *IV. Kal. Nouemb.* vt diſertè teſtatur idem Kalendarium : vbi ad eum diem adſcriptum *Aduentus Diui.* Ibidémque bimeſtri fermè egit: teſtis Nazarius *d. cap.33.* puta,
Nouembri. Decembri. menſe Octobri extremo, & Nouembri, potiſſimáque Decembris parte per dies munerum ſacrorúmque ludorum. Idem incertus Orator *cap. 19.* (qui vtique menſe Decembri celebrati.) Vnde in alio Kalendario, quod deſcriptum ex Faſtis Ambroſij Nauidij Fracci Ferentinatis, adſcriptum reperitur menſe Nouembri, *Die 9. Conſtantinus dotat Eccleſiam, ædeſque ſuas Templum facit, & die 15. Conſtantinus corbibus terram egerit.* A. D. 312.

Aradius *Rufinus* à Conſtantino tùm Præfectus Vrbi iterùm factus III. Kalend. Decembr. cui à Maxentio, cùm is Româ prodiret VI. Kal. Nouembr. *Annius Anullinus* ſuffectus fuerat, teſte auctore veteris Notitiæ Præfectorum vrbis, quem Cuſpinianus primus extulit.

Conſtantinus Romæ conſtitutus *Kalend. Decembris, delatores* repreſſit, qui, vt cœteroquin aliis Tyrannis deuictis, emergere ſoliti, ita & Maxentio deuicto emerſerant, *l.2. Cod. Theod. de petit. & delatoribus,* quam etiam initio anni proximi 313. iterauit, ſimúlque cenſum retractauit, *l.1. Cod. Th. de petition. &c. & l.1. de cenſu.* Porrò & antea Conſtantinus, ante Maxentianum, inquam, bellum, calumnias aboleuiſſe, delationéſque prohibuiſſe teſtatur incertus Panegyriſtes *paneg.6. cap.4.*

*Mediolanum*, rebus vrbanis conſtitutis, Roma perrexit Conſtantinus M. vbi & Licinio mox ſororem ſuam Conſtantiam in matrimonium dedit, Zoſimus, *lib.2. p.677.* Victor Schotti, & Chronicon Alexandr. Vide & vtriúſque Conſtantini & Licinij edictum, apud Euſebium, *lib. 10. cap.5.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantino A. III. & Licinio III. Coſſ. 313.

XV. Kal. Feb. { PP. Romæ, *l.* de cenſu.* / PP ........ *l.1. de petitionib. & delat.* } ad populum Romanum ſcil.

* Huic legi hactenùs perperàm *Conſtantinus A.* IIII. *Coſſ.* adſcribitur, etſi *Licinij* III. *Coſſ.* rectè opponatur : eſt enim hæc lex coaſſanda cum *l.1. de petitionib.*

Non. Feb. Dat....... *l.5. Cod. Iuſt. vbi cauſæ fiſcales ad Vrſum.......*

Hanc l. hùc retraho ab A.D. 337. de quo dico ad *l.3. de delationibus.*

VI. Id. Mart.* Dat. Med. *l.1. de bonis vacantibus*, ad Æmilium. V.P. Rationalem.

* Malè nonnulli reponunt *Maij* : quaſi Conſtantinus hoc anno menſe Martio in Germaniâ contra Barbaros pugnauerit : quod erroneum eſt : in Galliam enim poſtea demùm ex Italia profectus Conſtantinus.

IV. Id. Mart. Dat.″ Adrumeti *l. maritus 19. Cod. de procuratoribus* ad concilium prouinciæ Africæ.

Subſcriptio habet, *Conſtantino A. & Licinio Cæſare vtriſque* II. *Coſſ.* Quo ſanè tempore Conſtantinus Africâ nondum potiebatur, verùm Maxentius : Itáque repono *vtriſque* II. *Coſſ. Referri poſſit & ad A.D. 315.*
″ i. Reddita.

Id. Mart. P.P........ *l.* 2. de cenſu*, ad Euſebium V.P. Præſidem Lyciæ & Pamphyliæ.

* Duobus Auguſtis rectè tribuitur hæc lex, Conſtantino ſcil. & Licinio. Et verò lex hæc *Licinij* eſt, cui *Lycia & Pamphylia* parebant.

*HIATVS*



Const.M. A.D. 313.

## *HIATVS ſex menſium integrorum, & amplius.*

Aprilis. Maius. Iunius. Iulius & Auguſtus. September.

Kalend. Octob. Dat....... *l.3. Cod. Iuſt. ſi contrarius*, ad Baſſum PP.

Hâc l. Conſtantinus puniri iubet iudices, qui vetuerint precum argui falſitatem. Fortè referenda ad A.D. 319.

Prid. Kal. Nou. Dat....... *l.1. de Epiſcopis, Eccl. & Clericis.........*

Kal. Nou. Dat. Treviris { *l.2. de annonâ & trib.* / *l.1. de Exactionibus.* } ad Ælianum Proc. Africæ.

Hactenùs hæ leges malè referuntur ad *Conſtantinum* IV. *& Licinium* IV. *Coſſ.* id eſt, ad A.D. 315.

III. Non. Nou. Dat. Treueris { *l.1. de pœnis.* / *l.2. de Appellationibus.* / *l.1. quorum appellat.* } ad Catulinum. ″.... Acc. XV. Kal. Mai. [Χ Mar.] Hadrumeti, Voluſiano & Aniano Coſſ.

″ Conſularem Byzacenæ.

VI. Id. Nou. Dat. { ....... *l.1. de concuſſ. aduocatorum.* / Treu. *l.1. de aduocato fiſci.* } ad Ælianum Proc. Africæ Acc. XV. Kal. Mar. Carthagine, anno videl. proximo 314.

Hactenus hæ leges malè referuntur ad annum 315.

III. Kal. Ian. Dat. Treu. { *l.1. de Relationibus.* / *l.1. de Appellationibus.* } ad Claudium Plotiannm Correctorem Lucaniæ & Brutiorum. Acc. VIII.* Id. Feb. Regio.

* Trigeſimo nono poſt die.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus hoc circiter tempore conſtitutionem emiſit ad *Anulinum Proconſulem Africæ* pro Cæciliano & Clericis : de *Immunitate Clericorum* ab omnibus omninò muneribus ciuilibus : Refert eam ipſam Euſebius, *lib.10. cap.7.* memorat eandem Anulinus relatione ſuâ apud Auguſtinum *ep.68.* & in *collat. Carthag. d.3. numer.* 216. Hanc eandem indicat ipſe Conſtantinus *l.1. Cod. Theod. de Epiſcopis*, quæ data eſt hoc ipſo anno. *prid. Kal. Nou.* Proculdubio & eodem tempore Eccleſiis immunitatem ab annonis & tributis tribuit Conſtantinus, quam & idem poſtea firmauit anno 315.

*Delatores* Conſtantinus hoc anno, rursùm repreſſit, *cenſúmque* retractauit poſt Maxentium deuictum, (pariter vt ſuperioris anni 312. fine) Eò pertinet lex *1. & 2. de cenſu, & lex 1. de petitionib.* Lactantius quoque in delatores odium ſuum hoc tempore teſtatus, de *irâ Dei cap.10.*

Aliquot hoc anno & proximo Conſtantini M. conſtitutiones occurrunt ad *Africam* pertinentes : E quibus nonnullæ proculdubio ad ſtatum eius erigendum pertinent, quem *Maxentius* Tyrannus adflixerat, de quo Nazarius, *panegyrico* : pars verò earum pro Catholicis & Cæciliano Ep. aduerſus *Donatiſtas* latæ ſunt. *Vrſus* Rationalis Africæ fuit hoc anno 313. Eius meminit Conſtantinus M. ep. ad Cæcilianum, apud Euſebium *lib.10. c.6.* Martio.

*Diocletianus* hoc tempore adhuc ſuperſtes erat, vt diſcere eſt quoque ex *l.2. Cod. Th. de cenſu*: mortuus quippe triennio demùm poſt, A.D. 316.

Mediolani Conſtantinus hoc quoque anno, ac nominatim menſe Martio egit. v. ſup. fine anni 312. vbi ideò data ab eo lex 1. *de bonis vacantib.* Aprili.

*Anulinus*, XVII. Kal. Maij, his Coſſ. Proconſul Africæ erat, vt docet eius relatio ad Conſtantinum & Licinium ſuper Cæciliano Iulio & Auguſto. & Donatiſtis in actis *collat. Carthag. die 3. num.* 216. 220. & apud Auguſtinum *ep.68. ad Ianuarium.*

Conſtantinus rebus Italiæ conſtitutis, Mediolanóque digreſſus, *in GALLIAM*, poſt annuam aduerſus Maxentium expeditionem, póſtque Licinij & Conſtantiæ nuptias, ad inferiorem Germaniæ limitem, vbi *Treueris*, reuerſus eſt ; *Francorum* & Barbarorum ad Rhenum tranſitum inhibuit repreſſitque, teſtis incertus auctor panegyrici, *vnde mihi, cap.21.* Zoſimus, *lib.2.* Anonymus, Octobri. *apud Sirmondum.* Hinc igitur *Treuiris* poſtea datæ ab eo plures conſtitutiones hoc anno, menſe Nouembri & Decembri.

*Romæ* iuſſu Conſtantini (*Anulino* adhuc Proconſule Africæ exiſtente) habita *Synodus*

*dus* ſub Miltiade Ep. vbi Cæcilianus innocens pronunciatus, Donatiſtæ damnati, VI. Nonas Octobris. Optatus, *lib.* I. Auguſtinus, *poſt collat. cap.* 33. *&* *ep.* 152.

*Clericorum* Catholicorum *immunitatem* à muneribus ciuilibus, hæreticorum factione interturbatam, de nouo confirmauit hoc anno Conſtantinus, menſe Octobri extremo, *l.* I. *C. Th. de Epiſcopis.*

Nouembri. *Treuiris* hoc tempore menſe Nouembri & Decembri conſtitutus Conſtantinus, de quo *in ſuperiore pag.* vide leges hîc ſuprà poſitas.

*Ælianus* poſt Anulinum hoc tempore, iam menſe Nouembri, Proconſul Africæ erat. Meminit eius ipſemet Conſtantinus, *ep. ad Probianum*, eius ſucceſſorem, apud Auguſtinum, *ep.* 68. & *lib.* I. *contra Creſconium c.* 74. Itémque Optatus Mileuitanus, *lib.* I. vt & acta Felicis Aptungit. Hinc adeò ad eum datæ Kal. Nouemb. *lex* 2. *de annonâ & lex* I. *de exactionibus* : & Idibus Nou. *l.* I. *de concuſſ. aduocat. & l.* I. *de aduocato fiſci*, quæ vnius & eiuſdem conſtitutionis partes ſunt.

Rufius *Voluſianus* Præfectus vrbi factus eſt his Coſſ. VI. *Idus Decembr.* teſtis vetus Notitia Præf. vrbi.

*Relationibus*, ſeu Conſultationibus, quæ à Iudicibus hæſitantibus in cauſis priuatorum ad Imperatorem fiebant, nouam formam & modum impoſuit Conſtantinus M. hoc anno, *l.* I. *de relationib. & l.* I. *de appellationibus.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Voluſiano ✱ & Aniano Coſſ. 314.

* C. Ceionius Rufinus Voluſianus in Faſtis Capitol.

Kalend. Ian. PP. . . . . . *l. vn. ad l. Iul. maieſtatis*, ad Maximum. PF. V.*

* ꝛ. PF. P.

XI. Kal. Feb. PP. Tribon [ꝛ Triber] *l.* 10. *de adquir. & retin. poſſ.* ad Maternum. . . . . .

III. Kal. Feb. PP. . . . . . . *l. vn. de curatore Kalend.* Locrio Verino ſuo ſalutem.

II. Non. Mart. Dat. . . . . . . *l.* I. *de dilationibus* ad Vrſum Vicarium.*

* F. V. C. & Rationalem Africæ accipiam, de quo iam *anno ſuperiore.*

XIV. Kal. Apr. Dat. . . . . . *l.* I. *de naauiculariis.* ad Voluſianum.*

* Adde P. V.

VII.* Kal. Apr. Dat. Treuiris. *l.* I. *de adminiſtr. & periculo tutor.* . . . . . *

* al. VI. * Euphemianæ Cod. Iuſt.

Tribuitur hæc lex perperàm *Conſtantino & Iuliano* Cæſari : reſcribe *Conſtantinum & Licinium.*

Kalend. Apr. PP. . . . . . . . . *l.* I. *ad SC. Claudianum.* ad Probum.*

* Siue *Probianum.* Eidem Probo inſcribitur Cod. Iuſt. *lex* 3. *de ſeruis fugit*, quæ ad hunc annum referenda videtur.

VIII. Kal. Mai.* PP. Romæ. *l. vn. de Ingenuis qui tempore Tyranni ſeruierunt*, ad Voluſianum. . . . . . . . . *

* al. Mar.

* Supple P. V. v. ſupra menſe Maio *legem* I. *de nanicular.*

Iungenda huic legi videtur *lex* 2. *Cod. Iuſt. de dignitatibus.*

IV. Kal. Mai. Dat. . . . . . . *l. vlt. Cod. Iuſt. de longi temporis præſcript. quæ pro libert.* ad Dionyſium Vicariam Præfecturam [ al. vicem Præfectorum, al. vice Præfectorum. ] agentem.

Tribuitur hæc lex rectè Conſtantino & Licinio.

Idib. Maii. Dat. . . . . . . *l. placuit* 8. *Cod. de Iudiciis.* ad Dionyſium.

*Conſtantino & Licinio* rectè tribuitur hæc lex.

*NOVA*





## *NOVA Imperij ſeu Orbis Romani inter Conſtantinum & Licinium diuiſio.*

Inde iam conſtitutiones à Conſtantino M. extra Galliam & Italiam quoque datæ, & ad alias Imperij partes pertinentes, occurrunt.

IV. Kal. Nou.* Dat. Treueris *lex* I. *de priuilegiis eorum qui in ſacro pal.* Palatinis & benemeritis ſuis.

* Alterius menſis nomen, vel certè loci hîc libens reponam.

## CHRONICON HISTORICVM.

IN *Galliâ* egit Conſtantinus aliquot huius anni menſibus.

Miltiade Ep. Romano mortuo III. Id Ianuar. SYLVESTER Ep. Romanus factus eſt his coss. pridie Kal. Februarij : vetus Notitia Epp. Romanorum.

Patibuli ſeu *Crucis* ſupplicium hoc tempore adhuc ( vt & cum Lactantius ſcriberet Anno proximo 315. vel hoc ipſo ) in vſu erat : vt docet lex *vn. ad l. Iul. maieſtatis. Verinus* vicarius Africæ erat, hoc tempore, quo ipſo *Ælianus* erat Proconſul Africæ. Meminit eius Conſtantinus ep. ad Probianum PC. ( Æliani ſucceſſorem ) apud Auguſtinum *ep.* 68. & *lib.* 3. *contra Creſcon. c.* 70.

*Ælianus* Proconſul Africæ, quatuor ferme poſt ſynodum Romanam menſibus cauſam Felicis Aptungitani his Conſulib. iudicauit eumque abſoluit traditionis & Idololatriæ XV. Kal. Mart. Auguſtinus *ep.* 152. & *poſt. collationem c.* 33. In libello MS. eiuſdem ſententiæ & in ipſi actis Æliani PC. quibus in Felicis *vitam* inquiſiuit, XIII. Kal. Septembr. dies inſcribitur de hoc Æliano v. *ſup.* 313. Huius ſucceſſor Probianus: vide in anno 315. proximo. Sub *Maxentio* Tyranno acta quædam Romæ hoc adhuc tempore infirmat Conſtantinus M. menſe Maio, anno & ſeptem menſibus poſt eum cæſum. Quò pertinet *lex vn. de Ingenuis qui tempore tyranni.*

Rufius *Voluſianus* Præfectus vrbi fuit hoc quoque anno integro, inde à VI. Id. Decembr. anni ſuperioris : vt teſtatur vetus auctor Notitiæ Præfectorum vrbi. Hinc adeò ei inſcribuntur his coss. menſe Martio & Aprili, *l.* I. *de nauicular.is* : *lex vn. de Ingenuis qui tempore tyranni*, vt & anno proximo, *l.* I. *quorum appellationes.*

Conſtantinus è Gallia relicto ibi filio Criſpo, in Pannoniam aduerſus Licinium mouet: vbi *Cibolenſe* bellum inter eos geſtum his coss. VIII. *Id. Octobris.* Idacius, *in Faſtis conſularibus* : quo die Licinius deuictus eſt. Indeque Conſtantinus, Cibali, Sirmio, aliiſque potitus, imò & Thraciam, & Philippos quidem ingreſſus : Tandem pace initâ Conſtantini imperio ceſſit *Pannonia, Dardania, Dacia* (in quâ Sardica & *Naiſſum* natalis ipſius patria,) *Mœſia, Macedonia* ( in quâ Heraclea & Theſſalonica ) *tractuſque Danubij omnis*, *Illyricum totum*, *Græciaque ſeu Achaia.* Eutropius teſtis *lib.* 10. Zoſimus, *lib.* 2. *p.* 678. 679. Sozomenus, *lib.* 1. *c.* 2. *&* 7. de Achaia nominatim teſtis eſt quoque A. 319. *lex* 2. *de accuſation. lex* I. *de denunciat.* Licinio verò ceſſit Thracia, Mœſia minor, Scythia, Aſia, Oriens, vlterius ſitæ prouinciæ reliquæ. Zoſimus, *d. loco* & Anonymus Sirmondi *à Cl. Valeſio editus.* Id alij referunt ad annum 315. verùm refutat eos Conſtantini M. lex I. *de diu. offic.* quæ iam eo anno VIII. Id. Mart. *Theſſalonicæ* data eſt, & ſic poſt nouam hanc Imperij diuiſionem.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantino A. IIII. & Licinio IIII. Coſſ. 315.

XI. Kal. Feb. Acc. Caralis *l.* I. *de curſu publico* ad Conſtantium.*

* PF. P. Italiæ : vel Præſidem Sardiniæ ſub quò Sardinia.

V. Kal. Mar. PP. Romæ *l.* 2. *quorum appellationes* ad Voluſianum PP. V.

III. Non. Mar. Dat. HERACLEÆ *lex* I. *de actoribus & conductoribus rei priu.* ad Philippum Vicarium vrbis.

Refertur perperàm ad A. D. 313. Fortè etiam rectè referatur ad an. 319. Licinio malè tribuitur ab Morino in hiſt. Conſt. p. 361.

VIII. Id Mart.* Dat. THESSALONICÆ *lex* I. *de diuerſis officiis.* ad Verſennium Fortunatum Conſularem Aquarum. [Romæ.]

* F. Mai.

Fortè etiam rectè referatur ad A.319:

xII.Kalend.Apr. Dat. Antiochiæ. * *l.1. ſi petitionis ſocius* ad Migdonium Caſtrenſem S. Palatij.

* Si hæc ſubſcriptio benè habet tum hæc lex *Licinio* tribuenda eſt. Sed fortè hic reponendum *Antigonia*, quæ prope Stopis in Macedoniâ: vel Dat. pro PP. aut Redd. Acceptaue.

Dat. CABILLVNO " *lex 2. de pœnis*. Eumelio.*

" V. quæ ad eam l. noto puto Cabylan, hîc accipiendam de quâ Ptolem. Eutropius, haud procul. Byzantio.

* Vicario Africæ:

III.Kal.April.Dat. . . . . . *l.1. de Theſauris* ad Rationales.

IIII.Kal.Mai.Dat. . . . . . *l.1. de cohortalibus*. ad Conſtantium PF.P.

VI.Id.Mai.PP.Carthag. *l.2. de cohortalibus*. Edicto ſuo ad Afros.

III.Id.Mai.Dat.NAISSO *l.1. de alimentis quæ inopes parentes* ad Ablauium. "
" videtur fuiſſe pro Præf. prætorio.

Hæc lex iubetur proponi per omnes *Italiæ* ciuitates.

Kal. Iun. * Dat. Triu. *l.2. de Nauiculariis*. Amabiliano Præf. annonæ

* ℞. III. Kal. Ian. vt ita iungatur hæc lex cum *l.1. de appellationibus*. Certè Conſtantinus hoc tempore non in Galliâ Treuiris conſtitit, verùm in Myſiâ, Daciâ, Pannoniâ.

III.* Non.Iun.Dat.SIRMIO *l.1. de pignoribus* ad vniuerſos prouinciales.

* III. in Cod.Iuſt. & Aniano optimæ notæ.

xv.Kal.Iul.Dat.* . . . . . . *l.1. de annonâ & tributis* ad Proclianum."

* Dicitur hæc lex *Conſtantinop.* data: malè, ſi Conſtantino rectè tribuitur, vt exiſtimo, agitur enim in eâ de Eccleſiis Catholicis, nondum enim Conſtantinopolis erat: errore nato ex ſequenti voce, *Conſtantino A.* IIII. &c.

" An Probianum PC. Afr. vt mox *l.2. de appellation.* Minimè: Fit enim mentio in eâ Arſacis Armeniorum Regis. Vide quæ ad eam l. dico.

xv. al K. Aug. Dat. AQVILEIÆ *lex 1. de maternis bonis*. Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui ſalutem dicit. Recit. apud Vettium Rufinum P.V. in Senatu Non. * Septemb.

* Quinquageſimo poſt die.

Kalend. Aug. Dat. . . . . . . . . . *l. vn. ad l. Fabian.* ad Domitium Celſum Vic. Africæ.

IV. Id. Aug. PP." SIRMIO *l.1. de teſtimoniali*. ad Rufinum PF.P."

Hæc lex malè refertur ad A.D.313. Et Licinio malè tribuitur à Morino in hiſt. Conſt. *p.2. p.361.*

" ℞ P.F.V.

VIII.Kal.Sept.Dat.ROM." *l.3. de appellationibus* ad Probinum PC. Africæ.

" Ergo fuit hoc tempore Conſtantinus Romæ.

VI.Kal.Sept. PP.Carthag. *l.1. de extraordinariis*, ad Catullinum PC. Affricæ.

Hanc legem huc retraho ab anno 319. quo non Catullinus, ſed Proculus PC. fuit.

IIII. Kal. Sept. PP. Romæ *l.1. de diuerſis reſcriptis* ad populum.

al. Martias.

Non. Sept. Recitata apud Vettium Rufinum P.V. in Senatu *l.1. de maternis bonis*. Quæ data 15. Kal. Aug. Conſulib. Prætorib. Tribunis plebis, Senatui ſalutem dicit.

Id. Sept. Dat. Rom. *l.*" 1. *de iure fiſci*. Ad populum.

" *Conſtantinum & Cæſarem* inſcriptio huius l. præfert. id eſt, *Conſtantinum & Licinium.*







XIV.Kal.Octob.Dat.NAISSO *l.1. de Centonariis & Dendrophoris* ad Euagrium PF.P. Acc. VIII." Id. Nou.

" Die quinquageſimo & poſt.

Kalend.Octob. Dat . . . . . . . *l.2. de decurionibus* ad Criſpinum. . . . . . .

xv.Kal.Nou.Dat.MVRGILLO * *l.1. de Iudæis* ad Euagrium " . . . . . . .

* ℞ *Murſillo.*

" PP. in Cod.Iuſt. quomodo & præfert *lex 1. de Centonar.*

Prid.Id.Dec.Dat.SIRMI *l. vn. de frumento Carthag.* ad Catulinum PC. Africæ.

III.Kal.Ianuar. PP. . . . . . . *l.4. de Appellationibus*. Amabiliano PF. annonæ Africæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

Rvfius *Voluſianus* hoc quoque anno Præfectus vrbi fuit vſque ad XIII. Kal. Septemb. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi: Hinc ad eum data his coss. v. Kal. Mar. *lex 2. quorum appellationes.*

Conſtantinus conſiſtit hoc tempore in *Macedoniâ*, (vbi *Heraclea* & *Theſſalonica*) quæ ei pace cum Licinio ſuperioris anni fine inita ceſſerat: Quare ibi datæ ab eo *lex 1. de actorib. & conduct. lex 1. de diu. offic.* quas nonnulli perperàm Licinio acceptas ferunt. Et in his Morinus *in hiſtor. Conſtant. parte 2. p.360. 361.*

*Eumelius* vicarius Africæ fuit & hoc anno, ad quem data XII. Kal. Apr. *lex 2. de pœnis*: & anno proximo Sabino & Rufino coss. quibus coss. IV. Id Nouemb. Conſtantinus reſcripſit de Cæciliani Ep. purgatione, tùm in Synodo Arelatenſi, tùm in ſuo iudicio: vid. Auguſtinum, *in breuiculo collationis die.3. p.589.* poſt *collationem. c.23.* & *lib.3. contra Creſconium cap.71.*

Conſtantinus hoc anno complurima *in fauorem Chriſtianæ religionis*, eiuſque venerationem ſanxit, vertendis ita quoque ſubditorum paulatim atque ad Chriſtianam fidem traducendis animis: ſcilicet 1. *Crucis* ſupplicium ſuſtulit. 2. In *Fronte* (quæ tum quoque cruce ſignari ſolita, teſte Lactantio, & auctoræ vitæ Conſtantini) inſcriptionis pœnam *l.2. C. Th. de pœnis*: quæ hoc anno diſertè data eſt vbi v. quæ dico. 3. Credo etiam tertium iſtud eodem tempore inductum, puta *Manumiſſiones in Eccleſia*: ſecunda enim iam è tribus ſuper ea ab eo lata conſtitutio anno proximo 316 extat *l.1. C. Iuſt de his qui in Eccleſ. manum*: quæ data eſt ad Protogenem Ep. *Sardicenſem.*

Tyranni, Maxentij ſcilicet acta quædam aboleuit hoc adhuc tempore Conſtantinus *l.1. de cohortalibus.*

Conſtantinus, è Macedoniâ in Myſiam, Daciamque (vbi Serdica, & *Naiſſum*, quæ ipſa Conſtantini patria fuit) Pannoniamque ſuperiorem (vbi *Sirmium* & *Murſella*) tranſiit hoc tempore. Hinc locis illis, datæ variæ ab eo conſtitutiones.

*Alimenta inopibus* parentibus è fiſco reque priuatâ Principis tribui iuſſit Conſtantinus *l.1. de alimentis*, &c. quò ita exponendorum liberorum, vel etiam occidendorum mori tum inolito occurreret; in quem hoc ipſo tempore Lactantius inuectus eſt.

*Ruſticorum* reique ruſticæ fauore Conſtantinus boues & inſtrumenta olim ruſtica pignori capi vetuit Edicto ſuo *l.1. de pignoribus.*

*Eccleſiis Catholicis immunitatem* ab annonis & tributis hoc anno tribuit Conſtantinus *l.1. de annonâ & trib.* ſic tamen vt iam antea tributam indicare videatur.

Conſtantinus è Macedoniâ, Myſiâ, Daciâ, Pannonia in Italiam redux hoc tempore *Aquileiæ* conſtitit: vbi data ab eo *lex 1. de maternis bonis.*

Vettius *Rufinus* Præfectus vrbi factus XIII. Kal. Septemb. his coss. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbis. Hinc in Senatu apud eum recitata Non. Septemb: *lex 1. de maternis bonis.* Eidem inſcribitur mox *l.1. de teſtimoniali.*

Domitius *Celſus* vicarius Africæ poſt Eumelium fuit hoc tempore: cui ideò menſe Auguſto inſcribitur lex *vn. ad l. Fabiam*: fuit & anno proximo 316. Ad hunc Celſum Conſtantini M. & PP. epiſtolæ inter geſta purgationis Cæciliani & Felicis exſtant.

*Probianus*, Æliani ſucceſſor, Proconſul Africæ fuit hoc tempore: cui inſcribitur VIII. Kal. Sept. *lex 3. de appellationibus*. Ad hunc exſtat Conſtantini M. Maximiani & Licinij epiſtola de Felice Aptungenſi & Cæciliano, apud Auguſtinum, *lib. 3. contra Creſconium. c.70. & ep.68. p.324.* & breuicul. *collat. diei 3. p.591.* In hunc eſt & Symmachi patris epigramma.

*Romæ* Conſtantinus M. hoc Conſulatu aliquamdiu conſtitit; menſe Auguſto & Septembri quò etiam Cæcilianum & Donatiſtas, qui à iudicio Arelatenſi ad ſe appellauerant, euocauit. Quò cùm Cæcilianus non occurriſſet, *Mediolanum* mox venit, vbi Conſtantinus M. erat: Venerunt eò quoque Donatiſtæ. Ibique Imp. cauſa cognita vltimo iudicio Cæcilianum innocentiſſimum, Donatiſtas verò improbiſſimos iudicauit: vt ſcribit Auguſtinus *ep. 162.* Deque eâ Cæciliani purgatione Conſtantinus ſcripſit ad Eumalium vicarium ſequentibus coss. *Sabino & Rufino* IV. *Id. Nouembr.* biennio &

CONST. M. menſibus ferme octo poſt Felicis purgationem in iudicio Æliani: eodem Auguſtino teſte, *poſt collat. c.* 33.

Aconius *Catullinus* Proconſul Africæ fuit hoc tempore: cui & inſcribitur *lex vn. de frum. Carthag.* Probiani in Proconſulatu ſucceſſor.

Conſtantinus M. agit in Daciâ *Naiſſi* & in Pannoniâ *Murſillo*, quæ in Pannoniâ ſuperiore eſt propre Murſam (non longe à Cibali.) *Murſillum*, id eſt, Murſa minor, vt vocatur in Itinerario *Peuting.* Huius meminit & Antoninus *in Itiner. p.* 146. & Itiner. Burdigal. vbi malè *Merſella.* Inde *Sirmium* profectus. Sed quomodo tam propere Româ Naiſſum peruenire potuit? A.D. 315.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Sabino & Rufino Coſſ. 316.

x.* Id. Ian. PP. Romæ. *l.* 10. *de longi temporis præſcriptione* ad Vettium Rufinum P.V.

* ℞. *Kalend. Ian.* vel *Iun.*

III. Id. Ian.* Dat. TREVER. *l.* 1. *de officio Iudicum omnium.* Ad Domitium Celſum Vicarium.

* IIII. *Id. Aug.* Cod. Iuſt. quod ſtare non poteſt.

VI. Non. Feb. Datum" Romæ. *l.* 1. *de feriis* ad Maximum P.V. Inter cætera, & ad locum.

Referenda hæc lex ad Seuerum & Rufinum Coſſ. id eſt d A.D. 323.
" Pro Redd.

III. Kal. Feb. Dat. { *l.* 3. *de Decurionibus.* / *l.* 1. *ad l. Corn. de falſo.* } Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brittiorum. Acc. Kal. Aug.

Sexto ferme pòſt menſe.

XII. Kal. Mai. Dat. Serdic. *l.** 2. *de donationib.* Aconio Catullino. Proc. Afric.

* Ad annum ſequentem hæc lex fortè referenda, coniungendáque cum *l.* 1. *ad L. Iul. de vi.* Cæterùm errat Morinus in hiſt Conſt. 361. qui hanc l. Licinio tribuit: Nam vt omittam alia, Serdica vbi data hæc lex, Africáque ad cuius Proconſulem ea emiſſa eſt, Conſtantinus potiebatur.

Kal. Mai. * Dat. Rom." *l.* 3. *de donationibus.* ad Caſſium PF. " V.

* ℞. Kal. Mart.

" Vel *data*, pro reddita aut propoſita accipiendum: vel loco *Rom.* reſcribam *Rem.* id eſt Remis: quæ à Treueris, Viennam & Arelaten tendenti interiacet.
" Hoc anno Vettius Rufinus P V. adhuc erat: neque Caſſium P. V. lego in Notitia Præfectorum vrbi hoc anno, verùm poſt Vettium Rufinum, à pridie Nonas Auguſti, Ouinium Gallicanum: Anno demùm 318. *Iulius Caſſius*, vice Baſſi P.V. ex die 3. Id. Iulij in Idus Auguſti cognouiſſe dicitur.

Prid. Non. Mai. Dat. VIENNÆ *l.* 1. *de temporum curſu.* Iuliano V.C. Præſidi Tarraconenſi.
Prid. Id. Mai. Dat. ...... *l.* 2. *de curſu publico* ad Tatianum.
VI. Id. Iun.* Datum ...... *l.* 1. *Cod. Iuſt. de his qui in Eccleſ. manumit.* ad Protogenem Epiſcopum.*

* ℞ *Ian.*

* Serdicæ in Daciâ.

Id. Aug. Dat. ARELATO *l.* 5. *&* 6. *de appellationibus.* Petronio Probiano ſuo ſalutem. PP. Id. Octob.* Thebeſte.

*Duobus poſt menſibus.

III. Non. Decemb. Dat. ...... *l. Inter æquitatem* 1. *Cod. Iuſt. de legibus.* Baſſo PF. V."

" al. PF. P. Certè Baſſus anno tantum proximo 317. Præfectus Vrbi factus eſt. Eidem Baſſo PF. P. inſcribitur ſine die & Coſſ. *lex* 7. *Cod. de ordine cognitionum.*

Prid.



CONST. M. Prid. Non. Decemb. Dat. SERDICÆ *l.* 1. *de Accuſationibus* ad Octauianum Com. Hiſpaniarum Acc. v.* Non. Mart. Cordubæ Gallicano & Baſſo Coſſ. id eſt anno proximo, 317. A.D. 316.

* Nonageſimo poſt die.

## CHRONICON HISTORICVM.

D*Ecennalia* Conſtantini M. hunc in annum incidunt, vt docet lex *vn. de præſcript. longi temporis*, quæ ſanè lex Indulgentiæ Decennalis ſpecies quædam eſt. De his decennalibus auctor vitæ Conſtantini, *lib.* 1. *c.* 41. quæ in annum ſuperiorem 315. referebat Baronius.

Vettius *Rufinus* P. V. his quoque coss. fuit vſque ad pridie Nonas Auguſti, vt colligere licet ex Notitia Præfectorum vrbi: Hinc data his coss. ad eum. *lex vn. de præſcript. longi temporis.*

His coss. Conſtantinus verſatus eſt in Galliis, & quidem *Treuiris* initio huius anni.

Domitius *Celſus* vicarius Africæ hoc adhuc tempore erat, cui ideò inſcribitur Conſtantini M. *lex* 1. *de Officio Iudicum omnium.* Conſtantini epiſtolam ad hunc Celſum vicarium Africæ aduerſus Donatiſtas extulit Pithœus: quam & hoc anno 316. rectè conſignat Baronius. Sed & finito concilio Arelatenſi ad eundem Celſum vicarium Africæ ſunt literæ *Petronij Aniani & Iuliani oblatæ* 4. *Kal. Maias Triberis.*

*Matronarum* verecundiæ conſuluit hoc anno Conſtantinus, prohibitis iis ob quodcunque tandem debitum domo extrahi *d. l.* 1.

Conſtantinus in Galliâ, Treuericâ vrbe digreſſus, *Viennam* hoc anno ſeſe confert: vbi ideò data ab eo *lex* 1. *de temporum curſu*: dein *Arelatum*: vbi datæ ab eo *lex* 5. *&* 6. *de appellationib.* menſe Auguſto. Idque cum vxore ſuâ Fauſta: ex quâ ibi (*Arelate*, inquam) natus tum Conſtantino M. filius Conſtantinus Iun. qui non multos poſt dies, ſequentibus inquam coss. Kalendis Martiis Cæſar creatus eſt. Zoſimus, *lib.* 2. *p.* 679. Cur autem eo ſeſe contulerit, diuinandum ſupereſt. Idem Conſtantinus dirutam Arelaten inſtaurauit, ſi fides antiquis monumentis ex MSS. & marmoribus, quæ in S. Marini rebus geſtis expreſſa à Petro Sexio in hiſt. Pontificum Arelat.

Sed & Conſtantina dicta Arelas ab eodem Conſtantino, ſi fides libello Patrum Arelatenſium ad S. Leonem M.

Conſtantinus è *Galliâ* digreſſus: quo nunquam poſtea rediit.

*Diocletianus* his coss. diem functus eſt Salonæ die 3. Nonas Decemb. Idacius *in Faſtis.*

*Serdicæ* in Daciâ Conſtantinus fine huius anni egit: vbi & data ab eo *lex* 1. *de accuſationibus*:

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Gallicano & Baſſo Coſſ. 317.

XIV. Kal. Feb. PP. ..... *l.* 4. *de decurionibus* ad Octauianum Com. Hiſpaniarum.
V. Kal. Feb. Dat. ..... *l.* 2. *ad ſc. Claudianum.* ..........
V. Non. Mart. Acc. Cordubæ *l.* 1. *de accuſationibus*, ad Octauianum Com. Hiſpaniarum. Dat. Serdicæ ſuperioribus Coſſ. Pridie Non. Decemb.
VI. Id. Mart. Dat." Rom. *l.* 2. *ad l. Iul. de vi* ad Baſſum PF. V.

" Pro *reddita*, vel, *propoſita*: neque enim Conſtantinus hoc tempore Romæ erat.

Id. Mart. Dat. ..... *l. vn. de his qui ſe deferunt.* Rationali" Hiſpaniarum.

" Maximo Rationali Hiſpaniarum, ita *Cod. Iuſt.*

XV. Kal. Maij Dat. SERDICÆ *l.* 1. *ad l. Iul. de vi* ad Catullinum PC. Africæ.

Fortè huic iungenda *lex* 2. *de donationib.* quæ alioquin anno ſuperiori tribuitur.

VIII. Id. Iun. Dat. SIRMIO *l.* 7. *de appellationibus* ad Baſſum PF. V.
V. Kal. Iul. Dat. ...... *l. quicúmque* 4. *Cod. Iuſt. de ſeruis fugitiuis*, ad Valerianum *

* al. Valentinianum.

XII. Kal. Aug. Dat. ..... { *l.* 1. *de Cæſarianis.* / *l.* 5. *de decurionibus.* / *l.* 1. *de murilegulis.* / *l.* 3. *de cohortalibus.* } ad Bithynos.

* Vel *Licinio* hæ leges tribuendæ, qui Bithynia potiebatur: vel ad alios Coſſ. referendæ eæ, & fortè, *ad Gallicanum & Symmachum*, id eſt, ad A.D. 330.

 XII.Kal.Aug.Dat." Romæ *l. in exercendis* 15.*Cod.Iuſt. de fide inſtrumentorum.* Ad populum. 

" id eſt propoſita.

VII.Kal.Aug.Dat. . . . . *l.vn.ſi quis ſolidi circulum.* Leontio " P.P.

" V. & infr.A.319.*l.*1.*de Numerariis* quæ dicitur PP.Hierapoli. Quare Licinio hæ leges adſcribendæ videantur.

## CHRONICON HISTORICVM.

CRISPVS ( qui & anno proximo conſul factus eſt ) vt & CONSTANTINVS Iunior ( non ante multos dies Arelate natus ) Cæſares, à Conſtantino patre Serdicam reuerſo, abſente Licinio, creati, his coss. Kalendis Martiis. Chronicon Alexandrinum *his coſſ.* v. idem & A. 337. Faſti Idacianij, Anonymus Sirmondi: ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα ait auctor de vitâ Conſtantini, *lib.*4.*c.*40. Quare & Nazarius, *panegyrico*, quinquennia horum Cæſarum inchoata cum quintodecimo Conſtantini anno componit : vid. & Panegyricum *Porphyrij*. Cum his verò & LICINIVS vel Licinianus Licinij F.(qui poſtea Coſ. factus eſt A.319.) Cæſar factus eſt. Baronius minus rectè ad annum 315. id omne referebat.

Septimius *Baſſus* Præfectus vrbis factus his coss. Idib. Maij, vt ait vetus Notitia Præfectorum vrbi. Hinc adeò ad eum data hoc tempore *lex* 2. *ad l. Iul. de vi*, &c. quæ tamen anteriorem diem præfert.

*Serdicæ* hoc tempore in Daciâ conſiſtit Conſtantinus, vt docet *lex* 1. *ad l. Iul. de vi* : & Anonymus ex parte apud Valeſium, quæ Conſtantinum Serdicam reuerſum ad firmandam pacem cum Licinio ait. Mox & *Sirmij* conſtitit, vt oſtendit *lex* 7. *de appellationibus*.

*Conſtantij* natalis huic anno congruere videtur : & quidem Idib. Auguſti, vt docet *lex* 10. *de Prætoribus* : vel VII. Id. Auguſti, Kalend. Heruuart;in Illyrico, vt docet Iulianus *orat.*1. vid. Valeſ. in Am. Marcell.*p.*202. & Blondellum *de primatu p.*1184.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Licinio V. & Criſpo Cæſ. Coſſ.318.

VII.Id.Febr.Datum Sirmij *l.ſiue pars* 3.*Cod.Iuſt.de dilationibus.* Profuturo Præf. annonæ.*

* al. Pannoniæ malè.

V.Id.Febr.Dat.Sirmij *l. à procedente* 4. *Cod. Iuſt. de dilationib.* ad Catullinum * Proconſulem Africæ.

* al. Catullianum.

IIII.Id.Apr.PP. . . . . . *l.*1.*de Veteranis.* Floriano Præf.

* Referenda hæc lex ad alium annum, vt rectè viderunt Sigonius, & poſt eum Petauius, *Paralipom. de doctrinâ temp.p.*861.862.Ego putem referendam ad A.D.324.

XI.Kal.Dec.Dat. . . . . . *l.vn.de parricidio* ad Verinum Vic.Africæ. Acc. Prid. * Id.Mart.Carthagine Conſtantino A.V.& Licinio Cæſ. Coſſ.

* Centeſimo & ſexto poſt die.

## CHRONICON HISTORICVM.

SIrmij huius anni initio conſtitutus Conſtantinus, vt docet *lex* 3. *Cod. de dilationibus* : in quâ agitur de feriis repentinis ( cuiuſmodi ſunt ob res proſperè geſtas vel aduentum Principis : de quibus v. *l.* 26. §. *ſi feriæ* *&c.* *ex quib. cauſis maiores & l.*1.*Cod. de feriis.*

Conſtantinum his coss. menſe ſaltem Iulio & Auguſto *Romæ non fuiſſe* docet vetuſtus auctor de Præfectis vrbi : quandoquidem ait is, Septimium Baſſum P. V. Romæ ( cui ſuperiore anno 137. duæ leges inſcribuntur ) ad Imp. Conſtantinum profectum: ideoque illius vice Romæ cognouiſſe, ex die 3. Idus Iul. in *Idus Aug.* Iulium Caſſium. Viceuerſa inde colligat quis, *haud adeò longe ſaltem à Româ* Conſtantinum fuiſſe. Quare, vt omittam alia, grauis error eſt eorum qui hoc anno Conſtantinum M. in Oriente fuiſſe tradunt : húcque adeò referunt ea quæ circa Athanaſium & Arium per Oſium Conſtantinus tentauit,quæ omninò pertinent ad A.D.324. & 325.

*Verinus* vicarius Africæ fuit hoc anno & proximo, vt docet *lex vn. de parricidiis* : fuit & duobus ſequentibus 320. 321. vbi dicam.







## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantino A.V. & Licinio Cæſ. Coſſ.319.

Id. Ianuar. Dat. . . . . *l.*2.*de accuſationibus* ad Ianuarium. . . . . . Acc.V.Kalend.* Aug.Corintho ".

Fortè.Iuniis.

* Septimo poſt menſe:quod ſtare non poteſt.

" Hinc colligat quis,Ianuarium hunc Proconſulem Achaiæ fuiſſe.

Kal.Feb. * PP. Rom. *l.*1.*de maleficis & Mathemat.* ad Maximum " "P.V.

* *&c. Sept.* vel *Nouemb.* Auctor quippe Notitiæ Præfectorum vrbi,à Kal.demùm Septembris Præfectum vrbi fuiſſe his Coſſ.teſtatur.

Prid.Non.Feb.Dat. SIRMIO *l.*1. *de denunciation.* ad Symmachum ". . . . Accepta VIII.* Id. Mar. Corintho.

" PC. Achaiæ, vt ex ſubſcriptione loci colligo:ibi *Acc. Corintho.*

* Trigeſimo tertio poſt die.

Hæc lex Cod.Iuſt.*l.*2 *ſi ex plurib.tutoribus:Conſtantino A.& Licinio* C. tribuitur.

IIII.Id.Feb.Dat.Sirmio *l.*2.*de relationibus* Profuturo Præf. annonæ.
XVI.Kal.Mart.Dat. . . . . . *l.*5.*Cod.de ſeruis fugitiuis* ad Ianuarium.

Iungenda huic, vt mihi videtur, *lex* 2. eodem *Cod. Iuſt. de agricolis & mancipiis dominicis* quæ ſubſcriptione caret : & in cuius inſcriptione.PP.dicitur, id eſt, *Pro præfecto.*

XIV.Kal.Mart.Dat.Sirmio *l.*1.*de filiis milit.apparit.* ad Octauianum." Acc. VII. * Id.Apr.Regio.

* Quinquageſimo primo poſt die.

" Correctorem Lucaniæ & Brittiorum,vt ex ſubſcriptione apparet.

V.Id.Mar.Dat.Sirmio *l.*2.*de bonis vacantibus,* ad Priſcum Rationalem.
Prid.Id.Mar.Acc. Carthagine *l.vn.de parricidio* ad Verinum Vic. Africæ. Dat. XVI. * Kal.Dec. ſuperioribus Coſſ.

* Centeſimo decimonono ante die.

XV.Kal.Apr.Dat. . . . . & Acc. . . . . *l.*1.*de falsâ monetâ.* ad Verinum.
IIII.Kal.Apr.PP.Rom.*l.*8.*de appellationibus* ad Baſſum PF.V.
III.Kal.Apr.PP.Carthagine *l.*1.*de famoſis libellis* ad Verinum Vic.Afric.
Id.April.Dat.Sirmio *l.*1.*de inoff.teſtam.* ad Lucrium Verinum.
VII.Kal.Mai.Dat. . . . . . *l.*2.*Cod.Iuſt.quæ ſit longa conſuetudo* ad Proculum."

" PC.Africæ.

V.Kal.Mai.Dat.Sirmio *l.*3.*de priuil.eorum qui in ſacro pal.* ad Rufinum PF.P.

Fortè Conſtantio tribuenda, & referenda ad A.352.

Non.Mai.PP.Carthagine *l.*1.*de itinere muniendo,* ad Proculum Proc. Africæ.
V.Id.Mai.Dat.* Rom.*l.*1.*de emendat.ſeruorum* ad Baſſum."

* id eſt, reddita.
" ſupple P.V.

III.Id.Mai.Dat.Sirmio.*l.*1.*de ſponſalibus,* ad Rufinum PF.P.

Meminit hâc l.Imperator Patris ſui. Fortè Conſtantino hæc lex tribuenda,& ad A.D.352.

Id.Mai.Dat. . . . . . *l.*2. *de maleficis* ad populum.
X.Kal.Iun. * PP. Romæ in foro Traiani *l.*2. *de iure fiſci.* ad Seuerum Rationalem.

*.al.XVI.Kal.Iul.

X.Kal.Iun.PP.* . . . . . . *l.*3.*de nauicularis* Amabiliano PF.annonæ."

CONST. M. A.D. 319.

* *Conſtantinop.* malè errore nato ex ſequente voce *Conſtantino V.*

" Africæ *l.4. de appellat.*

III. Kal. Iun. Dat. ..... *l.3. de iure fiſci* ad Prouinciales.
V. Id. Iun. PP. Hierapoli *l.1. de Numerariis*, ad Leontium" .......

" PP. vt ſup. A.317. *l. vn. ſi quis ſolidi circulum.*

Cæterum ſubſcriptio loci ſuadet hanc l. Licinio tribuendam.

XIII. Kal. Iun. Dat. ..... *Procuratoribus* 12. *Cod. de procuratorib.* ad Baſſum P. Vrbi.
X. Kal. Iul. Dat. AQVILEIÆ *l.9. de appellationibus*, ad Seuerum Vicarium."

" Italiæ, vt exiſtimo: cui inſcribitur hoc ipſo anno *lex 2. de bonis maternis.*

Kal. Iul. Dat. Aquil. *l.6. de decurionibus.* Patroclo.
Dat. Agrippinæ, * *l.1. ſine cenſu*, ad Antonium Marcellinum Præſidem prouinciæ Lugdunenſis primæ.

* ℞ Aquileiæ: verùm hanc l. ipſe refero ad A.D.315. quem annum conſule.

Id. Iul. ... Prop. ..... *l.1. de his qui à non domino manumiſſi*, ad Baſſum.*

* P.V. in Cod. Iuſt. malè PP.

VIII. Kal. Aug. Dat. NAISSO *l. vn. de dolo malo*, ad Symmachum V.C.*

* *Vicarium*, in Cod. Iuſt. malè.

VI. Kal. Aug. Dat. ..... *l.2. de priuilegiis eorum qui in ſacro pal.* ad Proculum PC. Africæ.

Malè refertur hæc lex ad A.D.315.

III.* Kal. Aug. Dat. ...... *l.3. de pœnis*, ad Feſtum Præſidem Sardiniæ.

* al. IIII.

Id. Aug. PP. ...... { *l.1. de piſtoribus.* / *l.1. de contrah. emptione.* } ad Profuturum PF. annonæ.

VI. Kal. Sept. PP. Carthag. *l.1. de extraordinariis*, ad Catulinum Proc. Afric.

Refero hanc l. ad A.135.

VII. Id. Sept. Dat. Med." *l.2. de bonis maternis* Iulio Seuero." Acc. Non. * Octob.

" Hanc vocem reduco ad Acc.

" Hic idem Seuerus Vicarius, cui inſcribitur ſupra hoc ipſo anno *lex 9. de appellat.*

* Trigeſimo primo poſt die.

Prid. Non. Octob. PP. Romæ. *l.3. ad l. Iul. de vi*, ad Baſſum PF. V.
Non. Octob. Dat ..... *l.4. de donationibus*, ad Baſſum PF. V.
IIII. * Id. Octob. Dat. AQVILEIÆ *l.** 1. *de tutoribus & curatoribus*, ad Baſſum PF. P."

* Conſtantino A. & Cæſari tribuitur hæc lex.

" PF.V. Cod. Iuſt. Cæterum alium menſem huic l. ſubſcribi oportet, quandoquidem menſe iam Octobri *Maximus* P.V. erat.

XVII.* Kal. Nou. Dat. ..... *l.2. de ſponſalibus* ad Maximum PF. V. PP. VI. Kal. Septembres" Romæ.

* XVI. in Cod. Iuſt. & Aniano. optimæ notæ.

" ℞ *Decembres*: & ſic quadrageſimo ſecundo poſt die.

XII. Kal. Nou. Dat. ...... *l.2. de Epiſcopis*, Octauiano Correctori Lucianæ & Brutiorum.





CONST. M. A.D. 319.

VIII.* Kal. Nou. Dat. { SIRMIO *l.2. de temporum curſu* ad Felicem Præſidem Corſicæ. Poſt alia. / ....... *l. vlt. Cod. de pœna Iudicis qui malè iud.* ad Felicem...... }

* Ita in MSS. & *l.2. Cod. de pœna Iudicis*, &c. al. IIII.

XII. Kal. Dec. Dat. *l.2. de exactionibus* ad Pacatianum Vicarium Britanniarum.
VI. Kal. Dec. Dat. SERDICÆ *l.1. de abolitionibus* ad Ianuarium PF. * V.

* Maximus hoc tempore P.V. erat, non Ianuarius vel Ianuarinus: quem Vicariam tantum Præfecturam geſſiſſe docet proximo anno *lex 3. de famoſis libellis.* Quare hic reponendum *Pro Præf. V.*

Kal. Dec. Dat. SIRMIO *l. vn. de bonis decurionum.* Rufino PF. P.

Forte & hæc lex Conſtantio tribuenda referendáque ad annum 352.

Kal. Dec. PP. in foro Traiani *l.2. de petitionibus & delatoribus*, ad populum.

Retraho hanc l. ad A.D.312.

Id. Dec. PP. ........ *l.2. de diuerſis reſcriptis.* Crepereo" Donatiano.

" *al.* Crepereio.

VII. * Kal. Ian. Dat. ........ *l. vn. de re iudicatâ.* ad Proculum."

* VI. C. Iuſt. " Proconſulem Africæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus M. hoc anno & tribus proximis nunquam in Gallia conſtitit (quod Valeſ. lib. de geſtis Trauorum *p.26.* cenſuit) verùm ſemper in Pannoniâ *Sirmij* aut *Sabariæ*, vel in Daciâ *Serdicæ*, aut *Naiſſo* fermè: niſi ſi quãdo proximam Panoniæ *Aquileiam* diuertere libuit. Cum *Sarmatis* quippe hoc anno tribúſque proximis Conſtantino M. res fuit, apud Camponam, Margum, Bononiam: quos & deuicit: teſtes Porphyrius Panegyrico, *c.19. 22. 23.* Auctor vitæ Conſtantini, *lib.4. c. 5. 6.* Zoſimus *lib. 2.* Sozomenus, *lib.1. c.8.* Ad hoc verò bellum Conſtantinus filios veteranorum euocauit, vt docet *l.1. de filiis milit. apparitor* (quorum multi per Italiam militiam detrectauêre) vt & proximo anno lex 2. *de veteranis*: quod & aliàs ſæpe factum. Huius certe rei antiquiſſima hæc mentio occurrit.

Conſtantinus M. hoc anno 319. & tribus proximis puta A. D. 320. 321. 322. *Mores populi Romani* in melius variis rationibus vertere, atque ad pietatem, humanitatem pacemque & concordiam traducere inſtituit, tùm Edictis *ad Populum* emiſſis, Romæque propoſitis tum conſtitutionibus ad Baſſum, *Maximúmque* Præfectos vrbi datis, quæ in id conſulendæ ſunt omnes per hoc quadriennium. Cui alioquin rei fidem quoque faciunt Porphyrius, *Panegyrico carm.6.* & Nazarius, *panegyrico. c.38.* Inter alia verò Romæ (quæ veteris ſuperſtitionis retinentior erat) Aruſpices priuatim conſulendi poteſtatem inhibuit, publicè conſulendi poteſtate adhuc factâ. Vnde tamen non rectè colligas, Conſtantinum hoc tempore viſum in deterius lapſum, quod Baronius credidit. Item id egit, vt domini poteſtate ſuâ in ſeruos moderatè vterentur *l.1. de emendat ſeruorum* (quomodo & Lactantius ſeruos iam vt fratres à dominis haberi voluit.) Item vt ſeruis ad libertatem multiplex via pateret. *l. vlt. Cod. de his qui à non domino*: vt poſſeſſorum ſecuritati aduerſus violentos conſultum eſſe poſſet *l.3. ad l. Iul. de vi*: vt fraudulentis donationibus occaſio præriperetur *l.4. de donationib.*

*Verinus* hoc quoque anno vicarius Africæ fuit.

*Baſſus* his quoque coss. P. V. fuit, ſuperiore anno à Conſtantini congreſſu reuerſus, vſque in Kal. Sept. vt teſtatur vetus Notitia Præfect. vrbi. Hinc adeò plures ei hoc conſulatu leges inſcribuntur: quibus Conſtantinus mores populi Romani ad æquitatem & iuſtitiam vertere ſategit. De quo, *initio huius anni.*

*Proculus* his coss. Proconſul Africæ fuit, cui & hoc anno inſcribitur lex 1. *de itinere muniendo lex 2. de priuil. eorum qui in ſacro pal.* quin & lex 1. *de re iudicata: lex 2. Cod. Iuſt. quæ ſit longa conſuetud.* in quibus dignitatis nomen omiſſum. Huius mentio apud Auguſtinum *breuiculo collat. die 3. c. 23.* Carmen quoque de hoc Proculo Symmachi patris, & inſcriptio vetus p. CCCLXI. *n. 1. & 3.* Carmen vetus diſertè, *Idem Libyæ Proconſul.*

Conſtantinus M. è Pannoniâ *Aquileiam* profectus: vbi & aliquandiu ſubſtitit, menſe Iunio, Iulioque: quibus ibi datæ *lex 9. de appellationibus. l.6. de decurionibus.*

Conſtantinus Aquileiâ menſe Iulio in Daciam rediit, vbi & *Naiſſi* conſtitit [vbi ipſe natus erat]

Valerius *Maximus* Baſilius, poſt Baſſum, Præfectus vrbi fuit his coss. à Kal. Septemb. ait vetus Notitia Præfectorum vrbis. Hinc adeò ei his coss. menſe Octobri inſcribitur *lex 2. de ſponſalibus*, quâ Conſtantinus in regendis populi Romani moribus vitiiſque frangendis, de quo initio huius anni dixi, pergens, repudiorum quoque inter alia leuitati occurrit, ſponſaliorúmque ſanctitatem Romæ ſanciuit.

Conſtantinus hoc tempore modo in Pannoniâ *Sirmij*, modò in Daciâ *Serdicæ* conſiſtit, bello Sarmatico illigatus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Conſtantino A.VI.& Conſtantino Cæſ.Coſſ.320.

VI.Kal.Feb.Dat. SERDIC. *l.3.ad SC.Claudianum*,ad populum.
III.Kal.Feb.Dat.Serdicæ. *l.vn.de hæredit.petitione.* ad Maximum PF.V.

Ad hunc annum has duas leges retraho ab A.D.326.

Prid.Kal.Feb.Dat. Serdicæ* { *l.vn.de commiſſoria reſcind.* / *l.vn.de infirmand.pœn.cœl.* } ad populum PP. Kal. Apr.Romæ.

* *Vel*, Sardicæ.

Kal.Feb.Dat.* ...... *l.3.de exactionibus.*ad populum.

* *pro.prid.Kal.Feb.* & ſuperioribus legibus hanc iunge.

x.Kal.Mart PP...... *l.1.de Decurionibus.* ad Edictum.
v.Kal.Mar.PP Karthagine *l.2.de famoſis libellis.* ad Helianum" Proc.Africæ.

" Ita quoque apud Auguſtinum & in actis *Collat.Karthag.*

Kal.Mar.Dat.in ciuitate VELOVOCORVM".*l.2.de veteranis*......

" pro in ciuitate *Velonorum*, quæ in Moeſiâ ſuperiore; teſte Ptolemæo *lib.3.c.9.* mediáque inter *Sardicam* (cui propior) *& Sirmium.*

VIII.Id.Mar.Dat."...... *l."1.de poſtulando* ad Baſſum PF.P.*

* pro Pro P.

" Dicitur hæc lex data Conſtantinopoli: malè, orto errore ibi ex voce ſequente.

" Adſignatur *Conſtantino A.*III.(pro VI.) *& Conſtantio* Coſſ. Fortè referenda ad A.D.326.

VII.Id.Mar.Dat.SIRM.*l.1.de Prætoribus & Quæſtoribus.*Æliano PF.V.*

* pro Proc.

VIII.Kal.Apr.PP.in foro Traiani *l.2.ad l.Cornel.de falſo.*ad Maximum P.V.

Hanc l.hùc retraho ab anno 326.

Kal. Apr. Dat. AQVIL. *l.1. de raptu virginum.*ad populum.
Prid.Non.Apr.Dat.Aquil.*l.vn.ſi quis eam cuius tutor.* ad Baſſum Vicarium Italiæ. Poſt alia.

Hæc l.hùc fortè retrahenda ab A.D.326.

XIV.Kal.Iun.Dat.SERDICÆ *l.4. de iure fiſci.*ad Dometium Dracontium Magiſtrum rei priuatæ Afric.
XI.Kal.Iul. Dat.SIRMIO *l.5.de accuſationibus.*ad Maximum P.V.Acc.Romæ.

Et hanc l.hùc retrahi oportet ab A.D.326.

x.Kal.Iun.PP...... *l.15.ſeu vlt.de priuil. eorum qui ſacro Palatio.* ad Seuerum P.V.*

* pro *Pro præf* v.ſup.A.319.vel referenda hæc lex ad A.326.

IV.Kal.Iun.* Dat.SERDICÆ *lex vn.de mulierib.quæ ſe ſeruis propr.*ad populum.

* al.Iul. Malè hæc lex refertur ad A.326.

XVIII.Kal.Iul.Dat....... *l.vn.Cod.Iuſt. de concubinis.*ad populum.

Hanc l.prædicat.Porphyrius *panegyrico carm.6.*& vt puto Nazarius,*panegyr.c.vlt.*

Prid.Kal.Iul.Dat Serdicæ *l.1.de cuſtodiâ reorum.*ad Florentium Rationalem.
VIII.Id.Iul.Dat...... *l.* o. *de appellationibus.* ad Criſpinum.
xv.Kal.Aug.PP...... *l.3. de Epiſcopis.*ad Baſſum PF.P.

v.Kal.



v.Kal.Aug.Dat...... *l.vn.de errorib.aduocatorum.*Furio Felici"......

" An Præſidi Corſicæ,vt *l.2.de temporum curſu* A.D.319. menſe Octobri.

xv.Kal.Sept.Dat...... *l.2. Cod. Iuſt.de adſeſſoribus.*ad Baſſum.P.V.*

pro PP.in eâ l. agitur de Præſidibus.

Prid.Kal.Oct.Dat. *l.1.de metallis.*ad Maximum Rationalem Africæ.

Conſulatus ita ſubſcriptus huic *l.Conſtantino A.*VI.*& Conſtante Cæſ.*

III.Id.Octob.Dat."..... *l.3. de veteranis.*ad vniuerſos Veteranos.

" *Conſtantinop.* malè, errore nato vt & alibi ex voce ſequente.

Prid.Non.Dec.PP.Rom.*l.3.de famoſis libellis.*ad Ianuarium agentem Vicariam Præfecturam.
XVI.Kal.Ian.Dat.Serd. *l.1.de paganis.*ad Maximum[P.V.]Acc.VIII.* Id.Mart.ſequentibus Coſſ.

* Octuageſimo ſecundo poſt die.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus his quoque coss. vel in Daciâ *Serdicæ*, vel in Pannoniâ *Sirmij*, vel in Myſiâ *ciuitate Velanorum* fermè conſtitit, Sarmatico bello illigatus: Certè Conſtantinus ipſe *l.vlt. de priuil. cor. qui in ſac. palatio*, itinerum ſuorum & expeditionum meminit:modò *Aquileiam* diuertit.

Valerius *Maximus* integro hoc Conſulatu P. V. eſſe perſtitit: vt docet Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi cui ideò variæ conſtitutiones hoc anno inſcribuntur.

Conſtantinus M. hoc anno in regendis populi Romani moribus frangendiſque vitiis pergens, vt & in reſcindendis veterum calumnioſis ambagibus & captandæ ſimplicitatis laqueis (quod Nazarius dixit de anno proximo) Edicto humaniſſimo ad populum emiſſo, Romæque propoſito, varia ſæuaque veteris Iuris iuga laqueoſque à ciuium ceruicibus depulit: quod teſtantur eius Edicti partes, quæ ſequuntur quatuor: *lex 3.ad ſc. Claudianum*: *lex vn. de commiſſoriâ reſcindi*: *lex vn. de infirmandis pœnis cœlibatus* (ad hanc *l.*vid. auctorem vitæ Conſtantini) *lex 1. de exactionibus.*

*Ælianus* ſeu *Helianus* Proconſul Africæ fuit his coss. cui ideò tres conſtitutiones inſcriptæ reperiuntur: *lex 2. de famoſis libellis*:*lex 1. de Prætoribus*: *l.3. quorum appellationes.*

Alterum Edictum Romam mittit hoc anno Conſtantinus regendis populi Romani moribus frangendiſque vitiis, cuius pars eſt *lex 1. de raptu virginum*, quâ is coniugiorum ſanctitati aduerſus virginum raptum conſultum iuit. Quod & ipſum indicat Nazarius, *fine panegyrici.*

Conſtantinus in regendis populi Romani moribus pergens, accuſationum leuitati & temeritati, quibus accuſatores inuoluebantur, occurrit *l.2. ad l.Corn. de falſo*: *l. 5. de accuſationib.*

Aliud à Conſtantino M. Edictum frangendis populi Romani vitiis, his coss. emiſſum: quo coniugiorum ſanctitati conſultum iuit, contra vagis prauiſque cupiditatibus contra iuit: *Concubinatui* inter alia fibulâ impoſitâ. Aduerſus quem Lactantius antea ſcripſerat. Quò pertinent & Nazarij verba *panegyrico* (quem is dixit anno prox.321.) & Porphyrij *carm.6.*

*Clericorum* cooptationi modum hoc tempore adhibuit Conſtantinus M. vetitis iis qui diuites & obeundis publicis muneribus idonei eſſent, clericis fieri, ſed fortunâ tantum tenuibus *l.3. de Epiſcopis Eccl. & Clericis.*

*Amphitheatrum* hoc anno Romæ fulmine tactum: deque eo Haruſpices conſulti: quorum denunciatio & interpretatio ad Heraclianum Tribunum & Magiſtrum officiorum à Maximo P. V. perſcripta fuit, indeque ad Conſtantinum perlata: vt ipſe docet *l.1. de paganis*: quâ *Haruſpicinæ* vſum publicum adhuc indulget, citra tamen ſacrificia domeſtica.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Criſpo II.& Conſtantino II.Cæſ.Coſſ.321.

Prid.* Id.Ian.Dat. SIRMIO { *l.1. de Iudiciis.* / *l.11.de appellationibus.* } ad Maximum......"

* al.IIII. " P.V.

xiv.Kal.Feb.Dat.Sirmio *l.vn.de his qui numero liberorum.* Dalmatio."

CONST.M. Subnotatus *Criſpus* III.*Coſſ.*id eſt, A.D.324. neque minus ad hunc annum referri poteſt. A.D.321.

" Hic Dalmatius Cenſor eſt Conſtantini M.frater ( cuius filius Dalmatius Cæſar poſtea factus ) qui Antiochiæ poſtea egit v.& *l.7. Cod.de repudiis* A.337.

x. Kal. Feb. Dat. Sirmio *l.1. de honorariis codicillis* ad Seuerum "PF. V. Acc.* Non. Apr.

" Vel reponendum hîc *ad Maximum*: vel referenda hæc lex ad A.D. 326.

* Septuageſimo tertio poſt die.

viii. Id. Feb. Dat. SERDICÆ *l.2.de inofficioſo teſtam.* ad Claudium Præſidem Daciæ.

iii.Kal.Mart.Dat. Serdicæ *l.1.de bonis proſcriptorum* Petronio Probiano."

" Hic poſtea P.V.fuit A.329.330.

Non.Mart.Dat....... *l. omnes Iudices 2. vel 3. Cod. Iuſt. de feriis.* Elpidio.......

VIII.Id.Mart.Acc. *l.1. de paganis* ad Maximum.... Data Serd.XVI.* Kal. Ian. ſuperiorib. Coſſ.

* Octuageſimo ſecundo ante die.

Id. Mart. PP....... *l.4.de priuil.eorum qui ſac.pal.* ad Iulium Verum Vicarium Italiæ.

VII.Id.April. Dat...... *l.1. de ſuſceptoribus* ad Edictum.

III.Id.Apr.Dat.SIRMI.*l.2.de operibus publicis.* Menandro.......

Agitur hac l. de Iudicibus ſeu Rectoribus prouinciarum. Ad eundem Menandrum data quoque *lex 5. Cod. de vectigalib.* ſine die & Coſſ.

XV.Kal.Mai.Dat Sirm. *l.1. de conlatione fundorum patrimonial.* ad Dometium Dracontium." Acc.XV.* Kal.Iun.Carthag.

" Magiſtrum rei priuatæ Africæ *l.4.de iure fiſci* ſup. A. D. 320.

* Trigeſimo ſecundo poſt die.

XIV.Kal.Mai.Dat...... *l.vn.de manumiſſis in Eccleſiâ,* Oſio Epiſcopo.

XIII.Kal.Iun.Dat. Sirm. { *l.vn.ſi pendente appellat.* / *l.3. de temporum curſu.* } ad Baſſum PF.V.*

* PF.P.

VI.Kal.Iun.Dat.VIMINACII, *l.6.Cod.Iuſt.de ædificiis priuatis.* Elpidio agenti vicem Præfecti prætorio.

V.Non.Iun PP.Caralis *l.1. de feriis* Helpidio.........

X.Kal.Iul.* Dat. AQVILEIÆ *l.*" 3.*de maleficiis* ad Baſſum PF.V.*

* al.Iun.

* Repone PF. P.

" Conſtantino A. & Cæſari tribuitur.

V.* Kal.Iul.Dat. *l.1.de vectigalibus* ad Iunium Rufinum Conſularem Æmiliæ & Liguriæ, additum in Aniano And.

* in MSS. Kal.Iul.

V.Non.Iul PP Rom.*l.habeat vnuſquiſque 4.de Epiſcopis* ad populum.

Kal.Aug.PP.* SIRM.*l.1.de medicis & profeſſorib.* ad Voluſianum."

* pro Data.

" PP. vt apparet vel ex illâ ipsâ l.

XVII.* Kal. Octob. Dat. Sirm. *l.vn. de ſententiam paſſis & reſtitutis* ad Maximum PF.V."

* al.XVIII.

" Ita rectè in Cod.Til. & Cod.Iuſt. malè in aliis PF.P.

XII.Kal.Dec.Dat." Rom.*l.2.de falſa monetâ* ad Ianuarium"......

" id eſt reddita, propoſita, ſi ad hunc annum hæc lex rectè refertur.

" Agentem Vicariam Præfecturam v. A.D.320.*l.3.de famoſis libellis.* Poſtea hic Coſſ. fuit A.328.





CONST.M. IIII.* Id.Dec. Dat..... *l.3.de Iudæis.* Decurionibus Agrippinenſibus. A.D.319.

* al.III.

XIIII.* Kal.Ian." PP.Rom.*l.1.de legitimis hæredit.* ad Baſſum PF.V.

* al.XIII. *Iun.* in Aniano Rhem.

" Vel reponendum PF.P. vel ad alios Coſſ. hæc lex referenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus hoc adhuc anno Sarmatico bello illigatus, modò *Sirmij* in Panoniâ egit, mox *Serdicæ* in Daciâ, exin rurſum *Sirmij*, mox *Viminacij* quæ prope Margum (vbi prælia cum Sarmatis memorat Porphyrius, *cap.22.*) indeque *Aquileiæ*, tandem rurſum *Sirmij*. Valerius *Maximus* & hoc integro Conſulatu Præfectus vrbi fuit, vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi: duæque cõſtitutiones de huius anni initio fidem faciunt, puta *lex 1. de iudiciis, lex II. de appellationibus*: Quare huic anno congruere non poteſt *lex vn. de his quæ ven. ætatis*, quæ ad Verinum [ P. V. ] data eſt : verùm anno 324.

*Criſpus* Cæſar hoc tempore, bello Alamannico confecto è Galliis, cruda adhuc hyeme, geluque intractabili itinere, immenſum ſpatium niuibus infectum emenſus, ad patrem Conſtantinum ( in Pannoniam ſcilicet ) profectus eſt. Nazarius teſtis *panegyrico* ( quem hoc anno habuit ) *c.36.*

*Quinquennalia* Criſpi & Conſtantini Cæſarum ( inchoata à Kalendis Martiis ) hoc tempore Romæ celebrata; vt teſtatur Nazarius *panegyrico*, quem is eâ occaſione habuit ( qui & idem ſcribit in quindecennalia patris ea incidiſſe ) Conſtantino M. ſcilicet abſente, & apud eum conſtitutis, *Criſpo & Conſtantino filiis.*

Chriſtianæ religionis & Eccleſiarum Clericorúmque veneratione his coſs. aliquammulta à Conſtantino conſtituta. *Dominicum* inter alia diem otio mancipauit, diebúſque iudiciariis exemit, duabus conſtitutionibus hoc anno latis, idque per Sardiniam nominatim. *l.3. Cod. Iuſt. de feriis*: & *l.1. Cod. Theod. eod. tit.* de eo vid. & auctorem vitæ *Conſtantini.*

Haruſpicinæ vſum ſeu haruſpices conſulendi poteſtatem Romæ & quidem de fulguris tactu tùm Senatui, tum priuatis hoc tempore fecit Conſtantinus *l.1. de paganis ſacrif. & temp.* citra tamen domeſtica ſacrificia.

De *Manumiſſionibus in Eccleſiâ* tertiam hoc anno conſtitutionem edidit Conſtantinus M. ad *Oſium* Ep. Cordubenſem : vt videl. *Clerici* ſoli ſine teſte ſeruos manumittere poſſent : & quibuſcunque verbis : exque ea manumiſſione directa plenaque libertas competeret, *l. vn. de manumiſſ. in Eccleſ.*

*Donatiſtæ* his coſs. III. Nonas Maias, poſt quartum exilij annum & menſem ferme ſextum ab exilio relaxati à Conſtantino M. literis datis ad Verinum vicarium Africæ, K. Maij his coſs. *in collat. Carthag. die 3. c.549.* apud Auguſtinum *in breuiculo collat. die 3. c.22. p. 582. poſt collation. lib.1. c.31. 33.* & *ep.152.p.698.* Factum verò id coniicere licet, ob quindecennalia Conſtantini M. & quinquennalia liberorum ſuorum.

*Magicas* artes innoxias, vel etiam vtiles agriculturæ ſeu fructibus indulſit hoc adhuc tempore Conſtantinus M. *l.3. de maleficis.* Conſtitutione emiſsâ ad Baſſum P.P.

*Eccleſiis* Catholicis teſtamento quidlibet cuique relinquendi poteſtatem fecit his coſs. Conſtantinus M edicto quod ad populum Romanum emiſſum, Romæque propoſitum : puta *l. 4. de Epiſcopis.* Syluestro tùm Epiſcopatum Romanum gerente. Hinc deinceps opes Eccleſiarum, & inter alias Romanæ.

*Profeſſorum medicorumque* priuilegia, immunitates & ſalaria ſanciuit his coſs. Conſtantinus M. Kal. Auguſti *l.1. de medicis & profeſſor.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Probiano & Iuliano vv.cc.Coſſ. 322.

v. Id. Feb. PP....... *l.3. de accuſationibus* ad Agricolanum.

VIII.Kal.Apr.PP.Romæ *l.cùm à nobis 5.Cod.de dilationibus.* ad Maximum Præfectum vrbi.

v.Kal.Mai.Dat......... *l.2. Cod.de off.rector.prouinciæ,* ad Maximianum vel Maximum Præſid. pro.

x.Kal.Iul.Dat. Sirmio *l.2.de denunciat.* ad Maximum PF.P."

" PF.V.

Prid.Non.Iul.Dat.* Rom.*l.2.de alimentis quæ inopes par.* Menandro.

* id eſt reddita : vel alius à Româ locus hic accipiendus.

CONST.M. VII.* Kal.Aug.Dat. SABARIÆ * *l.1. de conſtitutionib. Principum* ad Luſitanos." A.D.322.

* Apr.in nonnull. VI. in Iuſtin. *An Reg. V. C. Iuſt.*

* Malè in quibuſdam Cod.Iuſt *Samariæ.*
" In quibuſdam Iuſtin. *ad Baſſum PP.*

XIII.Kal.Aug.Dat. Sirm. *l.1.de liberal.cauſâ.* ad Maximum PF.V.
III.Kal.Nou.Acc.Romæ.*l.1.de indulgentiis criminum.*ad Maximum PP.*

* F.PF.V.

XII.Kal.Ian.Dat. .... *l.vlt. Cod. Iuſt. de prædiis & aliis rebus minorum.*ad Senatum."

" ad Seuerum, vt in Haloandr. Malim hanc l.referre ad A.325.

Ita veteres MSS. nonn.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus M. his coss. ( Sarmatico bello adhuc illigatus ) in Pannoniâ *Sirmij*, mox & *Sabariæ* conſtitit : vt ex conſtitutionibus ibi datis hoc anno apparet.

Valerius *Maximus* his quoque coss. Præfectus vrbis fuit vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi, & duæ leges ex his quæ hoc anno ad eum datæ occurrunt *lex 5. Cod. Iuſt. de dilationibus : lex 1. de liberali cauſâ.* Forte idem & P.P. fuit hoc anno, quomodo præferunt duæ aliæ, puta *l. 2. de denunciat. & l.1. de indulg. criminum.*

*Criſpus* Cæſar, cum Helenâ ( auiâ ſuâ ) à patre Conſtantino M. è Pannoniâ digreſſus, Romam venit. Quare, propter hunc Criſpi atque Helenæ *paratum*, vel *apparatum* ( ita enim repono ) *indulgentiam* criminum Conſtantinus M. Romæ dedit ; conſtitutione emiſſa ad Maximum P. V. ( nam ita reſcribendum ) Romæ : quæ & ideò ibidem *accepta l.1. de indulg. criminum.*

De *Sarmatis* Conſtantini M. victoriam huic anno & tempori adſcribo : quâ Sarmatæ in ſuâ regione deuicti, occiſo Rege eorum Rauſimodo. v. Zoſimum *lib.2.* & Porphyrium *carm.23.* Hùc pertinent & *Ludi Sarmatici*, qui ſex deinceps diebus agitati, extremo menſe Nouembri, & initio Decembris, vt diſcere eſt ex Kalendario Heruagiano

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Seuero & Rufino Coſſ.323.

III.Non.Feb.Dat.* Rom. { *l.1.de pactis.* / *l.2.de adminiſtrat.tutorum.* / *l.1.de donationibus.* } ad Maximum P.V.

* Ita *d.l.2. de adminiſtr. & l.1.de donat.* In *l.1.de pactis* malè VI.

* pro reddita.

Malè hæ leges *ad Sabinum & Rufinum* Coſſ. referuntur. Referendæ enim ſunt ad hos Coſſ. vt ex Notitiâ Præfectorum vrbis diſcere eſt. Imò & diſertè in Cod. Iuſt. legi 25. *de donationibus*, quæ hoc Codice eſt lex *de donationibus* hi Coſſ. Seuerus & Rufinus adſcripti ſunt.

XV.Kal.Mart.Dat.THESSAL.*l.2.de liberali cauſâ.*ad Maximum.

* ita Cod.Cujac. al.Ian.vel Iun.vt Cod. Iuſt.l.1.*de patr.pot.*

Id. April. Dat.* ..... { *l.12. de appellationibus.* / *l.8. de decurionibus.* } ad Florentinum." .....

* Conſtantinop.malè.

" Al.Florentium : & forte Rationalem, vt ſup.A.320. *l.1. de cuſtodiâ reorum*: Quanquam Cod.Iuſt.habet in *l.1.de Magiſtratib.municipal.* 1.PP.

IV.Kal.Mai. Dat..... { *l." 1.de re militari.* ....... / *l.1. de Commeatu.."* ...... } Agitur *hac l.*de *Barbarorum* incurſione & deprædatione.

" Inſcriptio huius l. præfert *Conſtantinum A. Cæſ.*

" *Leontio PF.P.*Cod.Iuſt.

XII.Kal.Iun.Dat..... *l.2.de extraordinariis.* ad Vlpium Flauianum Conſularem Æmiliæ & Liguriæ. Lecta apud acta.

VIII.



CONST.M. VIII.Kal.Iun.Dat.SIRMI *l.5.de Epiſcopis* ad Helpidium."..... A.D.323.

" PP.Italiæ, vt cenſeo, arg.*l.4.de nauicularois* anno prox.& *l.1.de feriis.*

## CHRONICON HISTORICVM.

IN Macedoniâ *Theſſalonicæ* fuit hoc anno Conſtantinus, vt docet ſubſcriptio legis 2. *de liberali cauſâ*, bello ſcilicet Gothico illibatus, de quo mox.

Valerius *Maximus* his quoque coss. Præfectus vrbi fuit, ad Idus ferme Septembres vſque ( quib. Lucer *Verinus* ei ſuffectus eſt ) vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi. Hinc adeò plures ad eum conſtitutiones hoc anno & ſpatio datæ occurrunt.

Cùm Conſtantinus *Theſſalonicæ* eſſet, GOTHI, per neglectos limites erumpentes, vaſtataque Thraciâ Mœſiaque prædas agentes, Conſtantini M. metu his coss. repreſſi, captiuos impetratâ pace reddiderunt : ipſorúmque captiui per vrbes diſtributi fuerunt: atque inde Conſtantinus Theſſalonicam ſeſe recepit. Anonymus Sirmondi, apud Valeſium : Auctor vitæ Conſtantini, *lib. 1.c. 8.* Zoſimus *lib. 2. p. 680.* Id quod factum, menſe Februario, docent *Ludi Gothici*, qui ideò celebrati Romæ, vt docet Kalendarium Heruagianum. Eodémque refero è Porphyrij panegyrico *c. 22. & 23.* Exinde diſciplinam militarem erecturus, cuſtodiæque limitis Thracici & Mœſiæ aduerſus Barbarorum incurſiones & deprædationes deinceps prouiſurus, qui negligentiâ militum limitaneorum proditus fuerat, conſtitutionem idem Conſtantinus emiſit extremo menſe Aprili : cuius partes ſunt *lex 1. de re militari* & *lex 1. de Commeatu.*

*Pagani* hoc tempore *luſtrorum* ſacrificia quædam celebrauêre, ad quæ Eccleſiaſticos, cœteroſque Catholicæ religioni ſeruientes compellere audebant. Quare id Conſtantinus prohibet *l.5. de Epiſcopis.*

LICINIANVM inde bellum ruptâ pace ſecutum : Gothici videl. belli occaſione, vt docet Anonymus Sirmondi ; nempe quod Thraciam Myſiámque à Gothis vaſtatam, & ſic alienos fines, contra pactorum fidem Conſtantinum vindicaſſe Licinius querebatur : cuius belli pars fuit quoque *Criſpus*, vt docet idem Anonymus, & Zoſimus, & Euſebius, *lib.10. c. vlt.* De hoc bello Liciniano præter ſupra ſcriptos videndi Victor, Sozomenus, Idacius. Ad cuius apparatum, vt videtur, extraordinariæ indictiones factæ, quò referam *legem 3. de extraordinariis.* Ergo Licinius hoc anno fugatus profligatuſque fuit : victoriâ primum obtenta in Thraciâ prope Hadrianopolim *v. Non. Iulij* deinde, in Bithynia apud Chaludonem mox & *Nicomediam*, quo ſe receperat Licinius XIV. Kal. Octob. vt diſcere eſt ex *l. 1. Cod. Theod. de veteranis*, ( quam refero ad annum proximum 324. ) veteri Calendario Heruagiano, Chronico Alexandrino, Idacio *proximis* coss. Socrate *lib. 1. c. 2.* Zoſimo, *lib.2.* Sozomeno, *lib 1. c.7.* Cedreno *p.233.* Hinc Conſtantinus Nicomediæ conſtitit : de quâ Conſtantini apud Nicomediam morâ Porphyrius *carm. 19.* & Conſtantinus ipſe *ep. ſua ad Alexandrum & Arium*, apud authorem vitæ Conſtantini, & Socratem, *lib.1. cap.3. p.501.* vbi per quinque menſes fermè moratur. Hinc anno proximo menſe Aprili dicta *lex 1. de veteranis* lata, & vt exiſtimo *P. P. Cyzici*, vt & accepta lex Conſtantini ad edictum Calcedonenſium & Macedonenſium ( *ꝗ. Nicomedienſium* ) *lex* inquam 3. *de extraordinariis.* Et deinceps latæ leges, abrogandis Licinij legibus, puta lex 1. 2. *Cod. Theod. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Patrato tandem hoc bello Conſtantinus cum Licinio *Nicomedia* digreſſus in Macedoniam *Theſſalonicam* repedauit : de quo anno prox.

*Oſium* hoc tempore Conſtantino adhæſiſſe, & quidem Nicomediæ poſito, diſcere eſt ex Conſtantini ep. ad Alexandrum & Arium.

## *HIATVS ſeptem menſium.*

### MONARCHIA Conſtantini.

Prid.Kal.Ian.PP.Caſtulone *l.1. de diſtrahendis pignoribus.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Criſpo III. & Conſtantino III.Cæſ.Coſſ.324.

XIV.Kal.Feb.Dat.SIRMIO *l." vn. de his qui numero liber.* Dalmatio.

" Criſpo III. & Conſtantino II.Coſſ.Quare poſſit non minus hæc lex referri ad A.321.

VIII.Id.Mart.Dat.THESSALONICÆ *l.4.de nauicularis.* Helpidio.....
VI.Id.Apr.Dat.Theſſalon.*l.vn de his qui veniam ætatis.*ad Verinum."......PP.

" III.Kal.Iun Rom.Criſpo II.& Conſtantio II.Coſſ.

III.Kal.Iun.Rom.Criſpo II.& Conſtantino II.CC.Coſſ.

" malè : reſcribendum III. vt ad eam probo, argumento tum inſcriptionis tùm ſubſcriptionis.

" *PF.P.*

Const.M. " PF.P.Cod.Iuſt.ſed reſtituendum *PF.V.* vt contextus totius legis oſtendit: ac nominatim *verſ.ita vt Senatores,&c.* A.D.324.

* Quinquageſimo tertio poſt die.

IIII.Id.April. PP...... *l.1. de Veteranis.* Floriano Præſ.

Hùc retraho hanc legem ab anno...emendata hunc in modum eius ſubſcriptione. *PP. IIII.Id.April. Cyzico Criſpo C.III. Coſſ.*

Hùc etiam retraho ab A.D.326.legem 2.*de Suariis*,quæ Lucrio Verino inſcribitur.

VIII.Kal.Mai.Acc......*l.3. de extraordinar.* ad Edictum Chalcedonenſium & Macedonienſium.

Vid.Zoſimum, *lib.2.p.683.*

XVI.Kal.Iun.* PP........*l.1.de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* ad Conſtantium PF.P.
* *F.Ian.*

VIII. Id. Iul. PP.Carthag. *l.9.de Decurionibus.* ad Hilarianum Proc.Afric.

III.* Kal.Sept.Dat........*l.1.familiæ erciſc.* ad Verinum"....
* al.IIII.

" P.V.malè refertur hæc lex ad A.D.321.

## CHRONICON HISTORICVM.

Theſſalonicæ hoc tempore menſe Martio & Aprili egit Conſtantinus M. (Nicomediâ digreſſus) vt oſtendunt duæ eius leges, puta *l.4. de naucularis* & *lex vn. de his qui veniam ætatis* quò & Licinius abductus: vid. Zoſimum *lib.2.* & Anonymum Sirmondi. Quo vel vno ſatis refellitur narratio de Conſtantini Baptiſmo Romæ hoc anno: & inſequutâ poſt Conſtantini Baptiſmum, hoc ipſo anno, menſe *Maio, III. Kal. Iun.* Synodo Romanâ, & deinceps *Donatione*, quæ Conſtantino tribuitur.

Lucrius vel Lucer *Verinus* Præfectus vrbi Romæ fuit his quoque coss.ab Idibus Septembr. anni ſuperioris: vt teſtatur author de Præfectis vrbi: Hinc ad eum data menſe Aprili coss. *d. lex vna de his qui ven. ætat.* Non verò Calfurnius, quod ex actis Sylueſtri habet Baronius.

*Licinij* leges abrogat hoc tempore Conſtantinus *l.1. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.*

Hoc tempore, Conſtantinus, Orientis Imperio iam, Licinio profligato, potitus, componendis inter Alexandrum ARIVMQVE diſſidiis, miſſis etiam ad eos literis per *Oſium* Epiſcopum,incubuit; verum irrito conatu,vt videre eſt apud Epiphanium, *hæreſi 69.* auctorem vitæ Conſtantini *lib.2. à c.63. ad 70.* Socratem, *lib.1. c.4.5.* Id quod ad annum 319. à Baronio & à Petauio perperàm omninò refertur: quandoquidem eo anno ad hoc vſque tempus, Licinius Ægypto totóque Oriente adhuc potiebatur, non verò Conſtantinus, ad cuius Imperium Ægyptus nec quicquam tùm pertinebat.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Paulino & Iuliano vv.cc.Coſſ.325.

Prid.Id.Feb.Dat..."..*l.2.de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* ad vniuerſos Prouinciales.

" Puto hanc l.datam NICOMEDIÆ.

Pr.Non.Mar.Dat." Treu. *l.1.de his quæ ex publica conlatione.*

" Pro redditâ: vel hîc lateat Bithyniæ locus aliquis.

III.Kal.April.Dat.......*l.ſi qui aduocatorum 5.Cod.de poſtulando.* Helladio al. Palladio.

XV.Kal.Maias PP.Cæſareæ, *l.1.de vſuris.* ad Dracilianum" agentem vices Præfecti prætorio inſcribitur.

" Fit eiuſdem mentio in ep. Conſtantini ad Macarium Ep. Hieroſolymitanum ſuper baſilicâ reſurrectionis Dominicæ propè Hieroſolymam ædificandâ apud ſcriptorem vitæ Conſtantini.*lib.3.c.30.* Ergo Vicarius Orientis fuit: vbi Palæſtina fuit,cuius caput Cæſarea, vbi hæc lex propoſita.





Const.M. x.Kal.Iun.Dat.NICIÆ.*l.3.de diuerſis reſcriptis.* Seuero PF.P." A.D.325.

" al. *Seueriano PF.V.* In Aniano Rhem.& Cod.Iuſt. *Seuero PF.V.* rectè.

XV.Kal.Iul. PP.Antiochiæ *l.4. de Veteranis.* ad Maximum PF.V."

" *Pro Præfecto* Orientis videl.vt exactè docet lex 12.*de decurionibus.*

V. Id. Iul. PP. Antiochiæ *l.10.de decurionibus.* ad Maximum.....

XIIII.Kal.Aug. { Dat......*l.2.de ſuſceptoribus.* / PP......*l.1.de ponderatorib.* } ad Eufraxium Rationalem trium prouinciarum[i.Siciliæ,Sardiniæ & Corſicæ.]

III.Kal.Aug. { Dat......*l.2. de Iudiciis.* ad Seuerum PF.V. / Dat.NICOMEDIÆ *l.1.quemadmod.mun.ciuilia indic.* }

Hanc l. ab anno proximo hùc retraho.

III.Id.Aug. Dat.Nicomediæ Tiberiano Com.per Africam.*Cod.15. de teſtam. milit.* ad populum.

Hanc l. hùc retraho ab anno D. 334.

XV.Kal.Octob. { PP.* NICOMEDIÆ *l.4. de accuſationibus* ad vniuerſos prouinciales.
* pro Data.
Dat.Naiſſo *l.1.de fide teſtium.* Aurelio Helladio. }

Kal.Octob.PP.Beryto *l.1.de gladiatoribus.* Maximo PF.P.*

* id eſt, *Pro præfecto.*

Non.Octob.Dat...... *l.11.de decurionibus.* ad Conſtantium PF.P.

XIV.Kal.Nou.Dat.AQVIS."*l.1.de erogat.milit.ann.* Habe Felix.K.NB.

" Ibidem data A.333. *l.4.de diu.reſcript.* *Aquæ* verò iſtæ videntur, quæ in Myſiâ erant, cui proxima Dacia, vbi Naiſſum, neque procul à Naiſſo quarum meminit Itinerar. Peuting. & Antonini. Erant & *Aquæ Calidæ* in Thraciâ,de quib.Itin.Peuting. Putet etiam quis hic Aplis legendum.

VIII.Kal.Ian.PP.......*l.12. de decurionibus.* ad Maximum Vic. Orientis.

iii.Kal.Ian.Dat......*l.vlt.Cod. Iuſt. de prædiis minorum.* ad Seuerum......"

" P.V. Hanc l. hùc retraho ab A.D.322.

## CHRONICON HISTORICVM.

Licinius nouis rebus ſtudens *Theſſalonicæ* interemptus eſt, vt & Martinianus in Cappadociâ, Euſebius *chronico*, Anonymus Sirmondi & Idacius in *Conſular.* Zoſimus, *lib.2.p.685.* Inde igitur Conſtantinus Licinij Iudicúmque eius geſta abrogat *l.2. de infirm. his quæ ſub Tyrannis.*

Conſtantinus Licinio deuicto, poſteà & perempto, feſtoque ob victoriam de Licinio peracto, totius orbis atque adeò Orientis iam dominus, *Orientis* ſtatum variis conſtitutionibus hoc anno erexit, & aliquammultos ibi prauos mores correxit. Inter cœtera *vſuris* modum poſuit per Palæſtinam, paulò ante concilium Nicænum *l.1. de vſuris*: (quæ PP. Cæſareæ, Palæſtinæ metropoli.)

*Dracilianus* hoc tempore vices agebat Præfecti prætorio in Palæſtinâ; vt docet d. *lex 1. de vſuris*: vt & in vicinâ Ægypti parte: vt anno prox. docet lex 1. *de hæreticis*: quæ eidem Draciliano inſcribitur: fit eiuſdem mentio in ep. Conſtantini ad Macarium Ep. Hieroſolymitanum ſuper baſilicâ reſurrectionis Dominicæ prope Hieroſolymam ædificandâ apud ſcriptorem vitæ Conſtantini *lib.3. c.30.* Ergo vicarius orientis fuit: vbi Palæſtina fuit, cuius caput Cæſarea, vbi hæc lex propoſita.

NICÆÆ his coss. menſe Maio agit Conſtantinus M. vt docet *lex 3. de diuerſis reſcriptis.* Et vero ibi tum, Paulino inquam & Iuliano coss. viceſimo Conſtantiniani Imperij anno, vt teſtantur auctor vitæ Conſtantini, *lib.3. c.14. lib.4. c.47.* præſente Conſtantino M. habitum *concilium Nicænum*, celebrarique cœptum eo ipſo menſe Maio pridie eius diei quo hæc lex data eſt, puta XI. Kal. Iun. Socrates, *lib.1. c.9. in f.* Chronicon Alexandrinum, Acta Synodi Nicænæ & Chalcedonenſis. Notanda igitur ſubſcriptio *d.legis 3.* velut ſingularis: vtpote cùm ea & annum & menſem quo ea ſynodus habita egregiè ſtabiliat: ſimùl & præſentem ibi fuiſſe Conſtantinum oſtendit. Quanquam in tomo conciliorum XIII. Kal. Iulias conueniſſe hoc concilium dicitur.

Æilius *Seuerus* his coss. à pridie Non. Ianuar. Præfectus vrbis fuit, vt teſtatur Notitia Præfectorum vrbi. Inde igitur ad eum datæ his coss. menſe Maio *l.3. de diuerſis reſcriptis*: & Iulio lex 2. *de Iudiciis.*

*Maximus* hoc tempore Vicarius Orien-

tis fuit : ſub quâ diœceſi fuit & Syriâ Cœle, & in eâ Antiochia ſedes vicarij orientis: vbi ideò PP. dicitur lex 4. *de veteranis* & *lex* 10. *de decurionibus*, quæ Maximo iſti inſcribuntur : vt & Phœnice, cuius metropolis Berytus, vbi ideò PP dicitur *lex* 1. *de gladiatoribus :* quæ eidem inſcribitur. Et vero ita diſertè vocatur Maximus vicarius orientis *l.*12. *de decurionib.* quæ eidem inſcribitur, pariter vt tres illæ.

Finis concilij Nicæni fine menſis Auguſti VIII. Kal. Septembris : vt teſtatur Creſconij collectio.

Conſtantinus Edicto ſuo Nicomediæ PP. medio menſe Septembri Accuſatores Iudicum, Amicorum, Comitum ſuorum euocauit aureâ conſtitutione *l.*4. *de accuſationib.*

*Nicomediæ* vicennalia Conſtantini his coss. edita: teſtis Hieronymus, *Chronico*, & Chronicon Alexandr proculdubio ipſo Conſtantino præſente : vbi his ipſis coss. poſt concilium Nicænum PP. data dicitur menſe medio Septembri *d. lex* 4. *de accuſationibus.*

*Gladiatores* in Oriente per Phœniciam nominatim à Conſtantino M. ſublati his coss. *l.* 1. *de gladiatoribus*, eodem anno quo & concilium Nicænum habitum fuit : quo ipſo anno, 58. ferme poſt finitum id diebus, Beryti propoſita ea lex & vicennalia Conſtantini celebrata Nicomediæ : teſte quoque auctore chronici Alexandr. aduerſus quos *Lactantius* ante decennium grauiter inuectus fuerat.

Conſtantinus Nicomediâ digreſſus in *Thraciam*, *Daciam*, *Myſiámque* pergit : quo ſitu *Aquæ* fuêre, vbi data ab eo menſe Octobri *lex* 1. *de erogat. mil. ann.*

Constantivs à patre Conſtantino Cæſar factus eſt, VI. Id. Nouemb. Kalendarium Heruagianum. Idacius *in Faſti*. Superioribus coss. (quò forte id referendum) chronicon Alexandr. his coss. quibus concilium Nicænum habitum, & vicennalia celebrata, & gladiatores ſublati. Chronicon Alex. viceſimo Imperij Conſtantini anno, auctor vitæ Conſtantini *lib.*4. *c.* 40. & oratio habita *in laud. Conſtant.* Idacius, anno 324. Hieronymus A 323 cui concinit & Marcellinus quod forte eſt præferendum. Qui idem ait VI. Idus octob. Mox idem Conſtantius in Galliâ Barbaris oppoſitus v. Iulianum *orat.* 1. v. Blondel. quoque de Primatu *p.*1183.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantino A. VII. & Conſtantino * Cæſ. Coſſ. 326.

* *Conſtantio* vel *Conſtante* : Ita in pleriſque legibus.

III. Non. Feb. Dat. Heracleæ { *l.* 2. *de cuſtodiâ reorum.* ad Euagrium."
"PP.V. infr. hoc anno duas leges l. 1. ad l.
*Iul. de adulteriis*, Africano V.C. }

XV. Kal. Mart. PP. . . . . . *l.*3. *de curſu publ.* ad Acindynum PF.P.

Malim hanc l. referre ad annum 339. eámque Conſtantio tribuere.

Id. Mart. Dat. { Sirmio. *l.*1. *de integri reſtitutione.*
Dat. . . . . . { *l. lex quæ tutores* 22. *Cod. Iuſt. de adminiſtr. tutor.*
*l. vlt. Cod. Iuſt. quando decreto opus non eſt.* } } ad Populum.

Fortè & lex 29. *Cod. Iuſt. de vſuris* ad Populum his legibus iungenda eſt.

Prid. Non. Apr. Dat. Aqvil. *l. vn. ſi quis eam cuius tutor.* ad Baſſum Vic. Italiæ. Poſt alia.

Reducenda fortè hæc l. ad A.D. 320?

III. Id. Apr. Dat. . . . . . . *l.* 2. *de ſuariis.* Lucrio Verino."

" P.V. Retraho hanc l. ad A.D. 324.

XIIII. Kal. Mai. Dat. . . . . . . . *l.*2. *de emendat. ſeruorum.* Maximiliano Macrobio. . . . . . . .

VII. Kal. Mai PP. Nicomediæ *l.*2. *ad L. Iul. de adulteriis*, ad Euagrium PF.P.

VI. Kal. Mai. PP. Carthag. *l.* 3. *quorum appellat.* ad Ælianum PC. Africæ.

Puto vitium in Conſulib admiſſum, & referam hanc l. ad A.D. 320.

XVI. Kal. Iun. Dat. . . . . . . . *l.*13. *de decurionibus.* ad Euagrium PF.P.

XII. Kal. Iun. Dat. . . . . . . *l.*2. *de medicis* ad Rufinum PF.P.





Referam hanc l. ad A. 354.

X. Kal. Iun. PP. . . . . . *l. vlt. de priuilegiis eorum qui in ſacro pal.* ad Seuerum P.V.

Kal. Ian. PP. *l.*6. *de Epiſcopis.* ad Ablauium PF.P.

X. Kal. Iul. Dat. . . . . . *l.*4. *de curſu.* Menandro. . . . . .

III. Kal. Iul. Dat. . . . . . *l.*3. *de operib. publicis.* Secundo." PF.P.

" V. & infr. A. 328. *l.*6. *de accuſationib.*

Prid. Non. Iul. Dat. Med. *l.* 3. *de falſa monetâ.* ad Tertullum PC." Afr.

" perperam editum P.V.

VIII. Id. Iul. Dat. Rom. *l.* 3. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Antiocho PF. Vigilum.

Id.* Iul. Dat. . . . . *l.*4. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* ad Senatum.

* ℞ VIII. Id. vel in ſuperiori l. delendum VIII.

III. Kal. Aug.* { Dat. Aquileiæ. *l.* 2. *de filiis milit. apparitorum.* ad Seuerum.
Dat. Nicomediæ. *l.* 1. *quemadm. mun. ciuil. ind.* Tiberiano Com. per Africam. Huius l. data referenda ad annum ſuperiorem. }

* ℞ Apr.

III. Non. Aug. Recitata in Palatio. *l.* 3. *de bonis vacantibus.* ad Seuerum PF.V.

Kal. Sept. PP. Generaſto." *l.* 1. *de hæreticis.* ad Dracilianum."

℞ *Geræ aſto.* In quibuſdam MSS. Cod. Iuſt. *Geni caſto* in al. *Geraſti.*" V. quæ ad eam l. dico.

Hæc verò lex malè in Cod. Iuſt. præfert *Imppp. Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem.*

" in Cod. Iuſt. malè *Præf. Vrbi.* ſupple Agentem vices P.P. per Orientem, vt docet lex 1. *de vſuris Anno ſuperiore.*

XIIII. Kal. Octob. Dat. . . . . . *l.* 5. *de nauiculariis.* ad Ablauium PF.P.

X. Kal. Octob. . . . . . . . *l.* 11. *Cod. Iuſt. de his quæ vi metuſue cauſa.* ad Euagrium Præf. prætorio.

VIIII.* Kal. Octob. Dat. Spoleti. *l.* 2. *de hæreticis.* ad Baſſum." . . . . .

* ℞ IIII. *vel prid.*

" Vicar. Italiæ, vt hoc ipſo anno *l. vn. ſi quis eam cuius tutor.*

Prid. Kal. Octob. Dat. . . . . . . *l.* 3. *Cod. Iuſt. de precibus Imp. offer.* ad populum.

X.*. Kal. Nou. Dat. Mediol." *l.* 1. *vnde vi.* Seuero." . . . . .

" P.V.

" in Cod. Iuſt. malè *Conſtantinop.*

V. Kal. Nou. Dat. . . . . . *l.* 1." *de prædiis nauiculariorum.* ad Decretum Nauiculariorum.

" Perperàm Conſtantio tribuitur.

III. Non. Nou. Dat. Arelato. *l.* 2. *de diuerſis officiis.* ad Philippum PF.P.

Hæc lex referenda videri poſſit ad Conſtantium & ad annum 353. v. quæ dico ad *l.* 10. *de appellationibus.* Niſi malimus hîc reponere Dat. Arelape.

VIII. Kal. Dec. Dat. . . . . . . *l.* 14. *de decurionibus.* ad . . . . . PF.P.

XI.* Kal. Ian. Dat. . . . . . . *l.* 1. *de teſtamentis* . . . . . . PF.V.

* al. v.

Referenda fortè hæc lex ad A.D. 354.

Prid. Kal. Ian. Dat. { Sirmio. *l.* 1. *de iure fiſci.* ad Voluſianum" "PF.V.
" ex Cod. Iuſt. hoc tranſcriptum : nam Codex Theodoſ. id non habet.
" an *Anic. Iulianum* ? Nullus enim talis hoc anno Voluſianus P.V. fuit: verùm A. D. 313. 314. 315. quò fortè etiam hæc lex referenda. Niſi putemus hanc referendam ad A. 354. Quod non puto, propter loci adiectionem *Dat. Sirmio.*
. . . . . . . . . *l.* 2. *de tutoribus & curator.* ad populum. }

XV. Kal. . . . . PP. Laſtronæ * *l.* 1. *Cod. Iuſt. de hæred. decur. & nauicul.*

* Vrbs Moeſiæ ſecundæ. Refertur ad Conſules Anni 354.

Const.M. tis fuit : ſub quâ diœceſi fuit & Syriâ Cœle, & in eâ Antiochia ſedes vicarij orientis: vbi ideò PP. dicitur lex 4. *de veteranis* & lex 10. *de decurionibus*, quæ Maximo iſti inſcribuntur : vt & Phœnice, cuius metropolis Berytus, vbi ideò PP dicitur *lex* 1. *de gladiatoribus* : quæ eidem inſcribitur. Et vero ita diſertè vocatur Maximus vicarius orientis *l.* 12. *de decurionib.* quæ eidem inſcribitur, pariter vt tres illæ.

Finis concilij Nicæni fine menſis Auguſti VIII. Kal. Septembris : vt teſtatur Creſconij collectio.

Conſtantinus Edicto ſuo Nicomediæ PP. medio menſe Septembri Accuſatores Iudicum, Amicorum, Comitum ſuorum euocauit aureâ conſtitutione *l.*4. *de accuſationib.*

*Nicomediæ* vicennalia Conſtantini his coss. edita: teſtis Hieronymus, *Chronico*, & Chronicon Alexandr proculdubio ipſo Conſtantino præſente : vbi his ipſis coss. poſt concilium Nicænum PP. data dicitur menſe medio Septembri *d. lex* 4. *de accuſationibus.*

*Gladiatores* in Oriente per Phœniciam nominatim à Conſtantino M. ſublati his coss. *l.* 1. *de gladiatoribus*, eodem anno quo & concilium Nicænum habitum fuit : quo ipſo anno, 38. ferme poſt finitum id diebus, Beryti propoſita ea lex & vicennalia Conſtantini celebrata Nicomediæ : teſte quoque auctore chronici Alexandr. aduerſus quos *Lactantius* ante decennium grauiter inuectus fuerat. A.D.325.

Conſtantinus Nicomediâ digreſſus in *Thraciam*, *Daciam*, *Myſiámque* pergit : quo ſitu *Aquæ* fuêre, vbi data ab eo menſe Octobri *lex* 1. *de erogat. mil. ann.*

Constantivs à patre Conſtantino Cæſar factus eſt, VI. Id. Nouemb. Kalendarium Heruagianum. Idacius *in Faſtis*. Superioribus coss. (quò forte id referendum) chronicon Alexandr. his coss. quibus concilium Nicænum habitum, & vicennalia celebrata, & gladiatores ſublati. Chronicon Alex. viceſimo Imperij Conſtantini anno, auctor vitæ Conſtantini *lib.*4. *c.* 40. & oratio habita *in laud. Conſtant.* Idacius, anno 324. Hieronymus A 323 cui concinit & Marcellinus quod forte eſt præferendum. Qui idem ait VI. Idus octob. Mox idem Conſtantius in Galliâ Barbaris oppoſitus v. Iulianum *orat.* 1. v. Blondel. quoque de Primatu *p.*1183.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Conſtantino A. VII. & Conſtantino * Cæſ. Coſſ. 326.

* *Conſtantio* vel *Conſtante* : Ita in pleriſque legibus.

III. Non. Feb. Dat. Heracleæ { *l.* 2. *de cuſtodiâ reorum.* ad Euagrium." / ''PP.V. infr. hoc anno duas leges l. 1. ad l. / *Iul. de adulteriis*, Africano V.C.

xv. Kal. Mart. PP...... *l.* 3. *de curſu publ.* ad Acindynum PF.P.

Malim hanc l. referre ad annum 339. eámque Conſtantio tribuere.

Id. Mart. Dat. { Sirmio. *l.* 1. *de integri reſtitutione.* / Dat...... { *l. lex quæ tutores* 22. *Cod. Iuſt. de adminiſtr. tutor.* / *l. vlt. Cod. Iuſt. quando decreto opus non eſt.* } ad Populum.

Fortè & lex 29. *Cod. Iuſt. de vſuris* ad Populum his legibus iungenda eſt.

Prid. Non. Apr. Dat. Aqvil. *l. vn. ſi quis eam cuius tutor.* ad Baſſum Vic. Italiæ. Poſt alia.

Reducenda fortè hæc l. ad A.D. 320?

III. Id. Apr. Dat....... *l.* 2. *de ſuariis.* Lucrio Verino."

" P.V. Retraho hanc l. ad A.D. 324.

XIIII. Kal. Mai. Dat........ *l.* 2. *de emendat. ſeruorum.* Maximiliano Macrobio........

VII. Kal. Mai PP. Nicomediæ *l.* 2. *ad L. Iul. de adulteriis*, ad Euagrium PF.P.

VI. Kal. Mai. PP. Carthag. *l.* 3. *quorum appellat.* ad Ælianum PC. Africæ.

Puto vitium in Conſulib admiſſum, & referam hanc l. ad A.D. 320.

XVI. Kal. Iun. Dat........ *l.* 13. *de decurionibus*. ad Euagrium PF.P.

XII. Kal. Iun. Dat....... *l.* 2. *de medicis* ad Rufinum PF.P.

Referam



Const.M. Referam hanc l. ad A. 354. A.D.326.

x. Kal. Iun. PP...... *l. vlt. de priuilegiis eorum qui in ſacro pal.* ad Seuerum P.V.

Kal. Ian. PP. *l.* 6. *de Epiſcopis.* ad Ablauium PF.P.

x. Kal. Iul. Dat...... *l.* 4. *de curſu.* Menandro......

III. Kal. Iul. Dat...... *l.* 3. *de operib. publicis.* Secundo." PF.P.

" V. & infr. A. 328. *l.* 6. *de accuſationib.*

Prid. Non. Iul. Dat. Med. *l.* 3. *de falſa monetâ.* ad Tertullum PC." Afr.

" perperam editum P.V.

VIII. Id. Iul. Dat. Rom. *l.* 3. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Antiocho PF. Vigilum.

Id.* Iul. Dat..... *l.* 4. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* ad Senatum.

* al. VIII. Id. vel in ſuperiori l. delendum VIII.

III. Kal. Aug.* { Dat. Aquileiæ. *l.* 2. *de filiis milit. apparitorum.* ad Seuerum. / Dat. Nicomediæ. *l.* 1. *quemadm. mun. ciuil. ind.* Tiberiano Com. per Africam. Huius l. data referenda ad annum ſuperiorem.

* al. Apr.

III. Non. Aug. Recitata in Palatio. *l.* 3. *de bonis vacantibus.* ad Seuerum PF.V.

Kal. Sept. PP. Generaſto." *l.* 1. *de hæreticis*. ad Dracilianum."

al. *Geraſto*. In quibuſdam MSS. Cod. Iuſt. *Geni caſto* in al. *Geraſti*. " V. quæ ad eam l. dico.

Hæc verò lex malè in Cod. Iuſt. præfert *Impp. Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem.*

" in Cod. Iuſt. malè *Præf. Vrbi.* ſupple Agentem vices P.P. per Orientem, vt docet lex 1. *de vſuris. Anno ſuperiore.*

XIIII. Kal. Octob. Dat...... *l.* 5. *de nauiculariis.* ad Ablauium PF.P.

x. Kal. Octob....... *l.* 11. *Cod. Iuſt. de his quæ vi metuſue cauſa.* ad Euagrium Præf. prætorio.

VIIII.* Kal. Octob. Dat. Spoleti. *l.* 2. *de hæreticis.* ad Baſſum."....

* al. IIII. *vel prid.*

" Vicar. Italiæ, vt hoc ipſo anno *l. vn. ſi quis eam cuius tutor.*

Prid. Kal. Octob. Dat....... *l.* 3. *Cod. Iuſt. de precibus Imp. offer.* ad populum.

x.*. Kal. Nou. Dat. Mediol." *l.* 1. *vnde vi.* Seuero."....

"P.V.

" in Cod. Iuſt. malè *Conſtantinop.*

v. Kal. Nou. Dat..... *l.* 1." *de prædiis nauiculariorum.* ad Decretum Nauiculariorum.

" Perperàm Conſtantio tribuitur.

III. Non. Nou. Dat. Arelato. *l.* 2. *de diuerſis officiis.* ad Philippum PF.P.

Hæc lex referenda videri poſſit ad Conſtantium & ad annum 353. v. quæ dico ad *l.* 20. *de appellationibus.* Niſi malimus hîc reponere Dat. Arelape.

VIII. Kal. Dec. Dat....... *l.* 14. *de decurionibus.* ad..... PF.P.

XI.* Kal. Ian. Dat....... *l.* 1. *de teſtamentis*...... PF.V.

* al. v. Referenda fortè hæc lex ad A.D. 354.

Prid. Kal. Ian. Dat. { Sirmio. *l.* 1. *de iure fiſci.* ad Voluſianum" "PF.V.

" ex Cod. Iuſt. hoc tranſcriptum : nam Codex Theodoſ. id non habet.

" an *Anic. Iulianum* ? Nullus enim talis hoc anno Voluſianus P.V. fuit: verùm A. D. 313. 314. 315. quò fortè etiam hæc lex referenda. Niſi putemus hanc referendam ad A. 354. Quod non puto, propter loci adiectionem *Dat. Sirmio.*

......... *l.* 2. *de tutoribus & curator.* ad populum. }

xv. Kal..... PP. Laſtronæ * *l.* 1. *Cod. Iuſt. de hæred. decur. & nauicul.*

* Vrbs Moeſiæ ſecundæ. Refertur ad Conſules Anni 354.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantinus huius anni initio conſiſtit in Thraciâ vel in Macedoniâ *Heracleæ*: mox idem in Pannoniam *Sirmium* profectus: Inde igitur data ab eo *Heracleæ* III. Non Feb. *lex 2. de cuſtod. reorum* : & *l.1. ad l.Iul. de adulter.* & Id. Mart. Sirmij *lex 1. de integri reſtitutione.*

Conſtantinus *Minoribus* aduerſus Tutorum & Curatorum fraudes, commenta, temeritatem enixius, conſultius, melius quam priſco iure cautum fuerat nouo prolixoque Edicto ad populum ( V. R. ) emiſſo, hoc tempore conſultum iuit: Cuius edicti partes ſunt tres quatuorue, leges hic ſuprà poſitæ.

In Italiam è Pannoniâ pergit Conſtantinus Romam tandem: & quidem *Aquileiam* primùm: vbi ab eo data menſe Aprili lex *vn. ſi quis eam cuius tutor.* dein. *Mediolanum*: vbi data ab eo menſe Iulio *lex 3. d. falſa monetâ* : tandem *Romam* eodem menſe Iulio peruenit, de quo mox.

CRISPVM ( vnà cum aliis Amicorum ) his coss. hoc tempore fermè, interfectos puto; etſi Chronici Alexandrini auctor id in ſuperiores coss. referat: vt & Euſebius ſiue Hieronymus *in Chronico* anno Conſtantini XVIIII. Criſpi Imperij nono. Argumenta hæc habeo. 1. Idaciana conſularia id in hos coss. diſertè referunt, quibus iiſdem Conſtantinum *Romæ* vicennalia edidiſſe ſcribunt. 2. Zoſimus *lib. 2.* ſcribit, id factum, ἐπεὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, id eſt, vbi Conſtantinus Romam profectus eſſet: quod ſanè his coss. factum docet *lex 3. de infirm. his quæ ſub Tyrannis* 3. Marcellinus, *Polæ* in Iſtriâ peremptum Criſpum ſcribit: atquin Pola proxima *Aquileiæ*, vbi Conſtantinum hoc tempore poſitum fuiſſe teſtatur *d. lex vn. ſi quis eam cuius tutor.* 4. Tandem, quod Sidonius Apollinaris ſcribit *lib. 5. ep.8.* de diſticho ab Ablauio Cos. (qui ſcilicet poſtea Cos. fuit) clàm Palatinis foribus appenſo, hanc ſententiam iuuat: quia his ipſis coss. *Ablauius PP.* reperitur: vt docet *lex 6. de Epiſcopis* : *& lex 5. de nauicular.*

Acilius *Seuerus* his quoque coss. Præfectus vrbi fuit vſque ad Idus Nouembres: teſtis Notitia Præfectorum vrbi. Hinc adeò ei inſcribuntur hoc medio tempore *lex vlt. de priuil. eorum, qui in S. P. l. 2. de filiis milit. apparit. lex 3. de bonis vacantibus* : *l. 1. vnde vi.*

Ablauius PP. fuit hoc anno: cui ideò inſcribuntur *lex 6. de Epiſcopis* : *l.5. de nauiculariis.* Dixi plenè de eo in *Proſopographia.*

*Clericorum* cooptationibus promiſcuis ne in fraudem munerum publicorum cederent, modum impoſuit hoc tempore Conſtantinus *d. l.6. de Epiſcopis.* E Pannoniâ, Aquileiâque, Conſtantinus M. *Mediolanum* ſeſe confert: vbi ab eo data menſe Iulio *lex 3. de falsâ moneta.*

ROMAM Conſtantinus hoc tempore Aquileia Mediolanóque digreſſus profectus eſt: vbi & conſtitit, cùm SILVESTER Epiſcopus Romanus, Seuerus verò P. V. eſſet, ibidémque vicennalia magnifice edita teſte Hieronymo, & Idacio, *in Chron.* ab eo ibi poſito. Hinc adeò data ibi ab eo *lex 3. de infirm. his quæ ſub Tyrannis* VIII. Id. Iul. vide & Zoſim. *lib.2.p.685.& 686.* & chronicon Alexandrinum, quod metachroniſmo biennij peccat. Et quidem circa *Idus Iulias*, quibus tranſuectio Equitum celebrata, teſte eodem Zoſimo, hinc igitur lata *d.lex 3.* VIII. *Id Iul.* Hinc & recitata in Palatio, Conſtantino ſcilicet præſente tùm, menſe Auguſto lex 3. *de bonis vacantibus*, quæ data eſt ad Seuerum P. V. Eodémque menſe Auguſto ibidem Romæ *Helena* mortua eſt, inter filij ac nepotum complexus, Auguſti XVIII. ibidémque ſepulta. Auctor vitæ Conſtant, *lib.3.c.46.& 17.* Id *quod ab* aliis ad A.D.327. prox. malè refertur. Atque hæc illa Conſtantini M. Romæ mora eſt & quidem vltima, quæ Senatum populúmque Romanum Conſtantino M. inconciliauit, propter eradicandæ videl. in eâ ſuperſtitionis Gentilitiæ ſtudium. Hinc & poſteà de Conſtantinopoli excitandâ conſilium: hinc ornamentorum è Româ poſtea tranſlatio: hinc populi Romani in eum conuitia; de quib. Libanius, *orat. ad Theodoſium 13. p.412.*

*Hieroſolymitanæ Eccleſiæ* excitandæ circa hoc tempus Conſtantinus M. animum adiecit poſt concilium Nicænum. Id quod ex *Draciliani* quoque nomine colligo, qui vt paulo ante concilium Nicænum vices P. P. egit in Palæſtinâ viciniſque locis, quod docet lex 1. *de vſuris*, ita & hoc quoque anno ipſo: cui ideò inſcribitur *lex 1. de hæreticis.* Conſtantinus verò nominatim *ep.ad Macarium Ep. Hieroſolym.* ait, ſeſe Baſilicæ illius excitandæ negotium huic Draciliano διέπον-τι τὰ τῶν ἐπαρχιῶν μέρη, dediſſe ait.

In *hæreticos* & ſchiſmaticos Conſtantinus M. conſtitutionem edidit *l. 1. de hæreticis*: quâ, priuilegia Catholicis clericis conceſſa ad hæreticos & ſchiſmaticos pertinere negat. Id verò ad Arianos & Meletianos pertinere rectè iudicauit Baronius: qui vtrique hoc anno ſocietatem coiêre, cùm Athanaſius iam Ep. factus fuiſſet. Et verò eò quoque pertinet ſubſcriptio *d. l. 1. de hæreticis.* PP. *Geræ aſto* ( nam ita repono ) quæ vrbs in Mareotide Ægypti erat. Vbi & Meletiani erant v. Athanaſium *Apol.2.* de quo in *Commentar.*

Conſtantinus M. hoc anno, in fauorem annonæ vrbis Romæ, de nauiculariis multa conſtituit, *l.5. de nauicul. l.1. de præd. nauicul. l.4. de infirm. his quæ ſub Tyr. l. 1. Cod. Iuſt. de hæred. decur. & nauicul.*

Conſtantinus Româ, ( vbi conſtiterat trimeſtri fermè, Iulio, Auguſto, Septembri ) digreſſus v. Kal. Octobris ( hanc enim *Profectionem Diui* ad eum diem adnotatam in veteri Kalendario Romano Heruagiano accipio: niſi quod hæc lex ſuadeat, verba illa, Profectio Diui non ad v. *Kal. Octobr.* verùm ad VIII. *Kal.* relata fuerint. Denique niſi hic pro VIIII. reponamus *prid.* ) Mediolanum atque inde in Pannoniam reuerſurus, *Spoletum* prius venit: vbi ab eo data tum *lex 2. de hæreticis.*

*Nouatianis* ſuas Eccleſias ſuaque ſepulchra







chra hoc tempore Conſtantinus per Italiam relinqui, ad eorum petitionem, iuſſit, idque *l.2. de hæreticis.*

*Mediolanum*, Româ, Spoletioque digreſſus, Conſtantinus perrexit, vbi data ab eo menſe Octobri *lex 1. vnde vi.*

Anicius *Iulianus* Præfectus vrbi, poſt Acilium Seuerum ( ad quem data adhuc menſe Octobri *d. lex 1. vnde vi* ) factus ab Idibus Nouembris: vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi.

Conſtantinus ex vrbe Româ Italiaque in Illyricum pergens, in *Pannoniam* primùm *Sirmium* venit: vbi data ab eo fine anni *lex 5. de iure fiſci.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantino Cæſ.v.& Maximo Coſſ.327.

III. Kal. Mar. Dat. THESSAL. *l.2. ſine cenſu vel reliquis.* Acacio Comiti Macedoniæ.

Prid. Non. Mar. Dat........ *l. 2. de Prætoribus & Quæſtoribus.* Iuliano PF. V. Acc. Romæ.

xv. Kal. Apr. Dat........ *l. 7. Cod. Iuſt. comminationes, epiſtolæ*, &c. ad Baſſum *Præf. prætorio.*"

" al. P. V.

Malè huic ſubnotatum *Conſtant. A. VI. & Maxim. Coſſ.*

XI. Kal. Mai. PP. Karthag. *l. 15. de decurionibus.* ad Annium Tiberianum Comitem."

" Per Africam, vt ex ſubſcriptione loci apparet: & nominatim teſtatur ſuperiore anno 326. *lex 1. quemad mun. ciuil.*

xv. Kal. Iun. Dat. SERDICÆ *l.4. de Exactionibus.* ad Afros ſeu *l. 1. Cod. de capiend. & diſtrah. pign. trib. cauſâ.*

III. Id. Iun. Dat..."... *l.2. de famil. herciſc.* ad Conſtantium PF. P.

" Conſtantinopoli, malè vt alias ſæpè, errore nato ex ſequenti Coſ. voce, *Conſtantino.*

XIII. Kal. Aug. Dat...... *l.2. de dilationibus.* ad Iulianum PF. V. Prop. Romæ.
III. Non. Aug. Dat. HERACLEÆ. *l. 13. de appellationibus.* ad Iulianum PF. V.

Ab anno ſuperiore hæc lex hùc retrahenda, vel ſanè ad annum 329.

Prid. Kal. Aug. Dat...... *l.14. de appellationibus.* Victori Rationali vrbis Romæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantinus in Macedoniam è Pannoniâ profectus *Theſſalonicæ* egit huius anni initio: vbi data ab eo fine menſis Februarij *lex 2. ſine cenſu.*

Anicius *Iulianus* his quoque coss. Præfectus vrbi fuit, vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi. Quare huic inſcribuntur duæ hoc anno conſtitutiones, puta *lex 2. de Prætoribus* : *lex 2. de dilationib.* Imò & *lex 3. de appellat* quæ ad hos coss. retrahenda, vna cum *l.17. Cod. de appellat.*

Conſtantinus è Macedoniâ in *Daciam* profectus: vbi *Serdicæ* ciuitate ab eo data menſe Iunio *lex 4. de exactionibus.*

Conſtantinus *Heracleæ* agit, ſiue Macedoniæ, ſiue Thraciæ quod malim; ſi modò ad hunc annum referenda eſt *lex 13. de appellationibus.*

SECVNDA INDICTIO Conſtantinianea hinc incipit: vide ſupra A.D.312. & infra A.D.341. ex Athanaſio.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Ianuarino * & Iuſto Coſſ.328.

* al. Ianuario. In Faſtis Capitolinis, *Flauius Magnus Ianuarius.*

Kal. Mart. Dat. NICOMEDIÆ. *l. vn. de menſis oleariis*, ad Cerealem PF. annonæ. Acc. VIII.* Id. April. Rom.

* Trigeſimo ſeptimo poſt die.

vi.Id.Mai.Lecta Rom. *l.4.de extraordinariis.* ad Æmilianum PP.
iii.Non.Iul.Dat.Yscoi.*l.5.de priuilegiis eorum qui in ſacro pal.*ad vniuerſos Palatinos.
xi.Kal.Nou.PP.Tyro. *l.4.de famoſis libellis.*ad Dionyſium"......

" Comitem. V. infr.A.339.

Kal.Dec.Dat........*l.6.de accuſationibus.*Secundo"PF.P.

" v.ſup.A.326.*l.3.de operib.publ.*

iiii.Kal.Ian.* Dat." Triuero. †*l.5.de Veteranis.*Maximo"........

*Iun.C.Iuſt. " pro *reddita*, ſi Treuiris.

" PF. P.Rectè ſubſcripta.† Fortè locus in Triballis vbi Yſcoum, vel circa: quomodo & Triballis data lex 5.C.*de adoptionib.*

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus M. in Bithyniâ his coss. agit *Nicomediæ*: vbi Kal. Martiis data ab eo *lex vn. de menſis oleariis.* De hâc ipsâ Conſtantini morâ Nicomediæ his coss. teſtis eſt auctor Chronici Alexandrini: accipiendus & Socrates, *hiſtor.Eccl.lib.1.c.25.&* 27.*Gr.*Ibidem Eccleſiâ Nicomediæ inquam, ædificauit, de quo auctor vitæ Conſtantini. 3.*c.*49. ibidem baſilicam antiquam inſtaurauit: Vetus orbis deſcriptor *c.* 32. verùm poſtea accidit.Ibidem in Bithyniâ Conſtantinus Drepanum vicum in Helenopolim ciuitatem mutauit.Quod quidem Chronicon Alex. *Superiorib.* coss. 327. adſcribit: pariter vt Hieronymus quoque *Chronico*, anno Imp. 21. & Socrates. Ibidem hoc tempore videtur Conſtantinus de Macarij & Athanaſij cauſa cognouiſſe Nicomediæ, mox Pſammathiæ Nicomediæ ſuburbano. de quo v. Athanaſ. Apol. 2.*p.*604 607. Socratem, *lib.* 1.*c.* 20. Anicius *Iulianus* hoc quoque anno P. V. fuit: vetus *Notit. Præf. vrbi.*

Conſtantinus M. hoc tempore in *Dacia* Ripenſi agit; in quâ *Oeſcoum*, ſeu οἶσκος Triballorum Ptolomæo *lib.3.c.10.*ſeu*Eſco*,vt vocatur in Itineratio Peutinger, ab Eſco ſeu Oiſco fluuio; Iſch hodie *Oeſce* in Notitia Imperij: *Oeſcon* in Itiner. Antonini: vbi data ab eo menſe Iulio *lex 5. de priuil. eorum qui in S. pal.* Certe chonici Alexandrini auctor disertè ſcribit his coss. *Conſtantinum ſæpe Danubium traieciſſe, pontémque illi lapideum impoſuiſſe.* Neque dubito hoc tempore & anno ſequente Conſtantino M. rem fuiſſe cum Gothis & Taifalis: Taifali enim eâ parte fuere trans Oeſcum & Danubium in Valachiâ & Moldauiâ, Oeſcum in Bulgariâ.

Constantinopolitanæ vrbis fundamenta his coss. iacta: teſte Chronici Alexandr. *auctore, &* Cedreno. v. & Iulianum, *orat.* 1.*p.* 14. idque 26. Nouembris eodem Cedreno auctore.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Conſtantino A.viii.& Conſtantino *C.iv.* Coſſ.329.

* al.*Conſtantio.*

* alicubi v.

iii.* Non.Mar.Dat......*l.4.de falsâ monetâ.*Helpidio.....
*al.iiii.

xiii.Kal.Iul.Dat.Serdicæ.*l.18. de appellationib.* Anicio Iuliano P.V. PP. vi.* Kal.Aug.Romæ.

* Trigeſimo nono poſt die.

Malè refertur hæc lex ad annum D.339.

xi.Kal.Aug.Dat.Sirmio *l.4.de operibus publicis.*Hanc Felix cariſſime nobis.
viii.* Kal.Aug Dat.Naisso.*l.2.de integri reſtitut.* ad Baſſum"......

*al.vii. " PF.P.C.Iuſt.

iiii.Kal.Aug. PP.Carthagine. *l.15.de appellationibus.* ad Concilium prouinciæ Africæ.
iii.Non.Aug.Dat.Heracleæ. *l.13.de appellationibus* ad Iulianum PF.V.

Malè



Malè refertur ad A.326.

xv.Kal.Sept.Prop.* Serdicæ.*l.vn.de his ſanguinolentos.*Italis ſuis.

* al. Data rectiùs.

iii.Kal.Octob.Dat. Serdicæ.*l.16.de decurionibus......*
viii.Kal.Nou.Dat.Heracleæ. *l.17.de decurionib.*ad Lucretium Paternum......
vii.*Kal.Dec.Dat......*l.18.de decurionibus* ad VV.CC.PF.P.poſt alia.
*al.xii.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus M. his coss. in Daciâ, vbi *Serdica*;in Pannonia, vbi *Sirmium*: & rurſum in Daciâ *Naiſſi, Serdicæque*: tandem & in Thracia *Heracleæ* ſubſtitit: in quibus ciuitatibus ideò à Conſtantino hoc anno variæ leges datæ dicuntur.

Anicius *Iulianus* fuit quoque his coss. Præfectus vrbi, vſque in diem 7. Iduum Septembris: quo Publilius Optatianus ei ſuffectus eſt & poſt trigeſimum diem viii. Id. Octobris Petronius Probianus vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi: Quare ante eam diem his coss. ad eum datæ lex 13. *&* 18. *Cod. Theod. de appellat.* quæ ad hunc annum retrahendæ ſunt.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Gallicano & Symmacho Coſſ.330.

Non.Feb.Dat.Serdic.*l.7.de Epiſcopis.* Valentino Conſulari Numidiæ.
viii.Kal.Mar.Dat."....*l.1.finium regundorum.* ad Tertullianum V.P." Comitem diœceſeos Aſianæ.

" Veronæ in *Cod.Iuſt.*

" id eſt, Virum Perfectiſſimum.

Hac l. agitur de locis datis ſeu aſſignatis (militibus ſcil.ſeu veteranis.)

iiii.Kal.Mai.Dat...... *l. 3. de ſponſalibus.* Valeriano agenti Vicariam Præfecturam.
xv.Kal.Iun.Dat...... *l.1. de Aquæductu.* ad Maximilianum Conſularem Aquarum.
xii.Kal.Iul.Lecta apud acta.*l.2.finium regundorum* ad Baſſum PF. V."

" An PF. P. vt anno proximo *l.3. de liberali cauſa.* Niſi malit quis hanc l.referre ad Gallicanum & Baſſum Coſſ. id eſt, A.D.317. Fuit certè hoc anno non Baſſus verùm Probianus P.V. teſte auctore Notitiæ Præfectorum vrbi. Prius illud præfero.

xii.Kal.Aug.Huc retraho ab A. D. 317.quatuor conſtitutiones quæ datæ ſunt ad *Bithynos.*
iii.Kal.Decemb.Dat. Constantinop. *l.2.de Iudæis.*ad Ablauium PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

*Indictio Tertia: ſecunda* [illegible]

Conſtantinus M.huius anni initio in Daciâ conſtitit *Serdicæ*: vbi ideò data ab eo menſe Februario *lex 7. de Epiſcopis.*

Petronius *Probianus* his coss. P. V. fuit vetus *Notit. Præf. vrbi.*

*Donatiſtæ* per Numidiam ab exilio reuocati ante nouennium A. 321. ab hoc fermè tempore auctore Donato exitioſius erumpunt, & exinde graſſantur, adiuncta iam hæreſi ad ſchiſma, & Circumcellionibus inſtitutis. De quo ita Hieronymus, *in Chronico. Donatus Hæreſiarches ſexto poſt Arium anno vnitatis vinculum rumpit.* Hinc adeô inter alia per horum iniuriam, clerici ſaltem minores, Lectores videl. & Hypodiaconi ad Curias deuocati, quod ad ſimilitudinem Orientis, inhibuit Conſtantinus *l.7. de Epiſcopis*: quæ ideò data eſt ad Conſularem *Numidiæ.* Quid in ipſos deinceps ſummoſque magiſtratus auſi, vide infrà A. 336.

Constantinopolis (cuius fundamenta vt antea dixi iacta A 328.) his coss. dedicata: Encæniorum iſtorum dies v. Id. Maij, ſeu xi. Maij feriâ ſecundâ, *Indictione* 3. Schedæ vetuſtæ de Valente Aſtronomo apud Seldenum de iure naturali *lib.3. p.*413. Chronicon Alexandrinum, Conſularia Idaciana, & Cedrenus, inſigni loco. Hinc iam huius anni fine extremo menſe Nouembri data à Conſtantino Conſtantinopoli *lex 2.*

CONST.M. *lex* 2. *de Iudæis.* ¶ Eodem porrò menſe Maio ibidem à Conſtantino M. apertum lauacrum Zeuxippi, Circo & Palatio proximum: teſtis auctor Chronici Alexandrini. Ad cuius lauacri *Aquæductuum* tuitionem proculdubio pertinet *lex* 1. *de Aquæductu*, quæ eodem menſe Maio data eſt quarto poſt Encænia die. A.D.331.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Baſſo & Ablauio Coſſ. 331.

Prid. Kal. Mar. Dat...... *l.* 3. *de liberali cauſâ.* ad Baſſum PF.P.*

*al. PF. V. malè.

xv. Kal. Mai. Dat. Conſtantinopoli *l.* 1. *de expoſitis.* ad Ablauium PF.P.*
* V.

iii. Non. Dat...... { *l.* 1. *de repudiis.* / *l.* 1. "*de Epiſcopali iudicio.*" } ad Ablauium PF.P.

" Coſſ. in h.l. omiſſi.

" Hypobolimæa lex.

Kal. Iul. Dat.* Treueris *l.* 2. *de Numerariis......*

* pro reddita.

x. Kal. Aug. Dat...... *l.* 2. *Cod. Iuſt. vbi in rem actio.* ad vniuerſos prouinciales.

Kal. Aug. Dat........ { *l.* 3. *finium regundorum.* / *l. vn. de litigioſis.* / *l.* 16. *&* *l.* 17. *de appellationib.* / *l.* 1. *de his qui per metum.* / *Pars Iudicis non appell.* } ad prouinciales, *vel* ad vniuerſos prouinciales. PP. Kal.* Sept. *vel* PP. Kal. Sept. Conſtantinopoli.

* Trigeſimo ſecundo poſt die.

Prid. Non. Aug. Dat...... { *l.* 3. *de filiis militar. apparit.* / *l.* 19. *de decurionibus.* } ad Euagrium....

Prid. Id. Aug. Dat.... *l.* 20. *de decurionibus.* ad Euagrium PF.P.

Kal. Octob.* Dat.... *l. nemo poſt* 4. *Cod. Iuſt. de iuriſdict. omnium Iudicum* ad vniuerſos prouinciales.

* ᵹ Aug. vel Nouemb.

Hâc l. fit mentio Præfecti Prætorio, & *Comitis Orientis*, & Spectabilium Iudicum.

xvi.* Kal Nou. Dat....... *l. vn. de officio Præfect. prætorio.* ad Baſſum PF.P.

* xi. al xv.

Kal.* Nouemb.* Dat. Conſtantinop. { *l.* 1. *de officio Rect. prouinciæ* / *l. iuſtiſſimos.* 3. *Cod. Iuſt. de off. rect. prou.* } ad prouinciales.

* x. Kal. Nou. in An. opt. notæ.

Kal. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 4. *de Iudæis Hiereis*, Archiſynagogis & Patribus Synagogarum, & cæteris qui in eodem loco deſeruiunt.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus M. his coſs. egit *Conſtantinopoli*: vbi & datæ tres ab eo conſtitutiones occurrunt vide & quæ auctor chronici Alex ſcribit ſub *finem anni ſuper.* 330.

Petronius *Probianus* huius anni initio P. V. Romæ fuit: Pridie Idus April. ſuffectus ei Anicius *Paulinus*. Vetus Notit. *Præf. vrbi.*

Conſtantinus M. his coſs. ampliſſimum Edictum emiſit ad vniuerſos prouinciales per Orientem, quod Conſtantinopoli propoſitum, de *Iudiciorum ordine, & ſanctitate*: aduerſus Iudicum, Officialium, & Priuatorum quoque poſſeſſorum prauitatem: Cuius Edicti partes ſex occurrunt: puta *lex* 2. *Cod. Iuſt. vbi in rem actio*: *lex* 3. *finium regundor. l. vn. de litigioſis*: *l.* 16. *&* 17. *de appellationib. l.* 1. *de his qui per metum Iudicis.* Eodem pertinere, ſeu eiuſdem Edicti partes

eſſe



CONST.M. eſſe videri quoque poſſint *l.* 4. *Cod. Iuſt. de Iuriſdict. omnium Iudic. l.* 1. *de officio Rectoris prouinciæ, & l. iuſtiſſimos* 3. *Cod. Iuſt. de off. rectoris prouinc.* A.D.332.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Pacatiano & Hilariano Coſſ. 332.

III. Id. Apr. Dat...... *l.* 4. *de filiis militar. apparit.* ad Leontium PF.P.

Prid. Id. Apr. Dat. MARTIANOP. *l.* 4. *de ſponſalibus.* ad Pacatianum PF. V."

" PP. in Cod. Iuſt. vt etiam præfert lex 2. *de aduocat. fiſci*: & *lex* 1. *de ſuariis.*

III. Iun. Dat........ *l. ſi idem* 7. *Cod. Iuſt. de codicillis.* ad Maximum PF.P.

VII.* Kal. Aug. Dat." Coloniæ Agrippinæ." { *l.* 1. *de libertis.* / *l.* 3. *de inoff. teſtam.* } ad Concilium Byzacinorū.

* al. VI.

" id eſt reddita. " ᵹ. *Adrimittina.* Neque enim hoc tempore Conſtantinus M. in Galliis fuit: neque ei cum Francis tum ei res fuit, quod volebat nuper Valeſius, *de geſtis veterum Franc. p.* 26.

xv. Kal. Sept. Dat........... *l.* 6. *Cod. de ſeruis fugitiuis.* ad Tiberianum Comitem Hiſpaniarum.

VII.* Kal. Nou. Dat. { CONSTANTINOP. *l.* 4. *de liberali cauſa.* / ........... *l.* 1. *de fugitiuis colonis.* ad Prouinciales. }

* al. III.

## CHRONICON HISTORICVM.

GOTHI, Sarmatis implorantibus, his coſs. victi ab exercitu Romano, per Conſtantinum Cæſarem, in terris Sarmatarum, menſe Aprili die XII. Kal. Mai. Hieronymus, *Chronico* anno Conſtantini 25. Conſularia Idaciana, & Anonymus Sirmondi. Eo certe ipſo menſe Aprili Conſtantinus M. *Martianopoli* egit, vt docet *lex* 4. *de ſponſalibus*, quæ vrbs fuit Myſiæ II. in viciniâ Gothorum & Sarmatarum: quâ etiam ipsâ l. agitur de milite ſponſo abſente à ſponsâ per biennium expectando. Sed & eiuſdem Conſtantini M. *lex* 4. *de filiis militar. apparitor.* eodem menſe iam antea data III. Id April. proculdubiò ad apparatum iſtius belli Gothici pertinet: vtpote quâ veteranorum filij ad militiam cogi iubentur. De cuiuſmodi Edicto v. & Seuerum *c.* 1. *de vita S. Martini.*

Anicius *Paulinus* his quoque coſs. Præfectus vrbi Romæ fuit: teſtis auctor Notitiæ Præfectorum vrbi: non verò Pacatianus.

*Annona* gratuita iam ab hoc Conſulatu Conſtantinopolim inhabitantibus τοῖς πολίταις à Conſtantino M. data, vt teſtatur auctor chronici Alex. de quâ v. eundem A. 337. De hâc annonâ iam dixi ad Philoſtorgij, *lib.* 2. *c.* 9.

*Conſtantinopolim* ex Myſiâ, bello Gothico defunctus Conſtantinus reuerſus: Hinc iam extremo menſe Octobri data ab eo Conſtantinopoli *lex* 4. *de liberali cauſâ.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Dalmatio & Zenophilo vv.cc. Coſſ. 333.

XIIII.* Kal. Mai. Conſtantinop. *l.* 3. *de admiſtrat. tutorum.* Felici..."...

" Videtur fuiſſe Proconſul Africæ.

IIII. Non. Mai. Dat. Conſtantinop. { *l.* 2. *de fide teſtium.* / *l.* 5. *de donationib.* } ad Seuerum Com. Hiſpaniarum.

III. Non Mai. Emiſſa........ *l.* 3. *de Numerariis.* ad Maximum PF.P.

v. Kal. Octob. PP. Conſtantinp. *l.* 3. *de Medicis & Profeſſoribus.* ad populum.

III. Id. Nou. Dat. AQVIS." *l.* 4. *de diuerſis reſcriptis.* Ad Barbarium Pompeianum Conſularem Campaniæ.

" *Aquas* quæ in Myſiâ vel in Daciâ accipio: pariter vt anno 325. *l.* 1. *de erogat. milit. ann.* vbi vid quæ dixi: vel reponendum *Apris*, quod haud longe diſſitum à Conſtantinopoli, in Thraciâ vid. *Itin. Pentinger. Plinium, Paulum, Iuſtinum.*

CONST.M. Id.Nou.Dat.& PP.......*l.5.de filiis militar.apparitorum.* Ablauio PF.P. A.D.334.

## CHRONICON HISTORICVM.

C*Onſtantinopoli* hoc anno egit Conſtantinus M. vbi & datæ ab eo leges tres.

*Templa & idola Gentilium* celeberrima, vnà cum ſuperſtitionis gentilitiæ ornamentis, hiſce potiſſimùm coss. à Conſtantino M. euerti iuſſa, & exinde euerſa; *Opeſque* & *Reditus* Templis detracta de quo v. Iulianum *orat.7.p.424.* Eunapium, *in v. Ædeſij p.37.* Libanium, *in orat. Apolog. 26. p.531.* & orat. *pro Templis.p.9.* Theodoretus, *lib.5.c.10.* Hieronymus *Chronico*, & Cedrenus id nominatim factum aiunt, viceſimo quinto, ſextóque & ſeptimo Imperij Conſtantini anno, id quod his coss. congruit. Idque etiam diſerte de *Sepulchrorum* nominatim ſeu monumentorum demolitione his coss. iudicium facit *lex 2. de ſepulchris violatis.* Contrà, Hieroſolymis, atque alibi, Baſilicæ paſſim excitatæ v. chron. Alex. *hu* coss. itineráque ſeu peregrinationes ad ea loca frequentatæ; vt diſcere eſt ex Itinerario Hieroſolymitano; cuiuſmodi ſanè iter his coss. confectum Auctor eius deſcribit.

His coss.P. V. fuit initio Anicius *Paulinus*: à VII. Id April. Publilius *Optatianus* in dies 32. à VI. Idus Maias, Ceionius Iulianus Kamænius. Not. Præf. vrbi.

Ad Conſtantinopolim multitudine hominum replendam, ſtudiiſque & literatis illuſtrandam, Conſtantinus M. his coss. *l.3. de medicis & profeſſ.* medicis & profeſſoribus literarum, eorúmque vxoribus & liberis, plenam ab omnibus muneribus immunitatem, iam antea Principum beneficiis ſancitam, Conſtantinopoli promulgauit: quò pertinet inſcriptio legis illius *ad populum*: & ſubſcriptio *PP. Conſtantinop.*

CONSTANS his coss. à Conſtantino M. patre Cæſar factus eſt VIII. Kal. Ian: vnà cum Dalmatio, & Annibaliano. Idacij *Conſular.* Id quod auctor chronici Alex. refert ad A. 335. pariter vt Idacius, de Dalmatio.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Optato & Paulino Coſſ.334.

VII.* Id.Mart.Dat." Rom.*l.1.de ſuariis.* ad Pacatianum PF.P."
* al.VIII.

" Pro Propoſ.
" al.PF.V.vid.& his ipſis Coſſ.*l.2.de aduocat.fiſci.* Agitur hâc l.de *populo Romano.*

III.Kal.Apr.PP.Conſtantinop." *l.3.de maternis bonis.* ad Seuerum Com.Hiſpaniarum.

" Vel reponendum Cordubæ. vt *l.1.de accuſationibus*: vel *PP.* hîc accipiendum pro *Data.*

III.* Kal.Mai. Dat........*l.1.de communi diuid.* Gerulo Rationali trium" prouinciarum.
* al.VII.*Kal.Iul.*

" Sicilicæ, Sardiniæ, Corſicæ.

XIV.Kal.Iun.* Dat...... { *l.4.de Numerariis.* / *l.damus.de his quæ adminiſtr.* } ad Veronicianum* Vic.Aſiæ.
* *al.*Ian.

* Benoricianum in *d.l.4.* Eidem inſcribitur A.D.346.lex 6.*de extraordin.mun.*

XV. Kal.Iul." Dat.CONSTANTINOP.*l.2.de officio Iudicum omnium.* Andronico..........
" *Iun.*An.Rhem. *Kal.Iul.*C.Iuſt.

III.Non.Iul.Dat.SINGINDVNO *l.2.de aduoc.fiſci.* ad Pacatianum PF.P.
III.Id.Aug.Dat.Nicomediæ *l.milites* 15.*Cod.Iuſt.de teſtam.mil.* ad populum.

Refero hanc l.ad A.D.325.

VIII.* Kal.Sept.Dat.NAISSO *l.3.de fide teſtium.* ad Iulianum Præſidem.
* al.VIII.

VII.* Kal.Sept.PP.Karthag. *l.1.de excuſationib. artificum* } ad Felicem" ..........
* al.VI.
VII.Id.Sept.PP.Karthag.*l.6.de Naucularriis.* }

"Sublimitatis



CONST.M. Sublimitatis titulus ei tribuitur *d.l.1.* Africanarúmque prouinciarum in eâ fit mentio. A.D.334.

Kal.Dec.Acc..........*l.7.de Nauicularis.* Nauiculariis Orientis.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOc tempore Ceionius *Iulianus Camenius* P. V. erat. vt docet Notitia Præf. vrbi: non Pacatianus.

Anicius *Paulinus* à V.Kal. Maij P.V.fuit, vetus Notitia Præf. vrbi.

Pupillis, viduis, aliiſque miſerabilibus perſonis litigantibus Conſtantinus M. hoc tempore id priuilegium contulit, vt ne extra forum ſuum ad Comitatum Principis euocari poſſent: ipſæ verò aduerſarios ſuos euocare poſſent *l.2. de off. Iudic. omn.*

*Sarmatarum* ſeruis contra dominos rebellantibus, qui Limigantes poſteà *Arcaragentes* dicti (de quibus Limigantib. ſeruis vid. & Am. Marcellinum, *lib. 17. & 19.*) Conſtantinus M. pulſos dominos his coss. Optato & Paulino excepit: & amplius 300. millia hominum mixtæ ætatis & ſexus per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiámque diuiſit, teſte Anonymo Sirmondi, Hieronymo, Idacio & auctore vitæ Conſtantini, *lib.4. c.6.* Hinc igitur hoc tempore Conſtantinus M. in Myſiâ *Singiduni* conſtitit: mox & *Naiſſi* in Daciâ quod docet ſubſcriptio *legis 2. de aduocat.fiſci.l.3. de fide teſtium.*

Conſtantinopolitanæ vrbis commodis, ædificiis inquam & annonæ eius vrbis, enixè conſuluit hoc tempore Conſtantinus M. Inde ſcilicet eſt, quod *l.1. de excuſat. artificum*, Architectis quamplurimis opus eſſe profitetur, atque inde adoleſcentes ad id ſtudium per Africam impelli vult, ſimul & priuilegia his proponit. Inde de Nauiculariis, annonam vrbicam ſubuehentibus, multa cauit *l.6.7. de nauicular.* ac nominatim Nauiculariis Orientis *d.l.7.* multa priuilegia indulſit: *Pro commoditate*, inquit, *vrbis, quam æterno nomine, iubente Deo, donauimus*: fauore ſcilicet annonæ vrbicæ, quæ etiam gratuita à Conſtantino iam inde ab A. D. 332. data, teſte auctore Chronici Alexandr.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio & Albino Coſſ.335.

III.* Kal.Apr.Dat.CONSTANTINOP. *l.3.de petitionibus.* ad Prouinciales.
* *al.*XI.

XV.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.1.de lucris officiorum,* ad Pacatianum PF.P.
Pr.Non.Aug.Dat. VIMINACIO *l.21. de decurionibus.* ad Felicem PF.P.

Agitur hâc l.de *Afris* curialibus.

XI.Kal. Nou. Dat." CONSTANTINOP. { *l.5.de Iudæis.* / *l.1.ne Chriſtianum mancip.* } ad Felicem PF.P. PP. VIII.* Id.Mai. Karthag. Nepotiano & Facundo Coſſ.

* Sexto poſt menſe, & octodecim diebus.

" Conſulatus, quo datæ hæ leges omiſſus.

X.Kal. Nou. Dat. Nicopoli." *l.4. Cod.Iuſt.de off. rector. prou.* ad Periclem Præſidem.

" An de Nicopoli ad Iatrum id accipiendum? Malim *Dat.* hic accipi. pro *Redd.* Nicopoli: *Nicopolis* autem hîc vel ea quæ metropolis *Piſidiæ* fuit, vel Nicopolis *Myſiæ*, de qua Am. Marcellinus *tribus locis.*

## CHRONICON HISTORICVM.

CONSTANTINOPOLI hoc tempore agit Conſtantinus M. vbi & data ab eo menſe Martio *lex 3. de petitionibus.*

SYLVESTER Epiſcopus vrbis Romæ fuit, vſque in diem Kal. Ianuariar.his coss. quibus ibi diem functus. Vetus Notitia Epiſcoporum cui MARCVS ſucceſſit.

Conſtantinus M. egit his coss. menſe Auguſto in Myſiâ *Viminacij*: vbi data ab eo *lex 21.de decurionibus*: inde paulò poſt Conſtantinopolim reuerſus.

*Tricennalia* Conſtantinus M. edidit his coss. magnificè Conſtantino VIII. Kal. Auguſti Idacius *in Conſular.* & chronicon Alexandr.

*Dalmatius* Cæſar factus eſt 14.Kal.Octob. Idacius *Faſtis conſul.*

REGEBATVR hoc tempore Imperium ita: Gallias Conſtantinus Iun. regebat: Orientem, Conſtantius (qui tamen Galliis antea puer adhuc præfuerat teſte Iuliano *orat.1.p.34. & 40.*) Africam, Illyricum

CONST.M. & *Italiam*, Conſtans : ripam Gothicam (imò Meſopotamiam, Chronicum Alex. *c.* 337.) *Dalmatius* tuebatur : Anonymus Sirmondi. Pontum, Cappadociam, Armeniam minorem, Hannibalianus Rex : Chronicon Alexandr. *his* COSS. Anonymus Sirmondi, & alter Victor. In *Iudæos* conſtitutionem hoc anno edidit Conſtantinus, quâ Iudæos compeſcuit, è ſuis Chriſtianos factos inquietantes : viceuerſa Chriſtiana mancipia circumcidentes: vtroque iuxta prohibito. A.D. 336.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Nepotiano & Facundo Coſſ. 336.

Idib.Mar.Datum......... *l.4. Cod. Iuſt. de ordine iudiciorum.* ad Calphurnium *al.* Calphurianum..........

VIII.Id.Mai.PP.Karthag.* { *l.5.de Iudæis.* / *l.1.ne Chriſtianum mancip.* } ad Felicem PF.P.* Dat.Conſtantinop. XI. Kal. Nou. ſuperioribus Coſſ.

XIV.Kal.Iun.Dat......... *l.8.de nauicularis.* ad Seuerum".....

" Comitem Hiſpaniarum v.ſup.A.334.

Id.Iul.Dat.CONSTANTINOP. *l.5.de ſponſalibus.* ad Tiberianum Vic. Hiſpaniarum. Acc.XIIII.* Kal.Mai.Hiſpali.

* Decimo poſt menſe.

XII. Kal. Aug. Dat." Karthagine *l.1. Cod. de naturalibus liberis.* ad Gregorium .....".....

" PP.P.
" Id eſt reddita vel propoſ. Et certe alij habent, *Lecta.*

XI.Kal.Sept.Dat.Conſtantinop. *l.22.de decurionibus.* ad Euagrium PF.P.
VII.Id.Oct.Dat.."......... *l.3.de annonâ & tributis.* Gregorio PF.P.

" i......

## CHRONICON HISTORICVM.

C*Onſtantinopoli* his COSS. egit Conſtantinus M. vbi ab eo data menſe Iulio *lex 5.de ſponſalibus* & menſe Auguſto *lex 22. de decurionibus.* Ibidem, poſt Synodum Tyriam, cùm Athanaſius Conſtantinopolim ad Conſtantinum ſeſe contuliſſet, Synodus in causâ Athanaſij habita : dixi iam ad *Philoſtorg.*

*Tiberianus* his COSS. vicarius Hiſpaniarum fuit, vt docet *lex 5. de ſponſalibus* : ſeu Propræfecto Galliarum per Hiſpanias: quem tamen Hieronymus, *in Chronico* hoc ipſo 30. Conſtantini anno Præfectum Prætorio Galliarum facit In Cod. Iuſt. exſtat quoque A. D. 332. *lex 6. de ſeruis fugit.* ad Tiberianum Com. Hiſpaniarum. Huius denique Tiberiani mentio in Valentiniani *l.1. Cod. Iuſt. de fundis limitrophis.*

IVLIVS Epiſcopus Romanus creatur.

*Gregorius* Præfectus Prætorio fuit his coss. ad quem exſtant duæ conſtitutiones *l.1. Cod. de naturalib. liber. & l.3. de annonâ & trib.* vt & anno proximo 337. quo ei inſcribitur *lex 2. de contrab. empt.* Hic vero Gregorius Præfectus ille eſt, quem Donatus per literas conuitiis proſcidit, teſte Optato Mileuitano, *lib.3. p.32.* vt exinde colligi poſſit, vel in Donatiſtas ſeuerius quædam hoc tempore conſtituta actaque, vel ſaltem de Donati ſuperbiâ hinc conſtat : de quo Baronius A. 331. Certe exinde liquidò colligitur, Africam, ſub Præfecturâ Gregorij iſtius fuiſſe : quod etiam confirmat ſubſcriptio *d. legis 1. Cod. de naturalib. liberis. Dat. Karthagine* : vbi *Data*, pro *reddita*, vel *propoſ.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Feliciano & Tatiano Coſſ. 337.

Prid.Non.Dat.CONSTANTINOP. *l.2.de contrah.empt.* ad Gregorium.[PF.P.]
Feb.
Non.Feb.Dat..... *l.ad fiſcum 5.Cod.Iuſt.vbi cauſæ fiſcales.* ad Vrſum......

Refero hanc l.ad A.313.

XII.Kar



CONST.M. XII.Kal.Iun.PP.Karthagine *l.2.quemadm.mun.ciuil.* ad Concilium prouinciarum Afric. A.D. 337.

## CHRONICON HISTORICVM.

C*Onſtantinopoli* egit huius anni initio Conſtantinus M. vbi ab eo data menſe Februar. *lex 2. de contrab. empt.*

Conſtantinus M. his coss. ſuſceptâ in Perſas expeditione, (accepto vt ferunt à fratribus veneno) cùm *Nicomediam* veniſſet, ibi (in ſuburbano Achyrona) Libanius *Baſilic. p.120.* præſente vno ex filiis Conſtantio; Iulianus, *orat. 1. p. 29.* vel ſaltem mox ſuperueniente, Rufinus *lib. 1. c. 11.* obiit; XI. Kal. Iunij id eſt, 22. Maij (alij dicunt 20. alij 21.) Socrates, *lib. 1. c. vlt.* Conſularia Idaciana. P. Diaconus, *lib. 10.* Ipſo Pentecoſtes die : Auctor vitæ Conſtantini, *lib. 4. c. 14.* & Chronicon Alexandr. Anno ætatis 62. Imperij 32. Victor Schotti: vel vt Chron. Alex. anno Imperij 31. menſ. 10. vide de his omnibus Diſſertationes *in Philoſtorgium.*

### *CONSTANTINI Conſtitutiones ſine die vel Coſſ.*

III.Nou.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.1. de Epiſcopali iudicio.* Ablauio PF.P.
............................ *l.1. de his quæ adminiſtr......*
............................ *l.1. de Perfectiſſ. dign.* ad Paternum Valerianum.

*l.1. Cod. Iuſt. de officio Magiſtri officiorum.* ad Agentes in rebus.

In quibuſdam MSS. hæc ſubſcriptio reperitur *PP. Romæ in foro Traiani.*

*l.vn. Cod. Iuſt. de off. Proconſulis.* Æliano Proconſuli Africæ.

*l.1. Cod. Iuſt. de Eunuchis.* Aurelio Duci Meſopotamiæ.

*l.42. Cod. Iuſt. de liberali causâ.* ad Maximum PP.*

*al. P.V. Iungenda videtur hæc lex legi *vel 2. Cod. Th. de liberali causâ.*

Memorantur & aliæ Conſtantini leges. *l. malè agitur 2. Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann.*

*l.4. Cod. de feriis.* ad Seuerum........

Dat.Id.Apr.Sirmij.

*l.1. Cod. de Agricolis & mancip. domin.*
*l.2. Cod. eod. tit.* Ianuario PP.
*l.1. Cod. de fundis patrimonialib.*
*l.1. Cod. de fundis rei priu.*

In vno MS. ita inſcriptio habet. *Imp. Conſtantini edictum ad Conſtantinopolitanos.*
Al. *Impp. Conſtantinus & Conſtans A.A. ad Heliodorum.*

*l.1.C. de mancipiis & colonis patrimonialium.*

Alij habent *Impp. Valentinianus & Valens A.A.*

*l.1. Cod. de omni agro deſerto.*

Vbi Imp. legis illius auctor. *Diuum Aurelianum Parentem ſuum* vocat.

*l.4. Cod. de legationibus.*
*l.2. Cod. Iuſt. de dignitatibus.* Voluſiano PP.*

* al. P.V. & referenda ad annum 314. vel 315.

*l.3. eod. Cod. & tit.* ad Numphidium." PP.

" al. Rufiniano, al. Fruſiano.

*l.2. Cod. de patrib. qui fil.* Prouincialibus ſalutem.

e 3 CONSTAN

# CONSTANTINVS, CONSTANTIVS ET CONSTANS IMPPP.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Feliciano & Titiano Coſſ. 337.

IIII. Non. Aug. Dat......... *l.2. de excuſat. artific.* ad Maximum.......

Tribuitur hæc lex de Immunitate 35. artificum *Conſtantino M.* Quod ſi rectum eſt tum in menſem huic l. ſubſcriptum error irrepſerit, & ſic reponendum alterius & anterioris menſis noſis nomen videatur, ita IIII. *Non. Apr.*

v. Kal. Dec. PP....... *l.2. de honorar. codicillis.* Aconio Vicario Africæ. Accept. XVII. Kal. Iun. Thamugadi Vrſo & Polemio Coſſ.

VIII.* Id. Dec. Dat. THESSAL. *l.4. de annonâ & trib.*

* al III.

Tribuitur hæc lex Conſtantio: cùm tamen Conſtanti *Macedonia* (in quâ Theſſalonica) in Imperij diuiſione ceſſerit, teſte Victore & Zonara: Verùm notandum, hoc tempore Conſtantium & Conſtantem eodem loci conſtitiſſe.

Prid. Id. Dec. Dat....... *l.2. de diſtrah. pignor.* ad Egnatium Præſidem Bæticæ.

Tribuitur hæc lex Conſtantio: cùm Conſtantino reuerà tribuenda ſit.

D....... Dat. NESSO *l. vxor 7. Cod. Iuſt. de repudiis.* Dalmatio"........

" V. ſup. A. 355. Is ripam Gothicam tuebatur.

Tribuitur hæc lex *Conſtantino.*

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans. Conſtantini M. filij *Auguſti* nuncupati his coss. v. Idus Septemb. vt ſcribit Idacius *in Faſtis conſular.* Conſtantius & Conſtans eodem loci aliquamdiu hæsêre in Pannoniâ, tranſigendis quæ opus erant: v. Iuliani *orationem*, 1. *p.* 33. 36. in Macedoniâ primùm, *Theſſalonicæ*, mox in Myſiâ, *Naiſſi* & *Viminacij*: tandem, & in Pannoniâ, (v. Iulianum. d. *orat.* 1. *p.* 58. 64.) *Sirmij.*

Imperium Conſtantini M. filij inter ſe partiti in Pannonia v. Orat. Iuliani 1. *p.* 58. *& ſeqq.* & *p.* 64. In diuiſione *Conſtantino* natu maximo ceſſit Gallia, Hiſpania, Britannia, & Africa Proconſularis ex parte: *Conſtanti* natu minino, Italia, Africa reliqua, Illyricum, Macedonia Græcia, Pontoque Euxino finitima: *Conſtantio*, Myſia (id enim addendum) Thracia, Conſtantinopolis, Aſia, Ægyptus, Orientiſque Imperium ab Illyrico ad Niſibin. Eunapius, *Ædeſio* *p.* 45. Zoſimus, *lib.* 2. *p.* 691. & Cedrenus *p.*.. Quanquam hæc diuiſio non omnino placidè tranſacta, compoſita tamen à Conſtantio in *Pannoniâ*, vt prædicat Iulianus, *orat.* 3. vnde poſtea ipſe in Syriam profectus, *d. orat.* 1. *p.* 36. 64. Quod anno demùm prox. 338 accidit. Sed & de pertinente ad Karthaginem Africâ Italiaque diſſidium inter Conſtantinum & Conſtantem poſteà exortum: quod cùm triennium totum fouiſſent, ipſi demùm Conſtantino fatale extitit. v. *inf.* A. 340.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Vrſo & Polemio Coſſ. 338.

XVII. Kal. Iun. Acc. Thamugadi." *l. 2. de honorariis codicillis.* Aconio Vicario Afric. PF." V. Kal.* Dec. (anno ſuperiore.)

" Pro *Data.*
* Quinque menſibus, & viginti diebus ante.
" In *Numidiâ.*





Prid. Id. Iun. Dat. VIMINACI *l.4. de petitionibus.* Celſino PF.P."

" Italiæ, Illyrici & Africæ. v. anno prox. *l.22. do decurionibus.*

XIV. Kal. Iul. Dat...... *l.5. de famoſis libellis.* ad Afros.

Tribuitur hæc lex Conſtantio.

VI. Kal. Aug. Dat. SIRM. *l.5. de operibus publicis.* Hanc Catuline K.N.B.

Tribuitur hæc lex Conſtantio & Conſtanti.

v. Id. Octob. Dat. ANTIOCHIÆ. *l.23. de decurionibus.* ad Iulianum........

Hæc lex Conſtantio rectè tribuitur.

XV. Kal. Nou. Dat...... *l.7. de accuſationibus.* Domitio Leontio PF.P."

Conſtantio hæc lex rectè tribuitur.
" Orientis. v. & A. 343. 344.

v. Kal. Nou. Dat. EMESA". *l.25 de decurionibus.........*

" In Syriâ Phœnice Arabiæ vicina. v. Ptolemæum, Marcellinum, *lib.* 26 *p.* 345. Libanium *ep.* 756. *ad Euſebium.* Stephanum *de vrbibus.* Perperam in Itin. Peutinger. ſcriptum *Nemeſa.*

Kal. Nou. Dat....... *l.26. de decurionibus.* ad Catulinum Vic. Afric.

Hæc lex Conſtantio & Conſtanti tribuitur.

Prid. Id. Dec. Acc. Karthagine *l.24. de decurionibus.* Aconio Catulino Vic. Afric.

VI. Kal. Ianuar. Dat. & PP. ANTIOCHIÆ *l. vlt. de temporum curſu.* ad Acindynum PF.P.

Hæc lex perperàm *Conſtantino & Conſtanti* tribuitur: *Conſtantio* ea tribuenda eſt, cuius ibi nomen intercidit.

## CHRONICON HISTORICVM.

Tumultus quidam & *Seditiones* inter hæc Conſtantini, Conſtantij & Conſtantis initia, exorta, de quo Iulianus. *orat.* 1. *p.* 30. 33. 36. Libanius, *Baſilico p.* 113. 114. Hinc forte & delatores emersêre, quos Imperatores illi repreſsêre *l. 4. Cod. Theod. de petitionibus*: vt & famoſi libelli *l.5. de famoſ. libel. Viminacij* in Myſiâ inferiore Impp. Conſtantius & Conſtans conſtitere. Hinc ibi menſe Iunio data ad Celſinum PF.P. (Italiæ, Illyrici & Africæ) *lex* 4. *de petitionibus.* Ibi quoque primùm congreſſus Athanaſius cum Conſtantio, vt ipſemet ſcribit, *Apologiâ ad Conſtantium*: poſtea Cæſareæ, tandem & Antiochiæ, de quo vltimo congreſſu v. *inf.* A. 349.

Conſtans in Pannoniâ conſiſtit: Hinc adeò *Sirmij* data menſe Iulio extremo *lex* 5. *de operibus publicis.*

Conſtantius Imp. ex Pannoniâ, Imperio cum fratribus diuiſo, aduerſus *Perſas* repente in Syriam profectus eſt: teſtis Iulianus *orat.* 1. *p.* 36. Libanius *Baſilico.* Hinc adeò *Antiochiæ* ab eo data his coss. menſe Octobri lex 23. *de decurionibus*: mox eodem menſe *Emeſæ* lex 25. *de decurionib.* & anni proximi initio Laodiceæ & Heliopoli, & rurſùm Antiochiæ, aliæ leges. Huic anno vel proximo congruit, quod Conſtantius à Spiridione Antiochiæ à morbo curatus dicitur XII. Septemb.

Conſtantius in Syriâ conſiſtens, inter alia quæ in Perſas molitus eſt, *Arabum* latrones per Legatos in Perſas conuertit, teſte Iuliano *orat* 1. nempe *Emeſæ* ipſe conſtitutus, mox Laodiceæ & Heliopoli vrbibus Syriæ Phœnices, Arabiæ vicinis, Hinc ab eo data ibi *lex* 25. *de decurionibus.* Ad hanc porrò *Emeſæ* moram pertinere videatur, quod narrat Libanius *orat. ad Theodoſium* 13. *p.* 413. Verùm ibi legam potius *Edeſſam* de quo *ad l.8. de paganis.*

Conſtantius *Antiochiam* reuerſus: vbi data ab eo, acceptáque ab Acindyno PP. lex *vlt. de temporum curſu.* Hùc apprimè conuenit, quod Auguſtinus ſcribit, *de ſermone Dei in monte lib.* 1. *p.* 1122. *Sicut Antiochiæ factum eſſe perhibetur Conſtantij temporibus: Nam Acindynus tunc Præfectus, qui etiam Conſul fuit,* &c. De hoc Acindyno, cui & inſcribitur anno 340. *lex* 3. *de cuſtod. reorum*, plura in Proſopogr.

CONSTANTIN. CONSTANTIVS ET CONSTANS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio II. & Conſtante AA. Coſſ. 339.

VI. Id. Ian. Dat. TREV. *l. 27. de decurionibus.* Hanc Celſine K.N.B.

Hæc lex Conſtantium & Conſtantem præfert. Verùm Conſtantino ea tribuenda. Fit eâ l. mentio *Carthaginis & omnis Africæ.*

x. Kal. Feb. Dat....... *l. 1. Cod. Iuſt. de formulis.* Marcellino Præſidi Phœniciæ.

Præfert hæc lex *Conſtantini* nomen, & in ſubſcriptione *Conſtantium* III. *& Conſtantem* II. *AA. Coſſ.*

Kal. Feb. {
Dat. LAODICEÆ *l. vt verborum vlt. Cod. Iuſt. qui admitti ad bonor. poſſ.* ad populum.

Hæc lex nullos ſubſcriptos habet Coſſ.

Dat. Serdicæ " *l. quoniam* 15. *Cod. Iuſt. de teſtamentis* ad populum.

Hæc lex perperàm *Conſtantini* nomen præfert, quod Contius rectè iam obſeruauit, & inter alia refutant Conſules hi huic l. ſubſcripti (quos à Triboniano per errorem ſubſcriptos nonnulli malè opinantur.) Quomodo & auctor vitæ Conſtantini *lib. 4. cap. 26. in fi.* alius ab Euſebio Cæſarienſi hanc l. Conſtantino perperàm tribuit: vt & Iuſtinianus *l. vlt. de curatore furioſo* qui eam Conſtantinianam l. vocat.

" repone *Laodicea.*

Dat...... *l. in legatis* 21. *Cod. Iuſt. de legatis.* ad populum. Conſtantini, Conſtantij & Conſtantis nomina rectè præfert. }

III. Non. Feb. Dat...... *l. 5. de annonâ & tributis.* ad Vranium......

Tribuitur hæc lex Conſtantio.

xv. Kal. Mart. PP..... *l. 3. de curſu publico.* ad Acindynum PF.P.

Ad hunc annum hanc legem retraho ab A. 326.

Prid. Id. Mart. PP.* { HELIOPOLI Dat. } { *l. 4. de maternis bonis.* *l. 8. Cod. Iuſt. qui admitti ad bonorum poſſ.* } ad Dionyſium....."

Conſulatus ita adnotatus. *Conſtantio A. & Conſtante Cæſ. Coſſ.*

" Comitem. v. ſup. A.D. 328.

Prid. Kal. Apr. Dat. ANTIOCHIÆ *l. 1. de inceſtis nuptiis.* ad prouinciales Fœnices

*Conſtantino & Conſtanti* tribuitur malè: ſed & Coſſ. hi ſubnotati *Conſtantinus & Conſtans AA.*

VIII. April. Dat. *l. 3. de Prætoribus.* ad Mecilium Hilarianum PF.P."

*Conſtantio* tribuitur hæc lex. " ℞ PF.V.

IV. Kal. Iul. Dat...... *l. 4. de Prætoribus.* ad Mecilium Hilarianum PF.P.

Conſtantio tribuitur. " ℞ PF.V.

Id. Aug. Dat. {
CONSTANTINOP. *l. 2. ne Chriſtianum mancip.*

Conſtantino malè tribuitur. Et Conſtantinus 2. Coſſ. malè ſubnotatus.

........ *l. 6. de Iudæis.* Poſt alia.
} ad Euagrium.....

Conſtantio tribuitur rectè. Huius l. meminit Sozomenus, *lib. 3. c. 16.*

IV. Kal. Sept. Dat..... *l. 4. quorum appellationes.* ad Catullinum......

Conſtantio & Conſtanti tribuitur.





CONSTANTIN. CONSTANTIVS ET CONSTANS.

VI. Kal. Dec. Dat...... {
*l. 19. de appellationibus.*

Conſtantio tribuitur.

*l. 28. de decurionibus.*
} ad Anatolium [ſiue Aconium] Vic. Aſiæ. *al.* Africæ.

Conſtantio & Conſtanti tribuitur.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantinus Iun. TREVIRIS agit. Ex eâ quoque vrbe idem literas illas dedit, ad populum Eccleſiæ Alexandrinæ, quibus munitus Athanaſius Alexandriam repetiit: ipſo Athanaſio teſte *Apolog.* 2. & Socrate: *lib. 2. c. 2.*

Conſtantius hoc tempore porrò egit in Syria Phœniciæ: & quidem, Emesâ digreſſus (vbi ſuperiore anno erat) *Laodiceæ*; vbi (à Iuriſconſultis Berytienſibus proculdubio edoctus) multa priſci prauique moris mutauit: ac nominatim inanium formularum verborúmque captionem alicubi ſuſtulit, *l. 1. C. Iuſt. de formulis l. vlt. Cod. Iuſt. qui admitti ad bonor. poſſ. l. quoniam* 15. *Cod. Iuſt. de teſtamentis*: *l. in legatis* 21. *C. Iuſt. de legatis:* quas quidem quatuor leges omnes, vnius eiuſdémque Conſtantij Imp. conſtitutionis ad Marcellinum Præſidem Phœniciæ & ad populum, hoc anno latæ, partes eſſe exiſtimo. Idem & nuptias, cum fratris ſororiſue filia, capitis pœna propoſitâ per eandem Phœnicen hoc ipſo mox anno, ſed Antiochiæ in Syria Cœle interdixit: *l. 1. de inceſtis nuptiis.*

Superindictum ſeu oblatio quædam à Conſtantio Imp. impoſita, ad belli Perſici apparatum: vt teſtatur Iulianus *orat. 1. ad Conſtantium p. 66. 68.* Quò pertinere videtur & *lex 5. de annonâ & trib.* ſic vt nemo ab eâ immunis eſſet. *d. l. 5.*

*Heliopoli* conſiſtit Conſtantius, Emesâ & Laodiceâ in eadem Phœnice digreſſus.

*Antiochiam* Syriæ-Cœles reuerſus Conſtantius Imp. ex Syria-Phœnice.

*Mecilius Hilarianus Præfectus vrbi* fuit ab Idibus Ianuariis anni ſuperioris, vſque ad pridie Idus Iulias quib. Apronianus ei ſuffectus his coss. vt teſtatur Notitia Præfectorum vrbi: Hinc adeò menſe Aprili Maioque datæ ad eum his coss. lex 3. & 4. *de Prætoribus.*

*Iudæi* vetiti à Conſtantio ſeruos Chriſtianos vel ex aliâ ſectâ comparare vxoreſque Chriſtianas ſibi adſciſcere *l. 1. ne Chriſtianum mancip.* & *l. 6. de Iudæis* Prioris capitis meminit & Sozomenus, *lib. 3. c. 16.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Acyndino & Proculo Coſſ. 340.

XIV. Kal. Feb. Dat. NAISSO *l. 29. de decurionibus.* Ordini ciuitatis Conſtantinæ" Cirtenſium.

*Conſtantio & Conſtanti* rectè tribuitur: & certè Conſtantem ea auctorem habet.

" Ita quoque Cod. Iuſt. minùs rectè *Ædeſenæ*, Cuiacius: in *Numidia* porrò hæc vrbs erat.

IV. Non. Feb. Dat. Naiſſo *l. 5. de petitionibus.* Callepio Rationali trium " prouinciarum.

" id eſt, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ.

Non. Apr. Dat..... *l. 3. de cuſtodia reorum.* Acyndino PF.P.

v.* Id. April.* Dat. AQVILEIÆ lex 3. *de dilationibus:*

* Ita *C. Iuſt.* & in MSS & in *l. 3. de aduoc. fiſci. al.* VI.

{
*Conſtantino & Conſtanti* tribuitur. In Cod. Iuſt. *Conſtantino, Conſtantio & Conſtanti.*

Snbſcripta Aquil. *l. 3. de aduoc. fiſci.* Conſtantio, & quidem vni adſcribitur malè.
} ad Petronium Vic. Afric.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtans Imp. in Daciâ *Naiſſi* conſiſtit menſe Ianuario vbi data ab eo *lex* 29. *de decurionibus*: & initio Februarij lex 5. *de petitionibus.*

Conſtans Imp. his coss. *Aquileiæ* conſtitit: vbi data ab eo ad Petronium vicarium Africæ conſtitutio, cuius partes ſunt lex 3. *de dilationibus & lex* 3. *de aduoc fiſci.* Ibidem menſe Aprili Conſtantinus bellum fratri Conſtanti inferens ob Africam & Italiam, iuxta Aquileiam, inquam, occiditur de quo Hieronymus *Chronico*: Philoſtorgius *lib. 3. c. 1.*

Socrates: *lib.* 2. *c.* 4. his coss. adſignatis. Sozomenus *lib.* 3. *c.* 2. Victor vterque: Zoſimus, *lib.* 2. *p.* 679. Conſularia Idaciana: Tertio Imperij ſui anno. Zonaras ante III. Kal. Maij: Eo quippe iam die Conſtans Conſtantini fratris ſui acta quædam reſcindere videtur *l.* 1. *de immunitate conceſsâ.* Imò & ante V. Id. April. quo Conſtantem *Africâ* potitum (quod vtique factum fratre cæſo) oſtendunt *lex* 3. *de dilat*, *&* *lex* 3. *de aduoc. fiſc.* De hâc porrò Conſtantini cœde peculiaris exſtat *μονῳδία*, quam à me acceptam edidit Fr. Morellus. Ibidem, Aquileiæ inquam, & aliàs poſteà Conſtantem exſtitiſſe, & vnà cum eo Athanaſium & quidem poſt concilium Sardicenſe A. 348. teſtatur Athanaſius, *Apol. ad Conſtantium p.* 525. 526. 532. & *Apol.* 2. *p.* 598. 603.

# CONSTANTIVS, ET CONSTANS.

## Iiſdem Coſſ.

III. Kal. Mai. Dat..... *l.* 1. *de immunitate conceſſa.* ad Marcellinum″.....

*Conſtantino* malè tribuitur.

″ Comitem S. L. ſub Conſtante. V. Zoſimum *lib.* 2. *p.* 693.

V. Id. Iun. PP...... *l.* 20. *de appellationibus* Philippo PF. P.

Conſulatus ibi ita notatus, *Poſt Conſulatum Conſtantij* II. *&* *Conſtantis A A.* Referre malim hanc l. ad alium annum, puta ad A.D. 347.

VII. Kal. Iul. Dat. MEDIOL. *l.* 1. *de ſepulchro violato.* ad Tatianum″. PF. V.

Hæc lex Conſtantio malè adſcribitur.

″ *℞ Titianum.*

III.* Kal. Iul. Dat..... *l.* 3. *de honorar. codicillis.* ad Marcellinum. PF. P.
* al. IIII.

Prid. Id. Aug. Dat. Acc.″ Capuæ *l.* 1. *de ſalgamo.* ad Prouinciales.

Conſtantio & Honorio tribuitur malè.

Prid. Id. Aug. Dat. BESSÆ *l.* 30. *de decurionibus.* Nemeſiano Comiti.
V. Id. Sept. Dat. ANTIOCHIÆ. *l.* 5. 6. *de Prætoribus.* ad Senatum.

Conſulatus in ſubſcriptione harum duarum legum ita notatus, *Poſt Conſulatum D. N. Conſtant* III *&* *Conſtantis.*

III. Kal. Dec. Dat. *l.* 21. *de appellationibus.* ad Proculum Proc. Afric.

## CHRONICON HISTORICVM.

IMmunitatem quandam à publico ſuoque inimico datam abrogat Conſtans Imp. extremo menſe Aprili, *l.* 1. *de immunitate conceſsâ.* Quod de Conſtantino fratre recenter interfecto accipiendum videtur: de quorum inimicitiis ſupra dixi

*Marcellinus*, Comes S. L. προεστὼς τοῦ ταμείου fuit ſub Conſtante, vt teſtatur disertè Zoſimus *lib.* 2. *p.* 693. Hic idem eſt cui inſcribitur d. *lex* 1. *de immunitate conceſsâ.* vbi *de dignitate* eius ex ipſius l. argumento coniecturam ducere licet.

Conſtans *Mediolani* conſiſtit hoc tempore, Menſe Iunio.

*Titianus* Præfectus vrbis Romæ fuit his coss. qui & III. Nonas Maias ad Imp. Conſtantem profectus eſt poſteaque Romam reuerſus eſt IV. Idus Iunias: teſte veteris Notitiæ Præfectorum vrbis auctore. Quare mox eodem menſe Iunio extremo data ad eum à Conſtante Mediolani poſito *lex* 1. *de ſepulchro violato.*

Conſtans ſepulchra dirui intra Præfecturam vrbis Romæ vetuit: Quo tempore IVLIVS erat Ep. vrbis Romæ, Romæque eo anno agebat primâ vice Athanaſius.

Conſtantius Beſſæ in Thraciâ conſiſtit: vbi ab eo data menſe Auguſto lex 30. *de decurionib.* Huius Beſſæ mentio in Itinerario Antonini.

Conſtantius *Antiochiæ* conſiſtit his coss. vbi & eo præſente poſteà anno proximo concilium Antiochenum habitum teſte Socrate *lib.* 2. *c.* 5. Sozomeno *lib.* 3. *c.* 5. Itaque ibi data ab eo menſe Septembri *lex* 5. *&* 6. *de Prætoribus.*





# CHRONOLOGIA LEGVM.

## ¶ Conſtantio & Albino Coſſ. 341.

INDICTIO XIV. his Coſſ. adſignatur apud Athanaſium *lib. de Synodis.*

VII. Id. Apr. Dat....... *l.* 5. *quorum appellationes.* ad Albinum Vic. Hiſpaniarum.

VII. Kal. Iul. Dat. LAVRIACO { *l.* 31. *de decurionibus.* / *l.* 1. *de Tabulariis.* } ad Catullinum PF. P.

XVI. Kal. Sept. Dat..... *l.* 2. *de decurionibus.* ad Hilarianum....
VIIII. Kal. Ian. Dat.... *l.* 6. *de donationibus.* ad Celſinum″....

″ PF. V. v. Chronicon ſuppoſitum.

Sine die. Acc..... *l.* 2. *de paganis ſacrif. & templis.* ad Magdalianum Agentem vicem PF. P.

Hæc lex vni *Conſtantio* malè tribuitur: Conſtanti ea tribuenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

ET hoc anno Conſtantius *Antiochiæ* conſtitit: vbi & concilium Antiochiæ eo præſente habitum, & Dominicum à Conſtantino M. excitari cœptum Antiochiæ, dedicatum fuit: de quib. Encæniis celeberrimis, Hieronym. *Chro.* Socrates, *lib.* 2. *c.* 5. Sozomenus, *lib.* 3. *c.* 5. Athanaſius de Synodis *p.* 689.

Conſtans menſe Iunio extremo huius anni *Lauriaci* conſtitit: vbi ab eo, data *l.* 1. *de Tabulariis*: quæ repetitur *leg.* 31. *de decurionib.* Porrò cum *Lauriacum* non vnum fuerit, ad *d.* *l.* 1. *de tabular.* diſquiro, de quonam iſtud accipiendum ſit, & in *Batauiâ* quæ Francis oppoſita, id poſitum cenſeo ¶ Ad Conſtantem porrò vel hoc anno vel proximo in *Galliâ* conſiſtentem Euſebiani quartam fidei formulam è Synodo Antiochenâ miſêre, vt teſtatur Athanaſius, *de Synodis.*

Aurelius *Celſinus* his coss. Præfectus vrbi fuit à V. Kal. Martias ad Kalendas Apriles ferme anni proximi. Auctor Notitiæ Præf. Vrbi. Hinc adeò menſe Decembri huius anni huic Celſino (etſi dignitate omiſsâ) inſcribitur *lex* 6. *de donationibus.*

Conſtans (non Conſtantius, vt quidam cenſent) *Gentilitiam* ſuperſtitionem & *Sacrificiorum* vſum aboleuit hoc tempore (Iulio Epiſcopatum Romanum gerente) *l* 2. *de paganis* (ad quam l. ſeſe quoque refert *l.* 3. *eod. tit.* anno proximo) v. & Sozomenum, *lib.* 3. *c.* 16. Atque hoc eſt, quod Firmicus, *de errore profan. religionum*, excidia Templorum *Conſtanti* tribuit, & poſt id hoſtes (Francos) deuictos, Conſtantémque in Britanniam transfretaſſe ſcribit: quorum prius factum anno proximo 342. poſterius anno 343.

# CHRONOLOGIA LEGVM.

## ¶ Conſtantio III. & Conſtante II. Coſſ. 342.

Non. April. Dat. ANTIOCHIÆ *l.* 33. *de decurionibus.* Rufino Com. Orientis.
VI. Id. Apr. Dat. Antiochiæ *l.* 34. *de decurionibus.* ad Auxentium Præſidem″ Auguſtamnicæ.

″ Præſidis Auguſtamnicæ mentio quoque fit in rebus geſtis A.D. 348. apud Socratem, *lib.* 2. *cap.* 18.

V. Id. Mai. Dat. Antiochiæ *l.* 6. *quorum appellat. non recip.* ad Leontium.″ ″ PF. P.
Kal. Nouemb. Dat..... *l.* 3. *de paganis ſacrif. & templ.* ad Catullinum PF. V.

Malè huic l. ſubnotati Coſſ. *Conſtantius* IIII. *&* *Conſtans* III. v. quæ ad eam l. ſcripſi.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius his quoque coss. *Antiochiæ* moratur: quod iuxta *l.* 33. 34. *de decurionib.* *l.* 6. *quorum appellat.* teſtatur Socrates, *lib.* 2. *c.* 10.

In excidiis Templorum pergit hoc tempore Conſtans, non quidem iis deſtrui iuſſis, verùm vſu & ingreſſu eorum abolito, (idque Iulio Romæ Epiſcopo, & Athanaſio ibi poſitis) *l.* 3. *de paganis.*

FRANCI deuicti & pacati hoc anno à Conſtante, ſecundo Conſulatu ſuo.

Aconius *Catullinus* Philomatius P. V. fuit

CONSTANTIVS ET CONSTANS. his coſs. à pridie Non. Iul. vetus Notitia Præfectorum vrbi. Hinc adeò huic Catullino PF.V. inſcripta Kal. Nouemb. *d. l.3. de paganis.* A.D.343.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Placido & Romulo Coſſ.343.

VIII.Kal.Feb.Dat.BONONIÆ *l.5.de extraordinariis*.ad Italicum.......

Conſtantio malè tribuitur hæc lex.

Kal.Feb.Dat.....*l.ſi quis 6.Cod.Iuſt.vbi cauſæ fiſcales.* ad Italicum.......

Hæc lex Conſtantino malè tribuitur : Et Coſſ. caret.

XII.Kal Mart.Dat.ANTIOCHIÆ *l.5.de falſa monetâ*. Leontio PF.P.
VI.Kal.Mar.PP.Cyzico *l.22.de appellationibus*.ad Scyllacium".....

" Græciæ Proconſul Scyllacius occurrit apud Himericum,*in Biblioth.Photij*.Verum hic vel PF.fuit,vel Vicarius Ponticæ.

V.Kal. Iul.Dat.HIERAPOLI *l.35.de decurionibus* Leontio PF.P.
Prid.Kal.Iul.Dat."TREVIRIS *l.36. decurionibus* ad Titianum.....

" pro Acc.

IIII.Non.Iul.Dat.Hierap.*l.1.de lenonibus*. ad Seuerum P.V."

" ℞ PP. Nam neque vrbs Roma Conſtantio hoc tempore parebat, cuius hæc lex eſt : neque Seuerus P.V. fuit hoc anno, verùm *Catullinus*.

VI.Kal.Sept.Dat.....*l.8. de Epiſcopis*. Clericis ſalutem dicit. *Conſtantio* tribuitur hæc lex.

## CHRONICON HISTORICVM.

*TERTIÆ Indictionis initium.v. infr. A. D.356.vel 357.* l.2. de legatis.

CONſtans poſt templorum excidia A.341. & 342. poſt varios item cum Francis euentus A. D. 341. poſt deuictos tandem Francos anno 342. in *Britanniam* è Galliâ aduerſus Scotos & Pictos his coſs. traiecit ſæuâ hyeme : teſtis Libanius, *in βασιλικῷ*, Firmicus Maternus *lib. de errore profanar. religionum ad Conſtantium & Conſtantem*, quem librum Anno proximo 344. vel certe fine huius ipſius anni ſcripſiſſe videtur, Ammianus Marcell.*initio lib.20.* Hinc igitur VIII. Kal Feb. his coſs. data à Conſtante *Bononiæ* lex 5. *de extraordin. muneribus* : Bononiæ, inquam, Galliarum, quæ antea Geſſoriacum: quod iam à me notatum, *in Notis ad veterem orb. deſcr.*vnde videl. ſolemnis è Galliis in Britanniam tranſitus erat : v. inter alios Am. Marcell. *lib.20.p.167.185. & lib.27. p.371.* Itinerarium Pentingerij & Olympiodorum *apud Photium.* Ex eadem vero ipſa *l.5. de extraordin, mun.* colligitur, Conſtantem ad expeditionem hanc Britannicam extra ordinem quid prouincialibus indixiſſe.

Aconius *Catulinus* his quoque coſs. P.V. fuit:Not. Præf. vrbi.

Conſtantinus in Syriâ *Antiochiæ* primùm hoc anno conſtitit, quod ex Socrate quoque liquet, *lib.2.c.10.* Sozomeno *lib.3.c.6.* vbi & data ab eo menſe Februario *lex 5. de falsâ monetâ* : mox *Hierapoli*, vbi ab eo datæ menſe Iunio & Iulio lex 35. *de decurionibus: lex 1. de Lenonibus:* Nempe quia bello Perſico tùm illigatus erat : ad quod veteranorum filios qui ſedecim annorum eſſent ad militiam euocauit. *d. lege 35. de decurionibus.* De quo vel ſanè ſimili Edicto ſenſit Sulpitius in v. *S. Martini c.1.*

*Titianus* vir eloquens Præfecturam Prætorianam Galliarum geſſit hoc tempore, teſte Hieronymo *Chronico*, anno Conſtantis octauo, qui in ſequentes coſs. incidit. Huic proculdubio Titiano inſcribitur his ipſis coſs. *lex 36. de donationibus* quæ & *Treueris Data* (forte Accepta) dicitur. De eo plura *in Proſopogr.* v. & *infra* anno.349.

*Immunitat. Clericorum* à nouis collationibus, à metati onere & à luſtrali collatione firmata his coſs. *l.8. de Epiſcopis.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Leontio & Salluſtio Coſſ.344.

V.Kal.Iul.Dat.....*l.37.de decurionibus*,ad Placidum" PF.P.



CONSTANTIVS ET CONSTANS — A.D.345.

Conſtanti hæc lex tribuenda.

" Hic ſuperiore anno Coſſ. erat.

III.Kal.Iul.Dat.....*l.2.de concuſſ. aduocator.* Eubolidæ V.C.Vic.Africæ.

Conſtantio & quidem vni tribuitur, malè : *Conſtanti* quippe accepto ferenda ea eſt.

Prid.Non.Iul.Dat.....*l.3.de excuſat artificum.*ad Leontium PF.P.

Conſtantio tribuenda eſt hæc lex, vnà cum duabus ſequentibus.

V.Id.Octob.Dat.....*l.2.de ſalgamo.*Leontio.PF.P.

Conſules omiſſi in huius l. ſubſcriptione, quam tamen hùc referendam cenſeo. v. quæ dixi *ad eam l.*

V.Id.Dec.Dat..... *l.7. quorum appellationes.* ad Hieroclem" Conſularem Syriæ Cœles.

" Eidem inſcribitur A.248. *lex 6. dè iure fiſci.*

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius Imp. hoc quoque anno bello Perſico illigatus fuit : Quare & *legem 2. de ſalgamo hoſpitibus non præbendo* ad exercitum ſeu militem Perſis oppoſitum referam : quæ & inſcribitur Leontio PF.P. qui P.P. Orientis fuit : vt docent ſuperiore anno duæ conſtitutiones.

*Mechanicis, Geometris & Architectis,* vt & *Aquæ libratoribus* immunitatem à perſonalibus ſcilicet muneribus, hoc tempore tribuit Conſtantius Imp. vt ita alios docere poſſent. *l.3. de excuſat. artificum.* Proculdubio verò id pertinet ad opera publica quæ hoc temporæ Conſtantius excitauit plurima: & forte nominatim ad Thermas Conſtantianas, quas auctor Chron. Alex, ait anno proximo 345. excitari cœpiſſe : vel certè ad opera publica, priuatáque quæ Antiochiæ hoc tempore paſſim excitata & ad Antiochiam.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Amantio & Albino Coſſ.345.

III.Id.Mai.Dat.NIZEBI *l.5.de exactionibus*.Nemeſiano V.P. Com.Larg.
Id.Mai.Dat.TREV.*l.7.de petitionibus*. ad Euſtathium Com. R.P.
VI.Non.Iul.PP.Rom.*l.23. de appellationibus* ad Ruſticum PF.V.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius hoc anno *Niſibi* conſtitit menſe Maio, quo ibi data ab eo *lex 5. de exactionibus.* Hoc verò anno, prælium à Conſtantio cum Perſis geſtum haud procul Niſibi apud *Singaram*, nocturnum, parum proſperum : de quo Iulianus, *orat. 1.* Sext. Rufus, *in Breuiario ad Valentem* : Eutropius, *lib.* Hieronymus, & Idacius *Chronicis*.Oroſius, *lib.7.c.29.* Quod quidem Iulianus hoc anno diſerte factum docet : quandoquidem Magnentij Tyrannidem in Galliâ ſexto ferme poſt hoc prælium anno exortam, diſerte, ſcribit *p.47.* Atquin cœpit ea A.450. Quare perperàm prælium id hactenus alij referunt ad A. D.348,

Conſtans *Treuiris*, agit hoc anno : vbi ab eo data *lex 7. de petitionibus*, ad *Euſtathium* Com. R. P. qui proinde Euſtathius Comes R. P. fuit ſub Conſtante in occidente. Id verò omne diſerte teſtatur Philoſtorgius, *lib.3. hiſtor. Eccl. c.12.* ad quem v. quæ dixi.

Q. *Ruſticus* Præfectus vrbis Romæ erat hoc tempore : cui III.Non. Iulias demùm Probinus P. V. ſucceſſit in Præfecturâ vrbanâ, vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi. Quare VI. Non.Iulias adhuc *lex 23. de appellationibus*, ad hunc Ruſticum PF. V. data, propoſita dicitur Romæ.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio VI. & Conſtante III.AA.Coſſ.346.

Hic Conſulatus in Chronologiâ Codicis Theodoſiani hactenùs editâ penitùs omiſſus fuerat: cum alij ſic notant. *Poſt Conſulatum Amantij & Albini* : veluti

Auctor Notit.Præf. Vrbi, Faſti Capitolini, & Vetus Fragmentum Conſulare; quo Cuſpinianus vſus, quódque Bucherius edidit.*p.*250.

Non.Mai.Dat. Constantinop. *l.6.de extraordin. munerib.* ad Beronicianum." Vic. Aſiæ.

" Huic eidem inſcribuntur ſub Conſtantino M. A.334. Optato & Paulino Coſſ. *lex* 4. *de Numerariis & lex* 2.*de his quæ adminiſtr.*

Huic verò legi 6. diſertè *Impp.Conſtantius & Conſtans* AA.inſcribuntur.

VII.Kal.Iun. Dat. Conſtantinop. *l.*10. *de Epiſcopis.* Vniuerſis Epiſcopis per diuerſas prouincias.

Hæc lex dicitur data *Conſtantio* VI. *& Conſtante AA.Coſſ.*

X.Kal.Iun.* Dat.Cæsenæ *l.*38. *de decurionibus.*ad Anatolium PF.P.*

*Iul.Sigon. *Illyrici.v.*Proſopogr.*

XI.Kal.Iul.Dat.Mediol. { *l.6.de annonâ & tributis.* / *l.42.de decurionibus.* } Ordini Cæſenatium ſalutem dicit.

Referuntur hæ leges ad *Conſtantium A.*VIII.*& Conſtantem Cæſ.*III.*Coſſ.*id eſt,ad A.354.

Id.Iun.Dat......*l.4.de bonis vacantibus.*ad Iuuenalem Rationalem Numidiæ.

*Conſtantino* hæc lex tribuitur, perperàm.

V.Kal.Aug.Dat.....*l.*1. *ne conlationis tranſlatio.* Philippo PF.P.
...............*l.4.Cod.de dignitatibus.*Philippo.....

Hæc lex hùc referenda videtur.

X. Kal.Sept.Dat.Conſtantinop.*l.4.de fide teſtium* Aurelio Mimenio.......
Id.Oct.Dat......*l.4.de pœnis.*Theodoro V.P. Præſidi Arabiæ.

Referenda hæc lex ad A.D.352.

VIII.Id.Dec.Dat.Thessalon.*l.7.de exactionibus.* Bibulenio Reſtituto Præſidi Sardiniæ.

*Conſtantio & Conſtanti AA.*tribuitur hæc lex.Item ſubnotati Coſſ.*Conſtantio* VI.*& Conſtante* III. *AA.Coſſ.*Quod ſtare non poteſt.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantius his Coſſ. egit *Conſtantinopoli.*

Conſtans Imp. hoc tempore *Mediolani* conſtitit, ante concilium Sardicenſe, vbi & Athanaſius ab eo Româ, quarto moræ ipſius ibi anno, euocatus, cum eo congreſſus eſt, vt teſtatur ipſe *Apol. ad Conſtantium p.*526. Itaque & ibi à Conſtante data menſe Iunio *lex* 6. *de annonâ & trib. & l.* 42. *de decurionibus.*

*Donatus* Bagaienſis in Numidiâ, cum Macario bello congredi auſus furiosâ turbâ conductâ in prælio ipſo cecidit vnà cum Circumcellionibus: Quæ Macariana tempora ſunt, de quib. Optatus *lib.*3. Eò pertinere exiſtimo *l.*4. *de bonis vacantibus*, quæ data ad Rationalem Numidiæ.

*Philippus* hoc tempore PP. orientis fuit; cui inſcribitur menſe Iulio *lex* 1. *ne conlationis tranſl.* imò & *lex* 4. *Cod. de dignitatibus*, quæ die & cos. carens, hùc referenda videtur. Fuit idem & A. D.349. Præf Prætorio, vt ibi videre eſt. De eo Marcellinus, *lib.*19. *p.*164. Zoſimus *lib.* 2. *p.* 696. Hic ille eſt, qui Conſtantij mandato Paulum Ep. Conſtantinopolitanum exturbauit, & Macedonium in eâ ſede conſtituit. Athanaſius *Apol. ad ſolitar. p.* 630. 654. Hieronymus *Chronico.* Socrates *lib.*2. *c.*12. Theodoretus *lib.*2. *c.*5. Sozomenus *lib.* 3. *c.* 8. Plura in *Proſopogr.* Denique Præfectus Prætorio mihi fuiſſe videtur per quinquennium A. D. 346. 347. 348. 349. 350.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Euſebio & Rufino Coſſ. 347.

VIII. Id.Mar.Dat.Ancyra *l.8.quorum appellationes.* Theodoro Conſulari Syriæ



riæ Cœles.

V.Id.Mai.Dat.Hierapoli *l.*1. *de bonis militis.* ad Bonoſum Magiſtrum Equitum."

"Militum in An.Rh.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantius his coss. egit in Galatiâ *Ancyræ*: vbi data ab eo *lex* 8. *quorum appellat.* menſe Martio: mox, *Hierapoli* in Syriâ, vbi data ab eo menſe Maio lex VII. *de bonis milit.*

Conſtans verò egit in Galliâ, quò & Athanaſius vrbe Româ tranſgreſſus: ſed & Oſimo ad concilium Sardicenſe profecturus, conceſſit, teſtis Athanaſius *Apol. ad Conſtantium p.*526. *in f.*

Sardicense Concilium his coss. habitum.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Philippo & Salia Coſſ. 348.

VIII.Kal.Mai.....*l.6.de iure fiſci.*ad Hiroclem" Conſularem Syriæ Cœles.

" Eidem inſcribitur anno 344. *lex* 7. *quorum appell.*

XV.Kal.Iul.Dat.Mediol.*l.2.ſi petitionis ſocius.*Orioni V.C......

*Conſtantio* malè tribuitur hæc lex.

VI.Id.Nou.PP.......*l.24.de appellat.* Procopio Præſidi Ciliciæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

Conſtantius hoc tempore *Edeſſæ* egit: vt docet ipſius ep. apud Athanaſ. *Apol.* 2. *p.*598. & apud Socratem, *lib.*2.*c.*18.

Conſtans *Mediolani* egit hoc tempore: Athanaſ. *Apol.*ad Conſtantium *p.* 256. vbi data ab eo lex 2. *ſi petitionis ſocius*: Ibidem datus ei libellus ab Vrſacio & Valente, vt ex eorum ep. liquet apud Sozomenum, *lib.* 3. *c.*22.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Limenio & Catullino Coſſ. 349.

III.Non.Feb.PP...... { *l.4. de cohortalibus.* / *l.9.de filiis mil.appar.* } Antonio Duci Meſopotamiæ.

Prid.Id.Feb.PP..... *l.6.de falſa monetâ.*ad Limenium PF.P.*

*Italiæ: ſimul & P.V.v.Notitiam Præf.vrbi.

VIII. Id.Mart.Dat...... { *l.1.de Iuriſdictione.* / *l.6.de exactionibus.* } ad Euſtathium PF.P." PP. Romæ.

" ſiue Comite R.P.v.*ſup.*A.345.

V.Kal. Apr.Dat......*l.2.de ſepulchr.viol.*ad Limenium PF.P.*

*Italiæ: Agitur enim hâc l.de vrbis Romæ Pontificibus.

Kal.Apr.Dat.Antiochiæ *l.39. de decurionib.* ad Anatolium PF. P."

"Illyrici v. Ammianum Marcellinum, *lib.*19. *p.*160. *& lib.*21. *p.*200. Libanius in epiſtolis ad eum paſſim v. plura, *in Proſopogr.*

VIII.....*l.5.de maternis bonis.*ad Leontium Com." Orientis.

" in C.Iuſt.*vnde liberi l.*3.malè editum *ad Leontium com. R. P. Orientis*: rectè verò vt hîc *l.*15. *Cod. de iure delib.*

CONSTANTIVS ET CONSTANS — A.D. 349.

iii.Id. Apr.Dat.....*l.9. de Epiſcopis.* Seueriano Proc. Aſiæ ".

" al. Achaiæ : malè.

vi.Kal.Iun.Dat.SIRMIO
*l.2. de re militari.* — *Conſtantino* malè tribuitur.
*l.3. de diuerſ.officiis.* — *Conſtantio* malè tribuitur.
ad Siluanum Com. & Magiſtrum Equitum & Peditum.

iii.Kal.Iun.Dat.....*l.3. de re militari* ad Titianum PF.P."

" Galliarum.v.ſup.A.343.

x. Kal.Iul.Dat.....*l.2. ſeu vlt.de longi tempor.præſcript.* Argyrio Præſidi.

Conſtantino & Conſtanti tribuitur.

Kal.Aug.Dat......*l.3.de ſuſceptoribus.* Claudio PF.annonæ Alexandriæ.

Conſtantio & Conſtanti rectè tribuitur. vt & quatuor ſequentes.

xii.Kal.Octob.Dat.....
*l.1. de dotibus.*
*l.1. & 2.de reuocandis donationib.*
ad Philippum PF.P.

v.Nou.Octob.Dat.CONSTANTINOP.
*l.6. de operibus publ.*
*l. vn. de præbendo ſalar.*
*Conſtantino* tribuitur malè.
ad Marcellinum.

ii."Id.Nou.Dat.....*l.2. de raptu virginum.* ad Tatianum".....
"al.iii.
" ꝧ *Titianum.*v.ſup.*l.3.de re militari.*

Conſtantio hæc lex malè adſcribitur.

v.Kal.Ianuar.Dat....*l.3.Cod.Iuſt.de hæred.decurionum.*Rufino"PF.P.
" v.infr.A.352.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius bello Perſico in Meſopotamiâ illigatus veteranorum filios ad militiam euocauit *l.4. de cohortal. & l. 6. de filiis mil appar.*

Libanius hoc anno Baſilicum ſcripſit ad Conſtantium & Conſtantem.

Vlpius *Limenius* ſub Conſtante Imp. hoc quoque anno & Conſul & Præfectus Prætorio,imò & Præfectus vrbis fuit, ad vi. Id. April. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi.

*Sepulchrorum Romæ* violatores & deſtructores perſequutus Conſtans Imp. menſe Martio, *l.2. de ſepulchr. viol-*

Conſtantius his coſs. menſe Aprili conſtitit, *Antiochiæ*,vbi & data ab eo *lex 39 de decurionib.* Ibidem & Athanaſius ab eo reuocatus cum eo congreſſus eſt ( qui quidem tertius congreſſus Athanaſij cum Conſtantio fuit ) quod ipſemet ſcribit, *Apol. ad Conſtantium p.527.* & *ep. ad ſolitar* : & Sozomenus, *lib.3.c.19.* Theodoret. *lib.2. c.12.* Socrates *lib. 2.c.* 18. vide & Epiphanium, *hæreſi Meletian.* 68. *p.725.*

*Athanaſius* hoc tempore ſedi ſuæ reſtitutus eſt : eiuſque clericis, cumque eo communicantibus, priſtina immunitas à Conſtantio reſtituta : de qua v. ipſas Conſtantij literas & quidem binas apud Athanaſium *Apologia 2. p.600.* apud Socratem, *lib. 2. c.18. p.574. 576.* Sozomenum *lib. 3. c. 20. p.290.* Eodémque traho *legem 9. de Epiſcopis*,quæ eſt de hâc immunitate.

Conſtans *Sirmij* his coſs. conſtitit : vbi ab eo data menſe Maio extremo lex 2. *de re milit. l.3. de diu offic.* vide & Libanium, *baſilico ad Conſtantium & Conſtantem p.139.* vel *p.71.*

Conſtans rem militarem hoc tempore erigit, vt docent *lex 2. & 3 de re militari.*

*Siluanus*, Magiſter militum ſub Conſtante hoc tempore exſtitit, cui ideò inſcribuntur menſe Maio *d. l.2. de re militari & l. 3. de diu.offic.* Hic poſteà A.355.ceu res nouas moliens Conſtantij iuſſu Vrſicini dolo interfectus fuit de quo Victor Schotti, Am. Marcellinus *lib.15.* Hieronymus, *Chronico*, & Zonaras de *Titiano PP.* ( Galliarum ſcilicet ) cui hoc anno inſcribitur lex 3. *de re milit*, imò & lex 2. *de raptu virgin.* iam ſupra dixi A.343.

De *Philippo* PP. ( orientis ) cui inſcributus *lex 1. de dotibus.* & *l.1.2. de reuoc. donat.* dixi iam A. 346. & plenè in *Proſopogr.*

Conſtantius huius anni parte aliquâ *Conſtantinopoli* egit : vbi & data ab eo menſe Octobri lex 6.*de operib. publ. & l.vn. de præb. ſalar.* v. & inf A.350.

*Rufinus* PP. fuit : cui extremo hoc anno 349. inſcribitur *l.3. C. Iuſt. de hæredit. decurion.* Hic anno proximo 350. à Magnentio & Veteranione ad Conſtantium miſſus fuit: teſte Petro Patricio *in Eclogis Legat.*v.& inf. A.352.354.356. De eo plura in Proſop.

CHRONO



CONSTANTIVS ET CONSTANS — A.D. 350.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Sergio & Nigriniano Coſſ.350.

*CONSTANTII ET CONSTANTIS conſtitutio ſine die & Coſſ.*

*l.4.Cod.Iuſt.de dignitatibus.*Philippo".....

" ꝧ PP.v.Proſopogr.ad A.346. Fortè referenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius hoc anno non Antiochiæ in Syriâ erat, vt Iulianus teſtatur, *orat. 1. p.86.* 88. verùm in Meſopotamiâ & quidem *Edeſſæ* propter bellum Perſicum, vt teſtatur Philoſtorgius, *lib. 2.c. 22.* & ex eo Nicephorus, *lib.9.c.28.* mox motu Perſico compoſito *Conſtantinopoli* : vnde poſteà in Pannoniam aduerſus Tyrannos mouit.

Conſtans Imp. in Galliâ Caſtro Helenæ, in faucibus Pyrenarum interficitur, decimo poſt mortem fratris Conſtantini anno, his coſs.Victor Schotti, Socrates *lib.2. c. 22 in pr.* Caſſiodorus, Conſularia Idaciana,chronicon Alexandrinum, Cedrenus : quarto poſt concilium Sardicenſe anno ; Socrates & Sozomenus.

## CONSTANTIVS AVG. Imp. ſolus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

v.Kal.Iul.Da..*l.4.de re militari.* ad Cretionem.V.C.Comitem."

" Rei militaris per Africam.

## CHRONICON HISTORICVM.

MAGNENTIVS xv. Kal. Feb. Tyrannidem aſſumit, Imperióque in Galliis & Italiâ Africâque potitur, VETERANIO in Pannoniâ Murſæ vel apud Sirmium Kal. Maij.NEPOTIANVS Romæ iii. Non. Iun. Zoſimus, Oroſius *lib. 7. c. 29.* Hieronymus *Chron.* Socrates, Philoſtorgius, chron. Alex. Conſularia Idac. verùm *Nepotianus* mox Romæ viceſimo poſt octauo die à Magnentianis occiſus fuit, *Veteranio* viii: Kal. Ianuar. in ordinem redactus eſt à Conſtantio apud Naiſſum. v. Conſul. Idac.

Conſtantius milites dilapſos ad otium, ad numeros reuocauit *l.4. de re militari.*

Anno 351.

¶ *Nullæ editæ leges.*

## CHRONICON HISTORICVM.

NVlli iuſti coſs. hoc anno fuêre. Sozomenus, *lib. 4. c. 5.* *Magnentius* enim & *Gaiſo* à Tyrannis conſtituti fuêre : quos memorat Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi v. & Socratem, *lib.2. c. 24.* Quare hunc annum alij ita notant, *Poſt Conſulatum Sergij & Nigriniani* : veluti Socrates *lib.2.c.24.* Sozom. *lib. 4. c. 5.* Conſularia Idaciana, & Fragmentum Conſul. *apud Cuſpinianum & Bucherium p.251*,

Conſtantius hoc anno 351. in Pannoniâ conſiſtit & quidem *Sirmij*,Sozom. *lib. 5. c.3. & 5.*vbi & CONCILIVM Sirmienſe coactum aduerſus Photinum, teſte Socrate, *lib. 2. c.24.25.26.* & Sozomeno, *lib. 4. c. 5.* Eodémque præcipui Senatorum vrbis Romæ ſe ad Imp. Conſtantium contulere. Iulianus *orat.3. p.440.*

GALLVS, ( mox mutato nomine CONSTANS dictus ) à Conſtantio Imp. in Magnentium copias ducente poſt Veteranionem deiectum, vt Perſis reſiſteret, Cæſar factus eſt A. D. 351. Idibus Martiis, Chronicon Alexandr. & Conſular. Idaciana. Antiochiámque miſſus,Socrates, *lib. 2.c. 24.* v. & Zoſimum, *lib 2.p. 695.* Eo itinere Nicomediam,vbi Iulianus frater tum erat, venit, vt ſcribit Libanius *Oratione* ἐπιταφίῳ ἐπὶ Ἰουλιανῷ.

## *CONSTANTIVS A. & CONSTANS C.*

MAGNENTIVS Tyrannus & Galliâ Italiáque Noricum, dein Pannoniam profectus, à Conſtantio in Pannoniâ *Murſenſi* prælio ad Drauum fluuium profligatus eſt ſub autumni exitum. Iulianus, *orat.* 1. *p.* 121. 128. & *orat.* 3. *p.* 298. 308. 442. Socrates, *lib.* 2. *c.* 27. Sozomenus *lib.* 4. *c.* 6. Victor Schotti, Chronicon Alexandr. Seuerus Sulpitius *lib.* 2. *p.* 99. 4. Kal. Octobris Conſularia Idaciana. *Sirmij* inde hoc tempore Conſtantius conſtitit, teſtis Socrates, *lib.* 2. *c.* 23. 24. 25. 27. vbi & anno proximo conſtitiſſe eum teſtes ſunt aliquot eius conſtitutiones.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio A. v. & Conſtante Cæſ. Coſſ. 352.

v. Kal. Mart. Dat. SIRMIO *l. Eunuchis* 5. *Cod. Iuſt. qui teſtamenta facere poſſ.* ad Rufinum PP.

III. Non. Mart. Dat. Sirmio *l.* 8. *de petitionibus.* ad Orionem Com. R.P.

Subſcriptus huic legi Conſulatus *Conſtantio A.* VI. *& Conſtante Cæſ. Coſſ.* Malè, eo quippe in Italiâ erat Conſtantius.

VIII. Id. April. Dat. SABARIÆ *lex* 6. *de petitionibus.* ad Euſebium." Com. R.P.

Refertur hactenus ad annum 342.

" De hoc & Am. Marcellinum *lib.* 15. *p.* 42. 44. Sozom. *lib.* 3. *c.* 1.

v. Kal. Mai. Dat. SIRMIO *l.* 3. *de priuil. eorum qui in ſacro pal.* ad Rufinum PF.P.

III. Id. Mai. Dat. SIRMIO *l.* 1. *de ſponſalibus.* ad Rufinum PP.

Hæc duæ leges perperàm Conſtantino tribuuntur, & Coſſ. *Conſtantinum A. v. & Licinium Cæſ* ſubſcriptos habent.

VIII. Kal. Iul. Dat Sirmio *l.* 6. *de veteranis.* ad Helpidium Conſularem Panno-niæ.

Malè ſubnotatus Conſulatus Conſtantij A. VII. & Conſtantis II.

Id. Octob. Dat...... *l.* 4. *de pœnis.* Theodoro V.P. Præſidi Arabiæ.

III. Non. Nou. Dat. MEDIOL. *l.* 5. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis*, ad vniuerſos prouinciales & populum.

Kal. Dec. Dat. SIRMIO *l. vn. de bonis decurionum.* Rufino PF.P.

Ab anno 319. huc fortè retrahenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

DEcentius & *Paulus* hoc anno coss. à Magnentio inſtituti. Notitia Præf. vrbi.

Conſtantius menſe Februario & Martio his coss. conſtitit *Sirmij* vbi tùm ab eo data lex *Eunuchis* 5. *Cod. Iuſt. qui teſtam. fac.* & *lex* 8. *de petitionib.* v. Socratem, *lib.* 2. *cap.* 24. 27. Sozomenum, *lib.* 4. *c.* 3. Themiſtium *orat.* 13. *p.* 298. 299.

De *Rufino* PP. cui inſcribitur *d. l.* 5. iam ſuprà anno 349. v. & *inf. A.* 354. 356.

*Spadonibus* & Eunuchis obnoxium per hæc tempora Conſtantium deſcribunt veteres, & in his Marcellinus: cui rei argumentum quoque præbet *d. lex Eunuchis* 5. *Cod. Iuſt. quæ teſt. fac. poſ.* vbi v. quæ dico.

Conſtantius Sirmio *Sabariam* profectus: vbi data ab eo lex 6. *de petitionibus*: indeque *Sirmium* rediit.

LIBERIVS Ep. Rom. VIII. Maij creatur his coss.

Veteranorum per Pannoniam priuilegia ſanxit hoc tempore Conſtantius, ipſe quoque in Pannoniâ conſtitutus *l.* 6. *de veteranis.*

*Magnentius* Tyrannus à Conſtantio in Pannoniâ profligatus, è Pannoniâ in Italiam vrbémque Romam ſeſe contulerat, verùm & ab ipſo Conſtantio perruptâ Aquileiâ (vt teſtatur Iulianus *orat.* 1. *p.* 130. 132. & *orat.* 3. *p.* 350. &c.) & à Ducibus Conſtantij imminentibus vrbe Italiaque fugere coactus eſt; & quidem vt ex auctore Notitiæ Præfectorum vrbi colligo, menſe *Septembri.* Hinc itaque eo menſe Septembri iam à Conſtantio *Mediolani* conſtituto, lata, ſi ſubſcriptio vitio caret *lex* 5. *de infirm. his quæ ſub Tyrannis*, ad vniuerſos prouinciales & ad populum vrbis Romæ, infirmandis his quæ ab eo eiuſque Iudicibus contra ius ſtatuta fuerunt.



---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio A. VI. & Conſtante Cæſ. II. Coſſ. 353.

Kal. Mai. Dat..... *l.* 2. *de Teſtimoniali ex Tribunis.* ad PF.P. poſt alia.

Prid. Non. Iul. Dat..... *l.* 1. *de tironibus.* ad PF.P. poſt alia.

Fortè referenda ad A. prox. 354.

XII. Kal. Aug. Dat. RAV. *l.* 4. *de decurionib.* ad Taurum PF.P.

x. Kal. Aug. Dat..... { *l.* 9. *quorum appellat.* ad Cerealem PF.V. / *l.* 41. *de decurionib.* Ordini Karthaginenſium

Malim hanc refere ad annum ſequentem.

VI. Kal. Aug. Dat.... *l.* 3. *Cod. Iuſt. ad ſc. Tertull.* Catulino Proconſuli Africæ.

III. Id. Aug. Dat.... *l.* 7. *de veteranis.* Euagrio PF.V."

" *al.* PF.P.

VIII. Id. Sept. Dat. LVGDVNI. *l.* 2. *de Indulgentiis criminum.* ad Cerealem PF.V.

Refertur perperàm hæc lex ad annum 354. prox.

III. Non. Nouemb. Dat. ARELATO. *l.* 2. *de diuerſis officiis.* ad Philippum PF.P.

Hæc lex hactenùs Conſtantino tribuitur, & refertur ad *Conſtantinum A.* VII. *& Conſtantium Cæſ. Coſſ.* id eſt, ad A. D. 326. Niſi putet quis hîc reſcribendum *Arelape* pro *Arelato*: quod ſi ita eſt, referri poſſit hæc lex ad A.D. 346. verùm id non probo, quia huius l. auctor eſt Conſtantius: de *Philippo* porrò hoc PP. dixi *in Proſop.* v. ſup. A. 346. & 349.

VIIII. Kal Decemb. Dat...... *l.* 5. *de paganis.* ad Cerealem" PF.V.

Huic ſuffectus VI. Id. Decemb. Vitraſius Orphitus *PF.V.* v. *Notitiam Præf. vrbi.*

Kal. Decemb. Dat..... *l.* 4. *de paganis.* ad Taurum PF.P.

Tribuitur hæc lex hactenus *Conſtantio* III. *& Conſtanti* II. *Coſſ.* id eſt, A.D. 342 perperàm: poſſis & ad annum proximum eam referre.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius bello adhuc aduerſus Magnentium illigatus, multa circa rem militatem his coss. conſtituit: vt docet lex 2. *de teſtimoniali*: *lex* 1. *de tironibus*: *lex* 7. *de veteranis.*

Neratius *Cerealis* Præfectus V. Romæ fuit à VI. Kal. Octob. anni ſuperioris, hoc quoque anno, vt teſtatur Notitia Præfectorum vrbi. Hinc adeò datæ ad eum his coss. lex 9. *quorum appellationes*: *lex* 2. *de indulg. crimin. lex* 5. *de paganis.* Eiuſdem Cerealis & temporis eſt inſcriptio, quam Baronius quoque retulit hoc anno. *n.* 9.

*Magnentius* Tyrannus ſuperioris anni fine ex Italiâ in Galliam profugus, poſtquam triennium & ſex menſes imperaſſet, teſte Zoſimo, *lib.* 2. *p.* 701. & Eutropio: *lib.* 10. à Conſtantio apud Cottias Alpes deuictus, teſte Iuliano, *orat.* 2. *p.* 137. apud Montem Seleucum, Socrates, *lib.* 2. *c.* 27. Sozomenus, *lib.* 4. *c.* 6. tandem *Lugduni* ſeſe interfecit IV. Idus Auguſti Chronicon Alexandr. vel III. Idus, vt habent Conſularia Idaciana. XVIII. Kal. Septemb. Socrates, *lib.* 2. *c.* 27. his coss. *ibid.* & Eutropius, *lib.* 10. Decentius frater Magnentij apud Senonas laqueo ſeſe ſuſpendit XV. Kal. Sept. Conſular. Idaci. Hinc igitur *Lugduni* data à Conſtantio mox menſe ſequenti Septembri lex 2. *de indulgent. criminum*: quâ indulgentiam delictorum Magnentianæ Tyrannidis tempore admiſſorum præbet. Sed & menſe Nouembri Sacrificia nocturna à Magnentio Romæ permiſſa ab eodem prohibita *l.* 5. *de paganis.*

Constantius et Constans — A.D. 353.

*AMMIANI MARCELLINI Hiſtoria ſuperſtes hinc incipit, ad annum* 379. *vſque.*

Conſtantius bello Magnentiano defunctus *Rhodani* oſtia occupauit, teſte Iuliano, *orat* 3. *p*.361. vt & Pyrenæi iuga, miſsâ eò claſſe, d. *orat*.3. *p*.438. Hinc adeò ARELATVM ſeſe contulit teſte Athanaſio, *ad ſolit. vit. ag. p*.641. & Am. Marcellino *lib*.14.*p*.9. *&* 25. vbi & Circenſes edidit VI. Idus Octobr. eodem Marcellino auctore ſimùl & *legem*, ni fallor, 2. *de diu. officiis* ad Philippum PP. (de quo ſup. A. 346.) promulgauit. Ibidem & Synodus Arianorum à Conſtantio coacta: in quâ damnatus Athanaſius, & Paulinus Treuirenſis in exilium miſſus. Athanaſius *d. loco*: & Seuerus Sulpitius *lib*.2.

Hoc anno, vel certe proximo, *Taurus* PP. Italiæ eſſe cœpit.

Conſtantius, bello Magnentiaco defunctus penitus, per vrbem Romam *Sacrificia* nocturna, ibi à Magnentio permiſſa (ibi antea interdicta à Conſtante. v. ſup. A. 341. 342.) aboleuit *l*.5. *de paganis*: Perque Italiam nominatim *Templa* Gentilium vbique claudi, aditúſque eorum, & *ſacrificiorum* vſum præcludi iuſſit, *l*.4. *de paganis*. Quod & per Orientem conſtituit. v. Libanium *orat*. pro *templis*. *p*.40.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio A. VII. & Conſtante Cæſ. III. Coſſ. 354.

XV. Kal. Feb. Dat. Conſtantinop." *l*. 10. *quorum appellationes* ad Proclianum Proc. Africæ. Acc. XV.* Kal. Aug. Karthag.

* Sex poſt menſibus.

" Irreptitia hæc vox: erat enim hoc anno Conſtantius primùm in Galliâ, mox in Italiâ.

IIII. Kal. Mart. Dat..... *l*. 11. *de Epiſcopis*. ad Longinianum Præf. Ægypti.
VIII. Id. Mart. Dat.... *l*. 1. *de Agentibus in reb*..... PF.P. poſt alia.
Prid. Id. Mart. Dat..... *l*.7. *de Prætoribus*. ad Orfitum PF. V.

Hæc lex malè ad annum ſuperiorem refertur.

Prid. Non. Mai. Dat..... *l*.5. *de cohortalibus*. } ad VV. CC. PF.P. poſt alia.
Prid. Id. Mai. Dat..... *l*.4. *de diuerſis off*. }

XI. Kal. Iun. Dat. MED. { *l*.6. *de annona & tributis*. / *l* 42. *de decurionibus*. } Ordini Cæſenatium ſalutem dicit.

*Conſtantio & Conſtanti A A.* tribuitur: Verùm reſcribendi *Conſtantius A. & Conſtans Cæſ.*

XV. Kal. Iun. Dat.... *l*.5. *de diu. officiis*. ad PF.P.

X. Kal. Iul. Dat. CÆSENÆ *l*.38. *de decurionibus*. ad Anatolium PF.P.

Fortè hùc retrahenda ab A.D. 346.

XII. Kal. Aug. Dat. RAVENN. *l*.40. *de decurionibus*. ad Taurum PF.P.

Fortè huc retrahenda ab anno 353.

VIII. Kal. Aug. Dat..... *l*.5. *de curſu publico*. ad Muſonianum PF.P.

*Conſtantino* perperàm tribuitur.

VI. Kal. Aug. Dat..... *l. matres* 3. *Cod. ad ſc. Tertull.* Catulino Proconſuli.
Kal. Aug. Dat...... *l*.6. *de Africæ curſu publico*. Magno agenti Vicariam Præfecturam.

*Conſtantino* & hæc lex tribuitur.

III. Non. Aug. Dat. Antiochiæ" *l*.7. *de curſu publico*. Olybrio Proc. Afric.

" Hoc ſuſpectum: niſi ad alios Coſſ. hæc lex referenda, veluti ad A. D. 342.

XI. Kal. Sept. Dat..... *l*. 1. *de raptu vel matrimon. ſanctimon.* ad Orfitum."

" P.V. v. ſuprà *l*.7. *de Pretorib.* *Conſtantij* ſolius nomen huic l. inſcriptum.

XV. Kalend..... PP. Laſtronæ *l*. 1. *Cod. de hæredit. decur. nauiculariorum*. Maſtichiano [al. Marciano PP.] Præf. annonæ. Fortè referenda ad A. 326.

Prid.



Constantius et Constans — A.D. 354.

Prid. Non. Octob..... *l*.6. *de diu. off.* ad PP. poſt alia.

Fortè hæc lex hùc reuocanda ab A. D. 316.

V. Kal. Nou. Dat...... *l*.1. *de prædiis nauicular.* ad Decretum nauicul.

Referam hanc l. ad A.D. 326.

## CHRONICON HISTORICVM.

A *Relate* huius anni initio, conſtitit adhuc Conſtantius Imp. Inde verò verno tempore *Valentiam* petiit moturus in Gundomadum & Vadomarium fratres Alamannorum, cum quibus mox fœdus iniit. Amm. Marcellinus, *lib*.14. *p*.25.26. Themiſtius quoque ipſe *orat*. 13. *p*.300. Conſtantium hoc tempore in Galliis fuiſſe docet.

Immunitatem à muneribus curialibus non modò *Clericis*, ſed & eorum filiis minoribus tribuit per Ægyptum Conſtantius Imp. *l*. 11. *de Epiſcopis*: Athanaſianis & Catholicis paulò mitius conſulens, vt pote à Legatis Romanis Italiſque Arelate emollitus.

Memmius Vitraſius *Orfitus* à IV. Id. Decembris anni ſuperioris his quoque coss. P.V. fuit: In quo & vetus Notitia Præfectorum vrbis deſinit. Hinc adeò his coss. non vna ad eum lex data occurrit, puta *lex* 7. *de Prætoribus* menſe Martio: & lex 1. *de raptu vel matrim. ſanctim.* menſe Auguſto: Eiuſdem meminit hoc ipſo anno Am. Marcellinus, *lib*.14. *p*.11. De eo plura *in Proſopogr.*

Conſtantius icto fœdere cum Alamannis *Mediolanum* diſceſſit, teſtis Am. Marcellinus *lib*.14. *p*.28. 29. *lib*.15. *in pr. p*.37. 39. Hinc adeò menſe Maio Mediolani data conſtitutio, cuius partes ſunt *lex* 6. *de annonâ & tribut.* & *l*.42. *de decurionibus*. De hâc quoque Conſtantini in *Italiâ* mora Themiſtius haud procul à principio *Orat*. 13. quam hoc ipſo anno habuit, & *p*. 294. & Mediolani quidem, Philoſtorgius *lib*.4 *cap*. 1. vbi & conſtitit, quo tempore Gallus C. interfectus fuit, Barbatione in id miſſo: Eodémque perlatus nuncius de eo interfecto, eodem Marcellino teſte, *libri* 15. *initio*.

Domitiano PP. Orientis necato à Gallo Cæſ. *Muſonianus* (qui & *Strategius* dictus, patriâ Antiochenus) PP. Orientis factus eſt: teſtis Am. Marcellinus *lib*. 15. *p*.61. in geſtis anni prox. 355. vel 356. & in geſtis anni 357. *lib*.15. *p*.74. Ei verò inſcribuntur hoc anno 354. *lex* 5. *de curſu publ.* & anno 356. *l*.2. *de legatis*. Eiuſdémque mentio ſit *l*. 14. *de nauiculariis*. De eo plura in *Proſopogr.* ex Athanaſio & Libanio.

GALLVS Cæſar in Iſtriâ Conſtantij *Mediolani* conſtituti iuſſu Antiochiâ excitus occiditur prope Polam, in inſulâ Flauona, Am. Marcellinus, *lib*.14. *p*.32. Socrates, *lib*. 2. *cap*.27. Sozomenus, *lib*. 4. *cap*.6. *in f.* Philoſtorgius, *lib*.5. *cap*.1. Idacij Conſular. Hiſtoria miſcella, Cedrenus. His coss. teſtis Socrates, *lib*.2. *cap*.27. Sozomenus, *lib*. 4. *c*.6. *in fin.* & hiſtor. miſcella, vt rectè eam emendauit Scaliger cùm quadriennio imperaſſet. Am. Marcellinus, *d. lib*.14. *p*. 33. vbi quadriennium cœptum pro completo accipiendum eſt. Sanè Victor vulgatus in nonnullis Codicibus ait Gallum imperaſſe *anno tres*: in pleriſque aliis *annos* IIII.

## CONSTANTIVS, iterùm ſolus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Arbitione & Lolliano Coſſ. 355.

Kal. Ian. Dat. MEDIOL. *l*.2. *de his qui per metum Iudicis*. ad Voluſianum. PF.P.

Conſtantij vnius nomen rectè huic l. inſcriptum.

XII. Kal. Mart. Dat. Mediolani. *l*.6. *Cod. Iuſt. qui teſtam. fac. poſſ.* ad Voluſianum" Præfectum vrbi."

" ℞ PF.P. id eſt, Pro præfectum.

" al. Voluſium.

V. Non. Mart. Dat." Sirmij *l*.8. *Cod. Iuſt. vbi cauſæ fiſcales*. ad Taurum PF.P.

" Data pro Reddita: vel *Sirmij*, vox erronea eſt: Fortè *Dat. Arimini.*

V. Kal. April. Dat. *l. ſi vnquam* 3. *de reuoc. donationibus*. ad Orfitum PF.V."



" In

"in Cod. Iuſt. malè PF.P.

VIII.Id.Apr.Dat.....*l.2.de erogat.mil.ann.*ad Taurum......

In hâc l. fit *Africæ* mentio, & ad milites per Africam pertinet.

VIII.Kal.Mai.Dat.....*l.7.de donationibus.* ad Orfitum PF.V.
Prid. Kal. Mai. Dat." Romæ *l.2. de inceſtis nuptiis.*ad Voluſianum Vicarium Vrbis.

" pro reddita, vel accepta.

Tribuitur hæc lex perperàm *Conſtantino, & Conſtanti AA. & Iuliano Caſ.*

Prid.Non.Iul.Dat.Mediol.*l.2.de piſtoribus.*ad Orfitum PF.V.
XVI.Kal.Aug.Dat.Med.*l.43.de decurionibus.*ad Taurum PF.P.
XI.Kal.Aug.Dat.Med.*l.1.de curioſis.* ad Lollianum PF.P. Accepta XII.Kal.Sept.

VIII.Kal.Aug.Dat. { MESSADENSI* *l.25. de appellationibus.* ad Lollianum PF.P. PP. Capuæ.

* Vrbe ſcil.

{ .......*l.11.quorum appellationes.*ad Lollianum PF.P.

VIII.Kal.Aug.Dat." Mediolano *l.2.de Iuriſdictione.*ad Taurum PF.P.

In hâc l. agitur de *Militibus*, quemnam illi Iudicem in prouinciâ ſortiantur.

" f. pro reddita : vel dies alius huic l. ſubſcribendus.

VI.Kal.Aug.Dat..... { *l.12. quorum appellationes* / *l.26. de appellationibus* poſt alia. } ad Voluſianum PF.P.

Kal.Aug.Dat.Mediol.*l.1.de legatis.*ad Taurum PF.P.

" f. pro, reddita.

VI.Non.Sept. Dat. DINVMMÆ *l.8. de exactionib.* ad Taurum PF.P. Acc. prid.* Id.Nou.Karthag.

* Septuageſimo ſecundo poſt die.

VIII. Kal. Octob. Dat. Epiſtola..... *l.12. de Epiſcopis* Seuero ſuo ſalutem. Acc. Non.* Octobr.

* decimo quarto poſt die.

Prid.Kal.Nou.Dat.MEDIOL.*l.6.de famoſis libellis.*ad populum."

" Vrbis Romæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantius his Coſſ. *Mediolani* fermè conſtitit : teſte Am. Marcellino, *lib.15. p.37. 39. 42.* & Seuero Sulpitio, *lib.2.* quod pariter teſtantur plurium hoc anno conſtitutionum ſubſcriptiones. Ibidem his Coſſ. conciliabulum Mediolanenſe habitum, vbi inter alia Athanaſius depoſitus, vt expreſsè conſulatui huic id adſcribit Seuerus Sulpitius, *eod.lib.2.*v.& Socratem, *lib.2.c.29.* Sozomenum, *lib.4.c.8.*

Orfitus his quoque Coſſ. Præfectus vrbi: ad quem tres conſtitutiones extant: puta lex *ſi vnquam 3. de reuocandis donationib. lex 7. de donation. l.2. de piſtorib.* Quo tempore Voluſianus Vicarius vrbis fuit, ſeu Propræfecto vrbi: *Taurus* verò PP. Italiæ & Africæ: vt & Lollianus (qui & Mauortius) & ipſe PP. Italiæ, de quo in *Proſopog.*

Nuptiæ cum duabus ſororibus, vel cum duobus fratribus ſucceſſiuæ, hactenus licitæ, prohibitæ in Occidente & quidem Romæ & per vrbis diœceſim à Conſtantio *l.2. de inceſtis nuptiis.*

Conſtantius Lencienſibus Alamannis indicto bello, ad eum procinctum Mediolano egreſſus, in *Rhetias Campóſque Caninos* venit, exercitúmque ad lacum Brigantiæ miſit: Am. Marcellinus, *lib.15. p.40.* Moxque prælio terminato Mediolanum ad hyberna reuertit *p.42.* Cùm in eo tractu eſſet Conſtantius, duæ ibi ab eo conſtitutiones editæ: *Meſſadenſi*, inquam, ſeu *Meſſacenſi* vel *Meſiauenſi*, quæ hodie *Miſaucum lex 25. de appellationibus* menſe Iulio : & *Dinunuæ*, (f. *Bilumnæ* pro *Bilitione*) bimeſtri fermè poſt menſe Septembri, *lex 8. de exactionibus.* De quibus locis *ad eas leges* plenius dico.

*Legatos* ad Principem mittendi, nullo impediente facultatem per Africam tribuit hoc tempore Conſtantius *l.1.de Legatis.*

De *Foro Eccleſiaſtico* epiſtolam hoc tempore emiſit Conſtantius, cuius pars eſt *lex 12.de Epiſcopis*: quâ Epiſcopos in iudiciis accuſari vetuit, verùm apud Synodum Epiſco-



coporum : in cuius l. cauſam hiſtoricam inquiro, *ad eam l.*

*Mediolanũ* Conſtãtius reuerſus eſt ex Rhetia campiſque Caninis ad hyberna Am. Marcell. *lib.15.p.42.* vbi & data ab eo mẽſe Octobri extremo *lex 6. de famoſis libellis.* Eodémque venit ad eum ex Ioniâ ſeu Achaiâ accitus Iulianus, vt ipſemet teſtatur *ep. ad S. P. Q. Athen. p.505.*

Liberius ep. Rom. his Coss. Arbitione & Lolliano, ſub Leontio P. V. in exilium in Thraciam miſſus fuit teſte Am. Marcellino *lib.15.p.51.* Seuero Sulpitio, *lib.2.* & FELIX in locum ipſius ſuffectus. Hinc adeò anno ab hinc altero 357. extremo Felici iſti inſcribitur *lex 14. de Epiſcopis.* de Leontio, anno proximo.

IVLIANVS à Conſtantio Imp. Cæſar creatur Galliiſque præpoſitus his Coss. Arbitione & Lolliano 8.Id.Nouemb. Am. Marcellinus *lib.15.p.54.* Socrates, *lib. 2. cap.27.* Conſularia Idaciana, (perperàm id adſignat auctor Chronici Alexandrini VIII.Id. Octobr.) Idque in Italiâ factum teſte Zoſimo, *initio lib.3.* Mediolani : vt disertè Hieronymus, *Chronico* ſcribit : vbi ſanè tum Conſtantius erat, de quo *ſuprà.* Vnde etiam Kal. Decembris Iulianum in Gallias pergentem mediâ hyeme (vt ipſe teſtatur *ep. ad S.P.Q. Athen. p. 510.* & Libanius in Iuliani Conſul. *p. 236.* & *in necem Iuliani p. 270.*) Conſtantius deduxit, ad locum vſque duabus columnis inſignem, inter Laumellum & Ticinum: vnde mox Iulianus Taurinos peruenit, Marcellinus, *lib.15.p.54.*

# CONSTANTIVS A. & IVLIANVS C.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Conſtantio A.VIII. & Iuliano C.I. Coſſ.356.

*INDICTIO XV.* l.2. de legatis.

XVIII.Kal.Feb.Dat.MED.Indict.xv.*l.2.de legatis.*Muſoniano PF. P.
XI.Kal.Mart.Dat.Med.*l.6.de paganis*.............

VIII.Id. Mart. { Conſtantina *l.1. ſi quis pecunias conſ.*ad Rufinum PF.P. / Dat.Med.*l.2.de bonis præſcriptorum.*ad populum.

III.Id.Apr.Dat.Med.*l.8. & 9.de Prætoribus.*ad Senatum Lecta" à Braxio Proconſule VII.* Id. Mai. Senatus habitus VII. Id.Mai.7.

"Sic & epiſtola eiuſdem Conſtantij de Themiſtio Philoſopho anno ſuperiore 355. dicitur Lecta à Iuſtino Clariſſimo Proconſ. v. inter Themiſtij *orat.14.p.428.*

* viceſimo nono poſt die.

VII.Id.Mai.....*l.10.de Prætoribus.* ad Senatum.
IIII.Kal.* Nou.Dat.Med.*l.13.de Epiſcopis.*ad Leontium......

" P.V. Malè verò hæc lex refertur ad annum ſequ.357.

Sine die PP.in foro " Traiani *l.3. de ſepulcris viol.*ad Orfitum" PF.V.

Referenda hæc lex videtur ad annum prox.357.

" De foro Traiani eo ipſo anno 357. Am. Marcellinus *lib.16.p.77.*v. & veterem orbis deſcript. *c.43.*

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius poſt deductum Iulianum in Gallias pergentem, *Mediolanum* rediit: teſtis Am. Marcellinus, *lib. 16. p. 70.* Hinc adeò datæ hoc anno ibi, inde ab initio anni plures conſtitutiones.

De *Axumitis & Homeritis*, déque Legatis ad hos miſſis vel mittendis, agit Conſtantius hoc anno *l.2.de Legatis*: Quo ipſo anno Conſtantij epiſtolam ad Tyrannos Axumitarum refert Athanaſius, *Apol. ad Imp. Conſtantium p.540. 542.* v. quæ dixi ad Philoſtorgij *lib.3.cap.4. & 5.*

*Muſonianus*, de quo dixi A.354. hoc adhuc tempore PP. Orientis erat : cui ideò inſcribitur *lex 2 de Legatis.* De eo agit hoc ipſo anno Marcellinus *fine libri* 15. Meminit & anno 356. proximo *lib. 16. p.78.* & 358. *lib. 17. p. 104. Sacrificia*, cultúmque *ſimulacrorum* Conſtãtius capitis pœnâ hoc tempore ſanxit, *l.6.de paganis.* Multáque ſtatuit circa ſtatum vrbis Romæ, etiam Eccleſiaſticum, de quo poſteà: *Magiæ* item odium profeſſus *l.2.de bonis proſcriptorum.* de quo vid. & Am. Marcellinum, hoc ipſo anno, *lib. 16. p.72.*

Et

CONSTANTIVS ET CONSTANS — A.D. 349.

Et amplius adhuc anno prox. 357. *l.* 4. *&* 5. *de maleficiis.*

Iulianus C. VIII. Kal. Iulias Auguſtodunum ex Italiâ peruenit, Am. Marcellinus, *lib.* 16. *p.* 74.

*Leontius Præfectus vrbis Romæ* fuit his quoque Coſs. cui ideò inſcribitur menſe Octobri Medolani *lex* 13. *de Epiſcopis.* Eiuſdem meminit Am. Marcellinus *lib.* 14. *p.* 31. déque eo expreſſe agit in geſtis anni ſuper. 355. *lib.* 15. *p.* 50. 52. Cæterùm Conſtantius eâ *l.* 13. Priuilegia Eccleſiæ vrbis Romæ & clericis conceſſa antea, confirmauit: in cuius cauſas inquiro ad eam l.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio A. VIIII. & Iuliano C. II. Coſſ. 357.

VIII. Kal. Feb.* Dat. Mediol. *l.* 4. *de maleficis.* ad populum.

* *ita editio in* 4.

IIII. Non. Feb. Dat. Med. *l.* 1. *de operibus publ.* ad Flauianum Proc. Africæ. Acc. VIII.* Idus Iul.

* Centeſimo & quinquageſimo ſeptimo poſt die.

Ita hanc l. ad hunc annum retraho, & Conſtantio vindico, cùm hactenùs Conſtantino M. perperàm tribuatur: Flauianus A. hic PC. ab hoc anno Africæ hoc tempore fuit, v. *Proſopogr.*

VI. Kal. Mart.

Expungenda eſt lex 1. *de decur.* v. R. quæ Conſtantinopol. data dicitur, vt docent omnes huius anni leges, quæ docent, Conſtantium hoc anno Mediolani primum, mox Romæ: dein Mediolani ruſum: tandem fine anni Sirmij conſtitiſſe.

Kal. April. Dat. Mediol. *l.* 8. *de extraordinariis.* ad Taurum PF. P.
IIII. Non. April. Dat. Mediol. *l.* 7. *de extraordinariis.* ad populum.
XV. Kal. Mai. Dat. Mediol. *l.* 2. *de Curioſis.* ad Taurum.....
III.* Kal. Mai. Dat. Mediol. *l.* 3. *de Cenſu.* ad Dulcitium Conſul. Æmiliæ.

* Retroſior aliquis Kalendarum numerus hic apponendus: nam Conſtantius iam Romæ erat XV. Kal. Maias. Niſi in ſubſcript. huius l. pro *Data*, accipias *Reddita.* Quod non puto.

Prid. Non. Mai. Dat. ROMÆ. *l.* 5. *de Numerariis.* ad Taurum PF. P.
Kal.* Iun. Dat. Rom. *l.* 9. *de nauicularis.* Olybrio" PF. V.

* Numerus Kalendarum hic intercidit: niſi *data* hic, pro *reddita* accipias.

" *Orfito* reponendum videtur: Olybrius n. ſub Valentiniano demùm P. V. fuit.

Huc quoque retraho ab anno ſuperiore legem 3. *de ſepulchr. viol.* quæ data dicitur ad Orfitum...... & PP. in foro Traiani, ſine die.

Id. Iun.* Dat. MEDIOL. *l.* 4. *de ſepulchr. viol.* ad populum.

* F. Iul.

VIII. Kal. Iul. Dat. Mediol. *l.* 8. *de curſu de publico*, ad Taurum PF. P.
VI. Kal. Iul. PP. Vallis" *l.* 7. *de iure fiſci.* Verecundo Rationali ſummarum.

" in Africâ. v. Itiner. Peuting. & Antonini.

V. Non. Iul. Dat. Mediol. *l.* 7. *de Iudæis.* ad Thalaſſium PF. P.
III. Non. Iul. Dat. Mediol. *l.* 5. *de diuerſis reſcr.* ad Taurum PF. P.

Poſſit quoque referri ad A. D. 356.

Id. Iul. Dat..... *l. vn. qui petant tutor.* Hanc Orfite Cariſſime nobis.
Prid." Id. Aug. Lecta...... *l.* 11. *de Prætorib.* ad Senatum.

" Hic dies erat, quo Senatus Prætorum deſignationibus vacabat *l.* 10. *eod. tit. de Prætorib.*

V. Kal. Sept. Dat...... *l.* 3. *de bonis præſcriptor.* Cæleſtino Conſulari Bæticæ.
VIIII. Kal. Octob. Dat. & Accepta. l..... *l.* 3. *de Iuriſdictione.* ad Taurum PF. P.
XVI. Kal. Nou. Dat..... *l.* 2. *de gladiatoribus.* ad Orfitum PF. V.
IV. Non. Decemb. Dat..... *l.* 1. *de luſtrali conlat.* ad Taurum. PF. P. Acc. Romæ VIII.* Id. Feb."

* Sexageſimo ſeptimo poſt die.

" Anno



CONSTANTIVS ET IVLIANVS. — A.D. 357.

" Anno proximo.

Prid. Non. Dec. Dat. Mediol. *l.* 5. *de maleficis.* ad populum.
VIII. Id. Dec. Dat. Mediol. *l.* 14. *de Epiſcopis.* Felici Epiſcopo. Lecta V.* Kal. Ian. apud acta.

* Vigeſimo tertio poſt die.

VIIII. Id. Dec. Dat. Mediol. *l.* 9. *de curſu publ.* ad Taurum PF. P.
XV. Id. Kal. Ian. Dat. SIRMIO *l.* 3. *de erogat. mil. ann.* ad Taurum........

Agitur hâc l. de Africa.

Dat. Sirmio l. 2. de inoff. dotib.
V. Kal. Ian. Lecta apud acta *l.* 14. *de Epiſcopis.* Fœlici Epiſcopo.
Sine die. Dat. Sirmio *l.* 27. *de appellationibus.* ad Taurum PF. P.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantius huius quoque anni initio *Mediolani* conſtitit, ad finem fermè menſis Aprilis. Et hoc anno Taurus PP. Italiæ fuit, quo & plures eidem conſtitutiones datæ occurrunt. Conſtantius hoc anno multa circa ſtatum vrbis *Romæ* conſtituit, & quidem circa Eccleſiaſticum & Gentilitium ſtatum; quod ex variis huius anni conſtitutionibus patet: Inter alia ſcilicet Conſtantius *l.* 4. *&* 5. *de maleficis* quæ ad populum V. R. datæ ſunt, I. *Magiam* diuinandíque artem ſupplicio capitis ſanciuit. II. *Ornamenta* vrbis ſeruari voluit, *Sepulchráque* adeò Romæ violari diruique vetuit *l.* 3. *&* 4. *de ſepulchro viol.* III. *Voluptatibus* vrbis Romæ conſuluit, ſic tamen vt ne in publicum præiudicium vergerent *l.* 11. *de Prætorib. l.* 2. *de gladiatoribus.* IV. *Clericis* vrbis Romæ conceſſa olim priuilegia, ac nominatim immunitatem à ſordidis & extraordinariis muneribus, luſtralique collatione modò imminuit, modò plenius reuexit. *l.* 1. *de luſtrali collat. & l.* 14. *de Epiſcopis.* Quibus addatur & ara victoriæ ab eo Romæ poſito ſublata: cuius rei teſtis Symmachus, *relat. ad Valentinianum*: & Ambroſius, *ep.* 31. *ad Valentin.* obeliſcus tandem Romæ ab eo erectus ſub Orfito P. V. II. Am. Marcellinus, *lib.* 16. *p.* 78. *& lib.* 27. *p.* 98. de quo Orfito mox.

*Orfito* ſecunda vrbis Præfectura à Conſtantio Romam pergente reddita. Am. Marcellinus, *lib.* 16. *p.* 75. *lib.* 17. *p.* 98. cui ideò non vna lex verùm plures hoc & prox. inſcribuntur.

*Romam* Conſtantius Imp. his Coſs. (non ſuperioribus vt quidam cenſent) Mediolano digreſſus, ingreſſus eſt, Hieronymus, *Chronico*, Chronicon Alexandrinum & Idacius *his Coſſ.* De quo Am. Marcellinus prolixè, *lib.* 16. *à p.* 75. *ad* 78. vid. & Themiſtium, *Orat.* 13. Meminit & Symmachus, *relatione ad Valentinianum.* & Claudianus, *in* 6. *Coſ. Honorij p.* 158. De hâc quoque Conſtantij Romæ morâ vid. Marium Victorinum. Ingreſſus porrò Romam 4. Kal. Maias, teſte Idacio: in Faſtis idque cum Hormiſda Perſarum regali & Euſebiâ vxore, & Helenâ ſorore ſuâ, Iuliani C. coniuge, teſte Marcellino *lib.* 16. *p.* 77. 78. è quibus Euſebia iam antea quoque Romæ fuerat A. 355. de quo Iulianus, *Orat.* 3 *ſub fin. in hanc Euſebiam.* Quo tempore FELIX Epiſcopatum Rom. tenebat.

Indéque rursùm 30. poſt die Conſtantius digreſſus eſt IV. Kal. Iunias: Am. Marcel. *d. p.* 78. & Idacius *Conſul.* vbi pro *& edidit XXXV.* lego, *& egit dies XXX.* niſi ſeptima quinquennalia ibi intelligamus, vt Valeſius interpretatur. Auctor Chronici Alexandrini ait, eum nonniſi 14. dies Romæ moratum. Sanè de ipſius ibi mora fidem quoque facit menſe Maio *lex* 5. *de Numerariis*: imò, vt exiſtimo, lex quoque 9. *de Nauicular.* Quare Baronij aliorúmque lapſus eſt, qui id ad ſuperiores Coſs. referunt, ſeu ad annum 356. contra Scaligeri error eſt, qui quod Hieronymus de Conſtantij Romam ingreſſu his Coſs. ſcripſit, id ad nouam Romam traduxit.

Conſtantius Româ IV. Kal. Iun. (vt dixi) digreſſus, mox *Mediolanum* reuerſus eſt: quod etiam teſtatur Am. Marcellinus *lib.* 16. *p.* 70. Quare ibi datæ ab eo deinceps ad medium fermè menſem Decembrem vſque, variæ conſtitutiones.

*Thalaſſius* hoc tempore PP. & quidem Orientis fuit: cuius meminit & Am. Marcellinus in geſtis Galli C. A. D. 353. *lib.* 14. *p.* 3. & anno 354. *p.* 18 Vt & Epiphanius *hæreſi* 71. in negotio Photini, quo tempore Synodus Sirmij habita hoc anno ipſo 357. quo ei inſcribitur menſe Iulio *lex* 7. *de Iudæis.*

Gladiatores in vrbe Româ adhuc fuiſſe teſtatur *lex* 2. *de gladiatoribus.*

FELICEM Epiſcopatum vrbis Romæ huius anni menſe Decembri adhuc tenuiſſe teſtatur *lex* 14. *de Epiſcopis*: Liberius enim reſtitutus demùm à Conſtantio cum Sirmij iam ageret, teſte Philoſtorgio, *lib.* 4. *cap.* 3. & Sozomeno, *lib.* 4. *cap.* 14. & ſic A. D. 358.

Conſtantius Mediolano, vbi adhuc conſtitit initio menſis Decembris, per *Tridentum* feſtinans in Pannoniam *Sirmium* Myſiámque porfectus eſt, componendis Quadorum qui Valeriam, Sarmatarum Limigantium qui Myſiam ſuperiorem & Pannoniam ſecundam populabantur, motibus: teſtis Am. Marcellinus, *lib.* 16. *p.* 78 & *lib.* 17. vid. & Zoſimum. *lib.* 3. *p.* 703. Quod quando factum, docent duæ huius anni conſtitutiones (quarum prior medio menſe Decembri Sirmij data dicitur) puta *lex* 3. *de erogat. mil. ann.* & *lex* 27. *de appellationibus.* Itaque Sirmij

Constantius et Constans

A.D.357.

moratus Conſtantius, vt teſtatur quoque Am.Macellinus *d.p.*178.Sozomenus, *lib.* 4. *cap.* 14. Philoſtorgius, *lib.* 4. *cap.* 3. vbi & poſteà Anno prox. 358. Liberium ab exilio reuocauit.

*Appellationes* ex Sardiniâ, Siciliâ, Campaniâ, Calabriâ, Brutiis, Piceno, Æmilia, Venetiâ & cæteris ad Præfectum prætorio fieri oportere non ad Præfectum vrbi conſtituit Conſtantius Sirmij poſitus, cùm eo tempore Felix Epiſcopatum teneret, Taurus PP.Italiæ eſſet, Orfitus P.V. *l.*27.*de appellationibus.*

*Vrbicariarum* ſeu *ſuburbicariarum* regionum initium & originé Italiæ regionibus & prouinciis oppoſitarum hinc ferme repeto: quarum primæ mihi omnium mentio occurrit anno ab hinc altero 359. Euſebio & Hypatio Coss. vbi vid.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Datiano & Cereale Coſſ.358.

Prid.Non.Ian.Dat.Sirmi. *l.*4.*de bonis proſcriptorum.* ad Taurum.....
XIIII.Kal.Apr.Dat." Mediol.*l.*2.*de murilegulis.*ad Taurum. PF.P.

" id eſt reddita: hoc enim tempore Conſtantius in Pannonia erat, & Sirmij fermè.

XI. Kal. Ian. Data Epiſtola Præfecto, cui hæc ſacra fuerat ante lata Mediolani *l.*6.*de cohortalibus.* ad Taurum PF.P.

XI.Kal.Iun.Dat.Sirm.*l.*44. *de decurionibus.* vel X.Kal.Iul.Dat.Sirm. *l.*45.*de decurionib.* } ad Martinianum Vic.Afric.

VIIII.Kal Iul.Dat.Sirmio *l.*15. *quorum appellat.*ad Probum Proc.Afric.
VIII.Kal.Iul.Dat.Sirmio *l.*4.*de reuocandis donat.*ad Orfitum PF.V.
V.Kal.Iul.Dat.Mursæ *l.*46.*de decurionibus.*ad Martinianum Vic.Afr.
III.Non.Iul.Dat." Arimini.*l.*6.*de maleficis.*ad Taurum PF.P.

" f. pro reddita: vbi & *Taurus* PP. anno proximo Synodo Ariminenſi interfuit teſte Sulpitio Seuero *lib.*2.Poſſit quis hîc reponere *Ariminei*: vbi certè Conſtantius anno prox.fuit teſte Am.Marcellino *lib* 19.*p* 162.

VI.Kal.Nouemb.Dat.Sirmio *l.*10.*de curſu publico.*ad Flauianum PC.Afric.

Annus huic l. ita ſubnotatus.*Poſt Coſſ.Conſtant. A.*VIIII.*& Iuliani Cæſ.*II.

XIV.* Kal.Ian.Dat.Sirmio *l.*1. *de inofficioſis dotibus.* ad Maximum Præſidem Ciliciæ.
* al.IV.

VI. Kal. Ian.* Dat. Mediol." *l.*7. *de diuerſis officiis.* ad Taurum PF.P. Acc.* Id. Iul.
* Ita quoque Cod.Iuſt. ſed reponendum.Iun.

" Vox hæc retrahenda ad *Mediol.*ibi ſcil. hæc lex data, ſeu reddita.

VI.Kal.Ian.Dat." Doridæ *l.*4.*de erogat.mil.ann.* Helpidio.....

" Pro reddita: vel *Doris* in Macedoniâ accipienda, per quam, ſed anno prox.Conſtantius Conſtantinopolim profectus ſit.Fortè fuerit quoque hic locus in Pannoniâ.

## CHRONICON HISTORICVM.

SIRMII hoc anno Conſtantius, bello aduerſus Quados & Sarmatas illigatus conſtitit: de quo Am. Marcellinus,*lib.* 16.*p.*78.*lib.*17.*p.*121. 122.v. & Iulianum *ep. ad S.P.Q.Athen.p* 513.vbi & hoc ipſo anno Perſarum legati (qui VII. Kal. Mart. Conſtantinopolim ingreſſi fuerant, vt ſcribit Idacius) eum conuenere, teſte Marcellino, *lib.*17.*p.*112. 113. & Zonara. Ibi data iam menſe Ianuario *lex* 4. *de bonis proſcriptorum.*

*Taurus* his quoque Coſſ. PP. Italiæ fuit: ad quem ideò plures conſtitutiones datæ extant.

*Sirmio* digreſſus Conſtantius poſt æquinoctium vernum, verè adulto Danubium tranſgreſſus in Quados & Sarmatas mouit. Am. Marcellinus, *lib.*17.*p.*112. 113. 121. Exinde menſe fermè Iunio *Sirmium* reuerſus: vbi datæ ab eo plures leges eo menſe.

*Orfitus* hoc quoque anno ſecundam vrbis Præfecturam geſſit, teſtis *lex* 4. *de reuoc. donat.*v. & infr.A.359.

*Murſæ* in Pannonia, Sirmio digreſſus Conſtantius agit menſe Iunio extremo: vbi ab eo data tùm *lex* 46.*de decurionibus.*

Conſtantius in *Magos*, ac potiſſimùm in eos qui in comitatu ſuo vel Iuliani C. eſſent, conſtitutionem edidit ſeueriſſimam *l.*6. *de maleficis.*

*Nicomedia* terræ motu collapſa, his Coſſ. de quo Ammi. Marcell. *lib.*17.*p.*105. & Libanij monodia *peculiaris* & ep. ad Anatolium 534. his Coſſ. vt diſertè teſtantur Victor Schotti, Socrates, *lib.*2. *c.*31. Idacius *in Faſtis*:



Constantius et Constans

A.D.358.

*Faſtis*: etſi Chronicon Alexandrinum id in ſequentes Coſſ.referat. Diem Marcellinus, Socrates & Idacius addunt, IX.*Kal.Septemb.* μηνὶ ὑπερβερεταίῳ inquit Chron. Alex. Indicat hanc cladem Nicomediæ Libanius *ep.* 258. *lib.* 3. in editis Lat.

*Perſici* motus initium ab hoc anno repeto: de quo Am. Marcellinus *lib.* 17. *p.*102. 122.*&* *lib.*18.*p.*120.Zoſimus,*lib.*3.

Conſtantius Murſâ, Quadorum & Sarmatarum motibus compoſitis, *Sirmium* regreſſus eſt. Am.Marcellinus *lib.*17.*p.*122. Hinc itaque datæ ab eo Sirmij menſe Octobri & Decembri aliquot conſtitutiones. De hâc Sirmij mora locus Sozomeni, *lib.*4.*c.*15.

*Liberius* vt & Oſius his demùm Coſſ. Sirmij agentes à Conſtantio ſedibus ſuis reſtituti ſunt; & Liberius quidem ſedi Romanæ, cui adhuc fine anni ſuperioris præerat Felix, vt docet lex 14. *de Epiſcopis*, de quo *ad Philoſtorgium* iam dixi *lib.*4.*c.*3.

*Helpidius PP.* Orientis fuit hoc anno & duobus proximis 359.360.de eo v. quæ dico, *in Proſopogr.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Euſebio & Hypatio Coſſ.359.

VII.Kal.Mart.PP.Romæ *l.*9.*de extraordinariis.*ad Taurum.PF.P.

Agitur hac l. de Africa, Italia, Vrbicariis regionibus & Sicilia.

Prid.Id.Mart Dat.Conſtantinop.* *l.*5.*de erogat.milit.ann.*Helpidio PF.P.*
VIII.Kal.Apr.Dat.....*l.*1. *de calcis coctoribus.*ad Orfitum PF.V.
XI.Kal.Iun.Dat.Sirmio *l.*14.15.*de Prætoribus.* ad Senatum.
XVIII.* Kal.Iul.Dat.....*l.*47.*de decurionibus.*Cæciliano." PF.P.
* XIII.Kal.Iun.in Ani.Reg.

" Abeſt hæc inſcriptio ab omnib. aliis editionib. præter Pariſinam vltimam: Et verò inſcriptio ita habuiſſe videtur *Idem A. & Cæſ.Iulianus.*

XIV.Kal.Iul. Dat. Singiduno *l.*18. *de appellationibus.*ad Taurum PF.P. PP.X.* Kal. Aug.Rom.

* Trigeſimo ſexto poſt die.

Prid.Kal.Nou.Dat.....*l.*5.*de curioſis.*ad Agentes in rebus.
Prid.Kal.Dec.PP.....*l.*3.*&* 4.*de curioſis.* ad Agentes in rebus.
III.* Kal.Ian.Dat....*l.*16.*de Prætoribus.* ad Senatum."

* VI.*C.Iuſt.* " Vrbis Conſtantinopol.
Huic legi cohæſiſſe puto legem *vlt. Cod. de prædiis minorum.* ad Senatum quoque, data XII. Kal. Ianuar.ſubſtituta voce *Iuliani* C. pro *Conſtante* in inſcript.

Item legem *cùm appellatio.*23.*C.Iuſt.de appellation* ad Senatum (quæ die & Coss.caret.)

## CHRONICON HISTORICVM.

VRBICARIARVM regionum prima mentio mihi occurrit hoc anno 359. *in l.*9. *de extraordinariis*: & quatuor quidem, vt exiſtimo *l.*1. *de calcis coctoribus.* Vide quæ dixi, ad annum iam 357.

*Taurus* his quoque Coſſ. PP. Italiæ fuit: cui duæ leges inſcribuntur menſe Martio, *d.*9.*de extraordin.* & menſe Iunio *l.*28.*de appellation.* Et verò Ariminenſi Synodo his Coſſ. à menſe Iunio hic idem Conſtantij iuſſu præſedit, teſte Seuero Sulpitio, *lib.*2. & Hieronymo *adu. Lucifer.*

*Perſici* motus & apparatus hoc anno primâ veris temperie: de quo Am. Marcell. *lib.* 18. *p.*125. Hinc contra expeditioni aduerſus Perſas annonæ militari & expeditionali conſulit, Conſtantius *l.*5. *de erogat. mil. ann.* quæ hùc proculdubio pertinet.

*Orfitus* ſecundam Vrbis Præfecturam hoc tempore adhuc adminiſtrabat: cui ideò inſcribitur menſe Martio *lex* 1. *de calcis coctoribus.* Hic verò poſteà ſucceſſores habuit in eâ Præfecturâ A.D.360. 361. *Baſſum*, *Tertullum*, *Maximum.* v. Am. Marcellinum *lib.* 17.*p.*112.*lib.*19.*p.*159.*lib.*21.*p.*210.Symmachum, *l.*10.*ep.*26.47.

Conſtantius *Sirmij* agit hoc quoque tempore, Quadorum & Sarmatarum motibus illigatus: quod teſtatur quoque Am. Marcellinus, *lib.*18. *p.*127. 129. *&* *lib.*19. *p.*160. Socrates *lib.*2. *c.*29.Et quidem menſe Maio: quo ibi data lex 14.*&* 15.*de Prætoribus*, XI. Kal.Iun. quo ipſo die à Synodo Sirmienſi tertia quæ tum ibi habita, fides ſcripta ſeu tertium ſymbolum, quo Filius per omnia Patri ſimilis aſſerebatur: Quæ & hoc ipſo anno mox Arimini edita firmatáque.v. Athanaſium *de Synodis p.*674.Socratem *lib.*2.*cap.* 29 Theodoretum *lib.*...... Sozomenum *lib.*4. *cap.*16. Hieronymum Dialog. *adu. Lucifer.* Philoſtorgium *lib.* 4. *cap.* 8. vbi v. quæ dixi *p.*211.

*Singidunum* Moeſiæ primæ, Sirmio digreſſus hoc tempore Conſtantius: vbi ab eo data XIV. Kal. Iul. *lex* 28. *de appellationib.* Hanc Conſtantini moram Singiduni memorat quoque Philoſtorgius *lib.*4.*cap.*10.vbi & indictam ab eo Synodum Ariminenſem indicat.

CONSTANTIVS, ET IVLIANVS. A.D. 359.

indicat Bello ſcil. ibi Quadorum & Sarmatarum illigatus erat Conſtantius, qui Pannoniam Moeſiamque ſuperiorem incurſabant: teſtis Am. Marcell. *lib.* 16. *p.* 78. *lib.* 17. *p.* 112. *lib.* 19. *p.* 160 Huius expeditionis meminit ipſemet Conſtantius ep. ad Synodum Ariminenſem apud Socratem, *lib.* 2. *c.* 29. & Sozomenum *l.* 4. *c.* 16.

*Ariminenſis* Synodus cuius etiam mentio fit hoc Codice *l. vlt. de fide Cathol.* & anno prox. 360 *l.* 18. *de Epiſcopis*) his Coſſ. habita fuit, cui & Taurus PP. præſedit. v. Seuerum Sulpitium, *lib.* 2. & Hieronymum, *adu Lucifer.* Quæ & per ſeptem menſes durauit à Iunio ad Decembrem vſque. Eáque mox Conſtantinopoli firmata, anno prox. vt docet *d. l. vlt.* ibi conſtituto Conſtantio. In eâ vero Synodo Ariminenſi tractatus quoque habitus ſuper Eccleſiarum & clericorum priuilegiis, vt teſtatur *d. l.* 15.

Conſtantius ex procinctu aduerſus Sarmatas limigantes ex Myſiâ in *Orientem* tandem pergit, & hyeme quidem menſe Octobri *Nicæam* Thraciæ peruenit, de quo Zoſimus, *lib.* 3. *p.* 703. Seuerus Sulpitius, *lib.* 2. Athanaſius, *ep ad Africanos*: geſta præuaricationis inter Hilarij fragm. *p.* 26. mox & *Conſtantinopolim*, vlterius videl perrecturus, vt cladibus apud Amidam mederetur, impetúſque Regis Perſarum cohiberet, Am. Marcellinus, *lib.* 19. *p.* 163. Zoſimus *d. p.* 703. De hâc verò Conſtantij Conſtantinopoli morâ v. & Seuerum Sulpitium, *lib.* 2. Fidem quoque facit de anno proximo *lex* 1. *de patrociniis vicorum*: & *lex* 1. *de decur. vrbis Romæ*. eò enim hæc lex referenda eſt. Eò ipſo verò tempore Synodus Conſtantinopoli habita, quâ Ariminenſis fides firmata: de quo v. *l. vlt. de fide Cathol.* & dixi ad Philoſtorgium, *lib.* 4. *c.* 12.

PRÆFECTORVM *vrbis Conſtantinopolitanæ* initium hinc à fine inquam huius anni 359. Euſebio & Hypatio Coſſ. conſurgit. Primus ſcil. vrbis Conſtantinop. Præfectus à Conſtantio *Honoratus*, ex PP. Galliarum (quod etiam ex Libanij epiſtolis diſcimus) conſtitutus fuit; abolitis ſcil Duumuiris, die III. Idus Decembris vel Septemb. v. Hieronymum, *Chronico*; Idacium, *conſular*: Socratem, *lib.* 6. *cap.* 41. *p.* 603. Sozomenum, *lib.* 4. *c.* 22. Chronicon Alexandrinum, de quo dico ad *l.* 16. *de Prætoribus.* De hac eadem Honorati Præfecturâ vrbis Libanius, *ep.* 246. Hâc verò occaſione Conſtantius, quidnam ad Præfecti vrbis Conſtantinop. & Prætoris ibidem *Iuriſdictionem* pertineret Oratione ſuâ ad Senatum, definitum iuit, cuius tria fragmenta hic ſupra poſita ſuperſunt: ac nominatim *lex* 16. *de Prætoribus.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio A. x. & Iuliano Cæſ. III. Coſſ. 360.

Prid. Non. Feb. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 1. *de prædiis vicorum* Helpidio......

Agitur hâc l. de Ægypto.

VI. Kal. Mar. Dat. Conſtantinop. *l.* 1. *de decuriis vrb. Rom.* ad Iulianum..... Acc. Id. * Maij Rom.

* Octuageſimo primo poſt dic.

Refertur malè hæc lex ad A.D 357.

XVI. Kal. Iun. Dat. HIERAPOLI *l.* 6. *de erogat. milit. ann.* Helpidio. PF. P.
Prid. Kal. Iul. Dat." epiſtola Med. *l.* 15. *de Epiſcopis Eccl. & Clericis.* ad Taurum PF. P.

" id eſt, reddita.

VI. Id. Iul. Acc. Karthagine *l.* 2. *de luſtrali collat.* ad Taurum PF. P.
XVI. Kal. Dec. Dat.... Indictione IIII. *l.* 11. *de curſu publico.* Helpidio PF P.
XV. Kal. Ian. Dat. Syrmio [f. Syrinio, prope Antiochiam] *l.* 2. *de inoff. dotib.* Pomponiano.

Fortè ad hoc tempus hæc lex referenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

CONſtantius *Conſtantinopoli* aliquamdiu hoc anno moratus eſt, de quo iam dixi *fine anni ſuper.* vbi & initio huius anni in Synodo Conſtantinopolitanâ Synodus Ariminenſis firmata fuit: de quo dixi, ad Philoſtorgium, *lib.* 4 *cap.* 12. *p.* 224. Quare ibi data menſe Februario *lex* 1. *de patrocin. vic.* & *l.* 1. *de decuriis vrb Rom.* Eo ipſo tempore his Coss. XV. Kal. Martias eodem menſe Februario, dedicata magna Eccleſia ſeu Dominicum teſte Hieronymo, in *Chronico*, Socrate, *lib.* 2. *cap.* 43. Sozomeno, *lib.* 4. *cap.* 25. *in pr.* Conſularia *Idaciana*, & Chronicon Alexandr. *p.* 682. *Helpidius* Orientis, *Taurus* Italiæ Præfecti Prætorio & hoc anno fuêre. *Tertullus* hoc anno poſt *Baſſum* P.V. fuit, teſtis Am. Marcellinus tribus locis: *lib.* 19. *p.* 159. *lib.* 21. *p.* 205. 210. Cui poſteà ſucceſſit Maximus.



CONSTANTIVS ET IVLIANVS. A.D. 360.

*Perſica* expeditio Conſtantij in hunc annum incidit: Scilicet poſt adultum ver, ducto itinere per Cæſaream Cappadociæ, Melitinam, Lacotenam, Samoſatam & Edeſſam, vbi diu moratus, poſt æquinoctium tandem autumnale, in Perſas mouit: teſte Ammiano Marcellino, *lib.* 20. *à p.* 181. 184. 186. *ad finem libri*: vid. & *lib.* 21. *p.* 196. Qui nullibi, Conſtantij iter iſtud deſcribens, quod mirum, *Hierapoleos* meminit: Et tamen his Coss. menſe Maio medio *Hierapoli* data dicitur *lex* 6. *de erogat. mil. ann.*

*Immunitatem* Eccleſiarum & Clericorum contra diſpoſitionem Synodi Ariminenſis, de conſenſu Epiſcoporum Italorum, Hiſpanorum & Africanorum, qui ad ipſum in Orientem venerant, infregit hoc tempore Conſtantius, *l.* 15. *de Epiſcopis.*

*INDICTIONVM antiquiſſima mentio hoc Codice.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Tauro & Florentio Coſſ. 361.

XVI. Kal. Mart. Dat. ANTIOCHIÆ. *l.* 16. *de Epiſcopis.* ad Antiochenſes.
V. Non. Mai. Dat. GYFYRÆ *l.* 12. *de Prætoribus.* ad Senatum.

De Themiſtio Philoſopho agitur *hâc l.*

V. Non. Mai. Dat. { ......næ". *l.* 13. *de Prætoribus.*

" Ita editiones aliæ, ſola Pariſienſis habet *Veronæ*: Quod ſi verum tum reponam *Veroeæ* id eſt, Beroeæ: quæ vnius diei itinere abeſt ab Antiochia. Procopius 2. *Perſic.* Etſi; Quid *Geſyræ* reponamus, vt in *l.* 12. de *Prætoribus* quæ eodem die data eſt?

......*l.* 1. *de Metatis.*

Perperàm hæc lex *Conſtantino* tribuitur porrò.

......*l.* 7. *de annonâ & trib.*
......*l.* 1. *de publica comparat.*
......*l.* 48. *de decurionib.*
......*l.* 3. *de luſtrali conlat.*
......*l.* 1. *de protoſtaſia.*
......*l.* 7. *de operibus publicis.* } ad Senatum.

XIV. Kal. Iun. Dat...... { *l.* 4. *de inoff. teſtam.* / *l. vn. de inoff. donation.* } Olybrio......
III. Non. Aug. Dat...... *l.* 14. *quorum appellationes.* Ad Flauianum Proconſ. Afric.
IIII. Kal. Sept.* Dat..... { *l.* 5. *de cohortalibus.* / *l.* 49. *de decurionibus.* / *l.* 4. *Cod. Iuſt. de Epiſcop.* } ad Taurum PF. P.

* f. Febr.

*CONSTANTII conſtitutiones ſine die & COS.*

*l.* 6. *Cod. Iuſt. de dignitatibus.* ad Orfitum..."...

" ✠ PF. V. v. Proſopogr.

*l.* 1. *Cod. Iuſt. de quadriennij præſcript.* ad Orfitum P.V.

Perperàm Conſtantino tribuitur.

## CHRONICON HISTORICVM.

COnſtantius ingraueſcente hyemis magnitudine, ex procinctu Perſico *Antiochiæ* hyematurus rediit in Syriam fine anni ſuperioris Am. Marcellinus, *lib.* 20 *p.* 191. qui ab eo Antiochiæ geſta tùm, & hoc anno perſequitur, *lib.* 21. *p.* 199. 200. v. & Socratem, *lib.* 2. *c.* 34. *inf.* & 46. Philoſtorgium, *lib.* 5. *c. vlt.* & *lib.* 6. *c.* 4. Hinc adeò data ab eo hoc anno menſe Februario *Antiochiæ*, *lex* 16. *de Epiſcopis*, ad ipſoſmet Antiochenſes; vt & *Gyphyræ* mox data ab eo lex 12. *de Prætoribus*, menſe Martio: quæ Gephyra ab

CONSTANTIVS A. ET CONSTANS C.

ab Antiochiâ 22. lapide diſtabat : de quo v. quæ *ad eam l.* dico ex Ptolemæo, *lib.* 5. *c.* 15. & Itiner. *Peutinger.* Et exinde *Veronæ* (id eſt, *Veroeæ* ) ſi vera eſt lectio Pariſienſis *lex* 13. *de Prætoribus*, quæ vnius diei itinere abeſt ab Antiochiâ, teſte Procopio, *lib.* 2. *Perſicorum.*

*Themiſtius* Philoſophus in magna apud Conſtantium gratiâ hoc tempore fuit : teſtis d. lex 12. *Prætoribus* vbi v. *dicta.*

Conſtantius hoc tempore in Syriâ conſtitutus prolixam *Orationem* ad Senatum emiſit de *Senatoriis* ludorum editionibus, & à quibus muneribus publicis ſenatores immunes eſſent vel non : cuius partes ſunt leges nouem hîc ſuprà poſitæ : Quâ Oratione teſtatum facit, quo ſtudio Senatum & Senatores vrbis Conſtantinopol. proſequeretur.

*Perſica* Conſtantij expeditio vltima in hoc tempus incidit : de quâ Am. Marcellinus, *lib.* 21. *p.* 200. 212. 214. A.D. 361.

*Antiochiam* mox reuerſus ab expeditione Perſicâ Conſtantius : vnde autumno iam ſeneſcente aduerſus *Iulianum* mouit. Marcellinus, *lib.* 21. *p.* 214.

Conſtantius aduerſus Iulianum Antiochiâ mouens, & Conſtantinopolim tendens, Tarſo Ciliciæ digreſſus, apud Mopſucrenas eiuſdem Ciliciæ (quod etiam Libanius indicat, *orat. funebri Iuliani p.* 288. & Philoſtorgius, *lib.* 6. *c.* 5. Socrates *lib.* 2. *c. vlt.* Sozomenus *lib.* 5. *c.* 1. Theodoretus *lib.* 2. *c. vlt.* ) autumno iam ſeneſcente obiit, his coss. Am. Marcellinus *lib.* 21. *p.* 215. Socrates, *lib.* 2. *c. vlt.* & *lib.* 3. *c.* 1. Chronicon Alex. *his* coss. idque III. Nonas Octobris Marcellinus, *ibid* : III. Nonas Nouembreis Socrates, Idacia Conſularia, Cedrenus & Chronicon Alex.

## I V L I A N V S.

IVLIANVS aduerſus Conſtantium mouens Galliâ digreſſus, poſt decurſum Illyricum Pannonias, Daciam, cognita Naiſſi Conſtantij Imp. morte Thraciam *Conſtantinopolimque* ingreſſus eſt : teſtis Mamertinus *panegyr. cap.* 6. 7. 8. 9. Am. Marcellinus, *lib.* 21. *p.* 206. 209. Zoſimus, *lib.* 3. *p.* 712. 713. Idque menſe Decembri, Chronicon Alexandr. his Coſſ. puta, tertio Idus Decembris, Am. Marcell. *lib.* 22. *p.* 221. Socrates, *lib.* 3. *cap.* 1. & Conſularia Idaciana : Ibique octo fermè menſibus egit, etſi Zoſimus, *lib.* 2. *p.* 713. dicat decem. Huius verò Iuliani Conſtantinopoli moræ meminit quoque Eunapius, *in vita Maximi p.* 98. Idem faciunt anno quoque proximo 362. complures conſtitutiones.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Mamertino & Neuitta Coſſ. 362.

Kal. Ian.* Dat. CONSTANTINOP. *l.* 1. *ſi certum petatur de ſuffrag.* ad populum.

* Ita in An. optimæ notæ quod & Marcellinus confirmat: al. Kal. Feb.

III. Id. Ian. Dat. *l.* 7. *de erogat. mil. ann.* Saluſtio PF.P.
XVI. Kal. Feb. Dat. Conſtantinopoli *l.* 6. *de numerariis*, ad Auxonium Correctorem Tuſciæ.
Non. Feb. Dat. Conſtantinop. *l.* 1. *de exhibendis reis.* Saluſtio PF.P.
VIII. Kal. Mart. Dat. Acc. Syracuſis. *l.* 12. *de curſu publico.* ad Mamertinum PF.P.
Kal. Mart. Dat....... *l.* 7. *de numerariis.* Secundo PF.P.
VIII. Id. Mart. PP. Rom. *l.* 5. *de bonis proſcriptorum.* ad Felicem Com. S.L.
III. Id. Mart. { PP. Conſtantinop. { *l.* 4. *de luſtrali collat.* / *l.* 10. *de extraordinar.* / *l.* 50. *de decurionibus.* } Secundo PF.P. / Dat. Conſtantinop. *l.* 2. *de protoſtaſiâ.* Saluſtio PF.P. }
Id. Mart PP. Conſtantinop. *l.* 1. *de locat. fundorum iur. emphyt.* Secundo PF.P.
Sine die & Coſſ. & ſine loci ſubſcript. *l.* 1. *Cod. Iuſt. de diu. præd. vrb.* Attico PF.P. *l.* 2. *Cod. eod. tit.* Secundo PF.P.

Superiori



IVLIANVS. A.D. 362.

Superiori iungenda videtur.

Agitur hâc l. de *Pamphyliæ* ciuitatib.

x. Kal. April. Pars actorum habitorum apud Imperatorem Conſtantinopoli in Conſiſtorio *l.* 5. *de fide teſtium.* Adſtante Iouio V.C. Quæſtore, Anatolio Magiſtro officiorum, Felice Com. L.S.
v. Kal. April. Dat....... *l.* 2. *de conlat. fund. patrimonial.*.......
III. Kal. Mai. Dat....... *l.* 1. *de auro coronario.* ad Saluſtium PF.P.
Prid. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 2. *de immunitate conceſſa*......
IIII. Id. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 4. *de medicis.* ad Archiatros.
xv. Kal. Iul. Dat...... *l.* 5. *de medicis & profeſſoribus*...... Acc. Kal. Aug. Spoletio.
XII. Kal. Iul. Acc...... *l.* 13. *de curſu publ.* ad Mamertinum PF.P.
*Kal. Aug. Dat. NICOMEDIÆ *l.* 8. *de erogat. milit. annonæ.* Secundo PF.P.

* dies Cal. Aug. hic intercidit.

v. Kal. Aug. Dat. ANTIOCHIÆ *l. quædam*" *de officio Rector. prouinc.* Secundo PF.P.

" Cod. Iuſt. eſt *lex vlt. de pedaneis Iudicibus.*

Kal. Aug. Dat. Antiochiæ à Iuliano *ep.* 52. ad Boſtrenos.
xv. Kal. Sept. Dat. Antiochiæ *l.* 1. *de domeſticis.* Secundo. PF.P.
v. Kal Sept. Dat. Antioch. *l.* 51. *de decurionibus.* Iuliano Com. Orientis.
III. Non. Sept. Dat. Antiochiæ* { *l.* 1. *de dominio rei quæ poſcitur.* Secundo PF.P. poſt alia. / *l.* 52. *de decurionib.* ad Iulianum Conſ. Phœnicis. Acc. Id.* Octob. Tyro. }

* Quadrageſimo tertio poſt die.

v. Id. Sept. Dat...... *l.* 14. *de curſu.* ad Mamertinum PF.P.
XIIII. Kal. Octob. Dat. Antiochiæ *l.* 53. *de decurionibus.* ad Saluſtium PF.P.
x. Kal. Octob. Dat. Antiochiæ *l.* 29. *de appellationibus.* ad Homericum Vic. Vrbis.
VI. Kal. Octob. Dat. Antiochiæ *l.* 1. *de proximis Comitib. diſpoſ.* ad Secundum PF.P. Acc.* Id. Nouemb. Naiſis.

* Quadrageſimo quinto poſt die.

Huius l. fit mentio *l.* 7. *eod. tit.*

VII.* Kal. Nou. Dat. Antiochiæ. { *l.* 2. *de itinere muniendo.* / *l.* 15. *de curſu publ.* / *l.* 7. *Cod. Iuſt. de ædificiis priuatis.* / *l.* 1. *de indulg. debitor.* Acc. xv.* Kal. April. Karthag. *Iuliano & Salluſtio* Coſſ. } ad Anicianum

* VI. *l.* 7.

* Quinto fermè poſt menſe.

Vbi Coſſ. ibi adſcripti *Iulianus & Salluſtius* ad tempus acceptæ legis pertinent.

Sine die & Coſſ. & ſine ſubſcriptione *l.* 1. *Cod. de diuerſis præd. vrb.* Attico......

Hæc lex fortè ſuperioribus iungenda, *Aniciani* nomine pro *Attici* in inſcriptione repoſito.

Kal. Nouemb....... *l.* 54. *de decurionibus.* ad Iulianum Com. Orientis PP. Byritho.
IIII. Non. Decemb. PP.* Antiochiæ. *l.* 8. & *l.* 9. *de operibus publicis.* Ecdicio PF. Ægypti.

* pro Dat.

VIII. Id. Decemb. Dat. Antiochiæ. *l.* 3 *de contrah. emptione.* ad Iulianum Com. Orientis.
VII. Id. Decemb. Dat. Aquil.* *l.* 10. *de operibus publ.* ad Rufinum."...

* f. *Aquis.*

" An

IVLIANVS. "An hic Rufinus Aradius qui Com.Orientis poſtea factus poſt Iulianum.v. *Proſopogr.* an potius Rufinus Valentius, de quo Marcell. *lib.21.p.210.* vbi & de *Aquileia* agit. A.D.362.

Id.* Dec. Dat. & PP. in foro Traiani. *l.4.ad SC. Claudianum* ii." PF. P.

*al.v.Id. " an Secundo PF.P.

xv.Kal.Ian.Emiſſa....*l.30.de appellationibus.* ad Germanianum PF." P.

"De Germaniano PF.P.v.Marcellinum ſub Iuliano *lib.21.p.202.* in geſtis anni 361.& ſub Valentiniano *lib.26.p.339.* in geſtis anni 365.

Fit mentio in *h.l.* Comitis Orientis.

## CHRONICON HISTORICVM.

IVlianus Septem fermè huius anni menſibus *Conſtantinopoli* commoratus, de quo in *fine anni ſuperioris.* Hinc adeò ibi datæ ab eo hoc anno variæ conſtitutiones menſe Ianuario, Februario, Martio, Aprili, Maioque.

Iulianus Edictum promulgauit initio huius anni, de his quæ *ſuffragatoribus* data fuerant non repetendis, quod continetur *l. 1. ſi certum pet. de ſuffragiis* : Quod memorat quoque Am. Marcellinus *lib.22.p.226.* Eodemque reſpexit & Libanius, *pro Ariſtophane p.221.223.*

Diſciplinam & annonam militarem erexit hoc tempore Iulianus : quò pertinet *lex 7. de erogat. milit. ann.* vide quæ Am. Marcellinus ſcribit de corruptâ diſciplinâ militari ſub Conſtantio, *lib.22. p.224.227.*

*Salluſtius* PP. Orientis à Iuliano factus, qui idem & Secundus dictus : ad quem plures extant conſtitutiones per quinquennium A.362.363.364.365.366. ſub Iuliano, Iouiano, Valentiniano & Valente. v. *Proſopogr.* vbi plura.

*Numerariorum* fraudibus & verſutiis occurrit hoc anno enixè Iulianus *l.6. & 7. de Numerar.* Eoque traho Libanij locum, *in Iuliani necem p.295.*

Iulianus in Oriente conſtitutus Imperij ſui initio, Secundo Saluſtio PP. quæſtiones agitandas Chalcedone commiſit, aduerſus eos qui fratri *Gallo* ſibique ſub Conſtantio aduerſi fuiſſent. Itaque exhibiti multi damnatique & proſcripti : teſtis Marcellinus, *lib.22.p.221.222.* Eò verò referenda forte lex 1. *de exhib. reis* quæ eidem Saluſtio PF.P. hoc tempore inſcribitur. Déque eodem iudicio agit idem Iulianus, *ep.23.* ad Hermogenem Præf. Ægypti. Agitatum & ſimile iudicium in occidente, quò referenda lex 5. *de bonis proſcriptor.*

*Curſui publico*, qui ſub Conſtantio plurimum attritus fuerat, quod etiam ex Am. Marcellino diſcere eſt, ſtatim vt Conſtantio Imp. mortuo, ipſe Imperator in oriente fuit, hoc anno enixè conſuluit Iulianus Imp. quatuor conſtitutionibus: puta, *l. 12. 13. 14. 15. de curſu publico.* Teſtatur id quoque Libanius, *προσφωνητικῷ ad Iulianum p.182.* & *in Iuliani necem p.295.296.*

*Ciuitatum* commodis non vnâ ratione hoc tempore Iulianus conſultum iuit : Inter cætera *vectigalia poſſeſſionéſque* earum locáque quæ ſub Conſtantino ſcilicet & Conſtantio occupata fuerant, his reſtitui iuſſit : quò pertinet *lex 1.de locat.fund.iuris emphyt.* vbi vid. quæ dixi etiam ex Ammiano Marcellino *lib.25.p.215.* vt & *Opera* ſeu *ædificia* publica *l.8.9.10.de operib.publicis*: ac nominatim per Ægyptum & in vrbe Alexandrinâ, quò ſpectant *d.lex 8.& 9.* per Syriam, quò pertinet *d.l.10.* Addantur his legibus *lex 1.& 2.Cod. Iuſt.de diuerſ.præd. vrb. & ruſticis* : quarum vltima eſt de Pamphyliæ ciuitatibus.

*Curiæ* Ciuitatum idem Iulianus hoc tempore enixè conſuluit, quod etiam teſtantur *lex 4. de luſtrali collat.l.50.51.52.53. de decurionib.* ac nominatim Antiochenæ *d. l 51.* Quod Iuliani in curias ſtudium memorat quoque Libanius priore in Iuliani necem orat. *p.257.* & alterâ *in Iuliani necem p. 296. 297.* Imò immodicum eius ſtudium in augendis Curiis incuſat Am. Marcellinus, *lib. 22.p.237.& lib. 25.p.316.* Fidem facit inter alia, quod Chriſtianos ſeu Clericos ad curias reuocari iuſſit. *d. l.4. de luſtrali coll. & l.50. de decurion.* de quo & Iuliani *ep. 11. ad Byzantios.* De quo *ad eas ll.* & ad Philoſtorgium, *lib.7.cap.4.* Et iſtud quidem in odium rei Chriſtianæ.

*Auri coronarij* indictionem hoc tempore Iulianus remiſit *l.1.de auro Coron.* quod etiam Am. Marcellinus refert *lib.25.p.315.* & ipſe indicare videtur *in Miſopogona* : *p. 102.* οὐδ᾽ ἐπεγράψαμεν τὸ χρυσίον. Fuit & hæc ipſius lex, ne pluſquam 70. ſolidorum pondo coronæ aureæ deinceps mitterentur, vt ſcribit Libanius *in orat.funebri p.305.*

Iulianus *immunitates* à tributis conceſſas firmauit, pleniſſiméque interpretatus eſt *l.2. de immunit.conc.*

Iulianus *Medicis-Archiatris* ſua priuilegia à veteribus Principibus indulta firmauit, *epiſtolâ ſuâ 26.* cuius pars eſt *lex 4. de Medicis.*

De Delectu *Profeſſorum* per ciuitates, quidque in his ſpectari vellet, à quibus & quomodo eligendi eſſent, quomodo denique à Principe confirmandi, Iulianus conſtitutionem edidit : puta *l.5. de medicis & profeſſor.* cuius ſententia continetur Iuliani *ep. 42.* De huius verò l. fine ad eam l. dico : Eò in ſummam pertinet, quod Chriſtianos liberalium artium doctores eſſe noluit.

Iulianus, cùm octo ferme menſibus, (non decem, vt Zoſimus ſcribit *lib.3.p.713.*) Conſtantinopoli egiſſet, eamque maximis incrementis fulſiſſet, quod Am. Marcellinus ſcribit *lib.22. p.236.* de quo etiam Zoſimus *dict.p. 713.* Antiochiam tendens per Chalcedonem, Libyſſam, & *Nicomediam* tranſiit : vt teſtatur Am. Marcellinus *lib. 22. p.236.* Et ſic in Bithyniâ egit, de quâ Iuliani in Bithyniâ morâ & Libanius ep. ad Sopatrum



IVLIANVS. *22. lib.1.* Iulianus ipſe *ep. 40.* & *lex 8. de erogat. mil.ann.* ibi ab eo data.

Iulianus Nicomediâ digreſſus, per Nicæam, Ancyram, Peſſinunta Phrygiæ (de quo vid. & Libanium, *in cos. Iuliani p.247*) Pylas, Tarſum Ciliciæ, *Antiochiam* tandem venit. Am. Marcellinus, *lib. 22. his coss. p.236.238.* Libanius, *in πρεσβευτικῷ ad Iulianum p.154.* in *προσφωνητικῷ ad eundem p.* & orat. *funebri in Iuliani obitum p. 254. & 255.* (vbi & multas leges, Antiochiæ, tùm conditas, *βοηθούντων θεῶν*, memorat) Zoſimus, *lib.3. p.713.* & Socrates, *lib.3.c.15.* Ingreſſus autem Iulianus Antiochiam menſe Iulio extremo, vt docent leges eius hic inferius poſitæ : quod & ex Am. Marcellino colligere licet, vbi ait, Iulianum Antiochiam ingreſſum per Adonia & Adonicos luctus : vt Macrobius docet *lib. 1. Saturnal. c.21.* quod ſanè in extremum Iulium menſem incidit : quo dies iam imminuti rectè apparent, poſt diem 6.Kal. Auguſtarum, quo breuiſſima nox, vt eſt in veteri Kal. Aſtronomico, ſeu ſolſtitium vulgare, poſtque æſtatis dimidium, quod incidit in 16.Kal.Aug. Quare Hieronymi vel librarij eius error eſt *in 8. Ezechielis*, qui menſi Iunio id adſcribit.

Ibi verò conſtitutus varias Leges ſeu conſtitutiones edidit. Primò quidem, quæ Diis auxilium ferrent, ſeu quibus gentilitia ſuperſtitio erigeretur: meminit ipſe Iulianus, vt dixi.

Secundò *Antiochenæ* ciuitati Iulianus hoc tempore enixe conſultum iuit. Tum *annonæ* ratione, vilitatem eius procurare omnibus modis anniſus, teſte quoque Am. Marcellino, & ipſo Iuliano, *in Miſopog.* Hinc & domeſticorum præſentalium, qui cum ipſo Antiochiæ verſarentur, numerum accidit, ne alioquin inconditâ eorum turbâ annona Antiochena prægrauaretur *l. 1. de domeſticis.* Tum Curiæ Antiochenæ reſpectu, qui nominatim replendæ incubuit : addici quippe ei eos quoque voluit, qui vel matre Curiali eſſent *l. 51. de decurionib.* quam legem memorat & Zoſimus, *lib.3.p.713.714.* & Leo, *l.61. Cod. Iuſt. de decurionib.* & ipſe Iulianus in *Miſopogone*, ſtudium hâc in re ſuum effert, *p.106.107.111.* His adde & vectigalia iis indulta. *p.106.*

Tertiò; Iulianus Imp. Antiochiæ conſtitutus teſte Libanio orat. *in Iuliani necem p.255.* Marcellino, *lib.22.p.239.* hoc tempore multis legibus latis multa iura correxit in melius, ambagibus & dilationibus circumciſis, de quo locus eſt veteris ſcriptoris apud Suidam *in v...* Inter alia igitur, litium finiendarum ſtudio 1. dilatoriam præſcriptionem quandam à Conſtantino inuectam, abrogauit, reducto veteri iure. *l. 1. de dominio rei quæ poſc.* 2. Eodémque fine, intra 30.dies poſt ſententiam dictam acta omnia in primâ inſtantiâ cum refutatoriis libellis ad ſe mitti iuſſit. *l.29.de appellationibus.* 3. Reparari item appellationum tempora his qui competenti tempore non appellaſſent, vetuit *l.30. de appellationibus.* Quibus adde & duo alia eodem fine conſtituta anno prox. *l. 1. de cognitor.& procur.* (cuius l. meminit & Symmachus *lib.10.ep.32.*) & *l.12.Cod. Iuſt. de exceptionibus.* Mulierum item fragilitati, non vnâ ratione ſuccurrit *l. 3. de contrah. empt. & l.4. ad ſc.Claud.* A.D.362.

Daphnæi Apollinis fanum, cum ſimulacro Iouis Olympij hoc anno exuſtum xi. Kal. Nouemb. Am. Marcell. *lib.22.p.243.*

Africæ ſeu Afris qui nimiis oneribus prægrauabantur, ſuccurrit hoc tempore Iulianus conſtitutione ad Anitianum Vicar. Africæ (cuius meminit Am. Marcellinus *lib. 27. p.369.*) ſuſceptâ videlicet curâ 1. viarum publicarum, earúmque munitioni iuſtiſſimo modo præſtituto. *l.2. de itinere mun.* 2. item *curſus* publici *l. 15. de curſu publ.* 3. *Ornatus* item publici *l.7.Cod.Iuſt.de ædif. priu.* 4. Tandem & rei tributariæ indulgentiâ tributâ *l.1. de indulg.debitorum* : de quâ inter alias ſenſit quoque Am. Marcellinus, *lib.25.p.215.*

*Ecdicius* Præfectus Ægypti fuit hoc tempore ſub Iuliano : cui huius anni fine inſcribuntur *lex 8.& 9.de operib.publ.* Ad eundem extant Iuliani epiſtolæ *6.& 9.50.56.* Hic idem indicari videtur ab Am. Marcellino, *lib. 23. p.245.*

Iulianus Comes Orientis adhuc hoc tempore erat, poſt incendium Daphnenſe : de quo ad Philoſtorgium *lib.7.cap.10.*

PRÆFECTORVM vrbis Conſtantinopolitanæ prima mentio hoc Codice occurrit *l.30.de appellationib.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Iuliano A.IIII. & Salluſtio Coſſ. 363.

Huius Conſulatus ſui quarti meminit Iulianus ipſe *l.2.de Agentibus in rebus*, & *Miſopogone ſuo.*

Prid.Non.Feb.Dat..... *l.1.de cognitoribus & procuratoribus.* Secundo.PF.P.Lecta apud acta.

Huius l. meminit & Symmachus, *lib.10.ep.32.* De eâ dixi *in Chronico* anni *ſuper.*

Prid.Id.Feb.Dat.Antiochiæ *l.5.de ſepulchro viol.* ad populum.
xiiii.* Kal.Mart.Dat.Antioch. *l.3.ſine cenſu.* ad ſecundum PF.P.

*al.xiiii.

IIII.* Kal.Mart.
- Dat...... *l.2. de dotibus.* ad Mamertinum.PF.P.
- Dat." Conſtantinop. *l. vn. de longa conſuetudine.* ad Maximum.

  Conſtantio hæc lex malè tribuitur.

  " f. pro Acc.
- Dat..... *l.4.ſine cenſu* Edictum.Poſt alia.

Pridie Kal.Mart.PP.Beryto.*l.2.de Agentibus in rebus.*ad Secundum PF.P.

Kal.Mart.Dat.Antiochiæ *l.55.de decurionibus.*Leontio" Conſuli Palæſtinæ.

" Hunc intelligere videtur Marcellinus,*initio lib.23.*

VII.* Id.Mart.Dat.Antiochiæ.*l.12.Cod.Iuſt.de exceptionibus.*ad Iulianum Comitem Orientis.

* *al.* VII.Cal.Mart.

XV.Kal.April.v.anno ſuper.362.VII.Kal.Nouemb.

X. Kal.Apr.Dat..... *l.31.de appellationibus.* ad Mamertinum PF.P.

VIIII.Kal.Mai.Dat.* Salonæ." *l.2. de ponderatoribus & auri illat.* ad Mamertinum P.F.P.

* id eſt, reddita.

niſi *Sacronæ* legamus, quæ in Aſſyriâ.

---

## *IVLIANI conſtitutiones ſine die & Coſſ.*

*l.1.de diuerſis præd.vrb.& ruſtic.Cod.Iuſt.* Attico......

Hanc l. referendam puto ad A.362.

*l.2.Cod.Iuſt.eod.tit.* Secundo PF.P.

Et hanc l.eodem refero. Agit de *Pamphyliæ* ciuitatibus.

*l.9.Cod.Iuſt.de dignitatibus....*

Fortè iungenda legi 1.*de exhib.reis*:quæ data A.362.ad Salluſtium PF.P. vel legi 1. *de auro coronario* : quibus, pariter vt eâ l.9.agitur de Senatoribus.

*IVLIANO quóque tribuuntur ſequentes conſtitutiones his Coſſ. Iuliano III. & Salluſtio per menſem, Octobrem, Nouembrem, & Decembrem: quo tempore ſanè IOVIANVS iam imperabat, vtpote Iuliano mortuo menſe Iunio: vt proinde* Iouiano *tribuendæ eæ ſint.*

XI.Kal.Nou.Dat.ANTIOCHIÆ. *l.2. de metallis.*ad Rufinum.Com." Officiorum.

" f. Com. Orientis de quo Marcellinus,*lib.23.p.255. in f.* in huius ipſius anni geſtis : qui Iuliano in Com.Orientis ſuffectus.

Prid.Id.Nouemb.Dat.MAMPSYSTÆ. *l.1.de conlat.donatar.*Aginatio Conſ.Byzacenæ.

Iouianus certè Antiochia Ciliciam, in qua Mopſueſtia,profectus, teſte Am. Marcellino *lib... p...* & Socrate *lib...c...*

VII. Kal. Decemb. Dat. ANTIOCHIÆ *l.16. de curſu publico.* ad Mamertinum PF.P.

fit mentio hac l. Sardiniæ.

v Kal.Dec.Dat. Epiſtula PF. P. Viminacio. *l.8. de numerariis.* ad Mamertinum PF.P.

v.Id.Decemb.Dat.ANTIOCHIÆ.*l.3.de ſuariis.* Aproniano" ſuo ſalutem.

" P. V.

XII.Kal.Ian.Dat.Antiochiæ. *l.56. de decurionibus......*





## CHRONICON HISTORICVM.

ANtiochiæ adhuc conſiſtit his coss. Iulianus, vbi & quartum Conſul proceſſit, ad tertium Nonas Martias vſque, vt ſcribit Marcellinus, *lib. 23. p. 257.* vid. & Libanium, *legat. ad Iulianum p.35.65.*

*Finiendarum* litium ſtudio, præſcriptiones quaſquam dilatorias, vt ſuperiore anno, ita & hoc porrò Iulianus ſuſtulit *l.1.de cognitorib. l.12. Cod. de exceptionib.*

Iulianus *Sepulchra* euerti, *funera* de die efferri vetuit Antiochiæ conſtitutus, *l. 5. de ſepulchro violato*, quæ lex Gentilitiæ ſuperſtitionis plena eſt. Aduerſus Emiſenos qui Balilæorum ſepulchra incenderant vid. quædam in *Miſopogone Iuliani p. 90.* vid. & *p.95.*

Pro *conſuetudine*, priſcoque more & veteribus inſtitutis multa hoc tempore ſanxit Iulianus, ( pariter vt anno ſuper. ) *d. l. 5. de ſepulchro viol. l. 4. fine cenſu.l.2. de dotibus l. vn. de longâ conſuetud.* vbi de hoc plenè dico;vid. & Libanium *in Iuliani necem p.297.* 298.

Mamertinus PP. Italiæ, Illyrici, Africæ, & hoc quoque anno fuit ſub Iuliano; etiam quo tempore is bello Perſico illigatus erat: teſtis Symmachus *lib.10. ep. 53.* hinc adeò circa id tempus Leges Iuliani ad eum plures datæ,*lex 2. de dotibus* :*l.31. de appellationib. l.2. de ponderatorib.*

Iulianus Comes orientis hoc tempore adhuc erat : de quo ad Philoſtorgium *lib. 7. cap.10.*

*Iulianus* Imp. hyeme exactâ ineunte vere Antiochia digreditur ad bellum Perſicum. Zoſimus, *lib. 3. p. 714.* Sozom *lib. 6. c. 1.* Tertio Nonas Martias, Marcellinus *lib.23. p.257.* Inde quinto die Hierapolim venit, *d. p.714.* vid. & Marcellinum : vbi triduo commoratus eſt : *d. p.714.* de quâ ſuâ Hierapoli mora ipſe Iulianus *ep.27. p.160.* Inde Oſdroënam profectus, Batnas, mox Carras, vbi XIV. Kal. Apriles fuit, Marcellinus. *d. p.257.* 258. Inde Dauanam venit, mox Callinisſum, vbi egit VI.Kal. April. *p. 159.* Inde v. Kal. profectus d. *p. 259.* Cercuſium principio menſis Aprilis ingreſſus eſt, *p.262.* mox & Aſſyrios fines *lib. 24.*

*Iulianus* his coss. bello Perſico, mediâ æſtate, teſte Libanio, *in obitum Iuliani p. 257.* VI. Kal. Iulij, telo vulneratus moritur. Am. Marcellin. *lib.15. p.317.* Socrates *lib. 3. cap. 18.* Chronicon Alexandr. Conſul. Idaciana *his Coſſ.* VI. Kal. Maias, Farrago *Alexandr.*

IOVIANVS poſtero poſt Iuliani interitum die Imperator creatur v.Kal.Iulij. Am. Marcellinus *lib.25.p.317.* Conſularia Idaciana.

Rufinus Aradius Comes Orientis, hoc anno : quem Iulianus Imp. in locum auunculi ſui Iuliani recens defuncti legatum inter alios ab vrbe Româ ad ſe miſſum prouexerat : id quod Am.Marcellinus initio *lib.23. p.256.* refert his Coss. Iuliano IV. & Salluſtio Coss. Hinc adeò ad eum data à Iouiano his Coss. *lex 2.de metallis.*

Vt Iulianus Antiochiâ digreſſus in *Ciliciam* profectus eſt, vbi Mopſueſtia & Tarſus, teſte Libanio *in legat. ad Iulianum*, ita & *Iouianus* quoque, teſte Am. Marcellino *lib....p.....* & Socrate *l.....c.*

*Mamertinus* PP.Italiæ ( vbi *Sardinia* ) Illyrici ( vbi *Viminacium* ) Africæque iam inde ab anno 362. & hoc anno 363.364.365.perſtitit vid. *Proſopograph.* Et hoc quidem tempore nominatim ſub Iouiano.

Iulianus Imp. agens per Syrias, ſuperſtes *Apronianum*, legatum inter alios ab vrbe Româ ad ſe miſſos, Romæ decreuerat eſſe Præfectum : id quod Am. Marcellinus initio *lib.23.p.265. in fin.* refert his Coss. Iuliano IIII. & Salluſtio Coss. & firmat *lib. 26. p. 336.* Idem & 14. Kal. Apriles his Coss. Præfectus adhuc fuit ſub eodem Iuliano : vt idem Marcell. teſtatur *p.258.*Eo mortuo ſub Iouiano quoque P.V.fuit,à quo ad eum data fine huius anni *lex 3.de ſuariis.* Imò & ſub Valentiniano adhuc poſtea A. D.364. Am. Marcellinus *d.lib.26.p.336.337.*

# I O V I A N V S.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Iuliano A. IIII. & Salluſtio Coſſ.363.

v.Kal.Octob.Dat.ÆDESA. *l.9.de erogat.mil.ann.* Secundo PF.P.

Subſcripti huic l.perperàm, *Iouianus & Varronianus Coſſ.*

Hùc referendæ nonnullæ ex ſuperioribus conſtitutionibus, quas paulò ante recenſui.

## CHRONICON HISTORICVM.

IOuianus, vt ſupra dixi, v. Kal. Iulij his coss. Imperator factus, poſt pacem cum Perſis ( Antiochiam pergens, ) ÆDESSÆ in Oſdroëna conſtitit : teſte quoque

IOVIANVS. Philoſtorgio, *lib.7. c.6.* (ad quem dixi) vbi & data ab eo *lex 9. de erogat. mil. ann.* quæ coss. anni ſequ. perperàm ſubnotatos habet. Mox *Antiochiam* venit, teſtis Amm. Marcellinus *lib.25. p.328.* Zoſimus, *lib. 3. p.733.* Socrates *lib.3. c. 21.* Theodor. *lib.4. c.4.* Sozom. *lib.6. c.5.* vbi paulisper moratus, ſæuiente hyeme inde profectus Tarſum Ciliciæ venit, mox & Tyanam Cappadociæ, Aſpunam & Ancyram Galatiæ: vbi Conſulatum anni ſequ. iniit, adſcito filio Varroniano. Am. Marcellinus *d. lib. 25. p.329.330.* & Philoſtorgius *lib.6. c.8.* Socrates *lib.3. c. vlt.* A.D. 363.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Iouiano & Varroniano Coſſ. 364.

xi. Kal. Mart. Dat.* Antiochiæ *l.2. de raptu vel matrim. ſanctim.* ad Secundum PP.

* id eſt reddita: nam Iouianus hoc tempore iam Antiochia digreſſus in Galatia, mox Bithynia conſtitit, imò xi. Cal. Mart. mortuus eſt. Peſſimè in Cod. Iuſt. Coſſ. hi adſcripti, *Gratiano A. III. & Merobaude Coſſ.* Niſi alia hæc Antiochia quam Syriæ eſt.

## CHRONICON HISTORICVM.

S*Acratas virgines* non tantum rapienti, ſed vel attentanti matrimonij iungendi cauſa, inuitantiue, capitalem pœnam minatus Iouianus Imp. conſtitutione ad Secundum PP. emiſsa *l.2. de raptu vel matrim. Sanctim,* quam memorat Sozomenus *lib. 6. c.3.* & ex eo Nicephorus *lib.10. c.39.* Tripartitæ auctor, *lib.7. c.4.*

*Iouianus*, octauo Imperij menſe, vt Zoſimus refert *lib. 3. p.733.* Sozom. *lib. 6. c. 6.* decimo fermè, vt Philoſtorgius *lib.8. c.* Conſtantinopolim pergens, Dadaſtanæ in finibus Galatiæ & Bithyniæ mortuus eſt his coss. 17. Februarij ſeu xii. al. xi. Kal. Martij, Socrates *lib. 3. c. vlt. & lib. 4. c. 1.* Am. Marcellinus, *lib. 26.* Philoſtorgius *lib.8. c.8.* Chronicon Alexandr. Conſularia Idaciana, &c.

## VALENTINIANVS & VALENS.

### Iiſdem Coſſ.

Prid. Id. Mart. MED. *l.17. de curſu publico.* ad Menandrum......

" f. Nicomed. v. Chronicon infrà. Porrò Valentiniani & Valentis nomina præfert hæc lex: malè, niſi alius menſis veluti Maij in ea ſubſtituitur.

vi. Kal. April. Dat...... *l.1. de annonis ciuicis.* Iouio P.V."

" Conſtantinop. Et hæc lex Valentiniani & Valentis nomina præfert: malè, niſi alius, veluti IIII. Kal. Apr. dies ſubſtituitur.

vi. Id. April. Dat...... *l.1. de conditis in publ. horreis.* ad Voluſianum P.V."

" Romæ.

" f. ad Aponianum.

Iungendæ huic lex 1. *Cod. Iuſt. de off. P.V. & l.1. Cod. de off. Apparit. Præf. ann.*.

iii. Id. April. Dat. CONSTANTINOP. *l. Princeps 3. de iis quæ adminiſtr.* ad Iouinum." PF.V.

" Iouium.

xv. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.5. de luſtrali collat.* Secundo PF.P.

x. Kal. Mai. Dat. ANTIOCHIÆ." *l.10. de erogat. milit. ann.* ad Symmachum PF.V."

" Romæ.

" Inſulà *Antiochia* propè Conſtantinopolim; de qua iſtud accipiam. v. Itiner. Peutinger.

x. Kal. Mai. Dat.* Sirmio *l.2. de Cæſarianis.* ad Mamertinum PF.P.

* pro *reddita*, niſi error ſit in menſe.





VALENTINIANVS & VALENS. vi. Kal. Mai. Dat. *l.2. de conlat. donatar.* ad Mamertinum PF.P. A.D. 364.

iii. Kal.* Mai. Dat. HADRIANOPOLI. *l.5. de re militari.....*

* f. *Id.*

Non. Mai. Dat....... *l.57. de decurionibus.* ad Mamertinum PF.P.

iii. Id. Mai.
- Dat. Hadrianopoli.
  - *l.8. de cohortalibus.* } ad Mamertinum PF.P.
  - *l.58. de decurionibus.* } ad Mamertinum PF.P.
  - *l.9. de exactionibus.* ad Dracontium Vic. Afric. Acc. viii.* Kal. Oct. Karth. ad Ampelium.
    - * Quinto poſt menſe, & duobus diebus.
  - *l.10. de nauiculariis.* PC. Afric.
    - In huius l. ſubſcriptione malè editum III. *Id. Mart.*
- Dat...... *l.18. de curſu publico.* ad Mamertinum PF.P.

viiii. Kal. Iun.* Dat. PHILIPPOPOLI *l.19. de curſu publico.* ad Symmachum PF.V.

* Iul. hactenus.

viii. Kal. Iun. Dat. PHILIPPIS. *l.11. de operibus publicis.* ad Symmachum PF.P.

Hùc quoque retrahenda eſt *l.1. de Equeſtri dignit.* ad Mamertinum PF.P. quæ his Coſſ. data dicitur *Philippopoli*, addito perperam die *Prid. Kal. Nouemb.*

* Ian. hactenus

Dat. BONA MANSIONE *l.12. de erogat. mil. ann.* ad Victorem Mag. militum.

Kal.* Iun. Dat. Bonamanſione *l. 1. de priuileg. corporat. v. R.* ad Symmachum PF.V.

PP. in foro Trajani.

* Numerus Kal. hìc intercidit.

III. Kal. Iun. Dat. SERDICÆ *l.3. de legatis.* ad Mamertinum PF.P.

Kal. Iun.* Dat. Mediolano *l. 4. de Iuriſdictione.* ad Terentium Correctorem Tuſciæ.

* Iulij, in MS. Seld.

iii. Non. Iun. Dat. NAISSO *l.3. de piſtoribus.* ad Symmachum PF.V.

viii. Id. Iun. Dat. Naiſſo. *l.4. de piſtoribus.* ad Symmachum PF.V.

vi. Id. Iun. Dat. Naiſſo.
- *l.2. de calcis coctoribus.*
- *l. vn. de ſaccariis portus.*
- *l.12. de operib. publicis.*
- *l.* 5. & 6. de piſtoribus.*
  - * malè in ſubſcriptione huius *l.* vi. *Id. Ian.*
- *l.1. de Canone frum. V.R.*

} ad Symmachum PF.V.

* malè in ſubſcriptione huius l. vi. *Id. Iul.*

v. Id. Iun. Dat. Naiſſo. *l.5. de pœnis.*

iii. Id. Iun. Dat.
- Naiſſo. *l.6. de pœnis.* Arthemio."....
  - " Correctori Lucaniæ & Brutiorum v. *Proſop.*
- ......*l.* 6. de medicis.* ad Mamertinum PF.P.
  - * malè in ſubſcriptione huius *l.* III. *Id. Ian.* Perperam & illi qui hanc l. Iouiano tribuunt.

Id. Iun. Dat. Naiſſo *l.8. de annonâ & trib.* ad Symmachum PF.V.

xiii. Kal. Iul. Da. MED. * *l.13. de operib. publicis.* Tauromedi Duci Daciæ Ripenſis.*

* id eſt *Mediana*, quod ſuburbanum fuit Naiſſi:

iii. Non. Iul. Dat. SIRMIO. *l.7. de pactis.* Ampeliæ........

xiiii.* Kal. Sept. Dat. Mediol. *l.2. & 3. de domeſticis & protectoribus.* ad Seuerum Com. domeſticorum.

* al. III.

Referendæ hæ leges ad XIIII. *Kal. Decemb.* Nouembri enim demùm menſe Valentinianus Mediolanum peruenit.

Valentinianvs & Valens. A.D. 364.

vIII.Kal.Sept.Dat.Arelape* *l.2.Cod.Iuſt.de conditis in publ. horr.* Anthemio" Præſidi.

" f. *Artemio.*

* vulgo malè *Arelate.*

v.Kal.Sept.Dat.Emonæ *l.2.de auro coronario.* ad Mamertinum PF.P.
vII.Id Sept. Dat.Aqvileiæ *l.4. de legatis.* ad Mamertinum PF.P.
vI.Id.Sept.Dat....... *l.6.de luſtrali collat.* ad Florentium Com.S.L.
v.Id.Sept.Dat..... *l.7.de maleficis.* ad Secundum PF.P.
IIII.Id.Sept.Dat.Aquil. { *l.59. de decurionibus.* / *l.17. de Epiſcopis.* } ad Byzacenos.
Prid.Id.Sept.Dat...... *l.20.de curſu publico.* ad Florianum Com.R.P.
Prid.Id.Sept.Dat.Aquil. { *l.9.de petitionibus.* / *l.60. de decurionibus.* / *l.33. de appellationibus.* ad Dracontium Vic. Afric. Acc.xvIII.* Kal.Dec.Tacapis. }

* Sexageſimo tertio poſt die.

Id.Sept.Dat.Aquil. *l.3.de conlat.fund.patrim.* Prouincialibus Byzacenis.
xIII.Kal.Octob.Dat.Aquil. { *l.vn. de priuil. Apparitor. Magiſt. poteſt.* ad Artemium Correctorem. Poſt alia Acc.xv.* Kal. Nou. Salerni.

* Menſe fermè poſt.

*l.6.de priuil.eorum qui in ſacro pal.* Hanc Anthemi" Cariſſime nobis. }

" ℞ *Artemi.*

III.Kal.Octob.Dat. Aquil. *l.21. de curſu publico.* ad Artemium.......
Kal.* Octob.Dat.Aquileiæ *l.2.de off.Rectorum prouinc.* Hanc Arthemi.K.N.B.
* dies Kal.intercidit. " ℞ *Artemi.*
Prid.Kal.Octob.Dat.Altino *l.1.quibus equorum vſus.* ad Mamertinum. PF.P.
III.Non.Octob.Dat.Altino { *l.2.quibus equorum vſus.* / *l.vn.quorum vſus interd.* } ad Buleforum Conſul.Campaniæ.
vIII.Id.Octob.Dat.Altino { *l. 16. quorum appellationes.* Acc.xvI.Kal.Nou. / *l.vn. de nautis Tyberinis.* } ad Symmachum PF. V.
*l.7.de piſtoribus.* ad Viuentium" PF.V.

" ℞ *Symmachum* : vel Viuentius tum PF.annonæ fuit, non verò P.V.

*l.7.de pœnis.* Artemio.........
Id.Octob.Dat.Veronæ *l.1. de reparat. appellat.* ad Mamertinum PF.P.
v.Kal.Nou.Dat...... *l.61.de decurionibus.* ad Terentium Corr. Tuſciæ.
Prid.Non.Nouembr.* { Dat. Mediol. { *l.32.de appellationibus.* / *l.15. quorum appellat.* } Salutem dicunt Ordini Karthaginienſium. / Dat.Mediol." *l.8.de iure fiſci.* ad Cæſarium Com.R.P. }

* Ita in ſubſcript. harum trium legum reponendum eſt: vulgo malè *Prid.Non.Feb.*

" f. eſt *Mediana*, quod erat ſuburbanum Naiſſi.

xv.Kal.Decemb.Dat.Rom.* *l.8.de veteranis.* ad vniuerſos prouinciales.

* Non poteſt eſſe *Roma*: fortè *Romeſiana* prope Naiſſum; & ſic Valenti hæc lex tribuenda videatur pariter vt *lex 8. de iure fiſci.*

vII.Kal.Dec.Dat.Mediol. *l.de bonis proſcriptorum.* ad Symmachum PF.V.
vI.Id.Dec.PP..... *l.2.de cognitoribus.* Saluſtio PF.P.
v.Id.Decemb.* Dat.Naiſſo. *l.2.de annonis ciuicis.* ad Mamertinum.PF.P.
* v.Iduum Iun.

IIII.Id.



Valentinianvs & Valens. A.D. 364.

IIII.Id.Decemb.Dat.Mediol. *l.62.de decurionibus.* ad Symmachum PF.P.
Id.* Decemb.Dat.Triu." *l.11.de erogat.mil.ann.* ad Mamertinum PF.P.
* vitium in die.
xvII.Kal.Ian.Constantinop. *l.1.ne quid publ.lætit.* ad Eugrammium....
v.Kal.Ian.Dat...... *l.5.de legatis.* Victori Duci Ægypti.

## CHRONICON HISTORICVM.

Valentinianvs Nicææ in Bithyniâ Imperator declaratur. Am. Marcellinus, *lib. 26. p. 332. 337.* Eunapius *in excerptis legat.* Socrates *lib.4.c.1.* Philoſtorgius, *lib.8. c.8.* Zoſimus *lib.3. in f.* decimo poſt Iouiani mortem die; teſte Marcellino, duodecimo Philoſtorgius, Socrates ſeptimo poſt die v. Kal. Martij (quem Imperij ſui ortum indicat ipſe *l. 21. de Epiſcopis.*) Inde Kal. Martiis *Nicomediam* ingreſſus, Amm. Marcellinus, *lib.26.p.338.* Mox *Conſtantinopolim* progreſſus, Valentem fratrem Auguſtum creauit, Philoſtorgius, *lib.8.c.8.* v. Kal. April. Am. Marcellinus *lib.26.p.338.* vel Iv. Kal. April. chronicon Alexandr. Conſularia Idac.30. diebus poſt ſuam inaugurationem, Socrates, *lib.4.c.1.*

Inter eos verò ita poſteà diuiſum Imperium: Valentinianus ſcilicet occidentem ſibi integrum ſeruauit (qui Conſtantino Iuniori & Conſtanti ceſſerat) puta totum Illyricum cum Macedonia (vid. *l.7. de metallis*) Italiam, Africam, Gallias, Hiſpanias, Britannias: Valenti verò fratri reliquit omnem Orientem (quod etiam teſtatur d. *lex 7. de metallis*) Ægyptum vſque & Thraciam, Zoſimus *lib.4. p.735.* Philoſtorgius *lib. 8. c. 8.* Quæ Imperij diuiſio mente tenenda eſt, vt ita deinceps norimus, quæ leges Valentinianum, quæ Valentem auctorem poſt diuiſum Comitatum habeant.

Valentinianus & Valens Imperij ſui initio religionum libertatem promulgauêre: quod de ſe prædicat Valentinianus *l. 9. de maleficis & mathem*: vbi dico plenè.

Valentinianus & Valens *Conſtantinopoli* 30. diebus conſiſtunt. Auctor vitæ Athanaſij *apud Photium p. 1447.* vbi ideò datæ menſe Aprili *lex 3. de iis quæ adminiſtr* : & *l.5. de luſtrali collat.*

*Secundus*, qui & Secundus *Salluſtius*, hoc adhuc tempore PP. orientis fuit: teſte quoque Am. Marcellino *lib.26. p. 339.* & *Mamertinus* PP. Italiæ Illyrici & Africæ, eodem teſte *ibid.* Præfecti verò vrbis Romæ *Symmachus*: Conſtantinopoleos, *Iouinus* vid. Proſopogr.

Valentinianus & Valens poſtquam 30. diebus Conſtantinopoli conſtitiſſent, Thraciam percurrêre, vid. auctorem vitæ Athanaſij *apud Photium.* Hinc igitur *Hadrianopoli* verſati mox: *Philippopoli* & *Bonamanſione* (quæ inter Philippopolim & Serdicam erat, vt docet Itin, Burdegal. 40. mille paſſus ſupra Philippos in V. S. Alexandri martyris: vbi *Bonamoſtua* vocatur) vbi variæ hoc tempore conſtitutiones datæ.

Valentinianus vrbis Romæ annonæ operibuſque publicis hoc tempore enixe conſuluit, variis conſtitutionibus ad Voluſianum primum datis, *l. 1. de conditis in publ. horr. l.1. Cod. de off.P.V. l.1. Cod. de apparit. Præf. ann.* dein ad Symmachum P. V. potiſſimum datis: ſub quo Symmacho Romam otio copiiſque, id eſt annonâ, abundantius ſolito fruitam, pontémque ab eo conditum diſertè ſcribit Am. Marcellinus, *lib. 27. p. 360.* ſanè & ipſe Valentinianus *l.1. Cod. Iuſt. de off. P. V.* ſtudium hoc ſuum apertè prodit: *Studentibus*, inquit, *nobis ſtatum vrbis, & annonariam rationem aliquando firmare.*

*Thracias* hoc tempore diripiebant prædatorij globi Gothorum: Am. Marcellinus *lib. 26. p.338.* vid. & ex eodem inf. A.365. Quare & edicto ſuo Valentinianus, veteranorum filios ad militiam euocauit *l. 5. de re militari.*

*Victor* hoc tempore Magiſter militum porrò fuit, ſicut ſub Iuliano, Zoſimus *lib. 4. p.735.* Marcellinus *lib.26. p.339.* cui inſcribitur *lex 12. de erogat. mil. ann.* vbi & Vrſicini Comitis mentio fit. Meminit eius in Valentis rebus Am. Marcell. *lib. 26. p. 339. lib 27. p.366.* vid plura in *Proſop.*

Valentinianus & Valens, percurſis Thraciis in Daciam pergunt *Serdicam*, vbi data *lex 3.de Legatis* : mox & *Naiſſum*, Am.Marcellinus, *lib. 26. p. 339.* Hinc igitur variæ ibi conſtitutiones datæ, ad ſtatum vrbis Romæ fermè pertinentes.

Valentinianus Naiſſi in Daciâ conſtitutus, vrbis Romæ annonæ & operibus publicis variis conſtitutionibus conſulere pergit, conſtitutionibus fermè ad Symmachum P. V. datis.

Cùm *Daciæ* quoque hoſtis metueretur, Valentinianus per eam Turres limitaneas & veteres refici & nouas opportunis locis extrui iuſſit *l.13.de operib.publicis.*

Valentinianus & Valens in ſuburbano Naiſſi (quod *Mediana* appellatum à ciuitate tertio lapide diſparata) quaſi mox ſeparandi, ibi Comites, Numeróſque militares partiti ſunt; teſtis Am. Marcellinus *lib. 26. p.339.* Hinc igitur data hoc tempore *Med.* id eſt vt interpretor *Medianæ* d. lex 13. *de operibus publicis.*

Valentinianus & Valens *Sirmium* ingrediuntur: Am.Marcellinus, *lib.26.p.339.* Philoſtorgius, *lib.8.cap.8.* vbi & data menſe Iulio *lex 7. de pactis.* Ibi iam diuiſo palatio, & Imperio, vt potiori Valentiniano placuerat, Valentinianus Mediolanum, Valens Conſtatinopolim diſceſſit. Am. Marcell. *d. p.339.*

Valentinianus Pannoniâ digreſſus, per *Arelapen* & *Emonam* Norici ciuitates Italiam tendit: inde igitur menſe Auguſto datæ Arelape lex 2.*Cod.Iuſt.de condit. in publ. horr.* Emonæ, lex 2.*de auro coron.*

Valentinianus ob Imperij primitias Aurum Coronarium exegit, datâ conſtitutione ad Mamertinum PP. Illyrici Italiæ & Africæ *d.l.2.de auro coron.*

Valentinianus in Italiam tandem peruenit, & quidem *Aquileiam* primùm; vbi

menſe

VALENTINIANVS & VALENS.

menſe Septembri & Octobri datæ ab eo decem conſtitutiones occurrunt.

*Sacrificia nocturna* at non & diurna prohibita ab Imp. Valentiniano *l.7. de maleficis*: cuius l.meminit Zoſimus *lib.4.p.735.*

*Byzacenis* in Africâ variâ ratione attritis vexatíſque, & quidem Curialibus, ſuccurrit hoc tempore Valentinianus : puta attritis, mole tributorum *l. 3. de conlat. fund. patrim.* petitorum inhiatione. *l. 9. de petitionibus.* religionis obtentu. *l.59.60. de decurionibus* : & *l.17.de Epiſcopis.*

Valentinianus *Italiæ* ſtatum hoc tempore variis rationibus & conſtitutionibus compoſuit, quæ ſub Mamertino PP. erat; ac nominatim per *Lucaniam* & *Brutios*, cuius Corrector erat Artemius : per *Campaniam*, quæ ſub Bulephoro Conſulari erat : per *Tuſciam*, quæ ſub Terentio Correctore, cuius mentio apud Am. Marcellinum, *lib. 27. p.360.*

Valentinianus Aquileiâ *Altinum* progreſſus : vbi conſtitutus tùm Italiæ quieti publicæque ſecuritati conſuluit, & quidem aduerſus latrones *l.2. quib.equorum vſus* : & *l.2. quorum vſus.* tùm Annonæ vrbis Romæ. *l.16. quorum appellationes* : *l.vn. de nautis Tyberinis* : *l.7.de piſtoribus* : *l.7.de pœnis.*

Indulgentia criminum reis hoc tempore à Valentiniano data : cuius meminit *l. 7. de pœnis.* A.D.364.

Valentinianus Altino digreſſus *Veronam* venit : vbi data ab eo menſe Octobri *l. 1. de reparat.appellationum.*

Valentinianus tandem *Mediolanum* peruenit. Amm.Marcellinus, *lib.26.p.339.* menſe vt videtur Nouembri.

Valens in Illyrico aliquamdiu adhuc agit. vid. Philoſtorgium *lib. 9. cap. 3.* & in Daciâ.

Valens diuiſo cum fratre palatio Sirmij (menſe Iulio, vt docet *lex 7. de pactis.*) ex Illyrico Conſtantinopolim diſceſſit; Amm. Marcell. *lib. 26. p. 339.* Philoſtorgius *lib. 9. cap.3.*

Hinc igitur data fine huius anni ab eo Conſtantinopoli *lex 1.ne quib. publ. lætit.* De hâc Valentis Conſtantinopoli morâ vide & Zoſimum, *lib. 4. p. 736.* Socratem, *lib. 4. cap.2.*

Valens Imp. mox appetente Conſulatu ſuo, concuſſionibus quæ à Conſulatus ſui nunciis aduerſus prouinciales exerceri poterant, occurrendum credidit *d.l.1. ne quid lætitiæ* : pariter vt Valentinianus in Occidente inter initia Conſulatus *l.2.eod.tit.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano & Valente AA. Coſſ.365.

Kal.Ian.Dat.Med.*l.14.de operibus publicis.* ad Mamertinum PF.P.

III.Id.Ian.Dat.Med. { *l.11.de nauicularijs.* / *l.* * *2.præd.nauicul,* } ad Symmachum PF.V.

* hæc lex III.*Id.Ian.* adnotatum habet.

III. Id.Ian.Dat. Med. *l.2.ne quid publ.lætitia.* Prouincialibus ſalutem dicunt.

XVIII. Kal.Feb.Dat. { Med. *l.8. de piſtoribus.* / ......*l.8. de pœnis.* } ad Symmachum PF.V.

XV.Kal.Feb.* Dat.Med.*l.1.de fide Catholicâ.* ad Symmachum PF.V.
* Dec. editum malè.

XI.Kal.Feb.Dat.Med.*l.2.de exhibendis reis.* Valentino Conſulari Piceni.

VI.Kal.Feb.Dat......*l.vn.ne colonus inſcio domino.* ad Clearchum Vic.Aſiæ.

V.Kal.Feb.Dat.* Romæ *l.1.de paſcuis.* ad Germanianum Com.S.L.

* pro reddita.

Fortè referenda hæc lex ad A.D.367.

III.Kal.Feb.Dat. { Med. *l.8. de diuerſis officiis.* / ...... *l.70. de decurionibus.* } ad Mamertinum PF.P.

Prid.Non.Feb.Dat. Med.*l.10.de petitionibus* ad prouinciales Afros.

Fortè referenda hæc lex ad A. D. 373. & ad delatores exortos occaſione Firmi Tyranni & calumnias, quarum meminit quoque Marcellin. *lib.30. p.446.inf.* Huic tamen coniecturæ renititur ſubſcriptio. *Dat. Mediol.*

VIII.Id.Feb.Dat......*l.3.de pactis.* Pompeio Fauonio [priuato homini] Alleg.Non. [℞ Rom.]
Kal.Apr. in Baſilicâ Thermarum Com.

XIV.



VALENTINIANVS & VALENS. A.D.365.

XIV.Kal.Mart.Dat.Med. { *l.15. de operibus publicis.* ad Dracontium." ....
" Vicar. Africæ.
*l.2. de reparat. appellat.* ad Symmachum PF.V. }

XIV.Kal.Mart.Dat.CONSTANTINOP. { *l.7. de famoſis libellis* ad * Edictum.
* Hæc vox abeſt à C.Iuſt.
*l.9.de Numerariis.* ad Clearchum" .....
" Vicar. Aſiæ. }

XII.Kal.Mart.Prolata * literis Rom. *l.22. de curſu publico.* ad Voluſianum PF.V.
Accepta IV.* Kal. Apr. Venabri. * Prælata.

* Quadrageſimo poſt die.

X.Kal.Mar.Dat.Med.*l.3.de immunitate conceſſa.* ad Florentium Com.S.L.

Prid.Non.Mart.Dat.Treu." *l.9.de annona & trib.* ad Mamertinum PP.

" Error.

VII.Id.Mart.Dat.Med.*l.9.de iure fiſci.* ad Symmachum PF.V.

VI Id.Mart.Dat.Med.*l.23. de curſu publ.* Mamertino PF.P.

Id.Mart.Dat.SENIGALIA."*l.16.de operibus publ.* ad Mamertinum PF.P.

" in Vmbriâ.

XIIII.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.11.de extraordin.* Secundo PF.P.

XII.Kal.Apr.Dat......*l.4.de pactis.* Mamertino PF.P. inter cœtera & ad locum.

VIIII.Kal.Apr.Dat.MEDIOL. *l.24.de curſu publ.* ad Buleforum Conſul. Campaniæ.

VIII.Kal.Apr.Dat.Med. *l.25. de curſu publ.* ad Symmachum Correctorem Lucaniæ & Brutiorum.

VII.Kal.Apr.Dat.Mediolani.*l.1.de deſertoribus.* Edicta duo per Italiam & Alpes.

III.Kal.Apr.Dat.Mediol. *l.10. de cohortalibus.* ad Dracontium Vic.Afric.

Prid. Non. April. PP........ { *l.3.de annonis ciuicis.* ad Maximum" PF.annonæ.
Referenda ad A.D.368.
" ℞ Maximinum. vid.Amm.Marcellinum, *lib.28.p.383.*
*l.4.eod.tit.* ad Mamertinum PF.P. }

Id.Apr. PP.Beryti.*l.7.de filiis milit.apparitor.* ad Petronium Patricium.

XIIII.Kal.Mai.Dat.Med.*l.1.de militari veſte.* ad Mamertinum PF.P.

In hâc l. fit mentio Africæ.

IX.Kal.Mai.Dat.Treuerini *l.6.de re militari.* Mauris Sitifenſibus.

VI.Kal.Mai.Dat.......*l.26.de decurionibus publ.* ad Mamertinum PF.P.

IIII.Kal.Mai. Alleg. Flauia Feneſtri [℞ Faneſtri] in Secretario *l.5. de pactis* ad Valentinianum" Conſul.Piceni.

" Valentium.

XVII.Kal.Iun.* Dat. Med. *l.4. quibus equorum vſus.* ad Valentinum Conſul. Piceni.
* Ianuar.malè editum.

XVI.Kal.Iun.Dat.Med. *l.10.de annona.* ad Dracontium Vic.Afric.

XIII.Kal.Iun.* Dat.*l.18.quorum appellationes.* ad Symmachum PF.V.poſt alia.
* Ian.malè editum.

VIII.Kal.Ian.Dat.Med. { *l.11.de exactionibus.* ad Florianum Com.R.P. / *l.10.de numerariis.* Iouio Mag.Equitum. }

V.Kal.Iun.Dat.Med. { *l.6.de decurionibus.* ad Terentium Corr.Tuſciæ. / *l.27. de curſu publico.* ad Fortunatum Conſularem Panoniæ ſecundæ. }

Prid.Kal.Iun. Dat. Med. *l.7. de re militari.* Iouio" Magiſtro Equitum & peditum.

" ℞ Iouino.

VALENS ET VALENTINIANVS. A.D. 365.

III.Id.Iun.Dat.Med.*l.2.de prædiis nauiculariorum.*Poſt alia. *l.11. de nauiculariis.* ad Symmachum PF. V.

Malè huic l.adſignatur III.*Id.Ian.*

xv.Kal.Iul.Dat.Med.*l.11.de annona & trib.* ad Dracontium Vic.Afric.
xiv.Kal.Iul.Dat.... *l.4.de ſuſceptoribus.*ad Mamertinum.PF.P.
v.* Kal.Iul.Dat. *l.4.de iis qua adminiſtr.* Senecæ. Terici * *l.1.Cod.Iuſt.de defenſoribus ciuit.*

*xv.Kal.Ian.d.l.1.

*f. *Cyzici.*

III.Kal.Iul.Dat.Med. *l.3.de murilegulis.* ad Germanum." Com.S.L.

" Germanianum.

IIII.Kal.Iul......Med.*l.18.de Prætoribus.* ſubſcriptio ita habet. *Med....... IIII. Kal.Iul.Conſtantinop." Valentiniano & Valente AA. Coſſ.*
IIII.Kal.Iul.Dat. Mediol.*l.67.de decurionibus.*
ad Volusianum PF. V.

" Error manifeſtus.

IIII.Non.Iul.Dat.CÆSAREÆ.*l.5.de ſuſceptoribus.*ad Secundum PF.P.

Fit mentio hâc l. Præſidis Ciliciæ.

xv.Kal.Aug.Dat.....*l.6.de ſuſceptoribus.*ad Mamertinum PF.P.
xiv.Kal.Aug.Dat.Mediolani.*l.5.ad S C.Claudianum.* Felici Conſulari Cãpaniæ.
xi.Kal.Aug.Dat.Med.*l.2.de actorib.procurat.*ad Seuerum Vic. Vrbis.
VIII.Kal.Aug.Dat..... *l.2. Cod.Iuſt.de præſcript.30. vel 40. ann.* ad Voluſianum PF.V.*

* al.PF.P.

III.Kal.Aug.Dat.* Conſtantinop.*l.8.de ſuſceptoribus.*ad Secundum PF.P.

* f. pro reddita, niſi menſis alius ſubſtituendus.

III.Kal.Aug.Dat.Med.*l.6.de pactis.*Æliæ Bauoniæ. Inter cœtera.
Pridie Kal.Aug.Dat.Med.*l.12.de annona & trib.* ad Fauentium Vic.Italiæ.
Prid.Non.Aug.Dat.* Sirmio *l.7.de ſuſceptoribus.*ad Mamertinum PF.P.

* pro reddita. An verò Sirmium hîc peniſula quæ in Benaco lacu ad Veronam de qua Catullus Veronenſis ipſe *Carm.32.*

VIII.Id.Aug.Dat.Med.*l.3.de calcis coctoribus.*ad Voluſianum V.C.Vicar.
IIII.Id.Aug.Dat.Mediolani *l.* * *2.de pactis.* Voluſiano PF.V.

* Conſulatus hîc intercidit.

Prid.Id.Aug PP....*l.1.tributa in ipſis ſpeciebus.*ad Symmachum PF.V.
Prid.Kal.Sept.Acc.Conſtantinæ.*l.9.de ſuſceptoribus.*ad Dracontium Vic. Afric.
Kal.Sept.Dat.....*l.1.de fiſci debitoribus.* ad Auxonium.PF.P.

Referenda hæc lex ad A.D. 368.

III.Non.Sept.Dat.*l.vn.de ſecundo lapſu.*ad Voluſianum PF.V.
VII.vel VI.Id.Sept.Prælata literis V.C.Vicarij VERONÆ. *l.3. de off. rector. prouinc. l.4. de cuſtodia reorum* Poſt alia. ad Valerianum Vic. Hiſpaniarum.
xv.Kal.Octob.Dat." Romæ *l.5.Cod.Iuſt.de precib.Imp.offerendis.* ad Voluſianum PF.P.*

* ℞ PF.V.

" pro reddita.

VIIII.Kal.Octob.Dat.LVCERIÆ *l.2.de paſcuis.*ad Rufinum PF.P."

" Italiæ &c. in locum Mamertini v.Am.Marcellinum, *lib.17.p.369.*





VALENTINIANVS & VALENS. A.D. 365.

VIII.Kal.Octob.Dat." Heracleæ. *l.8.de re militari.* ad Equitium. Com. & Magiſtrum militum.

" f. pro reddita.

Dat.Med.*l.2 Cod.de fund.patrim.* ad Germanianum Com.S.L.
v. Kal.Octob.Dat.AQVIL.*l.11.de piſtoribus.*ad Symmachum PF.V.
Kal. Octob. Dat. Aquil.*l.13.de erogat.mil.ann.* ad populum.
Prid.Non.Octob.Dat. VERONÆ *l.67.de decurionibus.*ad Seuerum PF.V."

" Pro præf.vrbi v. *l.2.de actorib.& procurator.*

...... *l.69. de decurionib.* ad Auxonium Vic. diœceſeos Aſianæ.
...... *l.17. de operib. publ.* ad Valentinianum" Conſularem Piceni.

" Valentinum.

x.Kal.Nou.* Dat.MED.*l.2.tributa in ipſis ſpeciebus.*ad Symmachum PF.V.

* ℞ Sept.

xv.Kal.Nou.Dat. PARISIS. *l.*"*13. de annona & tribut.* ad Dracontium Vic. Afric.Acc.xv.* Kal.Feb. Karthag.

* f. *Dec.* vel ſimpl.*Kal.Nou.*

Poſt conſulatum Valentiniani & Valentis AA.
" Conſulatus omiſſus quo hæc lex data.

* Nonageſimo tertio poſt die.

Prid.Kal.Nou.* Dat." Rom.*l.10.de ſuſceptoribus.*ad Mamertinum PF.P.

" pro reddita vel propoſita.

* alius & citerior menſis hic ſubſtituendus.

xv.Kal.Dec.Dat." Hadrumeto.*l.10.de iure fiſci.*ad Dracontium Vic.Afric.

" pro reddita.

x.Kal.Dec.Dat.....*l.4.de cenſu.* ad Viuentium PF.P.Galliarum.

Referenda hæc lex ad annum 368.vel 370.Germanianus enim hoc tempore PP. Galliarum erat.

Prid.Kal.Decemb.Dat.....*l.vn.de emendatione propinquorum.* ad Senatum.

* Apr.C.Iuſt.

Kal.Dec.Dat.....*l.1.de iuriſdictione.*ad Felicem Vicarium Macedoniæ.
Kal.Dec.Acc.CALCEDONE.*l.14.de erogat.milit. annonæ.* Secundo PF.P.
IIII.Id.Dec.Dat.Pariſis *l.3.de metallis.*ad Creſconium Com. metallorum.
Prid.Id.Dec.Dat.Pariſ. *l.11.de numerariis.*ad Rufinum PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus hoc anno Conſulatum iniit *Mediolani.* Am. Marcellinus, *lib.26.p.339.* vbi & conſtitit ad menſem Septembrem vſque : Valens verò *Conſtantinopoli* conſtitit.

His coss. Præfectus vrbis Romæ fuit *Symmachus*, cui ideò per eos coss. 13.conſtitutiones inſcribuntur : quibus vrbis Romæ ſtatui annonæque Valentinianus prouidere pergit : *Seuerus* autem, Vicarius vrbis. Præfecti verò Prætorio fuêre hoc anno, *Mamertinus*, PP.Italiæ, Illyrici & Africæ: *Salluſtius*, Orientis : *Germanianus*, Galliarum. Am. Marcellinus, *lib.26.p.339.*

Ob publicæ lætitiæ, veluti victoriæ vel nouorum Conſulum nuntium, quidquam exigi vetuit huius anni initio Valentinianus *l.2.ne quid publ.lætit.* pariter vt Valens ſuperioris anni fine *l.1.eod.tit.*

Religionis paganæ libertatem, quam initio Imperij ſui promulgauerat, infra contemptum religionis Chriſtianæ patere vult Valentinianus *l.1.de fide Catholicâ.*

Valentinianus Mediolani fermè conſtitutus Italiæ in commune, ſinguliſque eius prouinciis conſulere pergit : quo tempore, *Fauentius* Vicarius Italiæ erat : *Valentinus* Piceno præerat : *Bulephorus*, mox & Felix Campaniæ : *Terentius* Tuſciæ.

Clearchus hoc tempore Vicarius Aſiæ fuit : cui ideò inſcripta menſe Ianuario extremo, *l. vn. ne inſcio domino.*& menſe Febr. *l.9.de numerariis* : Eius meminit quoque Eunapius, *in vitâ Maximi p.105.* qui oſtendit, eum eo quoque tempore quo Procopius Tyrannidem arripuerat, Vicarium Aſiæ fuiſſe, cúmque Saluſtio PP. inimicitias geſſiſſe : tandem à Valente Proconſularem Aſiæ factum.

Querelæ hoc tempore Conſtantinopoli exortæ aduerſus Valentis Imp. ſimùl & *Petronij Patricij* ſoceri eius (cui inſcribitur mox

VALENTINIANVS & VALENS.

menſe Aprili lex 7. *de filiis milit. apparit.*) cuius rei teſtis Am. Marcellinus *lib.* 26. *p.*342.343. Hinc igitur forte famoſi libelli, quos Valens Imp. Edicto reprimere annisſus *l.*7. *de famoſis libellis.*

Quæ conſtitutiones ad *Voluſianum P. V.* datæ ſunt, eæ omnes ad A. D. 373. referendæ ſunt: hoc quippe anno Symmachus P. V. erat.

Valentinianus Imp. Vectigalium vtilitati conſulit: prohibitis & reuocatis omnibus immunitatibus, exceptis militibus. *l.* 3. *de immunitate conceſsâ.*

Valens Imp. prouincialium ſecuritati hoc anno conſultum iuit, ſuperindictis prohibitis *l.*11. *de extraordinariis*: quò pertinet eius elogium apud Am. Marcellinum *lib.*21. *p.*

Valens Imp. conſumptâ hyeme Conſtantinopoli, in Syriam feſtinans, hoc tempore Bithyniam ingreſſus eſt, teſte Am. Marcellino, *lib.*26. *p.*343.

Valentinianus *curſui publico* hoc tempore per Italiam nominatim conſuluit *l.*23.24.25.26. *de curſu publico.*

*Deſertores* per Italiam & Alpes hoc tempore multi: aduerſus quorum occultatores Valentinianus duo edicta emiſit, *l.*1. *de deſertoribus.*

Valens Imp. filios veteranorum ad militiam euocauit *l.*7. *de filiis milit. apparit.* aduerſus Perſarum Regé videlicet Armeniis manus iniectantem, de quo Am. Marcellinus *lib.*26. *p.*338. *lib.*27. *p.*378. 379. Si modò ſubſcriptio huius l. rectè habet: alioquin ſi ibi loco *Beryti*, *Perinthi* legamus, tùm hæc lex referenda fuerit ad Gothorum excurſum, qui hoc tempore Valente in Bithyniâ conſtituto timebatur: cuius cauſa Valens ſufficiens peditum & equitum adiumentum mitti iuſſit ad loca in quibus Barbarici timebantur excurſus, vt ſcribit Am. Marcellinus, *lib.*26 *p.*343. 346. Et certe huic fauere videtur Petronij Patricij nomen, cui hæc lex inſcribitur, qui Conſtantinopoli & in Thraciâ abſente Valente hæſiſſe videtur.

PROCOPIVS hoc tempore, cùm exercitus aduerſus Gothos mittendus eſſet, Valente ex vrbe Conſtantinopoli in Bithyniam tranſgreſſo, vlteriùſque tendente in Syriam aduerſus Perſas, Tyrannidem *Conſtantinopoli* arripuit: de quo Am. Marcellinus, *lib.* 26. *p.* 343. Themiſtius, *orat.*9. Hieronymus, *Chronico*, Socrates, *lib.*4. *c.* 3. Philoſtorgius, *lib.*9. *c.*5. Sozomenus, *lib* 6. *c.* 8. Zoſimus, *lib.*4. *à p.*736. Faſti Idaciani *his* coss. Socrates perperàm ait, id factum cùm Valens in Syriâ eſſet, quò certe etiam non peruenit. Faſti Idaciani id IV. *Kal. Octob.* factum notant. Quod refutant ea quæ mox menſe Iulio notabo, ad ſubſcript *l.*5. *de ſuſceptoribus.*

Iouinus hoc tempore, & deinceps quoque A.D. 366.367. in Galliis Magiſter Equitum fuit: vid. quæ in *Proſopogr.* de eo plura.

*Defenſores ciuitatum* hoc fermè tempore inſtituti videntur ad tuendam plebem: cuius officij formula exſtat in *l.*4. *de his quæ admin.* & *l.*1. *Cod. Iuſt. de defenſorib. ciuit.*

Valens Imp. per Bithyniam, vt antea dixi, Antiochiam profecturus (quò tamen non peruenit, quidquid Socrates & Sozomenus ſcribant) *Cæſareæ* Cappadocum conſtitit, teſtis Am. Marcellinus, *lib.* 26. *p.* 343. 345. in huius anni geſtis: Idque etiam clarè docet ſubſcriptio legis 5. *de ſuſceptoribus*: quò & reſpexit Libanius Orat ad Antiochenſes περὶ τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς. Sanè & Gregorius Nazianz. *in monodia Baſilij* Valentem aliquando Cæſareæ conſtitiſſe teſtatur, quod tamen ad A. D. 370. referendum. In eâ verò vrbe conſtitutus Valens, indeque iam profecturus, vt vaporatis æſtibus Ciliciæ iam lenitis ad Antiochiam procurreret, de Procopij Tyrannide didicit. Quâ re factum, vt Valens retrò cederet, & quidem in Galatiam primùm, teſte eodem Marcellino *lib.*26. *p.* 345. 347. & Zoſimo in partem, *lib.*4. *p.*739. Porrò *d. l.*5. *de ſuſceptoribus* huic anno adſerenda liquidò: quandoquidem Secundus PP. hoc tempore fuit: & anno 368. Valens Marcianopoli Gothico bello illigatus agebat. A.D. 365.

Valentinianus Mediolano digreſſus, *Veronam*, inde Luceriam, mox *Aquileiam* ſeſe contulit.

*Veteranorum filij* ad militiam euocati hoc tempore *l.*8. *de re militari*: per Illyricum videl. & Macedoniam, ob metum ſcilicet vel à Procopio, vel à Sarmatis & Quadis, vel (quod maximè præfero) à Gothis, qui Thracias & Illyricum diripiebant: vbi Illyriciano exercitui præerat *Equitius* Magiſter militum, vt teſtatur Marcellinus, *lib.* 26. *p.* 339. 340. 347. 353. in huius ipſius anni 365. & proximi 366. geſtis, de quo in *Proſopagr.* plura: cui inſcribitur *d. lex* 8. quæ & data dicitur (id eſt, reddita,) *Heracleæ*; ſiue ea Macedoniæ, ſiue Thraciæ eſt, vbi proculdubio tùm Equitius erat: quomodo & paulò poſt Philippopoli occurrit, eodem Marcellino teſte, *lib.*26. *p.*353. 354.

Valentinianus Imp. ex Italiâ his coss. prope Kal. Nouembres *Pariſios* venit: teſtis Amm. Marcell. *lib.*26. *p.*340. Inde igitur datæ ab eo tres hoc anno & tempore conſtitutiones: puta, *lex* 13. *de annonâ & trib. lex* 3. *de metallis*: *lex* 11. *de numerariis*: vbi & ſequentis adhuc anni principio conſtitit, teſte Am. Marcellino *lib.*27. *duob. locis p.*358.359. Exſtat & inter fragmenta Hilarij Fides apud Pariſiam ciuitatem expoſita, quam hoc tempore Valentiniano Pariſiis conſtituto conditam exiſtimo: etſi ſint, qui Iuliano rerum potiente eam editam circa A. D. 362. cenſeant. Ex hâc interim Valentiniani Imp. morâ Pariſiis, firmatur quoque Procopianæ Tyrannidis characteriſmus: argumento eorum quæ Am. Marcellinus ſcribit *lib.* 26. *p.*357.

*Mamertinus* PP. ad vrbem Romam perrexit quædam ibi correcturus. Am. Marcellinus *lib.*27. *p.*369. quare & *lex* 10. *de ſuſceptoribus* ad eum data hoc tempore dicitur *Dat.* (id eſt, reddita) *Romæ.*

Valens Imp. audito Procopij motu, Cæſareâ Cappadociæ Bithyniam regreſſus, Nicomediamque profectus, *Chalcedonis* mox oppugnationi à Procopio occupatæ, de quo vid. & Socratem, *lib.*4. *c.*8. his coss. adultâ hyeme inſtitit, teſtis Am. Marcellinus, *lib.*26. *p.*348.349. vnde & apud Chalcedonem data ab eo tum *l.* 14. *de erogat. mil. a.* Verùm fruſtrà: eius quippe ſuburbano digredi



VALENTINIANVS & VALENS.

gredi coactus elapſuſque tùm propter commeatuum inopiam, tùm propter obſtinationem defenſorum & imminentem Procopij exercitum. Itaque Bithynia in Procopij ditionem redacta *p.*349. & Valens ipſe citis itinerib. Ancyram Galatiæ reuerſus. *d. p.* 349. mox & Cyzicum à Procopianis oppugnatum *p.*350. & Philoſtorgius *lib.* 9. *c.* 6. Et hæc adulta hyeme his coss. geſta *p.*351. A.D. 365.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Gratiano NB.P. & Dagalaipho Coſſ. 366.

Gratiano A. I. ita notatur hic Conſulatus *l.*10. *de pœnis. l.* 2. *de canone frum. V. R. l.*14. *de annonâ l.*1. *de poſtliminio.* Gratiano Nob. Cæſ. ita *l.*8. *de accuſationib.*

Prid. Non. Apr. Dat. TREVERIS * *l.*6. *ad SC. Claudianum.* ad Secundum PF. P.

*Valentiniano, Valenti & Gratiano AAA.* tribuitur.

* Hæc ſubſcriptio ſtare non poſſe videatur, quandoquidem Valentinianus hoc anno Treuiris non conſtitit.

VII. Id. Apr. Dat. REMIS. *l.*9. *de diuerſis officiis.* ad Germanianum PF. P."

" Galliarum. v. Am. Marcellinum & *Proſopogr.* & infra hoc anno *l.*2. *C. Iuſt. de Magiſtr. munic.*

Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.*14. *de annona & tributis.* ad Modeſtum PF. P.

Hæc lex referenda ad *Gratianum A.* II. & *Probum Coſſ.* id eſt, ad A.D. 371. Nam neque Conſtantinopoli hoc tempore erat Valens, imò neque Conſtantinopoli potiebatur, verùm Procopius: tandem neque Modeſtus PP. Orientis hoc tempore erat.

XVI. * Kal. Iun. Dat. Rem. *l.*1. *de poſtliminio.* ad Seuerianum Ducem.

* Ita in MSS. omnibus, non *Iul.* Et hæc lex prænotata habet nomina *Valentiniani, Valentis & Gratiani AAA.*

XIV. Kal. Iun. * Dat. Remis *l.*15. *de annona & trib.* ad Probum PF. P.

* f. Ian. Fortè ad alium annum referenda.

VIII. Kal. Iun. Dat...... *l.*1. *Cod. Iuſt. vbi de poſſeſſione.* Feſto" Proconſuli Africæ.

" Eidem inſcribitur anno prox. *l.*3. *ad l. Corn. falſ.*

XVIII. Kal. Iul. Dat. Rem. *l.*1. *de canone frum. V. R.* ad Iulianum" PF. P. annonæ.

Gratiani nomen & huius l. inſcriptio præfert.

" Eidem inſcribitur *lex* 2. *Cod. de veteris numiſm. pot.* ſine die & Coſſ. vbi malè dicitur PP.

XV. Kal. Octob. Dat. MANTEBRI. *l.*11. *de ſuſceptoribus.* ad Florentium. Com. S. L.

VIII. Id. Octob. Dat. REMIS. *l.*10. *de pœnis*, ad Prætextatum P. V.

Hæc lex referenda ad annum ſeq. 367.

IIII. Id. Nou. Dat...... *l.*12. *de ſuſceptoribus.* ad Rufinum PF. P.

XV. Kal. Dec. Dat. Remis. *l.*8. *de accuſationibus.* ad Maximinum Correctorem Tuſciæ. Acc. Florentiæ.

XII Kal. Dec. Dat. Remis *l.*9. *de accuſationibus.* ad Valerianum PF. V.*

* fortè *Pro præf.* vel *Præf. Vicar.* dicitur enim Valerianus Vic. Hiſpaniarum anno ſuperiore *l.*1. *de off. rector. prouinciæ*, & *l.*4. *de cuſtod. reorum.*

VIII. Id. Dec. Dat. VERONÆ" *l.*9. *de veteranis.* ad Dagalaiphum magiſtrum militum.

Et hæc lex *Gratiani* nomen præfert.

" An *Veron* en plaine, aut *Veruins* aut *Verdun*, quæ 39. millibus diſtat à Remis, v. Itin. Antonini. Iſtud putat Petitus *comm.* ad leges Atticas, quique adeo hic p. 39. reponebat *Viroduni.* Putet quis *Vironam* & *Virodunum* promiſcuè dicta. Verùm de hoc ad eam l.

XIII. Kal. Ian. Dat...... *l.*2. *Cod. Iuſt. de Magiſtratibus municipalibus.* ad Germanianum......

## CHRONICON HISTORICVM.

Valens in Galatiâ & in Phrygiâ hoc tempore verſatus. vid. Am. Marcellinum *lib.26. p.* 351. 352. Socratem, *lib.* 4. *c.6.* Sozomenum *lib.6. c.*8.

Valentinianus Imp. Lutetiâ Pariſiorum *Remos* progreſſus: Quod diſertè prodit Am. Marcellinus *lib.26. p* 340. ſtatuens nuſquam extra Galliarum confinia moueri. Quare ibi datæ ab eo plures conſtitutiones: è quibus nonnullæ perperàm in ſubſcriptione præferunt *Rom.* loco, *Rem.* Hoc verò anno, vt & ſuperiore 365. proximoque 367. exercitus magnus in Galliis oppoſitus erat aduerſus Alamannos potiſſimùm, qui & à Iouino Magiſtro militum deuicti apud Scarponam, prope Metim & Catalaunos, teſtis Am. Marcell. *initio libri* 27. *p.* 359. de qùo Iouino anno prox.

*Seuerianus* Comes, qui apud Calidona (vel Calydona, ℞. *Calibona*, puto eſſe *Caub.*) ſupra Bingium Diuitenſibus præſidebat & Tungritanis & Dux (vt hæc lex teſtatur) Alamannis hoc tempore & quidem anni ſuperioris fine oppoſitus erat, qui Gallicanos limites diu perſultarunt: teſtis Am. Marcellinus, *initio lib.*27. Ad hunc itaque data hoc tempore à Valentiniano *lex* 1. *de poſtliminio* ſuper captiuis ab Alamannis abductis & reuerſis. Quomodo ad Germanianum (PP. Galliarum ſcilicet) *l.6. Cod. Iuſt. de agricolis*, de fugitiuis colonis, &c.

Procopius Tyrannus his coss. victus in Phrygiâ Salutari ad Nacoliam interfectúſque Am. Marcellinus, *lib.* 26. *p.*352. 354. Zoſimus, *lib.*4 *p.*739. Socrates, *lib.4.cap.*5. & 8. Hieronymus, *Chronico.* Auctor Chronici Alex. his Coſſ. Faſti Idaciani his Coss. Idque, VI. Kal.Iun. aiunt Faſti Idaciani: XII. Kal. Iulias, ait Chronic.Alex. Et ſic duodecimo fermè Tyrannidis menſe. Philoſtorgius *lib.9.cap.*5. ait, ſexto.

Valentinianus Remis quandoquè digreſſus in vicina, *Mantebrum* & *Veronam*, Remos regreditur.

Maximinus hoc tempore Corrector Tuſciæ fuit: Meminit Ammianus Marcellinus *initio lib.*28. Cui inſcripta his Coss. Valentiniani *lex* 9. *de accuſationib.*

Valentinianum hoc quoque tempore poſt Procopij caput ad ſe miſſum, *Pariſiis* fuiſſe oſtendunt ea quæ Am. Marcellinus ſcribit *lib.*27.*p.*359.

*Dagalaiphus* Magiſter militum per Gallias, hoc tempore erat: cui inſcribitur menſe Decembri *lex* 9. *de veteranis.* Hic paulò ante, quà fine anni ſuperioris, quà initio huius anni Pariſiis aduerſus Alamannos miſſus fuerat, teſte Marcellino, *initio libri* 27. *p.* 357. vid. plura in *Proſopog.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Lupicino & Iouino'' Coſſ. 367.

*Poſt Conſul. Gratiani & Dagalaiphi.* Ita hic Conſulatus deſignatur *l.3. de ponderatoribus*, & *l.*16. *de annonâ & tributis.*

'' Iouiano *l.3. de indulg. crim. l.* 11. *de pœnis.*

VI. Id. Ian. Dat. Rom.* { *l.4. de metallis.* / *l.13. de ſuſceptoribus.* } ad Germanianum Com. S. L.

* ℞ *Rhem.* quod etiam monuit Doctiſſimus Petitus.

Hùc refero *l.1. Cod. Iuſt. de veteris numiſm. poteſtate.* Germano * PP.

* ℞. Germaniano Com. S. L.

& *l.2. Cod. eod. titulo.* ad Iulianum PF.P.

* ℞ *PF. annonæ* vt anno ſuper. *l.2. de Canone frum. V.R.*

Quæ die & Conſule carent.

IV. Kal. Feb. Dat. Remis. *l.9. de re militari.* ad Iouinum Magiſtrum Equitum.
XVI. Kal. Mar. Dat. Remis *l.*10. *de re militari.* ad Iouinum Magiſtrum militum.
V. Id. Apr. Dat...... *l.*11. *de pœnis.* ad viuentium PF.V.

Referenda hæc lex ad annum ſuperiorem, vt ad eam notaui: ibi enim conſulatus ex ſuperiore l.10. adſignandus.

V. Kal. Mai. Dat. *l.3. & 4. de tironibus.* ad Magnum Vicar. Vrbis Romæ.
IIII. Kal. Mai. Dat. Remis. *l.4. de prædiis nauicular.* ad Dracontium Vicar. Afri. Poſt alia.
III. Non. Mai. Dat.* Rom. *l.3. de indulg. crimin.* ad Viuentium PF.V.





'' Vel *data*, pro reddita, vel reponendum pro *Rom, Rem.*

Hæc lex Gratiani A. nomen præfert.

VI. Id. Mai. Dat. Martianop. *l.1. ſi Curialis relicta ciuitate.* ad Tatianum PF. Ægypti.
XIII. Ka. Iun. Dat. Remis. *l. vlt. de aduoc. fiſci.* ad Rufinum PF.P.''

'' Gratiano demùm Auguſto renunciato, Rufinus PP. factus, teſte Am. Marcellino *lib.27.p.*369. Itaque hic reponam XIII. Kal. Ian.

III. Kal. Iun. Dat. Martianop. *l.1. de equorum collat.* Alexandrino Comiti R.P.
III. Non. Iun. Dat. Remis. *l.5. de cenſu.* ad Florentium. PF.P. Galliarum.
V. Id. Iun. Dat. Treu.* *l.3. ad l. Corn. de falſo.* ad Feſtum Proc. Afric.

* ℞ *Rem.*

Prid. Non. Aug. Dat. Nemasia'' *l.3. de ponderatoribus.* ad Dracontium......

'' De hoc dico, *ad eam l.*

In hâc l. annus hic ita deſignatur. *Poſt. Coſſ. Gratiani & Dagalaiphi.*

'' Nemay prope *Remos.*

XV. Kal. Sept. Dat. Ambianis. *l. vn. de ingratis liberis.* ad Prætextatum PF.V.

Præfert hæc lex iam *Gratiani A* nomen.

## VALENTINIANI ET VALENTIS
### Conſtitutiones ſine die & Coſſ. è Cod. Iuſt.

*l.2. Cod. Iuſt. de off. Præf. vrbi.* ad Ampelium PF.V.

Referenda hæc lex ad annum 371. vel 372 quib. Ampelius P.V. fuit.

*l.2. Cod. Iuſt. de veteris numiſm. poteſtate.* ad Iulianum. PP.''

'' Iungenda videtur hæc lex cum *l.2. Cod. Th. de canone frum. V.R.* A. 366. & in inſcript. reponendum *PF. ann.*

*l.2. Cod. Iuſt. de apparitorib. Magiſtrorum militum.* Mamertino PF.P.

Forte iungenda ea legi 8. *de cohortalibus.* A. 364. vel *l.1. quibus equorum vſus.*

*l.3. Cod. Iuſt. de omni agro deſerto.* ad Mamertinum PF.P.

Fortè iungenda hæc lex cum *l.2. C. Theod. de conlat. donatarum.*
*l.5. Cod. Iuſt. de agricolis.* ad Oricum. PP.
*l.7. Cod. Iuſt. de agricolis.* ad Maximum.......
*l. vn. Cod. Iuſt. de nundinis.* ad Probum PF.P.
*l.1. Cod. Iuſt. ne rei dominicæ vel templorum.* ad Probum Præfectum Prætorio Galliæ vel Galliarum.
*l.8. Cod. Iuſt. de agricolis.* ad Probum.......

Iungenda fortè legi 2. *C. Th. ſi vagum per. mancip.*

*l.1. Cod. Iuſt. de off. P.V.* ad Voluſianum PF.V.

Iungenda videtur legi 1. *C. Th. de conditù in publ. horr.*

*l.3. Cod. Iuſt. de fundis patrimonial.*
*l.4. Cod. Iuſt. de collat. fundor.*
*l.3. Cod. Iuſt. de fundis rei priuatæ.*
*l.5. Cod. Iuſt. de curſu publico.*

## CHRONICON HISTORICVM.

Valentinianus *Remis* in Galliâ Belgicâ potiſſimâ huius anni parte conſiſtit: Valens verò in Myſiâ Martianopoli, mox & Doroſtoli, vt variarum legum ſubſcriptiones teſtantur.

Valentinianus Imp. rem *Nummariam* ſeu *Monetariam*, & quidem Auri, hoc tempore diſpoſuit, conſtitutionibus ad Germanianum

VALENTINIANVS & VALENS. A.D.367.

num Com. S.L. & Iulianum Præf. annonæ datis; Inter alia, æſtimatione ſolidorum auctâ, libráque adeò auri, ad 72. ſolidos redactâ: Cuius diſpoſitionis. quatuor fragmenta ſuperſunt, *l.4.de metallis*: *l.13.de ſuſceptoribus*; *l.1.& 2.Cod.Iuſt.de veteris numiſm.pot.*

*Iouinus* Magiſter militum ſeu equitum erat per Gallias hoc anno: cui ideò inſcribuntur *lex 9.& 10. de re militari*, (quæ datæ ſunt Remis, vbi tùm Valentinianus erat, & ipſe Iouinus ibidem templum ad corporis ſui ſepulturam fundauit, teſte Flodoardo, *hiſtor. Rhemenſis lib.1. cap.6.*) Pariter vt anno 365. vt docet lex 7.*de re militari*: & 366. vt oſtendunt ea quæ de geſtis eius aduerſus Alamannos & quidem anno ſuper.366. prope Scarponam primùm (haud procul Metis) mox Catalaunum narrat Am. Marcellinus *initio lib.27. p.358.* &c. Cœterùm pacem cum Alamannis hoc tempore fuiſſe docet d. *lex* 10.

*Viuentius P.V.* Romæ fuit hoc tempore, idque menſe Aprili & Maio:teſtis,iuxta *l.11. de pœnis*, & *l.3.de indulg. criminum*, Amm. Marcellinus, *lib.27. p.361.* ſub quo tumultus Romæ ob iurgium inter DAMASVM pro Epiſcopatu vrbis Romæ & Vrſicinum exortum cœdéſque patratæ, efferatáque DIV plebs, ægrè poſtea delinita, vt *ibidem* teſtatur Marcellinus *& p.374.* Hic *Iuuentius* vocatur in optimis MSS. Marcellini: & ſanè Symmachus *lib.10. ep.43.* ad Valentinanum Iun. Iuuentium P. V. ſub Valentiniano Sen. memorat.

*Tironum delectus* habitus his Coss. per Vicariam V. Romæ: cui ne fraus fieret, conſtitutione ſuâ prouidit Valentinianus *l.3.& 4.de tironibus.*

*Indulgentia Paſchalis* criminum reis (atrociſſimis tantum ſex exceptis) à Valentiniano Romæ. data *l.3.de indulgent. criminum.* conſtitutione ad Viuentium ſiue Iuuentium P.V.

*Tatianus* Præfectus Auguſtalis ſeu Ægypti fuit hoc anno, cui ideò inſcripta menſe Maio lex 1.*ſi Curialis relictâ ciuitate.* De quo auctor *Farraginis Alexandrinæ* ſcribit, eum his ipſis Coss. Alexandriam introiuiſſe primum Auguſtalium VI. Kal. Februar. eúmque quadriennium integrum Præfectum Auguſtalem fuiſſe. Eiuſdem meminit & auctor vitæ Athanaſij,apud Photium.*n.*258.*p.*1449. vbi & mortem eius deſcribit: & hæreticis fauiſſe, pariter vt Farrago *Alex.* Idem & poſteà Præf. Aug.ſecundùm fuit.

*Gothicum* bellum, quod inter præcipua cenſendum ait Eunapius, *in Excerptis*, à Valente, pubeſcente vere ſuſceptum, caſtris prope Daphnen munimentum metatis: mox & Iſtro tranſito Am.Marcellinus, *lib.27.p.362.365.* Quod & triennium durauit,idem teſtis, & Themiſtius, *Orat.10.p.245.& 246.* Inde igitur mox hoc anno menſe Maio & deinceps Valens Imp. in Myſiâ (vel Thraciâ) *Martianopoli* conſtitutus, vt docet iuxta Zoſimum, *lib.4.p.741.* & Philoſtorgium, *lib.9.cap.7. lex 1.ſi Curialis relictâ ciuit. lex 1. de equorum collat.* (cuius l. argumentum ad apparatum aliquem bellicum pertinet, & proculdubio Gothicum.) Et fine anni, *Doroſtori*, vt docet *lex 11. de iure fiſci*: *lex 14. de Suſceptoribus*: & rurſum anno prox. *Martianopoli.*

*Cenſui* Gallicano prouidit hoc anno Valentinianus, ſimùl & Cenſitorum iniquitati occurrit *l.5.de cenſu.*

*Florentinus* hoc tempore fuit PP. Galliarum, ad quem data ea *lex 5. de cenſu*: cuius meminit cum laude,hoc ipſo anno Valentiniano in Galliâ poſito Ambianis, Am.Marcellinus, *lib.27.p.370.*

*Prætextatus* P. V. Romæ poſt Viuentium (ſeu Iuuentium) hoc tempore fuit, iam menſe Auguſto: quo ei ideò inſcribitur lex *vn.de ingratis liberis*: De eo Am.Marcellinus, in huius anni, & proximi geſtis *lib.27. p.373.374.* Symmachus, *lib.1.ep.49.* Zoſimus, *lib.4.p.735.* cuius auctoritate Vrſicino Româ pulſo quies Romæ firmata. Elogium eius vid.apud Marcellinum *d.p.374.* & apud Symmachum *lib.10.ep.23 24.25.* Hinc interim apparet, Damaſi electionem, & exinde Vrſicini ſchiſma, anteuertere eam æram quæ hactenus iis adſignatur 15. Septembris his Coss.

Valentinianus Imp. Remis digreſſus per Nemaſiam (Nemay hodie) *Ambianis* conſiſtit menſe Auguſto; vt docet exertè *lex vn. de ingratis liberis*: vbi vid. quæ dico plura: cúmque eò hoc tempore ſeſe Valentinianus contulerit: ibique Ambianis, inquam, *Gratianus* (qui & ideò deinceps huic vrbi maximè ſtuduit, teſte Sigeberto, *Chronico.*) à Valentiniano patre Auguſtus creatus eo menſe ipſo Auguſto, IX. Kal. Septemb. ſexto poſt *dictam l.vn.* die: teſtis Am.Marcellinus *lib.27.p.371.* Hieronymus *Chronico*: Socrates, *lib.4. cap.10.* Chronicon Alexandr. & conſularia Idaciana *his Coſſ.*

## VALENTINIANVS VALENS ET GRATIANVS.

VII.Kal.Octob.Dat.DOROSTORI* vel DOROSTOLI. { *l.14.de ſuſceptoribus.* / *l.11.de iure fiſci.* } Alexandrino Com. R. P. INDICTIO X.

* Apud Ptolemæum quoque legitur δυρόστολον, etſi in Palatinis Codicibus δυρόστορον. In Myſiâ 2. id.v. Marcellinum. *Duroſtoro* in Itiner. Peutinger. *Duroſdoro* in Itin. Antonini. *Duroſtoro* in Notitiâ Imperij.

III.Kal.Octob.Dat........*l.5.de prædiis nauicul.* ad Aurelianum PF. annonæ.

VIII.Id.



VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS. A.D.367.

VIII.Id.Octob.Dat.REMIS { *l.4. de ſuariis.* / *l.10. de pœnis.* } ad Prætextatum PF.V.

III.Id.Octob.Dat.TREVERI.*l.2.Cod.Iuſt.de bonis libert.* ad Florianum Comitem rerum priuatarum.

VIII.Kal.Nou. Dat. NICOMEDIÆ *l.16. de annona & tributis.* ad Dracontium"....

" Vicar. Africæ. Quare locus huic l.ſubſcriptus in Galliâ fuerit neceſſe eſt,non verò Nicomediæ Bithyniæ.Conſulatus verò huic l.pariter ſubſcriptus vt in *l.3.de ponderatorib.* quæ data, pariter *Nemaſiâ* in Galliâ.

XIII.Kal.Decemb.Dat.TRIVERIS.*l.7.de priuileg.eorum qui in ſacro pal.* ad Prætextatum PF.V.Acc.V.* Id. Dec.

* Viceſimo ſecundo poſt die.

III.Non.Decemb.Dat.Triueris.*l.29.de curſu publ.* ad Domnum Conſularem Siciliæ.[Acc.]poſt Conſul. Lupicini & Iouini.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlens Gothico bello illigatus, Martianopoli digreſſus, Doroſtorum pergit in eadem Myſiâ: vbi data ab eo extremo menſe Septembri *l.14. de ſuſceptoribus* & *l.11. de iure fiſci.*

Paucis poſt Gratianum Auguſtum renunciatum diebus, *Rufinus* PP. factus, in locum Mamertini. Am. Marcellinus *lib.27. p.369.*

Valentinianus ab Ambianis Treueros feſtinans (teſte Am. Marcellino, *lib.27. p.370.*) Remos rursùm progreſſus, atque inde *Treueros.*

ALAMANNI, *vt & Franci*, Saxoneſque Gallicanos tractus his COSS. quò quiſque erumpere potuit, terrâ vel mari, prædis acerbis incendiiſque & captiuorum funeribus violarunt. Am. Marcellinus, *lib.27.* Hinc illa iam Valentiniani in illo Galliarum tractu mora & diſcurſatio Remis, Treuiris. Hinc & anno proximo idem *Agrippinæ* moratus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano & Valente II. AA. Coſſ.368.

Huius Conſulatus mentio fit *l.9.de Indulg.debit.* In Chronologia huius Cod. hactenùs editâ, duæ tantum conſtitutiones in hunc Conſul. relatæ.

VIIJ.Kal..Feb.Miſſa Rom.*l.1.de Tractoriis.* ad Rufinum PF.P.

Hæc lex perperàm adſcribitur anno 365. quo non Rufinus, verùm Mamertinus PP. Italiæ &c. fuit,ſaltem non menſe Ianuario.

III.Kal.Feb.Dat.Triu.*l.8.de medicis & poſſeſſoribus.* ad Prætextatum PF.V.

Hæc lex perperàm refertur ad annum 370. eo quippe non Prætextatus, verùm Olybrius P.V.fuit.

Prid Kal.Feb.Dat.MARCIANOPOLI.*l.2.de tironibus.* ad Fortunatianum".....

" Com.R.P.vt A.369.*l.5.de metallis*:*l.2.de Aquæductu*:& A.377.*l.3.de fiſci debitor.* v.& Am.Marcellinum,*lib.29.initio*;Zoſimum,*lib.4.p.743.*

Hæc lex malè annum 365. ſubnotatum habet.

XIV.Kal.Feb.Dat.Triu.*l.18.de Epiſcopis.* ad Claudium PC.Afr.

Hæc lex malè refertur ad annum 365.pariter vt lex 12.*de piſtoribus*,ad eundem Claudium PC.Afr.data: Quia eo anno Valentinianus Treueris verſatus non eſt. Referri poſſit & ad A.370.

VII.* Id.Mart.Dat.Martianop.*l.2.de fide & iure haſtæ.* ad Felicem Com.S.L.

* IIII.*C.Iuſt.*

Perperàm & hæc lex adſcribitur anno 365.

IIII.Id.Mart.Dat.*l.1.de his qui cum diſpenſatore contrax.* ad Probum PF.P.

Et hæc lex malè anno 365. adſcribitur: nam neque tùm Valentinianus Treueris erat,neque Probus PP. erat.

xiv.Kal.Apr.Dat.Treu.*l.3.de reparat.appellat.* ad Olybrium PF.V.

Et hæc lex malè refertur ad annum 365.Poſſit & referri ad ann.370.

xii.Kal.Apr.Dat.Treuer.*l.1.ſi vagum mancipium.*ad PF.P.

Et huic l.malè adſignatur annus 365.Poſſit & referri ad A.370.

viii.Kal.Apr.Dat.Triuer.*l.9.de cohortalibus.* ad Probum PF.P.

Huic quoque legi malè adſcribitur annus 365. poſſit & referri ad an.370.

iii.Kal.April.Dat.Triuer. *l.9.de piſtoribus.*ad Olybrium PF.V.

Perperàm & hæc lex refertur ad an.365.Poſſit & referri ad an.370.

iii.Non.Apr.Dat. *l.vn.de mancipib.thermarum.*ad Olybrium PF.V.

Et huic l.malè ſubnotatus annus 365.Poſſit & referri ad an.370.

Die Non.Apr.PP......*l.3.de annonis ciuicis.* Maximo" PF.annonæ.

" ℞ Maximino.

Et hæc lex ab anno 365. hùc retrahenda vel ad A.D.370.

Prid.Non.Apr.Dat.Alteio. *l.3. de actoribus & procurator.*ad Creſcentem Vic. Africæ.

Et hæc lex ab anno 365.hùc retrahenda:Fortè etiam ad A.D.370.

iii.Id.Apr.Dat......*l.9.de pœnis.* ad Olybrium PF.V.

Hæc quoque lex huic anno non 368.ad vindicanda,vel certè anno 370.

xi.Kal.Mai.Dat." Treuer. { *l.10. de exactionibus.* / *l.1. de executoribus.* } ad Florianum Conſ. Venetiæ.

Et hæc leges ab anno 365.hùc retrahendæ.

vi.Kal.Mai. Dat. Triberis.*l.5.de tyronibus.* ad Viuentium PF.P. Galliarum.

Ab anno 365.hùc retrahenda hæc lex,vel certe ad ann.370.

Prid.Non.Mai.* Dat.Triu.*l.2.de metatis.*Remigio Mag.Officiorum.

* Martij *C.Iuſt.*

Malè refertur ad an.365.Poſſit & referri ad an.370.

viii.Id.Iun.*Lecta......*l.4.de indulgent.criminum.*ad Olybrium PF.V.

* ſ.Iduum Ma.

xv.Kal.Iul.Dat.Treu.*l.2.ſi vagum petat. mancip.* ad Probum PF.P.

Et huic l.ſubnotatus malè conſulatus anni 365.

xi.Kal.Iul.Dat.* { Med.*l.3. quibus equorum vſus.* Rufino PF.P. / Rauen.*l.66. de decurionibus.* ad PF.P. }

* pro reddita.

His quoque legibus ſubſcriptus an.365.quò pertinere non poteſt,niſi reponamus xi.*Kal. Ian.*

viii.Kal.Iul.Dat.* Sabariæ.*l.3.de auro coronario.*ad Probum PF.P.

* pro *Acc.* ſeu *reddita.*

Hanc l. hùc retraho ab A.D.365.

Non.Iul.Dat......*l.10.de piſtoribus.*ad Olybrium PF.V. lecta in Pantheo.

Et hæc lex huic anno vindicanda,& ab anno 365.hùc retrahenda.

Prid.Kal. Aug. Dat. Vangionibus. *l.3. de prædiis nauicul.* ad Muſufilum Vic. Africæ."

Hæc lex malè refertur ad an.365.quo anno Dracontius Vicarius Africæ erat: vt & anno 367. Creſcens vero an.371.





Kal.Aug.Dat.Marcianop.*l.35. de appellationibus.* ad Modeſtum PF.P."

" Malè ad an.365.refertur,cùm Valens an.370.Martianopoli non fuerit; Modeſtus verò PP. tantùm an.369.factus ſit,videtur hic reponendum PF.V.hunc enim Modeſtum P.V.& bis quidem,in anno 369. ſcribit Idacius.

iii.Non.Aug. Dat. Sirmio *l. omnis de his quæ adminiſtrantibus.* ad Probum PF.P.

* id eſt reddita:Ab an.365. hùc retrahenda.

iv.Id.Aug.Dat.Hierapoli.*l.3.Cod.Iuſt.de defenſoribus ciuit.* ad Senatum.

Hic Conſul exertè huic l. ſubſcribitur: verùm, niſi loco Hierapoli, Marcianopolim ſubſti uamus congruit ea potius anno 370.

xviii.Kal.Sept.Dat.* Altino" *l.5.de reparat. appellationum.* ad Olybrium PF.V.

* Ad hunc annum retraho ab ann.373.quo certè Olybrius non fuit PF.V.

" ℞ ALTIO vt *l.3. de actorib. & procurator.* Niſi Alteio hic reponamus: tum enim etiam anno 370. vindicaretur.

xv.Kal.Sept.PP.Rom.*l.19.quorum appellationes.*ad Olybrium PF.V.

Hic Conſulatus in huius l.ſubſcriptione exertè expreſſus.

xii.Kal.Sept.Accepta*......*l.2.de poſtulando.*Olybrio PF.V.

PP.x.Kal.Sept.C.Iuſt.

Quæ lex plenior extat *l.6.Cod.eod.*& dicitur PP.x.Kal.Sept. ipſis AA. Coſſ. non adſignato Conſulatus numero pariter vt hic.

* al. PF. P. malè.

Malè hæc lex refertur ad A.D. 365.

Kal.Sept.Dat......*l.1.de fiſci debitoribus.* ad Auxonium PF.P.

Ab anno 365. hùc retrahenda.

viiii.Kal.Octob.Dat...... *l.30.de curſu publ.* ad Viuentium PP.

Malè refertur ad ann. 365.

Prid.Kal.Octob.Dat. Agrippinæ.*l.vn.ne damna prouincialib.*ad Probum. PF. P. Illyrici.

Hæc lex malè annum 365. notatum habet.

vi.Non.Octob.Dat..... *l.11.de cohortalibus.*Feſto Conſulari Syriæ.

Et hæc lex ab A. D. 365. hùc retrahenda: quod & Valeſius, neſcio vnde, rectè fecit *in Marcell. p.390.*

iii.Id.Octob.Dat......*l.29. Cod. Iuſt. de decurionibus.* Germano" PF. P. Galliarum.

Tribuitur hæc lex Valentiniano,Valenti & Gratiano.

Quare ab anno 365. hùc retrahenda.

" ℞ *Germaniano.*

iii.Non.Nou.Dat.....*l.2.Cod.Iuſt. de defenſorib. ciuit.*ad Probum.PF.P.

Malè refertur ad annum 365.

Prid.Id.Nou.Dat.Martianop.*l.2.de patrociniis vicorum.*ad Auxonium PF.P.

Hæc lex malè refertur ad ann.370.quo tempore Modeſtus iam poſt Auxonium PP. erat.

xiiii.Kal.Dec.Dat......*l.2.de militari veſte.*ad Auxonium PF.P.

Malè refertur ad ann.365.

x. Kal.Dec.Dat..... *l.4.de cenſu.*ad Viuentium.PF.P.Galliarum.

Ab anno 365. hùc retrahenda.

Kal.Dec.Dat.Triv. *l.12.de piſtoribus.*ad Claudium Proc.Afric.

Perperàm tribuitur anno 365.

IIII. Non. Dec. Dat. Triueris. *l.29. de curſu publico.* ad Domnum Conſul.Siciliæ.

Conſulatus in h.l.ita notatus, *Poſt* Cos.*Lupicini & Iouini.* Verùm ad diem quo accepta ea id referendum, quare anno ſuperiori melius adſcribitur.

Id.Decemb.Dat.Martianopoli.*l.4.de murilegulis.*ad Auxonium PF.P.

Ab anno 365. hùc retrahenda.

x.Kal.Ian.Directa Sirmio.*l.28.de curſu publ.* ad Probum PP.

Refertur hæc lex malè ad A. D. 365.

VI.Kal.Ianuar.Dat...... *l.1.Cod.Iuſt.de officio Comitis rei pr.* ad Honoratum Conſularem Byzacij.

Hic Conſulatus huic l. exertè ſubnotatus.

III.Kal.Ian.Dat.Treu.*l.3.de relationibus.*ad Viuentium PF.P.

Ab anno 365. hùc retrahenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus huius anni initio quidem *Treuiris* conſtitit, at non & deinceps: vt pote aduerſus Alamannos expeditione ſuſceptâ, vid. Am. Marcellinum *lib.* 27. *p.* 370. 374. 377.

*Gothici* belli à Valente ſuſcepti hic annus ſecundus eſt, quid eo peractum vid. apud Am. Marcellinum *lib.* 27. *p.* 365. Itaque & eo anno Valens *Martianopoli* conſtitit : vbi ab eo datæ quinque leges occurrunt : Et ex his quidem lex 2. *de tironibus* ad apparatum militarem proculdubio Gothicum pertinet.

*Priuilegia Clericis* vltimo vitæ ſuæ tempore à Conſtantio Imp. indulta, à Iuliano Apoſtata verò & ſub eo abrogata, reddidit hoc tempore, & quidem per Africam Valentinianus Imp. *l.*18.*de Epiſcopis.*

*Probus* PP. Italiæ, Illyrici, Africæ per hoc tempus factus in locum Rufini demortui, vid. Am. Marcellinum *lib.*27. *p.*369. 377. Iudicium eiuſdem de eo vid. & lib.30.*p.*453. 454.

*Olybrius* poſt Prætextatum Præfecturam vrbis iniit hoc anno 368. inque eâ perſtitit, duobus annis proximis 369. 370. vid. Am. Marcellinum *lib.*28. *p.*383. 396. vbi eius virtutes & vitia notat.

Hoc ipſo tempore quo Olybrius P.V. *Maximinus* Pf. annonæ erat *d. p.* 383. & 384. cui inſcribitur *l.*3. *de annonis ciuicis* quæ forte ad hunc annum referenda. De quo prolixè Am. Marcellinus *d. lib.*28. cuius narratio ad illuſtrationem multarum legum hoc tempore facit.

Remigius Magiſter officiorum fuit hoc tempore, cui ideò inſcribitur *lex 2. de metatis.* Eius non vno loco meminit Am. Marcellinus *lib.* 27. *p.* 372. *lib.* 28. *p.* 405. 409. *lib.*29. *p.*427. *lib.*30. *p.*446. 447.

*Paſchalem* indulgentiam emiſit Romam Valentinianus *l.*4. *de indulg. crimin.*

Valentinianus Treuiris anni tempore iam recente digreſſus cum Gratiano filio, cumque Iouino & Seuero Magiſtris militum aduerſus Alamannos qui & Moguntiacum irrepſerant, mouit, de quo Am. Marcellinus, *lib.*27. *p.*376. vnde & *Vangionibus* data hoc tempore reperitur *lex 3. de prædiis nauicular.*

*Aduocatos*, prolixâ conſtitutione hoc tempore Romæ Valentinianus in ordinem redegit, vetitis quamplurimis, quæ ab his vſurpabantur, admittebanturque *lib. 6. Cod. de poſtul.* & *l. 2. hoc Cod. eod. tit.* cum quo concinit Ammiani Marcellini querela *lib.*30. in anno 374.

*Auxonius* PP. Orientis in locum Salluſtrij factus à Valente ( Martianopoli conſtituto, ait Zoſimus ) Eunapius *in vita Maximi p.*109. Zoſimus, *lib.*4. *p.* 741. Philoſtorgius *lib.*9. *c.*8. hoc ipſo tempore.

Valentinianus aduerſus *Francos* quoque (de quorum incurſionibus dixi *anno ſuper.* 367. ) mouit : hinc adeò *Agrippinæ* is verſatus : vbi data ab eo lex *vn. ne damna prouinc.*

*Feſtus* Conſularis Syriæ fuit fuit hoc tempore : & quidem antequam Valens Antiochiam veniret : vt diſertè teſtatur Libanius *de vitâ ſuâ p.*51. De eodem Feſto Conſulari Syriæ Am. Marcell. *lib.*29. *p.*422. Hic poſtea PC. Aſiæ fuit, de quo *iidem* & Zoſimus *lib.*4. vid. & Suidam in φῆςΘ.

Valens Imp. ab expeditione *Gothicâ* & quidem à Carporum vico, vbi ſtatiua caſtra autumnum vſque emenſum locauerat, *Martianopolim* rediit ad hyberna : Am. Marcellinus, *lib.*27. *p.*365. Inde igitur datæ ab illo eo anno deinceps tres conſtitutiones : & in his quidem lex 2. *de milit. veſte*, quæ ad rem militarem pertinet. De hâc quoque Valentis Martianopoli mora Zoſimus, *lib.* 4. *p.*741.

*Viuentius* PP. Galliarum fuit hoc tempore.

Valentinianus ab expeditione Alemannica, Francicâque, cum Gratiano *Treueros* rediit. Am. Marcellinus, *lib.* 27. *p.*377. vbi ab eo datæ mox Leges.







## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano NB. P. & Victore Coſſ. 369.

VII.Id.Ian.PF.Sabariæ. *l.*15. *de ſuſceptoribus.* Probo PF.P.
XIV.Kal.Feb.Dat.* Sirmio.*l.7.de medicis.* Probo PF.P.

* id eſt reddita pariter vt anno prox. *l.16.de erog.mil.ann.*

v.Kal.Feb.Dat.TRIV.*l.2.de Centonariis.*ad Olybrium PF.V.
IIII.Non.Feb.Dat.Treu.*l.6.de Legatis.*ad Claudium Proc.Afr.
Die Id.Feb.Miſſa à PP.Med.*l.3.ne quid publ.lætit.* ad Mamertinum" PF.P.

" Atqui Mamertino Rufinus in PP.iam ſucceſſerat fine anni 365.

x.Mal.Mart.Dat.Treu.*l.1.ne operæ à conlatoribus.* ad Viuentium PF.P.
v.Id.Mart.Dat. MARTIANOPOLI.*l.7.de falſa moneta.*ad Archelaum Com.S.L.
Prid.Id.Mar.Dat.Treuer.*l.6.de fide teſtium.*ad Olybrium.PF.V.
IIII.Kal.Apr.Dat......*l.1.de incorporatione.* ad Florentinum Com.R.P.
Kal. Apr. Dat. Treueris. { *l.4.de off.rector.prouinc.*ad Viuentium PF.P. / *l.5. eod. tit.* ad Probum PF. P. }
Kal.Apr.PP.Karthagine.*l.7.de luſtrali coll.* ad Probum.PF.P.
VII. Kal.Mai.Dat.Treu.*l.1.de fructibus & lit.exp* Olybrio PF.V.
Prid.Kal.Mai.Dat.".Antiochiæ. *l.5.de metallis.* Fortunatiano Com.R.P.

" id eſt reddita, vel PP.id eſt propoſita, pariter vt fine huius anni *l.2. de Aquaductu*, quæ eidem Fortunatiano Com.R.P.inſcribitur. Niſi ANTIOCHIAM in Scythiâ hic accipias, de qua Stephanus : vel Antiochiam inſulam in Propontide de qua Plinius & Itin.Peuting.

v.Non.Mai.Dat.Martianop.*l.15.de erogat.mil. ann.* ad Auxonium PF.P.
IV.Non.Mai.Dat.Tiberiade* *l.publicas 5.Cod.Iuſt.de feriis.*ad Olybrium......

* ꝶ *Triberis*, *ad diem.*

III.Non.Dat.Mai.Treu.*l.7.de bonis proſcriptor.* ad Probum PF.P.
VI.Id.Mai.Dat.Treu. *l.4.de relationibus.*ad Apodemium......
Prid.Id.Mai.Dat.Treu.*l.12.de nauiculariis.*ad Demetrianum PF. ann.Afric.

Legem 2.*de naufragiis.* quæ & ipſa ad Demetrianum P.F.ann.Afr. data eſt, ſine die & Cos.cuiuſque ſubſcriptio ita habet *Acc.Aquil.Lecta actis*, illi iungendam puto.

XVI.Kal.Iun.* Dat. COMPLATI.*l.10.de diu.offic.* ad Viuentium PF.P.
* F.*Iul.*
Kal.Iun.Dat.TRIV.*l.13.de piſtoribus.* ad Olybrium PF.V.
Pr.Non.Iun.Dat.* MARTIATICI.*l.6.de metallis.* ad Probum PF.P.

* ꝶ. *Mantiatici*, vt ſit Manheim.

VIII.Id.Iun.Dat.* Sirmio. *l.vn.de oblatione equorum".*ad Probum PF.P.

* pro, reddita. " militarium ad inſtructionem exercitus.

XIII.Kal.Iul.Dat.ALTA RIPA.*l.4.de reparat appellat.*ad Olybrium PF.V.
v.Non.Iul.Dat.NEBIODVNI.*l.1.de veſtibus oloueris.*Archelao.Com.S.L.Acc.v.* Kal.Aug. Martianop.

* Vigeſimo ſexto poſt die.

III.Non.Iul.Dat.Nouioduno *l.2.de fiſci debitoribus.* ad Archelaum Com.OR."

ꝶ S. L.

VIII. Id. Iul.Dat...... { *l.20.quorum appellat.*ad Claudium PF.V. / " ꝶ P.C.*Afr.*ſcil.vt anno 368. ſup. imò & hoc anno *l.6.de legatis.* / *l.1.de Quæſtionibus.*ad Olybrium PF.V. }
Kal.Aug PP.Rom.*l.5.de annonis ciuicis.*ad populum.
III.Kal.Sept.Dat.BRISIACI.*l.8. de priuil.eorum qui in ſacro pal.*ad Probum PF.P.

Indictione XII. Dat......*l.vn.de claſſicis.* Auxonio PF.P.
Prid.Id.Oct.TREV. *l.2.de abolitionibus.* ad Probum PF.P.
III.Kal.Nou.Dat. * Antiochiæ. *l.2.de Aquæductu.* Fortunatiano Com.R.P.

* Id eſt reddita vel propoſita: pariter vt ſupra hoc ipſo anno *l.5.de metallis*, quæ eidem inſcribitur: ſequente enim demùm anno 370. Valens Antiochiam venit. Am. Marcellinus, *lib.* 29. Zoſimus *lib.4.p.742.*

III.Non.Dat.Treu. *l.1.de fide & iure haſtæ.* ad Viuentium PF.P.
IIII.Non. Dec. Dat. MARCIANOP. *l.11. de petitionibus.*" Alexandrino Com. R.P.

" Vid. quæ de Valente Am.Marcellinus ſcribit, *lib.vlt.p.496.*

X. Kal.Ian.Dat.Triu. *l.12.de veteranis.* ad Probum PF.P.
III. *Kal. Ian. Dat. CONSTANTINOP. *l.2. de legitimis hæredit.* ad Auxonium PF.P.
*al.III.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianum hunc nobiliſſimum Puerum, huius anni cum Victore Conſulem, Valentis Imp. filium facit Themiſtius *Orat.*XI. eúmque hoc tempore ait, vna cum patre in expeditione egiſſe ad Iſtrum & in mediâ Scytharum hyeme nutritum.

Valentinianus his Coss. in Galliâ Treuiris egit ad Iunium menſem vſque, vt docent complures conſtitutiones quæque deinceps hoc adhuc anno notabo. Neque quidquam contra mouet ſubſcriptio legis 15. *de ſuſceptoribus* PP. Sabariæ, id enim eò pertinet, quod lex illa ad Probum PP.Illyrici data eſt, vbi Sabaria, pariter vt *Sirmium*: vbi data id eſt reddita dicitur *lex 7. de Medicis*, quæ eidem Probo PP. inſcribitur.

GOTHICI belli à Valente ſuſcepti annus hic tertius & vltimus eſt. vid.Am. Marcellinum, *lib.27.p.365.* Quare Valens hoc quoque anno Martianopoli conſtitutus fuit: vbi data ab eo *lex 7. de falſa mon.* & *l.15. de erogat.mil.ann.* quæ ad rem bellicam apertè pertinet. vid.& Zoſimum, *lib.4.p.741.* Themiſtium *oratione* 10.

His Coss. Præfectus vrbis Romæ fuit, *Olybrius*, Præfecti verò Prætorio, Orientis, *Auxonius*: Illyrici, Italiæ, & Africæ *Probus*: Galliarum, *Viuentius*.

*Auxonius* his adhuc Coss. PP. Orientis erat: ei ſubſtitutus anno proximo *Modeſtus*.

Valentinianus his Coss. *Rhenum* omnem à Rhetiarum exordio adusque Oceanum magnis molibus communiuit, caſtris altius & caſtellis, turribúſque aſſiduis per habiles locos & opportunos qua Galliarum extenditur longitudo, excitatis: nonnunquam etiam vltra Rhenum ædificiis poſitis ſubradens Barbarorum (id eſt *Francorum & Alamannorum*) fines: teſtis Am. Marcellinus, *lib.* 28. *p.392.* in huius anni geſtis: vbi & de munimento agit à Valentiniano excitato ad *Nicrum*, & altero in *monte Piri* fruſtra tentato. Hinc itaque iam eſt, quod Valentinianum, hoc anno Treuiris digreſſum, ex variis ſubſcriptionibus legum conſtitiſſe diſcimus, *Complati*, *Martiatici*, *Altæ ripæ*, & *Briſiaci*: quæ in illis locis fuêre. De *Complato* coniectura difficilis, niſi ſit *Cambete*: pro *Martiatico*, forte *Mattiacũ* reponas, vel *Mattiaticum*; Munimentum id à Traiano olim conditum, à Iuliano C. reparatum, teſte Marcellino *lib.* 17. Et ſanè Valentinianus, biennio poſt, A.D.371. Macrianum Buccinobantum Alamannorum R. contra Moguntiacum poſitorum, comprehenſurus, iuncto nauibus Rhæno Seuerum Magiſtrum peditum contra *Mattiacas aquas* primum præmiſit, teſte Marcellino, *lib.29. p.425.* Forte *Martiaticum* à Martienſibus militibus qui & Altæ ripæ erant, teſte Notitia Imperij. Fortè *Mantiaticum*, hodie *Manhemum*. *Altæ ripæ*, *Briſiacique* nomina veſtigiaque hodienum ſuperſunt: Illa inter Nemetes & Vangiones, haud longe ſupra confluentem *Nicri* in ripâ Rheni, ad confluentem *Lutariæ* amnis, cuius & mentio in Notit.Imper. Iſtud in Alamannia trans Rhenum.

Valens tertio hoc vltimóque belli Gothici anno, per *Nouidunum*, perrupto Barbarico, Grutungos adgreſſus, Athanaricum Iudicem eorum coëgit in fugam, vt diſertè Am. Marcellinus *lib.27.p.365.* Inde igitur datæ ab eo menſe Iulio huius anni Nouioduni lex 1. *de veſtibus oloueris*, & *lex 2. de fiſci debitoribus*. Hoc ipſo vt puto tempore Valens *Tomos* profectus, de quo Sozomenus, *lib. 6. c.20.* quod Baronius ad A.D.371. refert non rectè: eo quippe anno Valens vel Conſtantinopoli vel in Oriente erat.

Valens, Nouioduno cum omnibus ſuis *Martianopolim* rediit ad hyemem agendam, vt in illis tractibus habilem. Am. Marcellinus *lib.27.p.365.366.* Inde igitur Martianopoli ab eo data menſe Decembri lex 11. *de petitionibus*.

Gothicum bellum hoc tempore finitum, pace cum Athanarico factâ, de quâ Am. Marcellinus, *lib. 27. p. 365.* Themiſtius, *orat.* 10. Zoſimus, *lib. 4. p. 741. in fin.* Themiſtius *p.234.* indicare videtur, eam factam mediâ æſtate. Inde pace factâ Valens *Conſtantinopolim* rediit. Amm.Marcellinus, *lib.27. p.366.* Zoſimus *d.lib.4. p.741. 742.* Socrates, *lib.4.cap.13.* Hinc igitur data fine huius anni ab eo Conſtantinopoli, *lex 2.de legit.hæredit.*







## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano & Valente III.AA.Coſſ.370.

XVI.Kal.Feb.Dat.......*l.11.de veteranis.* ad Iouinum Magiſtrum militum.

Hæc lex refertur ad annum 373. quæ huic anno potiùs aptari poteſt de quo ad *eam l.*

XIIII.Kal.Feb.Dat........*l.17.de Prætoribus*, ad Olybrium PF.V.

Ab anno 365.hanc l. hùc retraho.

X.Kal.Mart.Dat.TREV. *l.1.ne ſanctum baptiſma.* ad Iulianum Proc.Afric.

Ab anno 373. hanc l.hùc reduco.

VI.Id.Mart.Dat......*l.9.de medicis.* ad Olybrium PF.V.
IIII.Id.Mart.Dat.Triu. *l.1.de ſtudiis liberal.* V.R.ad Olybrium PF.V.
Kal. Mart. Dat. Treueris. *l.prouidendum 7. Cod. Iuſt.de poſtulando*, ad Olybrium PF.V.

XIV.Kal.April.Dat.Triueris. { *l.*"7. *de metallis.* ad Probum PF.P. / *l.*" 6. *de annonis ciuicis.* ad Maximum."

" Referuntur malè ad annum 365. poſſint & referri ad A. D. 368. vti retulit hanc *l.6.* Doct. Valeſius, in Am.Marcell. *p.349.* Ita tamen eas huius Codicis conditores poſuere, quaſi ad hunc annum referendas, poſt annum, inquam 369.

" ✗ *Maximinum.*

III.Kal.Apr.Dat.Triu. *l.6.de cenſu.* ad Viuentium PF.P.
VI.Id.Apr.Dat.* Sirmio. *l.16.de erogat.mil.ann.* ad Probum PF.P.

* id eſt reddita Probo, qui Sirmij agebat, vt etiam ex Auſonio liquet, carmine ſubtexto epiſtolæ 16.ſimiliter v.anno ſup.*l.7.de medicis.*

Prid.Non.Apr.Dat.ALTEIO *l.3.de actorib.& procurator.* ad Creſcentem Vicar. Africæ.

Ab anno 365. huc forte retrahenda.

VIII.Kal.Mai.Dat.Treueris. { *l.6. de re militari.* / *l.64. de decurionib.* } Mauris Sitifenſibus.

Hùc retraho ad anno 365. vel etiam ad ann.373

VI.Kal.Mai.Dat.Triueris. { *l.8.de luſtrali collat.* ad Claudium PC.Afric. / *l.** 5.*de Tironibus.* ad Viuentium PF.P.Galliarum.

* Perpetàm refertur ad an.365.

III.Kal.Mai.Dat......*l.10.de medicis & profeſſ.* ad Principium PF.V.

Principij huius P.V.nulla apud Am.Marcellinum mentio, qui tamen Præfectorum vrbi recenſum agit ſub Valentiniano hoc ordine: *Symmachus*, *Lampadius*, *Iuuentius*, *Prætextatus*, *Olybrius*, *Ampelius*. Fortè igitur hæc lex referenda ad an.387.

III.Non.Mai.Dat.Treuer. { *l.71.de decurionibus.* ad Amphilocium Conſ. Campaniæ, ſiue ad Sophronium Conſ.Piceni. / *l.72. de decurionibus.* ad Olybrium Conſ.Tuſciæ.

V.Kal.Iun."Dat.....*l.vn.de Nuptiis Gentilium.* ad Theodoſium Magiſtrum Equitum.

" malè *Ian.*vt in aliis.

Perperàm hæc lex anno 365.adſeritur: poſſit & referri ea ad an 373.

IIII.Id.Iun.Dat.CYZICO. *l.17. quorum appellationes.* ad Modeſtum PF.P.

Malè hæc lex refertur ad A.365. nam & Modeſtus hoc primum anno PP factus eſt.

Kal.Iun.Dat.Treu. *l.2.de tabulariis.* ad Artemium Vic.Hiſpaniarum.

VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS. A.D. 370.

IIII.Kal.Aug.Lecta in Eccleſiis Romæ *l.20.de Epiſcopis.* ad Damaſum Epiſcopum vrbis Romæ.
Prid. Non.Aug. Dat. HIERAPOLI *l.vn.de iure Italico vrbis Conſtantinopol.* ad Clearchum PF.V. Conſtantinopol.

Malè hæc lex refertur ad an 365.

iv.Id.Aug.Dat.Hierapoli.*l.3.C.Iuſt.de defenſorib.ciuitatum.* ad Senatum.

Malè refertur ad an.368.

XVIII.Kal.Sept.Dat.Triueris. { *l.31.de curſu publ.* / ......*l.2.ne operæ à conl.* } ad Catafronium Vic. Italiæ.
Agitur hâc l.de ponte *Liquentiæ*.

XIIII.Kal.Octob.Dat.Hierapoli. *l.6.de tironibus.*ad Modeſtum PF.P.
XVI.Kal.Nou.Dat.Hierapoli.*l.19.de Epiſcopis.* Modeſto PF.P.

Malè refertur ad ann.365.

Prid.Kal.Dec.Dat.Treuer.*l.73.de decurionib.*ad Symmachum PC.Afr.
II.Id.Dec.Dat.CONSTANTINOP.*l.8.de maleficis.*ad Modeſtum PF.P.

Malè refertur ad an.365. Poſſit etiam referri ad an.373.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus his Coſs. *Treuiris* in Galliâ conſtitit.

Valentinianus *literarum* ſtudiis & Sectatoribus Romæ enixe conſuluit hoc tempore conſtitutione ſuâ ad Olybrium P.V puta medicis.*l.9.de medicis.*ſtudioſis.*l.1.de ſtudiis* : aduocatis *l.7.Cod.de poſtulando.*

*Maximinus* Præfectus annonæ vrbis Romæ fuit eo tempore, quo Olybrius P.V. erat, teſte Am. Marcellino, *lib.* 28. *p.*383. 384. Hieronymo *Chronico* : vt & Ampelius poſt Olybrium P.V.exſtitit, eodem teſte *p.*386. qui ſane fuit A. 371. quare hoc argumento *legem 6.de annonis ciuicis*, quæ ei inſcribitur, huic anno vindicem : forte etiam *l.3.eod.tit.* quam in annum 368.conieci.

In *murcos*, id eſt in eos qui ad fugiendam militiam digitos ſibi truncabant, Valentinianus conſtitutionem edidit, ad Viuentium PP.Galliarum. *l.5 de tironibus.*

*Theodoſius* ( Theodoſij M. Imp. pater ) è Britanniâ redux, in locum Valentis Iouini à Valentiniano *Magiſter Equitum* factus eſt, Ammiano Macellino teſte, *lib.* 28.*p.*396. & quidem iam hoc anno 370. vt ex eodem colligo. *p.*404. Hinc adeò ad eum data lex *vn.de nuptiis Gentilium*, quam huic anno vindicari poſſe puto.

*Modeſtus*, poſt Auxonium, PP. Orientis factus his Coſs. à Valente, ( poſteaquam is reuerſus Conſtantinopolim poſt pacem cum Gothis initam, quæ ſanè pax facta ſine anni ſuper. 369.) teſtis Zoſimus *lib.* 4. *p.* 742. & Philoſtorgius *lib.9. cap.*11. Socrates *lib.*4. *cap.*13.

Valens è Conſtantinopoli ad bellum Perſicum tendens, *Nicomediam* primùm venit. Socrates *lib.*4. *cap.*13. & auctor vitæ Athanaſ. apud Photium *p.*1449. dein & *Cyzicum*: vbi data ab eo lex 17.*quorum appellat.* exinde Cæſaream Cappadociæ, Theodoretus *lib.*4. *cap.*17. Socrates *lib.*4. *cap* 21. Sozom. *lib.* 6. *cap.*15. Eoque etiam reſpexiſſe videtur Philoſtorgius cum de Cæſarea ageret *lib.9.c.*12. Mox Antiochiam venit. Am. Marcellinus, *initio lib.*29. Zoſimo, *lib.*4.*p.*742.

DAMASVS hoc tempore erat Epiſcopus vrbis Romæ ad quem data Valentiniani lex lectaque in Eccleſiis Romæ, de vitâ, honeſtate, conuerſatione Eccleſiaſticorum & continentium.

Valens Antiochiâ *Hierapolim* ad bellum Perſicum pergit, vid.Zoſim. *lib.*4.*p.*742.Itaque datæ ibi ab eo hoc anno menſe Auguſto, Septembri & Octobri quatuor leges : E quibus *lex 6.de tironibus* ad apparatum belli Perſici pertinet. Idem inſtante hyeme rurſus Antiochiam rediit, Zoſimus *d. loco.*

Valente Antiochiæ conſtituto Vrbi Conſtantinopolitanæ Ius Italicum reddit hoc anno & tempore Valens Imp. In *Mathematicos* conſultoreſque ſæuitum, qui imperaturi poſt Valentem nomen quæſitum iuerant; cuius rei hiſtoriam vid. apud Am. Marcell. *lib.*29. Zoſimum *lib.*4.*p.*742.743. Philoſtorgium *lib.9. c.*...Socratem, *lib.* 4.*c.*15. Sozomenum, *lib.6.c.*35. Cedrenum *p.*...Nicephorum, *lib.*11. *c.*45. Eodémque pertinet huius anni fine *lex* 8. *de maleficis*, data ad Modeſtum PF.P. cui cauſæ cognitio delata fuit, teſte Zoſimo, *lib.*4. *p.*743. & Am. Marcell. *lib.*29.*p.*412.

*Alamanni*, qui & aliàs, pariter vt & *Quadi*, *Marcomannni*, Rhetias & Italiam, & in his *Venetiam* ſubinde infeſtabant, hoc quoque tempore metuendi erant : de quo Am. Marcellinus, *lib.*28.*p.*404. quos Theodoſius Magiſter Equitum per *Rhetias* adgreſſus eſt, pluribuſque cæſis, multos etiam captiuos abduxit. Quare & *operæ* in id ad proſecutionem equorum vel diuerſarum aliarum rerum à pouincialibus Tabernariis exactæ, & pons *Liquentiæ*(qui in Venetiâ fuit inter *Opitergium* & *Aquileiam* ( de quib. anno ab hinc altero 372.) pariter operis collatis reparatus, *l.2. ne operæ à collatorib.* Sed & curſus publicus



VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS. A.D. 370.

publicus agitatus, *l.31. de curſu publ.* Idque *hoſtile bellum* videtur, quo Italiam arſiſſe, Symmacho in Africâ conſtituto, refert Ambroſius.

Valens *Conſtantinopolim* reuerſus ex oriente : vbi *lex* 8. *de maleficis* ab eo data, menſe Decembri.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Gratiano A. II. & Probo Coſſ. 371.

Kal.Ian.Dat.*......*l.de Equis curulibus.* ad Ampelium PF.V.

* f. pro Acc. vel Redd.

XVII.Kal. Feb.Dat.CONSTANTINOP.*l.7.de cenſu.*ad Modeſtum PF.P.
XII.Kal.Feb.Dat.......*l.2.Cod.Iuſt.de ſententiis ex periculo recit.* ad Probum PF.P.
III.Id. Feb.Dat.TRIV.*l.1.de ſcænicis.* ad Viuentium PF.V."

" ℞ PF. P.

III.Id.Feb.Dat.Conſtantinop.*l.14.de nauiculariis.*ad Modeſtum PF.P.
Dat.Conſtantinop.*l.74.de decurionib.*ad Modeſtum PF.P. Poſt alia.
VII.Id.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.1.de conlat.æris.* Modeſto PF.P.
II.Id.Apr.Dat......*l.7.Cod.de ſeruis fugitiuis.* ad Felicem Conſularem."

" v. Proſopogr.

Kal.Mai.Dat.Conſtantinop *l.14.de annona & trib.* ad Modeſtum PF.P.

Refertur hæc lex ad Gratianum (NB.P.ſeu) A.I.& Dagalaiphum Coſſ. & ſic ad A.366.Malè : reponendus Gratianus A.II.& Probus Coſſ. Quod ex Modeſti PP.nomine apparet, qui ſanè eo anno 366.non fuit PP.or.

XVI.Kal.Iun.Dat......*l.21.de Epiſcopis.* ad Ampelium PF.V.
XIV.Kal.Iun.Dat.Treu.*l.5.de indulg.crimin.* } ad Senatum.
IIII.Kal.Iun.Dat.Treuer. *l.9.de maleficis & math.* }

In alterutrâ harum legum mendum ſubeſt in diei ſubſcriptione : ſunt enim hæ duæ leges inter ſe coaſſandæ.

IIII. Kal. Iul. Dat. Treu. { *l.5. de murigulis.* Filematio Com.S.L. / *l.75.de decurionib.*ad Viuentium PF.P. }
III.Kal.Iul.Dat.CONTIONACI *l.5. de cuſtodia reorum.*ad Probum PF.P.
IIII.Id.Iul.Dat.Contionaci.*l.17.de annona & tributis.* ad Creſcentem Vic.Afric.
III. Id. Iul. { Dat.ANCYRÆ.*l.76.de decurionibus.*ad Modeſtum PF.P. / Dat.......*l.vlt.Cod.Iuſt.de operis libertorum.* ad Probum PF.P. }
XVII.Kal.Aug.Dat......*l.1.de nuptiis.* ad Senatum.
IIII.Kal.Aug.Dat.Contionaci.*l.2.de denunciatione.*ad Ampelium PF.P."

" ℞ PF. V.

VII.Id.Aug.Dat......*l.7.Cod.Iuſt.qui teſtam.fac.poſſ.* Maximo......
XVIII.* Kal.Sept.Dat.Contionaci.*l.1.de naturalibus filiis.*ad Ampelium PF.V.
* al.XVI.
VIII.Id.Sept.Dat.MAGONTIACI.*l.2.de ſcænicis.* ad Iulianum" Proc.Afr.

" v. Am.Marcellinum *lib.29.p.*426.

VIII.Id.Dec.Dat.TRIVER.*l.2. de curſu publico.* } ad Ampelium PF.V.
......*l.10. de maleficis.* }
X.Kal.Ian.Dat...... *l.11.de diuerſis offic.* Seuero Magiſtro militum.

VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS.

## CHRONICON HISTORICVM.

A.D.371.

VAlentinianus hoc quoque anno in Galliâ potiſſimam partem *Treuiris* egit: aliquando etiam *Contionaci*, & *Magontiaci*: de quo, vbi eò ventum fuerit: Valens verò *Conſtantinopoli* fermè: aliquando & Ancyræ.

*Præfectus* vrbis Romæ hoc anno fuit *Ampelius* poſt Olybrium, vt teſtatur Marcellinus, *lib.*28. *p.*386.396. cui proinde hoc anno & proximo plures leges inſcribuntur: Præfecti verò prætorio fuêre, *Modeſtus* Orientis: *Probus*, Italiæ, Illyrici & Africæ; *Viuentius*, Galliarum.

De Senatoribus vrbis Romæ *Maleficij* reis quamplurimis agitatæ hoc tempore quæſtiones fuerant à Maximino Præfecto annonæ, eodémque Vicario vrbis Romæ: de quo Am. Marcellinus, *lib.* 28. *p.* 384. 385. 386. Eæ cùm atrocius agitarentur, Legati à Senatu ad Imp. Valentinianum miſſi: Igitur modum ei adhibere viſum eâ conſtitutione, cuius duæ partes exſtant. *l.* 9. *de maleficis*: *&* *l.* 5. *de indulg. crim.* Eodémque pertinet hocipſo anno menſe Decembri *lex* 10. *de maleficis*, quæ Ampelio P V. inſcribitur: cuius ipſius meminit in eâ ipſâ re Am. Marcell. *lib.*28. *p.*386. Quibus quidem legibus Valentinianus haruſpicinæ vſum permiſit.

Valentinianus Imp. Treuiris digreſſus, in Macrianum Buccinobantum (quæ contra *Mogontiacum* gens erat *Alamanna*,) Regem mouit: teſte Am. Marcellino, *lib.*29. *p.*425. 426. vbi iuncto nauibus Rheno tranſgreſſus, aduſque 50. lapidem terras hoſtiles inflammauit. Hinc igitur datæ ab eo hoc tempore, menſe Iunio Iulioque & Auguſto, quatuor conſtitutiones *Contionaci*, quæ proculdubio eo tractu fuit (forte *Cortionacum* quæ hodie *Cruceniacum*, vel *Gentzingen*, ad Nauam) & *Magontiaci* menſe Septembri *lex* 2. *de ſcænicis*. In huiuſce verò rei hiſtoriâ obſeruandum, Marcellinum meminiſſe non tantum Florentij *Magontiaci* Ducis, & aquarum Mattiacarum, verùm etiam *Seueri* Magiſtri peditum: cui & menſe Decembri huius anni inſcribitur *lex* 11. *de diuerſis offic.* & anno proximo, *lex* 11. *de re militari*: de quo plura *in proſopogr.*

Valens Conſtantinopoli Antiochiam tendens *Ancyram* venit: vbi data ab eo menſe Iulio *lex* 76. *de decurionibus.*

*Naturalibus liberis* ius capiendi ex teſtamento patris ſui amplius aliquod, quam quod Conſtantini legibus tributum fuerat, conceſſit Valentinianus *l.*1. *de naturalib. filiis*: cuius conſtitutionis meminit quoque Libanius, *de vitâ ſuâ. p.*48. & oratione *incditâ* πρὸς Θρασύδαιον.

Valentinianus ex procinctu Alamannico *Treueros* rediit. Am. Marcellinus *lib.* 29. *p.*427. quare ibi data ab eo menſe Decembri lex 32. *de curſu publico.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Modeſto & Arintheo Coſſ. 372.

xv.Kal.Mart.PP.Rom.*l.*8.*de filiis milit.apparitor.*ad Probum PF.P.
VIII.Kal.Mar.Dat.TREV.*l.*14.*de piſtoribus*.ad Vrſicinum" PF.ann.

" Poſteà Vicarius V.R.Am.Marcell.*lib.*28.*p.*389.

VII.Kal.Mart.Dat.Treu.*l.*77.*de decurionibus*.ad Probum Vic." Vrbis.

" Error in hac inſcriptione, vel enim reponendum ad *Probum Vi.C.P.F.P.* vel ad Maximinum Vic.Vrbis.v.Am.Marcell.*l.*28.*p.*386.387.388.

vi.Non.Mart.Dat.Treu.*l.*3.*de hæreticis*.ad Ampelium PF." V.

" al. PF.P. malè.

Pr.Non.Apr.Dat. SELEVCIA. *l. vn.ne conlatio per logographos.* ad Modeſtum PF.P.
VII.Id.Apr.Dat.Triu.*l.*6.*de prædiis nauiculariorum.* ad prouinciales Afros.
Id.Apr.Dat.ANTIOCH. *l.*19.*de Prætoribus*.ad Senatum.
VIII.Kal.Mai.Dat.Triuer.*l.*11.*de re militari*.ad Seuerum Magiſtrum militum.
VIII.Kal.Mai.Dat......*l.*7.*de annonis ciuicis*. Clearcho PF.V.

Hanc l. referendam puto ad VIII.*Id.Mai.* vt ita coniungatur cum *l.*2. *de ſtudiis liberalib & l.*20. *de Prætoribus.*

VII.Kal.Mai.Dat.Treu.*l.*1.*de ſpectaculis*. ad Probum PF.P.
VIII.Id.Mai.Dat...... { *l.*2.*de ſtudiis liberalib.V.R.&c.* / *l.*20. *de Prætoribus.* } Clearcho PF.V.
XVII.Kal.Iun.Dat.* Patauione. *l.*78.*de decurionibus*. ad Probum PF.P.

* pro reddita: Niſi enim *Patauionem* iſtam in Galliâ fuiſſe putemus & forte in BATAVIA eam ponamus vbi tùm Valentinianus *erat*, *Patauio* hæc fuerit Norici vrbs, teſte Am. Marcell. *lib.*14. Pannoniæ antea Ptolemæo. *Patauione* autem hic editum vt Ptolemæo πατάβιον & in nonnullis Antonini Itiner. Alij fermè *Puetauione*, vel *Petauione*, hodie *Pettare*. Verum prius illud magis placet.



VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS.

A.D.372.

XVI.Kal.Iun.Dat......*l.*12.*de cohortalibus*.ad Probum PF.P. Poſt alia.

Fortè iungenda hæc lex ſuperiori, emendato alterutrubi die.

v.Kal.Iun.Dat..... *l.*5. *Cod. Iuſt. de officio rectoris prouinc.*ad Apronianum" Præf. Vrbi.

" *Ampelium.*

III.Kal.Iun.Dat.NASSONACI. *l.*12.*de diuerſis offic.*ad Iulianum Proc.Afr.Acc.VI. *Kal. Decemb.

* Sexto poſt menſe.

Non.Iun.Dat.& PP.Beryti *l.*1.*de naufragiis.* ad Modeſtum PF.P.
VI.Kal.Iul.Dat.TREV.*l.*2.*de locatione fundorum iuris emphyt.*ad Probum PF.P.
v.Kal.Iul.Dat.....*l.*6.*de murilegulis*.ad Modeſtum......
III.Kal.Iul.Dat.....*l.*13.*de diuerſis officiis*.ad Romanum Com. Afric.
Prid.Kal.Iul.PP.Byrito.*l.*9.*de luſtrali conlatione*.ad Leontium Conſul. Fenicis.

III.Non.Iul.Dat.NASONACI. {
- *l.*1. *de Præf. Prætor.*
- *l.*1. *de Quæſtoribus.*
- *l.vn. de Magiſtris ſcrin.*
- *l.*1.*de Comitib.rei milit.*

  Agitur h.l. de Comitib. rei militaris per *Tranſmarinas* prouincias.
- *l.*4.*de honor. codicillis.*

} ad Ampelium PF.P. Acc.* III. Non.Sept.

* Sexageſimo poſt die.

XII.Kal.Sept.Dat.Ciliciæ" *l.*7.*de murilegulis*.ad Filematium Com. S.L.

" Ita quoque Coſt.Iuſt.fortè *Cyzici*, vel *Seleuciæ*, vt *l.vn. ſup.ne conlatio*: ſi illud admittimus, tum *Data*, accipiendum, pro reddita vel propoſita.

XI.Kal.Sept.Dat.Naſſonaci.*l.*21.*de Prætoribus*. ad Baponem PF.V.
Kal.Dec.Dat.Treu. *l.*22.*de Epiſcopis*. ad Paulinum Præſidem Epiri nouæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

### *INDICTIO XV. v. l.14. de nauicul.*

VAlentinianus his Coſs. fermè *Treueris* exſtitit, vel *Naſſonaci*: de quo poſteà: Valens verò, vel *Antiochiæ*, vel *Seleuciæ*.

Præfecti vrbis Romæ fuêre hoc anno *Ampelius*, & poſt eum à menſe Auguſto fermè *Bapo*: vrbis Conſtantinopolitanæ *Clearchus*: de quo Hieronymus, *Chronico A.*374. Socrates, *lib.*5.*cap.*4. Præfecti verò Prætorio, Orientis. *Auxonius*: Italiæ &c. *Probus*.

Valens Imp. ANTIOCHIAM venit hoc anno, vid.& Libanium de vita ſuâ *p.*51.*in f.*

Valens Imp. Antiochia *Seleuciam* profectus, quæ haud procul Antiochiâ: vbi ab eo data menſe Aprili *lex vn.ne conlatio.* Am. Marcellinus quoque, *lib.* 29. *p.*412. memorat, de Valente in nemoroſo quodam loco inter Antiochiam & Seleuciam, poſt meridiem conſopito, qui inſidias aliquas ibi euaſerit. Inde verò rurſum *Antiochiam* reuerſus Valens eodem menſe Aprili: vbi data ab eo *lex* 19.*de Prætoribus.*

Valens Imp. *Antiochiæ* conſtitutus his Coſs. menſe Aprili & deinceps: vbi Athanaſij mors, ſtatim eo mortuo Valenti nuntiata, vt teſtatur Socrates 4.*cap.*20.

Valentinianus hoc tempore rei militari conſuluit per Gallias, aduerſus Alamannos, emiſſa conſtitutione ad Seuerum Magiſtrum militum, (de quo ſuperiore anno,) *l.*11. *de re militari.*

ATHANASIVS hoc anno 6. Non. Maij obiit (Socrates ad Coſs anni ſuperioris refert) Petrus illi à Catholicis ſuffectus, Lucius ab Arianis. Hinc iam motuum in Ægypto initium.

Valens Imp. prolixâ conſtitutione ad *Clearchum P.V.* Conſtantinopol. populi Conſtantinopol. commodis conſuluit: tùm oblectationi, inquam, populi *l.*20. *de Prætoribus*: tùm annonæ populari. *l.*7. *de annonis ciuicis*: denique & ſtudiis, bibliothecæque *l.*2.*de ſtudiis liber.V.R.*

*Quadi* hoc tempore cum Marcomannis poſt varias hoc tempore irruptiones, & quidem etiam anno 370. Aquileiam diu obſident, *Opitergiúmque* exſcindunt aliáque moliuntur quæ refert Am. Marcellinus, *lib.* 29. *p.* 437. Probo PP. tùm *Sirmij* exiſtente, vt *idem* ait: à quâ haud procul *Pœtonio*, quò Probus proculdubio properauit, ibique accepit datam ad ſe *l.*78.*de decurionibus*

*Veteranorum* filios militiæ adſcribi hoc

 tempore

VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS.

tempore iuſſit Valentinianus, vt teſtatur *l.78. de decurionib.& l.12.de cohortalibus.* De quo & ad Magiſtros Equitum & peditum ſcripſiſſe ſe ait, *d. l.78.* in quibus fuit Equitius, de quo Marcellinus, *lib. 29. p. 437. 439.*

Valentinianus menſe Maio extremo, Iunio, Iulio & Auguſto *Naſſonaci* ſeu *Naſonaci* hoc anno conſtitit, vbi datarum ab eo conſtitutionum ſeptem fragmenta ſuperſunt. Si bene coniicio, videtur *Naſaniacum* eſſe ad Naſan'am in Neruiis Syluâ Arduennâ: vnde Eccleſia *Naſonienſis* Leodicenſis diœceſeos in V. S. Mononis 18. *Octobris p. 296.* haud procul Treueris.

Romanus Comes Africæ fuit hoc tempore, de quo Am. Marcellinus non vno loco, ac nominatim in geſtis huius ipſius anni 372. & 373. *lib.29. p.426.427.431.* in narratione de Firmij motibus in Africâ & Mauritania vbi incenſa ab eo Cæſarea: & Barbaris in prædam data (de quo vide & Symmachum *lib.1. ep.58.*) vid. & Oroſium *lib. 7.* De eo quoque Zoſimus *lib.4. p.744.* A.D.372.

Valentinianus Naſonaci conſtitutus in Galliâ his coss. prolixam hoc tempore conſtitutionem edidit, ad *Ampelium* P.V. Romæ, ſuper *Ordine* ſeu gradibus *Dignitatum*; cuius quinque fragmenta ſuperſunt hîc ſuprà poſita.

Valentinianus Naſſonaco *Treuerim* regreſſus fine huius anni: vbi data ab eo *lex 22. de Epiſcopis.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano & Valente IIII. AA. Coſſ. 373.

Kal. Ianuar. PP. Byritho. *l.63. de decurionibus.* ad Modeſtum PF.P.

Refertur malè ad annum 365. Modeſtus enim nonniſi medio fermè anno 370. PP. factus eſt.

XVI. Kal. Feb. Dat...... *l.11. de Veteranis.* ad Iouinum Magiſtrum militum.

Hic Conſulatus diſertè huic l. ſubnotatus & tamen malim hanc l. referre ad ann 368. vel 370.

XII. Kal. Mart. Prolata literis ſub die XII. Kal. Mart. Rom. *l.22. de curſu publico.* ad Voluſianum PF.V. Acc. IV. Kal. Apr. Venabri.

Ab A.D. 365.

X. Kal. Mart. Dat. Treu. *l.1. ne ſanctum baptiſma.* ad Iulianum Proc. Afr.

Et hic Conſulatus huic l. adſcriptus: Et tamen eam referam ad A. D. 370.

VIIII. Kal. Mai. Dat. Treueris { *l.6. de re militari.* / *l.64. de decurionib.* } Mauris Sitifenſibus.

Malè referuntur hæ leges ad an. 365. Fortè referendæ ad an. 370.

V. Kal. Iun. Dat...... *l.vn. de nuptiis Gentilium.* ad Theodoſium" Magiſtrum Equitum.

Ab anno 365. ad hunc annum vel ad 370. retrahenda hæc lex.

" Patrem Theodoſij poſt Imperatoris, qui hoc tempore Dux Mœſiæ erat. Am. Marcell. *lib.29. in fi.*

V. Id. Iun. Dat...... *l.22. de Prætoribus.* / Id. Iun. Lecta...... *l.23. de Prætoribus.* } ad Senatum

His legibus hi Coſſ. diſertè adſignati.

XIII. Kal. Iul. Dat.* Apolloniæ *l.1. de ſtratoribus.* ad Zoſimum Præſidem Epiri nouæ.

* pro reddita. Perperàm verò hæc lex refertur ad a. 365. vt collatio legis 22. *de Epiſcopis*, cum *l. vn. ne Præfectianus*, euincit.

IIII. Kal. Iul. Dat. { *l.18. de Prætoribus.* / Mediol. *l.67. de decurion.* } ad Voluſianum PF.V.

Ab anno 365.

VIII. Kal. Aug. Dat.... *l.2. Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann.* ad Voluſianum PF.V.

Ab anno 365.

Kal.



VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS. A.D.373.

Kal. Aug. Dat. MARCIANOP. *l.35. de appellationibus.* ad Modeſtum PF.P.

Ab anno 365. hùc vel ad an. 370. referenda.

XVIII. Kal. Sept. Dat. ALTINO. *l.5. de reparat. appellat.* ad Olybrium PF.V.

Hic Conſulatus huic l. diſertè adſcriptus.

VIII. Id. Aug. Dat. Med. *l.3. de calcis coctoribus.* ad Voluſianum PF.V.

Ab anno 365.

IIII. Id. Aug. Dat. Mediol. *l.2. de pactis.* ſine Coſſ. ad Voluſianum PF.V.
III. Non. Sept. Dat. Med. *l.vn. de ſecundo lapſu.* ad Voluſianum PF.V.

Ab anno 365.

XV. Kal. Octob. Dat. Romæ. *l.5. Cod. de precib. Imp. off.* ad Voluſianum PF.P.

Ab anno 365.

Id. Nou. Dat. Martianop. { *l.10. & 11. de accuſationib.* / *l.8. de famoſis libellis.* } ad Florianum Com. Poſt alia.

His legibus hic Conſulatus diſertè adſcriptus.

XIIII. Kal. Dec. Dat. MEDIOL. *l.vn. ne Præfectianus exactoris.* ad Zoſimum Præſidem Epiri nouæ.

Huic legi hi Coſſ. diſertè adſcripti.

VI. Id. Dec. Dat. CONSTANTINOP. *l.6. de reparat. appellat.* ad Modeſtum PF.P.

Huic legi hi Coſſ. diſertè adſcripti.

II. Id. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.8. de maleficis.* ad Modeſtum PF.P.

Hæc lex ab anno 365. hùc omninò referenda videtur ſine die & Coſſ.

.......... *l.1. Cod. de off. P.V.* ad Voluſianum P.V. Ad hunc annum.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlens Conſtitutionem edidit de *Monachis* factis ad curiam, ſeu *Militiam* ſuam reuocandis.

Valentinianum his coss. *Mediolani* fuiſſe puto: Valens verò *Conſtantinopoli* conſtitit.

*Voluſianum* hoc anno P. V. fuiſſe exiſtimo: atque adeò Leges ad eum datas ab anno 365. hùc retraho, quandoquidem eo anno Symmachus P. V. fuit: & Am. Marcellinus hos Præfectos vrbi inde ab initio Valentiniani hoc ordine refert, poſt Aproniamum, *Symmachum, Lampadium, Iuuentium, Prætextatum, Olybrium, Ampelium*: vt proinde Voluſianus nonniſi poſt hos omnes P. V. eſſe potuerit.

*Epirotarum*, aliorúmque variæ querelæ hâc tempeſtate ad Valentinianum Sen. perlatæ: vt teſtatur quoque Am. Marcellinus, *lib.30. p.453.454.* Igitur hiſce querelis mederi inſtituit Valentinianus. *l.vn. de ſtratorib. & l.vn. ne Præfectianus.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Gratiano A. III. & Equitio Coſſ. 374.

VII. Kal. Feb. PP. Sirmio." *l.18. de operib. publ.* ad Probum" PF.P.

v. hoc fermè tempore Marcellinum, *lib.29. p.428.*

Non. Feb. Dat. MEDIOL. *l.10. de luſtrali collat.* ad Italicum Vic. Italiæ.
VII. Id. Feb. PP. Rom. *l.1. ad l. Cornel. de ſicariis.* ad Probum PF.P.

XVI. Kal. Mart. PP...... { *l.5. de relationibus.* / *l.36. de appellationibus.* / *l.21. quorum appellat.* } ad Eupraxium PF.V.

VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS.

xiv.Kal.Mart.Dat.ANTIOCHIÆ.*l.8.de murilegulis.*ad Tatianum Com.S.L. A.D.374.
iv.Non.Mart.Dat.......*l.2.Cod.Iuſt.de infantibus expoſ.*ad Probum PF.P.
v.Id.Mart.Dat.Antioch.*l.1.de fabricenſibus.* Tatiano Com.S.L.
x.Kal.Apr.PP.Romæ.*l.1.de his qui latrones.*Simplicio Vic.
xii.Kal.Iun.Dat.Antioch.*l.8.de falſa moneta.*Tatiano Com.S.L.
xii.Kal.Iun.Dat.TREV.*l.22.quorum appellationes.*ad Claudium PF.V.
xii.Kal.Iul.* Dat.Treu.*l.4.de excuſat.artificum.*ad Chilonem Vic." Afr.

* *℞ Iun.*

" Doct. Valeſius in Am.Marcellinum, *p*...reponit *Proconſ.*

vi.Id.Iul.Dat.ROBORE.*l.33.de curſu publico.*ad Conſtantium.
xviii.Kal.Dec.Dat...... *l.vlt.de raptu virginum.*ad Maximum" PF.P.

" *℞ Maximinum.*

iii.Non. Dec. Dat. TREV." *l.1. de ſententiis ex periculo recitatis.* ad Probum PF.P.

" in Cod.Iuſt.*Tribus* : cui ſi quid deferendum foret.*Tribucci*,ſeu *Trebocci* intelligendi videantur, qui Rauracis, vbi *Robur*, proximi:verum id non credo v.Chronicon infra poſitum.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus huius anni initio quoque *Mediolani* conſtitit : vbi data ab eo menſe Februario *lex* 10. *de luſtrali collat.* Valens verò hoc anno, *Antiochiæ* moratus.

*Eupraxius* hoc tempore P. V. Romæ fuit, cuius meminit & Symmachus *lib.* 10. *ep.*45. ad quem ideò data menſe Februario conſtitutio, cuius tres partes ſuperſunt. Hic idem anteâ Magiſter memoriæ, mox & Quæſtor fuerat : teſte Am.Marcell. *lib.*27. *p.*368. 370. *lib.*28.*p.*386.

*Simplicius* Vicarius vrbis Romæ fuit hoc anno, cui ideò inſcribitur menſe Martio *lex* 1.*de his qui latrones.* Eius meminit & Am. Marcellinus, *lib.*28.*p.*390. è quo d.legis 1.argumentum illuſtrandum :fit quoque mentio in Gratiani reſcripto apud Baronium. Poſt Maximinum verò & Vrſicinum eum Vicarium fuiſſe idem Marcell.ſcribit.

*Claudius* P.V. Romæ fuit hoc anno : cuius meminit & Am. Marcellinus, *lib.* 27. *p.*360. *extremo* in huius anni geſtis.

Valentinianus ex Italiâ *Treueros* reuerſus: vbi duæ ab eo datæ conſtitutiones.

Pictoribus ingenuis varias immunitates tribuit hoc tempore Valentinianus & ipſe picturæ ſtudioſus idque per Africam *l.* 4. *de excuſ.artific.*

*Maximinus*, ex Præfecto annonæ, mox & ex Vicario V.R. ( de quo anno 370.371.) Præfectus Prætorio factus, teſtis Am. Marcellinus in huius anni hiſtoriâ *lib.* 28. *p.*389. Huic proinde inſcribitur lex *vlt.de raptu virginum* : cuius argumentum ſuppeditat Marcellinus *d.lib.*28.*p.*390. 391. Porrò eum iam anno 373.PP.fuiſſe idem docet *lib.*30.*p.*446. 447.

Gratiano, adſcito in trabeæ ſocietatem Equitio, Conſule, Valentinianus poſt deuaſtatos aliquos Alamanniæ pagos, munimentum hoc tempore ædificauit prope *Baſiliam*, quod appellant accolæ *Robur*. Amm.Marcellinus *lib.*30. *p.* 447. vbi disertè hunc Conſulatum adſignat. Hinc igitur data à Valentiniano menſe Iulio ROBORE *lex* 33.*de curſu publico.*

Poſt fœdus prope Mogontiacum cum Macriano Alamannorum Rege impletum, autumno abeunte, vel initio hyemis, *Treueros* Valentinianus ad hyberna reuertit ; Am. Marcellinus, *lib.* 30. in geſtis huius anni, *p.*448. Hinc igitur data à Valentiniano his Coss. menſe Decembri *Treuiris* lex 1.*de ſententiis ex periculo recit.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Poſt Coſſ. Gratiani A.III.& Equitij V.C.375.

v.Id.Apr Dat.TREV.*l.16.de ſuſceptoribus.* ad Chilonem"..... " Proc.Afr.
iv.Non.Iun.Dat.ANTIOCH.*l.7.de tironibus.*ad Modeſtum PF.P.
iii.Non.Aug.Dat......*l.7.de prædiis nauicular.*Chiloni Proc.Afr.
Prid.Id.Aug.Dat.CARNVTI *l.12.de accuſationib.*Laodicio Præſidi Sardiniæ.

Hæc lex ad ſuperiorem Conſulatum malè refertur,quo Gratianus A.III. & Equitius Coſſ. fuere:reſcribe P C.*Gratiani A.*III. *&* *Equitij.*

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus inter huius anni principia *Treuiris* conſtitit : Valens verò hoc anno *Antiochiæ* conſtitutus fuit.

Valentinianus Imp. his COSS. nouem fer-



VALENTINIANVS VALENS & GRATIANVS.

mè ante mortem menſibus, pubeſcente iam vere à Treueris *Illyricum* petiit quod ſuperiore iam anno Sarmatæ, Quadi vaſtare cœperant, ac nominatim Pannoniam ( de quo & Farrago Alex ) Am. Marcell. *lib.* 30. *p.*452. Zoſimus, *lib.*4. *p.*744.745. Relicto Treuiris Gratiano : Marcell. *p.*453. De hac Illyrici vaſtitate ſentire videtur Ambroſius 2. *off.*15.

Valentinianus *Carnuti* Illyriorum oppido per continuos tres menſes æſtiuos, ( Iunio, Iulio, Auguſto, ) egit, arma parans & alimenta aduerſus Quados : vid. Am. Marcellinum *lib.*30. *p.*453.454. Hinc adeò Carnuti ab eo data Auguſto menſe *l.* 12. *de accuſat.* quæ perperàm ad ſuperiores COSS. refertur: quod etiam rectè notauit Doct. Valeſius *in Marcell.p.*406. Mox *Acincum* vbi moratus autumno præcipiti, *Sabariam*; inde tandem *Bregetionem* perrexit : idem Marcellinus *d. p.*455.

Valentinianus Brigitione moritur anno Imperij 12. Philoſtorgius *lib.*9. *c.*16. centum diebus minus, vt exactè computat Am. Marcellinus, *lib.*30. *p.*457. & Zoſimus, *lib.* 5. *p.*745. cùm in Illyrico menſes nouem paucis diebus demptis commoratus fuiſſet : Zoſimus *d. loco*, His coss. 17. Nouembris ſeu 15. Kal. Decembr. teſtes Am. Marcellinus ; *lib.* 30. A.D.375. *p.*455.456.457. Hieronymus, *Chronico.* Socrates exertè *lib.* 4. *cap.* 26. μετὰ τὴν ὑπατείαν Γρατιανοῦ τὸ τρίτον καὶ Ἐκυιτίου περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην Νοεμβρίου : quæ verba Interpres malè accepit vid. & Conſularia Idaciana. Farrago Alexandr. ait VII. *Id octobr.*

VALENTINIANVS Iunior, Gratiani frater, x. Kal. Decemb. ſexto poſt patris obitum die, Imperator ab exercitu in Pannoniâ, vbi moratus autumno præcipiti, declaratus *Acinci* in Pannoniâ inferiore, Auguſtus nuncupatur : Am. Marcellinus *extremo lib.*30. Socrates, *lib.*4. *c.*26. Zoſimus, *lib.* 4. *p.*746. Philoſtorgius, *lib.* 9. *c.* 16. Idacij Conſularia & chronicon Alexandr. his coss.

¶ Imperium verò patris ita inter ſe partiti, Gratianus & Valentinianus Iun. teſte Zoſimo, *lib.*4. *p.* 746. Gratiano ceſsêre Galliæ Hiſpaniæ, Britanniæ : Valentiniano, Italia, Illyricum, Africa : Quod poſterius tamen factum, vt dicam infra A.379. Et verò cùm deinceps 37. exſtent conſtitutiones, per annum 375.376.377.378. nullæ occurrunt quæ Valentinianum auctorem habeant, verùm ab anno modò 379. ex quo videlicet Theodoſius in Imperium adſcitus eſt.

## VALENS, GRATIANVS, ET VALENTINIANVS.

Non.Decemb. Dat. ANTIOCH.*l.79.de decurionibus.*Modeſto PF.P.

Valentiniano,Valenti & Gratiano tribuitur.

## CHRONICON HISTORICVM.

GRATIANVS hoc tempore agebat *Treuiris* vbi, profecturus, eum morari diſpoſuerat pater. Am. Marcellinus, *extremo lib.* 30. Valens verò, *Antiochiæ*, Zoſimus, *lib.*4.*p.*746. *in fin.* Gratianus porrò, quamlibet frater eius Valentinianus Auguſtus proclamatus fuiſſet, quamdiu Valens ſuperſtes fuit, ſolus Imperium Occidentale adminiſtrauit : vt patet ex omnibus legibus ab eo Treuiris vel Magontiaci datis anno 376. 377.378. Quo tempore nullæ Valentiniani Iun. occurrunt.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valente v. & Valentiniano AA. Coſſ.376.

iii.Id.Feb.Lecta in Senatu. *l.13.de accuſationibus.*ad Senatum. Poſt alia.

Agitur hâc l. de Italia,ſubvrbanis prouinciis & cæteris:item de Præfecto vrbis.

vi.Id.Mart.Dat.TRIV.*l.3.de ſcenicis.* ad Heſperium Proc.Africæ.
Id.Mart. { Dat.......*l.1.ne præter crimen maieſt.* / PP.......*l.2.eod. titulo.* } ad Maximum PF.P.
xvi.Kal.Mai.PP.Rom.*l.vlt.ad l.Cornel.de falſo.*ad Maximinum." PF.P.

" Ita disertè habet editio Cuiaciana.

x.Kal.Mai.Dat.Treu.*l.*" 4.*de hæreticis.*ad Heſperium. PF.P.

" Numerus Conſulatus Valentis in h.l.omiſſus.

xvi.Kal.Iun.Dat.Triu.*l.qui mos eſt* 23.*de Epiſcopis.* Artemio, Euridico, Appio, Geraſimo

VALENS GRATIANVS, & VALENTINIANVS. A.D. 376.

Geraſimo & cæteris Epiſcopis.

Agitur hâc l. de *Synodis diœceſeon.*

x.Kal.Iun.Dat......*l.11.de profeſſoribus.* Antonio PF.P.Galliarum.

Agitur hâc l. de Diœceſi Galliarum, & de ciuitate Treuirorum.

III.Kal.Iun.Dat.ANTIOCHIÆ.*l.24.de Prætoribus.*ad Senatum.
VI.Kal.Iul.Dat......*l.3.Cod.Iuſt.de officio Præfecti Vrbi.*ad Rufinum Præf.Vrbi.
Id. Aug. Lecta in Senatu *l.8.de metallis.* } ad Senatum.

Macedoniæ & Illyrici tractus ſit mentio hâc l.

......Lecta in Senatu *l.19.de operib.publicis.*Poſt alia.

Hæc lex die & menſe caret.

Agitur hâc l. de *vrbe Roma.*

xv.Kal.Octob.Dat.Treu.*l.2.de Quæſtionibus* ad Antonium PF.P. Galliarum.
Kal.Decemb.Lecta *......*l.vn.ne in ſua cauſa quis iudicet.* ad Gracchum PF.P."

" *Præfectum vrbi* C. Iuſt.

* *Dat. Valente* VI. *& Valentiniano* II. *AA.Coſſ.*Ita Cod.Iuſt.

## CHRONICON HISTORICVM.

GRatianus his Coſs. in Galliâ *Treuiris* conſtitit, de quo *fine anni ſuper.* vbi & datæ ab eo tres hoc anno conſtitutiones menſe Martio, Maio & Septembri: Valens verò, *Antiochiæ*: Zoſimus *lib.4.p.746.in fin.* vbi data ab eo *lex 24. de Prætoribus.* fine Menſis Maij.

*Maximinus*, ſiue *Maximus*, hoc adhuc tempore menſe Martio & Aprili ſub Gratiano, PP.fuit: de quo, *anno 374. ſup.* Verùm hoc ipſo Conſulatu mox gladio iugulatus eſt. Huius verò ferociæ & iniquitati (quam Marcellinus pluribus exequitur *lib. 28.*) non vnâ ratione & conſtitutione Gratianus modum poſuit: quò refero *legem 13. de accuſationib. l.2.ne præter crimen maieſt. l.2.de quæſtionibus: l. vn. ne in ſuâ cauſâ.* Tandemque hoc ipſo anno intoleranter ſe efferens gladio iugulatus eſt.

*Profeſſorum* per *Galliæ* ciuitates, & quidem in ciuitate Treuerorum, ampliorem numerum, definiuit hoc anno Gratianus: *l.11. de medicis & profeſſoribus.*

*Antonius* PP. Galliarum fuit hoc anno, vt & duobus ſequentibus A. 377. 378. qui his coſs. duæ Gratiani leges inſcribuntur. Ad quem extant & quinque Symmachi epiſtolæ lib.1. ab *ep.83.* Eum verò Ill.Scaliger perperàm eundem cum *Auxonio* putauit, atque ita nomen eius refinxit. Notanda vero inter illas leges *lex 11. de medicis & profeſſoribus*: in quâ ſit mentio clariſſimæ ciuitatis *Treuerorum*, & Profeſſorum in eâ. Item, eo notanda, quod (vnica) *diœceſis* ibi PP. Galliarum tribuitur.

*Gothi*, ſiue *Scythæ*, ab Hunnis expulſi, à Romanis iuſſu Valentis ſuſcepti, inque *Thraciâ* collocati ſunt. Am. Marcellinus *lib. 31.* Eunapius, *in excerptis Legat.*: Zoſimus, *lib.4. p.747. 748.* Valente tùm *Antiochiæ* conſtituto, teſte Eunapio *d. loco*: Socrate, *lib. 4. c.28.29.* Idacio, *Chronico* his coss. Gothorum Duces erant Fritigernus & Athanaricus: qui deinde Lupicini & Maximi Ducum Romanorum auaritiâ commoti Romanis bellum intulerunt, eorúmque copias attriuerunt: Marcellinus, *d. lib.31.* aliique.

*Romanæ* vrbi & *Senatui* variis rationibus & orationibus Gratianus hoc tempore conſultum iuit: quò pertinent præter quinque leges illas quas ſuprà indicaui, vbi de Maximino. *lex 8. de metallis, lex 19. de operib. publ.* Et oratio illa quam à ſe in Senatu lectam Symmachus maximoperè commendat *lib. 1. ep.89. & lib.10. ep.2.* vt & Præfectura vrbana in excelſum faſtigium ab eo euecta: de quo Symmachus *lib.10. ep.17.* & lex ipſius 3. *Cod. Iuſt. de officio P.V.*

*Præfecti* hoc tempore ſub Gratiano, vrbis Romæ fuêre, *Rufinus*, cui ideò inſcribitur d. lex 3. *Cod. Iuſt. de off.* P. V. de quo accipio & Symmachum, *lib.7.ep.16. ad Patruinum*: & poſt eum mox *Gracchus*, cui inſcribitur *lex vn. ne quis in ſuâ cauſâ*: quomodo in [illegible] Iuſt. rectè expreſſum in inſcript. illius l. ad *Gracchum Præfectum vrbi*: Qui & anno proximo 377. P. V. quoque fuit. Huius verò meminit Hieronymus, *ep. ad Lætam.7.* & Prudentius *lib.1.adu.Symmachum*: Quare erratum eſt Em. Baronij, qui ea quæ ab Hieronymo *ep.7.* & Prudentio *lib.1. adu. Symm.* de Graccho hoc dicuntur, ad annum 383. retulit. Nempe multa hoc tempore circa religionem paganam Romæ emendata ſub hoc Graccho: nam & ſimulacra portentoſa Romæ ab eo exciſa, de quo ſunt illa Hieronymi & Prudentij loca: vt & Ara victoriæ iuſſu Gratiani diruta.





VALENS GRATIANVS, & VALENTINIANVS. A.D. 377.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Gratiano A. IV. & Merobaude V.C. Coſſ. 377.

Prid.Non.Ianuar.Dat.TREV.*l.3.de quæſtionibus.*ad Gracchum PF.P.*

* *℞.* P.V. dixi ad annum *ſuper.*

XIIII.Kal.Mart.Dat.Triu.*l.15.de piſtoribus.*ad Gregorium V.C.Præf.an.

Agitur hâc l. de *Præfecto annonæ, & de Piſtoribus* (vrbis Romæ ſcil.)

III.Kal.Mart.Dat.Triu.*l.34.de curſu publico.*ad Heſperium PF.P."

" Fit hâc l. mentio *Proconſularis prouinciæ*, id eſt, Africæ. Certè Heſperius hic PC.Africæ fuit anno ſuper.

III.Non.Mart.Dat.....*l.24.de Epiſcopis.* ad Catafronium.....
Prid.Non.Apr.Dat.ANTIOCHIÆ.*l.17.de erogat.milit.ann.*ad Modeſtum PF.P.
Prid.Non.Iul.Dat. HIERAPOLI *l.3. de fiſci debitoribus.* Fortunatiano Com.R.P.
v.Kal. Aug. Dat. MOGANTIACO * *l.6. de officio Rectoris prouinciæ.* ad Antonium PF.P.

* *Morantiaco* editum malè.

v.Id.Aug.Dat.Hierapoli.*l.3.de militari veſte.*Modeſto PF.P.

Fit in hâc Valentis l. mentio præter alias diœceſes & prouincias, prouinciarum *Thraciæ, Scythiæ & Myſiæ.*

XVIII.*Kal....Dat.Hierapoli. *l.1.de Senatoribus & glebali collat.....*

* xv.C.Iuſt.vnde deſumpta *l.Senatorii.Cod.de dignitatibus.* ad Procopium.....

xv.Kal.Oct.Dat.TREV.*l.3.tributa in ipſis ſpeciebus.*ad Probianum PF.V.

Agitur in hâc l.de populo(*Rom.*)& de *Vrbicariis* regionibus.

VIII.Kal.Oct.Dat.ANTIOCH. *l.14. de diuerſ.offic.*Titiano Com.S.L.
XVI.Kal.Nou.Dat.CP". *l.2.ne ſanctum baptiſma.* ad Flauianum Vic.Africæ.

" Iſtud ſtare non poteſt.

XIII.Kal.Nouemb.Dat......*l.ſingularum 8. Cod.de ædificiis priuatis.* Modeſto Præfecto Prætorio.

## CHRONICON HISTORICVM.

GRatianus his coſs. in Galliâ *Treuiris* maximè conſtitit, vbi quatuor ab eo leges datæ hoc anno occurrunt: Fuit & [illegible] quando *Mogontiaci*, vbi data ab eo extr[illegible] Iulio menſe *lex 6. de off. rector. prouinc* [illegible] qua perperam hactenus editum *Morantiaco.* de quo mox.

*Heſperius* (Auſonij filius) hoc anno & tribus proximis PP. fuit: cuius filij ſui Præfecturam memorat non vno loco Auſonius: de eâ plura nos, in *Proſopogr.*

Præfecti prætorio, præter Heſperium hoc anno fuere; *Modeſtus*, PP. orientis: *Antonius*, PP. Galliarum.

Valens hoc anno modò *Antiochiæ*, modò *Hierapoli* fuit, propter *Perſas* & Armeniarum ſtatum: de quo Am. Marcellinus, *lib.31.* cum quib. mox pacem fecit, Eunapius in Excerptis *p.13. Gr.*

Gratianus *Mogontiaci* hoc tempore conſtitit, ſiue ad procinctum aduerſus Alamannos qui iam menſe Februario Rhenum tranſierant, proficiſcens, ſiue inde rediens: His ſcil. [illegible] coſs. Gratianus Alamannorum 30. circiter millia apud *Argentuariam* oppidum Galliarum ſtrauit, rege Priario capto interfectóque; Hieronymus *Chronico*: & Caſſiodorus, *his* coſs. Cuius victoriæ meminit & Ammianus Marcellinus, *lib.31. p.485. 486.* & Victor alter.

*Gratianus* ab Argentuarenſi pugna ſeu victoriâ *Treueros* reuerſus eſt: vbi data ab eo menſe medio Septembri *lex 3. tributa in ipſis ſpeciebus.*

His coſs. anno in autumnum vergente variis caſibus aduerſus Gothos pugnatum à Ducibus Richomere, Traiano & Profuturo. Am. Marcell. *lib. 31. p. 479. 480. 481. 482.*

VALENS GRATIANVS & VALENTINIANVS. A.D. 378.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Valente VI. & Valentiniano II. AA. Coſſ. 378.

Huius Conſulatus fit quoque mentio *l.* 121. *de decurionibus.*

Prid. Id. Ian. Dat. TREVER { *l. vn. victum ciuiliter.* / *l. 7. de fide teſtium.* } ad Antonium PF.P.

III. Kal. Feb. Dat. Treuer. { *l. 23. 24. 25. quorum appellat.* Acc. VI.* Kal. Mai. / * Octuageſimo ſeptimo poſt die. / *l. 37. de appellationibus.* } ad Thalaſſium Proc. Afr.

XII. Kal. Mai. Dat. Triu. *l.* 35. *de curſu publ.* ad Auſonium PF.P.
X. Kal. Mai. Dat. Treu. *l.* 4. *de hæreticis.* ad Heſperium PF.P.

## VALENTIS, GRATIANI ET VALENTINIANI leges ſine die & Coſſ.

*L.* 1. *Cod. Iuſt. de officio Vicarij.* Antonio PF.P.

Iungenda forte *l.* 6. *Cod. Theod. de off. rect. prouinc.* an. 377.

*L.* 2. *Cod. eod. tit.* ad Heſperium. PF.P.
*L.* 1. *Cod. Iuſt. quæ res exportari.* ad Theodorum (f. Theodoſium) Magiſtrum militum.

Valenti & Gratiano hæc lex tribuitur.

## VALENTINIANI, VALENTIS ET GRATIANI leges Cod. Iuſtin.

### Sine die & Coſſ. nonnullæ etiam inſcriptionib. mutilæ.

*L.* 29. 30. *de decurionibus.*
*L.* 6. *de Curſu publico.*

Iungenda hæc lex vel certè interpolata *ex l.* 32. *Cod. Theod. de curſu publ.* quæ data anno 371. ad Ampelium P.V.

*L.* 2. *de priuil. dom. Auguſtæ* ad Claudium......

Iungenda fortè cum *l.* 8. *Cod. Theod. de luſtrali coll.* an. 370.

*L.* 6. *de Agricolis* ad Germanianum.
*L.* 2. *de off. Vicarij,* ad Heſperium PF.P.
*L.* 1. *de fundis limitrophis.* ad Licinium [al. Latinum] PP.

In hâc l. fit mentio Tiberiani P.P. ſcil. Galliarum.

*L.* 4. *de fundis patrim.* ad Florianum Com. R.P.

Perperàm Valens, Gratianus, & Valentinianus inſcribuntur.

## CHRONICON HISTORICVM.

GRatianus hoc tempore, in Galliâ *Treuiris* conſtitutus fuit, menſem vſque Maium fermè, vt docent hoc ipſo tempore octo eius conſtitutiones.

Gratianus Valenti opitulaturus aduerſus Gothos è Galliis in Illyricum feſtinauit, per Felicem arborem: Lauriacum, Bononiam, Sirmium, Martis caſtra (in Daciâ Ripenſi) præmiſſo ad Valentem Richomere. vid. Am. Marcellinum, *lib.* 31. *p.* 489. 490.

Valens



VALENS, GRATIANVS. & VALENTINIANVS. A.D. 378.

Valens Antiochiâ digreſſus his Coſſ. *Conſtantinopolim* venit propter *Gothorum* rebellionem & incurſiones Conſtantinopolim vſque 3. Kal. Iunij; vbi duodecim tantum dies moratus eſt; de quo Marcellinus *lib.* 31. *p.* 488. Eunapius *in excerptis p.* 13. *Gr.* Zoſimus, *lib.* 4. *p.* 748. 749. Socrates, *lib.* 4. *cap. vlt.* Philoſtorgius, *lib.* 9. *c.* 17. Idacij *Conſular.*

Valens Imp. Conſtantinopoli digreſſus 3. Idus Iunias, moto aduerſus Gothos qui populatâ Thraciâ Conſtantinopolim vſque proceſſerant exercitu non exſpectato Gratiano; eiuſque copiis mox ſecuturis, octauo vel 12. ab *Hadrianopoli* lapide nuſquam comparuit obiitque 3. vel 5. Id. Auguſti. Socrates *lib.* 4. *c. vlt.* Hieronymus *Chronico* Idacij *Conſularia,* Chronicon Alex. farrago Alexandr. & Am. Marcellinus, *lib.* 31. qui hiſtoriam ſuam hîc terminauit. v. Zoſimum, *lib.* 4 *p.* 750. *in fin.* & 751. Philoſtorgium *lib.* 9. *cap* 17. &c.

## GRATIANVS ET VALENTINIANVS.

XVIII. Kal. Sept. Dat..... *l.* 9. *de metallis.* ad Vindicianum V.C. Vicarium.

Agitur hâc l. de *Præfectis Galliarum & Italiæ.*

XV. Kal. Sept. Dat.* Rauennæ *l.* 2. *Cod. Iuſt. de aduoc. diuerſ. iudiciorum.* ad Antonium PF.P.

* id eſt, reddita.

VIII. Kal. Octob. Dat.... *l.* 1. *de domibus ad rem priuat. pertin.* Com. Largitionum.

Agitur hâc l. de *Auguſtenſi Suitranea* (f. Zaugitana) *ciuitate.*

Prid. Kal. Dec." Dat. Treu. *l.* 12. *de pœnis.* ad Antonium PF.P.

Agitur hâc l. de *Campaniæ Conſularibus.*

His quatuor legibus, Valentis quoque nomen inſcriptum, qui tamen iam obierat.

" Fortè alius menſis adſcribendus.

## CHRONICON HISTORICVM.

GOTHI, Valente mortuo, toto anno diœceſin Thraciarum, Scythiæ & Myſiæ deprædati ſunt, ad portas vſque vrbis Conſtantinopol. cui & metum iniecêre. vid. Eunapium in *Excerptis* Zoſimum *lib.* 4. *p.* 751. Socratem, *lib.* 5. *cap.* 1. & Faſtos *Idacianos.* vid. & Ambroſium *lib.* 2. *cap. vlt. in fin.*

*Gratianus* in hâc rerum perturbatione è Galliis in Pannoniam, Myſiam, Thraciáſque (quò pertinet & quod Ambroſius ſcribit, fine *lib.* 2. *de fide*:) imò & Conſtantinopolim perſens (vt referunt Io. Antiochenſis & Suidas) Orientem Danubiíque limitem ordinauit, pacauitque, Theodoſio M. in Imperium adſcito. vid. Auſonium, *in Gratiarum act.* Pacatum, *Panegyrico cap.* 11. Zoſimum, *lib.* 4. *p.* 751.

Gratianus hoc ipſo tempore *Sirmij* conſtitutus, reſcriptum emiſit, quo Hæreticis libertatem religionis fecit, exceptis tantum Manichæis, Photinianis & Eunomianis: vt ipſemet teſtatur, *l.* 5. *de hæreticis*: & Socrates, *lib.* 5. *cap.* 2. Sozomenus, *lib.* 7. *cap.* 1. Ioannes Antiochenus, & Suidas, in γρατιανός.

## GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Auſonio & Olybrio Coſſ. 379.

VI. Kal. Mart. Dat. SIRMIO. *l.* 1. *de palatinis S.L.* Aſellæ.......
Non. April.* Dat. TREV. *l.* 26. *quorum appellat. non recipiuntur.* ad Hypatium PF.V.
* *al.* Aug.
XV. Kal. Iul. Dat. THESSAL. *l.* 12. *de iure fiſci.* Pancratio Com. R.P.

Agitur hîc l. de *Alytarchâ vrbis Antiochenæ.*



VII. Non.

GRATIANVS VALENTINIANVS & THEOSIVS. A.D. 379.

vi.Non.Iul.Dat.AQVILEIÆ *l.2.de deſertoribus.* } ad Heſperium PF.P.
iii.Non.Iul.Dat.Aquileiæ.*l.11.de luſtrali conlat.* } ad Heſperium PF.P.

Hâc l. fit mentio *Illyrici & Italiæ & Galliarum.*

Pr.Non.Iul.Dat.SCOPIS.*l.2.de palatinis S. L.* Pancratio Com.R.P.

Agitur *in hac* l. de Comite domorum per *Cappadociam.*

xii.Kal.Aug.Acc.Conſtantinæ.* *l.15.de nauiculariis.*ad Heſperium PF.P.

Agitur hâc l.de nauiculariis & de præbitione equorum.

* An Conſtantina Cirtenſium in Africâ,de qua *l.29.de decurionibus.*

iii.Kal.Aug.Dat." MEDIOLANI *lex 4.ſeu vlt.Cod.Iuſt. quemad. teſtam. aperiantur.* ad Heſperium PF.P.

" f. pro reddita.

Prid.Kal.Aug.Dat......*l.6.de maternis bonis.*ad Heſperium PF.P. Acc.iv.* Kal. Sept.

* id eſt trigeſimo poſt die.

iii.Non.Aug.Dat.Med.*l.5.de hæreticis.*ad Heſperium PF.P. Acc. xiii.* Kal. Sept.

* id eſt decimo octauo poſt die.

Prid.Non.Aug Dat.TRIVERI" *l.1.de Princip. Agentium in reb.* ad Potitum Vicarium Vrbis.Acc vii.* Id.Sept.Romæ.

* id eſt trigeſimo quinto poſt die.

iiii.Id.Aug.Dat.VICO" AVGVSTI.*l.4.de auro coronario.*Pancratio PF.V.

" ꝶ. Com. R. P.

" *Vicus*, vrbs in Rhætiâ Ptolemæo.

xiiii.Kal.Sept Dat BAVXARE *l.3.de palatinis L.S.*Cateruio Com.S.L.
xviii.Kal.Oct.Dat.TRIV.*l.12.de medicis & profeſſoribus.* Vindiciano..."...

" Comiti Archiatrorum.

x.Kal.Oct.Dat.* Rom. *l.vlt.de re iudic.* ad Potitum Vicarium.",

* pro reddita, vel acc.

" vrbis Romæ vt ſup.*l.1.de princip. ag.*

Kal.Octob.Dat.....*l.2.de commeatu.*ad Syagrium Mag.Officiorum.
Prid.Id.Oct.PP.Romæ *l.1.qui bonis ex l.Iul.cedere.*ad Baſilium Conſulem".

" ꝶ. *Com.S.L.*vt inf.an.383.duabus conſtitutionibus.

viii.Kal.Nou.Dat.....*l.2.de exſecutoribus.* ad Potitum Vicar.
iii.Non.Dec.Dat.Treu.*l.7.de reparat. appellat.* ad Siburium PF.P.

Fit *h.l.*mentio hoſtium ſeu *perduellionum* depulſorum (proculdubio *Sueuorum* & *Alamannorum.*)

viii.Id.Dec.Dat.* Sirm.*l.4.de palatinis S.L.*ad Heſperium PF.P.

Eadem eſt ſententia huius l. quæ legis 1.*eod.tit.*

* pro *reddita*, ſeu *acc.*

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Auguſtus à Gratiano Imp. infuſis Imperio Barbaris, vt ait Ambroſius *fine orat.de obitu Theodoſ.* & prolixius Claudianus in 4.Cos. Honorij à v. 49. creatus his Coss. xiv. Kal. Februarias, ſeu 16. Ianuarij, in Pannoniâ *Sirmij*. Socrates, *lib.5. cap.2.* Sozomenus, *lib. 7. cap. 2.* Theodoretus, *lib.5. cap.5. 6.* Sidonius, *Carmine 5. v. 110.* Chronicon *Alexandr.* & farrago *Alexandr.* Marcellinus *Chronico*, Idaciana *Conſularia*, &c. Et Theodoſio ceſſit Oriens cum Thracia, inquiunt, Zoſimus, *lib. 5. p.751.* Oroſius



GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODOSIVS. A.D. 379.

*lib.7.cap.34.* & ex eo Paulus Diaconus, *lib.12.* malè Illyricum iungit Sozomenus, *lib.7.cap.4.* Inter Gratianum verò & Valentinianum diuiſum Imperium occidentale: Gratianóque ceſsêre Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ: Valentiniano Italia, Illyricum, Africa. Zoſimus, *lib. 4. p.746.* vid. ſup. A. 375.

## GRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS.

GRatianus Imp. menſe Ianuario & Februario his coss. conſiſtit *Sirmij*: vid. Auſonium *in Grat. act.*& *l.5. de hæreticis.* Itaque data ibi ab eo vi.Kal.Mart. *lex 1. de palatinis S. L.*

Gratianus Imp. ex Pannoniâ Sirmio in Galliam reuerſurus per Venetiam (vbi *Aquileia*) & Liguriam (vbi *Mediolanum*) tranſiit. Auſonius *Gratiar act.* Itaque datæ menſe Iulio, Aquileiæ *lex 2. de deſertorib. & lex 11. de luſtrali conlat*: Eodemque menſe Iulio extremo & Auguſto Mediolani *lex 4. Cod. quemad. teſt. ap. l.5. de hæreticis.*

Theodoſius Imp.Sirmio digreſſus, *Theſſalonicæ* in Macedoniâ conſtitit, vid. Zoſimum *lib.4.* Sozomenum *lib. 7. c. 4.* Iornandem, *de ſucceſſ. regn.* Hinc data ab eo ibi menſe Iunio *lex 12. de iure fiſci.* In hâc vrbe poſteà anno proximo idem baptizatus fuit ab Acholio Ep.Socrates, *lib. 5. cap.6.* Sozomenus, *lib.7. c 4.* Proſper, *Chronico.*

Theodoſius Imp. Theſſalonicâ *Sopos* in eadem Macedonia profectus: vbi data ab eo menſe Iulio *lex 2. de palatinis S. L.* De hâc vrbe dico, *ad eam l. 9.* & ad *l. 11. de decur.*

*Heſperius*, & *Siburius* in parte Imperij Gratiani Præfecti Prætorio fuerunt: quarum quiſque diœceſeon Præfectus Prætorio fuerit diſquiro ad *eas leges.*

*Hæreticorum* omnium, nullo excepto, cœtus vetuit hoc anno Gratianus Imp. *Mediolani* conſtitutus (vbi tùm Ambroſius Epiſcopus erat) *l.5. de hæreticis*: reuocato ſeu infirmato quod apud *Sirmium* nuper emerſerat reſcripto, firmatis viceuerſâ Valentiniani patris ſui; ſuiſque in contrarium iuſſionibus.

Gratianus, Mediolano profectus Liguriam, Venetiam, Galliam veterem, Rhetiam, Rheni accolas, Sequanos, Germaniam (primam ſcilicet) pertranſiit teſte Auſonio, *in Gratiar. act.* antequam *Treueros* veniret: Quo in tractu (*Treuerinum*, vel *Tridentinum*) & *Bauxara* fuerint neceſſe eſt, vbi datæ hoc tempore leges à Gratiano, de quibus locis *ad eas leges.* Hoc verò aduentu ſuo compeſcuit Gratianus *Sueuorum* & *Alamannorum* motus: teſtis Auſonius, *in Grat. act.* Socrates, *lib 5. c.6.* Sozomenus, *lib.7. c.4.* de quo accipio & legem 7. *de reparat. appellation.*

Gratianus tandem emenſis illis quas ſuprà dixi ſummâ celeritate regionibus & prouinciis, *Treueros* peruenit: vbi data ab eo menſe Septembri fermè medio *lex 12. de medicis & profeſſoribus.* Hinc eſt, quod Auſonius in Gratiarum actione, Treuiris hoc anno poſitus ſimùl & Conſul, ait, Gratianum, *quia intereſſe non potuerat primordiis dignitatis ſuæ per locorum interualla, ad ſolemnitatem condendi honoris occurriſſe, beneficiis ne deeſſet officium*, id eſt, circa finem Conſulatus.

Vindicianus hoc tempore Comes Archiatrorum erat, ad quem exſtat hoc anno Gratiani lex 12. *de medicis & profeſſorib.* Cuius etiam exſtat epiſtola inter opera medicorum.

Theodoſius multis & ingentibus præliis commiſſis cum Gothis, Alanis, Hunnis, eos è Thraciâ expulit & victoriæ nunciatæ xv. Kal. Decembr. Zoſimus, Socrates, Sozomenus, Marcellinus *Chronico*, & Idacij *Conſular.*

Ab hoc Conſulatu poſſeſſiones iuris ciuilis, & *agonotheſiæ* paſſim donatæ (à Theodoſio M. proculdubio) vid. Nouellam *Martiani* 3.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Gratiano v. & Theodoſio I. AA. Coſſ.380.

Huius Conſulatus fit mentio, *l.35.de operib.publ.*

viii.Id.Ian.* Dat.....*l.4.Cod.Iuſt.de modo multarum.* Eutropio.PF.P.
* malim, Iun.f.viii.Kal.Iun.
xviii.Kal.Feb.Dat.THESSAL.*l.1.ad l.Iul.repetundarum.*Neotherio PF.P.
vii.Kal.Feb.Dat.Theſſal.*l.2.de theſauris.*ad populum vrbis Conſtantinopol.
iv.Kal.Feb.Dat.* Conſtantinop.*l.8.de tironibus.*Edictum ad prouinciales.

* id eſt, reddita, vel propoſita.

iii.Kal.Feb.Dat.Theſſal.*l.12.de petitionibus.* Pancratio Com.R.P.
iiii.Non.Feb.Dat.Theſſal.*l.3.de tabulariis.* Neotherio PF. P.

VALENS, GRATIANVS & VALENTINIANVS — A.D. 380.

viii.Id.Feb. Dat. TRIV. { *l.3.de naufragiis.*Nauiculariis Afris ſalutem. / *l.16.de nauicular.* Corpori nauiculariorum. }
xv.Kal.Mart.Dat.Triberi. *l.9. de priuil. eorum qui in ſacro palatio.* ad Arborium PF.P.
iii.Kal.Mart.Dat.Theſſal. { *l. .cunctos populos 2. de fide Catholica.* Edictum ad populum Vrbis Conſtantinop. / *l.25. de Epiſcopis....*"... }

"In Cod.Iuſt.*l.1.Cod.de crimine ſacril.*Eutropio PF.P.

iii.Kal.Mart.PP.Karthagine.*l.9.de murilegulis.*ad Eucherium......

Conſulatus in *h.l.*ita notatus.*Poſt Conſulatum Auxonij & Olybrij.*

iv. Id. Mart.PP. Hadrumeto. *l.2. de principibus agentium in rebus* ad Probum PF.P.
Prid.Id.Mart.Dat.AQVIL.*l.10.de murilegulis.*ad Heſperium PF.P.

Huic l. Conſulatus ita ſubnotatus. *Poſt Conſulatum Auxonij & Olybrij.*

xvi.Kal.Apr.Dat. { .....*l.80.de decurionibus.* / Theſſal. { *l.20.de operibus publ.* } } Iuliano PF.Ægypti.
*l.81.82.de decurionibus.*ad Neotherium PF.P.
xv.Kal.Apr.Dat.Treu. *l.12.de extraordinar.* ad Theodorum" Com.R.P.

Fit hâc l. mentio *P. P. Italiæ,* & *ſuburbicariarum* partium.

" Meminit Claudianus in *Conſul. Theodori.*

vi.Kal.Apr.Dat.Theſſal.*l.4.de quæſtionibus.* Albuciano Vicar.Macedoniæ.
viii.* Kal.Mai.Dat.MEDIOL.*l.4.de ſcænicis.*ad Paulinum PF.V.
*f.iiiii.id eſt, v.
vi.* Kal.Mai.PP.Antiochiæ. { *l.3. de deſertoribus.* / *l.9.de tironibus.* } Neotherio PF.P.
*al.iii.
v.Kal.Mai.Dat.Med.*l.5.de ſcænicis.* ad Paulinum PF.V.
Prid.Id.Mai. Scripta Damaſco { *l.9. de filiis mil. apparitorum.* / *l.* 83. de decurionibus.* } Petro Conſulari Fenicis.

* Subſcriptio huius l.ita habet: *Scribta Petro Conſulari Fœnicis Damaſco , Prid. Id. Mai. Conſtantinop.*[imò Theſſal.]

viii.Kal.Iun.* Dat. Theſſ. { *l.2.de Præfecto prætorio.* / *l.2.de Quæſtoribus.* } Reſtituto PF.V.
*al Iul.
Prid.Id.Iun.Dat.Theſſal.*l.3.de locat.fund. iuris emphyt.* Pancratio Com.R.P.
Id.Iun Dat......*l.16.de piſtoribus,*ad Arborium PF.V.
xvii.Kal.Iul.Dat Theſſal.*l.1.de Primicerio & Notar.*Eutropio PF.P.
xvi.Kal.Iul.Dat.Theſſalonicæ. *l.3.de Agentibus in rebus.* ad Florum Mag. officiorum.
xv.Kal.Iul. Dat.Theſſalonicæ {
*L.8.& 9. de bonis proſcriptorum.*
*L.2.ad l. Iul.repetundarum.*
*L.6. de ſponſalibus.*
*L.vn.ſi prouinciæ Rector.*
*L vn.de vſuris rei iudicatæ.* } Eutropio PF.P.
*L. vn. ſi quacunque præditus pot.* Neotherio PF.P.
*L. q uicumque de iis quæadmin.*Floro PF.P.
*L.3. Cod. Iuſt.de litigioſis.*Tatiano P.F.P.
Hæc lex Rurſus lata fine huius anni. }

xiiii.Kal.Iul.Dat.......*l.38.de appellationibus.* ad Syagrium PF.P.
v.Kal.Iul.Dat.AQVILEIÆ *l.10.de priuil.eorum qui in ſacro pal.*ad Probum PF.P.

Kal.



GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODOSIVS. — A.D. 380.

Kal.Iul.Dat.Theſſalonicæ.*l.16.Cod.Iuſt. de teſtamentis.* Eutropio......
viii.Id.Iul.Dat.Theſſal. *l.10.de filiis milit.apparitor.*ad Felicem Com. Orientis.
iv.Id.Iul.Dat.Triu.*l.17. de piſtoribus.* ad Titianum * Vic.Afric.

Fit hâc l.mentio Iudicum *Africanorum & piſtorum vrbis Romæ.*

Prid.Id.Iul.Dat.Theſſal.*l.8.de annonis ciuicis.*Reſtituto PF.V.
Id.Iul.PP.* Rom.*l.4.de deſertoribus.*ad Syagrium PF.P.
* Dat.in C.Iuſt.
vi.Kal.Iuſt.Aug.Dat.* Conſtantinop.*l.7.de legatis.*Eutropio PF.P.

* id eſt reddita: vel hîc reponendum *Hadrianop.*

xvi.Kal.Septemb.Dat.HADRIANOP.*l.21.de operibus publicis.*Eutropio PF.P.
Prid.Kal.Sept.Dat.THESSAL.*l.13. de petitionibus.* ad prouinciales.
vi.Id.Sept.Dat.SIRMIO *l.11.de filiis milit.apparitorum.* Habe Neoteri K.N.
xii.Kal.Octob.Dat. Theſſal.*l.14.de petitionibus.*Parioratio Com.R.P.
xvi.* Kal.Dec.Dat.Theſſal.*l.15.de petitionibus.*Eutropio PF.P.
* al. xv.
xv.Kal.Ianuar.PP..... { *l.1.Cod.Iuſt.de ſecund.nupt.* / *l.4. Cod.Iuſt. ad ſc.Tertyll.* } Eutropio PF.P.
xiii.Kal.Ian.Dat.CONSTANTINOPOLI.*l.3.Cod.Iuſt.de litigioſis.*Tatiano P.F.P.

Huius ſubſcriptio notanda: Nam cùm menſe iam Maio hæc lex lata fuiſſet *Rurſus* ea lata hoc tempore dicitur.

iii.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. { *l.3.de exhibendis reis.* / *l.6.de cuſtod.reorum.* } Eutropio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius M. hoc integro fermè anno *Theſſalonicæ* conſtitit: vbi & morbo correptus, iiſdem coss. ab Acholio Ep. Baptizatus fuit: vt diſertè teſtatur Socrates *lib. 5. c.6.* Sozomenus *lib. 7. c.4.* temporis characteriſmum haud adeò aperte prodit. De hoc alioquin Theodoſij morbo Zoſimus quoque, *lib...p.759.* Gregorius Nazianzenus etiam *de vitâ ſuâ. n.71.*

ἐπεὶ δ' ὁ φύλοις βαρβάρων, κακὸν φέρων
Ἄναξ ἑῷος εἶχεν ὁρμητήριον
Θεσσαλονίκην.

*Gratianus* potiſſimum huius anni partem egit *Treuiris.*

Theodoſius his coss. quatuor conſtitutionibus, putà *l.12.13.14.15. de petitionibus,* petitorum, eorum ſcilicet qui bona velut caduca, vacantiaque, vel etiam proſcriptorum, à ſe impetrabant, auiditati enixè occurrit.

*Supplementa militiæ* hoc tempore à Theodoſio M. agitata ex vagis, veteranorum filiis, & ex vacantibus opportunis regionibus docent lex 3. *de tabulariis*: & lex 9. *de tironibus*: *lex* 3. *de deſertoribus*: lex 11. *de fil. mil. apparit.* quæ omnes leges ad Neotherium PP. datæ ſunt.

Theodoſius M. ex vrbe Theſſalonicâ populum Orientis, ac nominatim Conſtantinopolitanum, variis hæreſibus contaminatum (ſic vt Eccleſia per 40. iam annos ab Arianis teneretur) inter hæc Imperij ſui initia, ad Catholicam fidem traducere inſtituit: Edicto partim ad populum vrbis Conſtantinopol. partim ad Eutropium PP. emiſſo: Duobus in id præſtitis; *Formulâ* videl. Catholicæ fidei propoſita, additis duobus inſigniorum Epiſcoporum qui tùm in fide manſerant, Damaſi videl. Ep. Romani, & Petri Alexandrini exemplis: Tùm & charactere expreſſo ad quem *Epiſcopi* & paſtores eligendi eſſent: Cuius Edicti duæ partes ſuperſunt etiamnum in famosâ *l. cunctos populos de fide Catholica*, & in *l.25. de Epiſcopis.* Eiuſce verò legis meminit quoque Sozomenus, *lib.7. c.4.*

Valentinianus Iun. his coss. modò *Aquileia*, modò *Mediolani* conſtitit.

Præfecti Prætorio ſeptem his coss. memorantur: quatuor ſub Theodoſio Imp. *Eutropius*, *Neotherius*, *Florus* & *Tatianus*: nam quæ leges ad eos datæ ſunt, dicuntur datæ Theſſalonicæ, Hadrianopoli & Conſtantinopoli, item PP. Antiochiæ: Tres alij ſunt, *Probus*, *Heſperius & Syagrius*, ad quos quæ leges emiſſæ ſunt, datæ dicuntur Aquileiæ, vel propoſitæ Romæ vel Hadrumeti.

*Quadrageſimam* ante Paſcha à criminum cognitione vacuam eſſe voluit Theodoſius *l.4. de Quæſtionibus.*

*Scænicarum* in vrbe Româ profeſſioni Valentinianus Iun. odium hoc tempore indixiſſe teſtantur *lex* 4. *&* 5. *de ſcænicis*, pariter vt anno prox 381. *l.8. 9. eod. tit.*

Dignitatum quarundam, & ſummarum quidem & Magiſtrorum militum nominatim ordinem & præcedentiam hoc tempore definiuit Theodoſius Imp. *l.2. de Præfectis prætorio & l.2. de Quæſtoribus*: Quibus forte ſocianda *lex* 4. *Cod. Iuſt. de modo multarum,* emendatâ eius ſubſcriptione vid. ſup. viii. *Id.Ian.* quâ l. modus multarum quas PP. imponere poſſent, definitur.

Theodoſius hoc tempore conſtitutionibus ſuis,

Gratianvs, Valentinianvs & Theodoſivs.

A.D. 380.

ſuis, per totum orbem ſibi parentem emiſſis ad Præfectos Prætorio, ac nominatim ad Eutropium PP. furtis, concuſſionibus, vexationibus, impreſſionibus Iudicum ſeu Rectorum prouinciarum potentiorúmque, imò & Fiſci enixè occurrit, vt videre eſt ex nouem legibus ſuperiùs poſitis, quæ omnes eodem pertinent.

Teodoſius Imp. Theſſalonicâ digreſſus, *Hadrianopolim* venit: vbi data ab eo medio menſe Auguſto lex 21. *de operib. publ.* menſe mox proximo Theſſalonicam reuerſus, vt oſtendit lex 13. *de petitionib.*

Hit coss. *Sirmij* verſati menſe Septembri Valentinianus Iun. & Gratianus: à quo Ariani impetrarunt concilium *Aquileienſe*, quod indictum in menſem Septembrem anni proximi 381. vid. Concilium Aquileienſe in *Principio*. [ Fortean & Theodoſius eò venit: quod colligat quis ex *l.* 11. *de fil. mil. appar.* ſi modò Neoterius ad quem ea lex data eſt, idem eſt cùm Neoterio PP. quod exiſtimo. ]

Theodoſius Imp. correctionem morum inſtituens, immaturis ſeu feſtinatis *ſecundis mulierum nuptiis*, violatâ luctus religione priori viro debitâ, grauiſſimas pœnas impoſuit, conſtitutione ad Eunapium PP. emiſsâ.

Theodoſius Imp. Macedoniâ ſeu Theſſalonica digreſſus poſt deuictos Barbaros, *Conſtantinopolim* venit, Gregorius Nazianzenus, *de vitâ ſuâ n.*93. duobus locis: Zoſimus, *lib.*4. *p.*757. Idacius *Chronico* & Faſti Idaciani. Idque die XVIII. Kal. Decemb. aiunt Faſti Idaciani: verùm malè: ibi enim reponendum VIII. *Kal. Dec*: nam XV. vel, XVI. Kal. Decemb Theodoſius erat adhuc Theſſalonicæ, vt docet *lex* 15. *de petitionibus*. Et verò Chronici Alex. auctor diſerte Theodoſium VIII. Kal. Decembr. Conſtantinopolim ingreſſum ſcribit. Certè fine huius anni Theodoſium Conſtantinopoli fuiſſe docent tres leges hîc ſuprà poſitæ. Sed & ex Socrate, *lib.*5. *c.* 7. *extremo*: Sozomeno, *lib.*7. *c.*5. Marcellino, *in Chronico* his coss. diſcimus, Theodoſium Conſtantinopoli iam conſtitutum, menſe Decembri his coss. Eccleſiam Arianis ereptam, Catholicis reſtituiſſe: de quâ Eccleſiæ reſtitutione, Theodoſio M. Conſtantinopoli conſtituto Philoſtorgius quoque, *lib.*9. *cap.*19.

Exhibitioni & cuſtodiæ reorum clementiſſimè conſuluit hoc tempore Theodoſius M. *l.*3. *de exhib. reis*, & *l.*6. *de cuſtodiâ reorum.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Eucherio & Syagrio Coſſ. 381.

In ſedecim conſtitutionibus, ordine inuerſo ſcripti hi Coſſ. *Syagrius & Eucherius.*

IIII. Id. Ian.* Dat. Constantinop. *l.*6. *de hæreticis.* Eutropio PF.P.
* f. Iun.

XVII. Kal. Feb. Dat..... *l.*5. *de deſertoribus.* Neotherio PF.P.

III. Non. Feb. Dat. Constantinop. { *l.*6. *de curioſis.* ad Florum Mag. offic. / *l.*11. *de priuil. eorum qui in ſacro pal.* Eutropio PF.P. }

XV. Kal. Mar. PP. Karthag. *l.*84. *de decurionibus.* ad Camenium Vic. Afr.
III. Kal. Mart. Dat...... *l.*36. *de curſu publ.* ad Syagrium PF.P.
XV. Kal. Apr. PP. Karthag. *l.*39. *de appellationib.* ad Macedonium Com. S.L.

IIII. Kal. Apr. Dat. { Mediol. { *l.*5. *de honor. codicillis.* / *l.*2. *de proximis.* } ad Valerianum PF.V. / ...... *l.*2. *de Primicerio & Not.* Acc. XII.* Kal. Mai. }
* Vigeſimo tertio poſt.

Prid. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. *l.*26. *de Epiſcopis.* ad Tuſcianum Com. Orientis.
X. Kal. Mai. Dat. Aqvil. *l.*2. *de Equis curulibus.* ad Valerianum PF.V.
VIII. Kal. Mai. Dat. Triv. *l.*6. *de ſcænicis.* ad Valerianum PF.V.

* Atqui Roma Valentiniano ceſſerat? Et Valentiniani leges occurrunt ad PV. imò ad eundem Valerianum ſupra? Quid igitur? an *Trid.* id eſt Tridentum hic reponendum? Non Roma: ſcil. in commune relicta erat inter Gratianum & Valentinianum.

VI. Non. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.*1. *de apoſtatis.*. ad Eutropium PF.P.

VIII. Id. Mai. Dat. { Conſtantinop. *l.*7. *de hæreticis.* Eutropio PF.P.
Hâc l. agitur de *Manichæis.*
...... *l.*7. *de ſcænicis.* / Aquilæ * *l.*8. *de ſcænicis.* } ad Valerianum PF.V.
* Aquileia.





Gratianvs, Valentinianvs, & Theodoſivs.

A.D. 381.

III. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.*1. *de ſecundis nuptiis.* Eutropio PF.P.
III. Non. Iun. Dat. Conſtantinop. *l. vbi pactum* 40. *Cod. Iuſt. de tranſactionibus.* Eutropio PF.P.
Prid. Non. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.*1. *de Cenſitoribus.* Eutropio PF.P.
III. Kal. Iul. Pars actorum habitorum in conſiſtorio Conſtantinopoli. *l.*8. *de fide teſtium.*
XIIII. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.*8. *de hæreticis.* ad Elicherium Com. Orientis.

XII. Kal. Aug. Dat. Heracleæ { *l.*2. *de his qui cum diſpenſ. contr.* Palladio Com. S.L. / *l.*85. & 86. *de decurionibus.* Eutropio PF.P. }

XII. Kal. Aug.* Recitata Romæ. *l.*6. *de indulgent. criminum.* ad Antidium V.C. Vicarium.
* f. Apr.

III. Kal. Aug. Dat. Heracleæ. { *l.* 6. *de ſepulcro violato.* Pancratio PF.V. / *l.*87. *de decurionibus.* ad Florum. PF.P. / *l.*3. *de fide Catholicâ.* ad Auxonium Proc. Aſiæ. }

V. Kal. Sept. PP. Karthag. *l.*9. *de ſcænicis.* Heraſio Proc. Afric.
VIII. Non. Sept. Dat...... *l.*1. *Cod. Iuſt. ne fideiuſſores dotium.* Cynegio PF.P.

Hæc lex vel *Cynegio PP.* perperàm inſcribitur, vt qui nonniſi anno 384. factus fuerit PP. vel annus emendandus ibi eſt.

Non. Sept. Dat. Hadrianopoli *l.*10. *de tironibus.* Eutropio PF.P.
IV. Kal. Octob. Dat. Constantinopoli. *l. vlt. Cod. Iuſt. qui dare tutores*, Eutropio......
VII. Id. Octob. Dat..... *l.*15. *de diuerſis officiis.* ad Syagrium PF.P.
Prid. Id. Oct. Dat. Treveris. *l.*2. *vnde vi.* ad Potitum Vicarium Vrbis.
Prid. Kal. Dec. PP. Byrito *l.*3. *de his qui cum diſpenſ.* Palladio Mag. Officiorum.

Id. Dec. Dat. Conſtantinop. { *l.*3. *de primicerio & Notar.* / *l.*6. *de honorariis codicillis.* } Floro PF.P.

XIII. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.*7. *de paganis.* Floro PF.P.
VII. Kal. Ian. Dat. Aqvil. *l.*18. *de annona.* ad populum.

## CHRONICON HISTORICVM.

His coss. Gratianus & Valentinianus *Mediolani* vel *Aquileiæ* conſtitêre Theodoſius Imp. *Conſtantinopoli* ad medium fermè Iulium menſem vſque.

Theodoſius cùm reſcripto à ſe impetrato ab hæreticis paulò frigidior viſus fuiſſet ( de quo Gregor. Nazianz *de vitâ ſuâ*, & *ad Arianos*, & Sozomenus *lib.*7. *c.*16. ) recollecto nunc animo legem 6. *de hæreticis* emiſit: quâ Nicænæ Catholicæque fidei formulâ propoſita, hæreticorum ( veluti Photinianorum, Arianorum, Eunomianorum ) cœtus intra oppida prohibuit: caſſatis reſcriptis quæ per fraudem elicita fuerant: de quâ l. ſenſiſſe videtur Sozomenus, *d. c.*16.

*Athanaricus* Rex Gothorum Conſtantinopolim ad Theodoſium ( haud ita pridem morbo liberatum, ait Zoſimus *lib.* 4. *p.*759.) venit his coss. III. Idus Ianuarias, eodémque menſe obiit VIII. Kal. Febr. Zoſimus, *lib.*4. Proſper, Marcellinus, Idacius *Chronicis* & in *Faſtis Conſular.*

De Dignitatum ordine, conſtitutionem promulgat Gratianus Imp. ad Valerianum P.V. Romæ, vnde tria fragmenta ſuperiùs poſita ſuperſunt. Eiuſdem conſtitutionis meminit Valentin. Iun. frater eius *l.* 13. *de priuil. eor. qui in Sacro pal.*

Præfecti Prætorio his Coss. ſub Theodoſio Imp. memorantur *Eutropius*, *Neotherius*, *Florus*. Præter hos memoratur & *Syagrius* ſub Valentiniani imperio.

Valentinianus Imp. his coss. voluptati vrbis Romæ ludicriſque ſpectaculis, infra tamen contemptum religionis Chriſtianæ conſuluit *l.* 6. 7. 8. *de ſcænicis*: pariter vt per Africam *l.*9. *eod. tit.*

Theodoſius M. conſtitutiones promulgat menſe Maio in Apoſtatas, puta *l.*1. *de Apoſtatis*, & in Manichæos *l.*7. *de hæreticis.*

Concilivm Conſtantinopolitanum, ſecundum Oecumenicum ex indictione Theodoſij hoc tempore habitum, à menſe Maio, ad VII. Id. Iulias, quibus clauſum id; idque potiſſimùm aduerſus Macedonianos Spiritum ſanctum negantes.

Theodoſius Imp. *Eunomianis*, *Arianis*, *Aëtianis* per Orientis diœceſim Eccleſiarum in ciuitatibus vel agris fabricandarum poteſtatem ademit his Coss. menſe Iulio poſt finitum concilium Conſtantinopol. *l.* 8. *de hæreticis.*

Theodoſius Imp. vrbe Conſtantinopol. digreſſus, *Heracleam* Thraciæ ſcilicet menſe Iulio, vbi ab eo datæ variæ leges. Scilicet cum Scythis, Carpo-Dacis, Hunniſque Theodoſio hoc tempore res fuit, quos & ſuas ſedes repetere compulſit teſtis Zoſimus *lib.*4. *p.*759.

Indulgentiam Paſchalem emiſit hoc anno Romam Valentinianus Iun. quæ extat *l.*6. *de indulgent. crim.*

GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS. A.D.382.

Theodoſius poſt Synodum Conſtantinopolitanam, & ad eius præſcriptum eodem menſe Iulio, per diœceſim Aſiæ fidem Catholicam lege latâ inſinuatum iuit, nominatim aduerſus Macedonianos; Eccleſiis tradi iuſſis Catholicis, hæreticis contra inde pelli iuſſis: idque prælato vndecim tùm temporis Epiſcoporum Catholicorum exemplo: ſic vt eos Catholicos cenſeri vellet, qui iis communicarent. Ea lex eſt lex 3. *de fide Catholica*, data ad Auxonium Proc. Aſiæ: Quam legem memorat quoque Sozomenus *lib.7.cap.9.*

AQVILEIENSIS Synodus habita his Coss. menſe Septembri, vbi & Impp. conſtitere hoc anno *l.2.de equis cur. l.8.de ſcænicis. l.18. de annonâ & trib.*

Theodoſius Heracleâ *Hadrianopolim* profectus: vbi data menſe Sept. ab eo *lex* 10. *de tironibus*, quæ eſt de delectu militari, déque murcis, qui amputatione digitorum declinabant vſum armorum. Atque exinde *Conſtantinopolim* reuerſus eodem menſe Septembri, vbi & deinceps egit.

Theodoſius Imp. *in Paganos* conſtitutionem edidit his Coss. *l. 7. de paganis*, prohibitis per Orientem *ſacrificiis* diurnis, nocturnis: nominatim ad conſulenda incerta ſeu futura.

---

# CHRONOLOGIA LEGVM.

## ¶ Antonio & Syagrio VV. CC. Coſſ. 382.

Conſulatus hic in *l.8. de Legatis & l.13.de extraordinar. l.89. de decurion.* ita deſignatur. *Poſt Conſulatum Syagrij & Eucherij.*

Prid.Id. Ian. Dat. CONSTANTINOP. *l.1. de habitu quo vti oportet intra Vrbem.* ad Pancratium PF.V.

VII.* Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.6.de diuerſis reſcriptis.* Floro PF.P.
* al. VIII.

VIII.Id.Mart.Dat.Conſtantinop *l.90.de decurionib.* Proculo Com.Orientis.

XII.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.4. de Agentibus in reb.* Palladio Mag. Officiorum.

VIII.Kal.Apr.PP.Karthag.*l.8.de Legatis.* ad Seuerum P.V."

" ℞. PP.

Huic l. Conſulatus ita ſubſcriptus. *Poſt conſulatum Syagrij & Eucherij* pariter vt *l.13.de extraordinar.*

III.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop *l.12.de numerariis.* Omnibus Rectoribus prouinciarum.

III.* Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.2.de veſtibus oloueris.* } Floro PF.P.
* f. II.

Prid. Kal.Apr.Dat......*l.9.*Conſtantinop.*de hæreticis.* } Floro PF.P.

Kal.Apr.Dat...... *l.4.de calcis coctoribus.* ad Seuerum PF.V."
" ℞. PP.F.

IV.Non.Apr.PP.Rom.*l.6.de deſertoribus.* ad Seuerum.PF.P.

III.Non. Apr.Dat.MED.*l.13.de cohortalibus.* ad Seuerum PF.P.

Pr.Non.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.3.de cognitoribus.* Pancratio PF.V.

V.Id.April.PP.Karthag.*l.88.de decurionibus.* ad Syagrium PF.P. Poſt alia.

Conſulatus huic l.ſubnotatus, vt *l.8.de Legatis.*

Id.Apr.Karthag.*l.13.de extraordinariis.* ad Hypatium PF.P.

...April.Dat.....*l.vn.de Conſulibus.* ad Senatum" P.V.

" f. ad Seuerum PP.P.

VIII.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.38.de curſu publ.* Floro PF.P.

VI.Id.Mai.Dat.BRIXIÆ.*l.9.de Legatis.* ad prouinciales.

Prid.Id.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.37.de curſu publ.* ad Palladium PF.Auguſt.

Id.Mai.Dat.Tyro Metropoli.*l.11.de tironibus.*....PP.Byrito.

XVI.* Kal.Iun." Dat.Conſtantinop. *l.2.de ſententiis ex periculo recit.* Clearcho PP.V.*
* deeſt in Aniano opt.not.
" ita in An opt.notæ: vulgò *Ian.*
* in Cujacij edit.*PF.P.*

XV.Kal.Iun.* Dat.Conſtantinop.*l.3.de abolitionibus.* Floro PF.P.
* f. Iun.

XIII.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop.*l.16.de petitionibus.* Nebridio Com.R.P.

VIII.* Kal.Iun.Dat.MEDIOL.*l.vn.de ſuperindicto.* ad Proconſules, Vicarios, omnéſque Rectores.
* al. VII.

Prid.



GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODOSIVS. A.D.382.

Prid.Id.Iun.Dat.Conſtantinop.*l.3.de L.Iul.repetund.* Matroniano Duci & Præſidi Sardiniæ".

" An Sardinia igitur Theodoſio paruit?

XII.Kal.Iul.* Dat.PATAVI.*l.vn.de mendicantib.non inualid.* ad Seuerum PF.V."

* f. Iun. " ℞. PF.P.

X.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.5.de Aquæductu.* Clearcho.PF.V.

III.Non.Iul.Dat.* Viminacio.*l.89.de decurionib.* ad Syagrium PF.P.

f. pro reddita.

Et huic l. Conſulatus ita adſcriptus. *Poſt Conſulatum Syagrij & Eucherij.*

XVII.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop.*l.39.de curſu publ.* Floro PF.P.

X.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.40.de curſu publ.* Floro PF.P.

Kal.Aug.Dat...... *l.2.de lucris officior.* ad Seuerum PF.V.

VIII.Id.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.91.de decurionibus.* Dario Conſ."

" f. Com.S.L. pariter vt *l.1.qui bonis ex l.Iul. cedere.ad Baſilium Conſulem,* pro *Com.* S.L.

XV.Kal.Sept.Dat.VERONÆ lex *ſi vindicari* 13.*de pænis.* Flauiano PF. Illyrici & Italiæ.

Referenda hæc lex videtur ad A.D.390. vt ad eum annum dicam, & ad eam l. plenè. *Valentiniano* IV. *& Neotherio Coſſ.*

X.Kal.Sept.Dat. { Conſtantinop.*l.3.de ſenten. ex periculo recit.* Clearcho PF.P.*
* ℞. PF.V.
{ .......*l.4.ad L.Iul.repetund.* Floro PF.P.

IIII.Kal.Sept.Dat.Conſtantinop.*l.10.de metallis.* Floro PF.P.

IIII.Kal.Sept.Lecta Capuæ.*l.14.de extraordinar.* ad Syagrium PF.P.

XVIII.Kal.Oct.Dat.Conſtantinop. { *l.13. de Numeraris.* / *l.Numerarij, de his quæ adminiſtr.* } Floro PF.P.

XII.Kal Oct.PP.Byrito *l.41.de curſu publico* Filagrio Com. Or.

X.Kal.Nou.Dat.....*l.92.de decurionibus.* Floro PF.P.

VII.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.17.de petitionibus.* Panellino Conſ.Lydiæ.

VII.Kal.Dec.Dat...... *l.39.de decurionib.* Clearcho PF.P."

" ℞. PF.V.

Prid.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.8.de paganis, ſacrif. & templis.* Palladio Duci Oſdroënæ.

V.Id.Dec.Dat........*l.15.de extraordin.* ad Hypatium PF.P.

Agitur h.l.de *limite Rhætico, & de expeditione Illyricâ.*

XVIII.Kal.Ian.Dat.PATAVI.*l.3.de proximis Comitib.diſpoſ.* ad Hypatium PF.P.

VI.* Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.2. de ſecundis nuptiis.* Floro PF.P.
* in opt.notæ Aniano XV.

Fortè iungenda huic *lex* 3.*de abolitionibus,* cui dies ſubſcriptus XV.*Kal.Iun.*

III. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.42. de curſu publico.* Conſtantiano Vicario diœceſeos Ponticæ.

# CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. his Coss. porrò *Conſtantinopoli* conſtitit: vt docent variæ conſtitutiones: Eo verò anno ipſe Theodoſius corpus Valentiniani Auguſti in Sarcophago depoſuit IX.Kal.Martias, teſte Idacio, in *conſul.* & Marcellino, *in Chronico.*

*Veſtium* genus Senatoribus, Officialibus, ſeruis Theodoſius deſignauit his Coss. quibus ſcilicet Conſtantinopoli vti poſſent vel deberent ſuæ vid. conditioni propriis. *l. 1. de habitu, &c.*

Præfectus Prætorio his Coss. fuit ſub Theodoſio, *Florus*: Sub Gratiano & Valentiniano, *Seuerus*, *Syagrius*, *Hypatius.*

*Proculus* his Coss. (vt & anno prox.) & ſic bis, Comes orientis fuit, ſub Theodoſio Imp. ad quem ideo data Martio menſe *lex* 90. *de decurionibus*: Cuius & multa mentio apud

GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS. — A.D. 382.

apud Libanium. vid. *Proſopogr.*

Theodoſius M. in *Manichæos* ſolitarios, Encratitas, Saccoforos. Hydroparaſtas, & in vnum Paſchæ diem non conſentientes ſeueram conſtitutionem edidit *l. 9. de hæreticis*: inter alia, Inquiſitoribus in id dari iuſſis, denunciatoribúſque & delatoribus euocatis.

Valentinianus Iun. his Coſſ. modò *Mediolani* egit, vbi data ab eo menſe Aprili *lex 13. de cohortalib.* modò *Brixiæ*, vbi data ab eo menſe Maio *lex 9. de Legatis.* 3. rursùm *Mediolani*: eodem menſe lex *vn. de ſuperindicto.* 4. inde *Patauí*, vbi data menſe Iunio *lex vn. de mendicantibus*, & menſe Decembri *lex 2. de proximis Comitibus*, vt & *Veronæ*. Propter Alemannorum, Marcommanorum in Rhætiam & Italiam proximam incurſus, v. quæ noto ad menſem Decembrem huius anni.

*Palladius* hoc tempore Præfectus Auguſtalis ſeu Ægypti fuit: cui menſe Maio inſcripta Theodoſij lex 37. *de curſu publ.* Eius meminit & Farrago Alexandrina, verùm in anno 377. ſub Valente.

*Mendicantes* validi vrbe Româ, qui magno ibi numero erant, vt expellerentur egit Valentinianus Iun. *l. vn. de mendicantib. non inual.*

Ex *Aquæductu* publico Conſtantinopoli erogandæ ſeu deriuandæ aquæ in priuatas domos ſeu lauacra modum præſcripſit his Coss. menſe Iunio Theodoſius, *l. 3. de Aquæductu*. conſtitutione ad Clearchum P.V. datâ: qui idem ille Clearhus eſt qui ſub Valente, ante decennium circiter, Aquæductum illum Conſtantinopolim induxerat, teſte Hieronymo, *in Chronico*, & Socrate, *lib. 4. cap. 8.*

DAMASVS Ep. Romanus obiit menſe Octobri his Coss. Marcellinus, *Chronico.*

Agitur in Valentiniani Iun. *l. 15. de extraordin. munerib.* de *Rhætico* limite qui ex more includitur parauer edis & parangariis, item de *Illyricianæ* expeditionis pro neceſſitate vel tempore vtilitate: Pariter vt mentio fit Equorum collationis ad militare ſubſidium paulò ante hoc tempus indictæ à Valentiniano Iun. Imp. *lege 3. de Proximis Comitib. diſpoſ.* Vnde colligitur, hoc tempore Marcomannos & Quados, Iuthungos Alamannos Rhætiæ & Illyrico infeſtos fuiſſe.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Merobaude iterùm & Saturnino Coſſ. 383.

IV. Id. Ian. Dat..... *l. 2. de Senatoribus.* ad Hypatium......
XV. Kal. Feb. Dat. CONSTANTINOP. *l. 4. de locat. fund. patrim.* } Nebridio Com. R.P.
.......... *l. 2. Cod. Iuſt. de locat. præd. ciuil.* }
IV. Kal. Feb. Dat. MEDIOL. *l. vn. ſi per obreptionem*, ad Probum PF.P."

" *Italiæ, Illyrici & Africæ*, vt docet *d. lex vn.*

Prid. Kal. Feb Dat. Conſtantinop. *l. 94. de decurionib.* Conſtantiano Vic. diœceſeos Ponticæ.
IIII. Non. Feb. Dat. Conſtantinop. *l. 4. ne quid publ. lætitiæ.* Floro PF.P.
XI. Kal. Mart. Dat. Mediolani *l. 3. de legitim. hæred.* ad Hilarium" PF.P.

" *ad Hilarianum P.V.* Cod. Iuſt. Fortè ad Hypatium.

IV. Kal. Mart. Dat. Med. *l. 95. de decurionibus.* ad Euſignium Proc. Afric.
III. Kal. Mart. Dat..... { *l. 8. de deſertoribus.* / *l. vlt. de his qui latrones.* / Poſt alia. } ad Flauianum PF.P.
III. Non. Mart. Conſtantinop. { *l. 96. de decurionib.* Floro PF.P.
Prouinciæ Myſiæ fit mentio.
*l. 12. de priuil. eorum qui in ſacro palatio.* ad Cynegium Com. L. S. }
III. Non. Mart. Dat. Med. *l. 8. de cenſu.* ad populum.
VIII. Id. Mart. Dat. Conſtantinop. *l. 97. de decurionibus.* Cynegio Com. S.L.
Pr. Non. Apr. Dat. Mediol. *l. 5. ad l. Iul. repetund.* Hanc Marcelline K.NB.
VIII Id. Apr. Dat. Conſtantinop. { *l. 15. de bonis proſcript.* / *l. 98. de decurionibus.* } Poſtumiano PF.P.
XIIII.* Kal. Mai. Dat. Mediol. *l. 99. de decurionibus.* ad Hypatium PF.P.
*XVIII vel XVII. C. Iuſt.
XIII. Kal. Mai. Dat. Mediol. *l. 100. de decurionibus* ad Hypatium PF.P.
III. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l. 17. de ſuſceptoribus.* Habe Hypati K.NB.

Poſt



GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEOD. — A.D. 383.

Poſt Conſulatum Antonij & Syagrij.

VI. Non.* Mai. Dat. Med. *l. 4. de contrahenda emptione.* ad Hypatium PF.P.
* Kal. C. Iuſt. *l. 15. de reſc. vendit.*
V. Non. Mai. Dat..... *l. 12. de exactionibus.* Conſtantino Vic. Ponticæ.
VIII. Id. Mai. Dat. Conſtantinop. *l. 27. quorum appellat. non recip.* Hypatio PF. Auguſtali.
VI. Id. Mai. Dat. Conſtantinop. *l. 18. de ſuſceptoribus.* Flauiano Proc. Aſiæ.
XIII. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l. 2. de Apoſtatis.* Poſtumiano PF.P.
XII. Kal. Iun. Dat. PATAVI. *l. 3. de Apoſtatis.* ad Hypatium PF.P.

Meminit hâc l. Valentinianus Iun. genitoris ſui Valentiniani.

V. Kal. Iun. Dat. Pataui *l. 5. de inoff. teſt.* ad Hypatium PF.P.
III. Id. Iun. Dat. Conſtantinop. *l. 22. de operib. publ.* Hanc Procule K.NB.
XVI. Kal. Iul. Dat. Rom" *l. 101. de decurionibus.* ad Baſilium Com. S.L.

" *℞. Veron.*

XV.* Kal. Iul. Dat. VERONÆ* *l. 1. de mandatis Principum*: ſeu, *l. 1. Cod. eod. tit.* ad Euſignium Procoſ." Africæ. Accepta pridie Kal. Aug.
* al. XVI. vt & Cod. Iuſt.

Quadrageſimo quinto poſt die.

" Præfectum Prætorio *C. Iuſt.* malè.

* *Heraclea* C. Iuſt. malè.

XII. Kal. Iul. Dat. Conſtantinop. *l. 10. de hæreticis.* Conſtantiano Vic. diœceſeos Ponticæ.
Prid. Non. Iul. Dat. Conſtantinop. *l. 14. de cohortalibus.* ad Proculum Com. Orientis.
IV. Id. Iul. Dat. Conſtantinop. *l. 7. de deſertoribus.* Conſtantiano Vic. diœceſeos Ponticæ.
XIV. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. { *l. 1. quid probare debeant.* Poſtumiano PF.P. / *l. 102. de decurionibus.* Poſtumiano iter. PF.P. }
VIII. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l. 11. de hæreticis.* Poſtumiano PF.P.
X. Kal. Aug. Dat." Salamatiæ" *l. 103. de decurionibus.* ad Proculum Com. Orientis.

" *℞. Solaramiæ*; quæ & *Haliaromia* de quo ad eam l.

" pro reddita.

Kal. Aug. Dat.... *l. 1. Cod. Iuſt. de canone largit. tit.* Iuliano.....
Sine die. Pars actorum habitorum in Conſiſtorio Gratiani Aug. Gratianus Auguſtus [Dixit] *l. 3. de officio Iudicum omnium.* Actum in Conſiſtorio.

## GRATIANI, VALENTINIANI, ET THEODOSII conſtitutiones ſine die & Coſſ. è Cod. Iuſtin.

*L. nemo 5. Cod. Iuſt. de dignitatibus.* ad Clearchum..."....

" P.V. Prohibetur hâc l. Præfectus vrbi, vlli muneri ſubjugare Senatorem.

Perperàm hæc lex Conſtantio tribuitur. Tribuenda ea vel Valenti vel Theodoſio; ſub quibus Clearchus P.V. fuit. v. *Proſopogr.*

*L. 4. Cod. Iuſt. de agricolis & mancip. dom.* ad Florum.

Rectè inſcriptos habet, *Gratianum Valentin. Theodoſium.*

*L. 8. Cod. Iuſt. de fundis patrimonial.* Clearcho PF.P.

Tributur rectè hæc lex *Gratiano, Valentiano & Theodoſio.*

*L. 5. Cod. Iuſt. de fundis rei priu.* ad Nebridium.....

GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS.

Tribuitur ſolis *Gratiano & Valentiniano*, malè. A.D.383.

*L.8. & 9.Cod.Iuſt.de vectigalibus.*Palladio Comiti ſacrar.largit.

Rectè tribuuntur *Gratiano, Valentiniano & Theodoſio.*

*L.2. Cod. quæ res venire non poſſ.* Toriobando Duci Meſopotamiæ.

Gratiano, Valentiniano & Theodoſio tribuitur.

*L.6. Cod. de fundis patrimonialibus.*

Agitur *h.l.* de Aſiana & Pontica diœceſi.

*L.3. Cod. de veteris numiſm. pot*.......
*L.3. Cod. de mancipiis*.......
*L.4. Cod. de metallariis*......Agitur *h.l.*de Macedoniâ,Daciâ Mediterraneâ,Myſiâ,Dardaniâ : déque hoſtili metu.
*L.2. Cod. de filiis mil. off.*

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. his Coss. *Conſtantinopoli* moratus : Valentinianus Iun. Imp. *Mediolani*, ad menſem Maium vſque : exinde *Pataui* vel *Veronæ*.

Præfecti prætorio his Coss. ſub Theodoſio fuêre *Florus*, & *Poſtumianus*; ſub Valentiniano Iun. *Probus* PP. Italiæ, Illyrici & Africæ *Flauianus*, & *Hypatius* : Comes verò Orientis fuit, hoc quoque anno, *Proculus*,de quo Libanius vid.*Proſopogr.*

ARCADIVS Conſtantinopoli à patre ſuo Theodoſio Auguſtus creatus his Coss XVI. Kal. Febr. Socrates, *lib.5.cap.*10. Chronicon Alex. *his Coſſ.* & Marcellinus. Sozomenus, *lib.7. cap.*12. Idacius *Conſular.* Paulus Diaconus, *lib.*12. Huius natalis ſui Imperij meminit ipſemet Arcadius, *in l. 29. de Prætoribus.*

*Publicæ lætitiæ*, veluti belli finiti pacis, victoriæve nuncios : ſacrarum etiam Imaginum gerulos, quidquam exigere à prouincialibus vetuit his Coss. menſe Februario Theodoſius Imp. *l.4. ne quid publ.lætitiæ.*

Latronibus & deſertoribus occurrit his Coss. Valentinianus Iun. occultatoribus eorum pœnâ indictâ, cônſtitutione ſuâ ad Flauianum PF. P. cuius partes duæ ſuperſunt, *l.8.de deſertorib.&* l.2.*de his qui latrones.* Symmachus certè quoque ad hunc ipſum Flauianum ſcribens *lib. 2. ep.12.* indicat hoc tempore ſuburbanitatem latrociniis intutam fuiſſe.

*Hypatius* fuit his Coss. Præfectus Auguſtalis ſeu Ægypti ad quem data menſe Maio *lex 27. quorum appellat.* Einſdem meminit & *Farrago Alexandr.* ſed Conſulatu falsò adſcripto anni 380.

Valentinianus Iun. Imp. Mediolano digreſſus, *Patauium* mox & *Veronam* profectus : Itaque datæ ab eo menſe Maio Pataui *l.3.de Apoſtatis*, & *l.5. de inoff. teſt.* quarum priorem Baronius malè Gratiano tribuit A. 383. *num.*20. 21. quem & ſubſcriptum legi illi *Patauium* refellit, & inſcriptus Hypatius PP.qui ſanè Italiæ,Illyrici & Africæ PP.fuit, quæ Valentiniano parebant, non Gratiano.

Concilium Conſtantinopolitanum habitum his Coss.menſe Iunio. Socrates, *lib. 5. cap.*10. Sozomenus, *lib.7. cap.*12. Gregorius Nazianzenus, *ep.71.al.68.72.* è quibus illa *ad Poſtumianum PP.* ſcripta eſt.

*Mandatis ſecretis* Principum fidem haberi, ea à Principe miſſis allegantibus, vetuit hoc tempore per Africam Valentinianus Iun. *l.vn.de Mandatis Principum.*

Theodoſius Imp. conſtitutionem edidit aduerſus *Taſcodrogitas* per Ponticam, eodem menſe Iunio quo concilium Conſtantinop. habitum fuit *l.*10.*de hæreticis.*

In Deſertorum vel Latronum occultatores, vt ſuperioribus annis, ita & his Coss. idque per Ponticam, conſtitutionem edidit Theodoſius Imp. *l.7.de deſertoribus.*

Idem Theodoſius Imp. poſt concilium Conſtantinopolitanum, ad eius mentem, duas conſtitutiones in hæreticos dedit, puta *legem* 11. & 12. *de hæreticis.* idque ad Poſtumianum PP. qui idem ille eſt, cui negotium antea datum, vt pacem Eccleſ. in eâ Synodo promoueret. vid. Gregor. Nazianz. *ep.71. al.68.*

Ad *Syriarchiæ* munus cogi quenquam vetuit his Coss. Theodoſius Imp. menſe Iulio *l.*103.*de decurionibus* : cuius l. meminit quoque Libanius, *Orat.* περὶ ἀγγαρειῶν.

*Gratianus* Imp. in Galliis *Pariſiis* Merobaudis [ Mellobaudis ] Magiſtri militum proditione ſuperatus, fugienſque apud *Lugdunum* occiſus eſt his Coss. VIII. Kal. Septembr. Socrates, *lib. 5. cap.* 11. Marcellinus, *Chronico.* & Alexandrinæ farraginis auctor. Perperàm Proſper id in ſequentes Coss. refert. Zoſimus, *lib.4.p.*760.id Sigiduni factum perperàm ſcribit. Sanè & Philoſtorgius, *lib.*10. *cap.*5. eum in Galliis ſublatum ſcribit. Et Hieronymus *ep.* 3. Lugduni & Rufinus, *lib.2.cap.*14.

MAXIMVS exinde Tyrannus Gratiani Imperium obtinuit, Gallias, Britanniam & Hiſpaniam ad annum vſque 388. per quinquennium fermè, quo demum anno à Theodoſio Imp. deuictus eſt. Hinc adeò nullæ amplius ad eum annum 388. vſque conſtitutiones occurrunt, ad Gallias pertinentes.

VALENTI



VALENTINIANVS II. THEODOSIVS & ARCADIVS. A.D.383.

# VALENTINIANVS II. THEODOSIVS ET ARCADIVS.

Nota, ſequentes omnes huius anni Conſtitutiones, vt & omnes anni 348. (vnicâ *l.1. de expenſis ludorum* exceptâ ) bonam item partem anni 385. *Gratiani*, *Valentiniani & Theodoſij* nomina præferre.

III.Kal.Sept.Dat...... *l.18. de petitionibus.* Nebridio Com.R.P.
Prid.Kal.Sept.Dat...... *l.40.de appellationibus.* ad Baſilium Com.S.L.

Huius Baſilij Comitis S. L. meminit Symmachus anno prox.384.*lib.10.ep.47.*

III.Non.Sept.Dat.CONSTANTINOP. *l.12.de hæreticis.* Poſtumiano PF.P.
V.Non.Octob.Dat...... *l.19.de ſuſceptoribus.* Poſtumiano PF.P.
V.Id.Octob.Dat.Conſtantinop.*l.5.de palatinis L. S.* Nebridio Com.R.P.
VII.Id.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.104.de decurion.*Poſtumiano PF.P.
X.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.28.quorum appellat.*Euchario Proc. Palæſtinæ.
XVII.Kal.Ian.PP......*l.41,de appellat.*ad Ammianum Com.R.P.
VI.Kal.Ian.* Dat.PATAVI *l.14.de accuſationib.*ad Marinianum Vic. Hiſpaniarum.
* an Iun.

IV.Kal.Ian.*Dat.Conſtantinop. { *l.1.vt dignitatum ordo.*ad Clearchum PF.V. / *l.7. de honorariis codicillis.* Poſtumiano PF.P.
* an Iun.

III.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.1.de Calumniatoribus.*Hellebico Com.& Magiſtro vtriúſque militiæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp.Gratiano cæſo *Conſtantinopoli* porrò moratus, hoc anno, vt docent ſex ibi conſtitutiones ab eo datæ.

Præfectus Prætorio Orientis ad extremum huius anni porrò fuit *Poſtumianus*, ad quem quatuor conſtitutiones datæ occurrunt.

Theodoſius Imp. *hæreticorum*, ac nominatim Eunomianorum, Arianorum, Macedonianorum, Apollinariorum cœtus vbique intra vrbes, agros, villáſque, vt & Sacerdotum ab his ordinationes inhibuit hoc tempore ſub grauiſſimis pœnis : eóſque qui doctrinam vel myſteria exercerent aliò commeantes ad ſuas terras redire iuſſit mēſe Septembri *l. 12. de hæreticis*, datâ conſtitutione ad Poſtumianum PP.

*Dignitatum* ordinem hoc anno Theodoſius Imp. conſtituit : editis conſtitutionibus ad Clearchum P.V.& Poſtumianum PF.P.

*Ellebichus* Magiſter militum, & quidem vtriuſque militiæ, ſub Theodoſio Imp. fuit hoc tempore : De eo ex Libanio, Gregorio Nazianzeno, Chryſoſtomo, & Theodoreto dico, *in Proſopogr.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Richomere & Clearcho VV. CC. Coſſ.384.

XV.Kal.Feb.Dat.CONSTANTINOP. { *l.5. de auro Coronario.* / *l.23.de operib.publicis.* } Cynegio PF.P.
XII.* Kal.Feb.Dat.Conſtantinop.*l.13.de hæreticis.*Cynegio PF.P.
f. XV.

Prid.Kal.PP.*vel* Dat. Byritho { *l.4. tributa in ſpeciebus.* / *l.2. de publica comparatione.* / *l.19.de annonâ & tributis.* } ........

Poſt alia.

Kal.Feb.Dat......*l.43.de curſu publico.*ad Neotherium PF.P.
Prid.Non.Febr......*l.3.de Epiſcopali iudicio.* ad Optatum PF. Auguſtalem.

Hæc lex Conſule caret, ſed in Codice Aniciensi adnotatum habet diem *Prid.Non.Februarias.* Quare ad hunc annum ea referenda foret,niſi ea hypobolimæa eſſet.

Id.Febr.Dat......*l.2.Cod.de officio diuerſ.Iudic.* ad Principium P.V.*

* mallem.P.P.

VI.

VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. — A.D. 384.

VI. Non. Mart. Conſtantinop. *l.44. de curſu publ.* Cynegio PF.P.
III. Id. Mart. Dat. MEDIOL. *l.12. de luſtrali conlat.* ad Atticum PF.P.
XI. Kal. Apr. Dat. Med. *l.7. de indulgent. crimin.* ad Marcianum Vic...".

" Vrbis : proculdubio.

Prid. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. *l.42. de appellationibus.* ad Agreſtium Proc. Palæſtinæ.

iv. Id. Apr. Dat. Conſtantinop. { *l.12. de re militari.* / *l.45. de curſu publ.* } Cynegio PF.P.
Prid. Non. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.105. de decurionibus.* Cynegio PF.P.
XII. Kal. Iun. Dat. Mediolani. *l.2. vt dignitatum ordo.* ad Prætextatum PF.V.".

Meminit *h.l.* Valentinianus Iun. *Genitoris ſui Valentiniani.*

" ℞. PF.P.

IIII. Id. Iun. Dat. HERACLEÆ *l.8. de palatinis ſacr. largitiorum.* Trifolio Com. S. L.

Plenior hæc lex extat Cod. Iuſt. *l.7. eod. tit.*

VIII. Id. Iul. Dat. Heracl. *l.106. de decurionibus.* Cynegio PF.P.
VIIII. Kal. Aug. Dat. Heracl. *l.11. de murilegulis.* Trifolio Com. S.L.
VIII. Kal. Aug. Dat. Heracliæ { *l.* 1. de expenſis ludor.* / *l. vn. Cod. Iuſt. de Senatuſconſultis.* } ad Senatum.

* Recte hæc lex *Valentinianum, Theodoſium & Arcadium* inſcriptos præfert.

Perperàm vero *d.l. vn.* Gratianum, Valentinianum & Theodoſium.

Prid. Kal. Sept. Dat. VERONÆ * *l.107. de decurionib.* Cynegio PF.P.

* ℞. VEROEÆ, id eſt *Berœa.*

......Sept. Dat. CONSTANTINOP. *l.3. de Senatoribus, & glebali coll.* Clearcho PF.P.*

* ℞. PF.V. Agitur hac l. de Senatu Conſtantinopol.
Iungenda huic videtur *l.5. Cod. de dignitatib.* Clearcho...... Quæ *Conſtantino & Conſtanti* tribuitur : in aliis *Valeriano & Gallieno.*

V. Id. Sept. Dat. AQVILEIÆ. *l.5. Cod. Iuſt. de modo multarum.* ad Prætextatum Præfectum Prætorio.
XVI. Kal. Octob. Dat. Conſtantinop. *l.3. de metatis.* Palladio, Magiſtro Officiorum.
XV. Kal. Octob. Dat. Conſtantinop. *l.4. de Tabulariis......*
X. Kal. Octob. Acc. REGIO *l.5. de contrah. empt.* Cynegio PF.P.
III. Non. Octob. Dat. CONSTANTINOP. *l.11. de metallis.* Cynegio PF.P.
XIII. Kal. Nou. Dat. Conſtantinop. *l.43. de appellationibus.* Merobaudi Duci Ægypti.
X. Kal. Nou. Dat. Conſtantinop. *l.25. de Prætoribus.* ad Senatum.
VII. Kal. Nou. Dat. MED. *l.6. de Palatinis. S.L.* ad Probum PF.P.

Poſt Conſ. Merobaudis ſecundo & Saturnini. Ita Conſulatus huic l. ſubſcriptus.

VIII. Id. Nou. Dat. Conſtantinop. *l.108. de decurionibus.* ad Cynegium PF.P.
VII.* Id. Nou. Dat..... *l.13. de luſtrali conlat.* Hanc Poſtumiane Kar. NB.
*al. VI.
III. Kal. Dec. Dat. Med. *l.44. de appellationibus.* ad Symmachum PF.V. Poſt alia.
Kal. Dec. Dat. Mediol. *l.4. de ſententiis ex periculo recit.* ad Symmachum PF.V.
XIII. Kal. Ian. Dat. { Conſtantinop. *l. vn. de his qui plebem.* / ....... *l.9. de fide teſtium.* } Florentio PF. Auguſtali.
V. Kal. Ian. Dat. Mediolani. *l. diſputare 2. Cod. Iuſt. de crimine ſacrilegij*, ad Symmachum PF.V.

CHRONI



## CHRONICON HISTORICVM.

VALENT. II. THEOD. & ARCAD. — A.D. 384.

THeodoſius M. his Coss. *Conſtantinopoli* ad Iunium menſem vſque conſtitit: Quo tempore & Legati Perſarum Conſtantinopolim venerunt pacem à Theodoſio petentes : Marcellinus, Idacius.

*Cynegius* PP. Orientis fuit hoc anno, & quinque ſequentibus : de quo plenè *in Proſopogr.*

Portum & Aquæductum hoc anno Conſtantinopoli inſtaurauit Theodoſius Imp. vt docet *lex 23. de operib. publ.* de quo ad *eam l.*

Theodoſius Imp. hæreticos ſacerdotes, miniſtros Eunomianorum, Macedonianorum, Arianorum, Apollinariorum initio huius anni vrbe Conſtantinop. pelle iuſſit, conſtitutione ad Cynegium PP. datâ *l. 13. de hæreticis.*

Tributariæ rei, collatorúmque indemnitati conſuluit hoc anno Theodoſius M. idque per Phœnicen, conſtitutione, cuius tria fragmenta ſuperſunt hîc præpoſita.

Valentinianus his Coss. *Mediolani* conſtitit menſe Martio & Maio: mox profectus.

Indulgentiam Paſchalem hoc tempore emiſit Valentinianus Iun. menſe Martio XI. Kal. April. *l.7. de indulgent. criminum.*

*Prætextatus* hoc anno PP. fuit Italiæ ſub Valentiniano Iun. cui ideò menſe Maio & Septembri duæ conſtitutiones inſcribuntur. De hâc eius Præfecturâ Prætoriana hoc anno ipſo teſtis quoque Symmachus hoc eodem anno Præfectus vrbi *lib. 10. ep. 34.* & Hieronymus, & vetus lapis. Hoc anno ipſo vel certe proximo mortuus. vid. Symmachum, *lib. 10. ep* 23. 24. 25.

Theodoſius Imp. Conſtantinopoli *Heracleam* (Thraciæ) mox & *Berœam* profectus: indéque rursùm Conſtantinopolim reuerſus.

*Senatuſconſultum* à Senatu vrbis Romæ hoc tempore factum ſuper modo, formâ *Senatoriarum editionũ largitionúmque*, quo maiorem ne facere liceret. Id Senatuſconſultum ad ſe miſſum Theodoſius M. Imp. confirmauit eâ conſtitutione, cuius partes ſunt *lex 1. de Expenſis ludor. l. vn. C. Iuſt. de Senatuſconſultis*: Quam conſtitutionem memorat quoque Symmachus huius anni Præfectus vrbi, (*lib. 10. ep. 21*) de quo mox.

Theodoſius Imp. Heracliâ digreſſus *Berœam*, quæ inter Heracliam & Hadrianopolim, profectus : ita enim reponendum in *l. 107. de decurionibus* : loco *Veronæ.*

Valentinianus Iun. Mediolano *Aquileiam* profectus eſt : vbi data ab eo menſe Septembri *lex 5. Cod. de modo multarum.* Forte hic procinctus eſt de quo Symmachus *lib. 10. ep. 34.*

HONORIVS Imperatori Theodoſio ex Flaccillâ coniuge natus his Coss. menſe Septembri v. Id. Marcellinus *Chronico*; Idacius *Conſul.* & Socrates, *lib. 5. cap. 12.* Farrago Alex. Claudianus in 4. Honorij Conſ. *v. 153. & ſeqq.* & *v. 372.* id referre videtur ad A. proximum 385.

Theodoſius Imp. Conſtantinopoli *Regium* profectus (quod XII lapide inde aberat) vbi data ab eo menſe Septembri *lex 5. de contrah. empt.* Mox *Conſtantinopolim* reuerſus : vbi & reliquum huius anni egit.

Valentinianus Iun. Aquileia *Mediolanum* reuerſus menſe iam Octobri.

*Probus* hoc quoque anno PP. Italiæ fuit ſub Valentiniano Iun. ad quem data Mediolano *lex 6. de Palatinis S.L.* Eiuſdem Probi PP. Italiæ meminit hoc ipſo tempore ſub Valentiniano Iun. Paulinus *in v. Ambroſij p. 332. verſâ* : & Socrates, *lib. 5. cap. 11.* Sozomenus, *lib 7. cap. 13.*

*Symmachus* P. V. Romæ fuit his Coss. Theodoſio M. in longinquis partibus conſiſtente, vt ipſe teſtatur *lib. 10. ep. 16.* cui inſcribuntur tres Valentiniani Iun. conſtitutiones menſe Nouembri & Decembri Mediolano datæ: puta *lex 44. de appellation. l. 2. de ſent. ex periculo*: & *lex diſputare 2. Cod. de crim. ſacrilegij* (quæ lex emiſſa videtur ad Symmachi epiſtolam 40. *lib. 10.* de quo dico ad *l. 4. de denuciat.* vel etim *ep. 30.* aut 34.) Fuit verò is P.V. iam menſe Iulio, vt ex *ep. 21* collatâ cum *l. 1. de expenſ. lud.* & cum *l. vn. C. Iuſt. de Senatuſconſultis*, colligere licet. Hic Symmachus P. V. his Coss. Valentiniano libellum obtulit pro reſtituendo Deorum cultu; quem Ambroſius Ep. Mediol. refutauit & poſtea quoque Prudentius: Idem in inuidiam apud Imp. vocatus quod obtentu delegati ſibi numeris & inquiſitionis alicuius, circa fana ſeu mœnia cultu ſpoliata Chriſtianos tormentis excruciaſſet : Sed Damaſi quoque Ep. literis adiutus, ſe apud Imp. purgauit *lib. 10. ep. 34.* Verùm de hoc Symmacho plura in *Proſopogr.*

*Florentius* hoc tempore fuit Præf. Auguſtalis ſeu Ægypti : cuius meminit & farrago Alexandr. *anno prox.* 385.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Arcadio A. I : & Bautone Coſſ. 385.

XI.* Non. Ian. Dat. CONSTANTINOP. *l.4. Cod. Iuſt. de defenſoribus ciuit.* Theodoro Defenſori.
* ℞. II. vel IV.
Kal Febr. Dat. MEDIOLANI *l.5. Cod. Iuſt. de diuerſ. reſcript.* ad Nicentium Præfectum [Prætorio] annonæ.

De hâc l. v. quæ dico ad *l.4. de denunciat.*

III. Non. Feb. Dat. Conſtantinop. *l.24. de operibus publicis.* Cynegio PF.P.

Valentinian. Ivn. Theod. & Arcadivs. — A.D. 38

xv. Kal. Mart. Dat. Med. { *l.45. de appellationibus.* / Agitur, h. l. de tranſmarinis appellationib. / *l.29. quorum appellat.* } ad Pelagium Com. R.P.
v. Kal. Mart. Dat. Med. *l.8. de indulg. crimin.* ad Neotherium PF.P.
III. Id. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.8. & 9. de palatinis S.L.* Trifolio Com. S.L.
v. Id. Apr. Dat. Med. *l.46. de curſu publ.* Cynegio". PF.P.

Agitur h. l. de ſocietate conſortióque Laurentum, & de decuriâ Herculeâ. " f. *Neotherio*

Rectè hæc lex *Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* tribuitur.

xviii. Kal. Mai. Dat. Med. *l.16. de extraordinar.* ad Neotherium PF.P.
vi. Kal. Mai. Dat...... *l.109. de decurionibus.* Cynegio PF.P.
iii. Kal. Mai. Dat...... *l.10. Cod. vbi cauſa fiſcales.* ad Polemium PF.P.

" Fuit an. 390. PP. Illyrici & Italiæ.

Prid. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.15. de accuſationibus.* Cynegio PF.P.
Prid. Kal. Mai. Dat. Med. *l.6. de Iuriſdictione.* Neotherio PF.P.

Perperàm tribuitur hæc lex *Gratiano, Valentiniano & Theodoſio.*

IIII. Non. Mai. Dat. PP...... *l.1. ne conlationis tranſl.* ad Neotherium PF.P.

Et hæc perperàm *Gratiano* quoque tribuitur.

viii. Id. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.2. de Calumniatoribus.* Menandro Vic. Aſiæ.

Agitur hac l. ni fallor de crimine quaſi in Principem admiſſo.

viii. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.9. de paganis.* Cynegio PF.P.
v. Kal. Iun. Dat. Med. *l.110 de decurionibus.* ad Neotherium PF.P.
Kal. Iun. Dat...... *l.14. de pœnis.* ad Principium PF.P.
Prid. Id. Iun. Dat. Mediol. *l.15. de Cohortalibus.* ad Neotherium PF.P.
xv. Kal. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.47. de curſu publ.* Cynegio PF.P.
xiii.* Kal. Iul. Dat. Med. *l.4. de denunciat.* ad Romulum Conſularem Æmiliæ & Liguriæ.
* al. xiiii.
x. Kal. Iul. Dat..... *l.3. ſeu vlt. Cod. vbi in rem actio......*
viii. Kal. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.10. de ſcænicis.* Cynegio PF.P.
vi. Id. Iul. Dat. Med. *l. vlt. quid probare deb.* ad Neotherium PF.P.
iii. Id. Iul. Dat. Treu.* *l.1. vt intra annum criminal. actio.* Deſiderio Vic. Aſiæ.

* Perperàm: eſt enim hæc lex Theodoſij, & Treuiri incubabat hoc tempore Maximus Tyrannus.

xvi. Kal. Aug. Datum...... *l.3. ſeu vlt. Cod. Iuſt. de crimine ſacrilegij.* Eutropio PF."P.

" Puto hic erratum: neque enim hoc anno Eutropius PP. erat, verùm Cynegius.

viii. Kal. Aug. Dat..... *l.10. de fide teſtium.* Paulino PF. Auguſtali.
vii. Kal. Aug. Dat...... *l.4. finium regundorum.* Neoterio PF."P. C.N.

" id eſt *Præfecto Prætorio Cariſſimo nobis.*

viii. Kal. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.4. de fiſci debitoribus.* Florentio Proc. Palæſtinæ.
Prid. Kal. Sept. Dat. Aqvil. *l.10. de palatinis S.L.* ad Principium PF.P.
xv. Kal. Octob. Dat. Aquil. *l.13. de Iure fiſci.* ad Meſſianum Proc. Africæ.
xiiii.* Kal. Octob. Dat. Aquil. *l.16. de diuerſis offic.* ad Principium PF.P.
* al. xviii.
xviii.* Kal. Octob. Dat. Aquileiæ *l.1. Cod. de fundis limitrophis.* ad Licinium* PP.
* ℞. viii.

* ℞. *Principium.*

viii. Kal. Octob. Dat. Aquil. { *l.7. de diuerſ. reſcript.* / Repetita. / *l.20. de annona & trib.* } ad Principium PF.P.
vi. Kal. Octob. Dat. Aquil. *l.12. de murilegulis,* &c. ad Principium PF.P.
Prid. Non. Nou. Dat. Veronæ *l.14. de luſtrali conlatione.* ad Principium PF.P.
Non. Nou. Dat. Aqvil. *l.10. de Legatis.* Principio PF.P.





Valentinian. Ivn. Theod. & Arcadivs. — A.D. 385

vii. Kal. Dec. Dat. Aquil. { *l.46. de appellation.* / *l.30. quorum appellat.* } ad Florentium, *vel* Florentinum Com. S.L.
v. Id. Decemb. Dat. Cap." *l.3. Cod. de off. PP. Orientis & Illyrici.* Tatiano PF.P.

" ℞. CP.

IIII. Id. Dec. Dat. Aquil. *l.17. de diuerſis offic.* ad Principium PF.P.
II. Id. Dec. Dat. Aquil. *l.17. de extraordin.* ad Principium PF.P.
III. Id. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.4. ad L. Iul. de adulteriis* Cynegio PF.P.
x. Kal. Ianuar. Dat. Conſtantinop. *l.21. de annona & tributis* Cynegio PF.P.

Agitur hâc l. de limitaneorum annonâ.

## CHRONICON HISTORICVM.

Theodoſius M. Imp. his Coſs. *Conſtantinopoli* moratus eſt: Valentinianus verò, *Mediolani* ad menſem ferme Septembrem vſque.

*Præfecti Prætorio* his Coſs. fuêre ſub Theodoſio in Oriente, *Cynegius*: ſub Valentiniano Iun. *Neotherius*, & *Principius*.

*Indulgentiam* Paſchalem hoc tempore emittit Valentinianus Iun. Mediolano ad Neotherium PP. *l.8. de indulg. crim.* quâ & illud cauet, Ne Iudices deinceps Paſchales indulgentias, tardiores fortaſſis exſpectent, verùm vltrò exequantur, quæ indulgere conſueuit.

Theodoſius Imp. his Coſs. *Sacrificia* per Orientem prohibuit: mandatâ eius rei curâ Cynegio PF.P. vt iuxta *l.9. de paganis*, teſtantur Zoſimus, *lib.4. p.762.* Idacius *Chronico* & *in Conſular.* Dico prolixius ad *eam l.9.*

*Paulinus* hoc anno & proximo Præf. Auguſtalis ſeu Ægypti fuit: cui ideò inſcribitur menſe Iulio *lex 10. de fide teſt.* Meminit eius Farrago *Alexand.* verùm Conſulatu malè adſcripto, & Auſonius, *Parentalib. ep. 24.* Ante hoc vero tempus fuit Optatus Præf. Auguſtalis, ad quem data eſt Theodoſij lex *vlt. de Epiſcopali iudicio*, quæ die & Cos. caret.

Valentinianus Iun. Mediolano *Aquileiam* his Coſs. profectus, idque menſe iam Auguſto: vbi & ſubſtitit ad finem anni: niſi quod aliquando *Veronæ* fuit, vt docet *lex 14. de luſtrali conlat.* Proculdubio autem tum ibi, conſtitit, quod Iuthungi hoc tempore Rhetias populabantur & aduerſus Iuthungum Hunnus adſcitus eſt, teſte Ambroſio, *ep. 27.*

*Meſſianus* hoc tempore *Proconſul Africæ* fuit: cuius mentio apud Auguſtinum contra Petilianum, *lib.3. cap.25.* ita quidem, vt hoc anno ipſo *Bautone* Cos. eum Proconſulem fuiſſe clarè teſtetur: ſed &, ex geſtis oſtendat, eundem & anno prox. 386. *Poſt* Cos. *Bautonis*, Manichæos audiuiſſe, ſententiámque in eos protuliſſe.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio NB.P. & Euodio Coſſ. 386.

Huius Conſulatus ſui primi meminit Honorius *l.3. de indulg. debitor.*

xiiii. Kal. Feb. Dat. Conſtantinop. *l.9. de famoſis libellis.* Cynegio PF.P.
x. Kal. Feb. Dat. Med. { *l. vlt. de Catholica.* / *l.* 1. de his qui ſuper relig.* } ad Euſignium PF.P.

* Eſt hæc lex 1 pars *d. l. vlt. de fide Cathol.* Itáque perperàm in eius ſubſcript. legitur *Dat. Conſtantinop.*

viii. Kal. Feb. Dat...... *l.1. de defenſorib. ciuit.* Euſignio PF.P.

Aliàs refertur ad annum proximum poſt Conſul. Honorij NB.P. & Euodij.

vii. Kal. Feb. Dat. Conſtantinop. *l.47. de appellationibus.* Cynegio PF.P.
iii. Kal. Feb. Conſtantinop. *l. vn. de honorat. vehiculis.* Nebridio PF.V.
xv. Kal. Mart. Dat. Ticeni. *lex 11. de Legatis.* ad Euſignium PF.P.
IIII. Kal. Mart. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de ſepulchro viol.* Cynegio PF.P.
Prid. Kal. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.3 de Princip. agent.* Cynegio PF.P.
IIII. Non. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.48. de curſu publico.* Cynegio PF.P.
III. Non. Mart. Dat. Conſtantino. *l.5. de agentibus in reb.* Cynegio PF.P.
x. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de ſententiis ex periculo recit.* Timaſio Comiti & Magiſtro Equitum.

VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D. 386.

vi.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.2.de Cenſitoribus.* Cynegio PF.P. *Legem* 10.*Cod.Iuſt.de agricolis.*huic l. jungendam puto.

iii.Kal.Apr.Dat......*l.16.de accuſationibus.* Tatiano PF.P.

Vel reponendum *Cynegio PF.P.* vel ad alios Coſſ.hæc lex referenda.

xviii.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.15.de luſtrali conlat.*Cynegio PF.P.
xii.Kal.Mai.Dat.AQVIL.*l.17.de nauiculariis.* ad Principium PF.P.
viii.* Kal.Mai.Dat..... *l.2. qui bonis ex L.Iulia cedere.* Apud acta Imp. Theodoſius A. dixit.
* Cod.Iuſt.Kal.Mai.

Prid.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. { *l.111.de decurionibus.* / *l.4.de proximis Comit.* } Cynegio PF.P.

Non.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.11.de palatinis S.L.*Proculo Com.S.L.Acc. à Valerio Com.S.L.
xiii.Kal.Iun.Dat.HERACLIÆ.*l.2.de ſpectaculis.* Rufino PF.P.

Atqui Rufinus demùm PP. factus A.392.Quare putem referendam hanc l.ad A.D.394.

vii.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop.*l.7.Cod.Iuſt. de officio Rectoris prouinciæ.* Cynegio PF.P.
viii.Id.Iun.Dat.MEDIOL.*l.vn.de petitorib.& deſiſtentibus,*ad Gorgonium Com. R.P.

iii.Id.Iun.Dat.Mediol. { *l.2.de decuriis V.R.* / *l.18. de piſtoribus.* } ad Saluſtium PF.V.

xvi.Kal.Iul.Emiſſa Conſtantinop.*l.112.de decurionibus.*Florentio PF.Auguſtali.
x.Kal.Iul. Dat. Conſtantinop. *l.6. ad l.Iul.repetundarum.* Edictum ad prouinciales.

Perperàm huic l.quatuor Auguſtorum nomina inſcribuntur, ita : *Iidem AAA.& Arcadius A.*

iii.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.vn.de ædilitio edicto.*Nebridio PF.V.
Prid.Non.Iul.Dat.Mediol.*l.13.de priuil. eorum qui in ſacro palatio.*ad Pinianum PF.V.Acc.iiii.*Kal.Sept.

* Quinquageſimo quinto poſt die : niſi malimus hic reponere iv.*Kal.Sext.*& ſic vigeſimo ſecundo poſt die.

Prid. Non. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.vn. de his qui ad ſtatuas confug.* Cynegio PF P.
Prid.Id.Iul.Dat.Mediol. *l.18.de diuerſis officiis.*ad Euſignium PF.P.
Non.Aug Dat......*l.vlt.Curator.Kalend.*ad Hellenium Vic.Vrbis.
Non.Aug.Dat.Conſtantinop.*l.8.Cod. Iuſt. de officio Rectoris prouinciæ.* Cynegio PF.P.

iii.Non.Sep.Dat.VALENTIÆ * { *l.22.de annona & tributis.* Cynegio PF.P. / *l.113.de decurionibus.*Vniuerſis Com. & Magiſtris Equitum & Peditum.
*ꝛ. MELANTIÆ

viii.Kal.Nou.Dat.CONSTANTINOP. { *l.2.de vſuris.* / *l.2.de fugitiuis col.* } Cynegio PF.P.

vi.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.20.de ſuſceptoribus.* Cynegio PF.P.

iii.Non.Nou.PP.*AQVIL. { *l.3. de executoribus.*Acc.viii.* Kal.Decemb.Rom. / *l.13. de exactionibus.* } ad Principium PF.P.
* Viceſimo ſecundo poſt die.
* pro Dat.
Hæc lex eadem eſt cum *d.l.3.*

xiv.Kal.Dec.Dat.MEDIOL. *l.vn.ſi de momento fuerit appellatum.* ad Euſignium PF.P.
viii.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.1.de prædiis & mancipiis Curialium.* Cynegio PF.P.
iiii.Kal.Dec.Dat..Conſtantinop. *l.21.de ſuſceptoribus.* Cynegio PF.P.
Prid. Kal. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.22. de ſuſceptoribus.* ad Paulinum PF. Auguſt.





VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D. 386.

iii.Non.Dec.Dat.Mediol. { *l.4.de executoribus.* / *l.114.de decurionibus.* } ad Euſignium PF.P.
............ *l.4.Cod.Iuſt. de metallariis.* ad Euſignium PF.P.

Hanc l. hùc referendam puto : vbi de Macedonia & Dacia agitur, deque hoſtili metu.

Prid. Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.115. de decurionibus.* Cynegio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius his Coss. ad menſem fermè Iulium vſque *Conſtantinopoli* moratus : Valentinianus verò *Mediolani* huius anni initio.

Præfecti Prætorio fuêre hoc anno : ſub Theodoſio *Cynegius* : ſub Valuntiniano Iun. *Principius* Italiæ : vt colligere licet ex ſubſcriptione *l.3.de Executoribus* & *Euſignius.*

Valentinianus Iun. Mediolani poſitus, Iuſtinæ matris impulſu , firmato Ariminenſi concilio Arianis conueniendi in συνάξεις ſeu Eccleſias , non minùs quàm Catholicis Orthodoxis , poteſtatem fecit his Coss. indictâ capitis pœnâ his qui contra aliquid turbarum molirentur , velut ſeditionis auctoribus , læſæque Maieſtatis reis. *l.vlt.de fide Catholicâ*:cuius pars quoque relata in *l.1. ſi quis ſuper religione.* Cuius conſtitutionis meminit quoque Rufinus , *lib.2. cap.* 16. Sozomenus, *lib.7. cap.* 13. Gaudentius , *in præfat. Sermon.* In eam , vt ea quæ eam præceſſere vel inſecuta ſunt, multis inuectus Ambroſius Ep.Mediol. duabus epiſtolis in id expreſſis , *ep.* 32. & 33. Sed & *Orat.ad populum Mediol.* Eandem biennio poſt Valentinianus Theodoſij Imp. conſilio abrogauit , *l.15.de hæreticis.*

Valentinianus Iun. Mediolano *Ticinum* his Coss. profectus : vbi data ab eo menſe medio Februario *lex* 11.*de Legatis.*

Valentinianus Iun.Ticino *Aquileiam* profectus hoc tempore : vbi data ab eo menſe Aprili *lex* 17.*de nauicular.* eadem proculdubio ratione quâ anno ſuperiore.

Valentinianus Iun. Aquileiâ *Mediolanum* reuerſus menſe iam Iunio.

*Salluſtius* P.V. Romæ fuit ſub Valentiniane Iun.his Coss, menſe Iunio : ad quem datæ duæ leges hic præpoſitæ. Ad eundem Valentiniani Iun. epiſtolam de conſtruendâ & amplificanda B. Pauli baſilicâ via Oſtienſi eruit è Codice Vaticano Baronius hoc anno 386.*num.*29.30.31.

Archieroſynæ munus , ſeu templorum, ſolemniúmque templorum curam Chriſtiani per Ægyptum obire vetiti à Theodoſio M. *l.112.de decurionib.*

*Pinianus* P.V. Romæ hoc tempore factus ( poſt Saluſtium qui menſe Iunio adhuc huius anni P.V. erat ) cui inſcribitur prid.Non.Iul lex 13.*de priuil.eor.qui in S.Pal.* In quâ Præfecturâ perſtitit & anno prox. 387. Ad eundem Valentiniani iun. iuris reſcriptum eruit è Codice Vaticano , de Siricij ordinatione Baronius ; quod vnà cum Siricij ordinatione ad hunc annum referendum videatur, non ad A.385.

Scythæ Grothingi hoc tempore Thraciam infeſtant , hoſtiliſque hic metus Macedoniam quoque & Illyricum peruaſit vt docet lex 4. *Cod. de metallariis* quam fine huius Conſulatus indidi.

Theodoſius Imp. Thraciam ab hoſtibus *Grothingis*, Gothunnis, Duce Odotheo victis & expugnatis hoſtibus his Coſſ. vindicauit. Claudianus in 4. Cos. Honorij à *V.* 621. ad 635. qui id haud obſcurè huic Conſulatui Honorij adſcribit: Marcellinus , *Chronico* his Coss. Idacius Sirmondi , *anno Theodoſij* 7. Conſularia Idaciana *his* Coss. Hiſtoriam ipſam vid. apud Zoſimum , *lib.4.p.762. 763. &c.* Hinc adeò menſe Septembri Theodoſius extra Conſtantinopolim in Thraciâ conſtitutus : & quidem *Melantiæ* (ita enim repono ) qui locus in Thraciâ xviii. lapide à Conſtantinopoli: vid. vtrumque Itinerarium *Peutinger.* & *Antonini.* Ibi ſcilicet datæ à Theodoſio *lex* 22.*de annonâ & tribut.* ad Cynegium PP. Orientis , & *lex* 113. *de decurionibus.* ad vniuerſos Comites & Magiſtros Equitum & peditum : Quarum etiam legum argumentum omninò pertinet ad procinctum militarem. De hâc ipsâ porrò victoriâ ſenſit Chryſoſtomus , *homilia* 6. εἰς τοὺς ἀνδριάντας *tomo Pariſ.p.*84.

Theodoſius Imp. cum victoriâ & triumpho cum Arcadio filio Conſtantinopolim ingreſſus , teſtis Zoſimus , *lib.* 4. & Marcellinus *Chronico.* Idacius *Conſular.*iv. Idus Octobris, vt teſtantur Idacij Conſularia. Hinc igitur fine Octobris data à Theodoſio *lex 2. de vſuris. & l.2.de fugit.col. & lex* 20. *de ſuſceptoribus.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Valentiniano A iii. & Eutropio Coſſ.387.

xi.Kal.Feb.Dat.MED *l.13.de medicis & profeſſoribus.*ad Pinianum PF.V.
viii.Kal.Feb.Dat......*l.1.de defenſorib.ciuitatum.* Euſignio PF.P.

Conſulatus huic l. ita ſubſcriptus : *Poſt Conſulatum Honorij NB.P. & Euodij V.C.*

iiii.Kal.Mart.Dat......*l.3.de itinere muniendo.*ad Euſignium PF.P.
xvi.* Non.Mart. Dat CONSTANTINOP. *l.19. de petitionibus.* ad Senatores Ciuitatis

* error. uitatis Alexandrinæ.

Fit hâc l. mentio Cynegij Præfecti Prætorio,

Prid.Non.Mart.Dat.Med. *l.4.de domeſticis & protector.* ad Euſignium PF.P.
vi.Id.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.14 de medicis & profeſſ.* Cynegio PF.P.
vi.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.116. de decurionibus.*Cynegio PF.P.
Die Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.117.de decurionibus.*Cynegio PF.P.
xviii.Kal.Mai.Dat.Med........*l.3.ne conlat. tranſl* ad Euſignium PF.P.
xiiii.Kal.Iun.Dat.Med.*l.48.de appellationibus.*ad Euſignium PF.P.
xviii.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.vlt. de auro coronario.*Gaddanæ Satrapæ Sofanenæ.
v.Non.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.2.Cod.Iuſt.ne rei dominicum vel templorum.*Dextro Com.R.P.
Prid.Non.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.118.de decurionibus.*Cynegio PF.P.
vi.Id.Sept.Dat.Med.*l.4.de Principib.agentium in rebus.*ad Pinianum Præf."

" ſupple V.

## CHRONICON HISTORICVM.

Valentinianus Iun. his Coss. egit *Mediolani*: Theodoſius verò *Conſtantinopoli*, vſque quò vterque Theſſalonicam ſeſe contulit.

Quinquennalia Arcadij his Coss.xvii. Kal. Feb. celebrata, Marcellinus, & Idacius *Conſular.* In Chronico Idacij malè anno Theodoſij 8.

*Antiochiæ* tumultu quodam ſæuitum hoc anno in ſtatuas Imperatorias, puta Theodoſij ipſius, filiorúmque eius Arcadij & Honorij, vxoris item Placillæ, quæ mortua A. 386. imò & Theodoſij Senioris, de quo & Libanius *de vitâ ſuâ p. 75.* & Orat. in *Ellebichum p. 527.* & Orat. 13. ad Theodoſ. *p.* 407. 408. occaſione Indictionis, exactionis ἀπαιτήσεως tributariæ, ad exercendam partim in milites liberalitatem Arcadij F. quinquennalibus, ſuiſque decennalibus: quod diſerte teſtatur Libanius *Orat.in Ellebichum. p.526.*quod etiã Valeſius in Marcellinum indicauit *p.315.* De quinquennalibus certe Arcadij hoc anno 387. celebratis, teſtes, vt dixi, Marcellinus & Idacius. Id verò accidiſſe diſerte hoc anno 387, non 388. ex Libanio & Chryſoſtomo diſcimus.1. Quo tempore Theodoſius non Antiochiæ verum *Conſtantinopoli* conſiſtebat: quod etiam indicat, Orat. ad Cæſarium 20. *p.579.* Orat. ad Theodoſ. 12. *in pr. Orat. 21. in laud. Ellebichi p. 535.* & Chryſoſtomus indicat. Orat. 3. *p.* 41. 49. *in fin. tomo 1. Pariſ. ed.* & Orat.6. & Orat.20. *p.226.234.l.c.* Anno prox. Theodoſius Theſſalonicæ fuit. 2. Poſt *Barbaros*(Grothingos videlicet deuictos, quod factum A.380.) teſtis Chryſoſtomus, *homilia 6. ad populum p.* 84. & Libanius ad Theodoſ. Orat. 12. *p.392. &* 404.*inf.* 3.*Poſt Placillæ* item *obitum*, idem Chryſoſtomus, *homiliâ* 20. & Theodoretus, *lib. 5. cap. 9.* 4. Eo tempore, quo Theodoſius ſeſe aduerſus *Maximum Tyrannum apparabat*, Chryſoſtomus, *d.homilia* 20.5. *Hyberno* tempore, ante *Quadrageſimam*, & Paſcha Chryſoſtomus, *homilia 2. & 3.4.ad populum, homil.20.p.224.* 225. quas habuit in quadrageſimâ. Quin & ante Paſcha indulgentia miſſa huius criminis à Theodoſio, teſte Chryſoſtomo *homil.* 20. *p.* 224. de hac Indulgentiâ Ambroſius quoque *ep. ad Theodoſium ipſum 29. in fin.* 6. Cùm vnus tantum Arcadius ſcil.ex filiis eius Auguſtus eſſet (ergo ante annum 393. cuius anni menſe Ianuario Honorius alter filius Auguſtus factus eſt) Libanius Orat.13.*p.*418. 7. Miſſúſque in hoc negotio Antiochiam à Theodoſio *Cæſarius* Magiſter officiorum (cui alioquin inſcribitur A.389. [vel 386.] *lex 49.de curſu publico.*) Theodoretus, *lib. 5. cap.* 19. Chryſoſtomus ἀνδριαντ. 17. *p.*574. vel Pariſ. *ed.*192. *t.*1. Ad quem eundem Cæſarium Magiſtrum ſuper hâc ipsâ re exſtat Libanij *Oratio* 20. *p.*515. vt & Ellebichus Magiſter militum: vt teſtatur Chryſoſtomus *Orat.*21. &c. Theodoretus, *lib.5. cap.* 19. de quo & Libanius *Orat. 21. de Ellebicho* (qui ſanè A.383. Magiſter militum fuit. vid. *l.1. de calumniat.*) Eodémque pertinere exiſtimo eiuſdem Libanij ad Elebichum *ep.*764.

*Præfecti Prætorio* hoc anno fuêre ſub Theodoſio *Cynegius*: ſub Valentiniano *Euſignius.*

*Valentinianus* Iun. hoc anno menſe Septembri adhuc *Mediolani* conſtitit, vt docet lex 4. *de Princip. agentium in reb.* verùm paulò poſt Maximus Tyrannus in Italiam irrupit: quâ causâ Valentinianus cum Iuſtinâ matre, Gallâque ſorore ad *Theodoſium* in Illyricum Theſſallonicam confugit, Zoſimus, *lib. 4. p.* 766.767. Socrates, *lib.5.cap.11. in fin.* Sozomenus, *lib.7.cap.13 in fin.* Theodoretus *lib.5. cap.*12.14.15. Philoſtorgius *lib.10.cap.*8.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Theodoſio A.II. & Cynegio v.c.Coſſ.388.

Huius Conſulatus ſui 2.Theodoſius ipſe meminit *l.121.de decurionibus.*







vi.Id.Mar.Dat.THESSAL.*l.14.de hæreticis.*Cynegio PF.P.
Prid.Id.Mart.Dat.Theſſal. { *l.2.de nuptiis.* / *l.5.ad l.Iul.de adulter.* } Cynegio" PF.P.

" Mortuus hoc anno xiv. Kal. Apr.Idacius *Conſul.*

Prid.Kal.Mai. Dat. Theſſal. *l.vn. de priuati carceris cuſtodiâ.* Erytrio Præf. Auguſtali.
xviii.Kal.Iul.Dat.STOBIS.*l.15.de hæreticis.* Trifolio PF.P."

"Italiæ v. *l.3.de decuriis Vrbis Romæ.*anno prox.389.

xvi.Kal.Iul.Dat.Stobis.*l.2. de his qui ſuper relig. contendunt.* Tatiano PF.P.
xi.Kal.Iul.Dat.SCVPIS.*l.119.de decurionibus.*Tatiano PF.P.
v.Id.Aug.* Dat.Conſtantinop.*l.16. de hæreticis* Cynegio PF.P.
* Error h c.
xii.Kal.Sept.Dat.......*l.6.ſeu vlt.Cod.Iuſt.de modo multarum.* Meſſalæ" PF.P.

" Si hæc lex rectè refertur ad hos Coſſ. tùm reponendum fuerit alterius PP. nomen, nam in ea l. agitur de Comite Orientis, & de PF.Auguſtali: atqui Meſſala PF.P. Italiæ fuit, & quidem non ſub Theodoſio M.ſed ſub filio eius Honorio ab A. D. 396. vnde & illi l. inſcripti *Arcadius & Honorius*: verùm & hæc lex de earum numero eſt quæ Triboniani manum paſſa, & non ex vnâ l. conflata eſt.

x. Kal. Octobr. Dat. AQVILEIA. *l.6. de infirmandis his quæ ſub Tyran.* Trifolio PF.P.
vi.Id.Octobr.Dat. MEDIOL. *l.7. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Trifolio PF.P.
xv.Kal.Nou.Dat.......*l.2.de fabricenſibus.*Tatiano PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

Theodoſius Imp. Arcadio filio Conſtantinopoli relicto, in Macedoniam *Theſſalonicam* ſeſe contulit, eodémque & Valentinianus, vt paulò ante dixi. Teſtes, Ambroſius Socrates, *lib.5.cap.*12. Sozomenus, *lib.7.cap.* 13. & 14. Zoſimus, *lib.4.p.767.* 768.Theodoretus, *lib.5. cap.*14.& 15. Hinc igitur datæ his Coss. à Theodoſio M. menſe Martio & Aprili Theſſalonicæ quatuor conſtitutiones, puta lex 14. *de hæreticis, l.2. de nuptiis, l.5.de adulteriis. l.vn.de priuati carc. cuſtod.*

Theodoſius Imp. Theſſalonicâ aduerſus Maximum mouens, in eadem Macedoniâ *Stobis* iter promouit; vbi datæ ab eo, & à Valentiniano Iun. menſe Iunio lex 15.*de hæreticis & lex 2. de his qui ſuper religione.* Indéque *Scupis*, vbi data ab eo eodem menſe *lex* 119. *de decurionibus.* De his verò vrbibus dico *ad eas l.*

Præfecti Prætorio his Coss. fuêre: ſub Theodoſio *Cynegius*, mox eo defuncto *Tatianus*, ſub Valentiniano Iun.

*Tatianus*, Cynegio PP. defuncto, in ſuo ipſius Conſulatu cuiuſque corpus ad Apoſtolorum templum deductum die xiv. Kal. April. teſte Marcellino *Chron.* à Theodoſio Imp. PP Orientis factus eſt, Zoſimus *lib.4. p.*769. Idacius *Conſular. his* Coss. qui poſtea A. 392. in patriam ſuam Lyciam relegatus fuit, vt & filius eius Proculus P.V. Zoſimus *d.p.*769.

*Ariani*, Theodoſio abſente Conſtantinopoli animos reſumpsêre, quod iuxta Socratem *lib. 5. cap.* 13. Sozomenum *l. 7. cap.* 14. Ambroſium *ep.*29. his ipſis Coss. docet *lex 16.de hæreticis.*

Theodoſius ab Oriente, feſtinatis itineribus, poſt Macedoniam emensâ Pannoniâ Noricoque (vbi duobus præliis, vno Siſciæ, altero Pœtauione eos qui Maximi partes tuebantur deuicit, Hemonámque vltro ſe dedentem accepit) in Italiam ſeſe contulit aduerſus MAXIMVM Tyrannum, vid. Zoſimum, *lib.4. p.*769. Marcellinum, *Chronico*, (qui id in ſuperiores Coss. perperàm coniicit.) Qui Maximus relictâ Galliâ ſuperatiſque Alpibus Cottiis ad Iulias Alpes ſeſe contulerat, vid. Pacatum *Paneg.cap.* 30. (in Italia, teſte Pacato *in Paneg. cap.* 24.) cum intra *Aquileiam* amiſſa omni ſpe imperij quaſi amens reſediſſet, quinto Tyrannidis anno teſte Pacato inter clauſtra reductus, vt ait Claudianus in 4. Cos. Honorij *v.* 80. Tandem tertio millitari apud *Aquileiam* à Theodoſio M.debellatus, capitéque truncatus fuit, de quo Pacatus, *in panegyrico*: Sulpitius Alexander *lib.3.hiſtoriæ* αὐτόπτης ipſe, de quo ſcriptore vid. Symmachum *lib. 9. ep. 25. & 67.* Claudianus, *non vno loco*; Auſonius, *in Aquileiâ*: Ambroſius *lib.5.ep.* 29. Zoſimus, *lib.4. p.*770. Marcellinus & Proſper, *in Chronicis.* Socrates, *lib.5. cap.* 24. Idque v. Kal. Septembris, Socrates *d. cap.* 14. v. Kal. Auguſtas, aiunt, Idacius Sirmondi & Idaciana *Conſular.* Hinc igitur, deuicto iam Maximo, data ab Imperatoribus *Aquileiæ* menſe Septembri x. Kal. Octobris, *lex 6.de infirm. his quæ ſub Tyr.* quâ Maximi Tyranni acta per Præfecturam Prætorianam Italiæ infirmatũ iuerc:mox & iterùm *Mediolanum* progreſſi *lege 7. eod.tit.* (cuius hoc tempore Mediolani moræ meminit & Paulinus, *in vit. Ambroſij*) vt & anni ſequentis initio per Præfecturam Prætorianam Galliarum. *l.8. eod.tit.* Exinde Theodoſius poſtea in triennium manſit, ad finem fermè anni 391.

VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D. 389.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Timaſio & Promoto Coſſ. 389.

xviiii.Kal.Feb.Dat.MEDIOL.*l.8.de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Conſtantiano PF.P. Galliarum.
xiiii.Kal.Feb.Dat.Med.*l.3.de decuriis v.Romæ.* Trypholio PF.P.
x.Kal.Feb.PP.* Mediol. *l.2.de teſtamentis.* Proculo PF.V.

* *Data* in Cod.Iuſt.rectius *l.vlt.Cod.ad L.Corn. de falſo.*

v.Kal.Mart.Dat.Mediolani. *l.4.de legitimis hæreditatibus.* Conſtantiano PF.P. Galliarum.
iv.Kal.Mai.Dat.Med. *l.vlt.ne quid publicæ lætitiæ.* Habe Tatiane K.NB.
vi.Non.Mai.Dat.Mediolano *l.5.de denunciatione.* ad Claudium Tuſciæ Conſularem.
iii.Non.Mai.Dat.Mediol. { *l.17.de hæreticis.* / *l.16.de cohortalib.* } Tatiano PF.P.
vi.Kal.Iun.Dat.Mediolani *l.3. de tutoribus.* Proculo PF.PP.V.
xviii.* Kal.Iul.Dat.* Treueris.*l.3.vnde vi.* ad Meſſianum Com.R.P.
* xvii.Kal.Iun. *Cod.Iuſt.*

* pro *Tradita*, vel *Reddita* : pariter vt *lege 5. de proximis* hoc ipſo anno.

'' Hinc deſumpta ea lex *ſi quis in tantum 7.Cod.Iuſt. vnde vi.*

xv.Kal.Iul.Dat.ROMÆ.*l.18.de hæreticis.* Albino PF.V.
v.Kal.Iul.Dat......*l.17.de cohortalibus.* Cynegio'' PF.P.per Orientem.

'' vel reponendum *Tatiano*, vel alij Conſules.

v.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.9.de falſa monetâ.* Hanc Tatiane K.NB.
xvi.Kal.Aug.Dat.Rom.*l.25.de operibus publ.* Proculo P.FV. Conſtantinop.
viii.Kal.Aug.Dat.Rom. { *l.49.de appellationibus.* / *l.vlt. Cod. Iuſt.de ſeruis fugitiuis.* } Albino PF.V.Rom.
vii.Kal.Aug.Dat.Romæ.*l.9.de annonis ciuicis.* Proculo PF.V.Conſtantinop.
vii.Id.Aug.Dat.Romæ.*l.2.de feriis.*
xvi.Kal.Sept.Dat.Romæ { *l.vn. de mancipibus.* / *l.11.de maleficis.* }
xv.Kal.Sept.Dat.Romæ *l.5. de ſuariis.*
viii.Kal.Sept.Dat. Romæ *l.6. de ſuariis.*
v.Kal.Sept.Dat.Romæ *l.5.de Aquæductu.*
} Albino PF.V.Romæ.
iii.Non.Sept.Dat.VALENTIÆ.*l.*''49.*de curſu publico.* Cæſario Mag.Officiorum.

'' Quid ſi hæc lex referatur ad A.D.386.iungatúrque cum *l.22. de annonâ & trib. & l.113. de decurion.* quæ ibidem data? *Valentiæ*, inquam, eodémque die, iii.*Non. Sept.*

viii.Id.Sept.Dat.FOROFLAMINI. *l.5.de Quæſtionibus.* Tatiano PF.P.
vi.* Id.Nou.Dat.* Triueris.*l.5.de proximis.* Conſtantiano'' PF.P.''
* v. Cod. Iuſt.

* pro Reddita. '' *Conſtantio* editum : malè.
'' Galliarum. Hinc interpolata lex *vlt.Cod.de off.diu.iudic.*

vi.Kal.Dec.Dat.MED.*l.19.de hæreticis.* Tatiano PF.P.
iiii.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.23.de ſuſceptoribus.* Cynegio PF.P.

Non poteſt hæc lex huic anno conuenire : Cynegius enim iam obierat : niſi *Tatiano* ea adſcribatur : vel niſi *Dat.* pro *Redd.* accipiamus.

xvi.Kal.Ian.Dat.Med.*l.120.de decurionibus.* Tatiano PF.P.
xv.Kal.Ian.Dat.* Conſtantinop. *l.vlt.tributa in ipſis ſpecieb.* Cynegio.PF.P.

Idem de hâc l. dicendum, quod de *l.23.de ſuſceptorib.*

vi.Kal.Ian.Dat.Mediolani *l.3.de tutorib.& curatorib.* Proculo PF.V.

VIII.



VALENTINIAN.IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D. 389.

viii......Dat.* Conſtantinop.*l.4.de Aquæductu.* Pancratio PF.V.

* pro *Reddita*.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. & Valentinianus Iun. his Coss. *Mediolani* conſiſtunt poſt Maximum Tyrannum deuictum cæſúmque : vbi antiquare pergunt *Maximi* acta, vt ſuperiore anno per Præfecturam Prætorianam Italiæ, ita nunc inter initia huius anni per P. Prætorianam Galliarum *l.8. de infirm. his quæ ſub Tyr.* cæſo videlicet iam quoque Maximi filio VICTORE in Galliis à Comite Theodoſij Arbogaſte ſcilicet, de quo Sulpitius Alexander, *libro quarto hiſtoriæ*, Zoſimus, *lib. 4. p.770.* Idacius, *Conſular.* Proceſſum etiam ad publicationem bonorum: quò pertinere cenſeo *l.3.vnde vi.*

Præfecti Prætorio his Coss. fuêre, *Tatianus*, Orientis : Galliarum, *Conſtantinus*: Italiæ, *Trypholius*.

Præfecti, vrbis Romæ ; *Albinus* : Conſtantinopoleos, *Proculus* Tatiani videlicet filius, de quo Zoſimus, *lib.4.p.769.*

Codicillis & epiſtolis fideicommiſſariis, etſi per quæſtiones veris comprobatis, ſibi ſuiſque relicta Theodoſius Imp. his Coss. repudiauit *l. 2. de teſtamentis* : quam conſtitutionem memorat & commendat pluribus Symmachus, *lib.2.ep.13.ad Flauianum.*

*Publicæ lætitiæ* ſeu gratulationis nomine, iuxta anteriorem conſtitutionem ſuam, nihil ab inuitis prouincialibus exigi decreuit Theodoſius, *l. vlt. ne quid publ. lætitiæ.* proculdubio ob victoriam de Maximo Tyranno, eiuſque filio Victore.

*Claudius* ( pater ſcilicet Rutilij Claudij Numatiani ) hoc annò Conſularis Tuſciæ fuit, *l.5. de denunciat.* Meminit filius eius, *Itinerarij lib.....*

*Eunomianis* faciendi teſtamenti vel ex teſtamento quidquam capiendi ius ademit hoc anno Theodoſius Imp. *l.17.de hæreticis* : quæ poſtea abrogata A.394.*l.23.eod.tit.*

Theodoſius Imp. vna cum Valentiniano Iun. & Honorio filio ſuo, poſt Maximum Tyrannum deuictum, *Romam* profectus eſt, vt teſtatur quoque Pacatus, *ſub finem panegyrici* ( quem hoc ipſo anno ibi dixit ) & Socrates, *lib.5.cap.14.* Sozomenus, *lib.7. c.14.* Prudentius ; *lib. 1. adu. Symmachum* : Claudianus, *in 6.Cos. Honorij. à v.53.* & rurſum a. *v 422.* Philoſtorgius, *lib.10.cap. 9.* Alludere quoque videtur Libanius *ep. ad Richomerem* 762. Idacius Sirmondi ; *anno Theod.11.* Idque menſe Iunio, his Coss. Marcellinus; *Chronico* : Chronicon Alexandrinum his Coss. indicat quoque Claudianus, *in 6.Cos. Honorij p.152. b.& p. 158. a.b.* Die Iduum Iuniarum, Idacius, *in Conſular.* Id verò docent quoque variæ eius conſtitutiones ; ita quidem, vt & illud oſtendant, trimeſtri ferme ibi eos egiſſe, menſe videlicet Iunio, Iulio & Auguſto. Quo quidem tempore Theodoſius & Valentinianus vrbi Romæ plurimùm conſuluerunt, teſte quoque Pacato, *in fin. paneg.* idque etiam variis conſtitutionibus ad Albinum P.V. editis : tùm in negotio religionis *l.18. de hæreticis : l. 2. de feriis*: quâ dierum feriatorum in foro numerum determinarunt, tùm in ciuilibus : partim iudiciorum ordinem ſpectantibus, *d.l.2.de feriis, l.49. de appellationib.* partim in criminalibus, *l.11. de maleficis.* ( quod etiam teſtatur Socrates, *lib.5. cap.18.* ) partim, ad annonam & ornatum vrbis ſpectantibus. *l.vn. de mancipib.l.5.6.de ſuariis : l.5.de Aquæductu.* Ex his iam apparet, duas leges quæ hoc anno Treuiris datæ dicuntur, non ibi datas ſed acceptas. Illud addo : videri Eucherium hoc tempore Stiliconi Romæ natum Theodoſio ibi præſente : Quod colligo ex Claudiani 3 in laude.

Theodoſius Imp. Româ ( poſteaquam ibi trimeſtri fermè egiſſet ) digreſſus eſt Kalendis Septembris, vt disertè ſcribit Marcellinus : *Chronico* ; his Coss. vnde *Valentiam* ( Italiæ vrbem non in Brutiis, verùm fortè ea quæ in Itiner. Hieroſol. *Valentia* propè Brunduſium. *Balentia* in Peuinger. de quâ v, Cluuer.*lib.4. Ant. Ital. p.1244.* ) venit, vbi data ab eo mox lex 49. *de curſu publ.* atque inde *Forum Flaminij*, vbi data ab eo *lex 5. de quæſtionibus* : & exinde Mediolanum conceſſit : de quo mox.

Cæſarius hoc tempore Magiſter officiorum fuit in Oriente, ad quem data his Coss. menſe Septembri lex 49. *de curſu publ.* Hic ille Cæſarius Magiſter officiorum eſt, qui in negotio ſeditionis Antiochenæ à Theodoſio Imp. Antiochiam miſſus fuit : de quo Chryſoſtomus *Orat. ἀνδριάντ. ιζ. p.574.* Libanius ſuper hâc ipſâ re *ad ipſummet Cæſarium, Orat.20.p.515.* Theodoretus, *lib.5.cap.19.*

Theodoſius Imp. cum Valentiniano Iun. Romæ, Valentiáque, & Foro Flaminij digreſſus ; *Mediolanum* peruenit.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Valentiniano A. IV. & Neotherio V. C. Coſſ. 390.

xviii.Kal.Feb. Dat.MEDIOL.*l.12.de palatinis S.L.* Seuero Comiti & Caſtrenſi.
xvii.Kal.Feb. Dat.Mediol.*l.26.de operib.publ.* Polemio PF P.Illyrici & Italiæ.
xii.Kal.Feb.Dat. Mediol.*l.vlt.de tutorib. & curator.* Tatiano PF.P.
Prid.Non.Feb. Dat.Mediol.*l.4.de exhib.reis.* Drepanio Proc.Afr.
xv.Kal.Mart.Dat.Mediol.*l.17.de accuſationib.* PF.P. Poſt alia.

VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. — A.D. 390.

x11. Kal. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.*18. *de nauiculariis*. Alexandro PF. Auguſtali.

Kal. Mart. Dat..... { *l.*2. *Cod. vbi Senatores.* / *l.*8. *Cod. de incolis.* } ad Senatum.

vi. Non. Mar. Dat. Conſtantinop. *l.* 3. *de theſauris*. Neotherio PF.P.
Prid. Non. Mart. Dat. Med. *l. vlt. ad l. Iul. de vi*. ad Albinum PF.V.
viii. Id. Mar. Dat. Med. *l.* 3. *de fabricenſibus*. Rufino Magiſtro Officiorum.

Prid. Non. Apr. Dat. Med. { *l.* 27. *de operibus publicis*. Albino PF.V. Rom. / *l.* 28. *eod. tit*. Polemio PP. Illyrici & Italiæ. }

Prid. Id. Maias Prop. Romæ in Atrio Mineruæ *l. non patiamur* , *de ſtupratorib.* Apud auctor. coll. Legum Moſaic. *tit.* 5. ex Codice Theodoſiano. Eadem lex eſt cum *l.* 6. *C.Th. de adulter.*
v. Kal. Iun. Dat..... *l.* 7. *de curioſis*. Neotherio PF.P.
Prid. Non. Iun. Dat. Med. *l. vlt. ad l. Iul. repetundarum*. Seuerino Com. R.P.
xv. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 121. *de decurionibus*. Tatiano PF.P.
xv. Kal. Iul. PP.* Triueris *l.* 50. *de curſu publ.*..... PF.P..."

* i. redd. " Galliarum ſcil.

xi. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 27. *de Epiſcopis*. Tatiano PF.P.
iii. Non. Iul. Dat. Med. *l.* 18. *de extraordinar*. Tatiano PF.P.
viii. Id. Aug.* PP. in foro Trajani *l. omnes* 6. *ad l. Iul. de adulteriis*. Orientio Vic. Vrbis Romæ.

* v. ſup *Prid. Id. Maias*.

" *Prop. Romæ Prid. Id. Maias* in Atrio Mineruæ: ita *in coll. legum Moſaic.*

xv. Kal. Sept. Dat. VERONÆ. *l. ſi vindicari* 13. *de pœnis*. Flauiano PF.P. Illyrici & " Italiæ.

" ſ. *poſt alia*. Ad hunc annum hæc lex retrahenda videtur ab A. D. 381. Antonio & Syagrio Coſſ.

x Kal. Sept. Dat. Veronæ *l.* 28. *de Epiſcopis*.
iv. Non. Sept. Dat. Veronæ. *l.* 122. *de decurionibus*.
iii. Non. Sept. Dat. Veronæ *l.* 1. *de Monachis*.
vi. Id. Sept. Dat. Veronæ *l.* 19. *de nauiculariis*.
} Tatiano PF.P.

vi. Kal. Decemb. Dat. MED. *l.* 6. *de agentibus in reb.* Proculo PF.V.
x. Kal. Ian.* Dat. Med. *l.* 9. *Cod. Iuſt. de officio Rectoris prouinciæ*. Polemio PP. Illyrici.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. cum Valentiniano Iun. *Mediolani* conſtitit ad menſem ferme Auguſtum vſque.

Præfecti prætorio his Coss. fuêre, Orientis, *Tatianus*: Illyrici & Italiæ, *Polemius*, mox & *Flauianus* & *Neotherius*.

*Rufinus* fuit hoc anno Magiſter officiorum in Oriente: cui ideò inſcripta menſe Martio lex 3. *de fabricenſibus*. Huius Rufini Magiſtri mentio fit in eâ hiſtoriâ quæ Legi *ſi vindicari* occaſionem præbuit apud Theodoretum *lib.* 5. *cap.* 17. & ex eo apud Cedrenum *p*...... Eiuſdem Rufini Magiſtri officiorum meminit Zoſimus *lib.* 4 *p.* 773. in geſtis anni proximi 391. & Ambroſius *ep.* 53. qui eum Magiſtrum officiorum Conſulem factum, & in Conſulatu ſuo ex Magiſtro officiorum Præfectum Prætorio creatum ſcribunt, quod vtique factum A. D. 392. vt proinde tamdiu Magiſtrum Officiorum fuiſſe eum appareat, nempe anno 390. 391. & initio anni 392.

De *Diaconiſſis*, earúmque ætate, conditione, bonáque ſua in fraudem liberorum alienandi poteſtate his adempta: item contra fœminas quæ *crinem* inſtinctu perſuaſæ profeſſionis *abſcindunt*, conſtitutionem edidit hoc tempore Theodoſius M. *l.* 27. *de Epiſcopis*. Huius l. meminit quoque Sozomenus, *lib.* 7. *cap.* 16. Eandem idem mox pro parte abrogauit hoc ipſo anno *l.* 28. *de Epiſcopis*.

Scelus nec nominandum Romæ ignis ſupplicio expiari iuſsêre his Coss. Valentinianus Iun. & Theodoſius M. *l.* 6. *ad L. Iul. de adulter*. & apud auctor. coll. Legum Moſaic. *tit.* 4.

Theodoſius Mediolano *Veronam* profectus, ibi Auguſto menſe Septembrique egit.

Cùm *Theſſalonicenſes* Boterichum Magiſtrum militum per Illyricum occidiſſent, Theodoſius Imp. iratus magnam ibi cædem patrari iuſſerat, Rufino Magiſtro officiorum τοσαύτης μιαιφονίας γενομένης συμβούλῳ. Quare ob id ſacris excluſus ab Ambroſio (quod etiam refert Paulinus, *in v. Ambroſij.*) Legem tulit, *Vt iuſſa eius extraordinaria in* 30. *ſemper diem differrentur*: teſte Rufino, *lib.* 2. *cap.* 18. Sozomeno, *lib.* 7. *cap.* 24. & Theodoreto, *lib.* 5. *cap.* 17. Ea verò lex eſt lex *ſi vindicari de pœnis*, quæ data eſt ad Flauianum PP.



VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. — A.D. 390.

PP. Illyrici & Italiæ: Quam ab anno 382. ad hunc annum, vel ad proximum, quinque potiſſimùm argumentis retrahendam cenſeo: Primùm, argumento ſubſcriptæ vrbis *Veronæ*, vbi & aliæ hoc tempore conſtitutiones datæ: Deinde argumento inſcripti *Flauiani* PP. Illyrici & Italiæ, qui ſane etiam anno proximo 391. fuit. Tertiò, argumento Præfecturæ Prætorianæ Illyrici & Italiæ: cuiuſmodi Præfectura nonniſi ab anno 387. occurrit: de quo dixi ad *l.* 2. *ſup. de conſtit. Princ.*

Theodoſius M. Imp. hoc tempore oppidorũ ingreſſu *monachis* interdixit *l.* 1. *de monachis*, quæ data eſt ad Tatianum PF.P. Quo tempore monachi in templa paganorum impetum faciebãt: teſte Libanio hoc ipſo vt puto anno, *Orat. pro Templis*. Quartò, argumento *Rufini* Magiſtri officiorum, cuius in hâc hiſtoriâ mentionem fieri iam ſupra dixi, cùm Cæſarius anno ſuperiore adhuc 389. Magiſter officiorum fuiſſet. Quintò, eo argumento, quod Theodoſium hoc tempore fermè *Mediolani* poſt Maximum Tyrannum deuictum conſtitutum fuiſſe omnes docent: vbi & ab Ambroſio Eccleſiâ excluſus fuit.

Theodoſius Imp. *Mediolanum* Veronâ rediit.

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Tatiano & Symmacho VV. CC. Coſſ. 391.

iii. Kal. Mart. Dat. MEDIOL. *l.* 10. *de paganis*. ad Albinum PF.P." V."
v. Id. Mart. Dat. Mediol. *l. vn. de patribus qui filios*. Tatiano PF.P.
xi. Kal. April. Dat. Mediol. *l.* 19. *de extraordinariis*. Tatiano PF.P. Orient.

v. Id. Mai. Dat. CONCORDIÆ. { *l.* 11. *de fide teſtium.* / *l.* 4. 5. *de Apoſtatis.* } Flauiano PF.P.

xiiii. Kal. Ian. Dat.* Rom. *l.* 20. *de hæreticis*. Exemplum ſacrarum literarum.

* id eſt redditum, *vel* propoſitum.

vi. Kal. Iun. Dat. VINCENTIÆ *l.* 13. *de re militari*. Richomeri Com. & Magiſtro vtriúſque militiæ.

vi. Kal. Ian. Dat. Vincentiæ. { *l.* 2. *de conſtitution. Princip.* / *l.* 6. *de contrah. empt.* } Flauiano PF.P. Illyrici & Italiæ.

xvi. Kal. Iul. Dat. AQVIL. *l.* 11. *de paganis*. Euagrio PF. Aug. & Romano Com. Ægypti.
xvi. Kal. Iul. Dat. Aquil. *l.* 1. *de poſſeſſione ab eo qui bis prouoc. transfer.* Proculo. PF.V.
xiii. Kal. Iul. Dat. Aquil. *l.* 3. *ſeu vlt. de fide & iure haſtæ*. ad Magnillum Vic. Africæ. Acc. Id.* Ian. Hadrumeti poſt Coſſ. Tatiani & Symmachi VV. CC.

* Viceſimo quinto ſupra ſextum menſem die.

Conſulatus in h. l. omiſſus, quo hæc lex data eſt.

Kal. Iul. Dat...... *l.* 2. *ad L. Corn. de ſicar.* ad Prouinciales.
Prid. Id. Iul. Dat. Aquil. *l.* 2. *de priuil. corpor. V. R.* ad Alypium PF.V.
xv. Kal. Aug. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 123. *de decurion.* Tatiano PF.P.
xv. Kal. Sept. Poſſit & hùc quóque referri *lex ſi vindicari, de pœnis*.
xv. Kal. Oct. Dat. Conſtantinop. *l.* 5. *ſine cenſu*. Tatiano PF.P.

Perperàm tribuitur hæc lex *Theodoſio*; *Arcadio & Honorio*.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. huius anni initio *Mediolani* conſtitit, vbi tres leges datæ occurrunt.

Præfecti Prætorio his Coss. fuêre *Tatianus*, Orientis: *Flauianus* PP. Illyrici & Italiæ.

*Sacrificia* Paganorum, templorúmque aditum, cultúmque ſimulacrorum in vrbe Româ & finitimis inhibuêre hoc tempore Imperatores ſub ſeueriſſimis pœnis, etiam Iudicibus eorúmque officiis propoſitis *l.* 10. *de paganis*. ad Albinum PF.V.

Theodoſius Imp. in Orientem rediturus, *Concordiam* Mediolano profectus, vbi datæ menſe Maio tres conſtitutiones: indéque *Vincentiam*, vbi tres pariter conſtitutiones eodem menſe Maio datæ.

In *Apoſtatas*, *hæreticorúmque* cœtus tres hoc tempore conſtitutiones emiſſæ.

*Richomer* FRANCVS Comes & Magiſter vtriuſque militiæ, hoc tempore fuit, ad quem data menſe Maio lex 13. *de re militari*: de eo v. *proſop*. & quæ dico ad *d. l.* 13.

VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D.391.

Theodoſius Imp. in Orientem rediturus Mediolano, Concordiâ, Vincentiâ digreſſus *Aquileiam* peruenit: vbi datæ ab eo & à Valentiniano quatuor conſtitutiones menſe Iunio Iulióque.

*Sacrificia* per Ægyptum, templorúmque aditum, omnémque per ſacrificia Deorum cultum, hoc tempore inhibuit Theodoſius M. Aquileiæ conſtitutus *l.*11. *de paganis*: dato eius rei exequendæ negotio *Euagrio PF. Auguſtali*, ſeu Ægypti, & *Romano Comiti Ægypti*. Quinimò & poſtea ab his ipſis, Euagrio, inquam & Romano, Theophilo Ep. Alexandrino ſatagente, Serapium Alexandriæ dirutum: teſtes Eunapius, *in v. Ædeſij*, Hieronymus, Marcellinus in A.389. & Proſper *Chronico*, Idacius in anno 388. Zoſimus. *lib.*4.*p.*762. Socrates, *lib.*5.*cap.*16. Sozomenus, *lib.*7. *cap.*15. Theodoretus, *lib*..... *c*.....

*Milites-Barbari* Romanis legionibus permixti, qui inde ab A. D. 388. à Theodoſio defecerant, & Macedoniam Theſſaliámque deinceps infeſtarant Theodoſio bello aduerſus Maximum illigato, reuertente nunc eo, paludibus noctu digreſſi graſſationes ſuas hoc tempore peragebant, itineráque infeſtabant, teſte Zoſimo, *lib.*4. Quare his reſiſtendi, eóſque interficiendi poteſtatem prouincialibus (Macedoniæ & Daciæ) Edicto ſuo Theodoſius fecit *l.* 2. *ad l. Corn. de ſicariis.*

Theodoſius Imp. ex Italiâ, vbi triennio fermè conſtiterat, *Conſtantinopolim* rediit his Coss. cum Honorio filio ſuo. Socrates, *lib.*5. *cap.*18. *in fin.* Marcellinus, *Chronico his* Coss. & quidem IV. Idus Nouemb. Socrates. *d. loco.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Arcadio A. II. & Rufino Coſſ. 392.

Id.Ian.Acc.Hadrumeti *l.vlt.de fide & iure haſtæ.* ad Magnillum Vic. Afric. Poſt Conſulatum Tatiani & Symmachi. Data Aquil. [ſuperiorib. Coſſ.] XIII. Kal.Iul.

IIII.* Kal.Febr.Dat.CONSTANTINOP. *l.*7.*de iuriſdictione.* Martiano " Comiti Orientis.

* III.Id.Nouemb.in MS.opt.notæ.

Hæc lex Cod.Iuſt.bis reperita, & auctior etiam.

*L.vlt.Cod.de incolis.*
*L.*13. *Cod. de dignitatibus.* & quidem ſub hoc die IIII. Kal. Feb.

"Ita in his legib.omnib.at in *l.vn.fideiuſſ. dot. Martiniano.*

XV.Kal.Mart.Conſtantinopoli. *l.*21.*de nauiculariis.* Apodemio PF. P. Illyrici & Africæ ".

" v. quæ *ad eam* l. noto.

XI.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.*12.*de metallis.* Romulo Com.S.L.

In hâc l.fit mentio *Ponticæ* & *Aſianæ* diœceſeos.

III.Id.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.*15.*de pœnis.* Tatiano PF.P.

In hâc l. fit mentio *Comitis Orientis & Præfecti Auguſtalis.*

Idib.Mart.Dat.....*l.*1.*Cod.Iuſt.ſi ſecundò nupſerit.* ad Tatianum PF.P.
III.Non.Apr.Dat. Conſtantinop. *l.*124. *de decurionibus.* Filoxeno. Vic. Thraciarum.

Tribuitur *Theodoſio, Arcadio & Honorio.*

VI.Id.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de defenſorib.ciuit.* Tatiano PF.P.

*Valentianiano, Theodoſio & Arcadio* tribuitur.

VI.Id.Apr.PP.......*l.*20.*de petitionibus.* Flauiano PF.P.

*Theodoſio, Arcadio & Honorio* tribuitur.

V.Id.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.*" 31.*quorum appellat.*

" *Theodoſio, Arcadio & Honorio* tribuitur.

Prid.Id.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.*20. *de nauiculariis.*

} Hypatio PF. P. Auguſtali.

*Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio* tribuitur.





VALENTINIAN. IVN. THEOD. & ARCADIVS. A.D.392.

XV.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. { *l.*2.*de monachis.* / *Valentiniano, Theodoſio & Arcadio.* / *l.*8.*de Iudæis.* } Tatiano PF.P.

*Theodoſio, Arcadio & Honorio* tribuitur.

VIII.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. { *l.*8.*de reparat.appellat.* / *Theodoſio Arcadio & Honorio* tribuitur. / *l.*125. *de decurionibus.* / *Theod.Arcad. & Hon.* tribuitur. }

III. Non. Mai.* Dat. Conſtantinop. *l.*2. *de defenſorib. ciuitatum.* Potamio PF. Auguſtali.

* Mar. editum

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* tribuitur.

## VALENTINIANI, THEODOSII ET ARCADII leges ſine die & Coſſ.

*L.qui contra* 4.*Cod.de inceſtis nupt.* ad Andromachum Com.R.P.
*L. cùm antea* 10.*Cod.de agricolis.* Cynegio PF.P.

ad Valentin.Valentem & Gratianum perperàm refertur. Porrò ad A.387.vel 386.hæc lex referenda.

*L.*1.*Cod.de colonis.* Cynegio PP.
*L. fratris* 5.*Cod.de inceſtis nupt.* Cynegio.*

* al. Vincio PP.

*L.*1.*Cod.de apparitor.Proconſulis.* ad Flauium Proconſulem Africæ.

in nonnullis Cod.Imp. Conſtantino hæc lex tribuitur.

*L. nemo* 2. *Cod.de off. Magiſtri officior.* ad Patricium Magiſtrum Officiorum PP. Hadrumeti.
*L.publici* 14.*Cod.de curſu publico.* Potamio.
*L.omnia* 4.*Cod.de officio Præfecti vrbi.* Seuerino Com.S.L.

Etiam ſine inſcriptione Perſonæ.

*L.*1. *Cod. de colonis Illyricianis.*
*L. qui agros* 8. *Cod.de omni agro deſerto.*
*L.*1.*Cod. de fugitiuis colonis.*
*L* 1.*Cod.de fundis & ſaltib. rei dom.*
*L.dominicos* 5.*Cod.de agricolis & mancip.dom.*

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. his Coss. *Conſtantinopoli* egit.

*Præfecti prætorio* hoc anno fuêre, Orientis, *Tatianus*, ad menſem Iulium vel Auguſtum vſque, poſt eum *Rufinus*, de quo poſtea: Illyrici verò, *Apodemius.*

Reos ſupplicio addictos per *Clericos* pœnæ éripi quacunque tandem ratione vetuit hoc anno Theodoſius Imp.*l.*15.*de pœnis.*

*Latrociniis* cohibendis, puniendis, per Orientem incubuit hoc tempore Theodoſius M. *l.vlt.de defenſorib.ciuit.*

*Hypatius* Præf. Auguſtalis fuit hoc anno: Idem fuerat & anno 383.

Theodoſius Imp. *Monachis*, ademptum ante biennium à ſe vrbium ingreſſum, reddidit hoc anno *l.*2.*de monachis.*

*Iudæos* à Primatibus ſuis proiectos, vi Iudicum vel Reſcripti auctoritate in ſectam ſuam inuitis Primatibus reponi vetuit hoc anno Theodoſius Imp. *l.* 8. *de Iudæis*: relictâ Primatibus Iudæorum ſuâ de religione ſententiâ.

*Potamius* Præfectus Auguſtalis factus poſt Hypatium.

*Defenſorum* (per Ægyptum nominatim) officium hoc tempore à Theodoſio M. definitum *l.*2.*de defenſorib.*

Valentinianus Iun. octauodecimo Imperij ſui anno, vt teſtatur Ambroſius, *Orat. de eius obitu*, *p.*12. apud *Viennam* (quod etiam ex eodem Ambroſij oratione *p.* 7. diſcimus) laqueo periit Arbogaſtis Comitis factione, & EVGENIVS in Imperium euectus, die Sabbathi vigiliâ Pentecoſtes, XV. Maij; de quo eſt inſignis locus Epiphanij, *de menſuris & ponderib.*

*ponderib.* Marcellin. *Chronico* ( vbi malè editum *Idib. Martiis* ) adde & Proſperum *Chronico.* Et quidem his Coss. Epiphanius, Proſper, *dictis locis.* Marcellinus enim malè ſuperiorem in annum id refert. Hinc igitur, nullæ amplius conſtitutiones ad Imperium occidentale pertinentes occurrunt, vt pote *Eugenio* ei incubante, ac nominatim Galliis.

## THEODOSIVS ET ARCADIVS.

XVII.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.21.de hæreticis.* Tatiano PF.P.

*Valentiano, Theodoſio & Arcadio*, perperàm tribuitur.

X.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.126. de decurionibus.*ad Potamium PF.Auguſtalem.

VII.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.10.de annonis ciuicis.* Proculo PF.V.

Prid.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.127.de decurionib.*Tatiano PF.P.

XV.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.3.de his qui religione contendunt.* Potamio PF. Auguſtali.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm tribuitur.

V.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop.*l.12.de Legatis.*Apodemio PF.P.per Illyricum.

*Theodoſio, Arcadio & Honorio* perperàm tribuitur.

III.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop.*l.51.de curſu publ.* Potamio PF.Auguſt.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* malè tribuitur.

Prid.Kal.Aug.Dat. Conſtantinop. *l.128. de decurionibus.* Abundantio Com. & Magiſtro vtriúſque militiæ.

VII.Kal.Sept." Dat.Conſtantinop. *l.2.de tractoriis.*Rufino PF. P.
" f. Octob.

IIII.Id.Sept.Dat.Conſtantinop. *l.13.de Legatis.* Apodemio PF.P.

*Theodoſio, Arcadio & Honorio*, malè tribuitur.

IIII.Id.Sept.Dat.Conſtantinop.*l.1.de crimine peculatus.*Rufino PF.P.

XVIII.Kal.Octob." Dat.....*l.25.Cod.Iuſt.de procuratorib.*Tatiano PP.
" menda hîc hæret.

XV.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.1.de his qui ad Eccl.*Romulo Com.S.L.

VI.Id.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.12.de paganis.*ad Rufinum PF.P.

Prid.Non.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.finium regundorum.*Rufino PF.P.

Et hæc lex Theodoſio, Arcadio & Honorio malè tribuitur.

III.* Id.Nou.Dat.Cōſtantinop. { *l.7.de Iuriſdictione.* / *l.vn.de fideiuſſor.dot.* } Martiano, *vel* Martiniano Com. Orientis.
* Ita quoque habet lex 7. de Iuriſdict. in Aniano optimæ notæ.

Hæ leges tribuuntur *Valentiniano, Theodoſio & Arcadio.*

X.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.129.de decurionibus.*Rufino PF.P.poſt alia.

VII.Id.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.7.ad l.Iul.de adulteriis.* Rufino PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. poſt Valentiniani Iun. cædem quoque *Conſtantinopoli* his Coss. conſtitit.

*Proculus*, Tatiani filius, & hoc anno fuit Præfectus vrbi Conſtantinopol. cui ideò inſcribitur menſe Iunio *lex* 10. *de annonis ciuicis*, qui mox hoc ipſo anno Decembri menſe capite plexus fuit.

Fidem Catholicam & populum ( per Ægyptum ) turbantes deportatione plecti iuſſit Theodoſius *l.3.de his qui religione.*

*Rufinus*, Tatiano in Præfecturâ Prætorianâ Orientis, in ſuo ipſius Conſulatu ſuffectus fuit. Ambroſius *ep.* 53. Zoſimus *lib.* 4. *p.*774. idque iam menſe Auguſto, ſi vera eſt ſubſcriptio legis 2. *de tractoriis.*

Rufino, à Theodoſio Imp. iudicium committitur de Tatiano & Proculo filio eius, tanquam peculatus ſeu ſpoliatarum prouinciarum reis: Zoſimus, *lib.*4. *p.*774. cuius reſcripti partem puto *l.* 1. *de crimine peculatus*, quâ crimen hoc, quod etiam verbis ibi exaggerat, capitale eſſe atque animaduerſione ſeuerissimâ coërceri iubet: cùm tamen illi, ſi





ſi Zoſimo fides ἀδωρότατα & caſtiſſimè ſeſe geſſiſſent.

*Sacrificia* non tantum omnia, verùm omnis præterea alius Deorum cultus & cœrimoniæ, τὸ λιβανωτὸν *thurificatio* ſeu fumigatio, ( hactenùs ferme permiſſa adhuc teſte Libanio *pro Templis p.* 10. ) à Theodoſio Imp. nunc inhibita, his Coss. menſe Nouembri, conſtitutione ad Rufinum recenter cos. factum emiſsâ *l.12.de paganis*: vid. & Ambroſium, *Orat.de exitu Theodoſij*, proculdubio poſt Tatianum quem Gentiles indulgentiorem habuerant & filium eius Proculum gradu deiectos, ad Rufini ipſius ſuggeſtionem.

*Tatianus* PP. capitali primùm ſententiâ damnatus, verùm clementia Theodoſij ſeruatus in exilium miſſus fuit in patriam Lyciam: filius verò eius *Proculus* capite plexus. Aſterius *homiliâ in feſtum Kalend. p.*60. Claudianus 1.*in Rufinum*, Zoſimus, *lib.* 4. *p.*774. Et quidem hic capite plexus VIII. Idus Decembris, teſte Chronici Alexandr. auctore ( qui id ad ſequentes Coss. refert. ) Hinc anni ſequentis initio Tatiani acta reſciſſa. *l.12.13. de bonis proſcriptor. lex* 23. *de annonâ & tributis. l.131. de decurionibus*: & deinceps Proculi data occaſione fine anni proximi. *l.12. de annonis ciuicis.* Lyciáque prouincia ( vnde Tatianus erat ) infamata: cuius famam reſtituit quadriennio fermè poſt Arcadius A.396. *l.9.de indulg.crim.*

---

## ¶ Theodoſio A. III. & Abundantio Coſſ. 393.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. his Coss. *Conſtantinopoli* moratus.

HONORIVS à patre Theodoſio his Coss. Auguſtus creatus IV. Idus Ianuarias, Socrates *lib.5. cap.*24. Marcellinus, Chronico *his* Coss & Proſper, Claudianus quoque de hoc agit, panegyr. in 4. Cos. *Honorij v.*170. *& ſequ.* qui idem quoque Conſtantinopoli id factum indicat. *v.*177.

## THEODOSIVS, ARCADIVS ET HONORIVS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

Prid.Id.Ian.Dat. CONSTANTINOP. *l.12. & 13." de bonis proſcriptor.* Drepanio Com.R.P.
* Iun.vulgat.in l.12.

Prid.Id.Ian.* Dat.Conſtantinopoli *l.23.de annona & tributis.* Rufino PF.P.
* Iun. in vulg.

Prid.Id.Febr.Dat.Conſtantinop. { *l.1.quis in gradu.* / *l.13.de metallis.* } Rufino PF.P.

Hec lex perperàm *Grati…no, Valentiniano & Theodoſio* tribuitur.

Prid. Id. Febr. Dat. Conſtantinop. *l.vn de officio militarium Iudicum.*Comitibus & Magiſtris vtriúſque militiæ.

III.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. { *l.3.de conſtitut.Principum.* / *l.1. de prædiis Senatorum.* / *l.26.de Prætoribus.* / *l.130.131. de decurionibus.* / *l.29.30. de operib. publ.* } Aureliano PF. V. In *l.131. de decur.*PF.P.

III.Id.* Mart.Dat.Conſtantinop. *l.132.de decurionibus.*Aureliano PF.P.
* f Kal.

XVII.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.14.de metallis.*Paterno.....".Com.S.L.

Hæc lex perperàm tribuitur *Gratiano, Valentiniano & Theodoſio.*

VII.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.52.de curſu publ.*Rufino PF.P.

VI.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.133.de decurionib.*Siluano Duci & Correctori limitis Tripolitani.

III.Non.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.3.de Cenſitoribus.*Rufino PF.P.

Prid.Non.Apr.Emiſſa Conſtantinop. *l.50. de appellationib.* Victorio Proconſ. Aſiæ.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm tribuitur.

Prid.Id.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.134.de decurionibus.* / *l.14.de exactionibus.* } Rufino PF.P.

THEOD. ARCAD. & HONOR. A.D. 393.

vi.* Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 11. *de annonis ciuicis*. Aureliano PF.V.
* 111. Kal. Mart.

Die Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 11. *de bonis proſcriptorum*.. Rufino PF.P.
x11. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l. vn. de quadrimenſtruis breuibus*. Rufino PF.P.
Prid. Non. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.* 135. *de decurionibus*. Rufino PF.P.
v. Id. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 51. *de appellationib*. Apodemio PF.P. Illyrici.

Et ita *Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm tribuitur.

xv.* Kal. Iul. Dat. Conſtantinopoli { *l.* 4. *de cognitoribus*. / *l.* 5. *de reuoc. donat.* } Victorio Proc. Aſiæ.
* v. in l. 5. & apud veteris conſultationis auctorem.

v1111. Kal. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.* 136. *de decurionib*. Rufino PF.P.
1111. Id. Iul. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de falſa moneta*. Rufino PF.P.
v1111. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. Cod. de Tutoribus & Curatoribus Illuſtrium*. Aureliano PF.V.
v11. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 15. *de medicis & profeſſ.* Rufino PP.
1111. Kal. Aug. Dat. Conſtant. { *l.* 3. *de ſalgamo*. / *l.* 18. *de erog. mil. ann.* } Abundantio, Stilichoni & cœteris Comitibus vtriúſque militiæ.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm tribuuntur, vt & duæ ſequentes.

111. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 20. *de erogat. mil. ann.* Rufino PF.P.
Prid. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 19. *de erogat. mil. ann.* Tatiano" PF.P.

" Retrahenda hæc ad initium legis ita, *à Tatiano PF.P.*

v. Id. Aug. Conſtantinop. { *l. vn ſi quis Imp. maled.* / *l.* 137. *de decurionibus*. } Rufino PF.F.
x11. Kal. Sept. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de Conſtitutionib. Principum*. Victorio Proc. Aſiæ.
Prid. Kal. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.* 4. *de Senatoribus*. ad Aurelianum PF.V.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* hæc lex perperàm tribuitur, vt & lex ſequ.

111. Non. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.* 22. *de nauiculariis*. Rufino PF.P.
x1. Kal. Oct. Dat. Conſtantinop. *l.* 11. *de ſcænicis*. Rufino PF.P.
v11.* Kal. Oct. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de liberali cauſa*. Rufino PF.P.
* ℞. 1111.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm adſcribitur: pariter vt prox. ſequ.

1111. Kal. Oct. Dat. Conſtantinop. { *l.* 52. *de appellationib.* Hanc Rufine K.NB. / *l.* 5. *de cognitoribus*. / *l. vn. de Carbon. edicto*. } Rufino PF.P.

111. Kal. Oct. Dat. Cõſtantinop. *l.* 9. *de Iudæis*. Addeo Com. & Magiſtro vtriúſque militiæ per Orientem.
v1. Kal. Non. Dat. Conſtantinop. *l.* 4. *de metatis*. Theodoto Magiſtro Officiorum.
x11. Kal. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 12. *de annonis ciuicis*. Aureliano PF.V.
111. Kal. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 4. *de cenſitoribus*. Rufino PF.P.
Prid. Non. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 8. *ad l. Iul. de adulteriis*. Rufino. PF.P.
v1. Id. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 138. *de decurionib*. Aureliano, PF.P.
111. Id. Dec. Dat..... *l.* 23. *de nauiculariis*. Rufino PF.P.

*Valentiniano, Theodoſio & Arcadio* perperàm tribuitur.

111. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 9. *ad l. Iul. de adulteriis*. Gildoni Comiti & Magiſtro vtriúſque militiæ per Africam.
[ 111. Kal. Ianuar. Dat..... *l. nemo Iudæorum* 7. *Cod. Iuſt. de Iudæis*. Infantio Comiti Orientis. ]

Prid.



ARCAD. & HONOR. A.D. 393.

Prid. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. { *l.* 5. *de domeſticis*. Addeo Com. domeſticorum. / [ *l.* 4. *Cod. Iuſt. de off. Præf. prætorio Orientis*. Addeo Comiti & Magiſtro vtriúſque militiæ. ] }

## CHRONICON HISTORICVM.

Theodoſius Imp. duplici conſorte fultus Claud. in 4. Cos. Honorij *v.* 204.

Theodoſius Imp. Honorio Auguſto creato porrò his Coss. *Conſtantinopoli* hæſit.

*Tatiani*, de quo ſuperioris anni fine, geſta quædam huius anni initio reſciſſa à Theodoſio Imp. *l.* 12. 13. *de bonis proſcriptorum*: *l.* 23. *de annonâ & tributis*: *l.* 131. *de decurionibus*: Pariter vt Proculi filij eius fine anni *l.* 12. *de annonis ciuicis*.

*Rufinus* his quoque Coss. Præfectus Prætorio Orientis fuit, *Apodemius* PP. Illyrici & & Italiæ.

*Aurelianus*, Præfectus vrbi Conſtantinopol. in locum Proculi ſuffectus.

Theodoſius Imp. prolixâ conſtitutione ad Aurelianum P.V. emiſsâ *Senatorium* ordinem vt & Curialium, variis rationibus erectum iuit: ſimul & ciuitatum decori conſuluit, abrogatis nonnullis quæ Tatianus hàc parte perperàm inuexerat. Cuius cõſtitutionis ſeptem vel octo fragmenta ſuperiùs poſita.

*Annonis ciuicis*, quæ gratuitæ ciuibus Conſtantinopolitanis præbebantur, ex Conſtantini M. & Conſtantij inſtituto, ita conſuluit hoc anno, ſeu Indictione 6. Theodoſius Imp. *l.* 11. *&* 12. *de annonis ciuicis*, vt inſuper nouum Canonem πεϱίσδυμα ſeu incrementum in id adiecerit, cxxv. diurnorum modiorum frumenti. *l.* 2. *Cod. Iuſt. de annonis ciuilib.* Cuius noui canonis à Theodoſio inſtituti meminit filius eius Arcadius, *l.* 13. *&* 14. *de annonis ciuicis*; & Theodoſius Iunior nepos eius, *l.* 2. *de frumento vrbis Conſtantinopol.*

*Stilicho* hoc tempore Magiſter militum erat in Oriente ſub Theodoſio Imp. vt docet *lex* 3. *de ſalgamo & lex* 18. *de erogat. mil. ann.* quod etiam ex Claudiano, *lib.* 1. *in Rufinum*, & planiſſimè ex *lib.* 1. *in laudes Stilichonis* diſcere eſt, & ex Zoſimo, *lib.* 4. *p.* 777. Eum verò Theodoſius ſibi mox anno proximò 394. adſciuit, aduerſus Eugenium mouens, Zoſimus *d. p.* 777. Bellóque Eugeniano defunctus, eundem apud Honorium reliquit Militum per Gallias magiſtrum, Zoſimus *l.* 4. *p.* 779. anno 395. vbi & deinceps perſtitit. *v. ann.* 398. 399. 400. *&c.* Erat autem hoc tempore Stilicho in Thraciâ occupatus aduerſus *Gothos* poſt Promoti cædem: de quo vid. *Claudianum.* 2. *in Rufinum p.* 42. 43. & *lib.* 1. *in laud. Stilich. p.* 178. 179. vide & ad aliquid Zoſimum, *lib.* 4. *p.* 173. & Sulpitium Alexandrinum, apud Gregor. Turon. *lib.... cap.....*

De *Proceſſu* & *ordine Iudiciario* hoc tempore Theodoſius M. conſtitutionem edidit: cuius partes ſunt *lex vlt. de liberali cauſâ l.* 52. *de appellation. l.* 5. *de cognitorib. lex vn. de Carbon. ed.*

*Iudæorum* Synagoga Callinici in Oſdroëna auctore Epiſcopo hoc tempore, cum incenſa fuiſſet anno ſuperiore 392. vt exiſtimo ad relationem Comitis Orientis, Theodoſius Synagogam ab ipſo Epiſcopo ædificari, in cœteros verò vindicari iuſſit: quâ de re videndus Ambroſius, *ep.* 29. & Paulinus, *in v. Ambroſij*; & Ambroſius quidem, qui id multis ſuggillat. Eóque pertinet lex 9. *de Iudæis*: data ad Addeum Com. & Magiſtrum militum per Orientem quâ Theodoſius iubet, nimietatem eorum qui ſub Chriſtianæ religionis obtentu Synagogas deſtruebant & exſpoliabant, cohiberi. Vnde apparet, malè huius rei hiſtoriam à Baronio referri ad A.D. 388.

Theodoſius Imp. totâ hyeme bellum aduerſus Eugenium apparauit. vid. Claudianum, Zoſimum & Sozomenum: & nominatim Philoſtorgium *lib.* 11. *cap.* 2.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Arcadio 111. & Honorio 11. AA. Coſſ. 394.

xv1 Kal. Mart. Dat...... *l.* 5. *de Cenſitoribus*. Herodi......
111. Kal. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.* 14. *de re militari*. Theodoto Magiſtro Offi-rum.
1111. Non. Mart. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 2. *ſi certum petatur de ſuffragiis*. Rufino PF.P.
xv11.* Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 22. *de hæreticis*. Victorio Proc. Aſiæ.
* al. v11.

111. Kal. Iun. Dat. { HERACLIÆ *l.* 18. *de cohortalibus*. / Conſtantinop." *l.* 139. *de decurionibus*. } Rufino PF.P.

" ℞. Heracliæ.

xv.* Kal. Iul. Dat. HADRIANOP. *l.* 23. *de hæreticis*. Rufino PF.P.

ARCADIVS & HONOR.

* xII. in Til.
III. Kal. Iul.* Dat. HERACL. *l.* 12. *de ſcænicis*. Rufino PF P.
* ℞. Iun.
III. Non. Iul. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 31. *de operib. publ.* Rufino PF.P.
VII. Id. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.* 24. *de hæreticis*. Rufino PF.P.

Arcadij hæc lex eſt: ea quippe conſtitutiones paternas (Theodoſij ſcil.) in hæreticos allegat.

VIII. Id. Nou. Dat.* Tyro *l.* 9. *Cod. Iuſt. de omni agro deſerto.* Rufino PP.

* ſ. Dat. *Athyræ*: vel Dat. *Theræ* vel Dat. pro PP. Reddita.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius *Conſtantinopoli* adhuc agit menſe Ianuario, Februario & Martio, in apparatu belli Eugeniani: ad quem apparatum pertinere quoque videtur *lex* 14. *de re milit.*

*Rufinus* his Cos. quoque PP. Orientis fuit.

*Herodes* hoc tempore, Arcadio ter & Honorio iterum Coss. PC Africæ fuit: teſtantur acta concilij Bagaienſis apud Auguſtinum, *lib.* 3. *contra Creſconium cap.* 56. Quare hùc retrahenda ab anno 396. *lex* 5. *de Cenſitoribus*, quæ huic *Herodi* inſcribitur. Idem anno proximo ſucceſſorem habuit Theodorum *d. cap.* 56.

*Hæreticis* Epiſcoporum faciendorum vel confirmandorum poteſtatem ademit hoc anno per Aſiæ Proconſulatum Theodoſius Imp. *l.* 22. *de hæreticis.*

Thedoſius Imp. Conſtantinopoli verno tempore aduerſus Eugenium mouens teſte quoque Philoſtorgio, *lib.* 11. *cap.* 2. relicto Conſtantinopoli Arcadio, *Heracleam* & *Hadrianopolim* progreditur: vbi & tres conſtitutiones ab eo datæ occurrunt.

*Eunomianis* teſtamenti factionem actiuam & paſſiuam ante biennium ademptam reddidit hoc tempore Hadrianopoli conſtitutus, & aduerſus Eugenium mouens, *l.* 23. *de hæreticis.*

Arcadius *Conſtantinopoli* relictus à Theodoſio patre, in Eugenium mouente, quaſdam conſtitutiones condidit: cuiuſmodi duæ occurrunt ſuperiùs poſitæ, quæ Arcadium omninò auctorem habent, Conſtantinopoli datæ; & tertia adhuc data *Athyræ*, vel *Theræ*.

*Eugenius* Tyrannus à Theodoſio Imp. victus cæſúſque fuit ad Frigidum amnem prope *Aquileiam* VIII. Id. Septembr. Socrates, *lib.* 5. *cap.* 24. Chronicon Alexandr. *his* Coss. vbi malè loco Ἀὐγένιος expreſſum λιγύνης. Hùc reſpexit & Claudianus in Conſ. Olybrij & Probini *v.* 74. 75. & 105. *&* *c.* 139. & *lib.* 2. in Rufinum *v.* 389. 390. & plenius adhuc in 3. Cos. Honorij: & in 4. Conſ. vbi aperte huic ſecundo Honorij Conſulatui id adſcribit à *v.* 633.

## ¶ Olybrio & Probino VV. CC. Coſſ. 395.

THeodoſius Imp. poſt victoriam de Eugenio, *Mediolanum* (Zoſimus ait Romam *lib.* 5. *p.* 814.) profectus, teſte Philoſtorgio. *lib.* 11. *cap.* 2. Sozomeno, *lib.* 7. *cap.* 24. *p.* 438. déque reditu Conſtantinopolim cogitans, *Mediolani* mortuus eſt quinquageſimo ætatis anno vt Victor: ſexageſimo, vt Socrates: ſexageſimo quinto, vt Chron. Alex. his Coss. XVI. Kal. Febr. filio Honorio præſente, cuius è Thracia, poſt victoriam de Eugenio, ad patrem aduentum deſcribit Claudianus *in* 3. *Honorij* Cos. à *v.* 111. & in 6. Conſulatu à *v.* 88. Ambroſius *Orat. de exitu eius.* Zoſimus, *lib.* 4. *in fin.* Socrates, *lib.* 5. *cap. vlt.* & *lib.* 6. *cap.* 1. Sozomenus, *lib.* 7. *cap. vlt.* Theodoretus, *lib.* 5. *cap.* 25. Claudianus, *in* 3. *Conſul. Honorij*, Marcellinus, Proſper, Chronicon Alexandr. Idacius *Conſular.*

## ARCADIVS ET HONORIVS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

V. Id. Ian. Dat. CONSTANTINOP. *l. vn. ne quid oneri publ. imponatur.* Rufino PF.P

Hæc lex *Arcadio & Honorio* tribuitur, quod ſtare non poteſt, niſi alius menſis adſignetur: Theodoſius quippe *v. Id. Iun.* adhuc viuebat. Forte reponendum *Iun.*

XII. Kal. Feb. Dat...... *l.* 140. *de decurionibus.* Theodoro PF. P.
III. Non. Mart. Dat. MEDIOLANO *l. vn. de oblatione votorum* Baſilio. PF.V.
III. Id. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.* 25. *de hæreticis.* Rufino PF.P.

Theodoſium M. hoc tempore iam mortuum fuiſſe hæc lex teſtatur, ibi *Diuæ recordationis Genitoris noſtri.* Quare *Theodoſij* quoque nomen in inſcriptione eius l. perperam additum.







HONOR. & ARCADIVS.

XV. Kal. Apr. Dat. Mediolano. *l.* 53. *de curſu publico.* Dextro PF.P.
X. Kal. Apr. Dat. Med. *l.* 29. *de Epiſcopis.* Hierio Vic. Africæ.
IX. Kal. Apr. Dat. Med. *l.* 2. *de indulg. debitor.* Dextro PF. P. Campaniæ hâc l. mentio fit.
III. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. *l.* 26. *de hæreticis.* Rufino PF.P.

Theodoſij, Arcadij & Honorij nomina malè præfert. Meminit Arcadius hâc l. *Diui Genitoris ſui.*

Prid. Id. Apr. Dat. Mediol. *l.* 2. *ſeu vlt. ſi quis pecunias conſt.* Dextro PF.P.
XI. Kal. Mai. Dat. Med. *l.* 9. *de infirm his quæ ſub Tyrannis.* Andromacho PF.V.
VI. Kal. Mai. Dat. Med. *l.* 54. *de curſu publ.* Dextro PF.P.
VI. Kal. Mai. Dat. Med. *l.* 10. *de infirm. his quæ ſub Tyrannis*, Eulogio Com. R.P.
XVII. Kal. Iun. Dat. Mediol. *l.* 5. *de executoribus.* Dextro PF.P.

XVII. Kal. Iun. Dat. Mediol. { *l.* 53. *de appellationibus.* — *Theodoſij* quoque nomen malè inſcriptum. — *l.* 141. 142. 143. 144. 145. *de decurionibus.* } Ennoio Proc. Africæ.

XV. Kal. Iun. Dat. Mediol. *l.* 11. *de infirmand. his quæ ſub Tyrannis.* Andromacho PF.V.
XII. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.* 5. *de Principib. agentium in rebus.* Theodoro PF. V.
VIII. Kal. Iun. Dat. Med. *l.* 54. *de appellationibus.* Andromacho PF.V.

Theodoſij quoque nomen præfert perperàm hæc lex.

VII. Kal. Iun. Dat. Med. *l.* 24. *de nauiculariis.* Prouincialibus Afric.
VI. Kal. Iun. Dat. Conſtantinop." *l.* 7. *de Agentib. in rebus.* Oſio Magiſtro Officiorum.
" ſ. Ian.
IIII. Kal. Iun. PP. Conſtantinop. *l.* 6. *de Aquæductu.* Africano PF.V.
Kal. Iun. Dat. Conſtantinop. *l.* 8. *de curioſis.* Marcello Mag. Offic.
Prid. Non. Iun." Dat Med. *l.* 3. *ſeu vlt. de commeatu.* ad Andromachum PF.V.
" ſ. *Iul.* vt *l.* 6. *de cognitorib.*
VI. Id. Iun.* Dat. Mediolani *l.* 7. *de Iuriſdictione.* Paſiphilo ſuo ſalutem.

* ita habet lex 8. *Cod. vnde vi*, inde deſumpta.

XVII. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 6. *de executoribus.* ad Prouinciales & ad Proconſules.
XVII. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 146. *de decurionib.* Dextro PF.P.
XVII. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 20. *de extraordinar.* Meſſiano Com. R.P.
XV. Kal. Iul. Dat. *l.* 12. *de infirm. his quæ ſub Tyrannis.* Euſebio PF.P.
XI. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 32. *de operib. publicis.* Euſebio Com. S.L.
VIII. Kal. Iul." Dat. Conſtantinop. *l.* 27. *de hæreticis.* Cæſario PF.P.
" ſ. Ian.
III. Non. Iul. Dat. Med. *l.* 3. *de operibus publicis.* Hanc Vincenti K. Nobis.
Prid. Non. Iul." Dat. Mediolani *l.* 6. *de cognitoribus.* Andromacho" PF. V. poſt alia.
" ſ. *Iun.* vt *l.* 3. *de commeatu.*

" al. Andronico PF.P. malè.

Prid. Id. Iul. Dat. Med. *l.* 7. *de executoribus.* Andromacho PF.V.

Hæc lex coniungenda eſt *legi* 6. *de cognitorib.* proinde alterutrius legis dies vitioſus: Imò & cum *l. vlt. de commeatu.*

VI. Kal. Aug. Dat. Mediolani *l. vn. quorum bonorum.* Petronio, Vicario Hiſpaniarum.
VII. Id. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 13. *de paganis.* Rufino PF.P.
III. Non. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.* 28. *de hæreticis.* Aureliano Proc. Aſiæ.
XVIII. Kal. Oct. Dat....... *l.* 5. *de Senatorib. & glebali collat.* Florentio" PF. V.

" ℞. Florentino. v. Symmachum *lib.* 4. *ep.* 50. *& ſequu.* & inf. *l.* 6. *de maternis bonis.*

IIII. Kal. Octob. Dat. Med. *l.* 148. *de decurionib.* Theodoro PF.P.
Prid. Kal. Octob. Dat....... *l.* 3. *de patrociniis vicorum.* Heracliano Com. Ægypti.
V. Non. Octob. Dat. Conſtantinop. *l.* 6. *de domeſticis.* Addeo Com. & Magiſtro

ARCAD. & HONOR. A.D. 395.

vtriúſque militiæ.

v.Id.Octobr.Dat.Conſtantinop. *l. ſi quis maior* 8. ſeu *vlt. & tranſact. de pactis.* Rufino PF.P.

Id.Octobr.Dat. Med.*l.7.de maternis bonis.* Florentino PF.V.

Kal.Nou.Dat.BRIXIÆ *l.27.de Prætoribus.*Dextro PF.P.

XVIII.Kal.Dec.Dat.MEDIOL.*l.2.de incorporat.*Eulogio Com.R.P.

VIII.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.29.de hæreticis.*Marcello Magiſtro Officiorum.

IIII.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.13.de palatinis S.L.*Oſio Com.S.L.

Prid.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.vn.de grege dominico.*Cæſario PF.P.

XII.*vel* VII.Kal. Ian.*vel* Iun.Dat.Mediol. { *l.24.de annona & trib.* / *l.149. de decurionibus.* / *l.25.de nauiculariis.* } Ennoio " ſuo ſalutem.

Ian.*vel* Iun.(quod probo.)

" Ennodio *d.l.25.*

VIII.Kal." Ian.Dat.Mediolani *l.8.de Iuriſdictione.* Paſiphilo ſuo ſalutem.

" Ita rectè in *l. vn.Cod.Iuſt.de abigeis.*

VI.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.7.de Agentib.* Oſio Magiſtro Officiorum.

" vulg. Iun.

IIII.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop.*l.150.de decurionibus.*Cæſario PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

*Arcadius* annorum circiter 17. & *Honorius* annum vndecimum agens Theodoſij M filij patri ſuccedunt: ſic, vt Orientis Imperium Arcadio Seniori ceſſerit, Honorio, Occidentis: quod etiam Philoſtorgius ſcribit, *lib.11. cap.1.* in quo quidem Occidente Illyricum quoque (Occidentale ſcilicet) erat, vt teſtatur Olympiodorus, *apud Photium.* Italia item, Galliæque & Hiſpaniæ, Britanniaque & Africa. Zoſimus, *lib. 4. in fin.* Cæterum Arcadius hoc tempore, Rufini, Honorius verò Stilichonis arbitrio regebatur.

Arcadius hoc Conſulatu *Conſtantinopoli* hæſit. Honorius, *Mediolani*: quod poſtremum teſtatur quoque Ambroſius, initio *Orationis de obitu Theodoſij Imp.*

*Præfect. Prætorio* his Coss. fuêre: *Rufinus*, Orientis: *Dexter*, Italiæ: *Theodorus*, Galliarum: de quo poſteriore vid. Claudianum, *in Cos. huius Theodori*: *Præfectus* vero *vrbis* fuit, *Baſilius.*

In *hæreticos* conſtitutionem edidit Arcadius ſtatim poſt mortem patris Theodoſij menſe Martio, puta *l. 25. de hæreticis*: qua pœnas in eos à patre ſtatutas renouauit: in *Eunomianos* ſpeciatim, militandi, teſtamentíque factionis iure his adempto, ſpecialibus beneficiis reuocatis.

*Eccleſiarum* & *clericorum* priuilegia à retrò Principibus conceſſa Honorius Imp. paulo poſt mortem patris confirmauit, & quidem per Africam, menſe Martio. *l. 29. de Epiſcopis.*

*Indulgentiam debitorum*, ſeu tributorum. certo iugerum, quæ Inſpectores deſerta & ſquallida per *Campaniam* eſſe retulerant numero tribuit hoc tempore Honorius *l. 2. de indulg.deb.* quæ proculdubio pars eſt Indulgentiæ illius quam à Theodoſio patre deſtinatam & impetratam ſcribit Ambroſius, hoc ipſo tempore, *Orat. de obitu Theodoſij p.54.*

In *Hæreticos*, paulò poſt mortem patris, & ad eius exemplum Arcadius alteram conſtitutionem edidit eodem menſe Martio, puta *l.26. de hæreticis*: quâ cœtus eorum inhibuit, eoſdémque Epiſcopi vel alterius Eccleſiaſtici ordinis nomen vſurpare vetuit.

Sub Tyrannis, *Eugenio & Maximo*, quænam geſta valere deberent, duabus conſtitutionibus definitum iuit Honorius. *l. 9. & 10. de infirm. his quæ ſub Tyr.* Sed & his qui tùm militauerant, vel dignitatem aliquam geſſerant, militiam & dignitatem neque obeſſe neque prodeſſe debere *l.11. & 12.cod.tit.* Quæ omnes hoc anno datæ ſunt.

*Aquæductuum* Conſtantinopoli integritati conſuluit hoc tempore Arcadius Imp. *l. 6. de Aquæductu.*

Marcellus Magiſter officiorum ſub Arcadio: ad quem data his Coss. lex 8. *de Curioſis.* & lex 29. *de hæreticis.* Huius Marcelli Magiſtri officiorum Theodoſij A. liber *de medicamentis ad filios* extat.

*Ennomianis* teſtamenti factionem reddidit hoc tempore Arcadius. *l.27.de hæreticis.*

*Paganos* templorum aditu, ſacrificiorúmque vſu interdixit rurſum Arcadius hoc tempore propoſitis & in hos & in *Hæreticos* pœnis, tam ſuâ quam Theodoſij patris ſui conſtitutionibus comprehenſis. *l. 13. de paganis.*

*Eureſium* [in Aſiâ Luciferianum] hæreticorum in numero habendum, propoſitâ hæreticorum definitione conſtituit Arcadius *l.28. de hæreticis.*

*Iuriſiurandi* religionem in pactis & tranſactionibus, variis pœnis propoſitis, ſanciuit hoc tempore Arcadius Imp. *l. ſi quis maior. vlt. de pactis & tranſactionibus*: cùm iam iniurata pacta nullo amplius loco haberentur; teſte Chryſoſtomo, *λόγῳ β in Acta Apoſtolorum, tomo Sauil.4.p.661.662.663.*

*Hæreticos* in Palatio militare vetuit hoc anno & tempore Arcadius, iuſſis iis qui militarent non modò militiâ, verum etiam vrbe Conſtantinopolitana expelli. *l.29. de hæreticis.*

*Rufinus* PP. (qui imperium Orientale triennio & amplius pro libitu ſuo adminiſtrauerat) Tyrannidis affectatæ, Gothorúmque & Hunnorum in Orientem, & in his Armeniam, immiſſorum reus, Arctoi Martis ſtimulator (vt ait Claudianus) *lib.2.* & *lib. 2. in Rufinum.* à militibus ante portam Conſtantinopol. occiſus fuir v.Kal. Decembris his Coss. vt teſtatur Zoſimus, *lib. 6. p.785.* Socrates, *lib.6.cap.1.* Sozomenus, *lib. 8. cap.1.* Oroſius, *lib. 7. cap.36.* Marcellinus & Chronicon Alexandr. *his* Coss. vide & ſuper hoc facto Symmachum, *lib. 6. ep. 14.* Aſterium, *homiliâ de feſto Kalend. ſub fin.* Claudiani *libros duos in Rufinum.* Philoſtorgium, *lib.11. cap.3.* Hinc adeò Rufini bona publicata, vt iuxta Symmachum, & Zoſimum *d.locis*. docet anno proximo 396. Id. Febr. *lex 14.de bonis proſcriptorum.*

*Cæſarius* PP. Orientis in locum Rufini factus, quod etiam prodit Philoſtorgius, *lib. 11. cap.5.* Hinc adeò data ad eum tertio poſt Rufini cædem die *lex vn.de grege dominico.*

*Oſius* Magiſter officiorum fuit ſub Arcadio parte huius anni, (vt & A. 397. 398.) Cuius meminit & Claudianus, *lib. 2. in Eutropium.*



## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Arcadio IV.& Honorio III.AA. Coſſ.396.*

* 399. in Martyrio Paulino.

XVI.Kal.Feb.Dat.CONSTANTINOP.*l.4.de militari veſte.* Martiniano Com.S.L.

XV.Kal.Feb.Dat.Conſtantinop *l.14 de palat.S.L.* Martiniano Com.S.L.

XV.Kal Feb.Dat.Conſtantinop. *l.6. de proximis Comitib.* Oſio Magiſtro Officiorum.

VII.Kal.Feb.Dat.Conſtantinop.*l.8.de Agentibus in rebus.*Oſio Magiſtro Officiorum.

Prid.Kal.Feb.Emiſſa Conſtantinop. *l.9. de Agentibus in rebus* Oſio Magiſtro officiorum.

Non.Febr.Dat.Cōſtantinop *l.1.de Alexandrinæ plebis primatibus* Gennadio PF. Auguſtali. PP:Eutycheo.

Id Febr. Dat. Conſtantinop. *l.14. de bonis proſcript.* Cæſario PF.P.

XVI.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.7.de proximis.* Cæſario PF.P.

XVI.Kal.Mart.Dat...... *l.5. de Cenſitoribus.* Herodi......

Referenda hæc lex ad A.D 394.

XV.Kal.Mart.Dat Conſtantinop.*l.8.de proximis.*Claudio PF.V.

XII.Kal.Mart.Dat.MEDIOLANI *l.55. de curſu publ.* Florentino PF.V.

XII.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.15.de re militari.* Remiſtheo Duci Armeniæ.

VI.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de adminiſtr.tutorum.* Euthychiano PF.P.

V.Kal.Mar.Dat.Conſtantinop.*l.19.de cohortalibus.*Euthymio Vic.Aſiæ.

IIII.Kal.Mar.Dat Conſtantinop.*l.10.de Agentibus.*Cæſario PF.P.

IIII.Kal.Mar.Dat.Conſtantinop. *l.10. de Iudæis.*ad Iudæos.

V.Non.Mar.Dat. Conſtantinop *.l.30.de hæreticis.*Clearcho PF.V.

XIII.Kal.Apr.Dat.Med.*l.6.de cenſitoribus.* Hilariano.

" PF.P.*Culminis Tui.*

XII.Kal.Apr.Dat...... { *l.3.de teſtamentis.* / *l." penult.de fide teſt.* } Æternali PC.Aſiæ.

" Perperàm hæc lex habet ſubſcriptum *Arcadium* VII. Conſulem.

X Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.6.de Apoſtatis.*Cæſario PF.P.

IX.Kal.Apr.Dat.......*l.34.de operib.publ.* Cæſario PF.P.

V.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.15.de iure fiſci.*ad Paulum"......

" Paulinum Com.dominicæ rei *l.3.Cod.ne rei domin. & l.2.Cod.de fundis & ſaltibus.* quæ leges hinc deſumptæ ſunt.

IIII.Kal.Apr.Dat.Med.*l.7.de Cenſitoribus.*Euſebio PF.P.

III.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.8.de diuerſ.reſcript.* / *l.7.de contrah.empt.* } Remigio PF.Auguſtali.

XV.* Kal.Mai.Dat.......*l.21.de erogat.mil.ann.*Cæſario PF.P.

*al XVI.

XIIII.Kal.Mai.Dat.Mediol. *l.3.de teſtimoniali.* Florentino PF.V.

Arcad. & Honor.

x i. * Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 3 1. *de hæreticis*. Cæſario PF.P.
x. * Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 3 2. *de hæreticis*. Cæſario PF.P.
* Alterutrubi dies emendandus.
v i i i. Kal. Mai. Dat Conſtantinop. *l.* 21. *de petitionib.* Laurentio Com. R. P.
v i i i. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 11. *de Iudæis*. ad Claudianum, Com. Orientis.
v i i. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 1. *de Maiumâ*. Cæſario PF.P.
vi. Kal. Mai. Dat. Med. *l.* 9. *de deſertoribus*. ad populum.
i i i. Kal. Mai. Dat. Conſtantinop. *l. vn. de dilat. ex conſenſu*. Africano PF.V.
Non. Mai. Dat. Med. *l.* 15 1. *de decurionibus*. Petronio Vic. Hiſpaniarum.
v i i i. Id. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 1. *de iure liberorum*. ad Cæſarium PF.P.
x i i i. Kal. Iun. Dat...... *l.* 5 5. *de appellationibus*. Meſſalæ PF.P.
iii. Kal. Iun." Dat. Med. *l.* 2 2. *de erogat. mil. ann.* Hilario PF.P.
" f. Ian. vt iungatur *legi* 2. *de conlat. æris.*
x v i. Kal. Iul. Dat...... *l.* 23. *de erogat. mil. ann.* Hilario PF.P.
Prid. Kal. Iul. Dat. Conſtantinop. *l.* 3. *de protoſtaſia*...... Præſidi Frygiæ Palæſtinæ."
" *æ. Pacatianæ.*
vii. Id. Iul. Dat..... *l.* 19. *de piſtoribus*. Euſebio PF.P.
xi. Kal. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 5 6. *de appellationib.* Nebridio Proc. Aſiæ.
i i i. Kal. Aug. PP. Conſtantinop. *l.* 1 3. *de annonis ciuicis*. Africano PF.V.
iii. Non. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 18. *de accuſationib.* Maximo PF.P.
i i i. Non. Aug. Dat. Conſtantinop. *l.* 1 5. *de bonis proſcript.* Cæſario PF.P.
iii. Non. Aug. PP. Conſtantinop. *l.* 15 2. *de decurionib.* Africano PF.V.
i i i i. Id. Aug. Dat. Med. *l.* 3 2. *quorum appellationes*. Apollodoro Com. R.P.
Prid. Id. Aug. Dat. Conſtantin. { *l.* 2. *de prædiis Senatorum*. Cæſario PF. P. / *l.* 3. *eod. tit.* Africano PF.V. } De eadem re.
Pr. Kal. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.* 9. *de indulgent. criminum*. ad Cæſarium PF.P.
Pr. Non. Oct. Dat. Conſtantinop. { *l.* 5. *de legitimis hæredit.* / *l. vn. vnde liberi.* } Aureliano PF.V. *vel* PF.P.
vi. Kal. * Dec. Dat. Conſtantinop *l.* 3. *de inceſtis nuptiis*. Eutychiano PF.P.
* vi. Id. *C. Iuſt.* & in Pariſ. edit. an. 1566.
vi. Id. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 14. *de paganis*. Cæſario PF.P.
xviii. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 2. *ſi curialis relicta ciuitate*. Eutychiano PF.P. Poſt alia.
xv. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 56. *de curſu publico*. Simplicio Magiſtro militum.
xv. Kal. Ian. Dat. Mediolani *l.* 4. *vnde vi*. Arriano Conſulari Liguriæ.
xii. Kal. Ian. Dat....... *l.* 4. *de protoſtaſia*. Euthymio Vic. Aſiæ.
x. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 28. *de prætoribus*. Simplicio PF.P. Poſt alia.
x. Kal. Ian. Dat. Med. *l.* 26. *de navicular.* Euſebio PF.P.
viii. * Kal. Ial. Dat. Conſtantinop. *l. vn. de vſu ſellarum*. Claudio PF.V.
* al. vii.
vi. Kal. Ian. Dat. Med. *l.* 2. *de conditis in publ. horreis*. Florentino PF.V.
v. Kal. Ian." Dat. Med. *l.* 2. *de conlatione æris*. Hilario.....
" f. Iun. vt iungatur legi 22. *de erogat. mil. ann.*
i i i i. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 29. *de Prætoribus*....... PF.V.
Prid. Kal. Ian. Dat. Conſtantinop. *l.* 30. *de Prætoribus*. Eutychiano PF.P.
Sine die PP. Regio. *l.* 35. *de operibus publicis*. Cæſario PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

ARcadius his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Mediolani.*

*Gennadius* fuit hoc tempore Præfectus Auguſtalis: cui inſcribitur *lex* 1. *de Alexandr. pleb. primat.* Ad hunc Gennadium Præf. Auguſtalem, extat Claudiani epigramma *p.* 269. de eodem vid. & Syneſium *ep.* 73. *p.* 221. & *initio* κατυσώσεως.

*Claudius* P. V. Romæ hoc tempore fuit (qui anno 389. Conſularis Tuſciæ fuerat.) Ei inſcribitur hoc anno *lex* 8. *de proximis.* & *l. vn. de vſu ſellar.* Claudij Præfecturam memorat quoque filius eius Rutilius Claudius Numatianus, *in Itinerario.*

Rem militarem in *Armeniâ* hoc tempore erexit Arcadius vt docet *lex* 15. *de re militari*: vtpote quam paulò ante Hunni, immittente, vt credebatur Rufino, vexauerant: teſte



Arcadius & Honor.

Socrate, *lib.* 6. *cap.* 1. Sozomeno, *lib.* 8. *cap.* 1. Eodémque ſpectare cenſeo hoc ipſo anno menſe proximo legem 34. *de operibus publicis.*

*Eutychianus* PP. Orientis ab hoc tempore fuit: de quo dixi iam ad *l. quiſquis.* & *ad l. celebrandis.*

*Iudæis* rerum ſuarum venalium pretia æſtimanda, diſcutienda, moderanda relinquit Arcadius *l.* 10. *de Iudæis.* exteris à religione Iudæorum facultate ea ademptâ.

*Hæreticis* in vrbe Conſtantinopol. omnes Eccleſias, Diaconica item vel decanica adimi iuſſit hoc anno Arcadius: Eorúmque clericos vrbe expelli: Sed & eos ad litaniam faciendam intra vrbem coire vetuit. *l.* 30. *de hæreticis.*

*Peræquationem* hoc tempore neceſſariam, fieri, & caſte fieri voluit Honorius *l.* 6. & 7. *de cenſitoribus.*

*Apoſtatis* teſtandi in alienos facultatem hoc tempore ademit Arcadius *l.* 6. *de Apoſtatis.*

*Muros* ſingularum vrbium per PP. Orientis, vel nouos fieri, vel veteres renouari ab ordinibus & incolis vrbium iuſſit hoc tempore Arcadius *l.* 34. *de operib. publ.*

*Eunomianorum* doctores auctoréſque, clericos maximè è ciuitatibus pelli hoc tempore iuſſit Arcadius Imp. *l.* 31. & 32. *de hæreticis.*

*Patriarchas Iudæorum* ab iniuriis & contumeliis vindicauit hoc tempore Arcadius per Comitiuam Orientis, *l.* 11. *de Iudæis.*

*Maiumæ* lætitiam prouincialibus reddidit hoc tempore Arcadius, ſaluâ honeſtate & verecundiâ. *l.* 1. *de Maiumâ*

In *Deſertores* conſtitutionem edidit Honorius. *l.* 9. *de deſertor.*

Ne prouinciales obtentu collationis in militares vſus attererentur, prouidit hoc tempore Honorius. *l.* 22. 23. *de erogat. mil. ann.* firmatâ in eo Valentiniani Senioris conſtitutione, quibus addenda & lex 2. *de conlatione æris.*

*Annonis ciuicis* nouis (à patre ſuo Theodoſio Conſtantinopoli inſtitutis) eos demùm potiri debere definiuit hoc tempore Arcadius, qui in vrbe domos haberent, vel intra ſex menſes inſtruerent. *l.* 13. *de annonis ciuicis.*

Reos diuturno *carcere* vexari, verùm celeriter iudicari, iuſſit hoc tempore Arcadius. *l.* 18. *de accuſationibus.*

*Proſcripto* aliquo, *vxorem* eiuſque bona, vt & fratres, ſorores, propinquos, adfines à metu pœnáque alienos eſſe debere definiuit hoc tempore Arcadius. *l.* 15. *de bonis proſcriptorum.* Proculdubio autem id pertinet ad Rufinum, eiuſque vxorem & cognatos, vide quæ Zoſimus ſcribit, *lib.* 5. *p.* 785. *in fin.*

*Lyciæ* prouinciæ per Tatiani offenſionem (anno 392.) infamatæ priſtinam famam meritúmque reſtituit hoc tempore (quadriennio ferme poſt) Arcadius *l.* 9. *de indulg. crim.*

Gildo Comes & Magiſter vtriuſque militiæ, per Africam, his Coss. ſub finem autumni veniente hyeme teſte Claudiano *de bello Gildonico* Tyrannidem arripuit. Vndè inter alia grauiſſima fames exorta Romæ; de qua mox.

*Conſobrinorum* nuptias damnauit hoc tempore Arcadius (Theodoſij videl. patris ſui exemplo) ſic tamen vt pœnam tantum à Patre ſtatutam temperaret. *l.* 3. *de inceſtis nupt.* Idem verò poſteà, mutato conſilio A. D 405. *l. celebrandis* nuptias illas prorſus pro illegitimis habuit.

Honorius, extremo quoque huius Anni, menſe Decembri, *Mediolani* conſtitit.

*Annonæ* defectus ſeu fames Romæ, ob occupatam à Gildone Africam hoc tempore fuit v. Claudianum, *de bello Gildonico à v.* 17. & *lib.* 1. *in Stilichon.* & *lib.* 1. *in Eutrop.* & Symmachum, *non vno loco.* Indicio quoque ſunt hoc anno menſe Decembri datæ lex 26. *de nauicul. lex* 2. *de condit. in publ. horr.* (cui legi reſpondet Symmachi *ep.* 54. *lib.* 4 eidem Florentio P. V. inſcripta) & longè plures anno prox.

Arcadius Imp. hoc anno aliquando *Regij* fuit, xii. ab vrbe Conſtantinop. lapide, vt docet *lex* 25. *de oper. publ.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Cæſario & Attico Coſſ. 397.

Huius Conſulatus fit mentio *l. vlt. de patroc. vicor.*

Kal. Ianuar. Dat. Mediol. *l. vn. Cod. Iuſt. de officio Comitis S. P.* Mineruio Com. R. P.
v. Id. Ian. Dat. Mediolani *l.* 12. *Cod. iuſt. de ſententiis & interloc. Iudicum.* Iuliano Proconſuli Aſiæ" "Africæ.
Prid Kal. Feb. Dat. Med { *l.* 21. *de extraordinariis.* / *l.* 30. *de Epiſcopis.* } Theodoro PF.P.
xv. Kal. Mart. Med. *l.* 7. *de ſuariis.* Florentino PF.V.
xiiii. Kal. Mart. Dat. Constantinop. *l.* 1. *ad l. Iul. de ambitu.* ad Cæſarium PF. P.
xi. Kal. Mart. Dat. Conſtantinop. *l. vn. de argenti pretio.* Eutychiano PF.P.
v. Kal. Mar. Dat. Conſtantinop. *l.* 57. *de curſu publico.* Remiſtheo Duci Armeniæ.
Hâc l agitur *de Legatis diuerſarum gentium,* ad Imperatorem proficiſcentibus.

Prid.

Arcad. & Honor. A.D. 397.

Prid.Non.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.* 1.*de ſuperexactione*. Cæſario PF.P.

xvi.Kal.Apr.Dat.Med.*l.* 3.*quemad.mun.ciuil.* Probino Proc.Africæ.

xv.Kal.Apr.Dat.Med.*l.* 3. *de priuil. corpor.V.R.* Florentino PF.V.

Kal.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.* 33.*de hæreticis*.Eutychiano PF.P.

......Dat.& PP.Rom.in foro Diui Traiani. *l.* 2. *de habitu quo vti oportet intra vrbem.*
*l.vn. de campo Martio vrbis Romæ.* Poſt alia.

......Dat.& PP.Romæ......

vii.Id.Apr.Dat.&PP.Romæ....*l.* 3.*ſeu vlt.de gladiatoribus*.Poſt alia.
*l.vn.quibus militantibus ad vrbem accedere*. Poſt alia. ad Populum.

vi.Id.Apr.Dat.Conſtantinop.*l.*9.*de proximis*.Cæſario PF.P.Inter alia.

xvii.Kal.Mai.Dat.Mediol.
*l.*27.*de nauiculariis.*
*l.* 3. *Cod. Iuſt. quæ res venire non poſſ.*
*l.* 5.*de naufragiis.*
*l.* 3.*de canone frum.V.R.*
*l.*6.7. *de Senatoribus.*
*l.* 31.*de Prætoribus.*
*l.* 24.* *de ſuſceptoribus.* ad Senatum & populum.

* xii. Kal.Mai.adnotatus huic legi.

iii.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.*8.*de Senatoribus*. Cæſario PF.P.

viiii.Kal.Iun.Dat.Med.*l.* 1.*de collegiatis*.Gracco Conſ.Campaniæ.

Prid.Id.Iun.Dat.Med.*l.* 22.*de extraordinar.* Theodoro PF.P.

xv.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.* 12.*de Iudæis*.Anatolio PF.P.Illyrici.

xv.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.*2.*de his qui ad Eccl.* Archelao.PF.Aug.

xv.Kal.Iul.Dat.Med.*l.* 12.*de tironibus.* Hyperechio Com.R.P.

ix.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.* 10. *de proximis*. Cæſario PF.P.

Kal.Iul.Dat...... *l.* 13.*de Iudæis*. Cæſario PF.P.

iii.Non.Iul.Dat.Med.*l.* 11.*de proximis*.Hadriano Mag.Offic.

vii.Id.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de conditis in publicis horreis.* Anatolio PF.P. Illyrici.

iii.Id.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.* 8.*de his quæ adminiſtr.* Cæſario PF.P.

vi.Kal. Iul.* Dat. Nicomediæ. *l.* 32. *de Prætoribus*........ Acc. Prid. Kal. Aug. Conſtantinop.

* xj. Aug.

xii.Kal.Aug.Dat.Mediolani.*l.*1.*Cod.Iuſt.vbi quis de Curiali*.Floro* PF.P.

* f. Florentino PF.V.

Prid.Non.Sept.Dat.Ancyra.
*l.vlt.de prædiis Senatorum.*
*l.vlt. ad l.Corn.de ſicariis ſeu l. Quiſquis Cod. ad l. Iul. Maieſtatis.* Eutychiano PF.P.

viii.Kal.Octob.Dat.Patavi.*l.* 13.*de tironibus*.Theodoro PF.P.

Agitur hac l. de Senatu V. R.

vi.Kal.Octob.Dat.Constantinop.*l.*4.*dè teſtamentis* [ſeu *l.*18.*C.eod.*] Africano PF. V.

Kal. Nouemb. Dat......
*l.*36.*de operib. publ.*
*l.*7.*de Aquæductu.* Aſterio Com.Orientis.

vi.Id.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.* 3.*ne præter crimen maieſtatis*. Eutychiano PF.P.

Prid.Id.Nou.Dat......*l.* 14.*de tironibus*. Mineruio Com.R.P.

In hac l. fit mentio æternæ vrbis & Senatus.

viiii.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.* 3.*de vſuris*.Eutychiano PF.P.

viii.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.*9.*de Iuriſdictione*.Archelao.PF.Auguſtali.

xvi.Kal.Ian.Dat.Mediol.*l.*14.*de iure fiſci*. Hyperechio.Com.R.P.

xv.Kal.Ian.Dat.Mediolano *l.* 5.*vnde vi*. Petronio Vicario Hiſpaniarum.





Arcad. & Honor. A.D. 397.

xii.Kal.Ian.Dat.Mediol.
*l.*2.*de Comitib.rei milit.*
*l.* 19.*de diuerſ. officiis.*
*l.*153.154.155. 156. *de decurionib.* Florentino PF.V.

vii.Kal.Ian.Dat.Mediolani. *l.*9.*de Senatoribus & glebali coll.* Florentino PF.V

Agitur in hâc l. de Senatoribus qui in vrbe ſacratiſſima degunt.

v.Kal.Ianuar.Dat.Mediolani.*l.*5.*C.Iuſt.de iuriſdictione*. Vincentio PF.P. Galliarum.

## CHRONICON HISTORICVM.

Arcadivs Imp. his Coſſ. *Conſtantinopoli* egit : Honorius verò , *Mediolani.*

Præfecti Prætorio ſub Arcadio in Oriente fuerunt Cæſarius & Eutychianus : ſub Honorio , Theodorus Italiæ , Vincentius Galliarum. *Felix* hoc anno Quæſtor ſcribendis Honorij legibus operam nauabat : teſtis Symmachus,*lib.*5.*cap.*54. *Indices*, tam Latinâ quàm Græcâ linguâ, in Aſiâ, ſententias proferre poſſe ſtatuit hoc tempore Arcadius. *l.*12. *Cod.Iuſt. de ſententiis.* Eccleſiarum , & Clericorum , imò & Epiſcopi V. R. priuilegia , ac nominatim ab extraordinariis oneribus immunitatem, confirmauit hoc tempore Honorius *l.*21.*&* 22. *de extraordinar. & l.*30. *de Epiſcopis.*

Honorius his Coſſ. Martio quoque menſe & Aprili , Iunióque *Mediolani* conſtitit : Neque quidquam contra faciunt conſtitutiones hîc ſuperiùs poſitæ , quæ etſi præferant *Dat. & PP.Rom.* tamen id tantum ſignificant , *redditas* eas *propoſitaſque* Romæ.

*Apollinariorum* doctores Conſtantinopoli fugauit hoc tempore Arcad.*l.*33. *de hæreticis.*

Honorius Imp. his Coſſ. menſe Aprili, vrbis *Romæ* commodis , quà maieſtati eius , quà annonæ ſecuritatique pacique & quieti publicæ , prolixo edicto , ad populum V. R. conſultum iuit , cuius edicti quatuor fragmenta ſuperſunt hîc ſuprà poſita : Hinc otioſi & peregrini formidandique homines. Vrbe Româ Senatorumque ſeruitio ſubmoti : quo pertinet lex *vlt. de gladiatoribus & lex vn.quibus militant*, & lex *vn. de campo Martio*.Peregrinæ item barbaræque veſtes Romæ prohibitæ *lex* 2. *de habitu quo vti oportet intra vrbem.*

*Annonæ* difficultati Romæ mederi hoc anno inſtituit omni ope Honorius Mediolani conſtitutus : quò pertinent fermè leges hîc præpoſitæ. De hoc ſenſit quóque Claudianus, *lib.*1. *in laud. Stilichoni*, vt ad eas ll. dicam vide eundem *& lib.*1.*in Eutropium*,vbi canonem frumentarium ſuppletum ait ex Tranſalpinâ Galliâ , Hiſpaniáque : quod & rursùm de Galliâ teſtatur *lib.*2. *in laud. Stilich. p.*193.*& lib.*3. *p.*199.*b.* Sed & inter hæc eundem populum Romanum ludis & voluptatibus oblectare inſtituit : quò pertinent *lex* 6. *&* 7. *de Senatorib.lex* 31.*de Prætoribus.*

*Iudæos* eorúmque Synagogas ab iniuriâ violentiáque vindicauit hoc tempore Arcadius *l.*12. *de Iudæis* : vt & priuilegia Archiſynagogorum , Patriarcharum , Presbyterorum & cæterorum *l.*13. *de Iudæis* : vti contra eoſdem Iudæos Chriſtianæ fidei ſimulatione non ideò à criminibus vel debitis liberari debere definiuit , eodem die *l.*2. *de his qui ad Eccl.*

In apparatu belli Gildonici , tironúmque adeò delectu , hoc tempore Honorius Imp. occupatus erat : quò pertinet *lex* 12. *de tironibus* , quâ id definit , cùm publica vtilitas ſuaſerit iuniores in arma conſcribere,ne rem priuatam quidem Principis ab hoc immunem eſſe *& l.*13.14.*eod.tit.*quinque videlicet menſium ſpatio, à menſe Iunio ad Nouembrem. De hoc verò apparatu accipiendus Honorius apud Claudianum :

*—— Quæcúnque meo gens Barbara nutu.*
*Stringitur adueniat,Germania tota feratur*
*Nauibus , & ſociâ comitentur claſſe Sicambri,*
*Pallida tranſlatum iam ſentiat Africa Rhenum.*

Et quæ deinceps de legionibus Romanis ſubiicit de Herculeâ & Iouiâ cohorte , de Neruiis, de Felici & Auguſta legione, de Inuictis de Leonibus. Eodemque pertinent quæ idem ſcribit, *l.*1. *in laudes Stilichonis* , agens de hoc apparatu,

*—— Veteres firmare cohortes :*
*Explorare nouas.* Et mox. *Vnde rudis tanto TYRONE iuuentus*
*Enituit , ſenióque iterum vernante reſumſumpſit*
*Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?*
*Non ego delectu , Tyrij ſed vomere Cadmi*
*Tam ſubitas acies concepto dente draconis*
*Exhibuiſſe reor.*

Arcadius Imp. hoc tempore in Bithyniâ conſtitit : & quidem *Nicomediæ* vbi data ab eo *lex* 32. *de Prætoribus* : mox & in Galatia, *Ancyræ* vbi data ab eo menſe Septembri conſtitutio ad Eutychianum PF.P. cuius duo fragmenta ſuperſunt, *lex vlt. de præd.Senator.* & famoſa *lex Quiſquis Cod. ad L. Iul. maieſt.* vide quæ ad eam l.notaui. *c.*13.*p.*13.14.

*Coniurationes* ſeu factiones validæ hoc tempore paſſim initæ aduerſus Illuſtres viros qui conſiliis & conſiſtorio Arcadij Imp. intererant , vt & Senatores,alióſque Principi militantes,vel in prouinciis dignitates gerentes, ob eorum videl. indignitatem crimináque. Quare his factionibus reprimendis Arcadius ſeueriſſimam legem *Quiſquis* promulgauit, Eutropio videlicet ſuaſore , qui paſſim indignos ſibique tantum deuotos ſubuexerat, Arcadij animum quò vellet , vertens.

Honorius Imp. Mediolano *Patauium* profectus eſt , vbi data ab eo menſe Septembri 8.Kal.Octob. *l.* 13. *de tironibus.* quomodo & ibidem biennio poſt A.399. extitit , propter Rhetiæ tuitionem v. quæ noto ad A.398.Arcadius ex Galatiâ Bithyniáque Conſtantinopolim reuerſus eſt hoc anno iam fine Sep-

Honor. & Arcadivs. tembris, vt docet ſubſcriptio *l.4.de teſtamentis.*

A.D.397.

Viarum, Pontiúmque & Aquæductuum tuitioni & perfectioni prouidit hoc tempore per Comitiuam Orientis Arcadius *l. 36. de operib.publ. l.7.de Aquæductu.*

In apparatu belli *Gildonici* adhuc menſe Nouembri fuiſſe Honorium indicio eſt *lex 14.de tironibus.*

Exercitus Honorianus aduerſus *Gildonem* mouit in Africam, vel huius anni fine, vel initio ſequentis; certe, hyeme, quod ex Claudiano liquet *de bello Gildonico*, ibi *Soluite iam ſocij*, &c. & *l.in laudes Stilichonis*: ibi, *Tales vtrimque procellæ cùm fremerent*, &c.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio A. IV. & Eutychiano Coſſ. 398.

Kal.Ian.Dat.Med.*l.37.de operibus publ.* Theodoro PF.P.
v.Kal.Feb.Dat. Conſtantinop. *l.16. de re militari.* Theophilo Vicario Aſiæ.
Kal.Feb.Dat.Conſtantinop. *l.17.de re militari.* Romuliano PF.V.
III.* Non.Feb.Dat.Conſtantinop.*l.10.de iuriſdictione.*ad Eutychianum PF.P.

* VI.Cod.Iuſt.

Iungenda videtur *l. ſi qui ex conſenſu 7.Cod.de Epiſcopali aud.* Eutychiano PP.Dat.VI. Kal.Aug Mediol. Contius hanc ex illâ ſumptam putat.

VIII.Id.Feb.Dat.Conſtantinop.*l.5.de metatis.*Oſio Magiſt.Offic.
Id.Feb.Dat.Med.*l.157.de decurionibus.*Theodoro PF.P.
XVI.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.1. ſi ſecundo nupſerit mulier.* Aſterio Com Orientis.

XII.Kal.Mart.Dat.Mediol. { *l.58. de curſu publ.* / *l.vn. de Burgariis.* } Vincentio PF.P.

Hâc l. fit mentio Hiſpaniarum.

IIII.Non.Mart.Conſtantinop.*l.34.de hæreticis* Eutychiano PF P.
II.Non.Mar.Dat.Conſtantinop. *l.vlt. ad SC. Claudianum.* ad Anatolium PF.P. Illyrici.
Non.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.8.de Cenſitoribus.* Eutychiano PF.P.
v.Id. Mart. Dat. Conſtantinop. *l.3. de paſcuis.* Simplicio Comiti & Magiſtro vtriuſque militiæ.

Hac l.militum equos à pratis Antiochenis abſtinere iubet Arcadius.

III.Id.Mart.Dat.Med.*l.vlt.de calumniatoribus.* Victuro Proc.Africæ.
VIII.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.24.de erogat.mil.annonæ.*"....

" ſupple ad.....PF.P.

IIII.Kal.Apr.Dat.Mediol.*l.10.de Senatorib.& glebali collat.* Felici PF.V."

" f. PF.P. ( Galliarum ſcil.Hiſpaniarum enim fit *h.l.* mentio ) vide Simmachi epiſtolam *62. lib.4* quæ *ad hanc l.* omninò facit.

Prid.Id.Apr.Dat.Med. { *l.vn. de pretio panis Oſtienſis.* / *l.4.de canone frument.V.R.* } Theodoro PF.P.

VII.Kal.Mai.Dat.Med. { *l.20.de piſtoribus.* / *l.31..de Epiſcopis.* } Theodoro PF.P.

Iudicum Africanorum & Comitis Africæ fit *hâc l.* mentio.

III.Kal.Mai.Dat.Med.*l.vn.qui conduct.rei pr.* Eulogio Com.R.P.
X.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop.*l.25.de erogat.militaris annonæ.*Eutychiano.PF.P.

VIIII.Kal.Iun.Dat.Med. {
*l.11.de Iuriſdictione* Theodoro PF.P.poſt alia.
*l.4.ſeu vlt.de conlat fundor.patrim.*Firmino Com.S.L. *Onerum Rheticorum* fit hac l.mentio.
*l.* * *in fiſcalibus Cod. Iuſt. de exactor. tributorum.*Theodoro PF.P. }

*ſubſcriptus huic l.VIII. Kal.Iul.





Arcadivs & Honor. IIII.Kal.Iul.Dat.Niciæ *l.14.de numerariis.* Seuero PF.V.

A.D.398.

v.Non.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.38.de operib. publ.* Eutychiano PF.P.
VII.* Kal.Aug.Dat......*l.32.de Epiſcopis.*Cæſario " PF.P.

* ℞. VI.

" ℞. Eutychiano : eſt enim hæc lex iungenda cum quatuor ſequentibus : imò contexta ea eſt ex fine *l.16. de pœnis.*

VI.Kal.Aug.Dat.Minizo.* {
*l.16. de pœnis.*
*l.3. de his qui ad Eccleſ.*
*l.57. de appellationibus.*
*l." 33. de Epiſcopis.* } Eutychiano PF.P.

* Ita editum in *d.l.33.* in cæteris *Mnizo*, vel *Mnyzo.*

" Malè ſubnotatus huic legi dies III.Kal. Aug.

Iungam his legibus *l. ſi quis ex conſenſu. Cod.de Epiſcop.aud.* quæ eodem die data ad eundem Eutychianum PP.

Id.Septemb.Dat.Med.*l.158.de decurionibus.* Theodoro PF.P.

Apuliæ & Calabriæ fit hâc l. mentio, vt & legis cuiuſdam in Oriente latæ, in Occidente non obſeruandæ.

VI.Kal.Oct.Dat.Med.*l.vlt. de filiis mil. apparit.* Stilichoni Comiti & Magiſtro vtriúſque militiæ.
v.Id.Oct.Dat.Conſtaninop.*l.39.de operib.publ.*Seuero PF.V.

Hùc referendam cenſeo *l.33.de Prætoribus.*Seuero PF.V.quæ ſubſcriptione caret.

VIII.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.159.de decurionib.*Eutychiano PF.P.
VI.Kal.Nou.Dat.Med.*l.22.de petitionibus.*Firminio Com.R.P.
Kal.Nou.Dat.Med..*l.2.de domib.ad rem priuatam pertinent.*Firmino Com.S.L.
Id.Nouemb.Huius diei fit mentio *l.160.de decurionib.*
VIII.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.160.de decurionibus.*Optatio PF.V.poſt alia.
VIII.Id.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.9.de diuerſ.reſcr.*Eutychiano PF.P.

perperàm huic *l.Theodoſij Iunioris* nomen adiicitur.

XVIII.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.4.de fabricenſibus.* Oſio Magiſtro Officiorum.

XII.Kal.Ian.Dat.Mediolani { *l.1. Cod.Iuſt.de ſtatuis.* / *leg.37.de operibus publ.* } Theodoro PF.P.

hùc retrahenda.

Sine die PP. in programmate Vari V.C. Vicarij V. R. *l.25. de annonâ & trib.* Mineruio Com.R.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

ARcadius Imp. his Coſs. *Conſtantinopoli* fermè hæſit : quod etiam colligere licet ex Claudiano de bello Gildonico à *v. 225.* Honorius *Mediolani* pariter : vbi & Conſulatum auſpicatus eſt.

*Præfecti Prætorio* fuère his Coss. Italiæ, *Theodorus* : *Vincentius*, Galliarum : Orientis, *Eutychianus* : Illyrici, *Anatolius.*

*Tribigildi* in *Phrygiâ*, Piſidiâ & Pamphyliâ motus primi huic anno congruunt : Ad quos ſedandos pertinere puto pleráſque hoc anno Arcadij conſtitutiones *de re militari.*

*Iudæos*, extra ſuperſtitionem ſuam, communi iure Romano viuere iuſſit hoc tempore Arcadius, atque adeò ſolemni more iudicia adire in cauſis quæ ad forum & leges pertinent. Compromiſſis interim in Iudæos vel Patriarchas in ciuilibus cauſis non vetitis. *l.10.de Iuriſdictione.*

Ioannes Chryſoſtomus his Coss. 26. Februarij factus fuit Ep. Conſtantinopolitanus. Gregorius *in v.Chryſoſtomi p. 185. num.20. in fin.*

*Gildo* in Africâ verno huius anni tempore debellatus eſt. Claudianus, *de bello Gildonico.*

*Quem veniens induxit hyems, ver perculit hoſtem.*

v. Marcellinum *Chronico*, & Zoſimum, *lib.5. p.788.* Hinc adeò Africa Honorio reddita; ad cuius ideo Proconſulem Victurum tertio iam Id. Martias data inſcribitur lex *vlt.de calumniatoribus.* Gildóque publicus hoſtis dictus, vt docet anno proximo lex *7. de metatis.* Eiuſque bona, vt & ſatellitum, fiſco vindicata. *d.l.7.& 9.de metatis* : *l. 16. 19. de bonis proſcriptor. l. 19. de pœnis.* Cæterùm, cum plures iam delatores emergerent, vt fieri ſolet cæſis Tyrannis, Honorius eos repreſſit *d.l.vlt.de calumniatorib.*

Arcadivs & Honor.

Annonæ vrbis Romæ proſpectum iuit Honorius Imp. ſtatim vt Gildo debellatus, Africáque pacata: vt teſtatur Symmachus, *lib.7. ep.38.* Eo verò pertinent tres Honorij conſtitutiones, puta lex *vn. de pretio panis oct. l.4. de canone frum.V.R. l.20.de piſtoribus. v. &* Claudianum *lib.1.in Eutropium.*

In *Eccleſias Catholicas* quenquam irruere, quod tamen per Africam fiebat, ibique ſacerdotibus & miniſtris vel ipſo cultui locóque aliquid importare iniuriæ enixâ conſtitutione vetuit *l.31.de Epiſcopis.*

Militibus annonam militarem à menſe Nouembri de nouello vino iuſſit præberi *l.25.de erogat.mil.ann.*

*Rectorum* prouinciarum & *Rationalium* Iuriſdictionem & officium circa rem tributariam nominatim diſtinxit Honorius eâ conſtitut. cuius tria fragmenta ſuperiùs poſita: ad *Rhetiæ* tuitionem hoc tempore quædam collata, oſtendit *lex 4. de conlat. fund. patrim.*

Arcadius Imp. Conſtantinopoli in *Bithyniam* hoc tempore transfretauit, & quidem vrbem *Nicæam*: vbi data ab eo menſe Iunio extremo *lex 14.de numerariis.*

*Horreis* publicis conſultum iuit hoc tempore Arcadius Imp. dirui iuſſis ædificiis priuatis quæ coniuncta iis fuerant *l.38.de operib. publicis.*

*Clericos* ex monachorum numero potiùs ordinari iuſſit Arcadius *l.32.de Epiſcopis.*

Arcadius Imp. Nicæa Bithyniæ in Galatiam profectus, & quidem *Minizo*: vbi data conſtitutio, cuius quatuor fragmenta ſunt hîc ſuprà poſita. Minizi huius ſeu Mnyſi Epiſcopus Armatius fuit in concilio Galatiæ primæ. A.D.398.

*Addictos* ſupplicio vel publicis priuatiſque rationibus inuolutos à *clericis* vel *monachis* vindicari vel teneri, vel defendi vetuit hoc tempore Arcadius conſtitutione, cuius quatuor partes ſuprà appoſitæ ſuperſunt.

*Iudæos* quoque, qui quolibet modo curiæ tenentur obnoxij, per Apuliam & Calabriam nominatim, improbatâ contrariâ lege quæ in Orientis partibus lata fuerat, ad complenda curiæ munia teneri definiuit hoc tempore Honorius *l.158. de decurionib.*

*Parapetaſia*, aliáque opera publicis operibus ſociata vel priuatis, vnde incendium, vel inſidiæ reformidantur, vel ſpatia platearum anguſtantur, &c. Conſtantinopoli dirui iuſſit hoc tempore Arcadius. *l. 39. de operibus publicis.*

*Stilicho*, qui antea ſub Theodoſio M. in Oriente Magiſter militum fuerat, vbi à Theodoſio ſemel in Occidentem abductus fuit, ſub Honorio deinceps in Occidente, & quidem per Gallias (vid. Claudianum 2. *in Eutrop.v.539.*) Magiſterium militum geſſit: non hoc modò anno, ſed & deinceps anno 399.400.&c.

*Statuas* æneas, vel argenteas vel marmoreas, Iudices in adminiſtratione poſiti citra Imperiale beneficium, accipere vetiti ab Honorio ſub grauiſſima pœnâ *l.1.Cod. de ſtatuis & Imaginib.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Theodoro V.C. Coſſ.399.

XVI.Kal.Febr.Dat.CONSTANTINOP.*l.17.de pœnis.*Aureliano PF.P.
IIII.Kal.Feb.Dat.RAV.*l.15. de paganis.* Macrobio PP. Hiſpaniarum & Prœ-cliano Vic. quinque prouinciarum.

" id eſt Pro præfecto. *v.l.61.de curſu publ.*

XIIII.Kal.Mar.Dat.MED. { *l.8.de prædiis nauicular.* / *l.28.de nauiculariis.*Poſt alia. } Meſſalæ PF.P.

VI.Id.Mart.Dat.Conſtantinop. *vel,*Prid.Mar. { *l.4.de patrociniis vicor.* / *l.1. de nauib.non excuſ.* } Eutychiano PF.P.

XVII.Kal.April.Dat.Med.*l.11.de Agentibus in rebus.* Hadriano Magiſt. Officiorum.
XV.Kal.Apr.Dat.Med.*l.25.de ſuſceptoribus.*Firmino Com.S.L.
Non.Apr.Dat.Med. *l.9.de Cenſitoribus.* Meſſalæ PF.P.

Fit *hâc l.*mentio terrarum Læticarum.

III.Id.Apr.Dat.Med.*l.14.de Iudæis.*Meſſalæ PF.P.
III.Kal.Mai.Dat.Med.*l.4.de itinere muniendo.*Meſſalæ PF.P.
VIII.Id.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.16.de luſtrali.* Clearcho PF.V.
XVI.Kal.Iun.Dat.Med.*l.vlt.de his quæ ex publ.collat.* Meſſalæ PF.P. poſt alia.
XVI.Kal.Iun.Dat.Med.*l.35.de hæreticis.*Dominatori Vic. Afric.
VIII.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop.*l.5.de patrocin. vicor.* Eutychiano PF.P.
Prid.Non.Iun Dat.Med.*l.7.de luſtrali collat.* Ianuarino Conſ.Numidiæ.





Arcadivs & Honor.

VIII.Id.Iun.Dat.BRIXIÆ.*l.3. de habitu quo vti oport.* Flauiano PF.V. A.D.399.
VII.Id.Iun.* Dat.Med. *l.58.de appellationibus.*Theodoro PF.P.
*℞. Ian.

Neque enim hoc tempore Mediolani Honorius Imp. erat: neque Theodorus PF. P. erat, ſed Meſſala iam ei ſuffectus fuerat.

Prid.Id.Iun.*Dat.VERONA.*l.59.de appellationibus.*Simplicio Præſidi Trip.
* ℞. Iul.
XIII.Kal.Iul.* Dat.Med.*l.26.de annona & trib.*Vincentio PF.P.Galliarum.
* ℞. Iun.
VII.Kal.Iul.Dat.BRIXIÆ.*l.34.de Epiſcopis.* Sapidiano Vic.Afric.
Prid.Non.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.36.de hæreticis.*Eutychiano PF.P.
III.Id.Iul.Dat.* Damaſco. *l.16.de paganis.* Eutychiano PF.P.

*pro Propoſita, *vel* reddita.

XIII.Kal.Aug.Dat......*l.vn.de ſaturianis & ſub Afrenſibus.*Meſſalæ PF.P.
XIII.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.18.de pœnis.* Eutychiano PF.P.
XIIII.Kal.Sept.Dat.PATAVI.*l.1.de religione.* / XIII.Kal.Sept.Dat.Patauio. *l.17.de paganis.* } Apollodoro Proc. Africæ.

Huc quoque *l.18. de paganis*, quæ ſubnotatum habet III. *Kal. Sept.* retrahenda eſt.

XII.Kal. Sept. Dat...... { *l.6. de quæſtionibus.* / *l.8.de contrah.empt.* Poſt alia. / *l.* *161.de decurionibus.*Poſt alia. } Meſſalæ PF.P.

* Malè huic l. ſubnotatum XVI.Kal.Sept.

III.Kal.Sept.Dat.Pataui. *l.18.de paganis.*Apollodoro Proc.Africæ.

Retrahenda hæc lex vt dixi ad XIII.*Kal.Sept.*

Prid.Non.Sept.Dat. ALTINO.*l.3.de canone frumentario V.R.*Meſſalæ......

Hùc retrahendam puto ab A.D.406. *legem* 30. *de annona & trib.* Sapidiano Vic. Africæ.

Id.Sept.* Dat.Mediol. *l.1. de excoctione & tranſlat. annon.* Stilichoni Comiti & & Mag. vtriúſque militiæ.
* f. Dec.
Id.Sept.* Dat.Mediol. *l.vn. de Centurionibus.*Vincentio PF.P.
* f.Dec.
VII.Kal.Octob. Dat. Conſtantinop. *l.vn. de Comitibus Conſiſtorianis.* Seuerino PF. V.

IIII.Kal.Octob.Dat.Altino. { *l.6.de.canone frum.V.R.* / *l.15. de exactionibus.* } Meſſalæ PF.P.

VI.Non.Octob.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de Maiuma.* Aureliano PF.P.poſt alia.
VIII.Kal.Nou.Dat.MED.*l.12.de Agentibus in rebus.*Theodoro PF.P.
Prid.Id.Nou.Dat........*l.6.de princip. agentium.*ad Anatolium PF.P.Illyrici.
XII.Kal.Dec.Dat......*l.4.ſeu vlt.de dilationibus.* Meſſalæ PF.P. Poſt alia.

De *Tranſmarina* dilatione, id eſt Africâ agitur *h.l.*

XII.Kal.Dec.Dat.Mediol.*l.16.de iure fiſci.* Apollodoro.."....

" PC. Africæ.

Kal.Dec.Dat.Med. { *l.162. de decurionibus.* / *l.vlt. quibus equorum vſus.* } Benigno Vicario Vrbis Romæ.

Kal.Dec.* Dat.ALTINO.*l.16.de bonis proſcriptor.*ad Peregrinum Com. & Procuratorem diuinæ domus.

Hâc l. agitur de poſſeſſionibus *Gildonis.*

III.Id.Dec.Dat.......*l.163.de decurionibus.* Eutychiano PF.P.
XI.Kal.Ian.Dat......*l.16.de palatinis S.L.*Meſſalæ PF.P.
X.Kal.Ian.Dat.MED.*l.17.de palatinis S.L.* Longiano" Com.S.L.

" ℞. Longiniano.

ARCAD.& HONOR. v.Kal.Ian.Dat.Med.*l.8.de Aquæductu.*Meſſalæ PF.P. A.D.399.
v.Kal.Ian.Dat.......*l.164. de decurionib.* Eutychiano PF.P.
iii.Kal.Ian.Dat.......*l.165.de decurionib.* Eutychiano PF.P.

Theodoſio A.1.& Rumorido Coſſ.*C.Iuſt.*

XIII.Kal.......Dat.Coſtantinop.*l.15.de palatinis S.L.* Conſtantio Com.S.L.

## CHRONICON HISTORICVM.

IN hunc Manlij Theodori Conſulatum extat Claudiani *panegyr.*

Arcadius Imp. hoc anno *Conſtantinopoli* conſtitit: *Honorius* Mediolano digreſſus *Rauenna*, mox rurſum *Mediolani*, &c.

*Eutropius* Eunuchus Præpoſitus S. Cubiculi, cùm hoc anno Conſulatum iniiſſet cum Theodoro, omnibus honoribus exutus, boniſque ſpoliatus in Cyprum relegatus fuit menſe Ianuario medio: de quo eſt expreſſa *lex* 17.*de pœnis*: ad Aurelianum PP. emiſſa, qui vnus ex iis fuit, qui de Eutropio cognouêre, teſte Philoſtorgio *lib.* 11. *cap.* 6. qui triplicem illam pariter pœnam memorat: de quâ & Claudianus *præfat. lib.2. in Eutropium.* De hoc Eutropij caſu aliorum ſcriptorum teſtimonia *ad eam l.* cumulo.

Hoc fermè tempore Honorius Mediolano digreſſus *Rauennæ* conſtitit paulatimque ſedem ſuam ſimul & Imperij ibi figere cœpit: quod factum A.D.402.

Honorius, etſi Gentilitios ritus & *Sacrificia* per Hiſpanias & quinque prouincias, id eſt Aquitanicam primam & ſecundam, Lugdunenſem Senoniam (in quâ Pariſij) ſecundam & tertiam,(in quâ Turones) abolitos vellet, attamen *ornamenta publicorum operum* deſtrui vetuit his Coſs. menſe Ianuario *l.15. de paganis.*

Honorius Rauennâ Mediolanum rediit, vbi & conſtitit ad menſem Iunium vſque.

*Potentiorum patrocinia* in necem publicam, puta ad clientelam ruſticorum, nauiúmque excuſationem, hoc tempore per Ægyptum nominatim inhibuit Arcadius. *l.4.& 5.de patrocin. vicor.* & *l.1.de nauibus non excuſ.*

*Læticarum* terrarum, id eſt earum quæ gentibus ſeu Gentilibus ad Romanum Imperium ſeſe conferentibus adminiſtrandæ dabantur, maiorem quam oportebat partem occupantibus eripi iuſſit Honorius *l. 9. de Cenſitoribus.*

*Apoſtolatum*, vt vocabant, ad Iudæorum Patriarcham ex Occidente mittti vetuit hoc tempore Honorius *l.14.de Iudæis*: quam anno 404. abrogauit *l.17.eod.tit.*

Ab *Itinerum* inſtauratione neminem excuſari voluit Honorius, ne quidem Illuſtres viros, imò nequidem domos Principis. *l. 4. de itinere muniendo.*

In *Manichæos* conſtitutionem edidit hoc tempore Honorius, & quidem per Africæ diœceſim. *l.36.de hæreticis.*

Honorius Imp. his Coſs. Mediolano, *Brixiam*, *Patauium*, *Altinum* conceſſit, menſe Iunio,Iulio, Auguſto, Septembri.

Barbarum *habitum* ſeu veſtem intra vrbem *Romam* inhibuit hoc tempore Honorius:prohibitis ragis & tzangis *l. 3. de habitu quo vti oport.*

*Rem tributariam* per *Gallias* conſtituit hoc tempore Honorius, antiquatis omnibus priuilegiis immunitatum *l. 26. de annonâ & trib.*

*Eccleſiæ* priuilegia per Africam ab Honorio confirmata, contra impetratis antiquatis *l.34,de Epiſcopis.*

*Eunomianis* teſtamenti factio reddita hoc tempore ab Arcadio, cœtibus eorum interdictis *l.36.de hæreticis.*

*Templa* in agris dirui hoc tempore iuſſit ſine turba ac tumultu Arcadius: idque nominatim per Syriam Phœnicen: *l.16. de paganis.*

Saturianorum (℞. *Aſturianorum*) & *Sub-Afrenſium* coniuratio & latrocinium armis repreſſa ab Honorio Imp. mox & aduerſus eorum occultatores Edictum emiſſum his Coſs. *l. vn. de Saturianis & Sub Afrenſibus.*

*Iuriſdictionem Eccleſiaſticam* à ſæculari hoc tempore per Africam diſtinxit *l. 1. de religione* Honorius Imp.

*Paganorum feſtos* conuentus, voluptatum editiones, feſta conuiuia, profanis tantum ritibus prohibitis, per publica vota conceſſit hoc tempore per Africam Honorius *l. 17. de paganis.*

*Templa* euerti prohibuit hoc tempore idem Honorius per Africam: ſacrificiis tantum prohibitis: & idolis rebúſque aliis illicitis deponi detrahique iuſſis. *l.18.de paganis.* Auguſtinus tamen *lib.18.de ciuitate Dei cap. vlt.* ſcribit, hoc Conſulatu, Gaudentium & Iouium, Comites in Africâ Carthagine Deorum templa ſubuertiſſe & ſimulacra fregiſſe Honorij iuſſu XIIII. Kal. Aprilis.

*Canoni* frumentario vrbis Romæ conſuluit hoc tempore Honorius. Altini poſitus *l.6.de canone frum.V.R.*

*Maiumæ* ſpectaculum antea conceſſum hoc tempore prohibuit Arcadius Imp. aliis ludicris conceſſis. *l.2.ſeu vlt.de Maiumâ.*

*Paſtores* per Valeriam & Picenum, equis vti (ad prohibenda videlicet ibi latrocinia) vetiti ab Honorio Imp. *l. vlt. quib. equorum vſus.*

Quinam *Clerici* intra hoc duodecennium facti, Curialis originis Curiâ liberentur definiuit hoc tempore Arcadius *l. 163. de decurionib.*

Ex *Aquæductu* in Campaniâ ſumptu publico reparato, quæ *Auguſta* forma dicebatur, quidquam aquæ deriuare vetuit hoc tempore Honorius *l.8.de Aquæductu.*

*Iudæos* Curiæ obnoxios Curiæ mancipari iuſſit Arcadius *l.165.de decurionib.*

Stilicho hoc tempore agit in Italia Mediolani. vid. Claudianum *2.in laud.Stilic. v.274. 275.*

CHRONO



ARCAD. & HONOR. A.D 400.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Stilichone & Aureliano Coſſ. 400.

XVI.Kal.Feb.Dat.MED. *l.6 de metatis.* Vincentio PF. P.
XI.Kal.Feb.Dat.CONSTANTINOP. *l.8.de metatis.* Æmiliano Mag. offic.

Hâc l. fit mentio Comitis & Magiſtri militum per Orientem, & Antiochenæ ciuitatis.

IX. Kal. Feb.PP. Romæ in Foro Aproniani. *l. 29. de nauiculariis.* Flauiano PF. V.
III. Kal.Feb. Dat. Med. *l. 12. de veteranis.* Stilichoni Magiſtro vtriuſque militiæ.
Prid.Non.Feb.Dat.RAV. *l.35.de Epiſcopis.* Hadriano PF.P.
Prid.Kal.Mar.Dat.Rau.*l.37.de hæreticis.* Hadriano PF.P.
Prid.Id.Mar.Dat.......*l.2.de ſuperexaction.* Apollodoro Proc. Afric.
XIIII.Kal.April.Dat.MED.*l.vlt.de re militari.* Stilichoni Magiſtro militum.
VI.Kal.Apr.Dat.ALTINO. *l.vn. de panonis horr.Portuenſium.* Meſſalæ PF.P.
XVI.Kal Iun.Dat.MED.*l.10 de deſertorib.* Vincentio PF.P.Galliarum.
Kal.Iun.Dat. Med.*l.60.de appellationib.* Pompeiano PP." Afr.

" ℞ PC.

VI.Id.Iun.Dat.Med.*l.7.de metatis.* Pompeiano Proc. Afric.
VI.Id.Iun.Dat.Med.*l.36.de ſuſceptorib.* Benigno Vic.vrb.Rom.
XVII.Kal.Iul.Dat.Med.*l.30.de nauicular.* Pompeiano Proc. Afric.
III.Kal.Iul.Dat.Med. *l.1.2.3. de his qui condit. propr.* Vincentio PF.P. Galliarum.

Prid.Kal.Iul.* Dat.Med. { *l.166.de decurionibus.* / *l.18.de luſtrali conlat.* } Pompeiano Proc. Afric.
* f. Iun.vel Ian.

III.* Id.Iul.Dat.Med.*l.vn.vtrum vi.* Vincentio PF.P.Galliarum. Poſt alia.

* f.III.Kal.Iul.

VIII.Id.Aug.Dat.RAVENN. *l.10.de indulg.crimin.* Romulo PF.P.

Malè in inſcriptione additum *Theodoſij* nomen.

XIV.Kal.Sept.Dat.BRIXIÆ. *l.61.de appellation.* Flauiano PF.V.
III.Kal.Octob.Dat.AQVILEIA. *l.vn.de Conſularib.& Præf.* Meſſalæ PF.P.
III.Non.Octob.Dat.RAV. *l.3.de conlat.donatar.* Hadriano PF.P.
VI.Id.Nou.Dat.MED *l.9.de Aquæductu.* ad Flauianum PF.V.
Id.Nou.Dat.RAV.*l.27.de annona & trib.* Saluino Com.R.P.
XV.Kal.Dec.Dat.......*l.59.de curſu publico.* Meſſalæ PF.P.
VI.* Kal.Dec.Dat.MED.*l.5 de locatione fundorum.* Meſſalæ PF.P.
* f.v.

v.Kal.Dec.Dat.Med. { *l.60 de curſu publico.* / *l.2.de diſcuſſoribus.* / *l.vnde his qui pot.nom.* } Meſſalæ PF.P.

VI.Id.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.1.de adſeſſoribus.* Cæſario PF.P.
v.Id.Dec.Dat.Med.*l.61.de curſu publico.* Vincentio PF.P.

Prid. Kal. Ian.Dat. Med. { *l.3.de concuſſ.aduocator.* / *l.28. de annona & trib.* / *l.2.*ad L. Iul.de ambitu.* } Pompeiano Proc. Afric.
* Subnotatus dies *Prid Kal. Ian.* perperàm.
*l.27. de ſuſceptoribus.* Pompeiano ſuo ſalutem.

## CHRONICON HISTORICVM.

STilicho Romæ: vbi Conſulatum auſpicatus. v.Claudianum in laud.Stilic. & in 6: Honorij Cos.à *v.419.*

Honorius Imp.his Coſs. primùm *Mediolani* egit: Arcadius Conſtantinopoli.

Conſtantinopolitanæ vrbis Aſiæque ſta-

tus

ARCADIVS & HONOR. A.D.400.

tus hoc anno valde turbatus fuit, per Gainam & Gothos: vnde duæ nonniſi hoc anno Arcadij conſtitutiones ad Magiſtratus Orientis datæ occurrunt: prior, initio anni *lex* 8. *de metatis*, poſterior fine eiuſdem anni *lex* 1. *de adſeſſoribus*.

Bellum cum *Gainâ* his Coss. geſtum, Ducéque Frauitta profligatum: dixi de eo iam ad Philoſtorgij *lib.* 11. *cap. vlt.*

Lætos, Gentiles, Alamannos, Sarmatas, filióſque veteranorum aut cuiuſlibet corporis dilectibus obnoxios, veteranos factos ante tempus per teſtimoniales, vel militia dimiſſos extra cauſariam vel honeſtam miſſionem, vel etiam clericos factos vel copiatas, ad militiam hoc tempore reuocari iuſſit Honorius, conſtitutione ad Stilichonem Magiſtrum militum emiſsâ *l.* 12. *de veteranis*.

Honorius his Coss. Mediolano digreſſus, *Rauennam, Brixiam, Aquileiam* profectus eſt: indéque poſtea Mediolanum regreſſus.

*Epiſcopatu* ſemel legitimè in Synodo detruſos, ſacerdotium repetentes, neque beneficio Principis reſtitui poſſe definiuit hoc tempore Honorius: imò & iuxta legem Gratiani vltra centeſimum ab vrbe illâ lapidem exulare eos iuſſit *l.* 35. *de Epiſcopis*.

Aduerſus *Donatiſtas*, conſtitutionem edidit Honorius *l.* 37. *de hæreticis*, qua ad oſtendendam Donatiſtarum perfidiam iuſſit, reſcriptum quod à Iuliano Imp. Donatiſtæ impetrauerant, vna cum geſtis quibus eorum preces continebantur, propoſito programmate celeberrimis in locis proponi.

*Transferri milites* à numeris ad numeros vetuit hoc tempore Honorius conſtitutione ad Stilichonem Magiſtrum militum emiſsâ. *l.* 18. *de re militari*.

Gildonis bona vt & ſatellitum eius in ærarium Principis relata, eodem iure quo cæteras res priuatas Principis à metato immunes eſſe iuſſit Honorius *l.* 7. *de metatis*.

*Conditionis ſuæ* deſertores qui paſſim per Gallias erant, in diſpendium ciuitatum vel priuatorum, puta Curiales, Collegiatos, Burgarios, colonos, ad conditionem ſuam retrahi iuſſit hoc tempore Honorius, ſub certâ tamen temporis præſcriptione. *l.* 1. 2. 3. *de his qui condit. propr. & l.* 1. *vtrum vi.*

*Legatus* ex Africâ hoc Conſulatu miſſus ad Honorium Mecilianus: ad cuius legationem emiſſa conſtitutio ad Pompeianum PC. Afr. cuius partes ſunt lex 166. *de decur. l.* 18. *de luſtrali conlat.*

*Indulgentiam criminum* omnibus reis deputatis, relegatis, in metallum damnatis, in inſulam locaue deſerta pulſis hoc tempore menſe *Iulio* tribuit Honorius Imp. *l.* 10. *de indulg. criminum.*

*Aquæ Claudiæ* Romæ tuitioni conſuluit hoc tempore Honorius Imp. *l.* 9. *de Aquæductu.*

Prouinciales à variis damnis prædiſque liberatum iuit Honorius eâ conſtitutione ad Meſſalam PP. cuius partes tres hic ſuperiùs poſitæ.

*Iudices* ſibi *Adſeſſores*, ex prouinciâ quam adminiſtrabant, nonniſi per quatuor menſes, intereà videlicet dum ſibi aliunde proſpiciunt, adſciſcere ſeu retinere prohibiti hoc tempore ab Arcadio *l.* 1. *de adſeſſoribus*.

*Vicariis* curſus publici euectiones faciendi poteſtas adempta ab Honorio Impp. per PP. Galliarum: occaſione *Macrobij* Vicarij Hiſpaniarum & quinque per Galliam prouinciarum qui id præſumpſerat, multámque ideò temeritatis excepit. *l.* 61. *de curſu publ.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Vincentio & Frauitta Coſſ. 401.

Hic Conſulatus *l.* 28. *de ſuſceptorib. & l.* 36. *de Epiſcopis*, ita deſignatur, Poſt Conſulatum Stilichonis & Aureliani.

XIIII. Kal. Feb. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 17. *de bonis proſcriptorum.* } Studio Com. R.P.

Hæc ipſa lex repetita *l.* 23. *de petitionibus.*

III. Non. Febr. Dat. Conſtantinop. *l.* 62. *de curſu publico.* Cæſario PF.P.
Id. Feb. Dat. MED. *l.* 2. *de equorum conlat.* Pompeiano Proc. Afric.
IIII. Kal. Mar. Dat. Med. *l.* 28. *de ſuſceptoribus.* Pompeiano Proc. Afric.
IIII. Kal. Mar. PP. Med. *l.* 11. *de Senatoribus.* Troino" Com. S.L.

Conſulatus huic l. perperàm ſubnotatus, *Vincentio & Auito.*

" ℞. Troilo. v. Syneſium *ep.* 26. &c.

III. Kal. Mar. Dat. Mediol. *l.* 11. *C. Iuſt. de annonis.* Hadriano" PF.P.

" al. *Eutychiano*, malè.

XII. Kal. Apr. Dat. Med. *l.* 3. *de equorum conlat.*.... PF.P. & Com. S.L.
VIII. Kal. Apr. Dat. Med. *l.* 5. *de tabulariis.* Hadriano PF.P.
V. Kal. Apr. Dat....... *l.* 1. *de indictionibus.* Pompeiano Proc. Afric.

Prid.



ARCADIVS & HONOR. A.D.401.

Prid. Kal. Sept. Dat. Mediol. { *l.* 26. *de erogat. mil. ann.* / *l.* 63. *de curſu publico.* / *l.* 29. *de annonâ & trib.* } Prouincialibus prouinciæ Proconſularis.
VII. Kal. Iul. Dat. Med. *l.* 3. *de indulgent. debitor.* Andromacho PF.V.
IIII. Non. Iul. Dat. Med. *l.* 41. *de operib. publ.* Hadriano PF.P.
III. Id. Iul. Dat. Med. *l.* 11. *de bonis proſcriptor.* Bathanario Com. Afric.
III. Id. Dat. Med. *l.* 16. *de exactionibus.* Hadriano PF.P.
Prid. Id. Iul. Dat. Med. *l.* 36. *de Epiſcopis.* Pompeiano Proc. Afric.
VI. Kal. Aug. Dat...... *l.* 6. *de locatione fundor. patrimonial.* Neſtorio Com. R.P.
Prid. Id. Sept. Dat. Conſtantinop. *l.* 12. *de proximis.* Clearcho PF. V.

Hæc lex ex parte abrogatur *l.* 12. *de Senatoribus.* A.D. 414.

III. Kal. Octob. Dat. ALTINO. *l. vn. de officio Vicarij*..."....

"Suppleo. *Hadriano PF.P.* vt dico ad *illam l.*

## ARCADII & HONORII conſtitutiones ſine die & Coſſ.

*L.* 2. *Cod. de apparitorib. Proconſulis.* Dominatori Proc. Afric.
In aliis codd. *Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus* inſcribuntur.
*L. fundos* 10. *Cod. de fundis patrimonialib.* Eutychiano PP.
*L. excuſationem* 24. *Cod. de excuſ. tutor.* Flauiano PF.P.
*L. ſeruos* 12. *Cod. de Agricolis.* Florentino.
*L. locorum* 11. *Cod. de omni agro deſerto.* Hadriano PF.P.
*L. ſi quis* 11. *Cod. de vectigalibus.* Lampridio PP.
*L. nullum* 10. *Cod. de off. Rector. prouinc.* Limenio Comiti S.L.
*L. coloni* 2. *Cod. in quib. cauſis coloni cenſiti.* Nebridio Comiti Aſiæ.
*L. vectigalia* 10. *Cod. de vectigalibus.* Rufino PP.

al. Anthemio.

*L. glebam* 2. *Cod. de Prætoribus.* ad Senatum.
*L. quia nonnunquam* 3. *Cod. quæ res venire.* ad Senatum & populum.

### Imò & ſine nomine perſonarum ad quas eæ emiſſæ.

*L.* 1. *Cod. de collat. fundor. fiſcal.*
*L. in proconſulari* 3. *Cod.*
*L.* 1. *Cod. de Cupreſſis.*
*L. originarios* 11. *Cod. de agricolis.*
*L. cura.* 3. *Cod. qui militare poſſunt.*
*L. vniuerſi* 9. *Cod. de fundis patrim.*
*L. per Illyricum* 11. *Cod. de cohortalib.*
*L. eos qui* 4. *Cod. de diu. præd. vrbanis.*
*L.* 2. *Cod. de apparit. Præf. annonæ.*
*L. per omnes* 5. *Cod. de collatione fundorum.*

## CHRONICON HISTORICVM.

ARcadius his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Mediolani.*

*Gainas* ſuperiore anno à Frauitta profligatus fugatuſque (ob quam rem Frauitta hoc anno Conſul factus eſt) cùm per Thraciam Iſtro tranſito in patriam reuerti cogitaret ab Hulde Hunnorum Duce tandem cæſus fuit: caputque eius Conſtantinopolim tranſmiſſum allatúmque huius anni initio III. Nonas Ianuarias: teſtis Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 798. 799. Marcellinus *Chronico his* Coss. Chronicon Alexandr. *his* Coss. Socrates *lib.* 6. *c.* 6. Philoſtorgius, *lib.* 11. *c. vlt.* Inde in bona eius ſatellitúmque itum, qui & antea hoſtis declaratus fuerat: Ad hanc verò bonorum proſcriptionem referri poſſe videtur *lex* 17. *de bonis proſcriptor*: *ſeu l.* 23. *de petitionib.*

Annonæ militari, equorúmque militarium in pretio exactioni vt & paraueredorum & parangariarum per Africam Proconſularem, Numidiam, Mauritaniam Byzacenam & Tripolim enixè proſpectum iuit hoc

ARCADIVS & HONOR. A.D. 402.

tempore Honorius Imp. Februario Martioque menſe *l.2. & 3. de equorum collatione l.28. de ſuſceptoribus l.1. de indictionibus l.26. de erogat. mil. ann. l.19. de annonâ & teſtib. l.63. de curſu publ.*

Indulgentiam debitorum ſeu tributorum præteriti temporis ad A. 386. vſque tribuit Honorius: ab A. D. 386. ad 395. ſuſpendi eorum exactionem voluit, vſque quo id quod eâ l. continetur factum fuiſſet: ab A.D. 395. ſine dilatione ſolui. *l.3. de indulg. debitor.*

THEODOSIVS Iunior, huius Codicis conditor, patre Arcadio his Coss. natus eſt IV. Id. April. Socrates, *lib.6. cap.6. in f.* Sozomenus, *lib.8. cap.4.* Marcellinus & Chronicon Alexandr. *his* Coss. Huius verò natalis ſui poſteà meminit ipſe *l.17. de proximis Comit. diſp. Loca vacantia* ſeu *areas vacantes* in ciuitatibus poſita, quæ nullum vſum vel ornatum ciuitatibus præbent, vel ædificia *iuris templorum* à Principe Curialib. vel collegiatis conceſſa penes impetrantes ſub penſione manere voluit Honorius *l. 42. de operib. publ.*

*Marcharidi* cuiuſdam per Africam proſcripti fit mentio *l.18. de bonis proſcriptor.*

De Clericorum immunitate à luſtrali collatione lata lex ab Honorio *l. 36. de Epiſcopis.*

Honorius Mediolano *Altinum* ſeſe contulit.

## ¶ Arcadio & Honorio AA.v.Coſſ.402.

THEODOSIVS Iunior, huius Codicis conditor, ſuperiore anno natus, ab Arcadio Patre, huius Conſulatus initio Auguſtus creatus eſt: Sozomenus, *lib.8. cap.4. in f.* IV. Id. Ianuar. Chronicon Alexandr. *his* Coss. qui & ideò quinquennalia ſua finiente iam quinquennio celebrauit III. Id. Ianuar. A. D. 407. idem Chron. Alexandr.

# ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

XI.Kal.April.Dat.CONSTANTINOP. *l.14. de annonis ciuicis.* Clearcho PF.V.
VIII.Id.Decemb.Dat.RAV. *l.15. de tironibus.* PF.V.

His duabus conſtitutionibus addendum in inſcriptione *Theodoſij* (Iunioris ſcilicet) nomen.

## CHRONICON HISTORICVM.

ARcadius hoc tempore *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ*: de quâ Honorij Rauennæ morâ vid. & Claudianum, *in* 6. Cos. *Honorij. p.157. b. 159. b.*

Ab hoc verò tempore Honorius Mediolano ferme derelicto *Rauennæ* ſedem conſtituit deinceps. Indeque iam Rauenna vrbs Regia, Imperatorum Regumque ſedes extitit.

Gothi Alarico duce Pannoniâ, Norico, Rhetiaque ſuperatis, in Italiam brumæ tempore ſummâ celeritate penetrarunt. Prudentius, *lib.2. adu. Symmachum*: Claudianus, *de bello Getico*, & *in* 6. Cos. *Honorij.* Aduerſus hanc irruptionem Tyrones honoratis indicti *l.15. de tironibus.* Cuius indictionis meminit etiam anno proximo Honorius *l.14. de deſertorib. l.3. de Agentibus.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

## ¶ Theodoſio A.I.& Rumorido Coſſ.403.

XV.Kal.Mar.Dat.RAV. *l.19. de ſuſceptoribus.* Septimino Proconſ. Afric.
VI.Kal.Mart.Dat.Rau. *l.11. de deſertoribus.* Hadriano PF.P.
VIII.Id.Mar.Dat Rau. *l.21. de piſtoribus.* Vitali PF.ann.
VII.Kal.Apr.Dat.Rau. { *l.64. de curſu publ.* / *l.19. de luſtrali conl.* } Septimino Proc.Afric.
III Kal.Iun.Dat.Rau. *l.3. ad L.Iul. de ambitu.* Strategio Vic.Africæ.
Kal.Iul.Dat.Rauen. *l.13. de Agentib. in reb.* Hadriano PF.P.
VIII.Kal.Aug.Dat Rau. *l.12. de deſertoribus.* Hadriano PF.P.

VI.



ARCAD. HONOR. & THEOD. A.D. 403.

VI.Non.Octob.Dat...... *l.13. & 14. de deſertorib.* Hadriano PF.P.
VI.Kal.Ianua.Dat.Mediolani. *l.3. Cod. Iuſt. de adſeſſoribus.* Meſſalæ PF.P.

Hæc lex huic tempori conuenire non poteſt.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius Imp. his coss. agere pergit *Rauennæ.*

Mœnia ſeu muri vrbis Romæ metu aduentantis Alarici inſtaurati, Claudianus *in 6. cos. Honorij*: & vetus inſcriptio Romæ, quo tempore Longinianus P. V. erat. Alludit & idem Claud. *de b. Getico.*

In *Deſertores* militiæ eorumque occultatores per PP. Italiæ variis conſtitutionibus pœnis & rationibus inſurrexit hoc tempore Honorius *l.11.12.13.14. de deſertorib.* partim vt latrociniis occurreret, partim aduerſus Gothorum irruptionem.

*Septiminus* his Coss. Proconſul Africæ fuit: ad quem variæ extant conſtititutiones. In *actis collat. Karthag. die 3. c.173.* recitatur libellus quem Catholici his Coss. Id. Septemb. Karthagine huic Septimino obtulerunt aduerſus Circumcelliorum violentiam. Mox & reſponſum ſubiicitur ad eum libellum eiuſdem Septimini Proconſulis.

Honorius Imp. poſt *Polentinam* de Alarico ſeu Gothis victoriam, quæ feſto Paſchatis congruit, vt teſtatur Oroſius, *lib.7. c. 37.* primis meſſibus, inquit, Claudianus, *de bello Getico*: Poſt alteram item *Verouenſem*, à Romanis expetitus, Rauennâ digreſſus itinere ducto per totum littus maris Hadriatici per Fanum Fortunæ, Metauro tranſito, Petra pertuſa, Iouis delubro, per Apenninum, Clitumnum, Narniam (quod iter deſcribit Claudianus, *paneg. in 6. Cos.*) ROMAM venit: de quo mox anno *prox. plura.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

## ¶ Honorio A.VI.& Ariſtæneto Coſſ.404.

IIII.Kal.Feb.Dat. CONSTANTINOP. *l.4. de his qui ſuper religione.* Anthemio Magiſtro officiorum.
III.Non.Feb.Dat.Conſtantinop. *l.15. de Iudæis.* Eutychiano PF.P.
IIII.Kal.Mart.Dat.ROM. *l.65. de curſu publico.* Hadriano PF.P.
IX.Kal.Apr.Dat.Rom. *l.2. de excoct. & tranſl.* ad Hadrianum PF.P.
VI.Id.Apr.Dat...... *l.4. Cod. Iuſt. de adſeſſor.* ad Cæcilianum Vicarium.
X.Kal.Mai. Dat.Romæ. *l.16. de Iudæis.* Romuliano PF.P.
Prid.Kal.Iul.* Dat.Conſtantinop. *l.14. de Agentibus.* Anthemio Magiſtro officiorum.
* Iun *C.Iuſt.*
VIII.Id.Iul.Dat.Rom. *l.4. de decuriis V.R.* Exſuperantio, Iulio, & ceteris decurialibus.
Prid.Id.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.42. de operib. publ* Eutychiano PF.P.
VIII.Kal.Aug.Dat.Rom. *l.17. de Iudæis.* Hadriano PF.P.
III.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.5. de fabricenſibus.* Anthemio Mag. Officiorum.
XV.Kal.Sept.Dat...... *l.31. de nauicular.* Hadriano PF.P.
IIII.Kal.Sept.Dat.Conſtantinop. { *l.37. de Epiſcopis.* / *l.15. Cod. de Epiſcopis.* } Studio PF.V.
III.Id.Sept.Dat.Conſtantinop. *l.5. de his qui ſuper religione.* Studio PF.V.
XIV.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.vlt. de his qui ſuper relig.* Eutychiano PF.P.

## CHRONICVM HISTORICVM.

HOnorius Imp. vt dixi anno ſuperiore Rauennâ ROMAM venit, vbi & ſextum Conſulatum auſpicatus eſt; quo nomine Claudianus expreſſo in id Panegyrico, *in hunc 6. Conſul.* vrbi Romæ gratulatur. Hinc igitur iam quinque conſtitutiones Honorij hoc anno à menſe Februario ad Auguſtum fermè, *Romæ* datæ occurrunt. Hoc verò ipſo anno ludi gladiatorij ab Honorio ibi poſito ſublati videntur. Certe Claudianus, *d. paneg.* ſimulacra tantum ludorum gladiatoriorum exhibita tum deſcribit.

*Ioannis Chryſoſtomi* occaſione tumultus hoc anno *Conſtantinopoli* excitatus, ſchiſmaque in Eccleſiam inuectum, ob Eudoxiæ odium in Ioannem, eò quod in ſtatuæ ipſius erectionem publicè ſuperiore anno inuectus fuiſſet. Quare & euocati Conſtantinopolim Epiſcopi ac nominatim Theophilus Alexandrinus, ad eum de ſede deturbandum, quod & factum ſubſtituto ei Arſacio, eiectoque eo in exilium Cucuſum. Hinc iam populi tumultus: contrà Arcadius (Eudoxiæ coniugi obnoxius) Ioannitarum cœtus prohibuit:

ARCAD. HONOR. & THEOD.

A.D.404.

quò pertinent quatuor huius anni conſtitutiones inde à fine menſis Ianuarij, puta *lex 4. 5. 6. de his qui ſuper religione : & l.37. de Epiſcopis*. Sed & *Incendium* Conſtantinopoli exortum eiecto Ioanne Chryſoſtomo, his Coss. XII. Kal. Iul. Quo & Eccleſia (poſtea reparata A.415. teſte Marcellino, *Chronico*) & Senatus conflagrauere. Zoſimus, *lib. 5. p.801.* Socrates, *lib. 6. c. 16.* Sozomenus, *lib.8. cap 24.* Marcellinus *Chronico his* Coss. Chronicon Alexandrinum, *his* Coss. Palladius, *in dialogo* : Georgius *in vita Chryſoſtomi*, etiam apud Photium *num.96 p.266.* Huius incendij mentio in *l.37. de Epiſcopis*, quæ data duobus ferme poſt menſibus. Eodemque pertinet biennio poſt *lex 44. de operibus publicis*. Incendium porrò iſtud Ioannitis, id eſt, Ioannis Chryſoſtomi ſectatoribus ab inimicis eius imputatum : Ioannitis viciſſim id in aduerſarios referentibus. vid. Zoſimum, Socratem, Sozomenum, Chronicon Alexandr. Quare quæſtiones ſuper eo agitatæ excruciatique nonnulli primùm à Studio P. V. vt docet *d. lex 37. de Epiſcopis* & deinceps etiam ab Optato P.V. teſte Socrate & Sozomeno, quem P.V. reperio anno proximo 405. vt docet lex *vlt. de vſuris.* cui quæſtioni modum & finem adhibere Arcadius *d. l. 37.* neceſſe habuit. Nihilominus bellum ciuile Conſtantinopoli fuit ex die III. Kal.Sept. (id eſt poſtero poſt hanc l. die) vt teſtantur Idacij Conſularia. Quare & Arcadius Ioannitarum conuentus magis magiſque diſturbare conatus : prohibitis inter alia ſeruis & corporatis vrbis miſcere ſeſe Ioannitarum cætibus *l.5.de his qui ſuper relig.* quæ data eſt III. Id.Sept. neque tantum in vrbe, verùm etiam per prouincias : Ioannitis redire iuſſis ad communionem Arſacij (qui hoc anno VI. Kal. Iul. Ioanni Chryſoſtomo depoſito Cucuſúmque relegato, ſuffectus fuerat) & Theophili Alexandrini, Porphyriique Antiocheni *l.6.ſeu vlt.eod.tit.*

De *Iudæis* tres exſtant hoc anno conſtitutiones : vna Arcadij, quâ priuilegia Patriarcharum eorúmque qui ab his præpoſiti, confirmauit *l.15.de Iudæis.* Duæ Honorij Romæ datæ : quarum priore *l.16. de Iudæis*, Iudæos omni militiâ priuauit : altera, puta *l. 17. de Iudæis.* Apoſtolatus ex Occidente in Orientem mittendi facultatem reſtituit, abrogatâ l.ſua lata A.399. *l.14.eod.tit.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Stilichone II.& Anthemio Coſſ.405.

Prid.Non.* Feb.Dat.RAVENNÆ *l.* 2.de Epiſcopali iudicio.* Hadriano PF.P.

* Hypobolimæa hæc lex.

Prid.Id.Feb.Dat.Rauennæ { *l.38.de hæretic.* / *l.3.ne ſanctum bapt.* } Edictum.

Prid.Id.Feb.Dat.Rauennæ. *l.4.& 5.ne ſanctum baptiſma.* Hadriano PF.P.

III.Non.Mart.Dat.Rau. *l.2.de religione.* Diotimo Proc.Afric.

XII.Kal.Mai.Dat.Rau. *l.19.de bonis proſcriptor.* Vrſicino Com.S.L.

Prid.Id.Iun.Dat.NICIÆ. *l.vlt.de vſuris.* Optato PF.V.

Ante Iulium. Dat........ *l.celebrandis 19. Cod.de nuptiis.* Eutychiano PF.P.

VI.Id.Iul. Dat. ANCYRÆ. *l.1.ne quis in Palat.man.* ad Anthemium PF.P.

XI.Kal.Aug.Dat.Rau. *l.62.de appellationib.* ad Diotimum Proc.Afr.

Hâc l. fit mentio Gentilium.

X.Kal.Aug. Dat.Ancyræ, *l.vn.de menſorib.* Æmiliano Magiſtro Offic.

Prid.Id.Aug.Dat.Ancyræ. { *l.28.de palat. S.L.* / *l.18.Cod.de reſcind.vend.* } Neſtorio Com. R.P.

VIII.Kal.Octob.Dat.Rau. *l.43.de operib.publ.* Hadriano PF.P.

VIII.Id.Nou.Dat........ *l.24.de petitionib.* Anthemio PF.P.

Id.Nouemb.Dat....... *l.2.C.de Naturalib.lib.* Anthemio PF.P.

VI.Id.Decemb.Dat.Rau. *l.39.de hæreticis.* Diotimo ſuo ſalutem.

Id.Decemb. Dat........ *l.5.ſeu vlt. Cod.de off.PP.Orientis.* Anthemio PF.P.

XIIII.Kal.Ian.Dat.CONSTANTINOP. *l.63.de Appellationib.* Anthemio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius Roma digreſſus, his Coss. *Rauennæ* egit.

*Equitij* Hipponæ Diaretorum *Epiſcopi* de ſede ſuâ depoſiti occaſione, ſimùl & ad Patrum Africanorum ſuperiore anno Legationem ſeu petitionem (vt docet canon. 93. Cod. Africani) Honorius Imp. Epiſcopum ob culpam aliquam Epiſcopatu depoſitum Epiſcopatum repetentem, vltra centeſimum ab vrbe miliarium pelli iuſſit *l. 2. de Epiſcopali iudicio.*

*Henoticum*, ſeu Edictum de *vnitate* per Africam



ARCADIVS, HONOR. & THEOD.

A.D.405.

Africam ab Honorio Imp. emiſſum his Coss. pridie Idus Febr. quo & *Donatiſtis* pœnæ denunciatæ, ad Patrum Africanorum ſuperiore anno Legationes & querelas aduerſus Donatiſtarum furorem, vt videre eſt can. 93. Cod. Afr. vbi mandata Legatorum continentur, Edicto Honorij congruenti omninò. Cuius Edicti mentio fit apud Idacium *in Conſularib.his* Coss. in *l.2.de religione*, & canone 94. *p.261.* & 99, Cod. Afric. *p.273.* Eius vero partes duæ ſuperſunt *l.38. de hæreticis*, & *l. 3. ne ſanctum baptiſma.* Ei porrò exequendo eodem die ſpecialia ab Honorio Imp. mandata emiſſa ab Hadrianum PP. quæ continentur *l. 4. & 5. eod. tit. ne ſanctum bapt.* mox & ad Diotimum Proconſulem Africæ. *l.2.de religione.* quâ iubet vt Edictum de vnitate per Africanas regiones per diuerſa proponat, ad quem alterâ quoque *l.39. de hæreticis*, ſub finem anni datâ, pœnas aduerſus Donatiſtas exerceri iuſſit.

Poſſeſſiones ex *bonis Gildonis* à priuatis poſſeſſas cum fructibus reſtitui iuſſit Honorius *l.39.de bonis proſcript.*

Arcadius Conſtantinopoli *Nicæam* Bithyniæ profectus eſt : vbi menſe Iunio data ab eo lex *vlt.de vſuris.*

*Senatoribus* dimidias centeſimas *vſuras* hoc tempore, antea penitus ademptas conceſſit Arcadius *d.l.vlt.*

*Optatus P.V.* Conſtantinop. fuit : de quo in rebus Chryſoſtomi. v. quæ dixi *ſuper.anno.* Meminit inter alios Socrates *lib. 6. cap. 16. in fin.*

*Conſobrinorum* nuptias hoc fermè tempore legitimas eſſe iuſſit Arcadius *l.celebrandis.*

Arcadius è Bithyniâ *Ancyram* Galatiæ hoc tempore profectus : vbi datæ ab eo menſe Iulio & Auguſto *l.1. ne quis in Palat. l. vn. de menſoribus. l.18. de palatinis S.L.*

*Anthemius* PP. ab hoc tempore eſſe cæpit ad annum vſque 416. de quo ex Chryſoſtomo, Syneſio, Sidonio, Socrate, Chronico Alexandr. in A.406. Socrate in anno 480. in *Proſopogr.*

*Donatiſtas* pœnas antea Lege ſtatutas perſoluere iuſſit Honorius *l. 39. de hæreticis.* id eſt mulctam denarum auri librarum : quod etiam anno ſuperiore 404. Patres Africani ab Honorio ſtatui petierant. v. *can.93.Cod. Afric. p.253.* Forte hæc lex lata ad Legationem Africanam, quæ ex concilio Carthag. poſt Henoticum ab Honorio emiſſum, menſe Auguſto habito, miſſa eſt hoc ipſo anno. v. *can.94.* Cod. Afric. *p.261.262.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Arcadio A. VI. & Probo Coſſ. 406.

III.Id.Ian. Dat.RAV. *l.de nauib.non excuſ.* Longiniano PF.P.

V.Id.Febr.Id.Rau. *l.10.de cenſitorib.* Longiniano PF.P.

IX.Kal.Apr.Dat.Rau. *l.15.de deſertorib.* Longiniano " PF.P.

" Perperam *Longiano.*

XV.Kal.Mai.Dat.Rau. *l.16.de tyronibus.* ad Prouinciales.

XIII.Kal.Mai.Dat.Rau. *l.17.de tyronibus.* ad Prouinciales.

IIII. Kal.Mai.Dat.CONSTANTINOP. *l.vlt. de famoſis libellis.* Anthemio PF.P. & Patricio.

V.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.13.de murilegulis.* Filometori Com.S.L.

V.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.44. de operib. publ.* Æmiliano PF.V."

" Cod.Iuſt.PF.P.malè.

XIII.Kal.Aug.Dat. Conſtantinop. *l.6.de denuntiat.* Æmiliano PF. vrbis.

Prid.Non.Sept.Dat. ALTINO. *l.30.de annonâ & trib.* Sapidiano Vic.Afric.

Hanc l. referendam exiſtimo ad A.D. 399. & coniungendam cum *l.5.de Canone frum.* V.R.

III. Non.Oct.Dat.Conſtantinop. *l.167.de Decurion.* Anthemio PF.P.

XI.Kal.Nou.* Dat.Conſtantinop. *l.45.de operib.public.* Æmiliano PF.V.

* ꝑ Dec.

XI. Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.46.de operib.public.* Æmiliano PF.V.

V.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.1.ne Comitib.& Tribunis.* Anthemio PF.P.

Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.vn.de priuil.dom.Aug.* Anthemio PF.P.

VII.Id.Dec.Dat.Rau. *l.33.quorum appellationes.* Neſtorio Com.& Duci.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his Coss. *Rauennæ* porrò conſtitit : Arcadius, Conſtantinopoli.

*Longinianus* hoc tempore PP. Italiæ fuit : de quo ex Symmacho, (vbi malè *Longimanus* editum) & ex Zoſimo, *in Proſopogr.*

Radagaiſus Scytha cum 200. vel 400. millibus ſuorum, totam Italiam inundauit: Oroſius *lib. 7. cap. 37.* Marcellinus, *Chronico his* Coss. quare magno apparatu huic contra itum : veluti 1. Tyronibus ab Honoratis in

ARCAD. HONOR. & THEOD.

A.D.406.

pretio exactis, cuius rei meminit *lex* 18. *de tironibus*: 2. Serui item etiam fœderatorum & Dedititiorum contra hoſtiles hos impetus præmio libertatis & pulueratico binorum ſolidorum inſuper promiſſo ad militiam inuitati *l.* 16. *de tironibus.* 3. Ingenui verò præmio decem ſolidorum, tribus repræſentatis. *l.* 17. *de tironibus.*

*Æmilianus* his Coss. ſub Arcadio P. V. Conſtantinopoli fuit: cui hoc anno inſcribuntur *lex* 44. 45. 46. *de operib. publ.* & *l.* 6. *de denuntiat.* Eius meminit *hoc ipſo anno* Chronicon Alexandr.

*Finiendarum litium* ſtudio Arcadius hoc tempore varias cauſas & ſeptem quidem definiuit, in quibus denunciationum ambages ſeruari noluit *l.* 6. *de denunciatione.*

*Incendium* Conſtantinopoli VIII. Kal. Nouembris exortum, quo conflagrarunt porticus Circi vna cum adiacentibus & ſuperſtructis. Chronicon Alexandr. *his* Coss. Quibus inſtaurandis mox menſe Nouembri incubuit Arcadius *l.* 45. *&* 46. *de operibus publicis.*

☞ Vandali & Alani traiecto Mogontiaci Rheno Gallias pridie Kal. Ianuarias ingreſſi ſunt. v. Proſperum his Coss.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio VII. & Theodoſio II. AA. Coſſ. 407.

Conſulatus huius fit mentio *l.* 8. *&* 9. *de indulg. debit.*

VIII. Kal. Feb.. Dat.* CONSTANTINOP. *l.* 13. *de proximis Comitib. diſp.*
* * * * *

VIII. Kal. Mart. Dat. ROM. *l.* 40. *de hæreticis.* Senatori PF. P."
" PF. V. *Cod Iuſt.*

XVI. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. { *l.* 20. *de cohortalibus.* / *l.* 8. *de maternis bonis.* } Anthemio PF. P.

XI. Kal. Apr. Dat..... { *l.* 18. *de tyronib.* Stilichoni Comiti & Magiſtro militum.
Huic l. malè adſcribitur *Coſſ. Honor.* IIII.
ROM. *l. vlt. de veteranis.* Stilichoni Comiti & Magiſtro vtriuſque militiæ. }
Malè refertur ad *Honorium* VIII. *&* *Theodoſ.* III. *Coſſ.*

VI. Id. Apr. Dat. Rau." *l.* 5. *de Decuriis. V. R.* Curtio PF. P.

" ℞. *Rom.* niſi *Dat.* pro *reddita* hìc accipimus.

III. Kal. Mai. Dat........ *l. vn. de Officio Com. S. L.* Limenio" Comiti.

" De hoc v. Proſop. Comiti ſcil. S. L. v. *l.* 10. *Cod. de off. Rector. Prou.*

IIII. Non. Mai. Dat. Conſtantinop. *l.* 29. *de erogat. mil. ann.* Anthemio PF. P.

Honorio & Theodoſio tantum hæc lex tribuitur. Quare referenda ea forte ad A. D. 409.

III. Id. Iun. Prælata literis viri Inluſtr. Com. ſacrarum largitionum. *l. vn. de immunitate.* Baſilio Com. S. L.
IIII. Non. Aug. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de curſu publ..* Anthemio PF. P.
VII. Id. Octob. Dat. Rau. *l.** 14. *de proximis Comitib. diſp.* Epiphanio P. V.

* Referenda hæc lex ad A. 412. & iungenda *l. vn. de Comitib. vacantib.*

XVII. Kal. Dec. Dat. Rom. { *l.* 38. *de Epiſcopis.* / *l.** 41. *de hæreticis.* } Porphyrio Proc. Afr.

* Propoſita Carthagine in foro ſub programmate Porphyrij Proconſulis Nonis Iunij Baſſo & Philippo Coss.

IX. Kal. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 2. *ne quis in Pal. man.* Anthemio PF. P.

## CHRONICON HISTORICVM.

O*Lympiodorus* Thebanus Paganus (cuius meminit & Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 803.) ab hoc Conſulatu Hiſtoriam ſuam orſus fuit, perduxitque ad annum 424.

Arcadius his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius verò *Romæ*: (Innocentio tùm Ep. vrbis Romæ) quod præter leges ab eo Romæ his Coss. datas docet quoque Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 803. *in fin. &* 804. *in pr.*

Honorius Romæ conſtitutus aduerſus Manichæos, Phrygas & Priſcillianiſtas conſtitutionem edidit *l.* 40. *de hæreticis.*

*Stiliche*



ARCAD. HONOR. & THEOD.

A.D.407.

*Stilicho* Comes & Magiſter militiæ in Italia hoc anno erat: cuius hoc ipſo anno meminit & Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 803. vbi oſtendit, Stilichonem poſt Radagaiſnam inuadationem, hoc tempore ſeſe ad *Illyricianam* expeditionem accinxiſſe: Quò forte pertinet *lex* 18. *de tyronib.* & *l. vlt. de veteranis*, quæ ad eum datæ ſunt.

*Conſtantius Tyrannus*, Honorio Romæ poſito, & Stilichone in Italiâ locato, è Britannia in Gallias Bononiam tranſiit: ſibique Gallicos & Aquitanicos exercitus conciliauit, Olympiodorus, Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 803. *&c.* Sozomenus, *lib.* 9.

*Ioannes Chryſoſtomus* obiit his Coss. XIV. Nouembr. Socrates *lib.* 6. *cap.* 19. alij aiunt XIV. Septembr.

Honorius *Romæ* conſtitutus ſub Innocentio Ep. vrbis Romæ per Africam *Eccleſiarum & clericorum* priuilegia confirmauit, nouáque inſuper adiecit ac nominatim vt Defenſores Aduocatos conſtituere Eccleſiæ poſſint: id quod ad petitionē Cōcilij Africani hoc anno habiti Idib. Iunij in *Cod. Afr. c.* 97. *p.* 266. 269 conſtituit *Hæreticis* verò ad Catholicam fidem vel ſerò conuerſis indulgētiam propoſuit, conſtitutione ad Porphyrium Proconſulem Africæ emiſſa, cuius duæ partes ſuperſunt: *lex* 38. *de Epiſcopis*, *&* *lex* 41. *de hæreticis.* De huiuſmodi conuerſis poſt Henoticum Honorij hoc ipſo anno v. canonem 99. Cod. Afric. *p.* 273.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### Baſſo & Philippo Coſſ. 408.

XVIII. Kal. Feb. Dat. ROMÆ. *l.* 8. *de ſuariis.* Hilario PF. V.

*Arcadij & Honorij* ſolorum nomina perperàm huic l. inſcripta & in Cod. Th. & in C. Iuſt.

XVII. Kal. Feb.* Dat." Rom. { *l.* 43. *de hæreticis.* / *l.* 19. *de paganis.* } Curtio PF P.
* vulgo *Dec.*

XVI. Kal. Feb. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 19. *de palatinis S. L.* Monaxio PF. P."

" ℞. PF. V.

VI. Kal. Feb. Dat........ *l.* 30. *de ſuſceptoribus.* Lucio Com. S. L.
III. Non. Feb. Dat. Romæ." *l. vn. de officio Iudicum ciuilium.* Curtio PF. P.

" *Rauennæ*, Cod. Iuſt. malè.

XV Kal. Mart. Dat........ *l. vlt. de annonis ciuicis.* Monachio" PF. V.

" ℞. Monaxio.

III. Id. Apr. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de equorum conlat.* Herculio PF. P.

Hæc lex præfert tantum *Honorij & Theodoſij* nomina. Malè: niſi menſis in ſubſcriptione mutetur. Certe repetita ea etſi paulo aliter A. 411. *l.* 49. *de operib. publ.*

V. Kal. Mai.* Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de quæſtionibus.* ad Anthemium PF. P.
*. *Mart.* C. Iuſt.

Et hæc lex præfert tantum *Honorij* & *Theodoſij* nomina. Forte recte, repoſita in ſubſcript. *Datum*, vel *Data Kal. Maij.*

## ARCADII, HONORII, & THEODOSII constitutiones ſine die vel Conſule.

*L. in pecuniariis* 26. *Cod. de procurator.* Datum prid. Id. Octob......
*L.* 2. *Cod. de alluuionibus.* Cæſario PP. Agitur de Inundatione Nili.
Videtur *Theodoſij* nomen expungendum.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his quoque Conſulibus *Romæ* conſtitit, vt iuxta *l.* 8. *de ſuariis*, *l. vn. de off. Iud. ciuil.* teſtatur Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 805. 806. vnde poſtea *Bononiam* & *Ticinum* ſeſe contulit, eodem authore: & exinde Mediolanum: Arcadius verò *Conſtantinopoli* egit, mox & obiit.

In hæreticos, Paganos, Cœlicolas conſtitutionem edidit hoc tempore Romæ conſtitutus Honorius.

Conſtantinus Tyrannus in Galliis hoc tempore Arelate conſtitit, Zoſimus *lib.* 5. *p.* 897. vbi & vltimùm cæſus. vid. Olympiodorum, Frigeridum, Zoſimum, Oroſium, Philoſtorgium.

*Monaxius* fuit hoc anno P. V. Conſtantinop.

ARCADIVS, HONOR. & THEOD. — A.D. 408.

nop. pariter vt anno prox. cuius eo anno meminit Chronicon Alex.

De neceſſitatibus *Illyricianis* agitur *l. vlt. de Equorum conl.* quâ ad conſtructionem murorum, & comparationem tranſuectionémque ſpecierum vniuerſi ſine vllo priuilegio coarctari iubentur.

*Iſaurorum* latrocinia hoc quoque anno durabant: de quibus agitur *l. vlt. de Quæſtionibus* v. & Sozomenum *lib.* 8. *cap.* 25. De his dixi iam ad Philoſtorgium.

*Arcadius* Imp. obiit his Coss. Conſtantinopoli: teſte Zoſimo, *lib.* 5. *p.* 811. Proſpero, & Marcellino, his Coss. Socrate, *lib.* 6. *cap. vlt.* & *lib.* 7. *cap.* 1. Sozomeno, *lib.* 9. *cap.* 11. De die & menſe quæritur. Illud conſtat nondum Aprili eum mortuum, vnde vitium aliquod hæret *in l. vlt. de equorum coll.* & *l. vlt. de Quæſtionibus*, quæ Arcadij nomen non præferunt eo menſe. Kalendis Maiis, ait Socrates: at Theophanes, XI. Kal. Sept. Hâc de re vide Petauium,..... & Petitum, *in leges Atticas p.* 53. Prior ſententia hoc Codice magis comprobatur.

## HONORIVS & THEODOSIVS IVN.

III. Kal. Iun.* Dat. CONSTANTINOP. *l.* 18. *de Iudæis.* Anthemio PF.P.
* ℞. Ian.

Id. Septemb. Dat. MED. *l.* 4. *de indulg. debitor.* Theodoro PF.P.

XIIII. Kal. Oct. Dat. Conſtantinop. *l.* 14. *de Legat.* Anthemio PF.P. & Patricio.

VIII. Kal. Octob. Dat. Med. *l.* 20. *de bonis proſcriptor.* Theodoro PF.P.

XVII. Kal. Nou. Dat....... *l. quiſquis* 16. *ſeu pen. Cod. Iuſt. ſi cert. pet.* Theod. PF.P.

VIII. Kal. Nou. Dat..... *l.* 21. *de bonis proſcriptor.* Theodoro PF.P.

III. Id. Nouemb. Dat...... *l.* 19. *de pœnis.* Donato Proc. Africæ.

XVIII. Kal. Dec. Dat. RAV. *l.* 42. *de hæreticis.* Olympio Mag. Officiorum, & Valenti Comiti Domeſticorum.

XVII. Kal. Dec.* Dat.* Rom. { *l.* 43. *de hæreticis.* / *l.* 19. *de paganis.* } Curtio PF.P.
* f. *Feb.* * f. pro Redd.
Nam Theodorus PP. erat menſe Nouembri non Curtius: & Honorius hoc tempore Romæ non erat, ſed Rauennæ.

X. Kal. Dec. Dat. Rau. { *l. vlt. de teſtimoniali.* / *l.* 22. *de bonis proſcript.* / *l.* 20. *de pœnis.* } Theodoro PF.P.

Huic l. malè ſubnotatus dies X. *Kal. Octob.*

VIII. Kal. Dec. Dat. Rau. *l.* 44. *de hæreticis.* Hanc Donate Kariſſime Nobis.

Ad hanc l. v. Auguſtini *ep.* 127.

VIII.* Kal. Dec. Dat. Rauennæ. *l. vlt. de off. Rectoris prou.* Theodoro PF.P.
VI. *Cod. Iuſt.*

Forte huic iungenda *l.* 3. *Cod. de commerciis.* Theodoro PF.P. quæ die & Cos. caret.

VII. Kal. Dec. Dat. Rau. *l.* 19. *de tyronibus.* Com." S.L.

" ℞ *Comitibus.*

V. Kal. Dec. Dat. Rau. *l.* 45. *de hæreticis.* Theodoro PF.P. II."

" V. quæ noto ad *l. vlt. ad L. Iul. de ambitu.*

III. Kal. Dec. Dat. Rauennæ. *l.* 1. *Cod. Iuſt. vt nemo priuatus titul.* Flauiano" PP.

" f. *Flauio Manlio, Theodoro ſc.*

Kal.* Dec. Dat. Rauennæ" *l.* 39. *de Epiſcopis.* Theodoro PF.P.
* X. Kal. in An. Regio. "ita in Cod. Anic.

VII. Id. Dec. Dat. Conſtantinop. *l.* 17. *de exactionibus.* Anthemio PF.P.

III. Id. Dec. Dat. Rau. { *l.* 1. *de litorum & itin. cuſt.* / *l.* 2. *de petitionibus.* / *l. vlt. de poſtliminio.*" / *l.* 3. *Cod. Iuſt. de commerciis.* } Theodoro PF.P.
Huic l. perperàm ſubſcripti *Honorius* VIII. & *Theodoſius* 3. Coss.

Id. Decemb. Dat....... *l.* 8. *Cod. Iuſt. de Epiſcopali audientia.* Theodoro PF.P.





HONOR. & THEOD. IVN. — A.D. 408.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius hoc tempore *Conſtantinopoli* conſtitit: Honorius Roma digreſſus *Mediolanum* profectus, mox *Rauennam* rediit, quam Imperij ſui ſedem iam ab A. D. 402. delegerat & porrò ſemper habuit.

*Stilicho* hoſtis publicus, ſeu prædo publicus, qui Barbaros in orbem Romanum immiſerat his Coss. interfectus eſt Rauennæ X. Kal. Sept. Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 811. Quare ſtatim Italiæ annonariæ functionis & glebalis penſionis ab Honorio indulgentia tributa, quæ ſcilicet attrita fuerat ab impoſitis exercitibus ad Radagaiſum & Alaticum propulſandos. *l.* 4. *de indulg. debitor.* Et reliquis huius anni menſibus proſcripta paſſim Stilichonis, vt & ſatellitum eius bona. *l.* 20. 21. 22. *de bonis proſcriptorum*: quò etiam refero *l.* 1. *Cod. Iuſt. vt nemo titulos.* actúſque eius nonnulli damnati, veluti pernicioſa littorum itinerúmque cuſtodia, ne ex Oriente auxiliis pateret acceſſus *l.* 1. *de littorum & itin. cuſt.* Et fomites factioni ſubducti, interdicto ad Comitatum Principis & ad vrbem Romam acceſſu non modò proſcriptis ipſis, *l.* 20. *de pœnis*, verùm etiam his qui proſcriptorum ſuffragiis teſtimoniales Tribunorum & Protectorum impetrauerant. *l. vlt. de Teſtimon. ex Tribunis.*

*Iudæi* vetiti à Theodoſio Iun. quadam feſtiuitate ſuâ Aman incendere, & ſimulatam Crucis ſpeciem exurere *l.* 18. *de Iudæis.*

*Gildonianas* adhuc reliquias per Africam inſecutus Honorius *l.* 19. *de pœnis.*

*Olympius* hoc tempore Magiſter officiorum erat ſub Honorio cui inſcripta lex 42. *de hæreticis.* Cuius operâ interfectus Stilicho, Zoſimus, *lib.* 6. Olympiodorus, *apud Photium*: Philoſtorgius, *lib.* 12. *cap.* 1. vbi iam de eo dixi. Hic Chriſtianus fuit, quem ideò Zoſimus & Olympiodorus perſtringunt. Contra, Catholicum eum valde fuiſſe indicat ſatis *d. l.* 42. Sed & Auguſtinus binis ad eum datis literis, puta 124. 129. eum laudat.

*Valens* Comes Domeſticorum Honorij fuit: ad quem data quoque d. lex 42. qui mox Magiſter vtriuſque militiæ fuit, teſte Olympiodoro, de eo & Zoſimus A. 409. *lib.* 5. *p.* 819. 822.

Honorius, ad inſtantiam quoque Patrum Africanorum & ſuperiore iam anno. v. canonem 106. *Cod. Afric.* & hoc anno XVI. Kal. Iulias Olympij Magiſtri officiorum conſtitutiones à ſe in *paganos* & *hæreticos* latas, quas velut à Stilichonis tantum animo profectas vna cum ipſius actibus irritas eſſe debere illi iactabant, huius anni fine proximéque ſequentis initio confirmauit: quò pertinent *lex* 43. 44. 45. *de hæreticis*: Imò & additis nonnullis: prohibitis inquam Paganis & hæreticis intra Palatium militare. *l.* 42. *de hæreticis*: cuius l. meminit quoque Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 820. Imò & nonnullis aliis quæ antea Patres Africani viuo Stilichone impetrare non potuerant, vt docet canon 58. 60. 61. *Codicis Africani.* Certe annonas templis detrahi in vſus militum, & ludos conuiuiáque gentilium tolli, & templa alicubi deſtrui hoc anno iuſſit, & ſimulacra quod & antea iuſſerat, diſtrictius euerti. *l.* 19. *de paganis.*

Hæreticorum cœtus inhibuit hoc tempore Honorius, locáque ipſa confiſcari iuſſit, ipſóſque in exilium detrudi *l.* 45. *de hæreticis.*

Captiuis, ingenuis, redemptis in *Illyrico* tempore irruptionis Gothorum in Illyricum, priſtinum ſtatum, poſtliminiique ius, conceſſit hoc tempore Honorius. *l.* 25. *de petitionib.* & *l. vlt. de poſtliminio.*

ROMA ab Alarico obſeſſa, auróque & obſidibus datis liberata.

Ab *Epiſcopali* iudicio electo appellari non poſſe definiuit hoc tempore Honorius Imp. *l.* 8. *C. Iuſt. de Epiſcop. aud.* ad petitionem patrum Africanorum ſcilicet anno ſuperiore Idib. Iunij. v. *can.* 96. *in Cod. Afric.* v. & *can.* 100. *p.* 277. & *can.* 104. *p.* 281.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Coss. 409.

XVII. Kal. Feb. Dat. RAV. *l.* 46. *de hæreticis.* Theodoro PF.P. II. Poſt alia.

XV.* Kal. Feb. Dat. Rauennæ, *l.* 8. *Cod. Iuſt. de defenſor. ciuit.* Cæciliano PF.P.
* f. XII.

XIIII. Kal. Feb. Dat...... *l.* 32. *de nauiculariis.* Anthemio PF.P.

XII. Kal. Feb. Dat. Rau. { *l. vlt. de fide teſtium.* / *l. vlt. de exhib. reis.* / *l. vlt. vt intra annum.* / *l.** 3. *de ſuperexactionib.* (* XI. Kal. Feb Cod. Iuſt.) / *l. vn. ne paſtorib. dentur.* } Cæciliano PF.P.

X. Kal. Feb. Dat. Conſtantinop. *l.* 11. *de Cenſitorib.* Anthemio PF.P.

VIII.* Kal. Feb. Dat. Rau. { *l. vlt. de abolitionibus.* (Arcadius & Honorius huic l. malè inſcripti.) / *l. vlt. de maleficis, & mathem.* / *l.** 7. *ſeu vlt. de Cuſtod. reor.* (* VII. Id. Feb. Cod. Iuſt.) } Cæciliano PF.P.
* f. XII.

HONOR. & THEOD. IVN. Kal.* Feb.Dat.Rau. *l.vn.ſi nuptiæ ex reſcripto.* Theodoro PF.P. A.D.409.

* f.XVII.vel XVI.

VIIII.Kal.Mar.Conſtantinop. *l.47.de operib.publ.* Monaxio PF. V.
V.Kal.Mar.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de expenſis ludor.* Anthemio PF.P.
X.Kal.April.Dat.Conſtantinop. *l.30.de erogat.mil.ann.* Anthemio PF.P.
Kal.Apr.Dat.Rau. *l.19.de Iudæis.* Iouio PF.P.
VI.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.1.de frumento vrbis Conſtant.* Monaxio PF.V.
III.Kal.Mai.Dat.Rau. *l.1.de terris limitaneis.* Gaudentio Vicario" Africæ.

" f. vi cl. Comiti.

XV.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. *l.168.de Decurion.* Anthemio PF.P.
XIIII.Kal.Iun.Dat........ *l.4.ne conlat.tranſl.* Anthemio PF.P.
VI.Kal.Iul.Dat.Rauennæ. { *l.47.de hæreticis.* / Poſt alia. / *l. vlt. de denunciat.* } Iouio PF.P.

In Edit.in 4.*Iouiano.*

XIIII.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.33.de nauicular.* Anthemio PF.P.
XIII.Kal.Aug.Dat. { .......... *l.vn.de auri publ.proſecut.* / Conſtantinop. *l.2.de off.Ciuil.Iudicum.* } Anthemio PF.P.
VII.Kal.Aug.Dat.Rauennæ { *l.20.de Iudæis.* / *l.3.& vlt.de fer.* poſtalia / *l.8.de executor.* poſt alia } Ioanni PF.P.

Hæc leges referendæ ſunt ad A.D.412.

VIII.Id.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.3.de ſpectaculis.* Anthemio PF.P.
VIII.Id.Aug PP.Karthagine. *l.9.de metatis.* Sapidiano........

Ad alium annum hæc lex referenda eſt.

X.Kal.Oct.Dat. { Conſtantinop. *l.vn.de Nili.agg.* / ........ *l.vlt.quis in gradu.* } Anthemio PF P.
VII.Kal.Octob.Dat.*Rauenn. *l.vlt.de Decuriis V.R.* Bonoſiano PF.V.

".Eidem inſcribitur A.D.411. lex 48.*de operibus publ.* ad quem ipſum annum mallim hanc l. referre.

V.Kal.Octob.Dat.Conſtantinop. { *l.169.de Decurionibus.* / Agitur h.l.de ciuit.Antioch. / *l.18. de exactionibus.* } Anthemio PF.P.

Agitur hac l.de Legatis Achiuorum.

Prid.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.31.de erogat.mil.ann.* Anthemio PF.P.

Agitur h.l.de oriente & Ægypto.

VII. Id. Dec.Rau. *l.171.de Decurionib.* Dardano PF.P.Galliarum.

Fortè referenda hæc lex ad A.D.412.

IIII. Id.Dec.Dat.Rau. *l.vlt.de poſtliminio.* Theodoro PF.P.

Referenda hæc lex ad A.408. & coniungenda cum *l.25.de petitionib.* & *l.1.de litorum & itin.cuſtod.*

III.Id.Dec.Dat......... *l.Chriſtian.5.11.Cod.Iuſt.de Epiſcopal.audientiâ.*
VIII.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.vn.de Hirenarchis.* Anthemio PF.P.
Sine die. Dat........*l.vlt. Cod.Iuſt.qui dare tutores.* Monaxio P.V.
Sine die. Dat....... *l.quiſquis cenſib.16.C.Iuſt.de Epiſcop.* Anthemio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his Coss.*Rauennæ*: vbi & Conſulatum iniit teſte *Zoſimo*, *lib.5.p.518.* Theodoſius Conſtantinopoli egit.

*Legati* à Senatu Romano miſſi ad Honorium, & in his Cæcilianus nondum PP. ad deplorandum vrbis ſtatum. Zoſimus *lib.* 5. in ea legatione Honorius Cæcilianum loco Theodori PP.fecit *p.818.*

Honorius iteratâ iuſſione conſtitutiones in *Donatiſtas*, *Iudæos*, *Hæreticos*, *Paganos* latas ratas eſſe iuſſit initio huius anni. *l.46.de hæreticis.*

*Defenſores* ciuitatum, qui quomodo ordinandi ſint, quod eorum officium ſit definiuit Honorius



HONOR. & THEOD. IVN. Honorius *l.8.de defenſorib.ciuit.* multáque alia de eorum officio conſtituit, quæ infra habes.

*Anthemius* hoc quoque anno PP. Orientis exſtitit. Huius diſpoſitiones quædam, circa naucleros, & tranſlationem commeatus frumentarij ex Alexandriâ ad vrbem.

*Cæcilianus* hoc anno menſe iam Ianuario dimidiato fermè PP. in Theodori locum ſuffectus. Quod iuxta Leges huius anni teſtatur Zoſimus, *lib.5.p.818.* de eo plura in *Proſop.*

De *Proceſſu criminali*, prolixam ad Cæcilianum PP. Italiæ conſtitutionem hoc tempore emiſit Honorius Imp. partim ad reorum defenſionem, inque hos humanitatem: partim ad accuſatorum inhumanitatem & calumniam coërcendam: partim ad miſerorum prouincialium tutelam à ſuperexactionibus, & latrociniis.

Legatio ſecunda ad Honorium Imp. cuius pars fuit Innocentius Ep Romanus, Zoſimus 5.Sozom.9. *cap.7.*

*Mathematici* hoc tempore menſe Ianuario extremo ab Honorio vrbe Româ aliiſque ciuitatibus in errore perſiſtentes, pelli, eorúmque libri comburi iuſſi *l.vlt. de maleficis*, &c. forte eâ occaſione quam narrat Zoſimus *lib.5.p.816.*

*Palatio* vrbis Conſtantinopol. Arcadius hoc tempore prouidit: iuſſis omnibus quæ in eo ædificata fuerant ſubrui *l.47.de operibus publicis.*

In *Cœlicolas* Honorius conſtitutionem edidit *l.19.de Iudæis.*

*Fames* ſeu panis penuria hoc tempore Conſtatinopoli fuit: quæ ideò populum in Monaxium P. V. concitauit, teſtis auctor Chronici Alexandr. & Marcellinus *Chronico.* Eóque pertinet lex 1.*de frum.v. Conſtantinopol.*

ROMA ab Alarico hoc tempore, Honorio & Innocentio Ep. Romano Rauennæ conſtitutis (Oroſius 7. *cap.39.*) prima vice capta, Attalúſque Romæ à Gothis Imp. factus eſt: vbi in eâ mimum egit, modò Imperator, modò depoſitus, modò reſtitutus.

Hinc contra Honorium ad Rauennam caſtra metatus eſt, de quo Olympiodorus, Zoſimus, Philoſtorgius, Sozomenus, Procopius. Ad eum miſſus inter alios Iouius PP. & Patricius, pacis ergo, teſte Zoſimo, *lib.5.p.822.* Sozomeno & Olympiodoro. Eidem porrò Iouio PP. hoc anno inſcribitur lex 19.*de Iudæis. l.vlt. de denunciat. l. 47. de hæreticis.* Tandem ad Attalum is defecit, eodem Olympiodoro teſte. De eo vide & Sozom. *lib. 9. cap.7.* & Zoſimum *lib.6.* A.D 409.

De *Negotiis Eccleſiaſticis* conſtitutionem hoc anno menſe Iunio extremo ferme edidit Honorius, ad Iouium PP. Italiæ: quâ, ſtatuta aduerſus *hæreticos*, non obſtante adnotatione Principis, executioni tradi iuſſit *l.47. de hæreticis*: contra *Eccleſiæ* negotia, Defenſoribus Eccleſiarum ea peragentibus, celeriter à Iudicibus diſceptari, finiri, oportere, *l. vlt. de denunciat.* quod ad petitionem patrum Africanorum ab eo ſtatutum, de quo, *ad eam l.*

*Iudæis* ſua priuilegia conſtare voluit Honorius: Quare violari eorum ſynagogas vetuit: diéque Sabbathi reliquiſque eorum feſtis diebus conueniri ſeu exigi.

De *Nili* fluentis, cùm intra XII. tantum cubitum excreuit, quidquam aquæ vſurpari, ruptis aggeribus, ſub ignis pœnâ, vetuit hoc tempore Arcadius. *l. vn. de Nili aggerib.*

Vandali Alanique, cúmque his Sueui, à FRANCIS, qui hoc anno pedem in Galliis fixêre, in Belgicâ attriti, peragratâ Aquitaniâ Hiſpanias inuasêre his Coss. III. Id. Octobr. vel IV. Kal. Octobr. videndus Oroſius, Saluianus, Proſper, Sozomenus, Idacius & Caſſiodorus *Chronicis.*

*Dardanus PP.Galliarum* fuit hoc tempore: cui inſcribitur lex 171. *de decurionib.* ad quam l.de eo dixi plura.

*Hirenarchas* qui ſcilicet non ex prouincialibus ſumebantur, & cum prouincialium tutelam ſimularent, ipſi pacem & quietem ſtare non patiebantur, radicitus aboleri iuſſit Arcadius *l.vn.de Hirenarchis.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Varane V. C. Coſſ. 410.

In nonnullis Legibus, *Varana.* Vatone alibi: Batone in *l.3. de religione.*

VI.Id.Feb.Dat.RAV. *l.20.de tyronibus.* Machedonio Com. R.P.
Prid.Id.Feb.Dat.Rau. *l.11.de Indulg.crimin.* Gaiſoni Com.& Magiſtro officiorum. Poſt alia.
VIIII.Kal.Mart.Dat. CONSTANTINOP. *l.48.de hæreticis.* Anthemio P.FP.
Kal.Mart.Dat....... { *l.49.de hæreticis.* Anthemio PF.P. / *l.* 50.de hæretic.* ad Strategium Com. R.P. De eadem re; addito. }

* Sola Pariſ.edit.præfert hanc l.datam *Rau.* quod illegitimum eſt.

Prid.Non.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.21 de cohortalib.* Anthemio PF.P.
VIII.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.2.de litorum & itin.cuſtod.* Anthemio PF.P.

Fortè huic l.iungenda *l.mercatores 4.Cod.Iuſt.de commerciis.* Anthemio PF.P. Quæ die & Coſſ. caret. Ego tamen non exiſtimo.

VIIII.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. *l.172.de Decurion.* Herculio PF.P.Illyrici.

viii.Kal.Iun.Dat........ *l.20.de luſtrali conl.* Anthemio PF.P.
viii.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.5.ne conlat.tranſl.* Herculio PF.P. Illyrici.
vii.Kal.Iul.Dat.Rau. *l.6.de indulg.deb.* Macrobio Proconſ.Africæ.
viii.Id.Aug.Dat.Rau. *l.vlt.de indulg.crim.* Palladio PF.P.
xviii.Kal.Sept.Dat.Rau. *l.34.de Nauicular.* Fauſtino PF.P. Poſt alia.
viii.Kal.Sept.Dat........ *l.51.de hæreticis.* Heracliano Com.Afric.

Repetita hæc lex A.D 415. *l.56. dict.tit.*

vii.Kal.Sept.Dat. Conſtantinop. *l.173.de Decurionib.* Anthemio PF.P.
Prid.Non.Sept.Dat....... *l.23.de iure liber.* Iſidoro PF.V.
vii. Kal.Octob.Dat.Rau. *l.7.de princip.agentium.* Palladio Proc.Afric.
iiii.Id.Octob.Dat.Rauennæ. *l.vlt.de Religione.* Marcellino ſuo ſalutem.
xvi.Kal.Dec.Dat.Rau. *l.15.de proximis Comitib.diſpoſ.* Melitio PF.P.
vii.Kal.Dec.Dat........ *l.* 5.de Indulg.debitor.* Honoratis & poſſeſſoribus per Africam.

* Conſulatus in h.l.ita notatur. *Poſt Conſul.Honorij* viii. *& Theodoſij* iii. AA.

## CHRONICVM HISTORICVM.

HOnorius hoc anno *Rauennæ* fuit: teſtis Zoſim. *lib.6.* Theodoſius Iun.Conſtantinopoli.

Cùm *Roma* iam inde ab anno ſuperiore 409. ab Attalo Tyranno Alarici ſeu Gothorum auxilio occupata fuiſſet, ob hoc ſolus fuit Varanes hoc anno partium Orientalium Conſul (quod & ſequenti anno obſeruatum) Proſper *hoc anno.* Ideò & hic annus, in *l.5.de indulg.debitor.* ita notatus, *Poſt Conſulatum Honorij* viii. *& Theodoſij* iii. *AA.* Inde & menſe Februario iam: *l.20.de tironibus*, mentio fit *Italiæ* & ſoli vrbis à Barbaris vaſtati: itémque *l.11.de indulg. crimin.* agitur de Tyrannide & Tyrannicâ præſumptione, déque iis qui exinde ad obſequium redierunt: Et mox menſe Auguſto, de liberatâ Repub. Tyrannidis iniuriâ *l. vlt. dicto tit.de indulg.crimin.*

In Hæreticos, Montaniſtas & Priſcillianiſtas alióſque, vt & Eunomianos inſurgit hoc tempore Theodoſius Iun. *l.48. 49. & 50. de hæreticis*: ſic quidem vt illos militiâ palatinâ excluſos, non ideò tamen curiis vel officiis liberari voluerit, contra quàm in Occidente conſtitutum. Hos verò teſtamenti factione, donationúmque capiendarum iure priuauerit.

Theodoſius Imp. inito cum Honorio patruo ſuo, propter Tyrannicum furorem *Attali*, & Barbaricam feritatem *Alarici* ſeu Gothorum, conſilio, vetuit, quenquam in Imperium Orientale ex Occidente admitti, niſi qui literas ad ſe ab eo adferret, vel ad alium ſcriptas oſtenderet. *l.2.de litor.& itin. cuſtod.*

Indulgentiam debitorum publicorum Africæ, ob deuotionem eius, de quâ Zoſimus *lib.6 p.830.* vſque in initium Indictionis quintæ conceſſit hoc tempore menſe iam *Iunio* Honorius *l.5.& 6.de indulg.debitor.*

*Attali* Tyrannide hoc tempore menſe *Auguſto* liberata iam Reſpublica fuit: vt docet *l.12.de indulg.criminum*: De eius hoc anno Arimini depoſitione Zoſimus, *lib.6.p.830.* Atque ideò Honorius eâ l. omnes omnium criminum reos relaxari præcepit.

Commeatui annonario Romam ſubuehendo ex Africâ, incumbit Honorius menſe Auguſto *l.34. de nauicul.* v. Zoſimum *lib. 6. p.834.*

Roma ab Alarico vaſtata ix. Kal. Sept. ait Theophanes: vnde ſexto die pòſt digreſſus 26. Auguſti, ait Cedrenus.

*Hæreticorum* per Africam conuentus, abolito reſcripto quod per obreptionem impetrauerant quóque libertas religionis indulta fuerat, inhibuit hoc tempore Honorius Imp. recollecto animo *l.51. de hæreticis*: proculdubio ad petitionem Patrum Africanorum hoc ipſo anno. v. Codicem Africanum *p.289.*

*Heraclianus* Comes Africæ fuit hoc anno: de quo v. *Proſop.* & Zoſimum *lib.6.*

Legem Iuliam & *Papiam* decimariam, iure liberorum omnibus tributo, aboleuit hoc tempore Honorius, *l. 2. & 3. de iure liberorum.*

Ad *Collationem Carthaginenſem* inter Catholicos & *Donatiſtas* (quæ octo poſt menſibus anno proximo 411. habita fuit) miſſus ab Honorio Imp. *Marcellinus* Tribunus & Notarius, cognitor: de quo acta collat.Karthag. Auguſtinus & *l.55. de hæreticis.* Idque cum Mandatis, quæ integre extant in actis collat. Karthag. Pars eorum eſt *lex vlt.de Religione.* Geſta verò ſub hoc Marcellino in prædicta collatione, quadriennio quoque poſt A.D.414. ab Honorio firmata: *d. l.55. de hæreticis.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Poſt Conſulatum Varanæ V. C. 411. ſeu Theodoſio iiii. Cos.

Ita enim Proſper Marcellinus & Tabulæ Capitolinæ hunc annum deſignant. Rectè.

v.Kal.Feb.Dat.Constantinop. *l.vn.de Luſoriis Danubij.* Conſtanti Magiſtro Militum



Militum per Thraciam.

Hæc l.forte hùc referenda: cui ſubſcriptus Coſſ. *Theodoſius A.V.& qui fuerit nuntiatus.*

vii.Kal.Octob.Dat.Rauen. *l.vlt.de Decur.V.R.* Bonoſiano P.F.V.

Hanc l. ab anno 409. hùc retraho.

iiii.Kal.Dec.Dat.Rav. *l.48.de operib.publ.* Bonoſiano PF.V.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius hoc anno *Rauennæ* egit: Theodoſius, *Conſtantinopoli.*

*Iouinus* hoc anno, interea dum Conſtantinus Tyrannus Arelate obſidetur, & ipſe Tyrannidem Mogontiaci arripuit. Olympiod. Frigerid. Idacius.

*Conſtantinus* Tyrannus poſt quinquennium inuaſæ Tyrannidis ab Honorij Duce Conſtantio apud Arelatem cæſus eſt: capútque eius allatum xiv. Kal. Octob. Marcellinus, Idacius, *in Conſul.* & *Chron.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Honorio ix. & Theodoſio v. AA. Coſſ. 412.

v.Kal.Feb.Dat.Constantinop. *l.1.de frumento Alexandrin.* Anthemio PF.P.
v.Kal.Feb.Dat.Conſtantinop. *l.vn. de Luſoriis Danubij.* Conſtanti Magiſtro militum per Thracias.

Conſul huic l. ita ſubnotatur, *Theodoſio A. V. & qui fuerit nuntiatus.* Fortè *A.iv.*

iii.Feb.Dat.Rav. *l.52.de hæreticis.* Seleuco PF.P.
Prid.Kal.Feb.Dat.Rau. *l.31.de annon.& trib.* Seleuco PF.P.

Subſcriptus malè *Honorius* vii. *Coſſ.*
Agitur h.l. de *Africano* poſſeſſore.

xv.Kal.Mar.Dat.Rau. { *l.vn.qui à præbit.tyron.* (Malè ſubnotatus *Honorius* viii. & *Theodoſius* iii Coss.) *l.vlt.de extraordinar.* Poſt alia. } Melitio PF.P.
xvi.Kal.Mar.Dat.Rau. *l.vlt.de diu.reſcr.* Ioanni PP. poſt alia.

Referenda ad annum 413.

Prid.Kal.Mart.Dat.Rau. { *l.32.de annona & trib.* (Agitur de *vrbe Carthaginienſi.*) *l.9.de Curioſis.* *l.19.20.21.de exactionib.* *l.31.de ſuſceptoribus.* *l.23.de cohortalibus.* } Euchario PC.Afric. *ſeu* Euchario ſuo ſalutem.
Prid.Kal.Mart.Dat.Rau. *l.22.de cohortalibus.* Seleuco PF.P.
Prid Kal.Mart.Dat.Rau. *l.24.de cohortalibus.* Probo Com.S.L.
Prid.Kal.Mart.Rau. *l.17.ſeu vlt. de deſertoribus.* Conſtantio Magiſtrum militum.

Hâc l.agitur de *Africâ.* Quid ſi hæc lex referatur ad A.D.409.

Prid.Non.Mart.Dat.Rau. *l.35.de nauiculariis.* Seleuco PF.P.
Prid.Non.Mart.Dat.* Med. *l.53.de hæreticis.* Felici PF.P.
vi.Id.Mart.Dat.Rau. *l.174.de decurionib.* Euchario Proc.Afric.
xvi.Kal.Apr.Dat.Rau. { *l.36 & 37. de nauiculariis.* *l.6. ſeu vlt.de naufragiis.* } Nauiculariis per Africam.
xiv.Kal.Apr.Dat.Rau. *l.2.ſeu vlt.de expoſitis.* Melitio PF.P.

* *al.xv al.xx.*

iiii. Kal. Apr. Dat. Rau. *l.4.ſeu vlt. de priuilegiis corporatorum V. R.* Palmato PF.V.

HONOR. & THEOD. IVN. v.Id.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.49.de operib.publ.* Herculio PF.P.Illyrici. A.D.412.

xv.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. { *l.6.de Fabricenſibus.* Anthemio PF.P. | *l.175.de Decurionibus.* Lupiano Com.& Magiſtro mil. per Orient. }

viii.Kal.Iun.Dat.Rau.*l.40.de Epiſcopis.* Melitio PF.P.
viii.Id.Iun.Dat.Rau.*l.12.de cenſitoribus.* Ioanni PF.P.
x.Kal.Iul.Dat Rau. *l.vlt.de ſecundis nuptiis.* Ioanni PF.P.

viii.Kal.Aug.Dat.Rauennæ { *l.3. ſeu vlt.de feriis.* | *l.8. de Executoribus.* | *l.20.de Iudæis.* } Ioanni PF.P.

Duæ priores leges malè referuntur ad A.D.409.

viii.Id.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.21.de Iudæis.* Phillippo PF. P. per Illyricum.

Refero ad A. D. 418.

vi.Id. Aug.Dat.Rau. *l.vlt.de concuſſ.aduocat.* Euchario Proc.Africæ.
xvi.Kal.Sept.Dat.Conſtantinop. *l.32.de erogat.milit.ann.* Leontio viro Inluſtri PF.P. Illyrici.
Id.Octobr.Dat.Rau. *l.64.de appellationib.* Iuliano Proc.Afric.

Id.Octobr.Dat.Rau. { *l.vn.de Comitibus vacantibus.* | *l.14. de proximis Comitibus.* } Epiphanio PF.V.

Refertur hæc lex malè ad annum 407.

vii.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.5.de itinere muniendo.* Anthemio PF.P.
iiii Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.50.de operib.publ.* Iſidoro PF. V.
v.Id.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.10.de Curioſis.* Syneſio...."....

" Com.S.L.

vi.Kal.Dec.Dat.Rau. { *l.25. de Cohortalibus.* | *l.170. de Decurionibus.* Malè hactenus ſubnotati *Honor.*viii.*& Theod.*iii. | *l.2.de Collegiatis.* } Liberio PF.P.

vii.Id.Dec.Dat.Rau. *l.15.de Agentib.* Namatio Magiſtro Officiorum.
iii.Id.Dec.Dat.Rau. *l.41.de Epiſcopis.* Melitio PF. V.
vi.Kal.Ian.Dat....... *l.12.Cod.Iuſt.de off.rector.Prouinc.* Monachio" PF.P.

" ℞ Monaxio.
Referenda hæc lex ad A.415.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Iun hoc anno *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ.*

Diſpoſitionem Anthemij PP. circa frumentum quod ad ciuitatem Alexandrinam conuehebatur, firmauit Theodoſius *l. 1. de frum. Alex.*

In *Donatiſtas* & *Circumcelliones* nominatim ſeueriſſimam conſtitutionem promulgauit hoc tempore Honorius, *l. 52. de hæretic.*

Immunes quæ dignitates eſſent ab extraordinariis muneribus, & à tironum præſtatione, ſigillatim expreſſit hoc tempore Honorius, *l. 1. qui à præbit.tyr. l. vlt. de extraordin.*

*Africæ* Proconſulari variis rationibus attritæ, & quidem circa tributorum illationem, exactionémque variis modis hoc anno conſuluit Honorius: conſtitutionibus datis ad Seleucum PP. & ad Eucharium Proc. Africæ.

*Africæ* quoque in eo conſuluit Honorius, quòd Inquiſitores vagorum & deſertorum per Africam ſuſtulit, qui ſub huiuſmodi profeſſione prouinciam vaſtarent *l.17. de deſertor.*

*Conſtantius*, Magiſter militum per Africam hoc tempore erat vt docet *d. lex 17. ſeu vlt.de deſertor.* An hic, quem *Conſtantinum* vocat Zoſimus, *lib.6.p.*828. Oroſius quoque *lib. 7. cap.*42. ſcribit, hoc Conſtantio adiuuante Pacem & vnitatem per vniuerſam Africam Eccleſiæ Catholicæ redditam eſſe, impoſita exequutione Marcellino Tribuno: Quod factum anno ſuper.

*Iouianum* (Iouinianum) *Hæreticum*, qui conuentus ſuos extra muros vrbis Romæ agitabat, vna cum participibus & miniſtris, ad querelam Epiſcoporum, in exilium mitti iuſſit Honorius his Coss. & Iouianum quidem in inſulam Boam, menſe Martio *l. 53. de hæreticis.*

*Annonæ vrbicæ & expeditionali* conſuluit hoc anno Honorius: firmatis partim *Nauiculariorum* priuilegiis, partim iis qui huic functioni obnoxij erant, ad eam reuocatis, partim iis ſpoliari quacunque ratione prohibitis: tandem iiſdem naufragij periculo iuſtâ ratione ſubductis.

*Expoſitos* à ſe collectóſque præſentibus teſtibus & ſub Epiſcopi ſubſcriptione, domini patronive repetere vetiti ab Honorio, *l.vlt.de expoſitis.*

Ad



HONOR. & THEOD. IVN. A.D.412.

Ad Conſtructionem murorum, & comparationem tranſuectionémque ſpecierum in partibus *Illyricianis* omnes ſine vllo priuilegio coartari iuſſit Theodoſius, *l. 49. de operib.publ.*

A quibus neceſſitatibus ſeu muneribus *Eccleſiæ immunes* eſſe deberent, diſtinctè præſcripſit hoc tempore Honorius *l.40.de Epiſcopis, Eccl.& cler.*

*Compulſorum* genera omnia ex *Africanis* prouinciis pelli iuſſit hoc tempore Honorius *l.vlt.de concuſſ.aduocator.*

A *viarum* munitione ſeu reparatione cæteriſque eiuſmodi muneribus: per *Bithyniam* cæteráſque prouincias neminem immunem eſſe voluit Theodoſius *l.5.de itinere mun.*

*Thermæ Honorianæ*, Porticúſque ad eas *Conſtantinopoli*, occupatis quoque priuatorum locis his Coss. excitatæ: conceſſis inuicem permutationis vice priuatis vetuſtâ Baſilicâ, Theodoſij conſtitutione *l.50. de operibus publicis.*

*Syneſius* hoc tempore Comes S. L. fuit: cui inſcribitur *lex* 10. *de Curioſis.* Meminit eius & Chron.Alex. A.409.& *l.vlt.de murilegulis* & Syneſius Ep. Cyrenes *ep.* 18. *&* 35. de eo ad *eam l.*

Curiales, Collegiatos, *Vitutiarios*, *Nemeſianos*, *ſigniferos*, *Cantabrarios*, & *Corporatos*, Apparitores ad ſua quoque munia reuocari iuſſit Honorius *tribus legib.* hîc ſuperiùs poſitis.

*Clericos* nonniſi apud Epiſcopos accuſari iuſſit hoc tempore Honorius *l.41.de Epiſcopis.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Poſt Conſulatum Honorij viii.& Theodoſij v. *ſeu*, Lucio Coſſ. 413.

vi.Kal.Feb.Dat.Rau. *l.176.de Decurionib.* Iuliano II. Proconſ.Afric.
vi.Id.Feb.Dat.Rum.* *l.vlt. de ſcænicis.* Diogeniano V. C. Tribuno Voluptat. Acc. x.* Kal.Karthagine Conſtantio V.C.Coſſ.

* ℞. Rom.
* Anno fermè poſt.

xvi.Kal.Mart.Dat.Rauennæ { *l.vlt.de diuerſ.reſcript.* Tribuitur Honorio viiii.& Theodoſio v. AA. Coſſ. | *l.vlt.de iure liberorum.* | *l.6.de inoffic.teſtam.* | *l.omnium 19. Cod.de teſtam.* } Ioanni PF.P.

Subſctiptus dies.xii.Kal.Mart.

xii.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.vn.de Comitibus & Tribunis.* | *l.vlt.de Comitib.rei milit.* | *l.vn.de Comitib.& Archiatris.* | *l.vn.de Comitib.qui prou.reg.* | *l.vn.de Comitib.ordinis prim.* | *l.vn.de Comitib.qui inluſtr.* } Priſciano PF.P.

Malè ſubſcriptum xv.Kal.Apr.

iiii. Kal. April. Dat. Conſtantinop. { *l.6.ne ſanctum Baptiſma.* Malè ſubſcriptum xii.Kal. Apr. | *l.7.eod.tit.* } ad Anthemium PF.P.

Prid.Non.Apr.Dat....... *l.51.de operib.publ.* Anthemio PF.P.
xvii.Kal.Mai.Dat..... *l.vn.de pretio piſcis.* Anthemio PF.P.
xvi.Kal.Mai.Dat.Conſtant. *l.177.de Decurionib.* Leontio PF.P. Illyrici.
v.Kal.Mai.Dat...... *l. Magiſteriæ 6. C.Iuſt.de Iuriſd.omn.Iud.* Anthemio PF.P.
viii.Id.Mai.Dat.Rau. *l.7.de indulg.debitor.* Ioanni PF.P.
viii.Id.Iun.Dat.Rau. *l.16.de proximis.* Fauſtino PF.P.
vii.Id.Iun.Dat.Rau. *l.10.de Palatinis S.L.* Ioanni PF.P..

Prid.Id.Iun.Dat.Rau. { *l.16.de deſertoribus.* Gaiſoni Com. & Magiſtro militum. | *l.10. de metatis.* Ioanni PF.P. }

iii. Non. Aug. Dat. Rau. *l.21. de pœnis.* Honoratis & Prouincialibus Africæ.
iii.Non.Auguſt.Dat.Rum.* *l.13. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Hadriano PF.P.

* f.Rau. vel Rom.

vii.Id.Octob.Dat........ *l.16. de Agentibus.* Anthemio PF.P.

CHRONI

## CHRONICON HISTORICVM.

HEraclianus Comes Africæ ( vt docet quoque inſcriptio *legis* 51. *&* 56. *de hæreticis*, itémque Oroſius, *lib*.7. *cap*.42.) qui aduerſus Attalum Tyrannum Africam ſtrenuè tutatus, Conſulatúmque hoc anno adeptus fuerat, ad res nouas aſſurrexit, Tyrannidémque arripuit, retentâ annonâ Africæ. v.Oroſium, *lib*.7.*cap*.42.

Honorius hoc anno, varias legum ſubtilitates ſuſtulit, nouáſque rationes, nouáque iura iis ſublatis conſtituit: conſtitutione emiſſa ad Ioannem PP. cuius quatuor capita hîc præpoſita.

In *Eunomianos*, *Rebaptizantes*, *Nouatianos*, *Protopaſchitas*, conſtitutionem hoc tempore edidit Theodoſius: cuius duæ partes ſuperſunt. *l*.6.*&* 7.*ne ſanctum bapt*.

*Nouus murus Conſtantinopoli* prolato pomœrio excitatus curâ & diſpoſitione Anthemij PP. teſtis Socrates, *lib*.7. *cap*.1. & ex eo Nicephorus, *lib*. 14. *cap*. 1. Qui quidem murus per priuatorum terras ductus eſt: quibus ideò Theodoſius Imp. inuicem Turrium eius muri vſum deputauit *l*.51. *de operibus publicis*.

*Illyrico* vaſtato conſuluit hoc tempore Theodoſius *l*.177.*de decurionibus*.

*Campaniæ*, Tuſciæ, Piceno, Samnio, Apuliæ, Calabriæ, Brutiis, & Lucaniæ, indulgentiam quandam debitorum tribuit hoc tempore Honorius *l*.7.*de indulg.debit*.

*Rei militari* conſuluit hoc tempore non vnâ conſtitutione Honorius Imp. inter hæc definitis qui à tyronum præſtatione immunes eſſent *l*. 20. *de palat*. *S. L*. pœna indictâ his qui ſine commeatu abeſſent *l*.16.*de deſertorib*. Metati iure definito *l*. 10. *de metatis*: quæ & indicatur initio anni prox. *l*. 11. *eod. tit*.

*Heraclianus* cum 700. nauibus ex Africâ exercitum mouens aduerſus Honorium, & & ad vrbem Romam tendens, occurſu Marini Comitis territus, *Ocriculi* primùm ſuperatus, mox in fugam verſus, arreptâ naue ſolus Karthaginem rediit, ibique poſt, hoſtis publicus iudicatus, capitéque plecti iuſſus, in æde Memoriæ per Honorium à percuſſoribus interfectus eſt. Oroſius, *lib*. 7. *cap*.42. Marcellinus, Idacius & *in Chronico* & in *Faſtis Conſul*. Mox & in ſatellites eius bonáque itum, geſtáque ſub eo infirmata, Conſulatus eraſus Honorij legibus: puta *l*.21. *de pœnis*, *&* *l*.13. *de infirmandis his quæ ſub Tyrannis*.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Conſtantio & Conſtante" VV. CC. Coſſ. 414.

" Conſtantinopolitanus hic Coſſ. ſeu à parte Theodoſij Iun. v. Olympiodorum.

IIII.Id.Ian.Prælata literis ad Euthychianum Præf. Vrbi. *l*.11. *de metatis*. Probo Com.S.L. Poſt alia.

X.Kal.Febr.Accepta Karthagine.* *l.vlt.de ſcanicis*. Diogeniano V.C.Tribuno Volupt.

Dat.Rom.VI.Id.Feb. [ſuperiore Conſulatu] * f.*Rau*.vel *Rom*.

V.Non.Mart.Dat.Rau. { *l*.33. *de erogat.milit.ann*. / *l*.12.*de metatis*. (Huius l. inſcriptio vitioſa.) / *l*.11.*de curioſis*. Poſt alia } Hadriano PF.P.

Prid.Non.Mart.Dat.Rau. { *l*.3.*de integri reſtitut*. / *l. vlt.vnde vi*. } Iuliano II.Proc.Africæ.

X.Kal.April.Dat....... *l*.2.*Cod.Iuſt.de his qui ad Eccl. confug*. Iouino * PF.P.

* al. *Iobio*: al. *Ioanni*.

III.Non.Apr.Dat.Rau. *l*.8.*de indulg.debitor*. Seleucho PF.P.

V.Id.Apr.Dat.Conſtantinop. *l*.9.*de indulg.debitor*. Anthemio PF.V.

De eâdem re ſcriptum Edictum, ad populum, ad Marcianum Com. S.L. Muſellio Præpoſito ſacri cubiculi, de titulis ad ſacram domum pertinentibus, (&) Ad Rectores Prouinciarum: Et de Metallariis Edictum ad populum per Prouincias Illyrici, & ad Rectores Prouinciarum.

XIIII.Kal.Mai.Dat....... *l*.22.*de pœnis*. ad Anthemium PF.P.

VI.Id.Mai.Dat.Conſtantinop. *l*.12.*de Senatoribus*. ad Monaxium PF.V.

XIII.Kal.Iun.Dat........ *l*.1.*de venatione ferarum*. Mauriano Com. Domeſticorum & vices agenti Magiſtri milit.

VI.Id.Iun.Dat......... *l*.8.*Cod.Iuſt.quæ res pignori*. Probo Com.S.L.

XV.Kal.Iul.Dat.Rau. *l*.54.*de hæreticis*. Iuliano Proc.Africæ.

VI.Id.





VI.Id.Aug.Dat.Rau. { *l*.2.*Cod.de offic.Com.S.P.* / ſeu / *l.vlt.C.de off.Com.R.P.* } Vrſacio Com. R. P.

III.Kal.Sept.Dat.Rom.* *l*.55.*de hæreticis*. Iuliano Proc.* Afric.

* f.Rau. * extenſis literis rectè in Cod Iuſt. *Proconſul*.

XV.Kal.Octob.Dat.Rau. *l*.38.*de Nauicularis*. Albino PF.V.

XIII.Kal.Dec.Dat....... *l*.34.*de erogat.mil.ann*. Conſtantio Magiſtro militum.

Prid.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. { *l*.16.*de Medicis*. Monaxio PF.P. / *l*.17.*de Medicis*. Helioni Magiſt.Offic. }

VI.Kal.Ian.* Dat.Rau. *l*.7.*de domeſticis*. Epifanio P.V.

* f.Iun.

## CHRONICVM HISTORICVM.

HOnorius his Coss. egit *Rauennæ*: vbi Conſtantius ab Honorio Conſul creatus: Olympiodor. Theodoſius, *Conſtantinopoli*.

*Africæ* variis modis afflictæ, Honorius hoc tempore conſuluit: inter alia, Flauiano & Cæciliano v.v.Ill. conſtitutis, qui querelas prouincialium audirent, militarémque annonam indagarent quæ intra Africam militibus erogatur, ne quid præthereà adderetur: Curioſis remotis; Apparitoribus fræno iniecto, ne Curiales, Nauicularios, aliáque Corpora deprædarentur: infauſtâ item hoſpitalitatis præbitione ſubmotâ.

*Eccleſiarum* aſylum hoc tempore firmauit Honorius: maieſtatis crimine propoſito ſi quiſquam confugientes ad Eccleſiam abduxiſſet: *l.2.Cod.Iuſt.de his qui ad Eccleſ*.

*Indulgentiam* quandam debitorum Nauiculariis per Africam tribuit hoc anno Honorius *l*. 8. *de indulg. debitor*. vt & Theodoſius aliquam *l.9.d.t*. per omnes prouincias Orientis.

*Leonum* occidendorum, at non & venandi venundandique licentiam omnibus tribuit hoc tempore Theodoſius Iun. vt puto *l*. 1. *de venat.ferarum*.

*Donatiſtas* nominatim per Africam ſecutâ conſtitutione perſequitur hoc anno Honorius *l*.54.*de hæreticis*, vt & *l*.55.*eod tit*.

*Pulcheria* Auguſta renunciata his Coss. IV. Nonas Iulias Chron. Alex. Meminit huius Pulcheriæ Auguſtæ germanæ ſuæ Theodoſius A.418.*l*.21 *de luſtr.coll*.

In Collatione Carthaginenſi A. D. 411. geſta notione & ſollicitudine Marcellini, inque publica monumenta tranſlata, perpetuam habere firmitatem definiuit Honorius *l*.55.*de hæreticis*.

*Albinus* hoc tempore P.V. fuit: cui menſe Septembri medio inſcribitur *lex vlt. de nauicular*. quâ annonæ vrbis Romæ Honorius conſuluit. Huius Albini P.V. meminit Rutilius Claudius Numatianus, *Itiner. lib*. 1. *à v*. 466. & Olympiodorus *apud Photium in Bibl*. Mentio & in *veteribus inſcriptionibus*.

*Conſtantius* Magiſter militum per Gallias erat hoc tempore, ad quem ſcripta lex 34. *de erogat.mil.ann*. Ab eo anno ab hinc altero 416. Adaulphus coactus relictâ Narbonâ Hiſpanias petiit: & Vallia Adaulphi ſucceſſor pacem cum eo iniit. v.plura in *Proſop*. & ſup.A.412.

*Profeſſorum* & *Medicorum* priuilegia ſanxit Theodoſius.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio X. & Theodoſio VI. AA. Coſſ. 415.

VI.Id.Ian.Dat.RAVENN. *l.vlt.de Curioſis*. Palladio PF.P.

XII.Kal.Feb.Dat.Rau. *l*.178.179.*de Decurionib*. Seleucho PF.P.

XIII.Kal.Mart.Dat. CONSTANTINOP. *l.vlt. de contrah.empt*. ad populum.

XIII.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. *l*.26.*de cohortalibus*. Anthemio PF.P.

III.Non.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de crim.pecul*. Aureliano PF.P.II.

XVI.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l*.16. *de numerariis*. Hypatio Magiſtro militum per Orientem. / *l*. 2. *Cod. Iuſt. de off. Magiſtri militum*, huic iungenda eſt. }

X.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l*.8.*de donationib*. Aureliano PF.P.II.

VIII." Kal. Iun. * Dat. Conſtantinop. *l*.4. ſeu *vlt. de inceſtis nupt*. Aureliano II.PF.P.

" al.XVII. * Ian. editio anni 1566.

V.Id.Iul.Dat.Conſtantinop *l*.10.*de indulg. debitor*. Aureliano PF.P.

VIII.Kal.Aug.Dat...... *l*.26.*de petitionibus*. Maximo Com.R.P.

HONOR. & THEOD. IVN. A.D.415.

VIII.Kal.Aug.Dat.Rau.*l.20.de diuerſis offic.* Graccho PF.V.
VIII.Kal.Sept.Dat.......*l.56.de hæreticis.* Heracliano Com.Afric.
V.Kal.Sept.Dat.Rau. *l.65.de appellationib.* Symmacho Proc.Afric.
III.Kal.Sept.Dat.Rau.*l.10.de paganis.*.........
Non.Sept.Dat....... { *l.4.de paſcuis.* Aureliano PF.P. & Patricio. / *l.5.de paſcuis.* Comitibus & Magiſtris militum.
V.Id.Octobr.Dat.Rau.*l.27.de petitionib.* Largo Proc.Afric.

Referenda hæc lex ad A.D.418.

XIII.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.22.de Iudæis.* Aureliano PF.P.II.
Prid.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.57.de hæreticis.* Aureliano PF.P.II.
Prid.Kal.Nou.Dat. Conſtantinop. *l.1.de decurionib. & ſilentiariis.* Vrſo PF.V. & Aureliano Com.'' Orientis, & Strategio PF.P.Illyrici.

'' al. PF.P.

VIII.Id.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.58.de hæreticis.* Aureliano PF.P.II.
VIII.Id.Nou. Dat.Rau. *l.3. ne Chriſt.mancip.* Annati Didaſcalo & Maioribus Iudæorum.
III.Id.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.17.de Agentibus.* Helioni Magiſtro officiorum.
III.Non.Dec.Dat......*l.6.ſeu vlt.de patrociniis vicor.* Aureliano PF.P.
III.Id.Dec.Dat.Rauen.*l.5.Cod.Iuſt.de adſeſſorib.* Seleuco PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his Coss. *Rauennæ* conſtitit: Theodoſius, *Conſtantinopoli.*

Curioſos per *Dalmatiæ* littora omnéſque *Inſulas*, qui prædas agebant de his qui ibi conſiſtebant, vel eò commeabant, quique id efficiebant, ne aliqui *acerbitate temporis cogente* ad loca tutiora ſuccederent, Honorius Imp.ſuſtulit.

Aurelianus PP. Orientis fuit ſecundùm, ſimùl & Patricius his Coſſ. quod & Chronicon Alexandr. & ſuperioribus Coss.& his teſtatur. Hinc adeò plures hoc anno conſtitutiones ad eum datæ: ſic quidem vt clarè *PP.II.* dicatur: vt & Patricius *l. 4. de paſcuis.* Vnde emendanda venit lex I. *de decur. & ſilentiar* vbi *Com.Orientis*, loco *PP.Orientis* vocatur.

*Nuptias* cum defunctæ coniugis ſorore, cúmque mariti defuncti fratre, inceſtas eſſe definiuit Theodoſius *l.4.de inceſtis nupt.* Quo tempore Atticus Ep. Conſtantinopol.erat.

*Indulgentiam* debitorum ſuperiore anno datam hoc anno confirmauit, & à fraude vindicauit Theodoſius *l. 10. de indulg. debitor.*

Vt Ludos *Gentilitios* ſacerdotales hoc adhuc tempore & quidem Karthagine & in Africâ Honorius permiſit, ita & erroribus omnique errandi illecebræ enixè occurrit *l.20.de paganis.*

Prata ſeu paſcua priuatorum à militibus vexari, depaſci vetuit hoc tempore Theodoſius Iun. duabus conſtitutionibus *l.4. & 5. de paſcuis.*

In *Iudæos*, & nominatim quoque in *Gamalielem* Patriarcham qui codicillis honorariæ Præfecturæ donatus fuerat, conſtitutionem edidit Theodoſius *l.22.de Iudæis.*

*Montaniſtarum* cœtus inhibuit, eorúmque Eccleſias, Eccleſiis orthodoxis adiici iuſſit hoc tempore Theodoſius *l.57. de hæreticis.*

*Vrſus* P.V.Conſtantinopol. fuit his Coss. & proximo anno 416. quod etiam teſtatur Chronicon Alex.his *annis.*

In *Eunomianos* conſtitutionem edidit Theodoſius *l. 58. de hæreticis.* Vt & in Iudæos Honorius *l.2.ne Chriſt.mancip.*

---

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Theodoſio A.VII.& Palladio Coſſ.416.

VII. Id. Ian.Dat.RAV. *l.2.de Indictionibus.* Palladio PF.P.
XIII.Kal.Feb.Dat.CONSTANTINOP. *l.18.de Agentib. in rebus.* Helioni Magiſtro Officiorum.
III.Kal.Feb.Dat.......*l.21.de tyronibus.* Hadriano PF.P.
VIII.Id.Febr.Dat.Conſtantinop. *l. 17. de proximis Com. diſp.* Euſtathio viro Inluſtri Quæſtori, & Helioni Viro Illuſtri Magiſtro Officiorum.
VI.Id.Febr.Dat. Conſtantinop. *l.*1.de Gaſtrenſianis.* Narſi viro ſpectabili Comiti & Caſtrenſi S.P.

* Conſulatus ita ſubſcriptus, *Theodoſio A.*VII. *& qui fuerit nuntiatus.*

XIV.Kal.



HONOR. & THEOD. IVN. A.D.416.

XIV.Kal.Mar.Conſtantinop.*l.180.de decurionibus.* Vrſo PF.V.
Kal.Mar.Dat.Rau.*l vlt.de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.* Conſtantio Com. & Patricio.
III.Id.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.5.de teſtamentis.* Edictum ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ, & omnes prouinciales.
Id.Mar.Dat.Rau. *l.vlt.ad l.Iul.de ambitu.* Palladio PF.P.
V.Non.Mai.Dat.Rau. *l.181.de Decurionib.* Palladio PF.P.
VI.Id.Mai.Dat....... *l.vlt.de Salgamo hoſp.* Aureliano PF.P.II.
III.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.21.de Palatinis S. L.* Anyſio Com. S.L. & Tauro Com.R.P.
IIII.Non.Iul.Dat.Rau. *l.13.de Cenſitoribus.* Vrſacio Com.R.P.
X.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.2.de frum.V.Conſtant.* Vrſo PF.V.
VII Kal.Sept.Dat.EVDOXIOPOLI. { *l.182.de Decurionibus.* Monaxio PF.P. / *l.4.de Sacroſ.Eccleſ.* Niceno PF.P.

Subſcriptum habet Coſſ. *Honorium* VIII.

..................................*l.5.Cod.de Commerciis.* Aëtio PF.P.
VI.Kal.Sept.Dat.........*l.2.Cod.de off.milit.Iud.* Monaxio PF.P.
III. Kal.Sept.Dat.Eudoxiopoli. *l.23.de pœnis.* Monaxio PF.P.
V.Id.Sept.Dat.HERACLEÆ. *l.11.de Indulg.debitor.* Monaxio PF.P.
V.Id.Sept.Dat.Rau. { *l.6.de relationibus.* / *l.147.de Decurionib.* } Palladio PF.P.
X.Kal.Oct.Dat.Rau. *l.9.de executoribus.* Palladio PF.P.
VIII.Kal.Oct.Dat.Rau. *l.23.de Iudæis.* Annati diſcalcalo & Maiorib.Iudæor.
III. Kal.* Oct.Dat.CONSTANTINOP. { *l.42.de Epiſcopis.* Subnotatus dies III.Kal. / *l.15.de Legation.* Subnotatus dies III.Non. } Monaxio PF.P.

* *vel* Non.

Agitur his legibus de Alexandria & de Pf. Auguſtali.

Prid.Non.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.vn.de Decanis.* Helioni Comiti è Magiſtro Officiorum.
III. Id Nou.Dat.Conſtantinop. *l.vn.de præpoſitis laborum.* Monaxio PP.
III.Id.Nou.Dat....... *l.6. Cod.Inſt.de precibus Imp.offer.* Iſidoro PP.al.P.V.

Fortè referenda ad an.410.

VII.Id.Dec.Dat...... *l.21.de Paganis.* Aureliano P.F.P. Poſt alia.
Prid.Id.Dec.Dat.Rau. *l.4.de habitu quo vti oportet.* Probiano Pf.V.
XV. Kal.......Dat.Conſtantinop. *l.8.de Domeſticis.* / XV.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop.*l.9.de Domeſticis.* } Monaxio Pf. P.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his Coss.*Rauennæ* egit: Theodoſius, ad Auguſtum ferme menſem vſque, *Conſtantinopoli.*

*Vrſus* & his quoque Coss.*P.V.* Conſtantinopoli fuit, vt teſtatur quoque Chronicon Alexandr. his Coss Hinc adeò duæ hoc anno ad eum datæ conſtitutiones.

Conſtantinus Patricius & Comes ſeu Magiſter militum hoc tempore fuit: cui inſcribitur Honorij lex *vlt. de infirm. his quæ ſub Tyrannis*: per Gallias ſcilicet, vbi hoc anno Adaulphus Gothorum Rex ab eo coactus fuit relictâ Narbonâ Hiſpanias petere. Idacius *Chronico.* Quare Gothis Galliâ iam exactis, & ſic clade Barbaricæ depopulationis quoque hâc parte ceſſante, infelicibus populis indulgentiam eâ l. Honorius tribuendam credidit.

*Teſtamenta* iure ſcripta Theodoſius non ideò conuelli voluit, quod teſtes quidam exiſterent, qui dicerent Imperatorem vel Potentiorem aliquem ſupremâ voce inſtitutum. *l.5.de teſtamentis.*

*Annonam ciuicam* domos in vrbe Conſtantinopol. habentibus, præſtitutam primùm à Conſtantino M. deinceps verò auctam à Theodoſio M. non in frumento, verùm in pane cocto præberi voluit Theodoſius Iun. *l.2.de frum.V.Conſt.*

Theodoſius Conſtantinopoli *Eudoxiopolim* profectus: vbi datæ ab eo menſe Auguſto aliquot conſtitutiones.

Theodoſius Imp. Conſtantinopoli, mox & Eudoxiopoli digreſſus *Heracleam* venit: vbi data ab eo menſe Septembri *lex* II. *de indulg.debitor.* Quod teſtatur quoque auctor Chronici Alexandrini, *his ipſis* Coss.

*Indulgentiam* generalem debitorum à ſe factam ad primipili quoque reliqua pertinere definiuit hoc tempore Honorius *l. 11. de indulg.*

HONOR. & THEOD. IVN. A.D.416.

*dulg.debitor.*

*Iudæos*, ad euitationem tantum criminis vel aliarum neceſſitatum ad Eccleſiam accedentes, ad propriam legem remeare iuſſit hoc tempore Theodoſius *l.23.de Iudæis.*

Theodoſius Imp. Heracleâ hoc ipſo anno *Conſtantinopolim* reuerſus, vt teſtatur Chronicon Alex. idque menſe Septembri pridie Kal.Octobr. aureâ coronâ ornatus ab Vrſo P. V. & Senatu. Hinc eo circiter tempore datæ rurſùm ab eo conſtitutiones Conſtantinopoli, puta lex 42. *de Epiſcopis*, & *lex* 15.*de Legationibus.*

*Legatio* ad Imp. *Alexandriâ* hoc tempore miſſa fuerat, inter alia poſtulans, vt Ep. Alexandrinus nuſpiam vrbe exire poſſet, idque terrore *parabolanorum*: ad hanc Legationem Theodoſius, minùs eam adprobans, inter alia formam Legationum deinceps præſtituit, & vt ne cuiquam *libera Legatio* decerneretur conſtituit; & deinceps parabolanis Alexandrinis modum non vnum impoſuit, ad obſerandos ſeditionum aditus Alexandriæ: puta nnmero eorum coarctato, electioniſque formâ præſtituta: ſpectaculorum, Curiæ, Iudiciorúmve ingreſſu eis interdicto, omni denique in eos iure Præfecto Auguſtali, non Ep. Alexandrino tributo *l.15.de Legationib.* & *l.42.de Epiſcopis.*

Maiores *crines*, & indumenta *pellium* etiam ſeruis in vrbe Româ viciniſque regionibus interdixit hoc tempore Honorius. *l.* 4. *de habitu*, &c.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio A. XI. & Conſtantio II. Coſſ. 417.

[XV.Kal.Feb.Regeſtum RAVENNA. *leg.19. in Appendice Cod.Theod.* ad Conſtantium v.Inluſt.Patricium.]

Prid.Id.Mart.Dat.CONSTATINOP. *l.vlt.de Donationib.* Monaxio Pf. P.

IIII.Id.Apr.Dat. Conſtantinop. *l.4.ne Chriſti mancip.* Monaxio Pf.P.

Prid.Id.Maij.Dat.Rau. { *l.7.de locat.fundor.* Vrſacio Com R.P.Poſt alia. | *l.13.de Senatoribus.* | *l.9. de prædiis Nauicul.* | *l.** 14.15.16.*de Cenſitor.* } Sebaſtio Com.primi Ordin.

* His tribus legibus ſubſcriptus dies *Prid.Id.Mar.*

v.Kal.Aug.Dat.Conſtantinop. *l.2.ne Comitib.& Trib.lauacra.* Monaxio Pf.P.

Hâc l.agitur de Duce limitis Eufratenſis

v.Kal.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.2.de venatione ferarum.* Monaxio Pf.P.

Hâc quoque lege agitur de eo.

VIII.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop. *l.16.de Numerariis.* Vitaliano Duci Libyæ.

v.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.19.de Agentib.* Helioni Magiſtro Officiorum.

VII.Kal.Ian.Dat.Rau. { *l.vlt.de piſtoribus.* | *l.9.de Suariis.* } Palladio Pf. P.

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius Imp. his Coss. *Rauennæ* egit: Theodoſius, *Conſtantinopoli.*

Conſtantius ipſo quo Conſulatum iniit die conciliante Honorio Imp. Placidiam vxorem duxit. Olympiodor. *apud Phot.p.*192.

*Iudæi* Chriſtianum mancipium adquirere quocunque titulo vetiti à Theodoſio *l.4. ne Chriſt.mancip.*

*Peræquatores* in prouincias hoc tempore ab Honorio miſſi, iiſque formula præſcripta quæ legibus hic ſuperiùs poſitis continetur.

*Eufratenſi* prouinciæ, & *Hieropolitanæ* in eâ ciuitati conſuluit hoc tempore Theodoſius: prohibitis Ducibus quoque lauacra ſeu pro his pecuniam à prouincialibus exigere. *l.2.ne Comitib.* &c. præſtituto item tempore per quod feræ quæ ad Comitatum à Ducibus limitum tranſmittuntur, eorúmque proſecutores in ſingulis ciuitatibus morari poſſunt. *l.2.de venat.ferarum.*

*Annonæ vrbis Romæ* hoc tempore Honorius conſuluit, conſtitutione ad Palladium PP.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio XII. & Theodoſio VIII. AA. Coſſ. 418.

II.Non.Feb.Dat.CONSTANTINOP. *l.43.de Epiſcopis.* Monaxio PF.P.





HONOR. & THEOD. IVN. A.D.418.

VI.Id.Mart.Dat.RAV. *l.24.de Iudæis.* Palladio PF.P.

XV.Kal.Maij Dat.Conſtantinop. *l.183.de decurionib.* Monaxio PF.P.

x.Kal.Iul.Dat.Rau. *l.6.de teſtamentis.* Palladio PF. V.*

* PF. P.

XII.Kal.Sept.Dat...... *l.21.de luſtrali conl.* Monaxio PF.P.

v.Id.Octob.Dat. Rau. { *l.3.de incorporatione.* | *l.27.& 28.de petitionib.* } Largo Proc.Afric.

XVII.Kal.Dec.Dat.Rau. *l.12.de indulg.debitor.* Palladio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ.*

*Parabolanorum*, qui ad curanda debilium corpora deputati erant Alexandriæ numerum auxit hoc tempore Theodoſius *l. 43. de Epiſcop.Eccl.& cler.*

*Iudæos* militiâ Palatinâ, armata, interdixit hoc tempore Honorius Imp. aduocatione, & Curiali functione his indultâ *l. 24. de Iudæis.*

*Teſtamenta* decennij lapſu infirmari voluit hoc tempore Honorius Imp. *l.6.de teſtam.*

*Pulcheriæ Auguſtæ* germanæ ſuæ, & *Nobiliſſimarum ſororum* ſuarum, id eſt Arcadiæ, Marinæ & Flacillæ meminit hoc anno Theodoſius *l.21.de luſtrali conlat.* quâ cauet, vt neque illarum res quæ luſtrali conlatione tenentur ab eâ ſint immunes.

*Indulgentiam* quandam debitorum *Campaniæ*, quam hoſtium vaſtauerat incurſio, *Piceno* item & *Tuſciæ* ſuburbicariis regionibus tribuit hoc tempore Honorius *l.12.de indulg. deb.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### Monaxio & Plinta Coſſ. 419.

VIII.Id.Mart.Dat.CONSTANTINOP. *l.66.de appellat.* Monaxio PF.P.

IV.Non.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.22.de palatinis S.L.* Anyſio Com.S.L.

VI.Kal.Iul.Dat.RAVEN. { *l.vn.de inquilinis.* Palladio PF.P. | *l.mulier* 16.*Cod.de agricolis.* Palladio.

IV.Kal.Aug.Dat.Rauen. *l.vlt.de ſuariis.* Palladio PF.P.

VIII.Kal.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de pœnis.* Monaxio PF.P.

IV.Non.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de calcis coctoribus.* Aëthio PF.V.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ.*

*Naues conficiendi peritiam* hoc tempore è Romanis quidam *Barbaros* docuerant, ideóque carcere mancipati fuerant: verùm *Aſclepiades Cherſoneſitanæ ciuitatis Ep.* pro his interceſſit. Itaque Theodoſius eos pœnâ & carcere liberauit, capitali ſupplicio propoſito ſi quid deinceps tale factum fuiſſet *l. vlt. de pœnis.*

*Aëtius* hoc anno P. V. fuit Conſtantinopoli: cui ideò menſe Octobri lex *vlt. de calcis coctor.* Eius hoc anno meminit Chron. Alex. Eidem inſcribitur & lex *pen. de commerciis*, quæ die & Cos. caret. Hic idem biennio poſt anno 421. ciſternam conſtruxit, teſte Marcellino *Chron.*

Fornaces calci coquendæ inter Amphitheatrum & Iuliani portum Conſtantinopoli, propter ſalubritatem vrbis, & Palatij vicinitatem tolli iuſſit hoc tempore Theodoſius *l.vlt.de calcis coctor.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Theodoſio A. VIII. & Conſtantio III. Coſſ. 420.

III.Non.Mai.Dat.CONSTANTINOP. l.10. *C. de ædific. priuatis.* Monaxio PF.P.

VIII.Id.Mai.* Dat. RAV. { *l.44.de Epiſcopis.* | *l.vlt.de raptu vel matr.ſanctimon.* } Palladio PF.P.

* vel Mar.

XIIII.Kal.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de litor.& itin.cuſtod.* Euſtathio PF.P.

Conſulatus ita huic l. ſubſcriptus: *Theodoſio A.VIII. & qui fuerit nuntiatus.*

HONOR. & THEOD. IVN. v.* Kal.Octob.Dat.Rau. *l.6.de legitim.hæred.* Maximo PF.P.* A.D.420.

* xv.Cod. Iuſt. * *ꝑ.* P.V. v.*Proſopogr.*

III.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de iure fiſci.* Patricio Com.R.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius his Coss. *Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ*.

Aduerſus metum *à Perſis*, quo Conſtantinopolis quoque ipſa, vbi tum Theodoſius morabatur commota, teſte Socrate *lib.* 7. *cap.* 18. cum quibus & hoc quoque anno proximóque bellum geſtum, victoriáque obtenta, tandem pax inita anno 422. teſte Socrate *d.lib.*7. *cap.*18. Marcellino & Chronico Alex. duo hæc Theodoſius hoc anno conſtituit. Primùm, vt per prouincias limitaneas limiti Perſico obiectas, puta Meſopotamiam, Oſdroënam, Eufratenſem aliáſque priuatis liceret murali ambitu fundos ſuos vallare. *l.* 10. *C. Iuſt. de ædif. priuatis*: Secundò, nè *merces* inlicitæ ad nationes Barbaras deferrentur. *l.vlt.de litorum & itin. cuſtod.* Sane & Socrates, *lib.* 7. *cap.*18. notat, Perſici huius belli inter alia cauſam fuiſſe, quod Perſæ Romanis mercatoribus merces abſtulerant.

Sacrarum perſonarum honeſtati hoc tempore conſuluit Honorius: prohibitis clericis, *extranearum* mulierum conſortio. *l.*44.*de Epiſcopis*: & ſacrarum virginum raptoribus pœna propoſitâ. *l. vlt. de raptu vel matrim. ſanct.*

### Euſtathio & Agricola Coſſ.421.

COnſtantius, Comes & Magiſter militum Patriciúſque, Illyrius genere, qui optimam iam inde ab A.D.411.operam Honorio in debellandis tyrannis Barbariſque per Galliam diu nauauerat, poſt triplicem Conſulatum, Placidiámque Honorij ſororem vxorem ductam, in *Imperium* adſcitus eſt ab Honorio, Olympiodorus, Philoſtorgius &c. Idacius ait eum *Monaxio & Plinta*, id eſt A. A.419.Imperatorem factum.

Honorius hoc anno *Rauennæ* conſtitit, vt teſtatur quoque Olympiodorus.

## HONORIVS, THEODOSIVS ET CONSTANTIVS.

Conſtantij nomen præferunt quatuor Conſtitutiones.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

VI.Id.* Mart.Dat.Rau. *l.4.de repudiis.* Palladio PF.P.

* XII.Kal.Mart.Cod.Iuſt. *l.*35.*Cod.ad L.Iul.de adult.*

VII.*Kal.Iul.Dat.Rauennæ. *l.3.ſeu vlt.C.de requir.reis.* }
* VIII.Id.Iul. *l.29.de petit.* vnde hæc *lex vlt.* interpolata eſt.
VIII.Id.Id.Iul.Dat.Rau. { *l.vn. de quinquennij præſcr.* / *l.* * 23. *de bonis proſcriptor.* / *l.29.& 30. de petitionib.* } Palladio PF.P.
* Cod.Iuſt. malè *Palladio PF.P.Orientis*

Prid.Id.Iul.Dat......... *l.45.de Epiſcopis.* Philippo PF.P. Illyrici.
v.Kal.Aug.Dat.Rauennæ *l.vn.ſi cert.petat.de Chirographis.*

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius hoc anno *Rauennæ* egit.

Aduerſus *Repudiorum* leuitatem conſtitutionem edit Honorius Imp.

*Competitorum*, id eſt eorum qui vacantia, caduca, vel proſcriptorum bona peterent auiditati enixâ & prolixâ conſtitutione occurrit Honorius hoc tempore: cuius quinque fragm. ſuperſunt hîc ſuperiùs poſita.

Vetuſtatem & *canones* priſtinos Eccleſiaſticos per omnes Illyrici prouincias ſeruari: & ſi quid dubietatis emerſiſſet, id Synodo non abſque ſcientiâ Ep. *Conſtantinopolitani* reſeruari iuſſit hoc tempore Theodoſius *l.45. de Epiſcopis*.

Victoria de *Perſis* hoc anno P.Id. Septembri renunciata, Chronicon Alexandrinum, & Marcellinus *Chronico*.

*Conſtantius* Imp. ſeptimo Imperij moritur. Olympiodorus, *apud Phot.* cùm imperaſſet menſes ſex. Philoſtorgius, *lib.*12. *cap.*10. idque Rauennæ. Idacius, qui malè ait, tertio ſuo Conſulatu vnius anni prochroniſmo.

HONO



HONOR. & THEOD. A.D.422.

## HONORIVS & THEODOSIVS.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Honorio XIII.& Theodoſio X.AA. Coſſ.422.

Prid.Id.Ian.Dat.CONSTANTINOP. *l.2.de Caſtrenſianis.* Scholaſtico viro ſpectabili Com.& Caſtrenſi S.Palatij.
x.Kal.Mart.Dat.RAV. *l.13.de indulg.debitor.* Venatio Com.R.P.
v.Non.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.13.de metatis.* Euſtathio PF.P.
x.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.3. de poſtulando.* De re neceſſaria ad locum. / *l.2.de adſeſſorib.* Poſt alia. } Euſtathio PF.P. * Euſtaſio *in d.l.2.* malè.
III.Kal.Maij.Dat.Conſtantinop. *l.23.de Palatin.S.L.* Aſclepiodoto Com.S.L.
XIII.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.27.de cohortalib.* Euſtathio PF.P.
v.Id.Iul.Dat.Rau. { *l.vn.de action.ad pot.tranſl.* Poſt alia. / *l.vn.de peculio.* / *l.vn.de pecuniæ ſequeſtr.* / *l.vn.quod iuſſu.* / *l.10.ſeu vlt.de executoribus.* / *l.2.de pignoribus.* } Ioanni PF.P.
*l.17. Cod.de Agricolis.* quæ die & Coſſ. caret.
VIII.Kal.Sept.PP. in foro Traiani. *l.31.de petitionib.* Proculo Com.R.P.
III.* Non.Nou.Dat.Rau. { *l.7.de ſponſalib.* / *l.vlt.de dotibus.* / *l.4.Cod.de ſecund.nupt.* } ad Marinianum PF.P.
* al.IIII.
VIII.Id. Non. Dat. Conſtantinop. *l.vn.de præpoſit. ſacri cubiculi.* Florentino PF.V.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius his Coss.*Conſtantinopoli* egit: Honorius, *Rauennæ*.

Per *Africam* Proconſularem, & per *Byzacenam* indulgentiam quandam debitorum hoc tempore dedit Honorius *l.* 13. *de indulg. debit.*

Pax cum Perſis facta his Coss. Socrates, *lib.* 7. *cap.* 20. & Marcellinus, *Chronico his* Coss. Inde quoque *l.13.de metatis* fit mentio militum ex procinctu Conſtantinopolim redeuntium: quæ lex data eſt menſe Martio huius anni.

*Adſeſſoribus* & *Aduocatis* velut caſtrenſe peculium, exemplo militum, tribuit hoc tempore Theodoſius Iun. *l.3. de poſtul.* & *l.2.de Adſeſſorib.*

Multiplici *Creditorum* voracitati & iniquitati occurſum iuit hoc tempore Honorius prolixâ conſtitutione: cuius ſeptem fragmenta hîc præpoſita extant.

*Caſtinus*, Magiſter militum cum magno exercitu & auxiliis Gothorum ex Galliâ in Hiſpaniam miſſus: Hieronymus, Idacius *Chronico*.

De re *vxoriâ*, déque ſponſalitiis pactis, dotibus, donationibus prolixam hoc tempore conſtitutionem edidit Honorius.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Aſclepiodoto & Mariniano Coſſ.423.

vi.Id.Febr.Regeſta RAV. *l.14.de indulg.debit.* Rufino Com.S.L.
XII.Kal.Mar. Dat. CONSTANTINOP. *l.* 35. *de erogat. mil. ann.* Aſclepiodoto PF.P.
xv.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. { *l.vlt.de itin. mun.* / *l.25.de Iudæis.* } Aſclepiodoto PF.P.
v.Kal.Mart.Dat.Rauennæ. *l.vn.de rei vindicat.* Criſpino.

*al.* Criſpioni *ꝑ. Caſtino* 7.Com.& Magiſtro Equitum.

Non.

HONOR. & THEOD. — A.D. 423.

Non.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.2.de terris limitaneis.* Aſclepiodoto PF.P. & Conſ. ordinario.

VII.Id.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.5.de militari veſte.* Aſclepiodoto PF.P.

VII.Id.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.2.de decurion.& ſil.* Venantio PF.P.

III.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.2.ſeu vlt.de fruct.& lit.exp.* / *l.67.de appellationibus.* / *l.vlt.de repar.appellationum.* } Aſclepiodoto PF.P.

v.Id.Apr.Dat.Conſtantinop. { *l.59.de hæreticis.* / *l.26.de Iudæis.* / *l.5.ne Chriſt.mancip.* / *l.22.de paganis.* } Aſclepiodoto PF.P.

XVII.Kal.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.184.de decurionib.* Aſclepiodoto PF.P.

xv.Kal.Iul.Dat.Rau. *l.10.de prædiis navicul.* Proculô PF.P.

Eſt hæc lex de Africâ.

xv.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. { *l.18.de priuil.eor.qui in ſ.p.* / *l.28.de cohortalibus.* } Aſclepiodoto PF.P.

XIIII.Kal.Iun.PP.in foro Traiani. *l.4.de conlat.donat.* Trygetio Com.R.P.

Prid.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. *l.3.ſeu vlt. de Adſeſſorib.* Aſclepiodoto PF.P.

VI.Id.Iun.Conſtantinop. { *l.27.de Iudæis.* / *l.23.& 24. de Paganis.* / *l.60.de hæreticis.* } Aſclepiodoto PF.P.

Malè ſubnotatus dies VI. *Id.Iul.*

VII.Id.Aug.Dat.Rauennæ. { *l.vlt. de iuriſdictione.* / *l.vlt. de accuſationib.* / *l.2.de liberis.* / *l.vlt. ne prætor. crim. maieſt.* ad Senatum. } Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui ſuo ſalutem dicunt.

Malè huic ſubnotatus dies VII.*Id.Aug.*

VI.Id.Aug.Dat.EVDOXIOPOLI. *l.61.de hæreticis.* Aſclepiodoto PF.P.

v.Id.Aug.Dat.Eudoxiop. *l.2.de præd.& mancip.Curial.* Aſclepiodoto PF.P

## HONORII ET THEODOSII
### conſtitutiones ſine die & Coſſ.certo.

*L. Curialibus* 4. ſeu *vlt. Cod.de lucris aduocatorum.* Adriano PP.

Fortè iungenda cum *l.16.de exactionib.*

*L. Ceſſante* 5.*Cod.de commerciis.* Aëtio PP. al.P.V.

*L.4.Cod.de commerciis.* Anthemio PP.

*L.17.Cod.de dignitatib.* Arcadio PF.P.

In nonnullis Codd. *Zenoni*, in aliis *Anaſtaſio* tribuitur hæc lex.

*L.Ne frumentum* 4. *Cod.quæ res venire.* Fauſto" PP.

" al.Fauſtino.

*L.Quidquid* 12. *Cod.de vectigalibus.* Gaiſoni Comiti S.L.

*L.ſi quis* 16.*Cod.de omni agro deſerto.* Hermocrati PP. al. Hermogeni.

*L.2. Cod.de off. Magiſtri milit.* ad Hypatium Magiſtrum militum per Orientem.

*L.17. Cod.de agricolis.* Ioanni PP.

*L.2. Cod.vbi de ratiociniis.* Macedonio Magiſtro militum.

*L.ſi quis inclytus* 6. *Cod.de Commerciis.* Maximo Comiti S.L.

*L.13. Cod. de omni agro deſerto.* ad Probum.

*L.1. Cod.de off.Com.S.P.* Simplicio Proconſuli Aſiæ.

*L.5.Cod. de executoribus.* Voluſiano PP.

Item ſine Perſonæ ad quam, adſcriptione.

*L.Ius emphyteutici* 11. *Cod.de fundo patrim.*

*L.3.Cod.*



HONOR. & THEOD. — A.D. 423.

*L.3.Cod.de fugitiuis.*

*L.15.Cod.de Agricolis.*

*L.3.Cod.de locat.præd.ciuil.*

al. Arcadius & Honorius AA. Adriano PP.

*L.1.C.de priuilegiis vrbis Conſt.*

*L.3.Cod. de fund.dom.Aug.*

*L.6. Cod.de Naufragiis.*

*L.4. Cod.de veteranis.*

## CHRONICON HISTORICVM.

HOnorius his Coſs. *Rauennæ* egit: Theodoſius verò Conſtantinopoli ad menſem Auguſtum vſque.

Indulgentiam debitorum quandam *Vrbicariis* antea regionibus conceſſam, ampliauit Honorius *l.14.de indulg.debitor.*

A *viarum munitione*, pontiúmque & ſtratarum neminem immunem eſſe, nequidem domos Principis vel *Eccleſias* conſtituit Theodoſius *l.6. de itinere mun.*

*Iudæis* ſynagogas ereptas, vel incenſas, vt & donaria, ſi nondum ſacris miniſteriis dedicata eſſent his reſtitui iuſſit, vel certe pro his alia loca, pretiáve rependi, Theodoſius *l.25.de Iudæis.*

Super *Appellationum* iure prolixam hoc tempore conſtitutionem edidit Theodoſius: cuius tria ἀπόμοιρα hîc præpoſita.

In *Paganos, Iudæos, hæreticos* iam antea ſancita confirmauit hoc tempore Theodoſius: conſtitutione, cuius quatuor fragmenta ſuperſunt.

*Domeſticos* & *Cancellarios* adſciſcere ſibi veriti à Theodoſio Iun. Rectores prouinciarum: inque prouinciâ poſt depoſitam à Iudice adminiſtrationem agere iuſſi: tandem & quæſtioni ſubiici, ad detegenda Iudicum flagitia *l.vlt.de adſeſſor.domeſt.*

In *Paganos, Iudæos, hæreticos* rurſum iam antea conſtituta Theodoſius hoc tempore firmauit, conſtitutione, cuius tria fragmenta ſuperſunt.

De *Criminali* iudicio eiúſque ordine prolixam hoc tempore conſtitutionem edidit Honorius: è qua quatuor fragmenta ſuperſunt, quæ hîc præpoſita.

Theodoſius hoc anno menſe Auguſto *Eudoxiopolî* fuit: vbi datæ ab eo duæ conſtitutiones.

*Eunomianos*, hæreticóſque alios militare quidem non poſſe, verùm cohortali ideò militiâ non liberari definiuit Theodoſius.

*Honorius* Imp. his Coſs. (non ſuperioribus, vt Philoſtorgius malè, *lib.12.cap.11.*) mortuus eſt: teſte Socrate, *lib. 7. cap. 23.* Proſpero & Marcellino *Chronico* & Faſti *Idac.* idque, Rauennæ. Idacius *Chronico*, & Faſti *Idaciani* (malè Theophanes, Romæ.) De die variant quoque ſcriptores. Socrates ait, XVIII. *Kal.Sept.* Theophanes, xv. *Auguſti*: Olympiodorus, VI.*Kal.Sept.*

## THEODOSIVS ſolus.

III.Kal. Octob. Dat....... *l.Mæniana* 11.*C.Iuſt.de ædif. priuatis.* Seuerino Præfecto Prætorio"

" al.PF.V.v.anno proximo *l.2.de operib.publ.*

Huic l.inſcripti adhuc *Honorius & Theodoſius.* Hanc l. eſſe cenſeo quæ *titulo* 24. *lib.*4. intercidit.

## CHRONICON HISTORICVM.

MOenianis in vrbe Conſtantinopol. quæ Græcis ἐξῶσται, modum certum poſuit hoc tempore Theodoſius Iun. Nempe à priuatis ædificiis ſeu mœnianis, alia decem pedum ſpatio diſtare voluit: quindecim, ab horreis publicis *l. Mæniana* 11. *Cod. de ædif. priuat.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Victore V.C.Coſ. 424.

Caſtino & ſeu Victore Coſſ. vt habetur *l.1.& 2.Cod.de off.Quæſtoris.*

v.Id.Ian.Dat....... *l.52.de operibus publ.* Seuerino PF.V.

Honorio & Theodoſio malè tribuitur.

Theod. ſolus.

xvii.Kal.Feb.Dat.Constantinop. *l. 3. de veſtibus oloueris.* Maximino Com. S.L. A.D.424.

vi.* Mal.Mart.Dat.Conſtantinop. { *l.vlt.de teſtamentis.* / *l.7.de inoff.teſt.* } Aſclepiodoto PF.V. * PF.P.

* al.vii.vel xiii.vel xv.vel xvi.

x.Kal.Maij.Dat.Conſtantinop. *l.4.de ſpectaculis.* Iſidoro PF.P.Illyrici.

vi.Kal.Maij.Dat.Conſtantinop.*l.1.Cod.de off. Quæſtor.* Saluſtio Quæſtori.

iii.Kal.Maij.Dat.......*l.2.Cod.de off. Quæſtor.* Helioni Comiti & Magiſtro officiorum.

iii.Id.Mai.Dat.Conſtantinop.*l.5.de conlat. donatarum.* Aſclepiodoto PF.P.

v.Id.Iul.Dat.Conſtantinop.*l.15.de metallis.* Maximino Com.S.L.

vi.Id.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.33.de annona & trib.* Iſidoro PF.P.Illyrici.

Sine die & Cos & ſine ſubſcriptione *l.vlt.Cod.de commerciis.* Maximino Com. S.L.

* al.malè *Maximo.*
Ad hunc annum vel prox. hæc lex referenda.

## CHRONICON HISTORICVM.

Theodoſius his Coss. *Conſtantinopoli* egit.

De Porticibus *Zeuxippi* Conſtantinopoli, & domibus in his cum officinis ſuis, exſtat hoc tempore Theodoſij conſtitutio. *l. 52. de operib. publ.* quâ id ſtatuit, vt reditus harum domorum & officinarum, cedant ad luminaria & ſarta tecta *lauacri Zeuxippi.*

*Olouerarum* veſtium vſum omnibus interdixit hoc tempore Theodoſius *l.3. de veſtibus oloueris.*

*Curiales* per Illyricum, ac nominatim Delphis, cogi vetuit Theodoſius ad ſpectacula in vrbe Conſtantinopol. edenda *l. 4. de ſpectaculis.*

*Minoris* laterculi dignitates omnes ad ſollicitudinem Quæſtoris reuocauit hoc tempore Theodoſius *l. 1. & 2. Cod. de off. Quæſtoris.*

Ioannes Tyrannidem Imperij Occidentalis Romæ hoc tempore occupauit: de quo iam dixi, *ad Philoſtorgium.* Idque menſe *Maio*, vt puto.

Tributorum per Illyricum, ac nominatim per Macedoniam & Achaiam, modum hoc tempore definiuit Theodoſius Iun. Imp. firmatâ Theſſalonicenſis Eccleſiæ immunitate *l.53.de annonâ.*

Valentinianvs Conſtantij & Placidiæ F. Nobiliſſimus & Cæſar, à Theodoſio Iun hoc tempore factus: Theſſalonicæque ab *Helione Mag. officiorum* Cæſaris veſte indutus eſt, teſte Olympiodoro aliiſque, de quo *ad Philoſtorg.* cuius 30. deinceps conſtitutiones huic Codici inſertæ occurrunt quæ pleræque tamen non minus Theodoſio rectè adſcribuntur.

## THEODOSIVS A. & VALENTINIANVS CÆS.

xvii.Kal.Nou.Dat.Conſtantinop.*l.14.de murilegulis.* Maximino Com.S.L.

xviii.Kal.Dec.Dat Conſtantinop. { *l.vlt.de Cognitoribus.* / *l.* * *vn.de actionib.certo tempore finiendis.* } Aſclepiodoto PF.P.

* *Theodoſij* tantum nomen. huic l.inſcribitur. Conſulatus verò in *d.l.vn.* ita ſubſcriptus *Victore V.C. & Symmacho* Coss.

iii.Non.Dec.Dat.Conſtantinop.*l.36.de erogat.mil.ann* Procopio Magiſtro militiæ per Orientem.

v.Id.Dec.Dat.Conſtantinopoli. *l.3.de conlat.æris.* Maximino Com.S.L.

Theodoſij tantum nomen huic l.inſcribitur.

## CHRONICON HISTORICVM.

Protrahendarum litium, ſiue in Poſſeſſorum, ſiue in Procuratorum necem, ſemina hoc tempore præciſum iuit, conſtitutione ſuâ Theodoſius Iun. Hinc adeò

*Præſcriptionem triginta annorum* quâ vniuerſales in rem perſonales & hypothecariæ actiones eliderentur, inuexit: *l.vn.de actionib. certo temp.finiendis*: Mortuóque procuratore, ſiue actoris ſiue rei, hæredes eius vltra laborem protendere vetuit. *l. vlt. de cognitorib. & procurator.*

CHRONO



Theod. & Valent. Cæs. A.D.425.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Theodoſio A xi.& Valentiniano Cæſ.Coſſ.425.

x.Kal.Febr.Dat.Constantinop. *l.vn.ne ſine iuſſu Princ.* ad Hierium PF.P.

Kal.Feb.Dat.Conſtantinop. *l.dominico vlt.de ſpectaculis.* Aſclepiodoto PF.P.

iii.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. { *l.vlt.de operib.publ.* Conſtantio PF.V. / *l.vlt.de ſtudiis liberalibus*............ *V.R.& Conſtantinop*.......... }

Eidem Conſtantio P.V. inſcribitur ſine die & Coſſ. *l.vlt.Cod.de off.P.V.* vbi tamen *Conſtantino* editum.

Id.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.vn.de Profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinopol.* Theophilo PF.V.

iii.Non.Mai.Dat.........*l.vn.de Imaginibus Imperialibus.* Aëtio PF.P.

iii.Id.Mai.Dat.Conſtantinop. *l.32.de petitionib.* Valerio Com.R.P.

viii.Kal.Iun.Dat.........*l.15.de murilegulis.* Maximino Com.S.L.

Prid.Non.Iul.Dat.Aqvil. *l.46.de Epiſcopis*, Georgio PC.Africæ.

xvi.Kal.Aug.Dat.Aquil. *l.62.de hæreticis.* ad Fauſtum PF.V.*

* Romæ: Roma ergò iam tum in poteſtate Valentiniani Cæſaris erat.

Prid.Non.Aug.Dat.Aquil. *l.63.de hæreticis.* Georgio PC.Africæ.

viii.Id.Aug.* Dat.Aquil.*l.64.de hæreticis.* Baſſo Com.R.P. Poſt alia.

* *Iul.* in Cod.Anic.

x.Kal.Octob.Dat.Topiso* { *l.vlt.de Primicerio & Notar.* / *l.vlt.de honorar.codicillis.* } Hierio PF.P. Orientis.

* *Topiro.*

viii.Id.Octob.Dat.Aquil.*l.vlt.de Epiſcopis.* Baſſo Com.R.P.

In *h.l.* agitur de Tyranno Ioanne ſcil.

## CRHONICON HISTORICVM.

Theodoſius Iun. hoc anno *Conſtantinopoli* egit, menſe Ianuario, Februario, Martio, Aprili, Maio.

*Dominico* die, & Natali Epiphaniorum, Paſchæ etiam & quinquageſimæ diebus ſpectacula theatrorum vel Circenſium edi vetuit hoc tempore Theodoſius Iun. *l. dominico.*

*Academiæ Conſtantinopolitanæ* in melius augendæ erigendæque hoc tempore incubuit Theodoſius Iun. latâ in id conſtitutione, cuius tres partes ſuperſunt. In id 1. ſcilicet Profeſſoribus qui tum erant, Comitiuam primi ordinis tribuit, vt & in poſterum iis qui viginti annis docuiſſent. *l. vn. de Profeſſor.* 2. Munus, numerúmque Profeſſorum inſtruxit & definiuit *l.vlt.de ſtudiis liberalib.* 3. Auditoria Profeſſoribus adſignauit in Capitolio; & quidem in porticibus eius, earúmque exedris. *l.vlt.de operib.publicis.*

*Statuas* vel *Imagines Imperatorias*, ſeu ſimulacra erigi vel proponi ludis ſine adoratione ſeu culturâ excedente hominum dignitatem vetuit hoc tempore Theodoſius Iun. *l.vn.de Imaginib.Imperialib.*

Valentinianus moto aduerſus Ioannem Tyrannum cum Ardaburio & Aſpare, exercitu, *Aquileiâ* potitus eſt per Ardaburium & Aſparem, Philoſtorgius, *lib.12. cap.11.* Socrates *lib. 7. cap. 23.* Eóque mox Ioannes Tyrannus Rauennæ captus miſſus eſt, dextráque prius amputata capite plexus, Philoſtorgius, *d.loco.* Procopius, *3. Vandal. p.95.* Etſi Idacius *Chronico* eum Rauennæ cæſum ſcribat. Hinc igitur datæ hoc tempore à Valentiniano Cæſ. quatuor conſtitutiones *Aquileiæ* hîc ſuperiùs locatæ: & ex his *lex vlt.de Epiſcopis*, vbi de Tyranno Ioanne diſertè agitur. Mox & *Româ* potitus, menſe iam Iulio, vt docet lex *62.de hæreticis.*

Valentinianus, Ioanne Tyranno cæſo, variis conſtitutionibus *Eccleſiarum clericorúmque priuilegia* firmauit, & *hæreticos* inſectatus eſt, non tantum per Africam (quæ per Bonifacium in fide manſerat aduerſus Ioannem Tyrannum,) verùm etiam Romæ & in Italiâ, vbi contraria à Ioanne inuecta fuerant, *l.46.& l.vlt. de Epiſcopis*: *l. 62. 63. 64.de hæreticis.*

Theodoſius Iun. Imp. profecturus in Italiam, vt Valentinianum Auguſtum declararet, Italóſque in obſequio firmaret, *Theſſalonicam* profectus, morbo ne longius progrederetur impeditus fuit, Socrates, *lib. 7. cap. 24.25.* atque ideò Conſtantinopolim reuerſus eſt. Hinc igitur *Topiſo* vel *Topiro* ab eo data menſe Septembri hoc anno lex *vlt. de primicerio & Not.* & lex *vlt. de honor. codicil.* quæ Macedoniæ vrbs erat inter Conſtantinopolim & Theſſalonicam, de quo ad *eas ll.*

Valentinianus, cæſo Ioanne Tyranno,

THEOD. & VALENT. CÆS. A.D.425.

receptáque ab Helione Magiſtro Officiorum & Patritio vrbe Româ, Rauennam primùm mox *Romam* ipſe ingreſſus eſt: vbi & ſeptennis iam Auguſtus creatus, Imperatoriâ veſte à prædicto Helione indutus fuit x. *Kal. Nouembris*: teſtes Olympiodorus, *fine Decadis* 2. Frigeridus, *lib.*12. *hiſtor.* Socrates, *lib.*7.*cap.*24. Marcellinus, Proſper, Idacius, Chronicon Alexandr. Ibique per quadrimeſtre egit, fine huius anni & initio anni ſequentis.

## THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA.

xv.Kal.Dec.Dat.CONSTANTINOP. *l.vlt.de Palatinis S.L.* Hierio PF.P.

Hæc lex adhuc præfert Theodoſij & Valentiniani *Cæſ.* nomina.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Iun. Theſſalonicâ & Topiro *Conſtantinopolim* reuerſus eſt, teſte Socrate, *lib.* 7. *cap.* 24. & 25. Quare ibi data ab eo menſe medio Nouembri *lex vlt. de palatinis S.L.*

## CHRONOLOGIA LEGVM,

### ¶ Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Coſſ. 426.

III.* Non.Ian.Dat.ROM.
- *l.3.de conductor.dom.Aug.*
- *l.23. de petitionibus.*
- Malè ſubnotatus dies VI.*Kal. Ian.*
- *l.14.de Senator. & gleb.*

ad Senatum Vrbis Romæ. Recitata in Senatu per per Theodoſium Primicerium Notariorum.

Malè ſubſcriptum VI.*Kal.M.* & *Arcadij* nomen in inſcript.additum.

x.Kal.Feb.Dat.CONSTANTINOP. *l.24. de bonis proſcriptor.* Hierio PF.P.
III.Kal.Febr.Dat.Romæ. *l.6.de legitim.hæred.* Albino PF.V.
VII.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.*l.16.de murilegulis.* Acacio Com.S.L.
Prid.Non.Mart.Dat.RAV. *l.1.de conductor. & hominib.domus Aug.* Baſſo PF.P.
III.Kal.April.Dat.Rauennæ. *l.vlt.de libertis.* Baſſo PF.P.

Huius l. fit mentio A.428 *l.vlt.in fin.de natural. lib.*

VII.Id.Apr.Dat.Rau. *l.7.de apoſtatis.* Baſſo PF.P.
VI.Id.Apr.Dat.Rau. *l.28. de Iudæis.* Baſſo PF.P.
Kal.Ian.Dat.NICOMEDIÆ. *l.vlt.de Legatis.* Hierio PF.P.
x.Kal.Iul.Dat.Nicomediæ. *l.21.de diuerſis off.* Hierio PF.P.
Kal.Iul.Dat.Nicomediæ. *l.22.de diuerſis officiis.* Theophilo PF.V.
Kal.Iul.Dat.Nicomediæ. *l.23.de diuerſis officiis.* Acacio Com.S.L.

VII.* Id.Nou.Dat.Rau.
*al.VIII.
- *l.vn.de reſponſis Prud.*
- *l.2.& 3. Cod.de legibus.*
- Huic l. ſubſcriptus malè annus præcedens.
- *l.pen.Cod.ſi contra ius.*
- *l.reſcripta 7.C.de precib.Imp.off.*
- *l.vn.de cretione.*
- *l.8.de legitim.hæred.*
- *l.pen.& vlt.de maternis bonis.*
- *l.vn.de bonis quæ filijfam.*
- *l.vlt.de reuoc.donat.*
- *l.* ſi infanti 18. Cod. de iure delib.*
- * VI. Id.Nouemb.

ad Senatum Vrbis Romæ.

XVIIII.Kal.Dec.Dat. CONSTANTINOP. *l.″vlt.de Paganis.* Iſidoro PF.P.

″ *Thodoſio* XII. & *Valentiniano* IIII. ſubſcripti Coſs.

VII.Kal.Dec.Dat.Conſtantinop. *l.vlt.de proximis.* Acacio Com.S.L.

x.Kal.



THEOD. & VALENT A.D.426.

x.Kal.Ian.Dat.Conſtantinopoli. *l.20.de Agentib.* Helioni Patricio & Magiſtro Officiorum.
x.Kal.Ian.Dat.Conſtantinopoli. *l.21.de Agentibus in rebus.* Hierio PF.P.

Hæ duæ leges ſunt de eadem re.

VII.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.5.Cod.Iuſt.de aduoc.diu.Iudicior.* Cyro PF.V.*

* al.PP.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus menſe Ianuario huius anni *Romæ* porrò conſtitit: de quo iam ſuperiore anno monui: Theodoſius verò huius anni initio *Conſtantinopoli* egit.

Valentinianus Romæ conſtitutus, turbatum vrbis *Romæ* ſtatum partim priuatum ſeu Oeconomicum, partim verò Senatus Romani erexit, delatoribus inter alia repreſſis, pacémque adeò publicam ſtabiliuit: quin & vrbi ipſi inſtaurandæ ſtuduit, prolixâ ad Senatum vrbis Romæ *Oratione*, cuius tria fragmenta ſuperſunt hîc præpoſita.

Valentinianus Tertius Româ *Rauennam* regreſſus iam menſe Martio.

Valentinianus Tertius quatuor hominum genera hoc tempore in ordinem redegit conſtitutionibus ad Baſſum PP. emiſſis: qui ſcil. hoc tempore ceruices erigebant: partim in ſæcularibus negotiis, *Conductores* ſcilicet, *hominéſque domus Auguſtæ*, *Libertinæ conditionis homines*: partim in Eccleſiaſticis, *Apoſtatas*, & *Iudæos*.

Theodoſius Iun. Conſtantinopoli in Bithyniam, & Nicomediam quidem tranſgreſſus, *Nicomediæ* egit menſe Iunio, Iulióque: vbi datæ ab eo quatuor conſtitutiones.

Theodoſius Iun. Nicomediæ conſtitutus, Imperatoriam auctoritatem vindicauit aduerſus vſurpationes ſummorum alioquin Magiſtratuum, in Legationibus ciuitatum audiendis, in Officialibus Præfectorum prætorio & Præfecti vrbis, in Comitibus Theſaurorum diœceſeos prouehendis, conſecrandis *l.vlt.de Legatis. l.21.22.23.de diu.offic.*

Valentinianus Tertius hoc tempore octennis prolixâ ad Senatum vrbis Romæ oratione, partim Iuriſprudentiæ, (Iuris inquam & conſtitutionum Imperatoriarum, Iuriſconſultorum item) ἀνάκρισιν ſeu repurgationem quandam inſtituit; quænam videlicet tum conſtitutiones tum Iuriſconſultorum ſcripta in iudiciis legi, allegari, citari, ad cauſarum deciſionem poſſent; quò pertinent *lex vn.de Reſponſ.Prudentum l.2.3. Cod. de legibus. l.pen.Cod.ſi contra ius*, *lex 7.Cod.de precib. Imp. off.* Partim verò de iure patrio & materno diligentius cauit, quò pertinent ſeptem aliæ leges quæ hîc ſuperiùs poſitæ ſunt.

Theodoſius Iun. Nicomediâ *Conſtantinopolim* rediit: vbi menſe Nouembri & Decembri quinque ab eo conſtitutiones datæ occurrunt.

*Paganorum* ſacrificia arceri, templáque eorum deſtrui, *crucíſque* conlocatione expiari, hoc tempore iuſſit Theodoſius Iun. *l.25. de pagan.ſacrif.& templis.*

*Aduocatis* in foro Præfecti vrbis eadem priuilegia tribuit hoc tempore Theodoſius Iun. quæ antea conceſſerat Aduocatis in foro Præfecti Prætorio Orientis.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Hierio & Ardabure Coſſ. 427.

XII.Kal.Mart.Dat........ *l.1.Cod.vnde vir & vxor.* Hierio PF.P.
XVII.Kal.Apr.Dat........ *l.10.de Domeſticis.* Hierio PF.P.
x.Kal.Apr.Dat.Conſtantinop. *l.17.de murilegulis.* Valerio Com.S.L.
XII Kal.Iun.Dat........ *l.vn.Cod.nemini licere ſignum Saluatoris.* Eudoxio PF.P.
x.Kal.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.14.de metatis.* Helioni Patricio & Magiſtri Officiorum.
XIIII.Kal.Sept.Dat........ *l.18.de Medicis & profeſſ.* Helioni Magiſtro Officiorum.
Prid.Id.Octob.Dat.Conſtantinop. *l.2.Cod.de officio eius qui vicem alterius Iudicis.* Mandata Imperatorum miſſa Antiocho cæteriſque Præfectis Prætorio per Referendarium quæ ſic habent.
Sine die & Cos.......... *l.2.Cod.de cupreſſis ex luco Daphn.* Eudoxio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Iun. his Coſs. *Conſtantinopoli* conſtitit.

*Hierius* hoc anno Conſul & Præfectus Prætorio fuit, vt docent huius anni conſtitutiones. Et verò his Coſs. ab eo inſtauratæ ſeu dedicatæ fuerunt Conſtantinopoli Thermæ Theodoſianæ, vt teſtatur Chronicon *Alexandr.* his Coſs. Agit & de his Thermis dedicatis his Coſs. Marcellinus *Chronico.*

*Crucis* ſignum in ſolo vel in ſilice vel in marmoribus humi poſitis ſculpere vel pingere vetuit hoc anno Theodoſius Iun. *l.vn.Cod. nemini licere ſignum.*

 

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Felice & Tauro Coſſ.428.

Prid.Kal.Feb.Dat. Constantinop. { *l.vlt.de Senatoribus.* / *l.22.de Agentibus.* } Proculo PF.V.

x.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop.* { *l.vn. de omiſſâ act. impet.* / *l.vlt.de ſponſalibus.* / *l.vlt.de nuptiis.* / *l.vlt.de dotibus.* / *l.vlt.de natur.fil.* / *l.vlt.de legit.hæred.* / *l.2.Cod.de bonis quæ lib.* / *l. extraneum* 11. *Cod. de hæred.inſtit.* } Hierio PF.P.

* xi.Kal.Mart.

v.Kal.Mart.Dat.Rav.*l.vlt.de Tironibus.* Voluſiano PF.P.

xi.Kal.Maij. { Dat......*l.2.ſeu vlt.de lenonibus.* Florentio PF.P. / Dat......*l.29.Cod.de donationib.* Hierio PP. }

Refert ad x.Kal.Mart.

iii.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop. *l.65.de hæreticis.* Florentio PF.P.

v.Id.Iun.Dat.Conſtantinop. { *l.vn.de impon.lucr.deſcr.* / *l.1.Cod.quando & quib.quarta.* / *l.2.Cod.de prædiis Curial.* } Florentio PF.P.

vi.Id.Iu.Dat.Conſtantinopoli. *l.29.de cohortalibus.* Florentio PF.P.

iii.Id.Iul.Dat.Conſtantinop. *l.19.de medicis & profeſſor.* Proculo PF.V.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Iun. hoc tempore *Conſtantinopoli* egit: Valentinianus, *Rauennæ.*

Præfecti Prætorio hoc anno fuêre per Orientem Hierius & Florentius: in Occidente Voluſianus.

Theodoſius Iun. prolixâ cõſtitutione veteres & ſcrupuloſas, Actionum, Nuptiarum, Dotiũ, Donationum ſponſalitiarũ *Formas & formulas* ſolemnes, multaſque alias ſcrupuloſitates hoc anno ſuſtulit: & qualiacũque iam verba, qualeſcunque ritus ſufficere in his actibus voluit: Cuius conſtitutionis octo fragmenta hîc ſuprà poſita ſuperſunt: vt cœteroquin, Princeps hic (quod ipſemet profitetur *l. vlt. de donationib.*) obſeruationem iuris contrahendam cenſuit. Atque iſtud etiam quodammodo præludium fuit Iuris ἀνακείωτως, à Theodoſio Iun. poſtea faciendæ: quâ etiam illi, quæ à Valentiniano facta fuerat A. 426. lucem intulit.

*Africæ* proconſularis *Sacerdotes* à tironum præſtatione immunes eſſe definit Valentin. *l. vlt. de tironibus*: Forte pertinet ea lex ad Vandalorum in Mauritaniam ſuperiore anno transfretationem.

Aduerſus *lenones* patres & dominos conſtitutionem edidit Theodoſius Iun. *l. vlt. de lenonib.*

Theodoſius Iun. *hæreticos* lege latâ inſectatus eſt hoc tempore, puta *l. 65. de hæreticis*: ſic tamen vt non omnes eadem auſteritate plectat, & inter alia quidem quoad ius Eccleſiarum ſeu conueniendi: tribus gradibus conſtitutis. Nempe, Arianos, Macedonianos & Apollinarianos, intra ciuitates Eccleſias habere vetuit: 2. Nouatianos & Sabbatianos præter ſolitum aliquid vſurpare. 3. Eunomianis & Manichæis in Romano ſolo conueniendi orandique facultatem penitus denegauit: imò & Manichæos de ciuitatibus expelli iuſſit. Et hic quidem Hæreticorum ſub Theodoſio Iun. ſtatus obſeruandus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Poſt Coſ.Felicis & Tauri 429. *ſeu* Florentio" & Dionyſio Coſſ.

Vt à menſe Maio iam in *l.29.de Iudæis.* & *l.digna vox 4.Cod.de Legibus.*

"Florentij quoque huius Cos.mentio in *Nou.Theodoſij* 33.

xvi.Kal.Mart.Dat.Rav.*l.35.de annonâ & trib.* Voluſiano PF.P.Poſt alia.

v.Kal.



 

v.Kal.Mart.* Dat.Rau. { *l.68.ſeu vlt. de appellationibus.* / *l.34.de annona.* } Celeri" ſuo ſalutem.

* f.Maij.

" PC.Africæ *l.185.186. de decur.* hoc ipſo anno v.& Auguſt. *ep.*237.

iii.* Kal.Mart.Dat.Rau.*l.32.de ſuſceptor.* Voluſiano PF.P. poſt alia.

* f.xvi. vt ita iungatur cum *l.35.de annona.*

v.Id.Mart.Dat......*l.4.Cod.de hæredit.decur.* Florentio PF.P.

vi.Kal.April.Dat.Constantinop.*l.vlt.Cod.de precib.* Florentio PF.P.

v.Kal.Maij.Dat.Rau.*l.185.& 186.de decurionib.* Celeri PC.Afric.

iii.Kal.Iun.Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de Iudæis.* Ioanni Com.S.L.

[iii.Id. Iun. Dat. Rauennæ. *l.digna vox 4.Cod.Inſt.de Legibus.* ad Voluſianum PF.P.]

## CHRONICVM HISTORICVM.

VAlentinianus Tertius *Rauennæ* his Coss. egit: Theodoſius Iun. *Conſtantinopoli.*

*Voluſianus* his quoque Coss. PP. fuit ſub Valentiniano: cuius ad eum tres conſtitutiones extant.

*Celer* his Coss. fuit *Proconſul Africæ*, ad quem datæ extant quatuor leges hoc anno: duæ *epp.* Auguſtini, 210.237. ad hunc extant, qui anno proximo obiit.

Ad *Legationem* quoque ex Africâ proconſulari, Bubulci Comitis, Valentinianus *Africæ proconſulari* circa rem tributariam conſuluit, variis conſtitutionibus, partim ad Voluſianum PP.datis, partim ad *Celerem Proconſulem Africæ*: quæ quidem ſex numero hîc occurrunt.

*Apoſtolatum* ſeu anniuerſarium canonem, qui etiam ex Occidente Patriarchis Iudæorum conferebatur, largitionibus Principis inferri iuſſit Theodoſius, *l.vlt.de Iudæis.*

Valentinianus *Ciuilitatis* ſuæ & modeſtiæ inſigne documentum dedit hoc anno; *in l. digna vox 4.Cod.de legib.* & *in l. 68. ſeu vlt. de appellationib.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Theodoſio xiii.& Valentiniano iii. Coſſ.430. *ſeu* Theodoſio xiii. & qui fuerit nuntiatus.

xv.Kal.Mart.Dat.Rav. *l.33.de ſuſceptoribus.* Theodoſio PF.P.

Agitur h.l. de prouincia Byzacena & Proconſulari.

viii.Kal.Mart.Dat.Constantinop. *l.34 de petitionib.* Thalaſſio Com.R.P.

vii.Kal.Mart.Dat.Conſtantinop. *l.15. de metatis.* Ioanni Comiti & Magiſtro Officiorum.

Forte referenda hæc lex ad A.435.

Prid.Kal.Ian.Dat.Conſtantinop. *l.9.de conlat.donatarum.* Antiocho PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus his coss. *Rauennæ* egit: Theodoſius, *Conſtantinop.*

*Epheſina Synodus* his coss. indicta xiii. Kal. Decembr. in Pentecoſten ſequentis anni.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Baſſo & Antiocho vv.cc.Coſſ.431. *vel* Antiocho Coſ. ſimpliciter.

x.Kal.Apr.Dat.Constantinop. *l.45.de his qui ad Eccl.* Antiocho PF.P.

iii.Kal.Mai.Dat.Rav.*l.36.de annona.* Flauiano PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius his coss. *Conſtantinopoli* egit vid. & Marcell. *Chron.* Valentinianus, *Rauennæ.*

*Serui* quidam *Barbari* Conſtantinopoli do-

mini

THEOD. & VALENT.

A.D. 431.

mini ſæuitiam fugientes in *Eccleſiam* cum armis profugi maximum tumultum his COSS. Baſſo & Antiocho excitarunt: Eccleſiæ ſanctitate violatâ: cuius rei hiſtoriam exequitur Socrates, *lib.7. cap.33.* & ex eo Nicephorus: Tangit & Marcellinus, *Chronico his* COSS. Quare hâc occaſione Eccleſiaſtici aſyli ſanctitati conſultum iuit Theodoſius conſtitutione quæ integra extat ad calcem Concilij Epheſini: duæ verò inde partes coniectæ in *l.4. & 5. de his qui ad Eccl.*

EPHESINA Synodus habita his Coss. x. Kal. Iul.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Aëtio & Valerio Coſſ. 432. *ſeu* Valerio & qui fuerit nuntiatus.

Vt *l.6. de his qui ad Eccl.*

IX. Kal. Apr. Dat. RAV. *l.3. de decurionib. & ſilent.* Flauiano PF.P.

III. Id. Iun. Dat. CONSTANTINOP. *l. vlt. de domeſticis.* Heliodoro P.V. Conſtantinopolitanæ.

v. Kal. Apr. Dat. Conſtantinop. *l.6. ſeu vlt. de his qui ad Eccleſ.* Hierio PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

VAlentinianus his Coss. *Rauennæ* egit: Theodoſius Iun. *Conſtantinopoli.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Theodoſio A. XIV. & Maximo Coſſ. 433.

x. Kal. Maij. Data....... *l.16. de indulg. debitor.* Tauro PF.P.

v. Non. Iul. Dat. CONSTANTINOP. { *l.17. de Numerariis.* / *l.9. Cod. de Adſeſſor.* } Tauro PF.P.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Iun. his Coſs. egit *Conſtantinopoli.*

*Indulgentiam* quandam debitorum his Coss. emiſit Theodoſius *l. 16. de indulg. debitor.*

*Taurus* PP. Orientis.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Ariouindo* & Aſpare Coſſ. 434.

* al. Hariobindo.

XII. Kal. Iul. Dat. CONSTANTINOP. *l.15. de indulgentiis debitorum.* Tauro PF.P. & Patricio.

v. Kal. Decemb. Dat. Conſtantinop, *l.3. de frumento vrbis Conſtantinop.* Leontio PF.V.

XVIII. * Kal. Ian." Dat......... *l. vn. de bonis clericorum & monachorum.* ad Taurum PF.P. & Patricium.

* XIIII. C. Iuſt.

" *Iun.* in An.Rh.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius *Conſtantinopoli* egit his Coss.

*Indulgentiam* quandam tributorum hoc tempore emiſit Theodoſius *l. 15. de indulg. debitor.*

*Taurus* P.P. orientis fuit hoc adhuc anno.

Certam auri quantitatem, puta 651. librarum auri ad coëmptionem frumentariam perpetuò dedicauit Theodoſius, Conſtantinopoli, *l.3. de frum. v. Conſtant.*

Epiſcoporum, Clericorum, &c. Monachorum ab inteſtato decedentium, ſine parentibus



THEOD. VALENT.

A.D. 434.

rentibus vel liberis, agnatis, cognatis vxore, bona Eccleſiæ vel monaſterio cui erant deſtinati, addici iuſſit Theodoſius *l. vn. de bonis cleric. & mon.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### Theodoſio A. XV. & * qui fuerit nuntiatus Coſſ. 435.

* Et Valentiniano IV. Ita ſubſcript. *l. damnato Cod. de hæreticis & l.5. Cod. de appellat.*

IIII. Kal. Feb. Dat. CONSTANTINOP. *l. vlt. de Principibus Agentium.* Valerio Magiſtro Officiorum.

Eodem exemplo Iſidoro PF.P. Regino Illyrici PF.P Leontio PF.V. Theodoto Com. Ægypti, Abtharito Comiti Orientis, Cleopatro Præfecto Auguſtali, Heſychio Proconſuli Achaiæ, Euſtathio Vicario Aſiæ, Nectario Vicario Ponticæ.

Pridie Kal. Febr. Dat......... *l.5.* * *Cod. de apoſtatis.* Flauiano PF.P.

* Ad alium annum referenda.

IIII. Id. Mart. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de metatis.* Valerio Magiſtro Officiorum & ex-Conſ. Ordinario.

XVI. Kal. Maij. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de Agentibus in rebus.* Paulino Magiſtro Officiorum.

Hanc l. ita malo ad hunc annum 435. referre, quàm vt vulgo *Theodoſio A.* XIII. ad Annum 430.

III. Non.* Aug. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de hæreticis.* Leontio PF.V.

* Kal. *C. Iuſt.*

VII. Id. Octob. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de bonis vacantibus.* Hicritocrati Com. R.P.

Agitur h.l. de Achaia & de Proconſule Achaiæ.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius *Conſtantinopoli* egit his Coss.

*Notitia & ordo Dignitatum* obſeruanda, quæ in ſubſcriptione Theodoſij Iun. legis *vlt. de Princip. agent. in reb.* continetur: quæque committenda cum Notitia Imperij.

*Iſidorus & Reginus* his Coss. Præfecti Prætorio fuêre: ille Orientis, hic Illyrici ſub Theodoſio Iun. ad quem data quoque *d.l. vlt. de Princip.* Horum Edictum de *Neſtorij libris* non legendis extat inter acta concilij Epheſini *parte 3. c.46. p.712.*

Theodoſius Imp. Conſtantinopoli conſtitutus, in *Neſtorianos* edidit hoc anno *legem vlt. de hæreticis* quæ integra extat in actis concilij Epheſini: tribus in eos conſtitutis: puta 1. vt Neſtoriani *Simoniani* vocarentur, 2. vt libri eorum comburerentur 3. vt ne vllibi conuenirent, ac nominatim ne in vrbe Conſtantinopol. Eoque pertinet, quod Idacius ſcribit, *in Chronico*, vndecimo poſt Honorij mortem anno, (id eſt, hoc ipſo anno 435.) de concilio habito ſub præſentiâ Theodoſij ad deſtruendam Hebionitarum ſeu *Neſtorij* hæreſim.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

### ¶ Iſidoro & Senatore Coſſ. 436.

VIII. Id. Mart. Dat. CONSTANTINOP. *l. vlt. de murilegul.* Apollonio Com. S.L.

IV. Non. Apr. Dat. Conſtantinop. *l.21. Cod. Iuſt. de Epiſcopis.* Thomæ * PF.P.

℞. * Iſidoro. Iungenda hæc lex duabus ſeqq.

III. Non. Apr. Dat. Conſtantinop. { *l. vlt. de cohortalib.* / *l. 187. 188. de Decur.* } Iſidoro PF.P. Eodem exemplo Eubulo PF.P. Illyrici.

Prid. Non. Iun. Dat. Conſtantinop. { *l. vlt. de frum. Alexandr.* / *l. vlt. de Alexand. pl. prim.* / *l.3. de Indictionibus.* / *l. 189. 190. 191. de decurion.* } Iſidoro PF.P.

Prid. Id. Iul. Dat. Conſtantinop. *l. vlt. de indulg. debitor.* Iſidoro PF.P.

THEOD. & VALENT. Prid.Non.Aug.* Dat.Conſtantinop.*l.vlt.de decurionib.* Iſidoro PF.P. A.D.436.

* 29. Iun.

v.Kal.Sept.Dat.APAMEÆ * { *l.*" *vlt.de annona & trib.* / *l.vlt.de Indictionib.* } Dario PF.P.

* Vel *Apamia.*

" Cyri Afrodiſienſium Epiſcopi in Cariâ fit h.l.mentio.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius *Conſtantinopoli* egit his Coss. ad finem fermè menſis Auguſti.

Iſidorus hoc adhuc anno fuit Præf. prætorio Orientis.

*Neſtorio* exilium irrogatum his Coss. à Theodoſio Imp. vt colligere licet ex eius conſtitutione ſeu mandato, quod ad Iſidorum ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ ὕπατον περὶ τῆς ἐξορίστως datum eſt, quod extat inter acta concilij Epheſini *parte 3. c.15.p.532.*

*Ægypto & Alexandrinæ ciuitati annonæque* variis rationibus conſuluit hoc tempore Theodoſius Iun. prolixâ conſtitutione, cuius ſex fragmenta ſuperiùs poſita ſunt: imò & ſeptimum quod continetur *l. vlt. de decur.*

*Indulgentiæ* cuiuſdam ſpeciem tribuit hoc tempore Theodoſius Iun. *l. vlt. de indulg. debitor.*

Theodoſius Imp. *Apameæ* ſiue Bithyniæ (quod malo) ſiue Phrygiæ quæ cognomento Cibotos, hoc tempore egit: vbi data ab eo conſtitutio, cuius duæ partes hic ſuperiùs poſitæ. Quæ Apamea *Cyzico* proxima erat: quò Cyzicum inquam, hoc anno Theodoſium nauibus petiiſſe, multáque ei ciuitati præſtitiſſe ſcribit his Coss. Marcellinus, *Chronico.*

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Poſt Coſ.Iſidori & Senatoris 437.

XVIII.Kal.Apr.Dat.CONSTANTINOP.*l.vlt.de decurion.& ſilent.* Dario viro Inluſtri PF.P.Orientis.

## CHRONICON HISTORICVM.

THeodoſius Imp. *Conſtantinopoli* agit his Coss. quo iam menſe Octobri anni ſuperioris ex Aſiâ redierat: quoque Valentinianus eodem anno XII.Kal.Nou. profectus fuerat, ducendæ Eudociæ Theodoſij filiæ causâ: Socrates, *lib.7. c.* 43. Continuator Eutropij, Proſper, Marcellinus, & Chronicon Alex. id male referunt ad hunc annum.

CODEX THEODOSIANVS his Coss. compoſitus.

## CHRONOLOGIA LEGVM.

¶ Theodoſio A.XVI.& qui fuerit nuntiatus 438.

XV.Kal.Mart.Dat.CONSTANTINOP. *Nouella* 1. de THEODOSIANI Codicis auctoritate ad Florentium PF.P. Orientis.

## CHRONICON HISTORICVM.

CODEX Theodoſianus his Coss. confirmatus fuit menſe Februario à Theodoſio Iun. eius conditore, *Nouellâ* 1. Hoc inquam anno confirmatus hic Codex. Malè enim Nouella illa ſubſcriptum habet *Theodoſium* A. XV. conſulem, id eſt, annum 435. quo fit, vt hodie paſſim confirmatus hic Codex à Theodoſio credatur eo anno 435. cùm tamen 20. conſtitutiones occurrant hoc Codice Nouellæ illius characteriſmo poſteriores: verùm de hoc plenius *Prolegomenis lib.*1.

*Florentius* hoc tempore fuit PP. orientis vt & anno prox: de quo vid. *Proſopogr.*

*Finis Chronologiæ Codicis Theodoſiani.*

INDI



# INDICTIONVM XXIV. LATERCVLVS:

*Quarum mentio fit diſertè in Codice Theodoſiano.*

## ¶ Sub CONSTANTIO.

IND.I. A.D. 342. v.mox Ind.15.

IND.XV. Conſtantio A.VIII." & Iuliano Cæſ. Coſſ.356.

" ſ.VIIII.& Iuliano C.II.

*Conſtantij* Imp. *lex 2.de legatis.* data ad Muſonianum PF.P. XVIII.Kal.Feb. Med. Indictione XV.

IND.XV. Conſtantio A.X.& Iuliano C.III. Coſſ.360. Concordat Chronicon Alexandr.

*Conſtantij* Imp. *lex* 11.*de curſu publico.* data ad Helpidium PP.[Orientis] Dicitur, *data* XVI.*Kal.Decemb.Indictione* IIII.

## ¶ Sub VALENTINIANO, VALENTE & GRATIANO.

IND.X. Orient. Lupicino & Iouino Coſſ. 367. Concordat Chronicon Alexandr.

*Valentis* Imp. *lex* 11.*de iure fiſci*, data prædictis Conſulibus VII.Kal.Octobr. Doroſtori, ad Alexandrianum Com. R. P. Indictionem hanc decimam memorat, velut præſentem. Eáque lex repetita ferme exſtat *l.* 14. *de ſuſceptorib.*

IND.XI. Orient. Valentiniano & Valente II.Coſſ.368. Concordat Chronicon Alexandr.

*Theodoſ.* Iun. diſertè huius Indictionis, ceu huic conſulatui reſpondentis, meminit *l.9.* & 10. *de indulg.debitorum.* Quam & vndecimam VALENTIACAM nominat in *d.l.9.&* 10.

IND.XII. Orient. Valentiniano NB.P.& Victore Coſſ.369. Concordat Chronicon Alexandr.

*Valentis* Imp. lex *vnica de claſſicis.* ad Auxonium PP. (Orientis qui ſanè PP. fuit A.D.368.369. 370.) data dicitur *Indictione* XII. non adſcripto Conſulatu.

IND.XIV. Orient. Gratiano II.& Probo Coſſ. 371.

Meminit huius præſentis Indictionis Valens *l.14.de nauicularíis.*

IND.XV. Orient. Modeſto & Arintheo Coſſ. 372. Concordat Chronicon Alexandr.

*Valens* in *d.l.*14.*de nauicularíis*, quæ data eſt III. Id. Feb. ſuperiore Conſulatu Gratiano 2. & Probo Coſſ.A.371.huius Indictionis XV.tanquam proximè futuræ meminit.

## ¶ Sub VALENTINIANO, THEODOSIO & ARCADIO.

IND.XV. Italica. Honorio NB.P. (& Euodio) Coſ.386. IND.XIV. in Chron. Marcellini & Alex.

*Honorius* Imp. *l.8.de indulg.debitorum* (quæ data eſt anno 401. ad Andromachum

chum *P.V.*) diſerte Indictionem hanc quintam decimam componit cum primo ſuo [Honorij] Conſulatu.

IND. XIV. Karthagin. Valentiniano III. & Eutropio Coſſ. 387. IND. XV. in Chron. Marcellini, & Alex.

*Honorius* Imp. *l.* 8. *de indulg. debitorum.* (quæ data eſt A. 414. ad Seleuchum PP.) in quâ agitur de *Africa*, diſerte quartam decimam Indictionem componit cum hoc Conſulatu. Mox, eadem computatione Conſulatum ſuum 7. & Theodoſij iterum quartam Indictionem facit.
Scaliger in *d. l.* 8. reponebat XV. mox VI.

¶ IND. I. Italica. Poſt Conſulatum Honorij (id eſt Valentiniano III. & Eutropio Coſs) 387. IND. XV. vt ſup.

Idem *Honorius* Imp. *l.* 3. *de indulg. debitor.* (quæ data eſt ad Andromachum *P.V.*) diſerte Indictionem primam componit, cum Conſulatu qui ſecutus eſt Conſulatum eius primum.

## ¶ Sub ARCADIO & HONORIO.

IND. IX.'' Italica. Olybrio & Probino Coſſ. 395. IND. VIII. in Chron. Marcell. & Alex.

*Honorius* Imp. *d. l.* 3. *de indulg. debitor.* ad Andromachum *P.V.* diſerte hanc Indictionem nonam componit cum Olybrij & Probini Conſulatu.

'' In Oriente Indictio nona congruit anno 396. v. Martyrium Paulini.

IND. XII. Africanæ diœceſ. Vincentio & Frauitta Coſſ. 401. IND. XIV. in Chron. Marc. & Alex.

*Honorius* Imp. *l.* 3. *de equorum collatione.* quæ data eſt his Coſſ. Duodecimam hanc Indictionem præſentem indigitat. Agitur autem hâc *l. de diœceſi Africæ.*

¶ IND. IV. Karthag. Honorio VII. & Theodoſio iterum 407. IND. V. in Chr. Marc. & Alex.

*Honorius* Imp. *l.* 8. *de indulg. debitorum*, quæ data eſt ad Seleuchum PP. quaque agitur de *Africa*. Hanc Indictionem quartam diſertè componit cum hoc Conſulatu.

IND. V. Orientalis. Honorio VII. & Theodoſio iterum 407. Concordat Chr. Marc. & Alex.

*Theodoſius* Iun. *l.* 9. *de indulg. debitorum.* quæ data eſt ad Anthemium PP. vt vt & *l.* 10. *eod. tit.* quæ data eſt ad Aurelianum PP. huius Indictionis meminit: & diſerte *d. l.* 9. eam cum hoc Conſulatu componit.

## ¶ Sub HONORIO & THEODOSIO Iun.

IND. [Fvsio Karthag.] V. Baſſo & Philippo Coſſ. 408. IND. VI. in Chr. Marc. & Alex.

*Honorius* Imp. *l.* 6. *de indulg. debitorum.* quæ data eſt VII. Kal. Iul. A 410. ad Macrobium Proconſulem *Africæ*, & in quâ agitur de *Africa*, huius Fuſionis quintæ meminit.

IND. VI. Orientalis. Baſſo & Philippo Coſſ. 408. Concordat Chr. Marc. & Alex.

*Theodoſius* Iun. *d. l.* 9. *de indulg. debitorum.* quæ data eſt ad Anthemium PP. [Orientis] huius *Indictionis ſextæ* meminit ibidémque *Indictionem duodecimam* adſignat Conſtantio & Conſtante Coſs. id eſt A.D. 414.
Vt & *l.* 16. *eod. tit.* ibidémque vndecimam quæ congruit anno 418. memorat. Sic quidem vt ab hac Indictione ſexta vſque ad vndecimam illam viginti annos rectè computet.

IND. VIII. Orientalis. Varane v.c. Coſ. 410. Concordat Marcell. & Chr. Alex.

*Theodoſius* Iun. *l.* 173. *de decurionibus.* quæ data eſt VII. Kal. Sept. ad Anthemium



mium PP. hoc Conſulatu, hanc octauam Indictionem *inſtantem* vocat.

IND. X. Italic. P.C. Varane v.c. Coſſ. 410. IND. VIII. in Chron. Alex. & Marc.

*Honorius* Imp. *l.* 7. *de indulg. debitorum.* quæ data eſt ad Ioannem PP. Italiæ VIII. Id. Maij anno 413. huius Indictionis decimæ meminit.

IND. XII. Oriental. Conſtantio & Conſtante Coſſ. 414. Concordat Chr. Marc. & Alex.

*Theodoſius* Iun. *d. l.* 9. *de indulg. debitor.* quæ data eſt his Coſs. Duodecimam hanc Indictionem *præſentem* vocat diſertè.

¶ IND. I. Oriental. Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. 418.

Theodoſius Iun. *l.* 2. *de præd. Curial. non alien.* hanc primam Indictionem indicat.

## ¶ Sub THEODOSIO Iun. & VALENTINIANO Tertio.

IND. VIII. Orientalis. Theodoſio XI. & Valentiniano C. Coſſ. 425. Concordat Chr. Marc. & Alex.

Theodoſius Iun. *l.* 33. *de annonâ & tribut.* quæ data eſt ad Iſidorum PP. Illyrici ſuperiore Conſulatu, hanc Indictionem octauam tanquam proximè ſecuturam memorat.

IND. X. Orientalis. Hierio & Ardabure Coſſ. 427. Concordant pariter.

Theodoſius Iun. *l. vlt. de indulg. debitorum.* quæ data eſt A. 436. hanc decimam Indictionem memorat, nullo Conſulatus indicio.

IND. XI. Orientalis. Felice & Tauro Coſſ. 428. Concordant pariter.

Theodoſius Iun. *l.* 16. *de indulg. debitor.* quæ data eſt A. 433. hanc vndecimam Indictionem *nuper tranſactam* vocat: & viginti & vno annis diſtare oſtendit, ab Indictione 6. anni 408.

IND. XIV. Orientalis. Antiocho & Baſſo Coſſ. 431. Concordant pariter.

Theodoſius Iun. *l. vlt. de conlat. donat.* quæ data eſt vltimo die anni ſuperioris 430. hanc *quartamdecimam Indictionem futuram feliciter* memorat.

## ¶ OBSERVATIO de Indictionum computatione.

Ad Valentinianum & Valentem Impp. vſque, in Oriente & Occidente eadem fuit Indictionum computatio.
Ab his verò Impp. quadruplicem Indictionum varietatem notare licet.
1 *Italica*, conſurgit, ab A.D. 312.
2 *Orientalis*, ab A. 313.
3 *Proconſularis Africæ*, ab A. 314.
4 *Africanæ diœceſeos*, ab A. 315.

# KALENDARII ROMANI
## PARS E CODICE THEODOSIANO.

### IANVARIVS.

Kal. Otio ſancitus dies, *l.2.de feriis.*
Conſules auſpicabantur, *l. 13. de inf. his quæ ſub Tyr.*
Prætores Magiſtratum inibant, *l. 20.de Prætor.*
Manumiſſionum ſolemnia, *l.13.de infirm. his quæ ſub Tyr.*
VOTORVM oblatio, *l.vn. de oblat. votor.*
XIV.Kal.Febr.NATALIS Imp. Arcadij.
Ludi ſcenici eo die, *l.29 de Prætor.*

### FEBRVARIVS.

Kal.
v.*l.15.de Agentibus in rebus.*

### MARTIVS.

Kal. Nominationes ad Duumviratum, alióſque honores, *l.28.de Decur.*
Ex Kal. Martiis tertia pars canonis fundorum priuatorum, ſexta emphyteuticorum per Africam præſtabatur, *l.19 de exactionib*

### APRILIS.

Kal. Suſceptionibus ſpecierum fiſcalium adplicatus hic menſis ex Kal. Aprilibus *l.3.de naufrag.* in diem Kal. Octobris.
Veſtium canon omnis, *l 2.de milit. veſt.* ante hunc diem illlatus.
IV. Id. Natalis genuinus Theodoſij Iun.
Proximi ſcriniorum eo die Comitiuam ſuam inchoabant ex *l.17. de proximis.*
Primicerij itidem officij Com. S.L. & R.P. *l.21.de Palatinis.*
XI.Kal.Mai. Natalis Romæ.
Feriatus dies, *l.2. de Feriis.*

### MAIVS.

v.Id.Mai. Natalis Conſtantinopoleos.
Feriatus dies, *l.2. de feriis.*
x.Kal.Iun. Conſtantinus NICEÆ *l.3. de diu. reſcript.*

### IVNIVS.

### IVLIVS.

Kal. Ex Kal. Iulius duæ reliquæ ex tribus canonis fundorum priuatorum partes: quinque partes è ſex emphyteuticorum per Africam præſtabantur, *l.19.de exactionib.*
v.Non.Iul. Conſtantini M. prima per Thraciam de Licinio Victoria, *l.1.de vetus.*

### AVGVSTVS.

Kal. Capitatio, ſeu Capitum ex Kalendis Auguſtis militibus præſtabatur, *l.1. de erog.mil.ann.*
IDIB.Natalis Conſtantij A. *l.10.de Prætor.*
SENATVS legitimus, Deſignationibus Magiſtratuum, *d.l.10.*

### SEPTEMBER.

Kal. INDICTIONIS principium, vt colligi poſſe videtur ex *l.2.de mil.veſte.*
Veſtium canon ex his Kal. ad Kal. April. largitionibus inferebatur, *d.l.2.de mil.veſte.*
Ante has Kal. *Gynæciani prodendi* ex Conſtantij, *l.2.de murilegulis.*
v. ID. NATALIS genuinus Honorij.
LVDI eo die, *l.30. de Prætorib.*
Proximi Scriniorum Comitiuæ officium ſuum inchoabant, ex *l.11. de proximis.*

### OCTOBER.

Kal. In hunc diem vſque ſuſceptio ſpecierum fiſcalium, *l.3 de naufrag.*
ID. Nauigationi & tranſuectioni ſpecierum fiſcalium ex Africa Romam.
Mare clauſum, *l.3.de naufrag.*

### NOVEMBER.

Kal. Vinum nouum ab hoc die militi præbitum, *l.25.de erog.mil.ann.*
Nauigatio Nouembri menſe ſubtracta, *l.3.de naufrag.*
Nouembri menſe completo indictionis ſequentis annonarum pretia ſoluenda, *l.31.de erog.mil.ann.*
x.Kal.Dec. Ex hoc die, in Prid.Kal.Ianuar.
Aurum ab emphyteuticariis poſſeſſoribus olim inferebatur, *l.3.de conl. fund.patr.*

### DECEMBER.

---

### LATERCVLVS.

FERIARVM FORENSIVM ROMÆ, *ex Theodoſij M. & Valent. Iun.* l.2.de feriis.

Feriæ Æſtiuæ, dies XXX.
Feriæ Autumnales, dies XXX.
Kal.Ianuar. dies, dies III.
Natalis vrbis Romæ, dies I.
Natalis vrbis Conſtant. dies I.
Paſchæ dies XV.
Natales Impp. IV.
Solis dies circiter XLI.

Subducendi enim ſunt de Paſcalibus tres: de feriis æſtiuis & autumnalibus octo: ſuperſunt de 52.

41.
11.

52. In vniuerſum.

FERIATI dies CXXV. Reliqui CCXL. ἔμπρακτοι.

PROLEGO



# PROLEGOMENA
## AD CODICEM THEODOSIANVM.

---

### CAPVT I.

*De Hiſtoria & Compoſitione Codicis Theodoſiani.*

QVOD communiter & in omni Republica vſu venire ſolet, vt poſteaquam leges in molem aliquam pro reip. neceſſitate temporúmne vtilitate latæ excreuere, vel eædem neglectæ in obſcuro latêre cæperunt, vel abrogatæ inutiles redditæ ſunt, earum collectio ſiue ἀνάθεσις quædam deſideretur, ſiue ea priuato ſtudio ſuſcipiatur, ſiue publica authoritate inſtituatur: Idem in rep. Romanâ eueniſſe animaduertimus; Vt vetuſtiora omittam tempora, quibus ius ciuile, ſiue publicari éque tenebroſo carcere elici, ſiue in arctum & modum aliquem redigi contigit, vel etiam redigere multi cogitarunt: de Imperatorum ſaltem Conſtitutionibus videre operæ pretium eſt. Certè, etſi ſingulorum Imperatorum conſtitutiones in vnum corpus collectas olim ſcimus, veluti Diuorum fratrum à Papyrio Iuſto, attamen qui veterum aceruatim ad ſua vſque tempora Imperatorum Romanorum conſtitutiones, nobilis alicuius ſaltem epochæ, vnum in codicem compingeret ante Diocletiani & Maximiani vel Conſtantini M. tempora neminem reperimus. Per ea verò demùm duo codices editi emerſere, Gregorianus & Hermogenianus: qui etſi temporum iniuriâ interciderint, eorum tamen etiamnum rara quædam fragmenta ſuperſunt, ab eadem manu quâ Theodoſianus decurtati. Quibus integris vſi olim, B. Auguſtinus *lib.2. ad Pollentium de Adulterio cap.8.* vbi nobilem quandam conſtitutionem Antonini è Gregoriano memorat: quæ codice Iuſtinianeo prætermiſſa eſt: vſus eſt & author Collationis legum Moſaicarum paſſim, in cuius æuum poſtea inquiremus: vſus eſt & Tribonianus; at breuiario eius tantum vſi veteris conſultationis author & Papianus *libro reſponſorum*, aliique deinceps. In hos vero codices relatæ fuerunt Imperatorum conſtitutiones ab Adriano Imperatore in tetrachiam Diocletiani vſque: certè, Tuſco & Anulino Coſſ. I. A. D. 295. In Hermogeniano refertur *lex 2.de calumniatoribus* & exinde memoratur à veteris conſultationis authore: ex Gregoriani vero *libro 5. de nuptiis* laudatur nobiliſſima Diocletiani lex ab Authore collationis legum Moſaicarum *tit. de Inceſtis nuptiis 6.* cuius pars extat *l.7. C. Iuſtin. eod. tit.* Imo ex eodem Gregoriano refertur *lex 32* adnotato conſulatu Diocletiani qui congruit A. D. 296. qui decennio Conſtantini M. initia præcurrit. Et hæc quidem de duobus illis codicibus certa ſunt: vt mirer Cuiacium ſcribentem diuerſarum Epocharum & principum conſtitutiones horum Codicum authores ſibi propoſuiſſe. Illa imò eadem vtrique Epocha propoſita fuit, vt vel ex ſuperioribus conſtat. Atenim de pluribus aliis circa hos codices nondum liquet: veluti publicâ ne, an priuatâ authoritate ij ſcripti fuerint; quomodo certè Ægineta teſtis, aduocatos huiuſmodi Codices ſibi priuatim confeciſſe τοὺς ῥήτορας τοῖς συνηγόροις, καὶ συνεκδήμοις ὑπ' αὐτῶν ὀνομαζομένοις χρῆσθαι δικανικοῖς συντάγμασιν. Deinde incertum qui eorum authores ſint: De Hermogeniano equidem ita cenſeam ab Hermogeniano iuriſconſulto eum conſcriptum, qui & iuris Epitomen ſex libris edidit: nam & hac eum ætate ſcripſiſſe mox oſtendam, etſi Eugenius Hermogenianus PP. neſcio quis memoratur paulo ante ſub Diocletiano & Maximiano ex actis Sabini apud Baronium *A.301.num.18.* Quod Gregorianum attinet, fortè is à Gregorio PP. conſcriptus, qui ſub Conſtantino M. A.D. 336 fuit: cuius memoria extat *in l.3. C. Theod. de annona & tributis l. 2. eodem C. de contrahenda emptione & l.1. C. Iuſtin. de naturalibus lib.* de quo eſt etiam locus Optati Mileuitani *lib.3.p.32.* vbi Donati in eum conuitium memorat; quæ quidem animi mei in incerto coniectura eſt; ſicut neque illud liquido dixerim, vter alterum præceſſerit, quod tamen nonnulli colligi poſſe putant; nempe Gregorianum anteuertiſſe ex collocatione ſeu argumento ab ordine literæ *tit. de nouo Codice faciendo*, & *de Iuſtin. C. confirmando* & ex Harmenop. Prochiri *lib.1. tit. 1.* §.7. De illo quoque quæri poſſit, cur ab Adriano initium illi duxerint neque altiùs aſſurrexerint. Putem ego, quod Adrianus nouæ cuiuſdam Iuriſprudentiæ author extiterit: condito inter alia Edicto perpetuo, cuius materia ordoque deinceps pro cynoſurâ archetypi iuris fuere, quod nobiliſſimum fuit corpus iuris Romani & vniuerſæ iuriſprudentiæ quæ nobis relicta eſt, caput, atque ad eam formam imprimis relati ij quos nunc legimus: Et vero Hermogenianus ipſe libris epitomarum eius ordinem ſecutum ſeſe profitetur *l.2. ff. de ſtatu hominum.* Sed & officia publica & palatina nec non & militiæ in eam formam ab eodem Adriano ſtatuta, quæ paucis per Conſtantinum immutatis poſtea perſeuerauit, teſte altero Victore ſeu Victorino in Adriano: haud aliter atque Theodoſianus codex poſtea ceu nouæ cuiuſdam iuriſprudentiæ, de quo mox, corpus conſtitutionum funduſque conſtitutus eſt. Quare in re obſcurâ ita ſentiam, codices illos continuatos, cùm ad Conſtantinum M. Imp. eiuſque filios deuentum fuiſſet, à iuriſconſultis gentilibus, vt ita veteris iuriſprudentiæ gentilitiæ inſtar quoddam exhiberetur, quæ ſub Chriſtianis imperatoribus paſſim nouis legibus immutabatur.

Sane Hermogenianum Iuriſconſultum ſub Conſtantini M. liberis ſcripſiſſe haud inani coniecturâ ducor: nam & Præfectorum prætorio meminit, à quibus appellari non poſſet (quod & Arcadius Chariſius Iuriſconſultorum nouiſſimus ſcribit *l. vn. ff. de*

*ff. de off. P.P.*) quod vtique Conſtantini M. liberi ſanxêre *l.16. C. Th. de appell.* Meminit idem & Correctorum *l.10. ff. de off. præſidis* qui ſane tunc inſtituti, & quidem per Italiam: Idem Iuris noui meminit in *l.25. ff. de manum. vind.* quod à Conſtantino M. vel eius liberis inuectum fuit, argumento eorum quæ ſcribit author vitæ Conſtantini, *lib.4. cap. 26.inf.* quæque ſanciuntur *l. 15. C. de teſtam. l.21. C. de legat. l.1. C. de formulis.* Tandem ipſe ſatis innuit non vno loco, plures tunc in Imperio Romano Principes ſeu Imperatores fuiſſe: puta *l.41. ff. de excuſat. l. 10. ff. de publicanis: l.46. de iure fiſci*: quod de Conſtantini liberis accipiam.

Eundem Hermogenianum Gentilem fuiſſe colligi poteſt ex *l.17. ff. de manumiſſ.* perperam enim in contrarium adducitur *lex 60. §.1. ff. de donat. int. vir. & vxor.* vbi agitur de diuortio propter ſacerdotium: nam quod recte à Ræuardo 1. *coniect.* 2. animaduerſum eſt, Tertullianus quoque non vno loco oſtendit, inter Gentiles propter ſacerdotium diuortia ſolemnia fuiſſe *lib. de monogamia, exhortat. ad caſtit.* & *lib.1. ad vxorem.* Stylus etiam intricatus & horridus, barbarus Hermogeniani, longe à veterum Iuriſconſultorum ſtylo recedens iudicium facit de ſœculo eius. Idem denique, vt omittam alia, meminit muneris camelaſiæ *l.1. §.2. ff. de munerib.* cuius nulla mentio niſi eo ſœculo occurrit etiam apud Arcadium Chariſium *l. vlt. §. 11. ff. de munerib.* & apud Am. Marcellinum *lib.17.*

Ergo & Gregorius & Hermogenianus eandem operam nauauere; ita quidem, vt alter alterius operæ & induſtriæ quid adieciſſe, velut æmuli videatur: Certe in nonullis diſſenſiſſe eos diſcimus ex authore collationis legum Moſaicarum *tit.6.* & ex vetere conſultore: diuerſas enim illi conſtitutionum ſubſcriptiones ex illis duobus Codicibus afferunt. Superioribus addendum, quod ſcribit Sedulius *in præfat. Euangelicæ proſæ*, Hermogenianum doctiſſimum Iuriſlatorem tres editiones ſui operis confeciſſe. Quod Codicum denique illorum authoritatem attinet, penè ex Auguſtino & authore collationis legum Moſaicarum, & Triboniano ipſo ſatis colligimus, publicè eos receptos fuiſſe. Sed & Interpres Codicis Theodoſiani ad *l. vnic. C. Theod. de reſponſ. prudent.* authoritatem his datam conſtitutione aliquâ docet.

II. Et hæc quidem quaſi ἐν παρόδῳ de Codice Gregoriano & Hermogeniano dicta volui, ad horum enim exemplum ſæculo ferme poſt integro Codex Theodoſianus editus eſt. In quem iam coniectæ fuerunt Imperatorum Chriſtianorum conſtitutiones; à Conſtantino M. videlicet, qui primus venerandâ Chriſtianorum religione imperium muniuit. Vbi venit primò diſquirendum quis eius author fuerit, quove is anno conſcriptus fuerit, quando nonnulla à vulgi erroribus hac parte vindicanda ſunt, illuſtrari alia depoſcunt.

Proſper igitur Aquitanicus huius Codicis à Theodoſio Iun. conditi meminit his verbis, priore libro Chronicorum. *Theodoſianus*, inquit, *Liber omnium legum legitimorum principum in vnum collectarum editus.* Vbi Proſper, *legitimos principes*, Chriſtianos vocat, qui ſcilicet verâ fide legéque Chriſtiana imbuti erant: quomodo etiam legis appellatione Chriſtiana veraque religio iam olim deſignabatur, de quo in *Gloſſario.* Meminit eiuſdem & Iſidorus Hiſpalenſis & ex eo Originum *lib.5. cap.1. Leges*, inquit, *nouæ à Conſtantino Cæſare cœperunt & reliquis ſuccedentibus, erantque permixtæ & inordinatæ. Poſteà Theodoſius minor eas ad ſimilitudinem Gregoriani & Hermogeniani Codice facto conſtitutionum à Conſtantini temporibus ſub proprio cuiuſque Imperatoris titulo diſpoſuit, quem à ſuo nomine Theodoſianum vocauit.* Quo Iſidori loco leges nouæ duplici ſenſu dicuntur. Primò, quæ conſtitutionibus Gregoriano & Hermogeniano comprehenſis poſteriores erant; quâ causâ etiam author collationis legum Moſaicarum *tit.14. in fin. Nouellas conſtitutiones* eas vocat. Vti viceuerſâ conſtitutiones hoc Codice poſteriores μεταγενέστεραι *Nouellæ* dictæ, veluti Theodoſij ipſiuſmet, Valentiniani Tertij & ſimilium. Pariter vt quæ poſt Codicem Iuſtinianeum promulgatæ: quod etiam Paulus Warnefridus notauit *in Iuſtiniano, & lib. 1. hiſtoriæ Longobardicæ cap.21.* Secundò, nouas leges dixerit Iſidorus, quæ nouâ iam Reipublicæ formâ & Iuriſprudentiâ à Chriſtianis Imperatoribus inuectâ editæ fuiſſent: vti contra ius antiquum dicitur *l.vnic. C. Theod. de domin. rei quæ poſcitur*, & ius vetus *in l.3. Cod.Theod.de contrab. empt.* quod Conſtantinum præceſſit. Et certè Conſtantinus Magnus is eſt, qui nouis legibus rem Chriſtianam erexit, veteréſque mores vertere cæpit, iuſque adeò priſcum ciuile mutare. Quare Nazarius panegyrico ad Conſtantinum Magnum A.D.321. *Nouæ leges*, inquit, *regendis moribus, & frangendis vitiis conſtitutæ, veterum calumnioſæ ambages reciſæ, captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderunt.* Cui rei fidem faciunt innumeræ conſtitutiones Conſtantini M. hoc Codice Theodoſiano: vide ſaltem eas quæ occurrunt A. D.319. 320. 321. 322. Et Iulianus ideo, authore Marcellino, Conſtantini memoriam, vt nouatoris turbatoriſque priſcarum legum & iuris antiquitus recepti, multis conuitiis vexauit: quod etiam eiuſdem leges teſtantur.

Conditus igitur hic codex, non à Theodoſio Magno, verùm à Theodoſio Iun. vel Proſperi & Iſidori teſtimonio: de quo alioquin fidē faciunt duæ ipſiuſmet Theodoſij Iun nouellæ: prior de Theodoſiani Codicis authoritate: poſterior de confirmatione Nouellarum Theodoſij ad Valentinianum Tertium: & huius nouellæ inter Theodoſianas 35. fidem faciunt tot Arcadij, Honorij, Conſtantij, Valentiniani Tertij, Theodoſij Iun. poſt Theodoſij Magni diu mortem, conſtitutiones in hunc Codicem relatæ. Quare inſigni næuo laborat Idacij vulgati Chronicon, cum id tribuit Theodoſio Magno: *vndecimo*, inquit, *anno Theodoſius regni ſui Romam cum filio Honorio ingreſſus, legeſque Romanorum integrâ emendatione edidit.* Quod poſtremum tamen abeſt ab Idacij Chronico nuper vulgato. Et viri tamen quoque docti nonnulli hâc tempeſtate, Idaciani Chronici authoritate abrepti, id tradidêre; tracto etiam eo Claudiani loco lib.1. in Rufinum.

*Iuſtitia inſultat, vitiiſque à ſtirpe reciſis*
*Elicit oppreſſas tenebroſo è carcere Leges.*

Quod tamen nego ab Idacio aut à Claudiano eo ſenſu dictum. Illud equidem verum Theodoſium Magnum A. D. 389. poſt deuictum Maximum Tyrannum, Romam ingreſſum cum filio ſuo Honorio, multas leges edidiſſe; emendandis prauis moribus, qui tum inoleuerant, vt teſtatur Socrates *lib.5. cap.18.* & videre eſt quoque ex legibus tùm ab eo latis, quæque hoc Codice occurrunt, puta *l.2. de feriis l.18. de hæreticis; l.11. de maleficis. l.vnic. de mancipib, l.5.6. de ſicariis l.5. de aquaductu.* Quod emblematis illius Idaciani authori fortè errandi materiam præbuit: ſed eundem Theodoſium Magnum integrâ emendatione Leges Romanorum edidiſſe, id verò falſum eſt. Et hæc de huius codicis conditore ſeu Imperatore, cuius auſpiciis conditus eſt anno ætatis eius 38. (natus enim

Theodo



Theodoſius Iun. A. D. 401.) Nunc de tempore, ſeu anno.

3 Quo anno conditus is fuerit, tertio loco diſpiciendum eſt: nam & hâc parte vulgo hactenus ab omnibus non parum erratur; ob mendam quæ in ſubſcriptione Nouellæ de Theodoſiani Codicis authoritate etiamnum hæret: vnde factum, vt eam Nouellam, primus Chronologiæ Theodoſianæ author in annum D. 435. retulerit (quam referre debuit in annum 438.) & deinceps ita quoque Chronologi omnes eam retulêre. Verùm in eâ Nouellâ pro Theodoſio A.xv. reponendum clarè xvi. idémque error tollendus eſt in ſubſcriptione *l 5. Cod. de Theod. de Apoſtatis & Nouellæ* 4. Sic igitur conditus & promulgatus hic Codex fuit. Theodoſio A. xvi. Cos. & qui fuerit nuntiatus I. A. D.438. Idque quatuor argumentis. Primùm, ſuperiore teſtimonio Proſperi, qui id diſertè refert in annum Theodoſij Iun. poſt Honorij Imp. mortem decimūquintum: Atqui mortuus Honorius circa extrema A. D. 423. à quo ad A. 438. quindecim anni ſunt. Secundò, id efficitur apertiſſimè ex tot legibus, & quidem quindecim numero, quæ per annum 435. 436. 437. latæ, in Codicem Theodoſianum relatæ, poſteriorem diei & conſulum notam præferunt. Tertium argumentum ex inſcripto illi Nouellæ Florentij PP. Orientis nomine: Anno enim demùm 438. Florentius Præfecturam Prætorianam Orientis geſſit; quam Iſidorus per annum 435. & 436. adhuc gerebat & poſt Iſidorum Darius parte vltima anni 436. & anno 437. poſt Darium tandem anno 438. Florentius vt docet de Iſidoro *lex 8. de princip. ag. lex vlt. de cohortalibus, l. 187. 188. 189. 190. 191. de decurion. l.vlt. de frum. Alex. l.vlt. de Alex. pleb. primatib. leg. vlt. de indulg. debitor. l. 3. de indictionib.* de Dario *lex vlt. de annonâ & trib. l.vlt. de decur. & ſilent.* De Florentio quoque Iſidori ſucceſſore in Præfecturâ Prætorianâ Orientis teſtis Theodoretus *ep.47.* ad Proculum Ep. Conſtantinopol. Poſtremo, argumentum iſtud habeo, quòd Theodoſius Iun. eâ Nouellâ, Valentinianum filium ſuum vocat; pariter vt *d. l. vlt. de decur. & ſilentiariis*, quæ data eſt A. D 437. quæque omnium vltima eſt earum quæ in Codicem Theodoſianum relatæ ſunt conſtitutionum: Quod vtique facere non potuit ante A. D.436. Eo quippe demum anno Iſidoro & Senatore Coss. Valentinianus Theodoſij filiam vxorem duxit, teſte Socrate, *lib. 7. cap. 43.* Quod & ipſum in ſequentem annum referunt Proſper, Marcellinus, & Chronicon Alexandrinum. Inde verò enata inter eos parentis & filij appellatio. Quare tam fœdo deinceps errore liberentur Chronologiæ omnes, Codiciſque Theodoſiani æra conditi adſcribatur Anno Domini 438.

4 Quoniam vero conſilio, quâ causâ hunc Codicem condi voluerit Theodoſius Iun. nunc porrò videndum eſt. Id verò ipſemet ex parte prodit Nouellâ illâ ſuâ quâ eum firmauit. Nempe, queritur ipſe initio ſtatim *quod tam pauci* ætate ſuâ proximâque (nam id ita accipio) *extiterint qui iuris Ciuilis ſcientiâ ditarentur, & ſoliditatem veræ doctrinæ receperint*: Mox huius rei cauſas adſcribit; immenſam videlicet librorum copiam, actionum diuerſitatem; molémque conſtitutionum Diualium; quæ velut ſub craſſo caliginis & obſcuritatis vallo demerſæ ſui notitiam humanis ingeniis intercluſerint. Hoc igitur conſilio adductum ſe ait, ne Iuriſperitorum vlterius ſeueritate mentitâ; diſſimulatâ ſcientiâ velut ab ipſis adytis expectarentur formidanda reſponſa; reuelatiſque adeò Legibus inuenta maiorum obſcuritatis iniuriâ vindicaret: Nempè, vt hæc illuſtrentur, vetus & ſyncera Iuriſprudentia iamdiu in vrbe Rom. ferme decoxerat, ſiue quia in paucos è plebe iuris ſcientia reciderat, ſiue quia ſeueritate mentitâ à Iuriſconſultis reſponſa dabantur velut oracula ex adytis: ſiue quia, quod addendum, mutatâ iam Reipublicæ formâ, inde à Conſtantino Magno iuriſque adeo diſciplina, abolitiſque inter alia pleriſque veterum ſolemnitatum, conſtitutionum nominatim memoria fugeret, paucis eorum notitiam ſibi vindicantibus, & venditantibus. Quo pertinent frequentes hoc ſæculo querelæ: Mamertinus in gratiarum actione pro Conſulatu ad Iulianum. *Iuris Ciuilis ſcientia, quæ Manlios, Scæuolas, Seruios in ampliſſimum gradum dignitatis extulerat, libertorum artificium dicebatur.* Cui Mamertini loco congruit quoque quod Aſterius Amaſiæ Epiſcopus circa ann. D.400. apud Photium *Homilia 7. in ſeruum Centurionis quem Dominus ſanauit*, ſcribit, de ſeruo quodam Scythâ, empto à ciue quodam Antiocheno, cuius & ipſe diſcipulus fuerit, qui etiam Iuriſprudentiam profeſſus ſit, καὶ νόμων ἄφθη διδάσκαλος. De immenſâ vero Iuris librorum mole teſtis quoque Eunapius *in vitâ Ædeſij p.72.* qui eos ſcribit tum fuiſſe ὡς ἂν ἄχθος καμήλων πολλῶν. De contrarietate legum, & ex eo collapsâ Iuris ſcientiâ, tùm & de mentitâ Iuriſconſultorum ſeueritate ingens eſt Amm. Marcelli. querela *lib. 30.* vbi inter alia. *Secundum eſt genus eorum qui Iuris profeſſi ſcientiam, quum repugnantium ſibi Legum aboleuêre diſſidia; velut vinculis ori impoſitis retinente iugi ſilentio vmbrarum ſunt ſimiles propriarum; Hi velut fata natalitia præmonſtrantes aut Sybillæ* ORACVLORVM *interpretes, vultus grauitate ad habitum compoſitâ triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur: Hi vt altius videantur iura callere, Trebatium loquuntur & Caſellium & Alphenum, & Auruncorum Sicanorúmque iamdiu leges ignotas cum Euandri matre ab hinc ſæculis obrutas multis: Etſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragantes abſolutionum lectiones reconditas pollicentur, ſi te ſenſerint eſſe nummatum.* Et mox *E quibus ita ſunt rudes nonnulli; vt tanquam ſe Codices habuiſſe meminerint. Etſi in circulo doctorum authoris veteris inciderit nomen, piſcis aut edulij peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur*, & mox, *vtque perulgati iuris perferatur lectio lectio vna, ſeptem vendibiles introitus præparant*, &c. Valentiniani quoque tertij, Theodoſij noſtri in imperio Occidentali collegæ, ante duodecennium ferme *lex vn. C. Th. de reſponſis prudentum*, haud obſcure indicat, quantopere vetus Iuriſconſultorum Iuriſprudentia in Occidente collapſa fuerit, cuius ἀνάκλησιν & ipſe quoque oratione illâ ſuâ ad Senatum inſtituere neceſſe habuit: de quo mox. At proculdubio non minus in Oriente Iuriſprudentia conciderat: etſi ante duodecennium Theodoſius Academiæ Conſtantinopolitanæ in melius augendæ erigendæque incumbens, duos Iuriſconſultos, qui iuris ac legum formulas panderent, in Conſtantinopolitana Arcademia inſtituiſſet *l.vlt. C.Theod. de ſtudiis liber. V. R. & Conſtantinop.* eiuſmodi etiam nominatim Leontium Iuriſperitum memorat *l. vnic. de profeſſor. qui in vrb. Conſt.* quæ illi ſocianda eſt: Ergo tandem ad hunc codicem animum adiecit Theodoſius Iun. vt conſtitutiones ab obſcuritatis iniuria vindicarentur, earúmque repurgatio fieret, diſcuſſiſque tenebris & compendio breuitatis, lumen legibus daretur: Et ſic, quod ipſe ait; *deterſâ nube velaminum, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ ſunt, compendioſam Diualium conſtitutionum ſcientiam ex Diui Conſtantini temporibus roborauit; ſanctione addi-*

*râ ne cui liceret ad forum & quotidianas aduocationes ius principale deferre vel litis inſtrumenta componere, niſi ex his libris*, &c. Denique in hoc opere duo hæc præſtitit Theodoſius Iun. leges reuelauit, atque inſtaurauit, lucémque breuitatis his intulit: aduerſus obſcuritatis hinc iniuriam, inde aduerſus molem librorum.

Neque id etiam abruptè Theodoſius præſtitit, verum cũ & Valentinianus III. iam ipſius in Imperio collega, vel per eum potius ipſemet Theodoſius A.D. 426. in Occidente, prolixâ ad Senatum Vrbis Romæ oratione, Iuriſprudentiæ, Iuris inquam & conſtitutionum Imperatoriarum, Iuriſconſultorum item ἀνάκελον ſingularem ſeu repurgationem quandam inſtituiſſet *l.vn.C.ſi contra ius l.7. Cod. de precibus Imp. offer.* & ipſe biennio poſt A. D. 428. prolixâ conſtitutione veteres & ſcrupuloſas actionum, nuptiarum, dotium, donationum, ſponſalitiorum formas & formulas veteres, multáſque alias ſcrupuloſitates ſuſtuliſſet, cuius conſtitutionis octo fragmenta ſuperſunt, vt cæteroquin Princeps hic, quod ipſemet teſtatur *l.vlt.C.Th.de donat.* obſeruationem iuris contrahendam cẽſuit. Hæc igitur quodãmodo huius Codicis prælúdia fuere, & ἀνακεϊσιως.

5 Tenemus Exemplum, Auctorem, Æram, Conſilium & prælúdia huius Codicis conficiendi. Adiutores huic operi conſummando delegit ſibi Theodoſius Iun. octo viros nobiles, vt ipſe ait, exploratæ fidei, famoſæ doctrinæ, iure omnibus veteribus comparandos: tres videlicet Inluſtres, quinque Spectabiles: quorum nomina & dignitates apponit in dictâ Nouella. Quod nomina eorum attinet reliquorum memoria latet: vnius tantùm Antiochi ex-Præfecti Prætorio & ex-Cos. qui & primus velut ἀρχηγὸς in hoc opere memoratur, mentio alibi quoque extat. Nempe duæ illi illi leges eiuſdem Theodoſij Iun. inſcribuntur; anno 430. *lex 6. C. Theod. de conlatione donatar.* & anno 431. *lex 5. de his qui ad Eccleſ. confug.* Eiuſdem meminit & Marcellinus in Chronico A. D. 448. Meminit & iam mortui Theodoſius ipſe *Nouellâ ſuâ* 33. quâ *d.lex 6. de conlat.donat.* indicatur. Agit & de eo Suidas *in voce* Ἀντίοχος & *v.* σύνεχος *in v.* Θεοδόσιος. Imò ad hunc extat quoque Theodoreti epiſtola 95. Quod dignitates horum octo virorum attinet, quibus vel functi illi iam erant vel fungebantur, omnes ſanè ſingularem iuris & conſtitutionum cognitionem deſiderabant. 1. *Præfectura Prætoriana* ſcilicet ſummam Iudiciorum & iuris tenebat. 2. Quæſtores palatij, vt ipſemet Theodoſius loquitur, Caſſiod. 5. *variar.* 4. eminentes omni genere litteratum & Principis fidi interpretes, imo legum interpretes, & à quibus legum peritia poſtulabatur & toti ſe legibus & reſponſis prudentum tradebant: ac nominatim Palatij precum arbitrj erant, legum conditores, & exculti condendarum ſanctionum vſu; armarium legum, vox Legum, Principis mentem loquebantur & arcana; quam in rem notiſſima ſunt Symmachi, Claudiani, Caſſiodori, Corippi loca, quorum multa iam collegit Iuretus in Symmachum *lib.* 2. *ep.* 8. 3. Comites quoque Conſiſtoriani Spectabiles: de quibus eſt Arcadij *lex vnic.C.de Comitib.conſiſtor. l.vn.qui à præbit.tyr. l.* 15. 18. *de extraord. munerib. l.vnic. qui conductores rei priu.* Sacri Conſiſtorij arcanis intereſſe poterant *l.* 28. *C.Theod. de Prætorib.* atque intra Conſiſtorij arcana admitti merebantur, & actibus intereſſe, & Principis audire reſponſa *l. vlt. de honor.codicillis*: 4. *Magiſter memoriæ*; vt ex Notitiâ Imperij diſcimus, Annotationes Principis omnes dictabat & emittebat, & precibus reſpondebat. 5. Magiſter libellorum: cognitiones Principis & preces tractabat. Vnde apparet, ex eo hominum genere delectos ad hunc Codicem conficiendum qui Iuris ſcientiâ maximè præſtabant. Sane vt de poſtremo hoc adhuc agam, Iulius quoque Paulus I.C. dum eſſet à libellis Antonini Caracallæ ſex libros decretorum ſeu Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum compoſuit. Tandem & Iuſtinianus ipſe poſtea ad ἀνάκελον ſuam eadem ipſa ferme hominum genera adſciuit, vt docent conſtitutiones eius ſuper hâc re. Non eſt etiam prætereundum hîc elogium quod Maximino ex-Quæſtori tribuitur, *Eminenti omni genere litterarum.* Vt fortè hic ille ſit, qui eiuſdem Theodoſij Iun. *l. vn. de profeſſorib. qui in vrbe Conſt.* Maximus Sophiſta vocatur. Et vero in quibuſdam codicibus in d.Nouell. 1. *Maximus* hic vocatur. Et hæc quoque de adiutoribus.

6 Neque dubium mihi, quod ſextum, communicato cum Valentiniano Tertio, ſuo in Imperio collegâ, conſilio, ad id acceſſiſſe Theodoſium. Quod certe colligere eſt, ex verſ. *his adiicimus dict. Nouell.* 1. *& ex Nouell.* 2. & ſic ex compacto opus hoc ſuſceptum: Certè Valentinianum ſua quoque Occidentis ſcrinia Theodoſio eiúſque adiutoribus dediſſe apparet: imò ſuas quoque conſtitutiones idẽ cõtulit, quæ triginta numero hoc Codice continentur, tùm Aquileiæ, tùm Romæ, tùm Rauennæ ab eo datæ, inde ab A. D. 425. & in his *d. l.vn. de reſponſis prudentum*, quæ Iuris & Iuriſconſultorum ἀνάκελον continet, vt dixi.

7 Quantum vero temporis in hoc Codice conficiendo inſumpſerint Conditores iſti, non liquet: cùm nullum extet hac de re Theodoſij mandatum, nulla formula, quale extat Iuſtiniani ad ſuos Adiutores: verùm ſola operis iam conſummati confirmatio *Nouella* 1. quâ is confecto Codici vires authoritatémque tribuit, vt ipſemet loquitur *Nouella* 2. Sanè non minus eos hoc opus præcipitaſſe quam Iuſtinianei Codicis conditores, liquebit ex iis quæ proximo capite notabimus.

8. Illud tandem videndum eſt, quidnam hac parte in conſtitutionibus hunc in Codicem referẽdis Adiutoribus his licere voluerit Theodoſius: Quidque adeò illi præſtiterint. Id vero his verbis ipſe indicat. *Verum exegimus negotium tẽporis noſtri & diſcuſſis tenebris cõpendio Breuitatis lumẽ legibus dedimus, electis nobilibus viris exploratæ fidei, famoſæ doctrinæ: quibus delegatâ cauſa ciuilis officij, purgata interpretatione, retro ſcita Principum vulgauimus.* vbi notandum obiter *ciuile officium* legiſlationis & Legum repurgationes hîc vocari pariter, vt apud Anonymum, cuius verba antea protuli ad differentiam militaris officij & bellici. Et mox: *Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ ſunt, compendioſam Diualium conſtitutionum ſcientiam ex D. Conſtantini temporibus roboramus.* Tandem: *Manet igitur, manebitque perpetuo elimata gloria Conditorum, nec in noſtrum titulum demigrabit, niſi lux ſola Breuitatis*, &c. Ergo datum hoc adiutoribus negotium, non tantum vt Leges, quæ in abdito erant, ab obſcuritatis iniuriâ vindicarent, & in vnum corpus colligerent, compingerent; verùm etiam, vt eas purgarent, compendiosè referrent, breuitate quâ fieri poſſet: & ſic negotium datum purgandarum inque compendium redigendarum conſtitutionum, quæ Epitomæ vel Eclogæ lex eſt (non vero mutandàrum cuius ἄκραν ἐξουσίαν ſuis adiutoribus dedit poſtea Iuſtinianus:) reſecatis videlicet præfationibus nihil explicantibus, ſinguliſque legibus ſeu ſententiis in ſuos titulos relatis. Qui exemplum luculentum videre volet huius Eclogæ, ſtante nihilominus eâdem ſententiâ,



ſententiâ, componat is vel legem 4. *C.Th. de his qui ad Eccleſ. confug.* cum integrâ Theodoſij Iunioris conſtitutione quæ extat inter acta Concilij Epheſini. Item *l.* 2. *Cod. Theod. de religione* cum integris mandatis quæ occurrunt in collatione Kartaginenſi. Quod quidem Theodoſij factum & conſilium ab fidem veri longè præſtabilius, quam Iuſtiniani, qui ſummo iure ſibi & Adiutoribus ſuis dato omnẽ rei fidem & Hiſtoriæ veritatem inuertit: ſic vt ibi Principibus ſæpe ea tribuantur, quæ in mentem eis numquam venerunt, neque ſæculo eorum ſatis conueniunt, de quo poſtea. Tandem quænam quantaque huius Codicis Conditorum religio fuerit, circa leges in hunc Codicem referendas, poſteâ viderimus.

---

## CAPVT II.

### *De Materia huius Codicis, ſeu de Conſtitutionibus in eum relatis, deque næuis & erroribus Conditorum eius.*

INgens profectò Chriſtianorum Imp. conſtitutionum ſylua erat, ob quam vtriuſque Imperij Scrinia excutere huius Codicis Conditoribus neceſſe fuit, hinc adeo & hæc ingens per ſexdecim libros ſparſa & diffuſa. Nam ſi tempora ſpectes, centum viginti ſeptem annorum epocha eſt, ferme à Conſtantini temporibus, vt ipſemet Theodoſius ait ab A. D. 312. ad 438. ſi Imperatores, ſedecim; quorum Conſtitutiones hîc continentur, ij ſunt: Conſtantinus M. treſque eius filij, Conſtantinus, Conſtantius, Cõſtans, Iulianus, Iouianus, Valẽtinianus, Valens, Gratianus, Valentinianus Iunior, Theodoſius M. Arcadius, Honorius, Theodoſius iunior, Conſtantius, Valentinianus tertius: Si ſpecies conſtitutionum quæras, hîc occurrunt non Edicta tantum, ſed & reſcripta variâ ad conſultationes Magiſtratuum emiſſa; Epiſtolæ item, ſeu litteræ ad Magiſtratus, Orationes ad Senatum, Pragmaticæ, Acta habita in conſiſtoriis Principum, itemque in Principiis Mandata denique data Rectoribus prouinciarum, Cenſitoribus peræquatoribus miſſis, Cognitoribus futuris in collatione de Religione. Huc inquam congeſta omnia illa quæ aliquam iuris ſententiam & definitionem continerent, Neque vlla iuris ſiue priuati ſiue publici pars hîc in tacta, quod vel titulorum recenſus & librorum argumenta teſtantur. De Conſtitutionibus ad priuatum ius ſpectantibus, quæ quinque priores fermè libros occupant, ita quoque ipſe Theodoſius Codicem ſuum commendat: *Cum liquidò pateat, quo pondere donatio deferatur, quâ actione petatur hæreditas, quibus verbis ſtipulatio colligetur*, vt *Certum vel Incertum debitum ſit exigendum.* Quod publicum ius attinet, hic officia Magiſtratuum deſcribuntur, Dignitatum Notitia explicatur, res militaris diſponitur, officialium munera diriguntur, criminales actiones ſtabiliuntur, iura fiſci declarantur, Annonæ & tributa diſponuntur, Curiis Ciuitatum conſulitur, profeſſiones & politia, vt vocatur, vrbium diſponuntur, ſuæ quoque ſunt leges poſitæ operibus & ornamentis publicis & ſpectaculis; pacis item & tranquillitatis cura habetur: tandem Eccleſiaſtica negotia definiuntur; vt proinde nulla publici Iuris pars hic intacta maneat.

Ipſorummet porro Principum tituli ſeu nomina hic intacta relicta: Quod & ipſe Theodoſius Iunior pluribus conteſtatur Nouella ſua *Nulli*, inquit, *retro principum æternitas ſua detracta eſt, nullius Latoris occidit nomen: imo lucis gratiâ mutati, claritudine Conſultorum auguſtâ nobiſcum ſocietate iunguntur. Manet igitur manebitque perpetuo elimata gloria Conditorum, nec in noſtrum titulum demigrabit, niſi lux ſola breuitatis. Et quamuis noſtris auſpiciis totius operis inſtauratio deberetur, attamen magis Imperatorium, magiſque credidimus glorioſum, ſi fugatâ inuidiâ perennitatis iure, memoria remaneret authorum: nobis ad fructum bonæ conſcientiæ abundéque ſufficit, reuelatis legibus, inuenta maiorum, obſcuritatis iniuriâ vindicaſſe.* Ita quidem Theodoſius qui ſatis habuit inuidiæ ſeſe ſubducere. Atenim publicè id quoque perquàm vtile, cuiuſque Conſtitutionis auctorem tenere, appoſitis etiam perſonarum, locorum, temporum caracteriſmis, de quo in poſterioribus prolegomenis. Hæc egregia omnia & glorioſa: At enim fatendum, haud pauca ab huius Codicis Conditoribus admiſſa, quæ ſiue apud rigidos cenſores, ſiue apud æquos etiam notam merentur: in tam exiguo præſertim opere, cui tot tamquè præſtantes Iuriſconſulti incubuere, quibus ſui etiam ſæpe ſæculi conſtitutiones integræ obuerſabantur.

I. Miretur quis, tot omiſſas ab iis de iure Conſtitutiones, quæ tamen alibi occurrunt: non de iis nunc dico quæ in Codice Iuſtinianeo occurrunt eiuſdem Epochæ, ſeu eorumdem Imperatorum: procul dubio enim eæ integro Codice Theodoſiano comprehenſæ fuerant: de iis nunc loquor, quæ ab aliis ſcriptoribus memorantur: veluti eam cuius meminit D. Ambroſius *ep.* 32. Iouiniani Imp. Theodoretus *lib.* 4. *cap.* 4. Valentis apud Hieronymum 2. *aduerſus* Iouinianum, Valent. *in cap.* 4. 11. 9. 1. Honorij 79. *diſtinct. cap.* 51. *duæ* 8. *&* 97. *diſtinct. c.* 2.

II. Nolo etiam in Conditoribus adeò notare nimiam ſæpe breuitatis rationem in excerpendis iuris ſententiis, vt omni luce ſæpe eas priuauerint, & cum eas ab obſcuritatis iniuriâ vindicare debuerint, obſcuriſſimas reddiderint; conciſis adeò verbis, omnique ſæpe veſte detractâ; expunctis & reiectis, hinc procemiis, inde connexis & cohærentibus, quæ magnam vim habent ad intellectum legum; omiſſa eadem atque à corpore ſuo diuulſa ſummam obſcuritatem pariunt.

III. Nolo etiam adeò hic vrgere leges totidem fermè verbis repetitas, ſub eodem etiam titulo, veluti *l.* 143. 144. *de decurionibus*: vel ſub diuerſis titulis, quarum indiculus hic eſto, pariter vt repetitarum Conſtitutionum in libris Iuris Iuſtinianei Indiculum alij confecere, inter quos Pancirolus 1. *Var.* 78.

Nempe *lex 7. de diuerſis reſcriptis* repetita *l.* 20. *de Annonâ & tributis.*

*Lex* 2. *de Nuptiis* in *l.* 5. *ad l. Iul. de adult.*
*Lex vlt. de teſtam.* in *l. vlt. de inoff. teſtam.*
*Lex* 1. *de tabulariis*, in *l.* 31. *de decurionib.*
*Lex vlt. de cohortalibus*, in *l.* 183. *de decurionibus.*
*Lex* 1. *de militari veſte*, in *cap.* 4. *de ſuſceptoribus.*
*Lex* 1. *de executorib.* in *l. vlt. de feriis.*
*Lex* 1. *de donationib.* in *l.* 2. *de adu. tut.*
*Lex* 16. *de pœnis*, in *l.* 57. *de appellat.*
*Lex* 17. *de bon. proſcript.* in *l.* 23. *de petitionibus.*
*Lex* 11. *de iure fiſci*, in *l.* 14. *de ſuſceptorib.*
*Lex* 50. *de decurion.* in *l.* 4. *de luſtrali collat.*
*Lex* 49. *de operibus public.* in *l. vlt. de equorum collat.*

Id inquam repetitionis vitium his obiectare adeò

nolim, cum vtilitatem ſuam quandam id habeat, & paratitlorum inſtar exhibeat : niſi quod ancipitem hæc Conditorum animum arguunt, hærentium, quonam potiſſimum quidque referendum eſſet, quæ ideò repetere maluerunt quàm perire.

IV. Renouatas etiam leges repetitáſque in eandem ſententiam vel ab eodem Imp. vel à poſterioribus Principibus nolim hîc ideò carpere. Nempe relatæ ab eodem Imp. leges rurſum, vſurpatis prioris legis verbis. Ex *l.*140. *lex* 148. *de decurionibus* : Ex *l.*157 *finis legis* 158.*eod.* Ex *l.*4.*l.*9. *de de ſcænicis.* Ex *l.*15. *l.*18. *de ſcænicis.* *Ex l.* 30. *de Epiſcop. lex* 22. *de extraord.* Ex *l.*35 *de Epiſcop. pars legis* 2 *de Epiſcop. iud. Ex l.*1. *de honor. codicill. lex* 24. *de decurionib.* Paucis additis; vt, *l.*50.56.64. *de hæreticis* Paucis mutatis ; vt, *l.*21.22. *de diuerſ. offic. l.* 12.13. *de bon. proſcriptor.*

V. Contrarias quoque tot leges, ſe ſe inuicem deſtruëtes abrogantéſque hîc poſitas haud ideò reprehendere velim : cuiuſmodi plures occurrunt, *tit. potiſſimum de decurionibus* : *& tit. de hæreticis*, *in negotio Eunomianorum l.*17.23.25.27.36.49.58.

VI. Nolim etiam arguere tot ſimiles in ſententiam eandem : nam & ſuam hæ hodie ſummamque vtilitatem habent ad hiſtoriam iuris probe noſcendam : & contrariæ leges pro vſu reip. ſæpe aptari poſſunt : & in ſingulis quamlibet ſimilibus, ſingulare quid ferè ſemper occurrit, ſingulíſque adeò ſua quaſi condimenta ferculis conueniunt, non vt in Æſopi patinam omnia. Ab vtroque certè quantum potuit ſibi poſtea cauit Iuſtinianus, cui id facilius erat, cùm omnia ad ſuam mentem refingeret, & tamen nec quicquam cauit, quin multæ ſimiles & contrariæ exciderint.

VII. Nolim & eas quoque leges hîc notare, quæ plurimæ extant chronicæ aut locales : quæ in certum tempus vel certo loco latæ atque ad perpetui iuris formam pertinent : quas Tribonianus ideo vel in totum omiſit vel aliquid ex iis detraxit, ratione loci, temporis vel perſonarum.

A poſterioribus verò Principibus priorum Principum leges renouatæ & in nouum transfuſæ ſitum, vt ex *l.*7. *de filiis mil. apparit*, *lex* 83. *de decurionibus*, ex *l.*7.*C.*12. *de deſertorib.* ex *l.*5. *lex* 17. *de Nauicul.* ex *l.*7. *de fil. mil. apparit.* pars *l.*9. *eod.* ex *l.*10. *de accuſat. l.*16. *eod.*

VIII. Nolo etiam Rubricas nigro latiores notare, veluti *tit. de mancipibus thermarum & ſubuectione lignorum.* Ecquis enim ſcit, an eo titulo lex aliqua interciderit?

IX. At ſequentia in huius Codicis conditoribus quis ferat? primò quidem quod impias leges plures in eum retulerunt : cum tamen huius Codicis condendi ſtudium ideò in ſe receperint, vt inde ad forum & quotidianas aduocationes iura peterentur, in iure proferrentur, vim legis obtinerent. Non illud iam vrgeo, quod in illis Iulianum Diui appellatione dignari videmus : Item quod conditores, eiuſdem Iuliani paſſim conſtitutiones haud obſcurè Chriſtianorum Principum conſtitutionibus & inſtituto contrarias, hûc retulerint. Verum illas nunc conſtitutiones vrgeo, quæ expreſſam impietatis notam hodie continent : vt Conſtantini M. *l.* 1. *de paganis*, *de licito haruſpicinæ vſu* : Vt & Valentiniani ſenioris *de cuiuſque religionis libertate*, eiuſdemque haruſpiciuæ tolerantia, *l.*2.3.9. *de maleſ. & mathem* : quæ etſi tum cum ferrentur, tolerabiles erant, nondum re Chriſtianâ in ſolio ſolidóque prorſus locatâ, poſtea tamen verſo rerum ſtatu, expunctas eas oportuit, & ab eo codice abeſſe, qui ad vſus publicos & forenſes proponeretur, firmatâ iam re Chriſtianâ. Multo magis quis non damnet Conditorum operam, cùm Iuliani *leges* 4.6. *de ſepulchris violatis*, gentilitiæ ſuperſtitionis plenas eodem retulerunt? Quis ferat Valentiniani Iun. legem vlt. *de fide Catholicâ*, ibidem legi pro Ariminenſi Synodo? Quis ferat ibidem Arcadij leges 1. 4. 5.6. *de his qui ſuper religionem*, quæ & ipſæ Catholicis aduerſæ erant, & aduerſus Chryſoſtomum & Ioannitas latæ? Niſi quod hæ innoxiæ videntur, hiſtoricâ cauſâ ignoratâ : & ſuperiores omnes hodie nos ſeruatas nobis gratulamur, quæ tamen ſolatij ſpecies à Theodoſij propoſito aliena erat, neque ad eius defenſionem quidquam facit.

X. Sequuntur fugitiuæ leges, eæque in triplici genere. Primùm enim integræ quædam leges, quæ etſi non alieno prorſus titulo poſitæ ſint, commodiore tamen loco ſtare poterant, vt ecce *lex* 4. *de conſtitut. Principum*, melius poſita fuiſſet, *ſub tit. de immunitate conceſſa* : *l.*1. *de nupt.* aptiùs ſub *tit. de ſecund. nupt. lex* 58. *de re militari* & *lex* 1. ſub *tit. de filiis milit. apparit.*

Secundum fugitiuarum legum genus eſt, earum quæ integræ nullo modo iis titulis, ſub quibus poſitæ ſunt, conueniùnt, ſed ob homonymiam vocis tantum in eos relatæ ſunt, vt ſunt complures leges *ſub tit. de Principibus agentium in rebus*, quæ conueniunt *titulo de Principibus cornicular.* &c. item *l.* 1. 6. *de palatinis S. L.* quæ ad Palatinos omnes pertinent. Complures item leges *libro*.7. quæ non ad militiam armatam pertinent, verùm ad officialium militiam : item *lex* 4.5. *de quæſtionibus* exerrant eo titulo, & in titulum *de pœnis* referri debuerunt.

Poſtremæ leges fugitiuæ ſunt, quarum pars tantum titulo ſub quo poſitæ conuenit, pars alia verò in titulos alios coniici debuit, vt ecce pars legis 3. *finium regundorum* : pars legis 6. *de re militari.* pars *legis vnicæ de Burgariis* : pars *legis* 2. *de veteranis.*

Pars *legis* 9. *&* 11. *de curioſis* : pars legis 4. *de adulteriis* : pars poſterior *legis* 2. *tributa in ipſis ſpeciebus* : Pars potiſſima *legis* 1. *de expenſis ludorum* : Pars *legis* 24. *de paganis.*

XI. In hoc potiſſimùm cenſu ponendæ ſunt leges à ſe inuicem ita diuulſæ, diſtractæ, dilaniatæ, vt nullum certum ſenſum habeant, imo quandoque etiam conſtructionis ibi ratio non conſtet, veluti *lex* 48. *de operibus etiam publicis* : *lex* 1. *de priuileg. eorum qui in S. pal.* quare omni ope annitendum vt ea rurſum quaſi diſſecta & lacerata Virbij membra copulentur : in quibus etiam relatiuæ voces ſuperſunt. Huiuſmodi verò, præter *d. l.*48. *& d. l.*7. duodecim occurrunt vbi nullus ſcilicet ſenſus conſtat integer, imo ne conſtructio quidem *in l.*3. *de poſtulando* : niſi iungatur cum *l.*6. *de aſſeſſoribus.* Ita pariter iungi debet, vt ſenſus ei conſtet.

Lex 3. *de inoff.* cum *l.*1. *de libertis.*

Lex 6. *de inoff. teſtam.* cum *l. vlt. de Iure liberorum & cum l. vltima de diuerſis reſcriptis.*

Lex *vn. de peculio*, cum *l. vn. quod iuſſu.*

Lex *vlt. de teſtimon.* cum *l.*2. *de pœnis.*

Lex 64. *de decur.* cum *l.*6. *de re militari.*

Lex 184. *de decur.* cum *l.*14. *de priuil. eor. qui in S. P. & cum l.*28. *de cohortalibus.*

Lex 2. *de collegatis* cum *l.*25. *de cohortalibus.*

Lex *vn. de profeſſoribus qui in vrbe Conſtantinop.* cum *l.*3. *de ſtudiis liberal. V. R.*

Lex *vlt. de operibus publicis* cum *d. l.* 3. *de ſtud. lib. V. R.*

Lex 1. *de his qui ſuper relig.* cum *l. vlt. de fide catholica.*

Lex 24.



Lex 24. *de paganis* cum *l.*23. *eod. tit.*

XII. In hunc cenſum quoque referenda eſt lex 25. *de nauicul.* quæ nihil omninò ponit aut definit.

XIII. *Præpoſterationis* quoque næuo laborat alicubi hic Codex : Nam cùm Imperatorum & Conſulum ordinem in diſponendis legibus ſequi in animo habuiſſent conditores, ſæpiùs tamen ab hoc ſcopo ſuo exciderunt. Exemplum in *l.* 7. *de pactis l.*12.13.14.15.16. *de prætorib. l.*1. *de veteranis l.* 14. 15. *de iure fiſci l.*63.147.182. *de decurion. l.* 1. 2. *de de ſuariis l.*20 21. *de nauicul. l.*56. *de hæreticis.*

XIV. Vitium quoque frequens in inſcriptionibus & ſubſcriptionibus legum, veluti in Imperatorum nominibus adſcribendis vel omittendis : in conſulatibus item non rectè aut plenè deſignandis : quod videre eſt in Conſtantinianeis, Conſtantianis & Valentinianeis : vnde ea Chronologiæ confuſio enata, quam reſtituere hodiè operoſum ſæpe videatur : vti *lege* 1. *de veteranis* : *lege* 5. 6. *de curſu public. l. ſi Vindicat, de pœnis.* Quanquam pro Conditoribus dici poſſit, in eos partim errores illos iam antea admiſſos incurriſſe, vel partim poſt demùm à librariis commiſſos fuiſſe.

---

## CAPVT III.

*De vſu & auctoritate Codicis Theodoſiani quinti ſæculi decurſu & ingreſſu ſexti per Orientem & Occidentem ; Etiam in Italia ſub Oſtrogothis, & ſub Vandalis in Africa.*

STatim vt Codex hic conſummatus fuit & confectus, publicè quoque promulgatus fuit & receptus per Orientem & Occidentem pariter : à Theodoſio primùm ipſo, eius Auctore, editâ in id Nouellâ, quæ omnium prima eſt, *de Theodoſiani Codicis auctoritate*, emiſsâ ad Florentium PP. Orientis, quâ conſtituit, vt nulli poſt Kalendas Ianuarias conceſſa ſit licentia, ad forum & quotidianas aduocationes ius Principale deferre vel litis inſtrumenta componere, niſi ex his libris, qui & ideo in ſacris ſcriniis haberentur : Item, vt nullam conſtitutionem in poſterum velut latam in partibus Occidentis alióve in loco à Valentiniano proferri liceret, vel vim legis aliquam obtineret, niſi hoc diuinâ pragmaticâ ipſi intimarent ; idque ipſum obſeruaretur in his quoque quæ ipſo Theodoſio authore promulgarentur : addito, falſitatis notâ damnanda, quæ ex tempore definito in Codicem non referrentur : exceptis tantùm quæ haberentur apud militum Principia, vel de titulis publicis expenſarum aliarúmque rerum gratia, quæ in Regeſtis diuerſarum Officiorum relata eſſent. Tandem iubet, vt edictis propoſitis, in omnium Populorum Prouinciarúmque notitiam ſcita hæc ſua faciat peruenire. Cuius confirmationis & Nouellæ idem meminit decennio fermè poſt, *Nouella* 2. occaſione Nouellarum quæ per id decennium poſt tamen Codicem promulgauerat : & hæc Theodoſius.

Idem verò Codex per Occidentem quoque ſtatim receptus fuit. Nam vt maximè nulla expreſſa Valentiniani ſuper hoc conſtitutio occurrat, quâ is hunc Codicem in imperio ſuo obtinere iuſſerat, attamen recipi is & firmari eum indubiè voluit : Nam & ſic decennio poſt A. D. 448. idem Imp. Nouellarum Theodoſianarum corpus ſeu Codicem, quæ poſt Theodoſianum prodierant, expreſsâ Nouellâ (quæ eſt inter Theodoſianas 35.) firmauit, additâ ratione, *vt ſicut vterque Orbis indiuiduis ordinationibus regitur, iiſdem quoque Legibus temperetur.* Idque ad Theodoſij ipſius iuſſionem, iure Patris, Nouellâ ſuâ 2. Nempe enim Valentinianus Cæſar primùm mox Auguſtus à Theodoſio creatus, dein & in generum adſcitus fuerat, vnde patris filiíque nomina iuráque inter hos vſurpata, ſic vt Valentinianus Theodoſio tanquam parenti iam pareret. Et vltrò Valentinianus eâdem Nouellâ 35. Codicis Theodoſiani velut in orbe ſuo recepti meminit. *Glorioſiſſimus Principum dominus Theodoſius clementiæ meæ Patre leges, à ſe, poſt Codicem Numinis ſui, latas, nuper ad nos. ſicut repetitis conſtitutionibus cauerat, proſequente ſacra præceptione direxit*, & generali illâ quam dixi clauſulâ eam Nouellam claudit : *vt ſicuti vterque orbis indiuiduis ordinationibus regitur iiſdem quoque legibus temperetur.* Idem & A. D. 446. Nouellâ ſuâ 4. allegat firmátque Honorij *legem omnium* 19. *C. de teſtam.* quæ hodie quoque extat in Cod. Theodoſiano *Nouella* 8. *de* 30. *an. præſcriptione*, Theodoſij Iun. conſtitutionem *de* 30. *an. præſcriptione*, quæ extat *l. vn. C. Theod. de actionibus certo temp. fin.* non tantum firmat ſed & explanat. Eandémque Nou. Honorij legem quæ eſt *lex vnica C. Theod. de inquilinis & Colonis* confirmat pariter *in Nou.* 12.

Sed quid clarius duabus eiuſdem Valentiniani Nouellis in quibus ad deciſionem ſententiámque firmandam, leges è Theodoſiano corpore prius allegat ; nempe A. D. 451. *Nou.* 10. *de infirm. his quæ adminiſtr.* cùm lex, inquit ; *Diui Honorij ad Palladium PP. miſſa in Theodoſianum redacta corpus hanc copiam talibus legatur dediſſe perſonis* : & anno 452. Nouella de Epiſcopali iudicio 12. *Quoniam conſtat Epiſcopos & Presbyteros forum legibus non habere nec de aliis cauſis ſecundum Arcadij & Honorij diualia conſtituta, quæ Theodoſianum corpus oſtendit ; præter religionem poſſe cognoſcere.* Sed & tertiam quoque Gratiani legem indidem repetit Valentinianus Nouellâ ſuâ inter Theodoſianas 48. *de honoratis & quis in gradu præferatur.* Ergò maturè Valentinianus Codicem Theodoſianum intra orbem ſuum recepit. Neque huic obſtat quod legem de 30. annorum præſcriptione intra Gallias ante neſcitam (ſi lectio hic benè habet) circa Aſterij Conſulis ferme 1. A D. 449. tempora & ſic vndecim annis ibi proquiritatam Sidonius Apollinaris ſcribit *lib.*8. *ep.*6. atqui Theodoſij Iun. ſuper eo lex lata, iam A. D. 424. in Codice Theodoſiano extat *d. l. vn.* Verum dicendum eſt non de Theodoſiana Sidonium illa poſteriore, verum de Valentiniani lege ſenſiſſe, quæ Theodoſianâ adhuc expreſſior eſt : quæque fuit ab ipſo lata A. D. 449. & exinde paulo poſt proquiritata per Gallias, ſicut antea prope fuerat Romæ in foro Traiani. Sic liquet, in vtroque orbe receptum firmatúmque Codicem Theodoſianum ; cuius authoritas vtrobique etiam deinceps ſtetit, neque enim tantum *Martianus Imp.* in Oriente mox A. D. 454. & 455. varias inde, proculdubio Conſtantini aliorúmque Imperatorum conſtitutiones allegat, *Nouella* 4. *&* 6. verùm ſubſecutis Principibus Orientis & Occidentis inque iudiciis & cognitionibus Principum conſtitutiones inde allegari ſolitæ. *Maiorianus* primùm Occidentis Imp. Nouellâ 1. A. D. 458. præcedentium legum authoritatem firmat, quod interpres ibi de lege quæ in corpore Theodoſiani Codicis ſcripta extabat rectè interpretatur : Leonis potiſſimùm Imperatoris Orientis Nouella *de bonis vacantib.* 3. inter Anthemianas, quoque data eſt A. D. 468. triginta ſcil. annis poſt Codicem Theodoſianum editum, huic rei fidem

Facit prolatas videl. conſtitutiones tum in Oriente tum in Occidente in vtroque Imperio, vt loquitur Sidon. 1. *ep*. 9. è Codice Theodoſiano, in cognitionibus principum, & apud ampliſſimos Conſultores, in Controuerſiis obortis. Ibi quippe quandam conſtitutionem ex eo Codice memorat, de cuius ſententia ab Anthemio Imp. occidentis ad Leonem Imp. orientis fuit relatum, quæque adeo cognitione cōſtitutionequeilla Leonis interpretatione donatur, & ex titulo ſeu Rubricâ coarctatur. *Pius, inquit ac triumphator Imper. Auguſtus filius noſter Anthemius occidentis Imperator, licet diuina maieſtas & noſtra creatio pietati eius plenam imperij commiſerit poteſtatem, tamen prudenti & qua pollet æquitate per ſacros adfatus nos credidit conſulendos, adſerens in Italiæ partibus multa exorta negotia ex donationibus quas de alienis rebus Principes contra legum cauta fecere, & virum, &c. Nam cum de huiuſmodi controuerſiis ab Ampliſſimis Cognitoribus tractaretur, prolata eſt conſtitutio* de Codice Theod. *ſub titulo de bonis vacantibus, qua D. Conſtantinus cauit*, &c. & mox, *cum & ipſe titulus ſupra prædita Conſtitutionis, vnde conſulta eſt noſtra clementia, de vacantibus tantum, non de omnibus bonis atque ſubſtantiis euidenter loquatur. Tandem hanc igitur conſtitutionē in cauſa etiam Domninæ & Fortunati illuſtrium perſonarum, quæ huic legi præſtitit occaſionem, valere præcipimus.* Sic teſtimonium luculentum habemus, quo firmatur, in Italiâ quoque ſub Anthemio Imp. codicis Theodoſiani auctoritas: ſub eodem Anthemio Imp. per Gallias quoque & in Aruernis quidem qui tum adhuc Romani erant, teſtis eſt Apollinaris, *lib*. 2. *epiſt*. 1. Scribens quippe ad Ecdicium Comitem & Magiſtrum militum Anthemij per Gallias, agenſque de Seronato quodam ex Aturribus Aquitaniæ, quæ in poteſtate Gothorum erant, in Arueniam reduce, (quemque Romæ capitis damnatum alibi teſtatur *lib*. 7. *ep*. 7.) velut de certiſſimâ patriæ ſuæ peſte & incubatore, contrariáque omnia quam oportebat iuſque erat, eius geſta commemorans, inter cætera ait, *Exultans Gothis, inſultans Romanis: illudens Præfectis colludénſque numerariis: Leges Theodoſianas calcans, Theodoricianáſque ideſt Gothicas proponens, veteres culpas, noua tributa requirit.* Mox poſtea quam Ecdicium hortatus eſt ad opem ferendam patriæ ſubiicit: *ſi nullæ à Republicâ vires, nulla præſidia, ſi nullæ, quantum rumor eſt Anthemij principis opes*: ſtatuit te authore *nobilitas ſeu patriam dimittere ſeu capillos.* Vbi clarè vides, ſub Anthemio Imperatore qui ab A.D. 462. imperauit per Gallias quoque, quæ tùm Romanis reliquæ erant, Codicis Theodoſiani authoritatem vſumque receptum. In Africâ quoque vſu receptus; cuius rei teſtimonium eſt omnino apud Victorem Vticenſem *lib*. 3. qui ſcripſit A.D. 486. Priuati quoque nonnulli ad eas leges prouocauere, ſcriptiſque ſuis nonnullas ex his indidere. Memorat Auctor collationis legum Moſaicarum (quem Io. filius Licinium Rufinum prodidit coniecturâ ne, an potius ex veteris libri fide, incertum) *tit. de ſtrupratoribus*, conſtitutionem è Theodoſiano & quidem ampliorem quam quæ ibi hodie extat. Incertum tamen, quando ſcriptor ille vixerit. P. Pithæus coniiciebat eum vixiſſe Theodoſij Iun. temporibus, paulo poſt conſulatum ipſius XV. (dic XVI.) quo Codex editus cogitur, à quo vnicam illam retulit conſtitutionem: non omiſſurus, inquit, vt veriſimile eſt, *de homicidio non voluntario* Valentiniani legem, ſi tùm quoque edita, aut in certum Nouellarum corpus redacta fuiſſet. Hæc ita Pithœus, quod neque ipſe ſatis credam.

Quare de eo amplius quærere hâc occaſione libet, de quo, & Freherus *parerg*. 9. primò, Chriſtianum ſcriptorem fuiſſe ipſa ſuſcepti argumenti ratio, éque Moyſe ſacrâque ſcriptura ductæ ſententiæ clarè oſtendunt, quod & Cuiacius iam indicauit 7. *obſ*. 2. Secundò, profeſſione *Iuriſconſultum* non fuiſſe colligat quis ex *præfatione tituli* 7. cum ita Iuriſconſultos alloquitur. *Scitote*, inquit, *Iuriſconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit*; prodens, ſe in eorum numero non fuiſſe. Quod ſtylum eius attinet, arguit is, in paucis admodùm quæ ibi de ſuo intexuit, ſæculum inclinantis æui: veluti cum Moyſen, *Dei ſacerdotem* vocat *tit*. 1. contra quam Iuriſconſulti, *Iuris ſacerdotes* dicebantur: & cum *eodem tit.* ait, *Moyſes legaliter dicit.* quomodo Caſſiodorus eâdem voce ſæpe vtitur: vt lib. 6. form. 8. *proximos defunctorum nobis legaliter anteponis*: & *lib*. 4. *ep*. 37. *prouocaſſe legaliter* & *legalem antiquitatem* vocat *lib*. 9. *Legale compendium* 1. *var*. 19. cùm eodem *tit*. §. 2. ait, *modo ipſe loquitur Vlpianus*: *modo*: pro, *nunc.* cum *tit*. 5. hoc addit: *hoc quidem Iuris eſt, mentem tamen legis Moyſis Imperatoris conſtitutio ad plenum ſecuta cognſcitur.* Vbi *ius* & *conſtitutio* opponuntur, vt paſſim in interpretationibus quæ Arriano tribuuntur: item *ad plenum* pro plenè: item *ſecuta cognoſcitur*, pro *ſecutam apparet*, vel *ſecuta eſt*, quomodo interpres Codicis Theodoſiani ſæpe. Cùm tit 6. §. 4. ait, *Exemplum literarum Diocletiani & Maximiani Impp. talem coniunctionem grauiter puniri commemorat.* cum §. 6. & 7. ait, *talem conſtitutionem ponit.* cum §. 8. *tale reſcriptum edit*: cum §. 5. *adhuc rudibus populis ex diuino nutu condita iiſdem adſtipulantibus ſancirentur.* Item cum ibidem ita ſcribit, *quos diuina & humana ſententia conſona voce damnauit.* Quomodo Caſſiodorus 9. *var*. 9. *conſonam* voluntatem dixit: cùm initio tit. 7. ait *Moyſes prius hoc ſtatuit, ſicut lectio manifeſtat*: quâ *lectionis*, hoc ſenſu, voce, etſi anteà quoque vſurpata, & Caſſiodor. quoque paſſim vtitur de diuinis ſeu ſacræ ſcripturæ textibus 4. *var*. 39. 10. *var*. 16. 17. vide & Synodum Turonenſem ſub Cheriberto A.D. 565. cap. 1. Cùm titulum 13. de *terminiâ mota* inſcribit: cùm titulo 14. ait, *ſupra relatis ſpeciebus*: cùm fine tit. 14. *Nouellas conſtitutiones* vocat: (pariter vt Theodoricus Oſtrogothorum in Italiâ Rex fine edicti ſui de quo poſtea) Chriſtianorum Imperatorum ac nominatim Conſtantini legem intelligit de plagio, quæ eſt *lex 1. C. Theodoſiano ad l. fab.*. cùm *plagiatorem* dicit *pro plagiario*, quod certè nemo dixit niſi Africanus, vti Tertullianus, vel ſeneſcentis æui & Theodoricianus aliquis v. edictum Theodorici: cum denique l. 81. initio ferme tit. 16. ſcribit, *Caium ſic legitimas ordinare ſucceſſiones.* Hæc vt vt ſint, illius tamen adhuc ſæculi ſcriptorem agnoſcas: quo veterum Iuriſconſultorum ſcripta integra adhuc extabant, quo tres Codices, & Theodoſianus quidem integrior adhuc quam hodie. Agnoſcas etiam accuratam viri diligentiam, in eo quod non libros modo, ſed & titulos ipſos ſub quibus leges ſingulæ ſeu ſententiæ quas excerpit poſitæ erant, adnotauit: Item in eo quod Hermogenianum & Gregorianum Codicem inter ſe componit, diſſenſúmque inter eos notat, *tit*. 6. §. 4. in die videlicet & conſulibus Diocletiani & Maximiani adſcribendis. Quare eo mens inclinat, vt credam, circa decurſum ſexti ſæculi Scriptorem hunc vixiſſe, ante Iuſtiniani tempora: quod etiam Freherus putauit, quo tempore Codex Theodoſianus fortè nondum à barbaris delibatus fuerat; & Caſſiodori proinde coæuum putem; Eo fermè animo ſcripſiſſe exiſtimo vt à Romanâ Iuriſprudentiâ, veterúmque Iuriſconſultorum ſcriptis Imperatorúmque conſtitutionibus homines ad ſacram



ſacram Sripturam, ceu fontem iuris traduceret: & fortè etiam vt Iuriſconſultorum faſtum reprimeret, qui tam prudenter conſtitutis humaniſque legibus, poſthabitis diuinis, vectabantur ſéque efferebant: vt ex Caſſiodoro quoque diſcimus, *lib*. 4. *var*. 41. huic certè concinit quod idem Caſſiodorus 7. var. 46. ſcribit. *Inſtitutio diuinarum legum humani iuris miniſtrat exordium; quando in illis capitibus legitur præceptum, quæ duabus tabulis probantur aſcripta: ſacer enim Moyſes diuina inſtitutione formatus Iſraëlitico populo inter alia definiuit*, &c. *hoc prudentes viri ſequentes exemplum.* Concinit & quod idem non vno loco iura diuina & publica iungit vt 2. *var*. 11. Item quod ſacerdotibus Moyſis exemplum ingerit 4. *var*. 31. videri cupio canonem 21. Turonenſis Concilij ſub Cheriberto A.D. 567.

Succedunt Reges Italiæ Gothici atque adeo Caſſiodori Senatoris tempora, qui paſſim verba conſtitutionum vſurpat totáſque ferme è Cod. Theod. Certè Gothorum Reges inde à Theodorico, ante Iuſtiniani tempora, Romanas leges in Italiâ vigere voluere, atque adeo Codicem Theodoſianum, quem tamen Senator nuſpiam laudat: probauere ſimul & Nouellarum Theodoſij & Valentiniani corpus: & Theodoricus quidem ipſe libris quinque apud Senatorem: hinc adeo paſſim Iudicibus leges inculcat (Romanas ſcilicet) hinc Reges ipſi. 3, *var*. 43. *Delectamur*, inquit, *iure Romano viuere quos armis cupimus vindicare* 4. *var*. 22. de hoc loco v. Dominicum de Allodiis *p*. 61. vbi duæ leges ex Theodoſio citantur. Atque ita ſentio, neque accedo Frehero *parergon. cap*. 9. Item, *neſcimus à legibus diſcrepare.* 4. var. 53. *vt & iura veterum ad noſtram cupimus reuerentiam cuſtodiri*: 4. var. 42. *veterum regulas ſcrutamur.* Item 10. var 7. *velle noſtrum antiquorum Principum eſt voluntas*: 11. var. 8. *Nunc ſufficiens laus eſt conſcientiæ, veterum decreta ſeruare. Earundem legum peritiam in quæſtoribus inque aliis* (4. var. 12.) *exigere*; var. 4. & 10. var. 6. 7. Anaſtaſius certè Imp. Theodoricum frequēter hortatus dicitur vt leges gratanter amplecteretur apud Senatorem 1. *var*. 1. Hinc & tot ſpeciales conſtitutiones ab his allegatæ quæ in Codice Theodoſiano extabant, itémque in Nouellis Valentinianis: veluti vt ſecundum leges ablata reſtituantur à peruaſoribus 1. *v*. 37. vt contractus initi cum fœminis quæ maritos vitiatæ dereliquerunt, caſſentur 2. *var*. 10. de coniugij nexu & vinculo 2. *v*. 11. de Curialibus, ne derelicta origine, ad officia publica ſeu ad honores trahantur 2. *v*. 18. & 9, *v*. 4. de priuilegiis Iudæorum in veteribus ſynagogis tuendis, vt non & nouis excitandis 2. *v*. 27. & 4. *v*. 33. 5. *v*. 37. de priuilegiis ex principibus ſcholæ tributis 2. *var*. 28. de Comitis primi ordinis ex-principe priuilegiis 2. *var*. 28. de tricenij præſcriptione 3. *var*. 31. de Iudicio quinque-virali in cauſa Senatorum Magiæ reorum 4. *var*. 22. & 23. de contractibus minorum eorúmque reſtitutione 4. *v*. 35. De triduanis tantum annonis tribuendis Iudicibus in eorum diſcurſu 5. *v*. 14. de caducis fiſco competentibus, 5. *v*. 24. In adultos 5. *v*. 32. & homicidas, 5. *v*. 39. de poteſtate patriâ ſoluendâ per patriciatum, 6. *v*. 2. de Præfecti Vrbis diœceſi intra c. milliarium 6. *v*. 4. de æquali Comitis rerum priuatarum cum Præfectis Prætorio honore 6. *v*. 4. de codicillis vacantibus 6. *v*. 10. de Comitiuâ primi ordinis tribuenda Comitianis: 6. *v*. 13. de Vicario Vrbis: ne ſine chlamyde ſalutetur 6. *v*. 15. de Rectoribus prouinciarum, vt annui ſint. 7. *v*. 2. de tributorum exactione ad Indices pertinente, 7. *v*. 20. de principe officij, cui totus Iudicis genius creditus 7. *v*. 24. de matrimonio illegitimo, inæquali à principe confirmando 7. *v*. 40 De veniâ ætatis 7. *v*. 41. de cenſus releuatione ob ſterilitatem agrorum 7, *v*. 45. de conſobrinorum nuptiis, vt à Principe peti poſſint 7. *v*. 46. De prædiis Curialium ſine decreto non alienandis 7. *v*. 47. & 9. *v*. 2. de Præfecto Prætorio patre Imperatoris: 8. *var*. 20. de peruaſoribus ſanctio Valentiniani 9. *v*. 18. de Titulis prædiis non affigendis à quoquam, 9. *v*. 18. de donationibus 9 *v*. 18. de Eccleſiarum immunitate 12. *v* 13. de coniugum inter ſe ſucceſſione 5. *v*. 24. de officio & poteſtate Rectoris prouinciarum 6. *v*. 21. & ſimiles ſi quæ aliæ; quæ ferme in Codice Theodoſiano & & in corpore Nouellarum Valentiniani, Theodoſij, Maioriani aliiſque quæ eis iunctæ ſunt, continentur.

Ergo apud Oſtrogothos in Italiâ id ius obtinuit, nullâ legum σωματοποιΐᾳ de ſuis confectâ. Nam & Theodorici Edictum quod 154. capitibus conſtat, totum fermè exinde collectum eſt, vt ipſemet teſtatur fine eius: *Quæ*, inquit, *ex Nouellis legibus ac veteris iuris ſanctimoniâ pro aliqua parte collegimus*: & Gelaſij PP. *ep*. in decreto Iuouis, *parte* 1. *cap*. 18. ad Theodoricum: *Certe eſt magnificentiæ veſtræ leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa beati Petri Apoſtoli ſedem pro ſuæ felicitatis augmento velle ſeruari*: ſub Theodorico viguit lex Romana, *diſtinct*. 10. *certum eſt* 12.

Ac proinde quamuis ex Gothis & Romanis conſtaret, vt videre eſt apud Caſſiodorum 1. *var*. 17. 28. 2. *v*. 16. 18. 3. *var*. 13. 24. 48 4. *var*. 47. 5. *v*. 5. 7. *var*. 25. 39. 8. *var*. 2. 39. 5. 6. 7. 27. 9. *var*. 9. & 14. 11. *var*. 1. ſeu eadem lex erat Gothis & Romanis: vt ex prædicto Theodoriciano edicto apparet, & variis apud Caſſiodorum Senatorem locis, veluti 2. *variar*. 16. 3. *var*. 13. 7. *variar*. 3. Illa tandem iura ſunt, quæ vſualia publicáque dixere apud Caſſiodorum 9. *var*. 18.

Atque ita liquet de Codicis Theodoſiani vſu tùm in Oriente, tùm in Occidente, qui eſt integer tùm habitus vſque quò à Iuſtiniano is in Oriente: in Occidente verò per Gallias delibatus fuit: neque eâdem ratione: de quo Codicis Theodoſiani fato nunc agendum eſt: & primo quidem de Iuſtiniano, etſi tempore paulò poſterior ſit.

## CAPVT IV.

### *De Iuſtiniani inſtituto & Triboniani facinoribus circa Codicem Theodoſianum in Oriente.*

DE Iuſtiniani inſtituto res nota eſt, qui Codicèm ſuum è tribus, quos dixi, Codicibus, & in his è Theodoſiano, 90. poſt annis & ex ſecutis deinceps legibus, per decemuiros ad id delectos, prima editione concinnauit, & anno abſoluit, promulgauitque A.D. 528. 529. deque repetitâ eiuſdem poſtea prælectione A. D. 534. Notum etiam, quantam poteſtatem his dederit in interpretandis conſtitutionibus: Nos de iis nunc ſaltem agemus quæ Theodoſiano continebantur.

Et quanquam perpetuam in notis noſtris collationem καθ' ἕκαστα inſtituerimus ad ſingulas conſtitutiones, prout & in vtroque Codice habentur: interpolationis tantæ genera dein & incommoda hic ſummatim ἐν κεφαλαίῳ repetere iuuat. Quod prius attinet, vel ſuperflua & in his præfationes & hiſtorica, ſeu quæ ad hiſtoriam pertinent detracta:

ἐta : vel χρονικὰ & τοπικὰ ſublata : vel antiquata, omiſſa, veluti Crucis ſupplicij, vide Contium 1. *ſubſec.c.* 13. vel obſcura quæ videbantur, illuſtrata: notioribuſue immutata: in eadem ſententia repetita multa; omiſſa: addita ſeu inſerta multa. Hæc quidem omnia, vt ad æui ſui forique vſum accommodaret.

Quod quidem non adeò improbum pro inſtituto ſuo, tum & vt cum nouo iure omnia conuenirent: Niſi eſſent vbi lucem detraxiſſet: niſi occurrerent, vbi propoſitum ſuum non tenuit; niſi eſſent, per quæ ignorantiam ſuam proderet; niſi denique, vbi falſi genus non vnum admiſit: niſi in omnibus veritati fucum feciſſet. Lucem, inquam, detraxit, dum hiſtorica reſecuit: dum leges diſcerpſit: nam cùm *legem* 8. *C. Theod. de Iuriſdict.* in tres diſcerpſerit, puta *in l.* 8. *Cod. vnde vi, l. penult. de accuſat. l. vn. de abigeis*; nondum tamen integram illius mentem expreſſit. Item, cum *l. vn. Cod. Theod. ne in ſuâ cauſâ*; in duas diſcerperet *in l. vn. C. eod. & l.* 10. *de teſtibus*, argumenti elegantiam ſuſtulit. Propoſitum non tenuit: nam cum hanc legem ſibi dixiſſet; vt quæ in præteritum reſpiciunt, omitteret, attamen huiuſmodi nonnulla retinuit, vt conſtat ex collatione *l. turres* 18. *l. de operibus publ. & l.* 81. *Cod. Theod. eod. tit.* Ignorantiam ſuam prodidit, vt *in l.* 1. *de veteranis, ibi perfruantur*. Falſi genus non vnum admiſit, vt pluribus probatur in *Comment.*

Quoad materiam; *vt l.* 6. *de hæreticis, l.* 9. *de Epiſcop. & cleric. l.* 3. *C. de Apoſtatis.*

Quoad formam, ex duabus vnam legem ſæpe conflauit; ſic vt inſcriptionem vnius tantùm ſeruarit, at ſubſcriptionem vtriuſque retinuerit vt *in l.* 3. *C. Iuſtini. de aquæductu*, quæ conflata eſt *ex l.* 5. 6. *C. Th. eod. in l. vn. venat. ferar.* quæ conflata *ex l.* 12. *C. Theod. eod.*

Quandoquè cumplures in vnam contrahit ſiue eorumdem ſiue diuerſorum Imperatorum, & poſteriori ſubſcriptionem adſcribit, interdum etiam ex ſuperiore ſeu priore, vt *l.* 1. *C. de ſuperexact.* quæ conflata eſt ex *l.* 1. 2. *C. Theod. eod. tit. l. nemo l. paſchal. de indulg. l.* 3. *C. de epiſc. audient.*

Quandoque addit quæ inſcriptioni repugnant, vt cum *l.* 5. *C. de operibus publ.* addit veterem & nouam: cum tamen lex 11. *Cod. Theod. eod. tit.* ad vrbem Romam veterem tantum pertineat.

Vnde apparet quot modis hodie fucus ea re fiat, quamque periculoſum ſic ex Cod. Iuſtinia. leges allegare: imò quot in errores inducti fuerint, qui fidem Triboniani ſequuntur, non inſpecto Cod. Theodoſiano. Exemplum in Alexandro P. *c. vigilanti extra. de præſcriptionibus*: cum 40. annorum præſcriptionis auctorem facit Theodoſium Iun. Exemplum in Petauio qui legem *vn. C. de priuileg. v. Conſtant.* à Theodoſio Iun. confirmare ius Italicum ſcribit: in Iuliano p. 326. qui ſi *legem omnip. innouatione Cod. Theod. de Epiſcopis*, legiſſet, id non dixiſſet.

Quid denique profuit Triboniano, retento nomine Imp. conſtitutiones edere, cum iis aliam ſententiam affigit; ſic vt potius Iuſtiniani iam ſint quam illorum Imperatorum, & quarum primus Auctor extitit?

Melius Codicis Theodoſiani Conditores, qui ita nullius conditoris nomina occidere voluerunt, vt ſolum breuitatis lucem inferrent, non vt alienam ſententiam affigerent: reciſæ enim tunc ibi cæteræ, non verſæ: quod videre eſt ex illis legibus quæ adhuc integræ alibi occurrunt.

Quare nemo de vero ſenſu conſtitutionum è Cod. Theodoſ. in Iuſtinian. Cod inſertarum certus eſſe poteſt, niſi Cod. Theodoſiani fidem ſecutus vtrumque contulerit.

---

## CAPVT V.

### *De Breuiario Codicis Theodoſiani, quod vulgò* Aniani *perperam dicitur, in Occidente.*

HActenus in Oriente verſati ſumus, vbi Codex Theodoſianus à Iuſtinianeo obliteratus fuit. In Occidentem reuertamur, quanquam & de Italiâ iam ſupra vidimus: Quare de Galliis nunc videndum eſt, vbi iam exteræ nationes Franci, inquam, Viſigothi, Burgundiones, & Romani adhuc alicubi rerum domini occurrunt. Sanè quæ Galliarum pars adhuc Romanis parebat, & quandiu ea paruit, Theodoſianis ea legibus regebatur, quod ex Sidonio Apollinari iam ſupra confecimus. Quæ verò prouinciæ, ciuitates, in exterarum nationum iura migrauerunt, duplici iure regebantur: nam Romani, qui his immixti erant, Romano porro iure ſeu Theodoſianis legibus vtebantur. Fuit enim hæc exterarum illarum nationum humanitas, vt ſuas deuictis, vel ſponte tranſgreſſis leges ſeruarint: ipſi verò qui exteræ gentis erant, rerumque iam domini; ſuo proprioque iure regebantur. Nam etſi Viſigothi v. g. Theodoricianis aliis ſcriptis inſecutorum regum legibus regerentur, attamen Romanis adhuc legib. locus erat, Romanorum reſpectu quos ſuo iure viuere permiſere. Hinc adeo Alaricus Rex Romanarum legum collectionem inſtituit, quibus Romani inter ſe diſceptarent, eamque hic nominis authoritate inſigniuit, ac potiſſimùm ex Cod. Theodoſiano tùm ex Gregoriano, Hermogeniano, Pauli Sententiis, Caij Inſtitutis atque ex Nouellarum corpore quod vulgo Aniani Breuiarium audit: de quo pleniùs nunc agendum eſt. Vbi primò, ſpectanda eſt nobis authoritas ſeu commonitorium quod illi præmiſſum eſt: *Authoritas*, inquam: Nunc ita inſcribitur *Exemplum* vel vt M.S. nonnulli præferunt: *In nomine Chriſti incipit Authoritas Alarici Regis*, Authoritas eſt ſanctio & quidem generalis ſeu præceptio, vt ibidem mox vocatur. Quo ſenſu authoritatis vox quoque accipitur *l. vn. Cod. Th. de centurionibus. lex* 4. *de cobortalibus, lex* 31. *de petitionibus. l.* 1. *de his qui condit. propr. l.* 14. *de indulg. debitor.* & Symmachus quoquè eodem ſenſu vſurpat *lib.* 7. *ep.* 1. 12. *& lib.* 10. *ep.* 83. & inclinanti adhuc magis ſæculo apud Victorem Vticenſem *lib.* 3. *de perſecut. Vandal.* Caſſiodorum *variis locis*, Gregorium Turonenſem *lib.* 9. 30. *&* 41. Anaſtaſium *in vitâ Liberij & Hermiſdæ.* hinc & *titulo de diuinis reſcriptis* additum in Tilij Codice, & apud veterem conſultationis Authorem, id eſt, *Authoritatibus*, hoc ſenſu authoritatis vox accipitur in interpretatione *legis vn. C. Th. de reſponſis prudentum.*

Eadem verò & *Commonitorium* dicitur: nempe quia ad ſpecialem Iudicem illa directa eſt: ad Timotheum, inquam, comitem ciuitatis alicuius: quo ſcilicet iubet, vt in foro ſuo nulla alia lex, neque iuris formula proferatur vel recipiatur: *Commonitorium* nempe, vt in commune, eſt mandati genus omne in ſcripturam redactum: etiam quod à priuatis datur: de quo plenè *ad l.* 2. *C. Th. ſi certum pet. de ſuffrag.* ita nominatim eſt ſpeciale Principis, vel alicuius in authoritate poſiti mandatum & epiſtola, qua quis officij admonetur; vt ex Suida quoque patet. Ita Amm. Marcellinus *lib.* 28.



Commonitorium cùm Auguſti litteris tradidit: vnde & in Gloſſario Cyrilli & gloſſis Nomicis Κομμονιτώριον, ἐπιστολὴ ἀπεσταλμένη εἰς χώρας: vel ἐπιστολὴ ἀπεσταλμένη μετ᾽ προστάξεως.

Primùm igitur ex hâc *Authoritate ſiue Commonitorio* diſcimus Alarico Viſigothorum Rege Toloſæ regnante (vnde & Alaricus Rex Toloſæ vocatur in ſubſcriptione) eoque præcipiente, hoc Breuiarium ſeu hunc Codicem, de Theodoſiani legibus & ſententiis iuris diuerſiſque libris ſelectum, editumque. Et quidem, quod ſecundum, compoſitus hic Codex xx. Regni ipſius anno 1. A.D. 506. *Meſſala & Artobindo coſſ.* anno regni ſui penultimo: inſequente quippe anno à Clodoueo rege Francorum profligatus, occiſus fuit, inque eo defecit regnum Toloſæ, quo ipſo conſulatu & Agathenſis Synodus habita.

Tertio ex eodem *Commonitorio* diſcimus hanc collectionem ſuſceptam, in conſilium adhibitis *Sacerdotibus ac nobilibus viris*: quomodo & poſtea, roborata ea *Epiſcoporum ſelectorum prouincialium adſenſu*; Nempe hi tum Regum Gothorum, tùm Francorum comites conſiſtoriani fuere: Epiſcopi, inquam, & electi prouincialium ſeu nobiles viri, proceres que & optimates, vt diſcimus ex Capitularib. Annalib. veterib. Francorum, formularum ſcriptoribus, de quo V. C. Bignonius in Marculphum *p.* 510. 511.

4. Cauſam finemque adeo huius collectionis diſcimus ex principio dictæ Auctoritatis: nempe ait Alaricus, ſe vtilitates populi ſui tractantem, id etiam quod in Iure iniquum videbatur, corrigere in animum induxiſſe: vt ita omnis *legum Romanarum* & antiqui iuris obſcuritas in meliorem lucem & intelligentiam redigeretur: nihilque dubij relinqueretur quo litigantes diu inter ſe iurgarentur: quin contra eâ collectione negotia diſcingerentur, & iuxta eius ſeriem cauſæ deciderentur, additâ ſanctione ne quidquam aliud in diſceptatione vel in foro proferretur, vel reciperetur, propoſitâ pœnâ acerbiſſimâ. Hinc & interpretatio *ad l. vn. de reſp. prud.* ait *quæ neceſſaria cauſis præſentium temporum videbantur, elegimus* (vnde apparet quoque eumdem conditorem Codicis Alarici & interpretem eſſe)

5. Ex eodem Commonitorio diſcimus Alarici regis præcepto interpretationes huic Codici adſperſas, ibi *vel clariori interpretatione compoſita*: item in inſcriptione, ibi, *& ſicut præceptum eſt explanata.* De quibus interpretationibus ſuo capite poſtea. Certe inde factum, vt in pluribus libris lociſque ſola extet interpretatio, ſubiectâ illi diei & Coss. notâ eius conſtitutionis quæ ibi exponitur: nam & ab eâ expoſitione enucleatum ius Rom. & in lucem melioris intelligentiæ deductum in hoc ipſo Commonitorio dicitur.

6. Diſcimus factum *id ordinante viro Illuſtri Comite Goiarico*, qui procul dubio Alarici ſi non Quæſtor, ita nos hodie vocamus, Cancellarius fuit. certè quod malim Comes Palatij erat: cuius muneri hoc ommino conueniebat. Hinc adeò in M. S. Regio N. XCVII. in totius libri vmbilico Aniani ſubſcriptio hæc quidem tenebat: *de prudentium ſolertia, Aniani V. S. ex præceptione domini noſtri glorioſiſſimi Regis Alarici, ordinante verò viro Magnifico illuſtri Goiarico Comite, hunc Codicem legum iuris*, &c. ad Comites Palatij Illuſtres. v. Chlotarij iudicium apud Bign. in Marculph. *p.* 510. Vt ex Eginard. *in v. Caroli* & Hincmaro *ep.* 3. *c.* 21. ad Epiſcopos Franciæ diſcimus, Goiaricus, inquam, haud aliter atque Tribonianus huius operis ἐργοδιώκτης fuit. Quare in ipſo Commonitorio legam *à Goiarico Comite*, quod etiam nonnullis in memoriam venit. Nempe idem & ἐργοδιώκτης fuit, iuſſuſquè è theſauris ſeu ſcriniis Regis hunc Codicem ad Comites & Iudices deſtinare.

7. Nã, quod ſeptimo hinc diſcimus, ſtatim vt Codex Alaricianus compilatus fuit, exemplaria eius ad Comites vniuerſos regni Alariciani miſſa fuêre, vt iuxta eum cauſæ iudicarentur. Quo numero fuit & Timotheus vir Spectabilis, Comes ciuitatis, ſeu regionis alicuius, ad quem Commonitorium hoc dirigitur.

8. Muniri voluit Alaricus huius Codicis exemplaria, ne ſcilicet variatio accideret, ſubſcriptione Aniani viri ſpectabilis. Cuius etiam ſubſcriptio hic addita, cum ſolemni formula, *Edidi atque ſubſcripſi*: item, *Recognouimus*: Et expreſſiùs vel planius adhuc in MS. Regio in fine libri: *Anianus V. S. hunc Codicem legum iuris ſecundum authenticum ſubſcriptum & in theſauris editum, ſubſcripſi & edidi ſub die* 3. *Nonas Februarij A.* 22. *regnante Domno noſtro Alarico Rege; ex præceptione domni noſtri glorioſiſſimi Regis Alarici, ordinante viro Magnifico & Illuſtri Goiarico Comite*: Et quidem infertur Anianum Referendarium omnino fuiſſe, de quo v. Bignonium in Marculph. *p.* 512. nam Referendarius ſubſcriptionem Regiis litteris apponebat; Caſſiod. 6. *v.* 17. Vide Gloſſar. Pithœi.

9. Hic Codex, de Theodoſianis legibus eſt electus *Aduris* Anno XXII. Alarici: *editus atque ſubſcriptus dicitur.* Quod quidam hactenus ita accipiunt, quaſi Codex hic Aduris confectus fuerit. Ego potius putem id ſignificari, Aduris eum ab Aniano editum & ſubſcriptum. Aduris vero, id eſt Aturribus in Nouempopulaniâ: quorum Aturrenſium, vt omittam alia, mentio quoque apud Sidonium *dicta ep.* 2. *lib.* 1. qui cùm totâ Aquitaniâ in poteſtate Gothorum erant, Anthemij iam tempore ſub Theodorico: qui ibi quoque ſedem aliquando fixit, vt ex eâdem epiſtolâ colligitur. Et ſanè ſunt viri docti qui hunc Codicem compoſitum Toloſæ tradunt: ex eo quod in MS. nonnullis fine Commonitorij hæc leguntur. *Data ſecundo Nonas Februarij anno vigeſimo Toloſæ regnante Alarico Rege*: Neque tamen id inde rectè colligas: nam id pertinet, non ad locum vbi hic Codex conditus, verùm ad deſignandum regnum, cuius Rex erat Alaricus: quomodo, hic quoque poſt Aniani ſubſcriptionem, additum *dat. ſub die* IIII. *Non. Feb. anno* XXII. *Alarici Regis Toloſæ.*

Nos ad Anianum redeamus Ex hoc igitur Commonitorio liquet eum huius Codicis neque Breuiatorem neque vel Interpretem fuiſſe, ſed Recognitorem tantummodo & ſubſcriptorem: quanquam & Sigebertus de Eccleſ. ſcriptoribus cap. 70. *Anianus vir Spectabilis, iubente Alarico R. volumen vnum de legibus Theodoſij Imp. edidit: & monente Oruntio Epiſcopo Librum Ioannis Chryſoſtomi in Matthæum de Græco in Latinum tranſtulit.*

Hæc vero collectio quæ textu legum & interpretationibus ſubiectis conſtat, variis nominibus deſignata, modo Corpus Theodoſianum dictum, modo lex Theodoſiana, modo, vt hîc, lex Romana: atque ita ſæpe allegat Papianus *Reſp.* 2. & formularum veterum auctores, quæ totæ ſecundum legem Rom. factæ ſunt, è quibus loca poſtea conſignabo, tandem & *Scintillas* dictas ait Sirmondus *in præfat. Appendicis Codicis Theodoſiani.* Quare quicumque medij æui ſcriptores à Legibus Theodoſianis vel è corpore Theodoſiano vel è lege Romanâ laudant, ea ex eo Breuiario deſumpta ſunt.

## CAPVT VI.

*De interpretationibus quæ ſubiectæ ſunt legibus Codicis Theodoſiani, iudicium.*

ILlud de his interpretationibus monendum, non in omnibus MSS. eaſdem interpretationes occurrere: Item illud, duas interpretationes ſæpe ad vnam legem proponi, vt *l.7. de diu. reſcript. l. vn. de mandat. princip. l.6. de off. rect. prou. l. 1. de off. Iud. om.* è quibus poſteriores, breuiores & elegantiones: quæ tanti momenti poſteà viſæ ſunt, vt non tantum velut ipſius Codicis Theodoſiani pars haberentur, verum eæ ſolæ legum Theodoſianarum nomine citarentur & auctoritate cenſerentur, de quo mox. Medij proinde æui ſcriptores quæ à legibus Theodoſianis laudabant, interpretationes fermè erant. Quod à Sauarone in Sidon. *l.2. ep. 1.* rectè notatum. Hinc adeò quod ex legibus Theodoſianis laudat Iuo Carnotenſis circa A. D. 1092. *ep. 212.* id habet ex interpretatione *ad Paul. 5. ſent. 11.* quod Concilium Nannetente *can.* 8. ex interpretatione ad *l. 5. C. Theod. de cognitoribus*: quod Gratianus *2. q.6. c. prope ſuperfluum*: id ex interpretatione in 5. *Pauli ſentent. tit. de cautionib. & pœn. appellat.* §. 1. imò tanti momenti viſæ, vt librarij nonnulli ſolas interpretationes exſcriberent, vt indicio ſunt tot earum membranæ, in quibus, prætermiſſo legum ampliore contextu, ſolæ ſuperſunt interpretationes, quibus etiam ſubſcriptiones ipſarum legum ſeu notæ temporis adiectæ ſunt. Ita paulatim fucus factus eſt incauto Lectori; ſicque Codicis legumque Theodoſianarum nomine veniſſe ipſum Codicis Theodoſiani Breuiarium & interpretationes nudas vides: quæ, vt dixi, pro legibus obtruſæ ſunt à Monacho collectæ Breui, cuius hîc etiam præfatio in quibuſdam legitur. *Quiſquis opportunâ vacatione minime perfruitur; aut capacitate ſenſus vel prudentiâ plenè imbutus non inuenitur; vt iura Romanorum*, id eſt, leges Romanorum, *pleniſſimè perſcrutetur, hoc quod à nobis plenum volumen, quaſi de magnis ſyluis ſurculum abſciſſum integrè perlegere non abhorreat: & videbit ſibi non paruum in huius operis breuitate ineſſe compendium; dum ſublatis pragmaticis vel longiſſimis aſſertionibus, tamen omnes earum definitiones in hac noſtrâ reperiantur ſchedulâ. Volumus etiam omnia capitula legis huius integra admonitione contexere, vt ſi quando aliqua requirenda ſunt, abſque morâ de hoc Breuiario noſtro poſſis in Auctorem voluminis tranſire. Dignum videtur vt hæc noſtra exemplaria quaſi edita ſoboles ſuam matrem imitetur: Et ſi cui hæc fortè quæ à nobis ſunt quaſi in enchiridium adſcripta, diſpliceant, aut ad pleniſſimum iuris ſe conuertat laborem, aut ſi excerpta ei placuerint, ipſe propriâ manu, vt libet, adſcribat, & hoc nobis imputet, imprudenter & in vanum laboraſſe, cum ipſe ex ſuo labore conferet. Et tamen nec ego ingenij vi fretus aut temeritate propriâ hæc ſcribenda arripui, ſed obedientiâ Abbati meo obſecutus, et ſi ignauiter, tamen vt potui, adimplere curaui.* Hoc vero Breuiario ferè poſteriores vſi ſunt:

Et has tamen interpretationes in editione ſuâ Tilius omiſit, quas Ant. Auguſtinus poſt. *de nominibus pandect. p.* 27. non ineptas vocauit, reſtituit Cuiacius rectè. Nos quoque occaſione, αὐδάκεαπν & cenſuram earum iam egimus De Interpretationibus porrò illis videamus quidnam eæ habeāt, quod notatu vel notâ dignum ſit: Nam quod ſtylum & gloſſas attinet quas exhibemus proprio capite inter Indices, de ſæculo auctoris coniectura indubiè fieri poteſt: Quoad res, certè multa in his deprehendo quæ laudem, plurima quæ notam merentur. Quare recte factum à Sichardo qui primus eas edidit, vnà cum ipſis Conſtitutionibus; non ita rectè filius, qui eas reſcidit quaſi parum vtiles, quod ipſe præfatur, velut quæ aliis è locis repeterentur. Reſtituit poſtea Cuiacius. Nos hic ea quæ dixi ſummatim colligemus.

Initio hic notanda veniunt quæ Interpres de ſuo inſtituto & collatione addit & aſpergit ad *leg. vnicam de reſponſis prudentum l.6. de legit. hæred. l.3. ad leg. Iul. de vi. l. vnic. ſi ex reſcripto.* Secundò obſeruandum, addita complurima præter textum, ſeu quæ ipſo textu non continentur; (Et ſi non opportunè ſemper, certè aliquando non inutiliter) vt, *l.5. de diuerſis Reſcriptis*, additum, data ſecundum leges. Item in *l. vn. de iis qui non à domino*, vel in Eccleſia: in *l. 2. de officio Iudicum omnium*, per Rectorem prouinciæ: in *l. vlt. de def. ciuit.* per negligentiam ſuam aut venalitatem: *l. vnic. de hæredit. petit.* Intercedente culpa: in *l. 1. in fine de teſtament.* additis verſiculis vltimis, cæterum, &c. in dicta *l. 5. de inoff. teſt.* de morte defuncti: in *l. 10. de fide inſtr.* ſuæ profeſſionis memorari: in *l. 2. de offic. Rectoris prouinciæ*: aut in quibuſcumque angulis: in *l. 5. de contrah. empt.* non ante legem datam id fuerat ſtatutum: in *l. vn. ſi quacumque præditus poteſtate*: quæ Principis auribus hoc poſſit intimare: in *l. 8. de ſponſalibus*, cum die & tempore: in *l. 1. de iuriſdictione*: nullo contradicente patrimoniorum noſtrorum ordinatore. *l. vn. quod iuſſu.* ſicut hucuſque fiebat in *l. 1. de off. Iudic. omnium*, ſed circa eam pro ſexus reuerentia conuentio honeſtè ſeruetur: in *l. 3. de inoff. teſt.* ſalua tamen libertate, in *l. 2. de defenſ. ciuitatum.* de innocentibus: in *l. 2. de inoff. teſt.* ſic legitima filiorum & matris, puta quarta: in *l. 1. de repudiis*, pro leui, vt aſſolet, iurgio: *l. 4. de teſt.* addita ſententia de reliquis regionibus, cum tamen ea lex ſit de ſola vrbe Conſtantinopolitanâ: in *l. 8. de Iuriſd.* ad mediocres Iudices, &c. in *l. vn. qui petant.* luctuoſa hæreditas: *l. 1. de Cognitoribus*, ſolum eſt, *l. 3. de tutoribus*, verſicul. de his vero: *l. 2. de repudiis*: vt ſolet fieri, morum leuitate diſpliceat: *l. vn qui petant tutores*, paternas quam maternas: ex aliis legibus: in *l. 2. de interrogationibus*: *l. vn. de reſponſis prudentum*, de Codice Gregoriano, Hermogeniano, item de Collectore ſuo & de conſtitutione quadam ſub titulo, de conſtitutionibus Principum. Et obſeruationes de ſuo addit. Additæ & legum rationes alicubi, veluti *l. 2. de off. iud. omnium.* quorum fatigationi conſulimus: Item in *l. 1. de dotibus*: *l. 1. ſi petat. ſocius.*

Expreſſi quoque caſus conuerſi, qui ipſa ſententia legis continentur, tamen non diſſenſum ibi exprimunt: velut *l. 5. de Iuriſd.* ibi de negotiis Religionis.

Additæ *definitiones, deſcriptiones, explicationes*: veluti, quid ſit Aruſpex, *l. 4. de malef.* quid ſit agnationis ius amittere *l. vn. de hæred. petit.* quid ſit agnoſcere volūtatem defuncti *l. vlt. de inoff. teſt.* quid aduocati fiſci *l. 1. de aduoc. fiſci*: quid adſeſſores ſint *l. 2. de adſeſſoribus*: author, *l. vlt. ſine cenſu.* Aduocati *l. 1. de poſtulando.* Adoptiui filij *l. 2. de legitimis hæredibus.* quid ſi agnationem durare *l. 1. de inoff teſt.* conſanguineus frater agnatus *l. 2. de inoff. teſt. & l. 2. de legitimis hæredibus*: Calumniator *l. vlt. de calumniatoribus*: Cognitor *l. vlt. de cognitoribus*: Compulſor *l. 5. de off. Rectoris prouinciæ*: Commiſſoriæ cautiones *l. vn. de commiſſorio reſcripto*: Conditio contras bonos mores *l. 1. de donationibus*: Delator *l. 2. de petitionibus*; Doli mali *l. vn. de dolo malo*: Decretum *l. 1. de denunt. & l. 3. de contrah. empt. l. 1. de defenſoribus*





*bus Ciuitatum*: Donatio *l. 1. de Donationibus*: Emphyteuticarij iuris poſſeſſio *l. 3. de adminiſtratione tutorum*: fruges humidæ *l. 1. de vſuris*: quid ſit in foro ſuo *l. 1. de accuſationibus*: Germani fratres *l. 1. de inoff. teſt.* Infamia *l. 1. de inoff. teſt.* Interceſſor *l. 1. de pignoribus.* Ius liberorum *l. 1. de legitimis hæredibus.* De moribus actio *l. 1. de dotibus*: mediocres Iudices *l. 8. de iuriſdictione.* Quibus extra ordinem ſubuenitur; *l. 6. de iuriſdictione.* Officiales qui ingrediuntur ſecretariam *l. 8. de Iuriſdictione*: Politici *l. 2. de diſcuſſ.* Præcincti, *l. vlt. de poſtulando*: Procurator *l. vlt. de cognitoribus*: Præſcriptio Peremptoria, Moratoria, *l. 3. de diuerſis Reſcriptis*: Participes & donatiui *l. vn. ſi prouinciæ Rector.* Præcipuum *l. 7. de maiori loco*: Patroni *l. 1. de liberis*: *ſi quis*, *l. 1. ad l. Corneliam de ſicariis*: Serui, neceſſarij hæredes inſtituti *l. 3. de in off. teſt.* Tabernæ domorum *l. 1. ad legem Iuliam de adulteriis*: Tabularij *l. vlt. de tabulariis & l. 1. de Cenſu*: Vterini fratres, *l. 1. de inoff. teſt.* Vectigalia *l. vn. de vectigalibus.*

Exempla item & ſpecies, & caſus appoſitè additi: *l. vlt. de integri reſtitutione l. 14. de metallis*: *l. 2. de Epiſcopis l. 2. de fideiuſſoribus.* Eſt & vbi explicationem addit & remittit ad ius, ideſt ad veterum Iuriſconſultorum libros; vt *l. 2. de dotibus l. 2. de reuocandis donationibus l. vlt. de denunciationibus*, *l. 3. de legitimis hæreditatibus*: *l. 2. vt dignitatum ordo*: *l. 2. de inoff. teſt. l. 2 de repudiis*; hæc nominatim ad Pauli reſponſa & ſententias: *l. 1. de dotibus*, *& l. 2. de repudiis*, addito etiam titulo, ibidem: Remittit ad Nouellas *l. vlt. de teſt. l. vn. de actione certo temp. fin. l. vn. de inquilin. l. 1. 2. de maternis bonis.* Remittit & ad alias leges; ſic vt rationem reddat, cur aliquæ leges inſeruiant collationi ſuæ *l. 1. de maternis bonis l. 6. de legit. hæred. l. 3. ad l. Iuliam de vi l. vn. ſi nuptiæ ex reſcripto l. 1. de teſt.* Adſumit, & recte quidem, ad legis intellectum ex inſcriptione *l. vn. de off. iud. milit.*

Quaſdam leges ſine interpretatione tranſmittit, & tranſmittere ſe ſæpe ait, quaſi eam minus requirant: quod vt perperam ſæpe ait, ad eas leges quæ etiam interpretatione plurimùm egebant; ita omiſſæ interpretationis rationem ſpecialem aliquam reddit *l. 2. de natural. fil.* vt & omiſſæ alicuius partis interpretationis *l. vn. de cretionib. l. 1. de mater. bon.*

Ex æui ſanè ſui vſu non tantùm verba adſumit, de quo alibi dixi, verum ſenſum: vt, cum *l. 2. de legit. hæred.* ait geſta ante Curiam facta: cum Honorij *l vn. de off. Iud. ciuil.* ex Curiæ corpore explicat: cum centeſimam vſuram, tres ſiliquas in anno interpretatur *l. 2. de vſuris*: cum vetera eſſe abolita ex ſui æui vſu putat *l. 4. 5. 6. de denunciat.* cùm *l. 3. de tutoribus*, primos patriæ cum Iudice eligere debere ſcribit: cùm *l. 1. in fin. & l. 6. de donat.* Magiſtratum Curiam interpretatur: cùm *l. 4. de teſtam. l. 1. ad C. Corneliam de falſis*, ait Tabellionem, qui Admanuenſis nunc vel Cancellarius dicitur: cùm ex iure Gothico, ſeu ſecundum leges Viſigothicas interpretatur & deformat *legem 2. de feriis*: cum ad *l. vn. de his qui veniam ætatis*, addit ex ſui æui vſu, ex conſenſu Curialium. Nam quod quidam notauit interpretationibus his pleraſque Codicis Theodoſiani conſtitutiones emendatas & inuicem Gothicas leges iunctas, falſum eſt. Intactam & aliquando partem legis reliquit, ratione non additâ *l. 2. de off. Rect. prou. l. 47. de decurion.* fortè, quia non intellexit.

Tandem leges multas eum vel non omnino intellexiſſe apparet, quas malè interpretatur ſeu explicat, veluti, præter multas additiones incommodas, *l. 3. 4. 6. de diu. reſcript. l. 2. de feriis l. vn. de act. cert. temp. finiend. l. 2. 5. de off. Rect. prou. l. 3. in pr. de teſtam. l. 2. qui bonis ex l. Iuliâ l. 10. de Iuriſd. l. 1. de dilat. l. 1. 2. vt dignit. ordo l. 9. 32. de operib. publ. l. 6. de inoff. teſtam.* Quanquàm excuſatione dignus; eò quòd lex illa imperfectum ſenſum habeat *l. 3. de aſſeſſ.* vbi malè interpretatur ſub fide geſtorum electos: *l. 2. de inoff. dotibus l. 13. de Epiſcop.* quam interpretatur de diœceſanis preſbyt. cùm ea ſit de Synodis diœceſeon *l. vlt. de def. ciuit.* vbi malè interpretatur, defenſores, Iudices: *l. vn. de omni act. impet.* vbi non rectè exprimit vel explicat, quid ſic non impetratæ actionis exceptio; *l. vlt. de cognit. verſ. ſi procuratore*, vbi contrarium ait eius quod l. continetur: *l. 2. de teſtam.* vbi opponit hæc duo teſtamento, aut nuncupatione, cum in ipſa l. opponatur teſtamentum per ſcripturam & per nuncupationem: *l. 6. de Iuriſd.* nam in verſic. *niſi*, per modum exceptionis proponit, id quod in ipsâ l. contrarium caſum continet: Eadem *l. Primores officij* malè interpretatur, qui conſiliis ſuis adhærent: *Diſcuſſores* quid eſſent non intellixit *l. 21. quorum appellat. l. 2. de inoff. teſt.* item *l. 3. ad SC. Claudian.* ibi & ſeruorum liberi & ſpurij liberorum: *l. vn. de off. iud. ciuil.* quam de aliorum cauſis quam honoratorum accipit: *l. 2. de teſtam.* vbi neceſſitudines principis, malè explicat propinquos vel amicos eius: *l. vlt. de admiſtur.* vbi malè explicat defenſores officij: & publicis, pro defenſore cum officio ſuo; *l. vlt. de Iuriſd.* vbi vim eius non intellexit, quæ ſpecialiter eſt de Senatoribus reis: *l. vn. ſi quacumque prædit. poteſt* vbi non rectè cæpit vltimam eius partem: *l. 6. de denunciat.* vbi verſic. *quam rem*, vocem, etiam, ponit extenſiuam.

Ex quibus omnibus apparet tùm de interpretis inſtituto ad ſuum inſtitutum omnia accommodantis, tùm de ſæculi infelicitate quo tot perperam ab eo intellecta.

## CAPVT VII.

*De vſu Theodoſiani Breuiarij per Gallias & Hiſpanias ſub Viſigothis, Burgundionibus, & Francorum Regibus primæ Stirpis; & Sub Longobardis per Italiam.*

SIc hiſtoriam tenemus Breuiarij, quod vulgò Aniani dicitur; ſeu Codicis Theodoſiani à Gothis in Aquitania epitomati in vſus Romanorum, quomodo & Codex Theodoſianus abbreuiatus ſub Burgundionibus & Francis receptus per Gallias & Hiſpanias fuerit: ſicut Breuiarium Codicis Theodoſiani pro fundo iuris Romani ibi habebatur. Hinc adeo circa A. D. 570 ſub Chlotario rege Francorum iuuentutem Galliarum eius ſtudio initiatam diſcimus ex Gregorio Turonenſi lib 40. hiſtoriæ Francicæ cap. 41. *Andarchius*, inquit, *Facilis*, (aliâs Fœlicis) *Senatoris ſeruus fuit, qui ad obſequium domini deputatus, ad ſtudia litterarum, cum eo poſitus, bene inſtitutus emicuit: nam de operibus Vigilij*; [*Virgilij*] *legis Theodoſianæ libris, arteque calculi ad plene eruditus eſt: hac igitur ſcientiâ tumens, deſpicere dominos cœpit & ſe patrocinio Lupi ducis, quum ad vrbem Maſſilienſem ex iuſſu Regis Sigiberti accederet, commendauit*: vbi tria numerantur per quæ iuuentus ducebatur; & in his quoque calculatoria ſeu Arithmetica, quæ infantia Grammaticæ fuit, iuxta Auguſt. *l. 2. contra Academios.* Idem patet circa A. D. 650 ex vita S. Boniti Aruernenſis Epiſcopi, vt habetur M. S. in Biblioth. Sauaronis, quod in

Surianâ editione omiſſum eſt, qui vixit circa finem Merouingiorum; *Poſtea vero quam natus adoleniſſet, & eſſet præfatâ cum parentibus in vrbe Aruernâ conſtitutus, Grammaticorum imbutus initiis, nec non Theodoſij edoctus decretis, cæteróſque coætaneos excelleret, à Sophiſtis prælatus eſt.* Nunc per ſingulas gentes quæ Gallicanum Imperium tenebant decurrendum eſt, apud quos huius Breuiarij Theodoſiani, ſeu iuris legiſue Romanæ vſus porrò conſtitit. Ac primùm de Viſigothis videndum eſt.

De his vero iam liquet, ab Alarico Breuiarium hoc iuris Romani confectum, quo Romani qui ſub ipſius Imperio erant per Aquitaniam Nouempopuloniam Narbonenſem, vterentur: quinimò & poſt Alaricum deuictum ſub Gothico Imperio, quod alicubi adhuc per Gallias ſupererat, *au bas Languedoc*, & per Hiſpanias, Romani hoc iure regebantur, centum quinquaginta poſt annis, vſque quò Chindus Windus legis Romanæ vſum interdixit, ſuúmque Codicem omnibus ſubditis ſuis propoſuit *l. 9. tit. 1. lib. 2. legum Viſigothicar.* Idem vero repetitum à filio eius Reciſvvindo, proculdubio cum nondum legis Romanæ ſeu Theodoſianæ vſus penitus exoleuiſſet: *nullus*, inquit, *prorſus ex omnibus regni noſtri præter hunc Librum qui nuper eſt editus, atque ſecundum ſeriem huius omnimodo tranſlatum, alium librum quocumque negotio in iudicio offerre pertentet* & *in l. 1. eiuſdem tit.* idem deſignat annum regni ſui quo legum illarum ſeu Codicis vſum ſanxit, An. 2. *regni noſtri* 12. *Cal. Nouembr.* Et hic vſus legis Romanæ ex Gothia abolitus nonniſi An. D. 657. Reciſvvindus quippe 13. An. poſt mortem patris regnauit, mortuúſque eſt An. 672. exindè igitur apud Gothos legis Romanæ vſus exoleuit, etiam in illa Galliarum parte quæ ipſis reliqua facta fuerat vulgò *le bas Languedoc, excepté Tholoſe & Vzez* vſque quo 160. annis poſt à Saracenis in Gallia Hiſpaniáque protriti deuictique fuere, quos inde excepere Franci, de quibus poſtea.

Burgundionum eadem per Gallias ratio fuit, Gundebaldus Rex, legum ſuarum initio quæ editæ die 4. Kal. Apr. Lugduni, vt videre eſt in legibus Burgund. *tit.* 60.

Extat Sigiſmondi Regis Burgundionum edictum de collectis, quod edidit Sirmondus, quo ad ſuggeſtionem Geneſti Vaſenſis Epiſcopi ſtatuit vt inter Romanos in hoc negotio legis Romanorum ordo ſeruetur: inter Romanos verò & Burgundiones exortum tale ligium finiatur ſecundum leges eius. Idem Sigiſmondus Rex in additamento legum Burgundio. *tit. 1. cap. vlt.* de ſeruitutibus luminis vel aëris ſcribit conſtitutum: vt inter priuatorum fabricas, decem pedes; inter publicas, quindecim dimittant ſecundum Legem Theodoſij, quæ quidem lex hodie deſideratur.

Franci rerum totiúſque Galliæ domini, ſubactis tandem Gothis An. D. 507. & Burgundionibus An. D. 532. ſub manum veniunt, & hi cum Salicis legibus Francos ſuos regi vellent, ſuas non tantum ipſis Gothis & Burgundionibus, ſed & Romanis reliquere leges, & ea ipſa parte quæ ipſorum victoriis primum ceſſerat, & iis ipſis quæ Gothis & Burgundionibus antea ceſſerant: atque ita quadruplici iure tùm Gallia regebatur.

Clodouæus igitur filiique eius, etſi horum expreſſæ in id conſtitutiones non occurrant, attamen legibus Romanis ſeu Theodoſianis locum reliquequere, quibus Romani aliis permixti à Ducibus, Patricij: Comitibus regerentur, nam & Romani ab aliis veluti à Francis diſtincti. v. leges Salicas *tit. 16. §. 34. tit. 43. §. 4. in recapitulatione* §. 30. Imo ipſimet Reges, Romanorum quoque ſeſe Principes & Romanæ terræ Imperatores dixere, apud And. de quercu *tom. 1. hiſtoriæ Francicæ.* In excerptis vitæ ſancti Martini Abbatis, *Rex Dagobertus Francorum & Romani populi ſeſe principem* vocat, & eod. tom. author vitæ ſanctæ Odiliæ Virginis, de Childerico 2. agens, *Temporibus*, inquit, *Childerici Imperatoris* Romanæ & Francicæ terræ, &c.

Certe diſertè Chlotarius An. D. 560. conſtitutione ſuâ, quæ extat tom. 1. concil. Galliæ præcipit, *inter Romanos negotia cauſarum Romanis legibus terminare.*

## CAPVT VIII.

### *De Inſcriptionibus ſingularum conſtitutionum & Imperij diuiſionibus obſeruandis, & de Magiſtratibus ad quos leges datæ ſunt & in quanam Imperij parte Officium geſſerint.*

INter varia arcana, quibus ex ipſa conſtitutione petitis, ad diſtinctum, clarum plenumque ſenſum perueniri ſæpè poteſt; ſunt ſingularum legum Inſcriptiones. Vbi occurrunt primo loco Imperatorum ſeu Legiſlatorum nomina, quæ quidem de Auctore ſeu legiſlatore inſpectio, non vt vulgò creditur, nudæ tantum curioſitatis eſt, verum eò quoque pertinet, vt ex Auctoris poſtea moribus, imperiique, cui is præfuit, ſtatu, non inanis coniectura duci poſſit de cauſis Hiſtoricis & politicis propoſitæ alicuius Conſtitutionis. Contrà, hæc inquiſitio inſuperhabita, grauiſſimos errores hactenus parere ſolet: cuiuſmodi veteres quoque admiſere & Iuſtinianus, qui Conſtantino M. tribuunt leges quaſdam quæ Conſtantini liberis tribuendæ ſunt *v. l. 15. C. de teſtam. l. 4. quorum appellationes & Nouel. Iuſtinia.* 134. *c.* 10. Craſſiſſimus verò eſt Balduini qui in Conſtantino ſuo, plures Conſtantino aſſignat quæ ſunt aliorum: de quo Contius de falſis Conſtantini legibus, quod etiam Libanius teſtatur de vitâ ſuâ *pag.* 48. Illæ etiam, quæ vulgo omnes promiſcuè leges in Codicem Iuſtinianeum relatæ, Iuſtiniani, ſi deo placet, inconditè audiunt: vel etiam quæ in Theodoſianum, Theodoſij: aduerſus *expreſſum eorum inſtitutum*, qui (vt hic quidem ait) *nulli retro Principum æternitatem ſuam detrahi, nullius Latoris occidere nomen voluerunt: contra manere voluerunt perpetuo elimatam gloriam Conditorum, & perennitatis iure memoriam manere auctorum.* Quod quidem ab iis factum, non euitandæ tantum fugandæque inuidiæ causâ, ne alioquin cum his componerentur (de quibus etiam Dio Chryſoſtomus *Oratione peculiari*) qui alienis Statuarum capitibus demptis ſua imponebant, verùm probabili cum maximè, imò neceſſario inſtituto, ne alioquin mutatis aut ignoratis Conditorum ſeu Auctorum nominibus fides & veritas hiſtorica nutaret. Ergo Auctorem propoſitæ alicuius Conſtitutionis teneri probè, plurimùm intereſt. Quâ quidem parte procliue eſt de cuiuſque Conſtitutionis Auctore iudicium, quoties videlicet ea vnius tantum Imperatoris nomen præfert. Atenim anxius ſæpè labor incurrit, vbi duorum pluriumue Impp. nomina Conſtitutionum inſcriptionibus indita reperiuntur: Moris quippe olim erat, vt cùm plures eodem tempore, diuiſis quamlibet Imperij partibus, imperarent, atque adeò quamlibet ab vno tantum Imperatore reuera ſcripta lex eſſet, ex æquo tamen omnium nomina præferret. Quomodo



do etiam in operibus publicis omnium Imperatorum nomina inſcripta, cùm tamen opus ab vno tantum poſitum eſſet.

Atenim rectè iam olim ſuis auctoribus diſtinctè acceptolatæ: ſic diſtinctè *l. 7. de proximis l. 9. de maleficis l. 90 105. de decurionibus*: ſic Valentinianus tertius Nouellâ 8. de vero ſoloque auctoris nomine Honorij legem allegat, quæ eſt *l. 2. C. Theodoſ. de inquilinis & colonis*; certè Theodoretus in hoc quoque fœdè lapſus eſt circa famoſam legem; *cunctos populos.*

Exemplum quoque huius vtilitatis ad corrigendum errorem qui irrepſit, niſi de vero conditore liqueat, in Nouellas Theodoſij, quibus paſſim immiſtæ Valentinianeæ: quæ ita ſeparanda ſunt, vt id obiter moneam: Theodoſij ſcilicet ſunt Nouellæ viginti ſeptem 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 43. 44. 48. Valentiniani ſunt Nouellæ viginti & vna 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 45. 46. 47. Exemplum quoque eſto *in l. vltima C. Theodo. de fine catholica*, quæ etſi Theodoſij nomen quoque præferat: ſi tamen ei accepta feratur, inſignis iniuria ei inferretur, eſt enim ea Valentiniani iunioris Principis Ariani, vt ex ſubſcriptione quoque patet.

Videamus igitur quo κϵιτηϵίῳ internoſci poſſint Conditores legum, qui ex aliis ſcriptoribus raro diſci poſſunt: ex ipſis legibus operoſè ſæpe. Triodio igitur ad id perueniri fermè poteſt. Primum præceptum eſt, vt exactè norimus Imperij Diuiſiones inter plures in Imperio Collegas & Auguſtos: item qui, quo tempore Tyranni exorti fuerint, quando Imperatores collegas habere deſierint atque ita ſoli imperare cœperint. Quæ ſingula etſi exhibeat Chronologia Theodoſiana, attamen & hic paucis & ſub vnum conſpectum exhibere operæ pretium puto. Prima Imperij diuiſio inter Conſtantinum & Licinium occurrit; quorum hic Orienti viciniſque prouinciis præpoſitus, verùm mox idem Conſtantinus Pannoniâ, Dardania, Dacia, Mæſia, Macedonia, Illyrico toto, Græciaque potitus, Thraciam, Mæſiam minorem, Scythiam, Aſiam & alias adiecit, Eutrop. *lib.* 10. Zoſimus *lib.* 2. & tandem, Licinio deuicto, Monarchiam tenuit.

Secunda Imperij diuiſio eſt, quæ inter Conſtantini magni liberos facta fuit: ita Conſtantino natu maximo ceſſit Gallia, Hiſpania, Britannia, & Africa proconſularis ex parte: Conſtanti natu minimo Italia, Africa reliqua, Illyricum, Macedonia, Græcia, Pontoque Euxino finitima; Conſtantio, Myſia (id enim addendum) Thracia, Conſtantinopolis, Aſia, Ægyptus, Orientiſque Imperium ab Illyrico ad Niſibim, teſte Eunapio in Ædeſio, Zoſimo *lib.* 2. & Cedreno.

Conſtantino cæſo, Conſtanti ceſſit quoque pars illa Imperij quæ Conſtantino paruerat.

Tertia diuiſio Imperij eſt inter Valentinianum & Valentem: Valentinianus ſcilicet Occidentem ſibi integrum ſeruauit (qui Conſtantino iuniori & Conſtanti ceſſerat) putà, totum Illyricum cum Macedonia (*v. l. 7. Cod. Theodoſ. de metallis*) Italiam, Africam, Gallias, Hiſpanias, Britannias; Valenti vero fratri (quod etiam teſtatur dicta *l. 7. de metallis*) Ægyptum vſque & Thraciam, Zoſimus, *lib.* 4. Philoſtorgius *lib. 8. cap.* 8.

Quarta diuiſio Imperij Occidentalis inter Gratianum & Valentinianum Iuniorem, nempe anno Domini 379. teſte Zoſimo *lib. 4. p.* 746. Gratiano ceſſere Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ; Valentiniano Iuniori Italia, Illyricum, Africa; & poſt Valentem à Gratiano adſcitus Theodoſius Imp. Orientis.

Quinta diuiſio: Gratiano Imperatore cœſo A. 383. Maximus Tyrannus Galliam, Britanniam, & Hiſpaniam tenuit ad A. vſque 388. quo eæ Valentiniano reſtitutæ.

Sexta diuiſio: Valentiniano Iuniore cæſo Occidenti præfuit Eugenius Tyrannus, ac nominatim Galliis; quo cæſo in Theodoſium magnum fuere tranſmiſſæ.

Septima diuiſio inter Arcadium, & Honorium; illi imperium Orientis ceſſit; huic Occidentis, vbi Illyricum erat Occidentale ſub Italia, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæque & Africa, teſte Zoſimo *lib. 4. in fine*, Philoſtorgio *lib. 2. cap. 2.* Olympiodoro, *apud Photium.*

Octaua diuiſione, mortuo Arcadio, Theodoſio Iuniori ceſſit Oriens qui Arcadio patri paruerat.

Nona diuiſione, Honorio Occidentis Imperatore mortuo A. D. 423. Theodoſius Iunior ſolus rerum potitus: Anno proximo Valentinianus Tertius, Ioanne Tyranno profligato, Occidenti præpoſitus fuit.

Hoc ita poſito; tria ſpectari oportet, ex quibus iudicari poteſt, cuinam lex aliqua tribuēda ſit: Primò, Magiſtratus ad quem lex dirigitur ſpectari debet, cui diœceſi, cui prouinciæ præfuerit: quod vt ſæpe additum, ſæpe etiam omiſſum. Exempli cauſa *lex 11. de Medicis & Profeſſoribus*, quæ Valentis, Gratiani & Valentiniani nomina præfert, inſcripta eſt Antonio Præfecto Prætorio Galliarum, Gratiano proinde lex illa tribuenda eſt, vtpote cui in diuiſione Imperij Galliæ ceſſere. Secundò, ſpectari oportet num in ipſâ lege loci alicuius, prouinciæ, diœceſeos, vel ciuitatis mentio fiat, vt certè *lex 9. de Annona & tributis*, quæ Valentiniani & Valentis nomina præfert, ſuburbicariarum Regionum & Italiæ meminit: quare Valentiniano ea tribuenda eſt, vtpote qui in diuiſione Imperij Occidentem & ſic Italiam ſibi ſeruarat. Poſtea verò ſpectanda loci ſubſcriptio, vbi lex data vel accepta, vel propoſita dicitur.

## CAPVT IX.

### *De Subſcriptionibus cuiuſque legis & Loci notatione.*

LOci notatio multiplex; ac primò vbi, vel vnde Princeps legem aliquam dedit: ac proinde notitia Loci vbi Princeps tùm erat, cum legem aliquam daret, cuius rei magna vtilitas.

Prima quod ex eius Loci ratione ſtatui poteſt, quis ex inſcriptis Impp. legis auctor ſit. Exemplo ſit lex 19. *de annonis & tributis*, dicitur ea data Byrichio: quare Theodoſio ea tribuenda eſt, vtpote cui Oriens ceſſit, in quo Phœnicia, eiuſque vrbs Berythus. Exemplo ſit lex *quiſquis*, quæ data dicitur Ancyræ; ea verò tribuenda eſt Arcadio: vtpote cùm Ancyra in Orientis Imperio ſit.

Secunda vtilitas eſt, quod huius rei argumento variæ æræ aliquando firmari poſſunt: vt ecce data dicitur à Conſtantino Magno *lex 3. de diuerſis reſcriptis*, Nicææ x. Kal. Iun. A. D. 323. Paulino & Iuliano CC. quod vtique notandum; nam eo Conſulatu, viceſimo Conſtantini Imperij anno, præſente Conſtantino habitum fuit Concilium Nicænum celebrarique cæptum menſe Maio pridie eius diei, quo lex illa data eſt XI. Kal. Maij. Ita A. D. 316. Idib. Aug. datæ dicuntur Arelate *lex 5. & 6.*

*de appellat.* vbi tum natus Conſtantino M. filius Conſtantinus, qui proximi anni initio Kal. Martij Cæſar cum Criſpo factus eſt: tertium exemplum de Ambianis infra.

Tertia vtilitas eſt, quod itinerum quæ pro Reipub. vſu Impp. obibant, ratio hinc colligi poteſt, indéque certa itinerarij Principum ſeries confici, non ad hiſtoriæ tantum alicuius vſum, verùm & hiſtoricorum ſeu eius æui ſcriptorum. Exemplum ponamus in Valentiniano; Ex ſubſcriptionibus multarum Conſtitutionum diſcimus Valentinianum Gallias pro Reip. vſu diſcurſantem, A. D. 365 Pariſiis conſtitiſſe menſe Nouembri & Decembri *l.13. de ann. & tribut. l.3. de metallis l. 11. de Numerariis.* Anno 366. Remis, *l. 9. de diuerſ. off. l.1. de poſtliminio l.15. de annonâ & tributis l. 1. de Canone frument. vrb. Rom. l.8. de accuſat.* inde Viuonæ (quod cum Viroduno idem facit) *l.9. de veteranis.* A.D.367. iterùm Remis *l.4. de metallis l.13. de ſuſceptoribus l.9.10. de re militari l.3. de præd. nauicul. l. vlt. de aduoc. fiſci:* inde eodem anno Ambianis *l. vn. de ingratis liber.* (vbi & tùm Gratianus à patre Auguſtus creatus) rurſus Remis *l. 4. de ſuariis l.10. de pœnis:* inde Treuiris *l.2. Cod. de bon. libert. l.6. de priuil. eorum qui in ſacro palat. l. 29. de curſu publ.* vbi & conſtitit Anno proximo 368. ad menſem Iul. vſque; inde Vangiones profectus *l. 3. de præd. nauicul.* tùm Agrippinam *l. vn. ne donat. prouincial.* Inde rurſum Treuiros ſine A. 368. & A. 369. & exinde Complutum *l. 10. de diuerſ. off.* Martiaticum *l.6. de Metallis*, Altam Ripam *l.4. de rep. appellat.* Briſiacum *l.6. de metallis l.8. de priuileg. eor. qui in S. Palat.* cum quo itinerario congruunt quæ Am. Marcellinus ſcribit *lib. 26. p. 340. lib. 27. p. 171. 374. 377. lib. 28. pag. 392.*

Ergo loca conſtitutionibus ſubſcripta, vbi eæ datæ, idque non vno formulæ genere: Data paſſim pro reddita, accepta vel propoſita *l. 1. de pactis l.15. de iure fiſci l.19. de annona & tribut. l.7. de muni-rileg. l.6. de cohortalib. l.3. de donat. l.5. de proximis.* Miſſa *l.1. de tractorib.* Emiſſa *l.9. de Agentibus, l.30. 50. de appellat. l.3. de numerar. l. 1. 2. de decurion.* Scripta *l.9. de fil. milit. app. l. 83. de decur.* Directa *l.28. de curſu publico.* Subſcripta *l. 3. de aduoc. fiſci*, quod idem ſonat quod data, vt apparet ex coniunctione l.3 *de dilatio.* & hæ quidem ſubſcriptionum formulæ reſcriptis, edictis ſubnotatæ. At cognitionibus Imperatorum hæc formula aptata, *Actum in conſiſtorio l.3. de offic. iud. om.* de quo iam ſup.

Cæteræ omnes formulæ pertinent ad eas perſonas, vel ad ea loca ad quas dirigebantur, vel vbi proponebantur, legebantur Huc pertinet formula *accepta*, annotato menſe & die, idque omiſſo loco vbi accepta, variis legibus: vel loco nominatim addito: vnde iam diſcere licet quibus locis Magiſtratus illi conſtiterint, imo ſæpe quænam admiſtrationum, diœceſeon, prouinciarum, metropolis fuerit. Hinc demum *accepta* dicitur Capuæ *lex de ſalgamo*, vel data ad prouinciales, Campaniæ ſcilicet. Chalcedone *l.13. de erog. milit. annon.* quæ data ad Secundum P. P. Caralis *l. 1. de curſ. pub.* ad Conſtantium præſidem Sardiniæ. Corintho *l.2. de accuſat.* ad Ianuarium: *l. 1. de denunciat.* ad Symmach. Cordubæ *l. 11. de accuſat.* ad Octauian. Comitem Hiſpaniarum. Conſtantinæ *l.9. de ſuſceptor.* ad Vicar. Africæ. Conſtantinæ *l.15. de nauicul.* ad Heſper. Conſtantinæ *l.1. ſi quis pec. conf.* ad Ruſin. PP. Florentiæ *l 7. de accuſat.* ad Maximum correctorem Tuſciæ. Adrumeti *lex 1. de pœnis l. 2. de appellat. l.1. quorum appellat.* ad Catullian. *l. vlt. de fide & iure haſtæ*, ad Vicarium Africæ: de qua re plurima exempla occurrent & facilè ſubiici poterunt.

## CAPVT X.

### *De temporis characteriſmo & Conſulum annotatione.*

IN Subſcriptionibus notanda temporis adnotatio ſeu Conſules, quibus datæ vel acceptæ leges: nam regulariter omnis Hiſtoriæ portio de temporis adnotatione fidem meretur; contra, de fide nulla non periclitari ſolet, quæcumque certo temporis characteriſmo deſtituitur: denique temporis annotatio eſt veluti λύχνος ἐπὶ λυχνίας: κἂν τοῦτο ἀνέλῃς, ἀνεῖλες τὸ φῶς, καὶ πάντα σκότους καὶ πολλῆς ἐνέπλησας ταραχῆς, quod Chryſoſtomus dicebat, *inſtar candelæ ſuper candelabrum: quod ſi tollas & lumen ſuſtuleris, omniáque tenebrarum & confuſionis plena feceris:* & idem rurſum καθάπερ ὅροι καὶ στῆλαι ἐν τοῖς ἀγροῖς τὰς ἀρούρας οὐκ ἐῶσι συγχεῖσθαι: οὕτως οἱ καιροὶ τὰ πράγματα οὐκ ἐῶσιν ἀλλήλοις συμπίπτειν, ἀλλὰ διείργοντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ καὶ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἕκαστα διαθέντες τάξιν, πολλῆς ἀπαλλάττουσιν ἡμᾶς ταραχῆς, id eſt, *quemadmodum termini fineſque in agris fundos miſceri non patiuntur: ita & tempora res inuicem confundi non ſinunt: verum ab inuicem ea ſeparantia & ſecundum debitum ordinem ea diſponentia, magna confuſione nos liberant.* Quod appoſitè Chryſoſtomus ſcribit homil. 2. de Oſia ex verbis illis, *vidi dominum*, circa finem to. Sauilian. 5. *p.137.* quibus ſimilia quoque occurrunt apud Libanium, in eadem re (de Conſulatus inquam adiectione) *panegyrico in Iuliani Conſulatum, p. 230.* Atque vt cæteroquin characteriſmus temporis varium vſum habet, in Conſtitutionibus ſanè plurimum confert, tùm ad falſas earum cauſas, quæ afferri poſſunt refutandas, viceuerſâ ad veras eruendas: ita ad conciliationes Legum, ex mutatione temporum, tùm ad coniunctionem Legum quæ ex eadem conſtitutione deſumptæ ſunt. Hac de cauſâ & hæc obſeruata ſatis diligenter in Commentariis.

## CAPVT XI.

### *De Legum Coniunctione*, συνθέσις.

ETſi Conditores huius Codicis egregiam operam nauarint in capitibus & ſententiis excerpendis ex prolixioribus Conſtitutionibus, quas ſub ſuis quaſque titulis poſuere, detractis quæ ad rem minus facere videbantur, veluti præfationibus, aliiſque quæ non legis modo concepta erant: Seruatis, contrà quæ plenam & abſolutam fermè ſententiam efficerent, paucis exceptis, quæ ſupra notauimus: attamen fatendum, diſcerptas ita leges multum lucis amiſiſſe, quæ ſi integræ exſtarent, ſingulis ſententiis, plenior quoque certiórque ſenſus conſtaret: vti fermè niſi tota lege perſpectâ de vnâ aliquâ eius particulâ propoſita iudicare vel reſpondere arduum, imò quoque inutile eſt. Quod & alias euenire ſolet in corporibus quibuſque ἡνωμένοις ἐμψύχοις, quæ vno velut ſpiritu continentur: quæ per fruſta conciſa atque à toto corpore ſuo diuulſa & ſeparata conſiderata, venuſtatem & & gratiam amittunt, quâ ſola anima corpori conciliatur



ciliatur: quod de Hiſtoriæ corpore dixit Polybius *lib. 4. p.4.* Diodorus *lib. 2.* Neque diſſimile eſt apud Ciceronem in Oratore, *Phidiæ clypeum diſſoluere*: neque item illlud quod Longinus diſputat, de iis ex quibus conſtat orationis ſublimitas. Exempla proponi poſſunt in *l. vn. de reſponſ. prudentum. l.2.3. C. de legib. l. penult. ſi contra ius. l.7. Cod. de precib. Imp. off. l. vn. de omiſſâ act. nup. l. vlt. de ſponſal. l. vlt. de nupt. l. vlt. de dotib. l. vlt. de natural. fil. l. vlt. de legit. hæred l.2. C. de bon. quæ lib. l. 11. de hæredib. inſtit.* & alia quæ obſeruantur in Comment.

## CAPVT XII.

### *De ſerie librorum & titulorum & de Legum ſub ſingulis titulis diſpoſitione in Codice Theodoſiano.*

PRimo loco integra huius Codicis œconomia ſpectanda venit, atque adeo ſeries materiarum, Librorum & Titulorum, quos æras in Breuiario Alariciano dixere, vid. Pithœum ad *ll. Moſaic. tit. 12.* Neque enim aliter credere par eſt, quàm certo inter ſe ordine hæc cohærere. Certè Gregoriani Codicis ordinem ferme ſecutos conditores huius Codicis deprehendo: neque ab eo ſemper recedit Iuſtinianus: Hoc notabile inter cætera diſcrimina; quòd conſtitutiones Eccleſiaſticæ ibi primo loco poſitæ: hîc verò in vltimum librum coniectæ ſunt.

Igitur primo libro agitur de duabus ſpeciebus Iuris, quatuor primis titulis: *t.1.2.3.4.* De Magiſtratuum officis, *t.5.6.7.8.9.10.11.12.*

Secundo libro tractatur de ordine iuris ſui perſequendi & præparatoriis iudiciorum, titulis quatuordecim: II. de Reſtitutionibus in integrū *tit.16.17.18.* *Tertio* de ordinatione iudicij *tit.18.* Quarto de primo iudiciorum & actionum fonte, quod eſt dominium *tit.19. 20. 21. 22.23.* de ſecundo actionum fonte, qui ex rei ipſius naturâ deſcendit, 1. de tribus actionibus mixtis *tit. 24. 25.26.* de tertio, puta de actionibus quæ deſcendunt ex rebus creditis, ſeu ex obligatione, re contracta *tit.27. 28. 29. 30. 31.32 vlt.*

Libro tertio, de his quæ deſcendunt ex obligationibus ex conſenſu, puta de emptione, venditione, *tit.1.2.3.4.* de nuptiis *tit.5.6.7.8.9.10.11.12. 13.14.15.16.* de tutelis *tit.17.18.*

Libro quarto, de prætoriis ſucceſſionibus ſeu bonorum poſſeſſionibus *tit. 1. 2. 3.* de teſtamentis *tit.4.* de litigioſis *tit.5.* de naturalibus filiis *tit. 6.* de liberali cauſa & de manumiſſionibus *tit. 7. 8. 9. 10.11.* de vectigalibus *tit.12.* de præſcriptionibus; *tit.13.14.15.* de re Iudicatâ *tit.16.17.18.19.* de ceſſione bonorum *tit.20.* de interdictis *tit.21.22.23.*

Libro quinto, de legitimis ſucceſſionibus *tit. 1. 2.3.4.* de cauſa ſtatus *tit. 5. 6. 7. 8. 9. 10.11.* de vi conſuetudinis *tit. vlt.*

Liber ſextus continet notitiam, ordinem & diſtinctiones dignitatum.

Liber ſeptimus integer eſt de re militari.

Octauus, de executione rerum ad vtilitatem publicam pertinentium: puta de officialibus & de curſu publico *tit.1.2. 3.4.5.6.7. 8.9. 10. 11.* de donationibus *tit.12.13.* de ingrati vitio *tit. 14.* de ſecuritate prouincialium quoad eorum bona aduerſus adminiſtrantes *tit. 15.* de iuribus maritorum & liberorum *tit.16.17.18.19.*

Nonus, criminum perſecutionem continet.

Decimus, eſt de iuribus fiſci.

Vndecimus, de Annonis & tributis & de appellationibus.

Duodecimus, de Senatoribus & muneribus municipalibus.

Decimus tertius, de profeſſionibus publicis ciuitatum, annonam & mores publicos ſalutémque iuuantibus.

Liber decimus quartus, de corporatis & collegiis; denique de politiâ præcipuarum in orbe Romano ciuitatum.

Libro decimo quinto, agitur de operibus publicis, de ſpectaculis, de armorum vſu.

Liber vltimus continet vt dixi, conſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis.

Hæc, inquam, totius Codicis Theodoſiani œconomia eſt, hæc librorum titulorúmque ſeries: vbi quod interſit inter eum & Iuſtinianeum quilibet per ſe videre poteſt.

Vt certo porrò Materiarum ordine libri titulique poſiti ſunt, ita & *Conſtitutiones* ſub ſingulis titulis hoc Codice poſitæ *ſeruato temporum & Conſulum ordine*, quem ordinem tenuit quoque antea Gregorianus & Hermogenianus Codex: idque eſt ſecutus Tribonianus in ſuo Codice conficiendo; quod quidem apprimè vtile ad notandum iuris progreſſum & immutationem, atque adeo ad Legum conciliationem, & tamen hâc parte conditores ſæpe hæſiſſe oſtendimus: ob confuſa Imperatorum & Conſulum, cognominum ferme nomina, quæ res intricatam Chronologiam facit.

*Finis Prolegomenon.*

# AD LECTOREM.

*OPVS hîc habes*, amice Lector, *quod licet poſthumum & parenti ſuperſtes, eo tamen maiorem promeretur laudem, quòd in illo per annos triginta elaborando & adornando, Operi ſimul & vitæ finem Auctor poſuerit. Quâ verò antiquitatis notitiâ, quâ Iuris & Legum perceptione; poſtremò quàm acri iudicio, quàm æquo & veri ſeu veriſimilis vbique ſtudioſo, in id incubuerit, malim id tu ex illius lectione quàm ex cuiuſquam prædicatione intelligas: Hæc te monitum volebam. Fruere & Vale.*





# CODICIS THEODOSIANI
## LIBER PRIMVS.

*QVO AGITVR DE DVOBVS.*

I. De IVRIS ſpeciebus, *quatuor titulis prioribus.*
II. De MAGISTRATVVM officio, eorum Adſeſſoribus & domeſticis, &c. *titulis ſequentibus.*

### HVIVS LIBRI TITVLI,


I. *De Conſtitutionibus Principum & Edictis.*
II. *De diuerſis Reſcriptis.*
III. *De mandatis Principum.*
IV. *De reſponſis Prudentum.*
V. *De officio Præfectorum Prætorio.*
VI. *De officio Vicarij.*
VII. *De officio Rectoris Prouinciæ.*
VIII. *De officio Iudicum ciuilium.*
IX. *De officio Iudicum militarium.*
X. *De officio Iudicum omnium.*
XI. *De Defenſoribus ciuitatum.*
XII. *De Aſſeſſoribus Domeſticis & Cancellariis.*


---

### DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM ET EDICTIS.

## TITVLVS I.

1. COD. IVST. XIV. *de Legibus & Conſtitutionibus Principum & Edictis.*

### PARATITLON.

CONSTITVTIONES Principum, *Rubrica huius tituli, & paſſim alibi hoc Codice:* dicuntur eædem paſſim & leges: Item, Conſtituta, *leg. 3. hoc tit. l. 6. de legitim. hæreditat. l. 20. de Paganis: l. 12. de iure fiſci: l. 26. de petitionib.* Deſignantur & appellationibus, ſeu ſynonymis ſequentibus, Apices ſacri, *l. 24. de erog. mil. ann.* Auctoritates, *l. 1. de rei vindicat. l. 22. de Prætorib. l. 1. de Conſulib. l. 33. de oper. publ. l. vn. de Centurionib. l. 35. de nauicular. l. 35. de hæreticis: l. 4. de Decur. V. R.* (Vnde & de his dicitur, Auctoritas competens, *l. 54. de hæreticis:* Auctoritas Edicti, *l. vn. de Saturianis: l. vn. quibus milit.* Auctoritas Legis,

ſeu Legum, l.5. de Agentibus: l.10. de Curioſis: l.vn. de infir. pœn. cœlib. l.60. de appellat. l.15. de oper. publ. l.38. de Epiſcopis: Auctoritas præcepti, l.1. & vlt. de Prætorib. l.13. de operib. publ: Auctoritas Sanctionis, l.31. de Nauicular. Auctoritas ſtatuti, l.4. de cohortalib. Auctoritas oraculi, l.vn. ſi per obreptionem:) Conſultum, l.22. de Epiſcopis: Decretum, l.3. de teſtam. l.1. ne Comitib. & Trib. l.4. de Tyronib. l.vn. de Saturianis: l.8. de appellat. Definitio, l.1. ſi ſecund. nupt. l.1. de rei vindicat. (vnde & Legis definitio, l.vn. ſi nupt. ex reſcripto:) Diſpoſitio, l.57. de cohortalibus: l.33. de annona & trib. l.vlt. de fide Cath. l.11. de inf. his quæ ſub Tyr. Diſpoſita, l.3. de erogat. mil. ann. Forma, l.vlt. de his quæ admin. l.11. de erogat. mil. ann. Iuſſa, l.5. de curſu publ. Iuſſio, l.7. de Numerar. l.6.7. de curſu publ. l.4. in f. de donat. l.1. qui conduct. l.11. de extraord. l.3. de ſpectaculis: l.9. de Decurionib. l.vn. ne præfectianus: l.2. de cenſu. l.10. de infir. his quæ ſub Tyr. l.5. de hæreticis: Inſtituta, l.4. de donationib. Iudicium, l.14. de Medicis, & Profeſſ. Norma, l.30. de erogat. mil. ann. Placita, l.vn. de præb. ſalario: Præceptio, l.vlt de Curioſis: l.10. de Murilegulis. l.vlt de immunit. conc. l.25. de cohortalib. l.3. de Decur. & ſilent. l.126.185. de Decurionib. l.5. de Decur. V.R. l.vlt. de canone frum. V.R. Præceptum, l.4. de Teſtam. l.3. vt dignit. ordo. l.vn de off. Iudic. ciuilium: l.2. de poſtliminio: l.4. 22. de Prætoribus: l.6. de Domeſt. & Protect. l.12. de piſtorib. l.6. de ſuar. l.10. de priuil. cor. qui in S. P. l.3. de veteranis: l.19.20. de cohortalib: l.45. de curſu publ. l.vlt. de exhib. reis: l.1. ne Comites, l.123. de decurionib. l.3. de habitu: Prouiſio, l.2. de exact. l.2. tributa in ipſis ſpec. Sanctiones, v. vel l.24. de erog. mil. ann. Scita, l.12. de re militari, l.7. de donat. l.14. quorum appellat. l.vn. de mancip. therm. Statuta, l.1. de ſentent. ex peric. l.vn. ſi quacunque præd. pot. l.3. de ſponſalib. l.7. de legit. hær. l.vn. de his qui Sanguin. l.vn. de Comitib. vac. l.3.4. de Decur. & ſilent. l.14. de proximis: l.14. de palatinis: l.4.9. de cohortalib. l.30. de erog. mil. ann. l.8. de donat. l.vlt. de cuſtod. reor. l.9. de metallis. l.5. de appell. l.168. de decurionib. l.2. de decur. V.R. Oracula l.1. de rei vindic. Senatuſconſulta: de quo mox. Item Sacra, abſolutè, l.6. de cohortalib. de quo mox. Et hactenus quidem Synonyma.

Sequuntur Epitheta, quibus conſtitutionum veneratio hoc æuo elata, & obſeruantia inculcata. Nempe, Sacri appellatio his tribuitur: Hinc & Apices Sacrij, d. l.24. de erog. mil. ann. Leges Sacræ, l.21. de Prætoribus: l.6. de cenſu: Sanctio Sacra, l.vlt. de curſu publ. Conſtitutio Sacra, l.vlt. de Medic. & Profeſſ. Sacratiſſima, l.2. de diu. offic. Sacratiſſimæ leges, l.vlt. de ſec. nupt. Iudicium Sacrum, l.14. de Med. & profeſſ. Præceptio Sacra, l.5. de Decur. V.R. Præceptum Sacrum, l.1. ne comitibus: Sacræ Literæ, de quo mox: Imo & Sacra abſolutè, vt modò dixi, l.6. de cohortalib. Sanctionibus conſecrata, l.22. vers. quod ſi quiſquam, de Prætoribus: Itemque Oracula, l.1. de rei vindicat. l.1. de Senatorib. l.vn. ſi per obreptionem: l.10. de extraord. l.18. de Med. & profeſſ. l.17. de hæreticis. l.vlt. de immunit. conceſſa: Oraculum cœleſte, l.1. de Senatoribus: vt & Diuini appellatio tributa: Hinc Diuales Sanctiones, l.29. de petition. l.30. de erog. mil. ann. l.10. de Agentib. Diuina præcepta, l.2. vt dignit. ordo: diuino arbitrio decreta, l.13. de Iudæis: Diualia beneficia, l.17. de proximis: Diuale præceptum, l.6. de domeſt. & protect. l.12. de piſtoribus: l.6. de Suariis: Lex diualis, l.2. ne Sanctum Bapt. Diualia Scita, l.30. de erog. mil. ann. l.48. de hæreticis: Diualia ſtatuta, l.vlt. de Decur. V.R. Dicuntur & Leges Venerabiles, l.7. de Prætoribus: Venerandæ, l.2. de bonis quæ filiis fam. Item Leges Salubres, l.4. de ſuariis: Sanctio Salubris, l.17. de Palatinis: Oracula Salubria, l.vlt. de immun. conc. Diſpoſitio Salubris, l.8. de operib. publ. Leges Saluberrimæ, l.vn. ſi ſec. nupt. Sanctio Saluberrima, l.3. de litor. & itiner. cuſt. Statuta Saluberrima, l.vlt. de cuſtod. reor. Præceptio Saluberrima, l.185. de Decurionibus: Ordinata Salubriter, l.20. de exact. Salutaria Statuta, l.30. de erog. mil. ann. Definitio Salutaris, l.16. de Palatinis: in Notitia Imperij Theodoſiana, Leges ſalutares dicuntur: item Leges Conſultiſſimæ, l.20. de curſu publ. l.vn. vt intra annum: Definitio conſultiſſima, l.11. de Agentibus: Sanctio prouida, l.24. de erog. mil. ann. Præceptio iuſtiſſima: l.185. de Decurion. Dicuntur & ad perpetuam temporis obſeruantiam, Leges perpetuæ, l.2. de honor. codicill. æternæ, l.22. de Prætorib. l.11. de muril. Firmæ, l.2. de reuoc. donat. Perennes Sanctiones, l.3. de Proximis: Perpetuum decretum, l.vlt. de conlat. æris. Sanctio æterna, l.vn. de mancip. thermar. Perpetuò manſura ſanctio, l.vn. quorum bonorum: Auctoritas manſura in æternum, l.vlt. de Tyronibus: Manſurum in æternum iudicium, l.14. de Medic. & Profeſſ. Victura in æternum iuſſio, l.5. de hæreticis: In perpetuum ſeruanda forma, l.2. de Fabricenſibus: Quò pertinet & illud: In perpetuum decernimus: l.2. de iure liber. & l.20. de luſtrali collat. Quàm maturo etiam conſilio ederentur, voce perpenſi indicatur, l.2. h.tit. l.11. de teſtibus: l.29. de annona & trib. l.3. de metallis: l.5. de Suſceptorib. l.1. de frum. V. Conſt. Poſtremùm, ratione Perſonarum, velut ab omnibus obſeruandæ, dicuntur, Publica iura, l.1. de diu. reſcr. Generalia ſtatuta, l.1. de Sentent. ex periculo: Generalia decreta, l.13. de priu. eor. qui in S. Pal. l.vlt. de conlat. æris: Generalis auctoritas, l.1. de

rei



rei vindicat. Generalis Sanctio, l.vn. de annona & trib. l.46. de appellat. l.59. de hæreticis. Generalis lex, l.22. de erog. mil. ann. l.115. de Numerar. l.vlt. de Tabular. l.vlt. ne conl. tranſl. l.181. de Decur. l.3. de his qui ſup. Relig. l.3. de Iudæis: l.13. de t...... l.1. de frum. Vrb. Conſtant. hinc & illud, Promiſcua generalitate decernimus: l.vn. ne quis in ſua cauſa. Generaliter edicimus, l.11. de piſtoribus.

Species Conſtitutionum, quæ hoc Codice memorantur, & ex quibus hic Codex conflatus eſt, variæ erant. Primò, Edicta, Rubr. & l.1. hoc tit. & l.3. de diu. reſcr. l.vlt. de priuil. eor. qui in S. pal. l.17. de Tyronibus: l.8. 9. de deſertorib. l.vn. de Saturianis: l.1. de Veteranis: l.12. de filiis mil. apparit. l.7. de iure fiſci: l.3. de appellat. Vnde & Lex edictalis, l.vn. quod iuſſu: quæ ſcilicet vel ad populum, vel ad prouinciales quoſdam, vel ad prouinciales vniuerſos, emittebantur, l.vn. de ſtratoribus: l.17. de Tyronibus. quod & ipſæ inſcriptiones Legum præferunt: quas omnes colligo ſecundo Prolegomenon. Secundò, fuerunt Reſcripta ad Conſultationes Magiſtratuum, quorum plenus eſt hic Codex, quomodo & ad preces priuatorum nonnullæ. Tertiò, erant & Epiſtolæ, l.2. de veteranis, l.8. de Numerariis: l.6. de cohortalib. l.12. & 15. de Epiſcopis: quarum index eſt in inſcriptione vox, ſalutem: ſeu Literæ, l.7. de Prætoribus: veluti ad Præfectos Prætorio, & Magiſtros militum, ſimileſque emiſſæ; l.3. & 4. de Prætorib. iuncta l.7. & l.1. de paſcuis: l.19. de petition. l.9. de metallis: l.11. de murileg. l.6. de cohortalib. ad Conſules, Prætores, Tribunos plebis, Senatum, l.vlt. de accuſat. l.1. de bonis maternis. Vnde & Sacræ literæ, l.8. de metatis, l.20. de hæreticis. Quartò, ad Concilia quarundam prouinciarum, l.3. de inoff. teſt. l.1. de libertis & eorum lib. Quintò, Erant & Orationes ad ſolum Senatum, quibus Senatuſconſulta confirmabantur, vel quæ ad vocem & poſtulationem Senatus ſcribebantur; l.4. de Senatorib. l.1. de Prætoribus, cuiuſmodi ſunt leges hoc Codice complures ad Senatum miſſæ, vel ad Senatum & Populum: quas colligo Secundo Prolegomenon. Sextò, Memorantur & Pragmatica, l.3. de Decur. & ſilent. l.36. de annona & trib. l.52. de hæreticis: Septimò, Conſtitutionum quoque Principalium ſpeciem conſtituunt Acta habita in Conſiſtorio. Quorum exempla extant l.vlt. de off. Iudic. omn. (vbi dicam) l.1. de his quæ admin. l.5.8. de fide teſtium: l.vlt. qui bonis cedere: In quibus Princeps ipſe de cauſa cognoſcens interloquebatur. Octauò item, Acta in Principiis, l.2. de veteranis. Nonò tandem, & Mandata, partim Rectoribus prouinciarum data, l.80. de Decurionib. l.20. de operib. publ. partim Cenſitoribus, Inſpectoribus, Peræquatoribus, miſſis in prouincias, vt tit. de cenſitoribus: partim iis qui collationi de Religione iuſſu Imperatoris præſiderent, cuiuſmodi eſt lex 3. de Religione. Tandem Tribunis, & Notariis aliis negotij alicuius conficiendi cauſa miſſis, de quo v. tit. de Mandatis Principum.

Poſteaquam ſcriptæ Conſtitutiones erant, ferebantur eæ, vnde leges latæ, l.3. de iure nupt. l.7. ad S. C. Claud. l.vlt. de legit. hæred. l.8. de Senatoribus: Nempe emittebantur in prouincias, quò pertinet vox Emiſſa, in ſubſcriptionibus multarum conſtitutionum: Mox notione Principis officij, l.6. de Princip. Agentium. publicabantur: vnde Publicatum Edictum, l.8. de deſertorib. intimabantur prouincialibus cunctis, l.6. de curſu publ. promulgabantur, l.3. de inceſt. nupt. l.3. de liber. cauſa: l.vlt. de paſcuis: l.6. de diu. offic. l.6. de iure fiſci: l.vlt. de petitionib. l.60. de appellat. l.14. de Decurionib. l.2. de prædiis & mancip. Curial. l.28. de Epiſcopis: l.23.58.66. de hæreticis. proponebantur: vnde in ſubſcriptionibus vox hæc, Propoſita, vel PP. Id quod vltima fermè Conſtitutionum clauſula iubebatur, publicari ſcilicet eas; l.2. quemad. mun. ciuil. Intimari à Præfecto prætorio omnibus Iudicibus prouinciarum, l.vlt. de itinere mun. Propoſito programmate celeberrimis in locis anteferri, l.37. de hæreticis: Edictis propoſitis Præfecti prætorio diuulgari, vel vt ad omnium notitiam peruenirent facere, l.26. de cohortalib. l.vlt. de Decur. & ſilent. Prælata Oraculi auctoritate firmare, l.vn. ſi per obreptionem: vbi v. quæ dico. Prouinciarum Iudicibus innoteſcere, d. l.26. & l.9. de indulg. debitorum: Propoſitis edictis minimos maximos monere, l.vn. de grege Dominico: Indicare Rectoribus, ſeu de his eos monere, l.13. 61. de curſu publ. l.16. de diu. offic. vt & Proconſules, Edictis propoſitis per omnes prouincias diuulgare; l.14. de bonis proſcript. prælata iuſſione prouinciarum Rectores commonere, l.7. de curſu publ. per cunctas diœceſes ſibi creditas publicare Edictis, in l.2. de Epiſc. iud. propoſito programmate anteferre, l.37. de hæreticis. Hinc adeò Data dicitur Epiſtula PP. cui hæc ſacra fuerat antelata, l.6. de cohortalib. prælata, l.3. de off. Rector. Prou. prælato legis tenore, l.31. de Epiſcopis in f. Prælata literis, ad P.V. l.11. de metatis. Prælata literis Vicarij, l.4. de cuſtod. reor. Prælata literis, l.22. de curſu publ. Prælata literis Comitis S.L. l.vlt. de immunit. conc. PP. in programmate Vicarij V.R. l.15. de annona & trib. Miſſa à PP. l.2. ne quid publ. lætitiæ.

Figebãtur & quandoque Cõſtitutiones ad æternã memoriã, l.11. de murilegulis: & quidẽ in tabulis æneis, l.4. de priu. eorum qui in ſacro pal. l.1. de alim. quæ inopes: l.4. de ſuariis, l.vlt.

*de frum.V.Conſtantinop.l.vn.de iure Italico,l.2. quemad. mun. ciuil.* Quandoque tabulis, vel encauſto,vel ceruſſa ſcribi permittebantur,*l.1.de veteranis:*vt ad eas, quaſi ad præſentia remedia perfugium daretur; *d. l.4.* Quandoque etiam per omnem annum pendere iubebantur, *l.vn.in f.ſi certum pet.de chirogr.*

Proponebantur autem in ciuitatibus celeberrimis,de quo prolixè in *Prolegomenis:*idque celeberrimis in locis, *d. l. 37. de hæreticis*, prout res eſſet,veluti Romæ, in foro Traiani: cuiuſmodi vndecim occurrunt,*l.4.ad SC.Claud.l.2.ad l. Corn. de falſ.l.6.de adult.l.3.de ſepulchro viol. l.4.de iure fiſci: l.4. de conlat. donatar.l.1.de priuil.corpor. V.R: l.2. de habitu quo vti: l.2.31.de petitionib. l. vn.de Campo Martio:* In foro Aproniani, *l.29.de nauicularíis:* in foro ſuario, *l.4. de ſuariis*, In atrio Mineruæ, *l.non patiemur, tit. de ſtupratorib. apud Auctor. coll.Leg. Moſ.*

Neque publicè tantum proponebantur, ſed & allatæ allegabantur in Iudiciis, putà in Secretariis Iudicum, *l.6.de pactis*, vel in Baſilicis, *l.3.de pactis*: In regeſta referebantur, *l.14.de indulg.debitor.* ſeu legebantur, *l.4. & 14. de extraordin. l.11.23. de Prætoribus: l.vn.ne quis in ſua cauſa: l.4 de indulg.crim.* Apud acta, *l.1.de cognitor. l.2.fin. regund. l.2. de extraord.mun.l.14.de Epiſcop.* ſeu in Actis, *l.2. de naufrag.* in Senatu, *l.8. de metallis: l.13. de accuſat. l.19.de operib.publ.l.8.9.de Prætoribus*, idque à Viris Spectabilibus, veluti à Proconſule, *d. l. 8. & 9. de Prætoribus.* per Primicerium Notariorum, *l. 14. de Senatoribus & gleb.coll.*In Pantheo, *l. 10.de piſtoribus*, in Senatu recitabantur apud P.V.*l.14.de Senatoribus*, *l.14.de maternis bonis: l.3.de conductorib.dom.Aug.l.33.de petition.* in Palatio quandoque, *l.3. de bonis vacantib.* Legebantur & Conſtitutiones Imperatorum in Eccleſiis, veluti Romæ, quæ de rebus Eccleſiaſticis erant, *l.20.de Epiſcopis.*

Eodem etiam ſæpe exemplo mittebantur Conſtitutiones de eadem re ad diuerſos Magiſtratus: Exempla *in l.8.& vlt.de Princip.agentium:l.17.de Medicis:l.51.de hæreticis: l.71. de Decurionib. l.9.de indulg.debitorum: l.vlt.de cohortalib.l.11.de diu. offic. l.187.de Decurionib.* ſeu paria ſcripta dirigebantur, *l.vlt. de veteranis.* Cætera Inſcriptionum & Subſcriptionum arcana habes *in ſecundo Prolegom.* Hactenus hiſtorica.

Nunc ſuccedant Regulæ de vi Conſtitutionum, quæ *hoc Codice* continentur. Primò igitur, ſine die & Conſule; auctoritate carere iubentur *l. 1. h.t.* Secundò vim eæ ſumunt ab earum promulgatione, *l.vn.de Præpoſ.S. Cubiculi.* Tertiò, Non præteritis calumniam faciunt, ſed futuris Regulam imponunt: *l.3. h.t. & l.3. de Epiſcopis*: non ad tranſacta negotia pertinent, verùm ad poſt futura, *l.4.in f.de donat.* Quò pertinent variæ voces legibus additæ: veluti, *poſthac*, vt *l.1. h.t. In futurum*, vt *l.9.eod.* Quandoque tamen, vt in præteritum vim ſuam porrigerent, conſtitutum; vt *l.vn.de commiſſor.reſcind.l.3.in f.de inceſt.nupt.l.1.ad SC. Claudianum: l.1.de actionib.certo temp.fin.l.4. de bonis vacantibus, l.7. 17.de hæreticis, l.5.de canone frum. V.R.* Quartò, Quod ad pendentia negotia attinet, eo quoque porrectæ leges, vt *l. 7. de legit. hæred. & l. vn. de bonis Clericorum, verſ.ita vt: l.6. vnde vi.* Quintò, Ignorare Conſtitutiones, vel diſſimulare,nulli licet: *l.2.h.t.* Sextò, Principes quoque iis teneri ſe profeſſi ſunt, ſeque ſubiecerunt: *l. vlt. de conduct. & hom. domus Auguſtæ: l.vn.ſi per obreptionem*: Septimò, Iudices rigorem legum mollire non poſſunt, *l.8.de appellat.* Octauò, Officiales Iudicum eas Iudicibus ingerere debebant; & ni id facerent, plectebantur: de quo ſunt plures leges: Inter alias vid. *l.15. de pœnis: l.8. de appellat.l.12.de piſtoribus*: Nonò, Anteferendæ Conſtitutiones generales beneficiis ſpecialibus ſeu reſcriptis, *l.3.h.t.* de quo v. pleniùs Paratitlon *de diu. reſcriptis*: Decimò, Sacrilegi, & ſacrilegium admittere dicti, qui eas temerarent; *l.2.vt dignit.ordo: l.9.de Curioſis: l.13. de priuil.eor.qui in S.P. l.30.de erogat. mil.ann.l.24.de petitionib.l.5.de relationib. l.6.de appellat.* Vid. & Vegetij præfationem *lib. 2. de re militari.* Vndecimò, Tyrannorum leges & Reſcripta, his deuictis, infirmata, quæ contra ius ſcilicet ſcripſiſſent, non verò legitima: *l.1.3.5.de infirm. his quæ ſub Tyr. & l.1.de cohortalibus.* Duodecimò, Quod nominatim poſterioribus Conſtitutionibus mutatum non eſt, id nec abrogatum cenſetur: *l.54. de appellat.*





# DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM ET EDICTIS.

## ¶ *De* DIE, & CONSVLE *in Edictis & Conſtitutionibus neceſſario.*

I.* Imp. CONSTANTINVS A. ad Luſitanos."

SI QVA" poſthac Edicta, ſiue Conſtitutiones, ſine die & Conſule fuerint deprehenſa", auctoritate careant. Dat.VII." Kalendas Aug. Sabariæ", Probiano & Iuliano VV. CC. COSS. [A. D. 322.]

INTERPRETATIO. *Quæcumque leges" ſine die & Conſule fuerint prolatæ non valeant.*

## NOTÆ.

*Lex *Si qua beneficia, 4. Cod. Iuſt. de diuerſis Reſcriptis*, hinc miro flagitio à Triboniano interpolata eſt: & ita quoque deinceps in Decreto relata, ſeu canonizata, *25.q.2.c.dicenti 16. §.ſi qua 8.* & apud Burchard.*lib.2.c.27.*

*Lyſitanos*: Cod Iuſt. vbi & Codices nonnulli præferunt, *ad Baſſum PP.*

*Si qua beneficia perſonalia ſine die,&c.* ita Cod. Iuſt. hæc interpolauit, de quo mox.

*Deprehenſa*: ac proinde prolata,vt Interpres;in iudiciis ſcilicet.

VI. in Aniano Regio: v. Cod. Iuſt. & in Til. edit.

*Sabaria*, Pannoniæ vrbs, & quidem primæ. v. Notitiam Imperij ſub Comite S.L. per Occidentem: in quâ prouinciâ ſæpè verſatus eſt Conſtantinus M. per hos annos, & hoc nominatim anno Sarmatico bello inligatus, vnde & victoriam retulit hoc ipſo anno. Vide *Conſularia Theodoſiana noſtra*, ſeu *Chronologiam.* Vt & Conſtans quandoque ibi egit: Vide *l.6.infr.de petitionib.* & Valentinianus Sen. teſte Ammiano Marcellino,*lib.30.p.455.* Ibidem propoſita dicitur eiuſdem Valentiniani conſtitutio, quæ data eſt ad Probum PP. *lex 15.infr.de ſuſceptoribus.* Malè verò in *Cod.Iuſt.* hîc habetur *Samariæ.*

*Leges*: *hic*, & *l.prox.* Edicta,Conſtitutiones, in *ipsâ l.* v. Paratitlon.

## COMMENTARIVS.

DIEI & CONSVLIS characteriſmo,ſiue DATA, (vt hodie in vſu loqui mos eſt)carentes Conſtitutiones, Edictáque Principum *deprehenſa*, ínque iudiciis prolata (vt Interpres, qui malè Anianus perhibetur)auctoritate *poſthac* carere oportere definit hoc Edicto, ad Luſitanos emiſſo, Conſtantinus M. Ad hanc quoque ſanè mentem,vt omittam quæ eleganter Libanius in panegyrico Iuliani Imp. & generaliter de Conſularis nominis adiectione, & dignitate in Actis publicis,priuatis,conficiẽdis ſcribit poſt Conſtantinum M. Chryſoſtomus, de verbis Hieremiæ, *non eſt in homine via eius, ſerm. 1. tom.5.Sauil.edit.p.172.* ſeu *tom.3. Editionis Pariſienſ. p.915.* Καὶ νόμον μηδ' οὐδεὶς ἀναγνώσεται βασιλικὸν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἂν μὴ τὸν χρόνον εἴπῃ, καὶ τὸν θέντα ἐπιδείξῃ, καὶ ὑγιῆ, καὶ ὁλόκληρον αὐτὸν παράσχηται, κολάζεται, καὶ δίκην δίδωσι τὴν ἐσχάτην, id eſt, *Et Conſtitutionem Imperatoriam nemo ſimpliciter & temere recitabit, verum niſi Tempus dixerit, & Auctorem deſignauerit, & integram atque illibatam propoſuerit, punitur, & grauiſſimam pœnam luit.* Qui locus etiam, vt id obiter moneam, illuſtrat Modeſtini *legem vlt. ff.ad leg.Corn.de falſis. Si quis falſis Conſtitutionibus, nullo Auctore habito, vtitur, lege Cornelia aqua & igni ei interdicitur.* Neque enim ſtandum eſt βασιλικῶν, ſeu Græcorum Interpretationi, qui eam *leg.* interpretantur, de Conſtitutionibus nondum approbatis; vel *Gloſſæ*, quæ de nondum ſubſcriptis, vel ſignatis id accipit: Imò enim *Conſtitutiones nullo Auctore habito*, ſunt Conſtitutiones, quarum nullus Auctor habetur,de quibus fides fieri non poteſt, certo & indubitato comperto Authore earum,demonſtrato, probato. Quam in rem ſanè fit quoque probatio ex *Data.* Ennodius quoque Epiſcopus Ticinenſis (qui circa An.D.508. ſcribebat) *lib. 1. epiſt. 5.* de Conſule agens; *Deus bone*, inquit, *quantum eſt vnius vocabulum hominis,impenſum in dictandis* LEGIBVS *laborem vel ſtabilire poſſe, vel* SOLVERE? Ab eadem certè mente eſt veterum illa olim in foro religio, circa diem & Conſulem accuratè adſignandum in Conſtitutionibus Imperatorum legendis, allegandis, recitandis: Quod oſtendit *Conſultatio* veteris cuiuſdam Iuriſconſulti, in quâ is, ad fidem iis quæ profert faciendam, Conſtitutiones adſcripto die & Conſule exactiſſimè refert, ita quidem etiam, vt varios ex variis Codicibus Gregoriano & Hermogeniano alicubi adſignet. Quinimò & Reſcriptis olim diem & Conſulem ſubiici ſolitos apparet, ex antiquiſſimo libello, quo corporum fictili ſarcophago ad tempus commendandorum Principalis authoritas poſtulatur: nam poſt verba Reſcripti ſtatim adiungitur: *Iubentius Celſus Promagiſter ſubſcripſi* III. *Non. Nouemb. Antio Polione & Opimiano Kos. ordinariis, Seuero & Sabiniano Coſſ. extat id in Corpore Inſcript. p.607. num.1.* Ergo dies & Conſul neceſſariò requiſitus à Conſtantino M. *h. l.* in Conſtitutionibus. ¶ Atenim poſt Conſtantinum M, ſeu poſt hanc legem, non vſquequaque

quequaque hanc conſtitutionem ſtetiſſe, fidem faciunt ſequentia. Primò quidem, hunc quoque in Codicem Theodoſianum conſtitutiones nonnullæ relatæ extant, quæ die & Conſule carent: veluti *lex vn. inf. de Perfectiſſimatus dignitate:* niſi potius ibi Conſules excidiſſe quis putet.

Secundò, ſub Honorio Imp. de Reſcriptis, imò & de Conſtitutionibus in genere, quòd ea ſine die & Conſule nihilominus valerent, fidem faciunt Acta Collationis Karthaginienſis, quæ habita fuit poſt Conſulatum Varanis A. D. 411: Nam, quod Cognitionis ibi Tertiæ capitula ſex edocent, putà 524.525.526.527.528 529. cùm ſuper Reſcripto quodam ipſiuſmet Conſtantini controuerſia inter Catholicos & Donatiſtas exorta tùm fuiſſet, interlocutio Marcellini Tribuni & Notarij, in eâ Collatione Cognitoris, definiuit, *Imperiale reſcriptum, cui deſit Conſul & dies, in dubium reuocari non poſſe.* Quod B. Auguſtinus, *in breuiario collationis iſtius die tertio, tomo 7. p. 593.* ita quoque plenius adhuc effert: *Cognitor interlocutus eſt, Euidentiſſimis* LEGIBVS *definitum eſſe, Imperialia* CONSTITVTA, *etiamſi Conſules non legerentur, in dubium non vocari.* Quod & ipſum paulò poſt ſic rurſum effert: *Etiamſi Conſul deſit, non impediri Imperialis* CONSTITVTI *veritatem.* Vbi vides etiam, leges ῥητῶς huic noſtræ Conſtantinianeæ directè contrarias laudari.

Tertiò, Iuſtinianus quoque diſertis verbis iuſſit, Conſtitutiones ſine die & Conſule in Codicem nominis ſui relatas, ſeu Authentico volumine & *Corpore Iuris* (vt loquuntur) incluſas, nihilominùs valere: abrogatâ in eo tacitè hâc lege, *Conſtitutione de nouo Codice faciendo, §. 2. verſ. & ſi quæ earum: & de Iuſtinianeo Codice confirmando, §. 3.*

Quartò, Tribonianus hanc Conſtantini legem, quæ eſt de Edictis, ſeu de Conſtitutionibus generalibus, ad beneficia nominatim perſonalia, ſeu ad Reſcripta, vt loquuntur, gratioſa, ſeu gratiæ, certis ſpecialiter conceſſa perſonis, Codici non inſerta, interpolatione ſuâ retulit, eamque adeo alium in titulum, putà titulum *de diuerſis Reſcriptis* coniecit. Cuius rei ratio hæc à nonnullis redditur, ideo in Reſcriptis diem & Cos. requiri, quod Anno finiantur ſeu exſpirent. Quæ & falſa hoc iure, & inanis ratio eſt. Et certe, cur non idem in non perſonalibus, quæque Ius commune continent, obtinere debeat? nõ videre ſe *ib.* Accurſius rectè notauit; cuius ſententiam ſequuntur Cynus & Albericus: Quorum ſententiæ firmandæ argumentum certiſſimum ex hâc lege noſtrâ integrâ, & incorruptâ, nunc adiici velim: Quanquam id feciſſe videtur Tribonianus propter varias vt modo dixi conſtitutiones, ſine die, & Conſule in Codicem ſuum relatas, quas nihilominus valere voluit. Ad legis noſtræ mentem redeamus; Non poſſum quoque omittere, poſt Iuſtinianum, Imperatoris Lotharij legem, *Longobard. lib. 3. tit.* 38. de Scripturis ſine menſe, & die. *Auditu comperimus, in finibus Tuſciæ talia ſcripta eſſe prolata, quæ ſunt abſque menſe, & die menſis: de quibus volumus, vt ſi deinceps prolata fuerint, nullum habeant vigorem.* Vide & legem Alamannorum ſimilem *titulo* 43. Tandem, in praxi ſuper hac quæſtione, num Data neceſſaria ſit in legibus, ſeu an leges valeant ſine die & Conſule? vide Bartolum, *ad §. penult. de nouo Cod. faciendo*: & ad conſtitutionem Henrici Imp. *Ad reprimendum, in fine*, ad illa verba, *Data Piſis*: & latiùs per Gloſſam *in Extrauaganti, Qui ſint rebelles, verſ. data.*

Quænam autem huiuſce *legis* ferendæ *Occaſio*, quæ *Cauſa*, Conſtantino M. fuerit, quonam proinde hæc vocula POSTHAC reſpiciat? videre pretium operæ eſt. Super eo verò tres mihi coniecturæ ſiue ſententiæ ſub manum naſcuntur: Primò videri cui poſſit, Conſtantinum M. *hâc l.* retrò latas conſtitutiones, etſi die & Conſule carentes, confirmare, quæ videl. in ſcriniis Memoriæ plures ita adſeruabantur; Quod ipſe minimè admitto. Secundò putet quis, eas nominatim conſtitutiones ſine die & Conſule à Conſtantino *hâc l.* confirmari, quæ in Codicem Gregorianum & Hermogenianeum coniectæ fuerant: Cui argumentum præbeat, quòd Interpres, *ad l. vn. inf. de Reſponſis Prudentum*, ſcribit, Gregorianum & Hermogenianeum confirmari ex *lege* priori *huius tituli.* Quanquam veroſimilius, ex his Interpretis verbis colligas, ante *hanc leg.* vnam ſaltem conſtitutionem in integro Codice Theodoſiano fuiſſe: in hoc verò *Gothico* quinque priorum librorum breuiario deſiderari: quâ ſcil. Codices illi duo confirmati fuerint. Verum neque hæc mihi interpretatio placet: verum iſta, relatâ voce *poſthac*, ad verba illa, *fuerint deprehenſa*, id eſt, prolata, videl. fidem deinceps abrogandam omnibus Edictis & Conſtitutionibus Principum, etiam ætate ſuperiorum, quæ hoc tempore paſſim in foro circumferebantur, inque Iudiciis proferebantur, nullo certo die aut Conſule adſcripto, nullâ certâ auctoritate, nullo Auctore habito, quæque proinde ſuppoſitæ eſſe poterant: Nempe cùm de eo querelæ ad Conſtantinum M. perlatæ fuerunt. Et certè non temerè eſt, quod hæc lex, *ad Luſitanos* emiſſa dicitur: i. ad concilium Luſitanorum: qui cùm de rebus ad ſalutem ſuam pertinentibus in concilium coiſſent, (pro more tum recepto, de quo *infr. lib. 12. de Legatis, & decretis Legationum*) miſſis ad Conſtantinum M. Imp. Legatis, & decretis, inter cœtera quoque de inconditâ incertaque Edictorum & conſtitutionum turba, queſti videntur, ac nominatim quod conſtitutiones Principum in iudiciis ſæpe ſine die & Conſule iactarentur, allegarentur, legerenturque (de quo more legendarum, allegandarum iuris conſtitutionum in iure, dico *ad l. vn. inf. de Reſponſis prudentum*: eiuſque moris exempla paſſim occurrunt apud Symmachum *lib.* 10.) Cui rei hoc reſcripto ſuo ad Luſitanos emiſſo remedium Cõſtantinus adfert: iuſſo, vti POSTHAC, deinceps, Edicta omnia, ſeu conſtitutiones Principum, deprehenſa, prolata in iudiciis, auctoritate carerent. Et certe ratio huius rei manifeſtiſſima eſt: ad præcidendam inquam falſi materiam id ita conſtitutum: quia vt Gloſſa quoque ait ad *cap. dicenti 16. 25. q. 2.* vix aliter probari falſum poteſt. Nempe, vt temporis characteriſmus dieique proinde & Cõſulis adiectio cœteroquin in omni inſtrumentorum genere inſtar lucernæ eſt: de quo extant elegantes loci Chryſoſtomi & Libanij; ita contrà, ſi dies & Conſul conſtitutionibus non addantur, haud difficile eſt conſtitutiones ementiri: Quarum alioquin etiam falſitas falſo temporis ſeu Datæ characteriſmo facilimè detegitur: cui rei hodie complurium monumentorum ψευδεπιγράφων Data argumento eſſe poteſt. Securitatibus ita quoque, i. Apochis quæ à Suſceptore Aurario dabantur, dies, Conſul, & menſis inſeri debebant; *l. 173. de Decurionib.* quo & deſcriptionis æquitas illuſtraretur, & deſcriptus documentis euidentibus fulciretur. ¶ Et hæc quidem ad *hanc legem* ſufficiant, de die & Conſule in Conſtitutionibus requiſito: ἐκ παρέργου hic nonnulla addamus adfinia, & quidem numero ſex.

Primò, De priuatorum actibus & negotiis, ac nominatim de Teſtamentis, vtrum ibi dies & Conſul requirantur? dicam ad *leg. 6. infr. de teſtam.* & ad *l. 9. de infirmand. his quæ ſub Tyrann.* ex Modeſtini libro *Regularum*, Chryſoſtomo *homilia 2. de Oſia*, & verbis illis, *Vidi Dominum &c. circa fin. & homilia 9. ad Coloſſ. edit. Comel. p.* 1381. Libanio *orat. Panegyrica in Conſulatum Iuliani, p.* 230. Nouella *Iuſtiniani* 107. *cap.* 1. Secundò, de Pactis, item & de Teſtamentis, vide quoque Viſigoth. *lib. 2. t. 5. l. 1. 2.* Tertiò, Quod Fidei formulas ſeu ἐκθέσεις attinet, alia olim earum ratio habita; eas quippe ſine die & Conſule eſſe vult Athanaſius *de Synodis Arimini & Seleuciæ, p. 671. 672. 673.* Quartò, de Iudicialibus Actis, videnda eſt *Nouella Iuſtiniani* 47. Quintò, de Eccleſiaſticis geſtis & decretis, vtrùm his dies & Conſul addi debuerint, videnda acta Collationis Karthagin. *die 3. c.* 351. 353. 354. 384. 385. 393. 397. 401. 436. 437. 438. 529. Poſtremùm, Epiſcoporum *Ordinationi* Conſulem & diem addi voluerunt Patres Mileuitani, A. D. 401. *canone* 89. Codicis Africani: *Vt qui deinceps Epiſcopi ordinarentur, literas ab Ordinatoribus acciperent, manu eorum ſubſcriptas, & Conſulem atque diem continentes.* Nempe, quia inter eiuſdem prouinciæ Epiſcopos id obſeruabatur, vt qui prior ordinatus eſſet, priorem quoque & potiorem locum obtineret.



## ¶ IGNORARE vel DISSIMVLARE *nulli Conſtitutiones licere.*

### II.* Imppp. VALENTINIANVS, & THEODOSIVS, & Arcadius AAA. Flauiano PF. P. Illyrici, & Italiæ.''

PERPENSAS'' Serenitatis Noſtræ longâ deliberatione Conſtitutiones'' nec ignorare quemquam,'' nec diſſimulare permittimus. Dat. VI. Kal. Iunij, Vincentiæ,'' Tatiano & Symmacho COSS. [391.]

INTERPRETATIO. *Leges neſcire nulli liceat, aut quæ ſunt ſtatuta contemnere.*

## NOTÆ.

* L *Conſtitutiones 12. ſeu penult. Cod. de Iuris & facti ignorantia, lib. 1. tit 18.* ex *hâc leg.* tranſlata eſt, amputatis quinque prioribus vocibus. Neque malè in illum *Cod. Iuſtin.* titulum hæc *lex* relata eſt: *iuris* enim nomen etiam Conſtitutiones complectitur: imò *Ius* ſæpè pro Conſtitutionibus κυρίως: aliâs *Iura* & Conſtitutiones opponi videas, vt *l. 25. infr. quorum appellat. non recip.* Coniungenda autem huic *legi*, eſt famoſa *lex, dudum 6. inf. de contrah. empt.* Meminit *huius* quoque *leg.* Hincmarus *ep. 7. c. 27.*

*Flauiano* huic PP. inſcribuntur variæ conſtitutiones per annum 391. & 392. Quin & dicta lex *ſi vindicari, de pœnis*: De hoc Flauiano plenè ago in *Proſopogr.* ex Symmacho, *lib. 2. & 3.* Sozomeno, Paulino, Rufino.

De hâc *Præfecturâ Prætorianâ Illyrici & Italiæ*, dicam mox.

Aliàs, *Perpenſa*: quomodo & apud Am. Marcellinum, & *l. 3. inf. de metallis*, locis quæ mox proferam. Ego verò malim, hîc retinere *perpenſas conſtitutiones.*

*Principum.* additum Cod. Iuſt.

Contrahentes fortè: *arg. d. l. dudum.*

Ibidem, *Vincentiæ* inquam in Italia, Venetiarum ciuitate, data eodem die *lex 13. inf. de re militari*: vbi Theodoſius ex Italia in Orientem rediturus hoc anno fuit: vid. *Chronol.* Fuit alia ab hâc Vincentia Valeriæ, quam memorat *Notitia imperij.*

## COMMENTARIVS.

IGNORARE, vel DISSIMVLARE Principum Conſtitutiones vt cæteroquin nulli licet, *l. 2. inf. vt dignitatum ordo*: ſeu promulgatas neſcire, *l. vn. in f. infr. ſi certum petat. de chirograph.* neque earum ignorantia ſe quiſquam excuſare poteſt: *l. vn. inf. de act. certo temp. fin.* Viſigoth. *lib. 2. tit. 1. l. 3.* (quò perperam refertur *lex, leges Sacratiſſimæ, Cod. de legib.* deſumpta ex *Nouella* Martiani *de matrimoniis Senatorum, tit. 4.* cuius longè alia ſententia eſt) ita ſuas nominatim conſtitutiones ignorari, vel diſſimulari non patitur *hac leg.* ſiue Valentinianus Iun. ſiuè Theodoſius M. eſt enim hæc lex de earum numero, quæ Theodoſio M. in Occidente poſito, *Theodoſio-Valẽtinianeæ* dici poſſunt: ſuas, inquam, Conſtitutiones, *longâ*, vt ait, *deliberatione perpenſas*, id eſt, noua Edicta: quæ verba Tribonianus recidit: eſt enim hæc lex propriè de nouis Conſtitutionibus accipienda, quas ſcilicet magnâ deliberatione, ſeu maturitate, habito tractatu in Cõſiſtorio ſuo Imperator promulgat. *Perpenſa* ſcilicet, vt in commune dicuntur quæ fiunt maturo conſilio (quomodo etiam Mamertinus *panegyr. c. 29.* Nec ſanè poteſt Imperitorum in confuſa multitudine quidquam eſſe PERPENSVM) ita à Principibus ſolemni verbo dicuntur ea quæ ipſi in Conſiſtorio ſuo, cauſâ plenè deliberatâ, maturo tractatu, ſententiarumque munimine, decernunt, vt loquitur alioquin lex 1. *infr. de frumento vrbis Conſtantinopol.* non, vt aliquando fieri adſolet, & vt Ammianus Marcellinus loquitur, tranſeunter, velutique per tranſennam, ad vnius fortè deſiderium, negligenter, aut præcipitanter Ita certè quoque idem Marcellinus *lib. 15. Quidquid Cæſaris implacabilitati ſediſſet, id veluti fas* IVS*que* PERPENSVM *confeſtim vrgebaturexpleri.* Idem lib. 22. p. 236. *Omnibus quæ res diuerſæ poſcebant, & tempora,* PERPENSA DELIBERATIONE *diſpoſitis.* Et *lib. 30. p. 452. in fin. Quibus ſæpè eadẽ iterantibus hactenus perpenſa deliberatione reſpondit.* & non ſemel alibi. Omitto alia exempla: vide ſaltem *leg. 11. in pr. inf. de pœnis: l. 13. de teſtibus: l. 29. de annonâ & trib. l. 3. de Metallis*, ſeu *l. 1. Cod. eod.* vbi Valentinianus pariter, *perpenſâ deliberatione duximus ſanciendum*, nouam ibi rationem inuehens, quâ aurum abundare poſſet. Ita & *l. 5. de ſuſceptor. Perpenſo proſpeximus ſtudio.* Ita & *d. l. 1. inf. de frumen. Vrb. Conſt.* de affectata nouo quodam Inſtituto pecunia coëmptioni frumentariæ agens, *Nec cuiquam liceat, hæc* PERPENSA *vllo pacto conuellere, ne non modo tot ſententiarum violare munimina videatur, ſed & familiari diſpendio quatiatur.* Valentinianus Tertius quoque *Nouella, inter Theodoſianas 19. de Inuaſoribus, l. 2.* vt *ſi quid in legibus ferendis poſt impetum primum deliberatio properata deliquerit, hoc Conſilio* PERPENSIORE (ita reponendum, loco *propenſiore*) *reuocetur.* Sic & Marcellinus

cellinus *in coll. Carth. d. 1. c. 30. perpenſâ enim Clementiſſimus Imperator moderatione conſtituit* : Gloſſæ quoque, *perpenſas* δοκιμασθείσας, σταθμηθείσας : &, *perpenſa* σταθμήτα : Quæ Gloſſarum illarum Auctor ex iure mutuatus eſt : cum alioquin vox ipſa mutuata ſit ἀπὸ τῆς σταθμητικῆς : vbi & apud Agrimenſores *perpenſum ferramentum* dicitur ad perpendiculum & libram poſitum : & *perpenſus rigor*, qui ad perpendiculum fune extento dirigitur. Ad rem. ¶ Huiuſmodi igitur Cõſtitutiones ignorare nulli licet : Non idem proinde de *Reſcriptis* dicendum eſt, quæ vtique ignorare multi iure poſſunt: iis tamen adhuc Reſcriptis exceptis, quæ Corpore iuris incluſa, ſeu in Codicem relata ſunt complurima; generalium quippe illa vim Edictorum nihilo ſecius obtinent. Quæ cauſa fortè Triboniano fuit, in *l. 12. Cod. Iuſt. de iuris & facti ignor.* quæ hinc alioquin deſumpta eſt, expungendorum horum verborum, *Perpenſas Serenitatis noſtræ longa deliberatione* &c. Cœteroquin ſanè Ignorantia *Iuris* neminem excuſari notiſſimi iuris eſt, κἂν ἀμαθὴς ᾖ τις; De quo ſunt Patrum quoque loca : Athanaſius inter alios, νόμους Ῥωμαίων ἀγνοεῖν ἀκίνδυνον οὐδενί : Gregorius Nazianzenus, *orat. de laudibus Athanaſij 21. p. 388.* πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, Ῥωμαίων μὲν νόμον μηδενὶ ἀγνοεῖν ἐξεῖναι, μηδ᾽ ἂν σφόδρας ᾖ τις ἀγροικίας, καὶ ἀμαθὴς ὢν &c. Alludit & Chryſoſtomus *hom. 26. ad Rom. p. 210.* ἔστι γὰρ ἔστι καὶ ἀγνοίας δοῦναι δίκην ὅταν ἡ ἄγνοια ἀσύγγνωστος ᾖ : Milites tantum, quòd protritum, propter armatæ militiæ ſimplicitatem; mulieres, ob ſexus fragilitatem; minores, propter ætatis imbecillitatem quandoque excuſantur; vide *l. vlt. inf. de integ. reſt. & l. 3. inf. de ſponſalibus* : Omitto his ſimilia, quia obuia; & in genere v. titulum *de Iur. ignorantia.*

¶ Atenim non æquè illud obuium hactenus vel cognitum, quânam occaſione hoc ita nunc à Valentiniano Iun. vel Theodoſio M. conſtitutum fuerit, quæque adeò genuina ſpecies huic legi aptanda veniat. Sanè argumento celeberrimæ *l. dudum 6. inf. de contrah. empt.* cui hæc coaſſanda venit, inducor omninò, vt credam, legem hanc propriè ad illius ſpeciem pertinere, quam vtique nouam, longaque deliberatione perpenſam Valentinianus Iun. & Theodoſius M. promulgauêre; vt proinde legis huius ad hypotheſim illius aptatæ, hic ſenſus eſſe poſſit : Proximum & conſortem, vendsiturum alij extraneo rem ſuam, proximum & conſortem, vendere ſibi, ſeque adeò in venditione iure προτιμήσεως præferre deinceps inuitum adigentem, ignorantiâ legis illius *dudum 6.* non excuſari: atque hoc fuerit, quod lex ait, *nec ignorare* : ignorare, inquam, faciendo, vt Oldradus, & cogendo, vt in ſpecie *huius leg.* Quinimò proximum & conſortem proximo & conſorti rem ſuam vendituro, qui hac veteri nænia ſeu ſuperſtitione teneatur, quaſi integrum ſibi non ſit, extraneum proximo vel conſorti in emptione præferre, illius legis *dudum 6.* beneficium ignoranti ſuggerere debere, non verò diſſimulare, diſſimulantem alioquin & celantem puniri : atque hoc fuerit illud, quod lex ait, *nec diſſimulare permittimus* : Quam *diſſimulandi* vocem hîc *Iuſtinianei Codicis* Interpretes plerique omnes expendere, vti par erat, diſſimulant hactenus; niſi quod Oldradus in genere *prætermittendi* verbo expreſſit. Neque vetus etiam *huius legis* Interpres eam rectè accepit, cùm *contemnendi* voce eam expreſſit. Quanquam & ſimpliciùs *diſſimulare* hîc pro negligere accipi poſſit: quo ſenſu vox *diſſimulandi & diſſimulationis*, apud Symmachum paſſim hoc tempore effertur. Et vid. *l. 34. inf. de Epiſcop. Eccl. & Cler. ſi priuilegia cuiuſquam fuerint vel temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta.* Sic igitur in *huius leg.* ſpecie, priuatus quoque diſſimulans punitur, vt in aliis compluribus cauſis diſſimulantis pœna eſt: vide vel *l. 1. §. 1. l. 13. in pr. ff. de act. empti. l. 1. C. de peric. tutor. l. vn. inf. de ingenuis qui tempore Tyranni.* Pariter vt Iudicis iura diſſimulantis in ſp. *l. 2. Cod. de legibus.*

¶ Cæterùm *, quod de ſuis nominatim conſtitutionibus Imperatores *hac leg.* conſtituunt, id iam de omnibus Principum conſtitutionibus promulgatis, ex *huius Codicis* quoque conditorum mente accipiendum eſt, & ita Tribonianus quoque accipi voluit : quod & Ioannes vetus Interpres rectè notauit. Tandem notandum Hincmarum *cap. 27. ep. 7.* hanc *legem* cum *Can. nulli, diſt. 38.* conferre : in quo idem PP. de *Canonibus* ſcribit.

¶ Poſteaquàm de *huius leg.* ſententia egimus, ſupereſt de ſingulari eiuſdem Inſcriptione videamus, quandoquidem quæ eius occaſione ſemel dixerimus, ad multarum deinceps aliarum conſtitutionum illuſtrationem factura ſunt. Notandum igitur in eâ quod *Flauianus* ſignatè *Præfectus Prætorio Illyrici & Italiæ* dicitur. Huiuſmodi verò Præfecti Prætorio, qui ita deſignantur, ſequentes mihi occurrunt. Primò quidem ſub Valentiniano Iun. Theodoſio & Arcadio occurrit mihi *Prætextatus* An. D. 387. in *veteri Inſcriptione*, quæ Romæ extat, vbi disertè *PP. 11. Italiæ & Illyrici* vocatur, in *corp. Inſcript. p. 1102. num. 2.* quanquam idem in *altera Inſcriptione, p. 486. num. 3.* dicitur conuerſo ordine & auctius *Illyrici, Italiæ & Africæ* Præfectus. 2. *Polemius* An. D. 390. in *l. 26. & 28. infr. de operibus publicis.* (quanquam in *Cod. Iuſtin. l. 9. de off. Rectoris prouinciæ*, ſimpliciter *PP. Illyrici* vocatur.) 3. *Flauianus* hic noſter A.D. 390. & 391. *hac l. & d. l. dudum 6. infra de contrah. empt.* quæ huic vti dixi, coaſſanda eſt. Eandemque inſcriptionem præfert & lex, *ſi vindicari, de pœnis*, quæ annum 382. perperam præfert. Exinde ſub Theodoſio M. occurrit A.D. 392. & 393. *Apodemius*, PP. Illyrici, & Ital. *l. 51. inf. de appellat.* qui tamen etiam ſimpliciter *PP. per Illyricum* vocatur, *l. 12. & 13. infrà de Legatis*, & vitioſè in *l. 21. inf. de nauicular.* dicitur *PP. Illyrici, & Africæ.* Et hi quidem Præfecti Prætorio Illyrici, & Italiæ ſpeciales mihi occurrunt. Quanquam & hoc ipſo temporis ſpatio Præfectus prætorio per Illyricum abſolutè memoretur in Theodoſij M. *l. 17. de cohortalib.* A.D. 389. Atenim antea ſub Iuliano, Valentiniano Sen. & ſub Gratiano, & poſteâ ſub Honorio, Præfectus prætorio vnus idemque tribus Diœceſibus præfuit, putà, *Italiæ, Illyrico, & Africæ* : vt de illis temporibus agam. Ammianus Marcellinus disertè *lib. 21. p. 210.* Mamertinum ſub Iuliano A. D. 362. & ſub Valentiniano A. D. 364. 365. *lib. 26. p. 339.* Præfectum prætorio Italiæ, Illyrici & Africæ fuiſſe teſtatur. Idque ipſum etiam conſtitutiones ad eũdem Mamertinum datæ oſtendunt : de vrbe Româ teſtis eſt *lex 1. inf. de Equeſtri dignit. l. 14. de annonis ciuicis* : de ſuburbicariis regionibus, *lex 9. de annonâ & tributis* : de Italia, *lex 1. inf. quibus equorum vſus, & d. lex 9. de ann. & trib.* de Siciliâ & Sardiniâ, *lex 12. & 16. inf. de curſu publ.* de Illyrico, *lex 8. de numerariis*, de Africa, *lex 1. de militari veſte, & lex 4. de ſuſceptoribus.* Mamertino *Rufinus* in eâ Præfecturâ Prætorianâ Italiæ Illyrici Africæ ſucceſſit, teſte Am. Marcellino *lib. 27. p. 369.* ad quem alioquin plures extant conſtitutiones per A.D. 366. 367. nullâ Præfecturæ deſignatione addita. Rufino ſucceſſit *Probus* in eadem Præfecturâ Prætorianâ, eodem Marcellino teſte, *lib. 27. p. 377.* Ad quem datæ ſunt variæ conſtitutiones : quarum vna etſi nominatim præferat



ferat *P. P. Illyrici*, putà *lex 1. inf. ne damna prouinc.* Ex aliis tamen pluribus liquido colligere eſt, eum Italiæ, Illyrico, Africæque ſimul præfuiſſe: de Illyrico quippe & Italia Romaque fidem facit lex 28. *de curſu publico*, quæ ad A. D. 368. referenda eſt. *l. 8. de filiis milit. appar. l. 1. ad leg. Corn. de ſicar. l. 15. de ſuſceptor. l. 16. de oper. publ. l. 6. de metall.* item de Illyrico & de Macedonia, A.D. 370. *lex 7. de metallis* : de Africâ, *lex 7. de luſtrali collat.* A.D. 369. In veteribus quoque Inſcriptionibus idem Probus Præfectus Prætorio *Italiæ, Illyrici, Africæ*, dicitur. *p. 450. n. 2.* ſic tamen, vt addita Galliarum diœceſi, cui & idem præfuit, *Præfectus Prætorio* quater dicatur: de quo v. & alteram *Inſcript. eadem p. 450. n. 1.* ſed magis confuſam. Claudianus pariter in Probini, filij eius, & Olybrij Conſulatum.

> *Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes.*
> *Rexerit, ad ſummi* QVOTIES *faſtigia iuris*
> *Venerit*, ITALIAE *latè cùm fræna teneret.*
> ILLYRICOSQVE *ſinus, & quos arat*
> AFRICA *campos.*

Et poſt :

> *Vt pigeat meminiſſe Probi, quo Iudice totam*
> *Vidimus Heſperiam, feſſáſque reſurgere gentes.*

Exinde ſub Gratiano & Valentiniano Iun. A. D. 377. 378. 379. 380. reperio *Heſperium* PP. quem Africæ præfuiſſe docet lex *34. de curſu publ.* Illyrico & Italiæ, lex 11. *de luſtrali collatione* (vbi tamen etiam de *Galliis* agitur.) *Auſonium* item qui ſe *Præfectum Gallis, & Libyæ & Latio* vocat : & alibi *protreptico ad Nepotem*, *Præfecturam* ſe *duplicem* geſſiſſe dicit : & nominatim *in gratiarum actione ad Gratianum*, *Galliarum* ſeſe *Præfectum* fuiſſe disertè ait. Item reperio A.D. 378. memorari in *l. 7. de metallis*, Illuſtres viros Præfectos Galliarum, & Italiæ: Italiæ inquam, & ſic totius Præfecturæ Prætorianæ Italiæ. Tandem reperio, ſub extremis Gratiani Imp. Merobaude 2. & Saturnino Coſſ. i. A.D. 383. in *l. vn. ſi per obreptionem*: Probo PP. cui ea lex inſcribitur. Italiam, Vrbicarias Regiones, Africamque & Illyricum paruiſſe. *Igitur Sinceritas tua id ipſum per omnem Italiam, tum etiam per Vrbicarias Africanaſque Regiones, ac per omne Illyricum, prælata huius oraculi authoritate firmabit.* Quæ cum ita ſint, iam apparet, cum antea vni Præfecto P. paruiſſent Italia, Illyricum & Africa, (quod & poſteà rurſum obtinuit) poſt Gratianum demum, ſub Valentiniano Iun. Præfecturam Prætorianam Italiæ immutatam, turbatamque Maximus videl. Tyrannus, qui Galliis iam incubabat, Italiæ quoque & Illyrico imminebat, ab eo videlicet tempore, quo ad id vſque tempus quo poſt Valentiniani Iun. cædem, Eugenio altero Tyranno cæſo, Theodoſius vniuerſo orbe Romano potiri cœpit : & exinde ad veterem formam reditum.

Cæterũ quod & ipſum hîc ſemel notandũ eſt, cùm Illyricum Italiæ ſociari per hæc tempora videmus, ante Arcadium, & Honorium fermè, de vtroque Illyrico, ſeu vniuerſo id accipiendum eſt, quod vtique ſub eodem Occidentis Imperatore, & ſub eodem adminiſtratione coniunctum erat : ſub Conſtante primùm, dein ſub Valentiniano Seniore, tandem & ſub Valentiniano Iun. & Gratiano. De Valentiniano teſtes Zoſimus, *lib. 4. p. 735.* Philoſtorgius item, *lib. 8. cap. 8. lex 7. inf. de metallis.* Argumentum etiam præbet Sextus Rufus Feſtus, qui ſub Valentiniano & Valente ſcribens, vnum Illyricum conſtituit, eiuſdemque ſeptendecim prouincias enumerat, & in his quoque Macedoniam & Dacias. De Gratiano idem Zoſimus, *lib. 5. p. 751.* Oroſius *lib. 7. cap. 34.* & ex eo Paulus Diaconus *lib. 12.* malè enim Sozomenus, *lib. 7. cap. 4.* Theodoſio M. *Illyricum* ceſſiſſe ſcribit in partem Imperij : quod ſanè ei nonniſi poſt Valentinianum Iun. ceſſit. Exinde demùm Illyricum, in Orientale, & Occidentale diuiſum fuit : de hoc verò Illyrico quomodo vtrumque eidem Præfecto P. paruerit, mox quando Orientale peculiarem ſuum Præfectum Prætorio habere cœperit, vide adhuc quæ dico ad *legem l. 7. inf. de metallis.*

## ¶ FVTVRIS, *non præteritis Conſtitutiones ferri.*

III * Iidem" AAA. Aureliano PF. V."

OMNIA, Conſtituta, non præteritis calumniam faciunt, ſed" futuris regulam imponunt. Dat. III. "Kal. Mar. Conſtantinopoli, Domino Theodoſio Aug. III. & Abundantio v.c. COSS. [393.]

INTERPRETATIO. *Omnes leges, non ea quæ anteriore tempore acta ſunt damnant, ſed in futurum obſeruanda conſtituunt.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* ſunt enim ibi plures aliæ ſimiles eandem in ſententiam leges, & in his nominatim *lex, leg. 7. C. de legibus.* Et in Anaſtaſij tamen lege hæc ipſa totidem penè verbis inſerta occurrit: *in l. diuæ memoriæ, pen. inf. Cod. Iuſt. de Decurionibus.* Coniungendæ autem huic legi ſunt ſeptem præterea aliæ, puta *lex 26 inf de Prætoribus : l. 1. inf de Prædiis Senatorum : lex 130. 131.* imò & *lex 132. inf de Decurionibus : lex 29. & 30 inf. de operibus publicis.*

" Malè : tribuenda enim hæc lex THEODOSIO, *Arcadio & Honorio*, vt temporum ratio euincit, quam habet *Chronol noſtra Theodoſ.* ſed & omnes illæ præterea leges, quibus hæc coaſſanda venit, oſtendunt.

" Ita MSS. meliores, & ita quoque ad marg. Til. edit. additum, non PF. P. (hoc enim tempore Rufinus PF. P. Orientis ſcil. erat:) Idque etiam ita præferunt, *d. l. 130. inf. de Decurion. d. l. 29. & 30. inf. de operib publicis : d. l 1. de prædiis ſenatorum* : & *d l. 26. inf. de Prætoribus*, quibus hæc coniungenda eſt : Imò & *lex 11. & 12. de annonis ciuicis*, quæ hoc ipſo anno ad eundem Aurelianum P F. V. datæ ſunt : quarum poſterior vt ad infirmanda deceſſoris ipſius, putà Proculi P. V. Acta pertinet, ita & hæc eodem ſpectat : itemque *lex 4. de Senatoribus*, & *lex vlt. Cod. Iuſt. de Tutoribus & Curatorib. Illuſtrium.* Idem verò error reſidet in *l. 130. 131. 132. 138. de Decurionibus.*

" *Antitheſin* elegantem obſerua : quam & Interpres quoque rectè imitatus eſt.

" Ita MSS meliores, vt & in ſupradictis legibus omnibus: malè aliàs, IIII.

## COMMENTARIVS.

FVTVRIS, nõ verò præteritis negotiis Conſtitutiones & Edicta, vt cœteroquin feruntur, quod in tanto concordantium legum cumulo docet inter alias lex *iubemus*, *Cod. de teſtamentis*: & Anaſtaſij lex *diuæ memoriæ*, *65. Cod. de decurionibus*, ita id ipſum nunc Theodoſius M. *hac leg.* definit, A. D. 393. &, vt eleganti antitheſi hîc dicitur: *Omnia conſtituta non præteritis calumniam faciunt, ſed futuris regulam imponunt*: pariter vt *d.l.65*. apertiſſima huius leg. imitatione, *cùm conueniat, leges futuris regulas imponere, non præteritas calumnias excitare*: Vbi forte etiam non male legas, *præteritis*. Rurſum idem Theodoſius, non minùs eleganter *l.7. inf. de hæreticis. Ordo cœleſtium* (i. Imperialium) *ſtatutorum ſecuturis poſt obſeruantiam ſacratæ conſtitutionis indicit, neque actis obeſſe conſueuit.* v. & *l.3. inf. de Epiſcopis*: *& l. vn. inf. de Præpoſ. S. Cubiculi. & l.7. Cod. de Legibus.* Eóque etiam pertinent variæ formulæ, quas in *Paratitlon* iam conieci: vt & ſolemnis illa olim, *Quicumque poſt hanc legem* rogatam: *l.1. in pr. π. ad leg. Falcid*: Præter Ciceronem quoque *Orat. pro Rabirio*, Plinius 10. *ep.*116: vt *in futurum lex Pompeia obſeruaretur, cuius vim ſi retrò quoque velimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.* Cuius rei rationem hanc reddebat Cato Vticenſis, ὅτι γὰρ ὅπου στῆσαι τὰ προημαρτημένα ζητεῖν ὁρίσαι ῥᾴδιον· ἐάν τε νεώτερα γράφηται τῶν ἀδικημάτων ἐπιτίμια, δεινὰ πείσεσθαι τοῦτον ὃν οὐ παρέβαινον, ὅτ' ἤδη νῦν νόμον κατὰ τοῦτον κολαζόμενοι, id eſt: *Neque enim definiri facile, quouſque extendere ſe debeat in præterita inquiſitio: & ſi nouæ ſtatuantur antè commiſſorum pœnæ, fore vt iniquè cum iis agatur, qui punientur ex lege quam nec violarunt, nec ex parte læſerunt.* ¶ Et hæc quidem regulariter: Atenim quandoque ad præterita quoque ſeueritatem vel diſpoſitionem legum Principes porrexêre, *d.l.7. Cod. de legibus*: cuius exempla quoque *hoc Codice* plura occurrunt, *l.3. de inceſt. nup. l.1. de act. cert. temp. fin. l.5. de canone frum. V.R. l. vn. inf. de Præpoſitis S. Cubiculi. l.1. inf. ad SC. Claudianum l.7.17. de hæretic. l.4. de bonis vacantibus*: *l. vn. de commiſſoria reſcindend.* Siue nouæ prorſus leges ferantur, ſiue veteres nouis ſanctionibus renouentur: Quare & Imperatores ne ſibi abolitionem, vel indulgentiam veteris facti, qui aduerſus eas admiſiſſent pollicerentur, ſpeciatim & hos pœnis comprehendêre: quod præſtat idem Teodoſius M. *l.7. de hæreticis*, elegantiſſimis verbis ibi poſt alia: *Seueritatem præſentium ſtatutorum non tantum ad conſtituendæ, ſed* [ & ] *ad* VLCISCENDÆ *Legis ſanximus exemplum, ita vt nec defenſio temporis proſit.* Ad cauſas quoque pendentes ſæpè *leges* porrectæ, vt *l.7. in fin. inf. de Legitimis hæreditatib.* Et hæc quidem vel Dupondiis iam nota ſunt. At illud nondum, quonam huius *Reg.* ſpecies referenda ſit? Enimverò iam *in notis* dixi, *hanc leg.* partem eſſe conſtitutionis Theodoſianæ prolixioris, ad Aurelianum P.V. Conſtantinopol. emiſſæ cuius Septẽ præterea ἀποσπασμάτια, *hoc Cod.* ſuperſũt quibus hæc coaſſanda venit, & quidem velut clauſula aptãda. Eâ verò Cõſtitutione Theodoſius M. Senatoriũ potiſſimũ Ordinem, vt & Curialiũ per ciuitates ſtatum, variis rationibus erectum, ſimùl & Ciuitatum decori enixè conſultum iuit: abrogatis quæ Tatianus PP. & Proculus P. V. filius eius paulò antè proſcripti, hâc parte perperàm innexerant: de quo pleniſſimè dicetur *l.12. 13. inf. de bonis proſcriptor. l.23. de annona & trib. l.12. de annonis ciuicis*, quæ lex, vnà cum *l.11. eiuſdem tituli* eidem Aureliano P.V. inſcribitur. Quare cùm in eo eſſet Theodoſius M. prolixæ Conſtitutioni ſuæ, ad Aurelianum hunc Proculi in Præfecturâ vrbanâ ſucceſſorem directæ, hanc clauſulam generalem ſiue ſententiã, quæ *hac l.* continetur, ſubiecit, ne alioquin putaret is, præteritis calumniam faciendam. Contrà, vti ſciret, futuris tantùm regulam impoſitam. Quæ ſententia, ſeu taxatio, vt cœteroquin tralatitia eſt, ita nominatim in Iudicum ſeu Magiſtratuum proſcriptorum Tyrannorumque actis reſcindendis variè, prout res erat, olim habita fuit: de quo, *titulo de infirmandis his quæ ſub Tyrannis.*

## ¶ SPECIALIBVS PRIVILEGIIS *Generalia Edicta potiora eſſe.*

### IIII. * Iidem" AAA. Victorio" Proconſuli Aſiæ.

GENERALE præceptum, Beneficio" ſpeciali anteferendum eſt. Dat. XII." Kalen. Sept. Conſtantinopoli, Theodoſio Aug. III. & Abundantio V. C. COS. [A. D. 393.]

INTERPRETATIO." *Legem,*" *quæ communiter*" *omnes tenet, vnius perſona, vel vna cauſa non vacuet.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. cuius facti cauſas mox dicam. Hanc verò legem hoc titulo fugitiuam eſſe mox oſtendam.

" Scilicet, qui *legi* 3. aptandi ſunt, puta, THEODOSIVS *Arcadius & Honorius*: non verò iidem qui *leg.* 2. vid. Chronolog. Theodoſ.

" *Victorius* Proconſul Aſiæ ſub Theodoſio M. Ad eundem datæ ſunt hoc ipſo anno 393. *lex 50. de appellation. l.4. de cognitorib. l.5. de reuoc. donat.* & anno ſuperiore 392. *lex 125. de Decurionibus*: *lex 8. de reparat. appellat.* & anno prox. 394. *lex 22. de hæretic.*

" Immunitatis ſcil. à tributis: vid. & *l. vlt. de Senatoribus*: *& l.63. de annona & trib.* verùm de hoc mox plura.

" Al. XI. in Cuiac. edit.

" Abeſt à *Sichardi* editione.

" *Legem* interpretatur iuxta titulum ſub quo *hæc lex* poſita eſt.

" *Nos communiter*: ita al. *generaliter omnes.*





## COMMENTARIVS.

PRIVILEGIIS ſpecialibus generalia Edicta potiora eſſe definit ſeu iubet hâc ſententia Theodoſius M. & vt Interpres eius vim, quantum in ſe, expreſſit, *Legem, quæ communiter omnes tenet, vnius perſona, vel cauſa non euacuet.* Quæ conſtitutio ſiue Regula, vt tralatitia eſt, ita innumeris aliis *legibus* firmatur, quas ex *Paratitlo* proximè *ſequentis tituli* repetere licebit.

¶ At, inquies, id perpetuum non eſſe: eſſe enim priuilegia, iuráque ſingularia quamplurima, quæ ius publicum ſeu Regulare infringunt: ſæpè etiam priuilegia perſonalia à Principibus quibuſdam vel alicubi indulgeri? Veriſſima hæc omnia. Verùm lex hæc ſpeciatim accipienda eſt, de ſingulari quodam priuilegij ſeu beneficij ſpecialis genere, quod à Principe licet impetratum, obtinere non debet: *Beneficij* ſcil. *ſpecialis* appellatione hîc intelligere oportet non quodlibet priuilegium aduerſus leges, ſeu veniam quamlibet & indulgentiam, vt ſpecialia quoque præcepta dixit, ſeu ſpeciale oraculum Symmachus, *lib.* 10. *ep.*40. Verùm κυρίως priuilegium Immunitatis à tributis: Quo ſenſu pariter *l.9. inf. de luſtrali collat.* dicitur, *Beneficium quibuſdam datum, plebis iniuriam eſſe*: Et initio *l.18. de extraordinar. Extraordinariorum munerum beneficia* dicuntur: & *l.26. de annonâ & tribut. Omni amoto priuilegio beneficiorum poſſeſſores Sublimitas Tua præcipiat vniuerſis muneribus adſtringi.* Eodem ſenſu finéque titulus Nouellæ Valentiniani, quæ inter Theodoſianas 24. numeratur, concipitur: *In damnum publicum non valere Reſcriptum, nec ſpecialia beneficia generalibus præferenda.* Denique, *Beneficij* vox propria eſt, de ſingulari Principis indulgentia in poſſeſſionibus ſiue donandis, ſiue à tributo releuandis, adærandis, transferendis: quo ſenſu etiam vox hæc quater vſurpatur in *l.5. inf. de collatione donatar.* quinquies *in l. vlt. eod. tit.* Eóque pertinebat etiam olim peculiare ſcrinium *Beneficiorum*, ſub Comite R.P. cuius mentio fit in *Notitia Imperij*, & de quo accipienda quoque eſt *lex 4. eod. tit. de collat. donat.* Contrà, *Generale Præceptum* hâc l. vocatur: quod aliàs *delegatio* dicitur (ſeu Edictum, *l.34. inf. de annonâ & trib.*) delegatoria *l.15. inf. de exactionibus*: ſolemnis expreſſio, *l.3. tributa in ipſis ſpeciebus*, inlationis forma omnes tenens, *l.7. inf. tit. prox. de d. u. reſcript.* de tributis videlicet ab omnibus ex æquo penſitandis: quo ipſo ſenſu accipienda ſunt Imperialia præcepta, *l. vn. inf. de ſuperindicto.* Libanius *Oratione*, quam extuli, περὶ ἀγγαρειῶν, *p.* 33. vocat τὰ καθ' ἕκαστον ἔτος γράμματα, ἐν οἷς ἃ δεῖ φέρειν ἐστίν. Huius itaque legis eadem ſententia fuerit, quæ *d. Legis 7. inf. tit. prox.* & *l. 20. inf. de annona & trib.* quin & totius tituli, *de Immunitate conceſſa*: itemque tituli, *ſi per obreptionem fuerit impetrata*: nempe, Immunitates tributorum munerúmque publicorum aliquibus ſpeciatim conceſſas, nullius eſſe momenti: de quo alioquin in ſede ſuâ locis illis fuſiùs. Atque ita genuina hæc *huius leg.* ſententia fuerit, quam neque Interpres omninò intellexit, neque Tribonianus in ſuum Codicem retulit: ſiue quòd ſimiles ei plures aliæ occurrerent, ſiue quòd periculoſa ei falſáque hæc lex non bene intellecta videretur. Vnde quoque patet, à nonnullis ad hanc leg. ceu ſimiles perperam referri *legem 3. §. Diuus, π. de ſepulchro viol. l.15. inf. de petitionib.* & *Nouellam 7. §. quia verò veriſimile eſt.*

Poſſis haud abſurdè quoque, argumento *l.22. inf. de hæreticis*, quæ ſeptem menſibus poſt hanc l. data eſt, eidemque Victorio Proconſuli Aſiæ inſcribitur, huius l. ſpeciem aptare ad priuilegia quæ nonnulli *hæreticorum* aduerſus generalia præcepta à Principibus ſæpe impetrabant: quæ ſanè beneficia ſpecialia non valere iuſſit idem Theodoſius M. *l.6.14.16. de hæreticis*: vt & filius eius Arcadius *l.25. inf. eod tit.* vbi *beneficium ſpeciale* pariter vocatur: & Honorius alter filius eius, *l.47. eod. tit.* nempe enim, vt dicitur *d.l.25. inf. omnibus commune damnum eſſe debet, quibus eſt communis religionis furor.* Et ita quidem viſum Theodoſio M. illis quas dixi legibus, circa hæreticos: atenim eadem *lex* 25. oſtendit, Theodoſium aliquando huiuſmodi beneficia indulſiſſe, & indulta valere voluiſſe, prout ſpem correctionis hæreticorum nonnulli facerent. Tandem huic conſtitutioni prout res eſt, vel prout tempora ſunt, modò locus eſt, modò non eſt.

Poteſt tandem, imò debet hæc lex extra hypotheſin ſuam, quæque illa ſit, trahi generalitèr ad alia compluríma beneficiorum ſpecialium genera, in præiudicium generalium ſanctionum conceſſa: vt eſt illud de quo tractat Symmachus ad Valentinianum Iun. ante decennium *lib.* 10. *ep.*40. vbi pariter committit inter ſe, *Decreta* ſeu *Leges*, & *Diualia Scripta*, ſeu *Sanctiones*, cum *Speciali Oraculo*, ſeu *Nouo beneficio*, denique cum *Specialibus Præceptis*: & ideò ambiguus Symmachus inter vtrumque ad Principem referendum credidit, vt ipſe de ſcitis Diualibus iudicaret.

# DE DIVERSIS RESCRIPTIS."

## TITVLVS II.

" *Item de Auctoritatibus* in Til. edit.

I. Cod. Ivst. XXIII. De diuerſis reſcriptis & Pragmaticis Sanctionibus. Adde & quatuor præcedentes titulos, 19. 20. 21. & 22.

### PARATITLON.

Rescripta, *Rubr.* & *l.* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. *ſeu vlt. h. t. Rubr.* & *l.* 3. 5. *de denunciat. vel ed. reſcr. l.* 1. *de dilationib. Rubrica, ſi nuptiæ ex reſcripto : l.* 1. *de re iud. l.* 2. *de fructibus : l.* 2. *ſi vagum : l.* 15. *de exactionib. l.* 1. *de fide teſt. l.* 132. *de Decur. l.* 37. *de hæreticis.* Affatus perennitatis, *l.* 8. *de indulg. crim.* Reſcriptiones, *l.* 3. *de immun. conc.* Sacra reſcripta, *l. vn de act. certo temp. fin.* ſequentibus ſynonymis exprimuntur. Sacra auctoritas, *l.* 2. *de collegiatis*, Sacri Affatus, *l.* 3. *de ſtud. lib. V. R. l.* 2. *quis in gradu.* Auctoritas, *l.* 3. *de re militari:* Beneficia, *l.* 5. *de denunciat. l. vlt. de Senatoribus : l.* 14. *de metatis, bis : l.* 29. *de cohortalib. l.* 44. *de curſu publ. l.* 2. *ſi vagum : l.* 26. *de annonâ & trib. l.* 9. *de luſtrali coll.* Beneficia ſpecialia, *l. vlt. ſup. de conſtit. Princip. l.* 32. *inf. l. vlt. de annonâ & trib.* beneficiorum Imperialium decreta, *l.* 5. *de denunciat.* Sacra auctoritas, *l.* 2. *de collegiatis.* Indulgentia, *l.* 1. *de temp. curſu. l.* 10. ſeu *vlt. h. t.* Indultum Sacrum, *l.* 2. *ſi vagum :* Indultum maieſtatis noſtræ oraculum, *l.* 26. *de Cohortal.* Iuſſio, *l.* 99. 102. *de Decur. l.* 16. *de hæreticis.* Sacra iuſſio, *d. l.* 102. Lenitatis noſtræ iudicium, vel Serenitatis noſtræ, *l.* 2. *de off. Iudic. omnium,* Oraculum, *l.* 9. *de Iuriſdict. l.* 5. *de denunciat. l.* 2. *quis in gradu: l.* 51. *de hæreticis, d. l.* 26. *de cohort.* cœleſte Oraculum, *d. l.* 9. & *d. l.* 2. Reſponſum, *l.* 4. *de denunciat.* Reſponſum Imperiale quod ſupplicatio litigatoris obtinuit, *l.* 5. *vnde vi: l.* 31. *de Prætoribus: l.* 4. *de relationib.* perennitatis noſtræ, *d. l.* 3. tranquillitatis noſtræ, *d. l.* 31. Imperiale, *d. l.* 5. diuale, *l. vn. de Caſtrenſianis.* Reſponſiones, *l.* 8. *de appellat.* Sanctiones, *l.* 3. *de immunit. conc.* elicitæ ſuffragio Sanctiones, *d. l.* 3. Ea verò impetrata *l.* 1. *de re iud.* elicita, *l.* 6. *de denunciat.* variis modis, *l.* 2. *hoc tit.* & ad varios fines; Atque adeò diuerſæ Reſcriptorum ſpecies fuêre, Vnde Rubrica hæc, *de diuerſis reſcript.* Alia enim ad Conſultationes & Relationes emiſſa, *l.* 9. *h. t.* quorum plenus eſt hic Codex: quando videl. Princeps de iure conſultus reſcribebat, *l. vn. inf. ſi nuptiæ ex reſcripto :* Vnde reſponſionibus deciſæ cauſæ, *d. l.* 8. *de appell.* Ad proſecutionem verbis factam, *l.* 4. *de re militari :* ad ſuggeſtionem, *l.* 12. *de erogat. mil ann.* ad poſtulationem Ordinum, *l.* 25. *de erog. mil. ann.* ad preces, *l.* 4. 8. 9. *hoc tit. l.* 6. *de pactis*, *l.* 1. *ſi nupt. ex reſcr. l. vn. de act. certo temp. fin. l.* 2. *vnde vi :* ſeu ſupplicationem, *l.* 3. *h. t. l.* 5. *vnde vi*, de quibus precibus, earum vi & veritate, Vid. *l.* 4. 8. 9. *h. t.* & *l*......*de dilationibus.*

Rurſum, erant Reſcripta vel ſimplicia, *l.* 27. *de petitionibus*, vel Adnotationes ſpeciales, de quibus *l. vn. de off. P. P. l.* 1. *de ſecund. nupt. l. vn. ſi nupt. ex reſcr. l. vlt. de Senatorib. l.* 14. 29. *de curſu : l.* 12. 15. 18. *de palatinis : l. vn. de bon. vac. l.* 3. 4. *de Agentibus : l. vn. verſ. nec ſufficiat*, *de act. certo temp. fin. l.* 29. *de cohortal. l.* 27. *de pœnis : l. vlt. de annona & tributis*, *l. vlt. de collat. æris : l.* 25. 41. *de operib. publ. l. vlt. de aquæductu : l. vlt. de ſcenicis : l.* 47. 52. *de hæreticis :* ſeu Oraculum ſacrum, *d. l. vlt. de conlat. æris :* Adnotatio manus Principis, *l.* 14. *de curſu :* Affatus Principis, vel ſacri, *l.* 41. *de operib. publ. l.* 2. *quis in gradu : l.* 37. *de Epiſcopis: l.* 8. *de indulgen. crim. l.* 1. *de litor. & itin. cuſt.* ſacri apices, *l.* 24. *de erog. milit. ann.* ſacræ literæ, *l.* 35. *d curſu*, *l.* 2. *de litor. & itiner. cuſt.* Manus Principalis, *l.* 21. 22. *de diu. off.* Dextera Principalis, *l. vlt. eod.* ſacra ſcripta, *l.* 7. *de priuil. eor. qui in S. P.* Et hæc quidem maiorem vim regulariter obtinebant : exceptis caſibus in quibus nihilo plus valebant, vt in *dictis legib.*

Cum quis Reſcriptum impetraſſet, id edere debebat, de quo titulus *inf. de denunciat. vel edit. reſcripti :* vbi vide Paratitlon : vulgare, *l.* 2. *vnde vi :* allegare, *l.* 2. 10. *ſeu vlt. h. t. l. vn. verſ. nec ſufficiat*, *de act. certo temp. fin. l. vlt. de Senatorib.*

De



De vi eorum hæ regulæ notentur. (1.) Iudices multari, qui ea contempſerint, aut diſtulerint : *l.* 5. *hoc tit.* (2.) Hæredes impetrantis ea allegare poſſe : *l.* 2. 10. *ſeu vlt. h. t.* (3.) Iis tantum negotiis opitulari quibus effuſa docentur *l.* 9. *h. t.* (4.) Ita intelligenda, vt competentibus actionibus viam minimè occludant, *l.* 6. *de inoff. teſt.* (5.) Qui reſcripti auctoritate nititur non ideò propriæ executionis ius habet, *l.* 2. *vnde vi* (6.) De veritate precũ poſt reſcriptum impetratum inquiri oportere, etiam ab executore, *l.* 4. *h. t.* (7.) Ad precum mendacia probanda, dilationem dandam, *l*...*de dilation.* (8.) Tyrannorum reſcripta contra ius, his deuictis irrita; legitima verò, rata, *l.* 2. 3. & 5. *de infirm. his quæ ſub Tyr.* Tandem non valere, non admitti, non poſſe vires ſortiri; contrà reſcindi reſcripta, etiam ſpecialis adnotationis, damnabili ſubreptione impetrata, *l.* 9. *h. t.* Subreptitia, *l.* 1. *de rei vindicat.* obreptitia, *l. vnic. ſi nupt. ex reſcr. l.* 4. *de immunitate conc.* aduerſus ius ſcil. honeſtatem, iudiciorum ordinem, in fraudem publicam vel priuatorum : vt in innumeris ſpecieb. quæ proponuntur *l.* 1. 3. 6. 7. *h. t. l.* 2. *de off. Iudicum omnium*, ſeu *l. vn. Cod. quando Imperator : l.* 4. *de denunciat. l.* 1. *de off. Præf. præt. l.* 1. *de temp. curſu : l.* 2. *de fructib. & lit. exp. l.* 2. *de iudiciis. l.* 1. *de rei vind. l. vnic. ſi nuptiæ ex reſcr. l.* 1. *de ſecundis nuptiis : l.* 1. *de re iud. l.* 5. *vnde vi : l. vn. de act. certo temp. fin. l. vlt. de Senatorib. l.* 31. *de Prætoribus*, *l.* 2. *de Comitib. rei milit. l.* 3. *de Agentib. l.* 7. *de honor. codicillis : l.* 14. *inf. de metatis : l.* 15. *de petition. l.* 20. *de cohortal. l.* 15. *de iure fiſci : l. vlt. de falſæ mon. l.* 18. 20. *de diu. offic. l.* 3. *ad l. Iul. de ambitu. l.* 1. *de fide & iure haſtæ*, *l. vlt. de locat. fund. l.* 1. 20. 26. 30. *de annona & trib. l.* 10. *de Exactionib. l.* 3. *de immunit. conceſſa : l. vn. ſi per obreptionem : l.* 3. *de protoſtaſia*, *l.* 29. *de cohort. l.* 32. *inf. de petition. l. vlt. de conlat. æris : l.* 10. 13. 17. 33. 35. 37. 101. 102. 139. 156. 167. *de decurionib. l.* 3. 25. 27. *de Suſceptorib. l. vn. de mancipibus : l.* 9. 20. *de luſtrali collat. l.* 13. *de Medicis & profeſſ. l.* 3. 22. *de nauicul. l.* 6. 18. 20. *de piſtoribus: l.* 9. *de ſuariis : l.* 2. *de Collegiatis : l.* 3. 4. 5. *de canone frum. V. R. l.* 10. 22. 25. 43. *de operib. publ. l.* 4. 5. *de itin. mun. l. vlt. de aquæductu : l. vlt. de ſcenicis : l.* 5. 16. 25. 37. 47. 51. 52. 58. 65. *de hæreticis : l.* 15. *de paganis.* Denique Reſcripta Principum non intelligi remittere iuris ordinem, definitur *l.* 2. *vnde vi : l.* 6. *de inoff. teſt. l*.......*de iure liberorum.*

---

### ¶ De Reſcriptis Ivri contrariis.

1. * Imp. Constantinvs A. ad Populum. "

Contra ius" reſcripta' non valeant, quocunque modo fuerint impetrata: *Quod enim publica iura præſcribunt, magis ſequi Iudices debent.* PP." IIII. Kal. Septemb." Romæ, Conſtantino Aug. IIII. & Licinio III. coss. [315.]

Interpretatio. *Quæcunque contra leges à Principibus fuerint obtenta, non valeant.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* quia plures aliæ ibi in eandem ſententiam occurrunt, veluti *lex* 3. & 7. *Cod. de precib. Imp. off.*

" Vrbis Romæ ſcilicet; vnde & *Romæ Propoſita* hæc lex dicitur in ſubſcriptione.

" Ita pariter *d. l.* 7. iuri contraria *d. l.* 3. contra id quod publica iura præſcribunt, *h. l* mox.

" Etiam per Adnotationem ſpecialem, Principis ſcilicet.

" *Magis* hic poſitum θετικῶς : pariter vt *l.* 6. *inf. de Aquæductu.* Vid. Gloſſ. *Theodoſ.* vel certe συγκριτικῶς reſpectu reſcriptorum, quæ plerumque gratia vel fauore impetrantur contra ius & æquum.

" Al. *Martias* : in Andeg. *Februarias.*

### COMMENTARIVS.

Ivri *publico* contraria Principum reſcripta, *quocumque* modo, i. etiam per Adnotationem Principis ſpecialem (quæ alioquin maiorem vim obtinet, de quo conſule *Paratitlon*) impetrata, Iudices ſequi non debere conſtituit hoc Edicto Conſtantinus M. Quam in ſententiam vide quæ in Paratitlon congeſſimus plura : conſule etiam *l.* 4. *ſuper. tit. l.* 1. *inf. de fide & iure haſtæ: l.* 5. *vnde vi : l.* 4. *inf. de denunciat. l.* 2. *de fructib. & lit. expenſ.* Quæ & ipſa Valentiniani Tertij diu pòſt ſententia quoque fuit, *l. reſcripta* 7. *Cod. de precibus Imper. offer.* cùm ſolemni Oratione ad Senatum emiſsâ (cuius pars eſt quoque inter alias plures *lex vn. inf. de Reſponſis Prudentum*, itemque *lex* 5. *Cod. ſi contra ius*, *vel per mendacium*, vbi pariter agitur de Reſcripto per mendacium elicito, vt hic, contra ius) totius Iuris αὐθέντειαν inſtitueret : de quo ad eam *l. vn.* Eademque Theodoſij Iun. ſententia eſt paſſim; ac nominatim *Nouella* 15. *de nauibus non excuſ.*

Cæterùm, argumento inſcriptionis & ſubſcriptionis *huius leg.* vbi ea *ad Populum* emiſſa, *Romæque propoſita* dicitur, A. D. 315. ſimùl & argumento ſtatus horum temporum, facilè inducor vt credam, hoc Edictum pertinere ad Reſcripta Maxentij Tyranni, qui Romæ incubuerat, contra ius impetrata : Nam & *lex* 1. 3. 5. 7. &c. *inf. de infirmand. his quæ ſub Tyrannis*, id euidenter oſtendunt: deuictis & oppreſſis Tyrannis, ab his contra ius reſcripta

ſcripta, vel ſtatuta, Principes vel ſtatim, vel certe haud ita multo pòſt, data occaſione infirmare ſolitos. Quod profectò vt ab aliis Principibus factitatum, ita & à Conſtantino ipſomet huius Edicti auctore, Licinio quoque deuicto, vt docet *d.lex* 1. Quare & poſt Maxentium deuictum, hoc Edicto id pariter ſtatuere potuerit. Quæ tamen coniectura tantùm eſt: Potuit enim alia quoque huius Edicti occaſio fuiſſe.

## ¶ *De* HÆREDIBVS *impetrantis Reſcriptum.*

### II. * Idem A. Crepereo" Donatiano."

RESCRIPTA, quibus vſi non fuerint qui in fata concedunt, hæredes poſſunt allegare, vt congruè impetrata ſucceſſoribus emolumenta" conquirantur." PP." Id. Decemb. Conſtantino Aug. v. & Licinio v. c. COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Beneficia Principum, quæ illi qui meruerunt, interueniente morte, non fuerint conſecuti,* ſucceſſoribus eorum exequi liceat, vt beneficia hæredes ab auctoribus" ſuis impetrata percipiant.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* pariter vt *lex vlt h.t.* quæ ei concordat: de cuius rei ratione ad *d.l.vlt.*
" Al. *Crepereio*: vt ad marginem edit. Tilianæ.
" Non eſt hoc Sectæ nomen: etſi *Donatiſtæ*, *Donatiani* quoque vocarentur; & verò ita ſeſe nonnulli vocari mallent: teſtis Hieronymus, *Chronico*: & Auguſtinus, *contra Creſconium lib.2.cap.1.* verum gentilitium id nomen eſt. *Donatiani* porro multi hoc nomine occurrunt: & in his Donatianus Epiſcopus Galliæ qui Synodo Sardicenſi interfuit, apud Athanaſium, *Apol. 2. p. 596.* vt & Ep. Africanus in Concilio Carthaginenſi, apud Auguſtinum *ep. 90.*
" *Et ſucceſſoribus eorum exequi liceat.* ita Cod. Tilianus.
" Al. *conquirant.*
" *Dat.* in *Cod. tit.*
* *γϛ exſecuti*, vt mox, *exequi.*
i. A quibus ius habent: De hac *Auctorum* voce eiuſque ſignificatu, vid. Gloſſ.

### COMMENTARIVS.

HÆREDES quoque impetrantis, Reſcripto à Principe indulto vti, ſeu Reſcriptum ALLEGARE poſſe; etſi is qui impetrauit (quem *Auctorem* rectè vocat Interpres) eo per mortem forte, vſus non ſit, definit hac conſtitutione Conſtantinus M. pariter, vt Honorius, ſimili *l. vlt. hoc ipſo tit.* vbi de eo dicam adhuc pleniùs.

¶ Hîc tantum notandum, quod & ipſum *d. l. vlt.* dicitur, de *Allegatione Reſcripti*: ſcilicet olim qui Reſcriptum à Principe impetrauerat, id coram Iudice allegare ſolebat & debebat in ipſius Secretario, ſeu apud acta Iudicis: pariter, vt reſcriptum quod ad Iudicis relationem ſeu conſultationem proceſſerat, Iudex ipſe ſuper negotio conuentus allegabat. Quò pertinet quoque ſingularis ſubſcriptio *legis 5. inf. de pactis*: quæ, cum ad Conſularem Piceni data ſit, hanc ſubſcriptionem præfert: ALLEG. *Flauia Faneſtri in Secretario*: item illa, *in l. 3. eod. tit.* ALLEG. *in Baſilica Thermarum Com.* De hac porrò intimatione ſeu Allegatione Reſcripti, teſtes ſunt hoc Codice variæ leges, quas in *Paratitlon* conieci.

¶ Illud interim veroſimile cui videatur, & *hanc leg.* pertinere ad cauſam tributorum, ſeu ad reſcriptum & beneficium ſingulare ſuper immunitate aliqua ab annona & tributis, quandoquidem *Emolumentorum* vox, quæ hic vſurpatur, ea in re propria eſt: vt docet *lex 1. de annona & trib.* & *lex 1. inf. ſine cenſu*: Verùm, neque hæc κυρία δόξα eſt.

## ¶ *De* SVPPLICATIONE *aduerſus Reſcriptum Principis.*

### III. * Idem A. Seuero P F. V."

QVOTIES Reſcripto noſtro præiudicium" vel moratoria præſcriptio remittitur", aditus ſupplicandi" pandatur: Quod" autem totius negotij cognitionem" tollit, & vires principalis negotij exhaurit, ſine graui partis alterius diſpendio, conuelli" non poteſt". Nec præſcriptionis" igitur peremptoriæ relaxatio petatur, nec" contra Edictum ſupplicetur. Dat. x. Kal. Iun. Niciæ", Paulino & Iuliano VV. CC. COSS. [325.]

INTERPRETATIO. Moratoria *præſcriptio dicitur, quæ cauſam prolongat, id eſt, quando induciæ à litigatore petuntur à Principe:* Peremptoria, *quæ cauſam principalem tollit, id eſt, ſi litigator beneficio Principis ſine iudicio cauſam velit extingui. Et ideo moratoria præſcriptio per reſcriptum Principis ſupplicantibus concedi poteſt, peremptoria coccedi non poteſt, & ſi conceſſa fuerit à Principe, non valebit.*

NOTÆ.



### NOTÆ.

* Lex 2. *Cod. Iuſt. de precibus Imperatori offer.*
" Ita quoque rectè Cod. Iuſt. in Til. & Cuiac. edit. Al. *Seuerino*: al. *Seueriano P. V.* malè: vt & malè editio poſtrema Pariſienſis *Seuero PF. P.* Hic enim *Acilius Seuerus* eſt, qui Præfectus vrbis Romæ fuit à pridie Nonas Ianuarias A. D. 325. ad Idus Nouembr. 326. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum Vrbis, quam primus faſtis ſuis particulatim indidit Cuſpinianus: dein manuſcriptam ab Ampliſſimo Peyreſcio totam accepit: tandem ita quoque Boucherius edidit Eidem Seuero P. V. inſcribitur hoc ipſo anno *lex 2. de Iudiciis.* vid. plura in *Proſopogr.*
" *Præiudicium vel*: has duas voces induxit Tribonianus in *d. l. 2.* earumque nullam rationem habuit Interpretationis *huic l.* ſubditæ auctor: eaſque abundare quidam opinantur. M S S. etiam nonnulli hic habent, *poſt iudicium.* Til. edit. *præiudicio.* De quo mox.
" *Permittitur*: ita editum *Cod. Iuſt.* de quo mox: Quanquam & Accurſius in ſecunda quam adfert interpretatione, legiſſe quoque videatur in Cod. Iuſt. *remittitur.*
" *Supplicanti.* Cod. Iuſt. alio planè ſenſu, mox vt patebit: *ſupplicandi* autem accipe aduerſus Reſcriptum: quomodo & in fine leg. *nec contra Edictum ſupplicetur.*
" *Reſcriptum* ſcilicet mox vt oſtendam.
" *Conditionem.* Cod. Iuſt. malè.
" Gloſſa hîc interpretatur, *concedi.* malè.
" *Peremptoria relaxatio petatur.* Hæc add. Cod. Til. inconcinnè.
" Et reſcriptionis.
" Hæc, *nec contra Edictum ſupplicetur*, ab Interpretationis Auctore, & Triboniano omiſſa ſunt: In Tiliano verò Codice vnâ voce auctiora leguntur ita: *Nec contra Edictum (ſublimium) ſupplicetur*: Malè: Loci enim huius ſenſus alius eſt: quem mox eruam. Triboniani ſanè in eo quoque ἀβλεψία fuit, quod cum hæc poſteriora abdicaret, vocem tamen *nec* in ſuperiore ſententiâ retinuit.
" Ita in M S S. omnib. *Nicia*, quæ Græcè Νίκαια, *hac l. & l. 14. de Numerariis*, & *Nicea* promiſcuè dicitur, teſte quoque Priſciano, *lib. 2. p. 588.* In Cod. Iuſt. hæc habetur *Nicea.* *Nicia* quoque vocatur in Antonini *Itinerario.* Sic promiſcuè *Apamia*, & *Apamea*, quæ Græcè Ἀπάμεια: *Laodicia*, & *Laodicea*, quæ Græce Λαοδίκεια: *Cæſaria*, & *Cæſarea*, Καισάρεια: in *Alexandriâ* & *Antiochiâ* idem obſeruat Priſcianus. Cæterùm ſingularis hæc admodum ſubſcriptio eſt, vtpote quæ æram *Nicæni Concilij* (cui interfuit Conſtantinus) egregiè firmet: de quo in *Chronolog.*
" Abeſt à nonnullis.

### COMMENTARIVS.

DE SVPPLICATIONIBVS aduerſus Reſcriptum Principis ab aliquo priùs impetratum, vel etiam aduerſus Edictum, eſt hæc, vt famoſa, ita obſcura hactenus Conſtantini M. Conſtitutio: In qua quæritur, quando aduerſus huiuſmodi Reſcriptum vel Edictum Supplicari *denuo* poſſit? Et quoad Reſcriptum, diſtinctione Quæſtio hæc abſoluitur: Nempe, *Moratoriâ* præſcriptione, vel *Præiudicio* alicui per Reſcriptum Principis ſeu eius cognitione quæſito, partem aduerſam ſupplicare *adhuc* aduerſus id poſſe, ſeu ſupplicandi aditum ei pandi, & vt reſcriptum iſtud conuellatur, relaxetur, peti *adhuc* poſſe: vt verò *Peremptoria præſcriptio* Principis reſcripto vel cognitione ſemel quæſita conuellatur, eiuſque adeo relaxatio indulgeatur, peti DENVO non poſſe: pariter vt contra Edictum Supplicari non poteſt. Hæc inquam eſt obſcuriſſima hactenus Conſtitutionis huius Conſtantinianeæ ſententia. Quam neque Græci, neque Latini Interpretes intellexere. Græcorum certe hæc Summa eſt, *libro 1. Baſil. 1. cap. 5.* μόνην τ̃ τεμπωραρίαν ἀναιρείτω παραγραφὴν ἡ τ̃ βασιλέως ἀντιγραφή, μὴ μὴν διηνεκῆ, ἢ τὸ πᾶν καταλύετω τ̃ προθεσμίαν. Ea verò vt rectè firmari poſſit, ipſæ primùm voces expēdendæ veniunt. *Moratoria* in genere præſcriptio dicitur omnis moratoria dilatio, *l. 1. inf. quorum appellat.* fruſtratio, *l. 3. eod. tit.* prouocatio, *l. 4. dicto tit.* quæ cauſam prolongat, & vt Interpretationis *huic legi* ſubditæ Auctor rectè hactenùs, quæ iudicium definitiuum; quæ actionem, exactionem, & executionem moratur: Quæ quidem, ſi obligationem ſpectes, ex quatuor fontibus manat; vel ex pactione, veluti ſi actor ipſe inducias indulſerit: vel ex ipſa obligationis & actionis natura; vel ex beneficio legis, vt quæ condemnatis datur; vel denique ex Principis Indulgentia, vt ad *hanc. leg.* idem Interpres agnoſcit, ὑπερημερία, προθεσμία. Si Iudicia verò ſpectes, Moratoria præſcriptio eſt omnis exceptio temporalis dilatoria, quæ iudicium & ſententiam definitiuam moratur, quæ ad tempus nocet, & temporis dilationem tribuit, vt vel *Inſtitutiones* monent: Exempli gratia, præſcriptio ſeu exceptio dilatoria ex perſonis iudicium conſtituentibus, & in his etiam procuratorum ſeu procuratoria, aliáque quæ iudicij diem diffindunt & morantur: Itemque omne *Præiudicium*, quod ordinem Cognitionis ſpectat, & ad conſtituendi principalis negotij cauſam pertinet: Vnde & *moratoria* præſcriptio, & *præiudicium*, hic παραλλήλως ponuntur, quoties videl. aliud quoddam iudicium neceſſariò definitiuam ſententiam præcedit. Quo in genere eſt quoque cauſa poſſeſſionis ſeu momenti, de quo Symmachus quoque *lib. 10. ep. 29. & 51.* Contrà, *Peremptoria* præſcriptio, τὸ τῶν καταλύων τ̃ προθεσμίαν, (cuius etiam mentio fit *l. 2. 37. inf. de appellationib. & l. 23. 24. inf. quorum appellationes*: quæ quidem tres Leges velut vnius eiuſdemque conſtitutionis partes, inter ſe coniungendæ ſunt) eſt ea, qua totius negotij cognitio, & vires principalis negotij tolluntur, vt *hac l.* dicitur: quæ cauſam principalem tollit, vt Interpres *ad hanc leg.* quæ eandem vim cum definitiua Sententia obtinet, puta vim vel conſumptæ cauſæ, vel non admittendæ, vt eleganter fermè loquitur *d. lex 37. inf. de appellationibus*: quomodo & Symmachus quæſtionem iudicationibus ſacriſque *Reſponſis conſummatam* dixit, *lib. 10. ep. 62.* quæ ſemper agentibus obſtat, & rem, de qua agitur, perimit; *§. perpetuæ 9. Inſt. de exceptionibus*, veluti doli, quod metus cauſâ, pacti conuenti, ne omninò pecunia peteretur. Ita quoque Peremptorium Edictum dicitur Tertulliano, *lib. de pudicitia*: *peremptorium vocabulum*, in Nouella Valentiniani 8. nempe vocabulum *Omnia*, & ſimilia: quibus Theodoſius Iun. omnes lites tricennio perimi voluit: *Peremptoria* item Rubricæ Sidonio Apollinari, *lib. 8. ep. 6.* vbi de eadem re & præſcriptione agit.

¶ His ita diſtinctis; de huius Conſtitutionis ſenſu nunc videamus, eúmque deinceps quem initio indicauimus, ſtabiliamus, aduerſus communes hactenùs interpretationes. Enimuerò duæ ad hanc leg. interpretationes adferri ſolent, & verò ab Accurſio afferuntur. Prior eſt, eaque communi fermè opinione recepta, eorum qui, Induciarum, &

dilationum

dilationum hodie vſitatarum, ſeu moratoriarum quæ à Principe debitori ſupplicanti *concedi* ſolent, fundamentum in *hac. l.* ponunt: & ſic qui in *Debitore* huius leg. ſpeciem ſingunt; hoc ſenſu: Debitori moratoriam præſcriptionem, ſeu *Inducias*, vt loquitur Interpres, Reſcripto Principis concedi poſſe: videl. vt ne intra hoc vel illud tempus exigi à creditore debitor poſſit: At præſcriptionem peremptoriam, qua ſcil. debitor debito exuitur & liberatur, relaxari ei non poſſe; *relaxari*, i. concedi; & conceſſam non valere. Et ita quidem hanc Legem Interpres eius accepit; & ceu veriorem Gloſſa quoque prætulit, & Communis opinio firmauit. Quò fit vt Conſtitutio hæc, iam fundus hodie ſit, & fundamentum tractatus, *de Reſcriptis*, ſeu *Literis dilatoriis*, *& moratoriis Induciis*. Alij verò; & in his veteres Interpretes, & poſt eos τ̃ νομικῆς φῶς Cuiacius 2. *Obſeruat.* 10. ſpeciem *huius leg.* in *Creditore* ponere malunt; hoc ſenſu: Moratoriam præſcriptionem ſeu dilatoriam debitori competentem, veluti pacti conuenti, *ne intra hoc vel illud tempus conueniatur*, creditori ſuum perſequenti ante diem relaxari remittique Reſcripto Principis quandoque poſſe, ſic vt eius præſidio debitorem ante diem, non obſtante moratoria præſcriptione exigere poſſit: At peremptoriam exceptionem debitori competentem creditori Reſcripto remitti non poſſe, ſic vt debitor ea non vtatur, vt putà pacti conuenti exceptionem, *ne vnquam petatur.* Verùm, quod rectè & ſubtiliter Antonius Faber, *de errorib. Pragmaticorum, decade* 25. *Errore* 3. animaduertit, poſterior hæc interpretatio admittenda non eſt: & hâc quidem, quam ipſe prætulerim, ratione, quod eam ipſa æquitas auerſetur: Nulla quippè iuris vel æquitatis ratio patitur, vt Princeps Reſcripto ſuo vel moratoriam exceptionem, pone ex pacto, miſero debitori competentem adimere poſſit: Scilicet vt ad liberandum proniores ſumus; ita ſi de dilatoriâ præſcriptione miſero debitori concedenda quæratur, ſanè humanitatis ſæpe ratio Principem inuitare poteſt, vt eam, & ſic ὑφημμείαν πρὸς πειθαλφὴν, indulgeat: atenim vt debitori competentem aliquo caſu in fauorem creditoris adimat, nulla iuris ratio, nulla æquitas patitur; quod indicatur quoque *l.* 3. §. 3. *π. quod quiſque iuris*: Nam & ſi mihi de fugâ conſulentem pedemuè ſtruentem debitorem fingas, vel ante diem ſolutioni præſtitutum, decoquentem, ordinario iuris remedio creditori conſultum eſſe poteſt, neque Princeps eo nomine adeundus venit. Certè, cùm omnia anxiè circumſpicio, etſi de Iuſtiniani ſeu Triboniani mente facilè concedam, eum *hanc leg.* accipi voluiſſe de *Induciis debitori* reſcripto Principis indulgendis, vti Triboniani ingenium fuit, qui etiã non integris conſtitutionibus Imperatoriis inſpectis, verum vt in anterioribus Codicibus legebantur tranſeunter tranſumptis, ſæpè ipſe lapſus deprehenditur, neutra ſuperiorum Interpretationum huic legi congruit. Neque tertia quoque, quam ingenioſiſſimus alioquin Antonius Faber prædicto loco attulit, ſcopum omninò aſſequitur; nempe, præſcriptionem ad conſtituendi iudicij cauſam pertinentem, litigatori *ſuo iure* competentem, à Principe adimi poſſe, vel certe hanc *l.* referendam ad eas dilationes quæ iudicatis ſeu condemnatis indulgentur, iuxta *l. ſi debitori* 21. *π. de iudic. & l.* 2. *Cod. de vſur. rei iud.* Quid igitur? Eſt hæc lex vt dixi de *ſupplicatione aduerſus Reſcriptum Principis* alicui conceſſum, quâ id ipſum *denuò* conuelli, reuocari nouo Principis Reſcripto petitur. Et definitur, ſi Reſcriptum, ad Iudicis fortè Conſultationem ſeu Relationem emiſſum fuerit, quo præiudicium ſeu moratoria præſcriptio continetur, parti concedatur, deferatur, aduerſus huiuſmodi adhuc Reſcriptum, vt videl. conuellatur, relaxetur, ſupplicare iterum partem aduerſam poſſe: ſi verò Reſcriptum totius negotij cognitionem tollat, & vires principalis negotij exhauriat, non poſſe *denuò* aduerſarium aduerſus huiuſmodi Reſcriptum Principi ſupplicare, & præſcriptionis iſtius relaxationem petere. Quare, contra huiuſmodi Reſcriptum, ſeu contra huiuſmodi præſcriptionem Reſcripto Principis aduerſæ parti ſemel quæſitam ſupplicare *hac ipſa leg.* æquatur ſeu componitur cùm ſupplicatione *contra Edictum*. Reſcripti ſcil. huiuſmodi cauſæ deciſorij ſeu peremptorij eadem vis & auctoritas eſt, quæ Edicti generalis, quod vtique peremptorium eſt, itaque ius facit, vt nemini priuato aduerſus id ſupplicare fas ſit: veluti aduerſus Edictum generale de re tributariâ: nam & ita *Edicti* appellatio quoque accipitur: *l.* 34. *infrà de annona & tributis.* Et ita quidem hanc *leg.* accipiendam apertiſſima quoque *Legis* verba euincunt, quæ id ingerunt omnia & ſingula: agi nempe in ſp. *huius leg.* de Reſcripto quod præceſſerat, déque ſupplicatione contra id, atque adeò de eo per nouum Reſcriptum conuellendo, relaxando: priuſquè adeò præſupponitur Reſcriptum Principis præceſſiſſe, deinde ſupplicationem aduerſus id factam. Quod quinque argumentis probatur.

¶ Primò ait lex: *Quoties Reſcripto noſtro præiudicium vel moratoria præſcriptio remittitur, aditus ſupplicandi pandatur*: vbi obiter *Remittitur* dictum pro Reſcripto tribuitur: *Remittendi* vox pro deferendi, tribuendi, concedendi, apud Papinianum quoque, *l.* 22. *π. de adulteriis*: & Ouidium non vno loco, hoc inter alia, *Metamorphoſ.* 11.

*Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.*

Vetus Auctor in Origine gentis Romanæ: *Achiuorum Principes remiſiſſe vt reuerterentur domum.* Et Interpres Irenæi *lib.* 1. *c.* 1. *Remitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*: vbi in Euangelio eſt ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι, pro quo in Vulgari, *dimitte* ſiue *ſinito*. Et locis aliis, quos aliâ occaſione congeſſerunt Cuiacius 21. *obſ.* 29. & Iuretus ad Symmach. *lib.* 9. *ep.* 1.

¶ Secundò ait lex: *Quod autem* [Reſcriptum] *totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit, ſine graui partis alterius diſpendio* CONVELLI *non poteſt.* Vides rurſum Reſcriptum præceſſiſſe, de quo *denuo* conuellendo actum quæſitumque fuerit. Non *conuellitur* Reſcriptum niſi quod præexiſtit: ſimiliter omninò idem Conſtantinus *l.* 11. *inf. de appellat.* *Neque vllus querimoniæ locus dabitur, nec occaſio* SVPPLICANDI, *vt* CONVELLI *labefactarique iubeamus quæ ad Relationem* SANXIMVS.

¶ Tertiò ait lex, *Nec præſcriptionis igitur peremptoriæ* [Reſcripto ſcil. tributæ] RELAXATIO *petatur. Relaxatio* ſcilicet eſt eius quod antea iniunctum fuerat remiſſio, ſeu indulgentia: atque adeò in ſp. *huius l.* eius quod Reſcripto iam conſtitutum fuerat reuocatio.

¶ Quartò ait lex, *nec contra Edictum ſupplicetur.* Hic vides æquari ſupplicationem aduerſus Reſcriptum quo peremptoria præſcriptio quæſita fuerat, & ſupplicationem contra Edictum, & ſic agi de beneficio & Reſcripro vel Edicto Principis, quo aliquid iam tributum fuerat.

¶ Quintò, vt eò redeam, initio quoque Legis de *Præiudicio* agitur, idemque cum moratoriæ præſcriptionis remiſſione ſeu conceſſione & Reſcripto coniungitur. Vt aliàs præſcriptio & præiudicium coniunguntur quoque *tit. π. de exceptionibus, præſcriptionib. & præiudiciis.* *Quoties reſcripto noſtro* PRÆIUDICIUM, *vel Moratoria præſcriptio remittitur, aditus ſupplicandi pandatur.* Quam alioquin *præiudicij* vocem Interpres hìc inſuperhabuit, & Tribonianus expunxit, & nonnulli hodie perperam abundare credunt: quæ tamen ad nouum noſtrumque hunc ſenſum egregiè facit: Nempe enim Reſcripto in ſp. huius leg. *Præiudicium*, vel moratoria præſciptio remiſſa fuerat: id eſt principali cauſâ dilatâ, aliquid prius iudicandum ad Iudicem Reſcripto remiſſum fuerat, vel ſanè Reſcripto præ iudicatum fuerat extra negotium principale: & ſic impedimentum tantum futuro iudicio ſeu cauſæ obiectum fuerat, vt Papias *præiudicium* definiebat. Id enim eſt *præiudicium*, ſiue iſtud reale ſit, ſiue perſonale: de quo omni Rauard. *lib. duob. de Præiudiciis.*

¶ His ita conſtitutis, *Rationem* huius Conſtitutionis eruamus: Nempe id egit *hâc l.* Conſtantinus M. vti Magiſtratus vice ſacra iudicantes, cuiuſmodi erat *Præfectus Vrbis*, cui hæc lex inſcribitur, noſſent quid & quatenus deferre deberent litigatoribus, ſupplicaturos ſeſe Principi allegantibus aduerſus ea, quæ iam Reſcripto deciſa fuerant, atque in iudiciis, allegabantur: nempe deferre quidem poſſe, & ſic ſupplicationẽ Partis ad Principem referre poſſe, *ſupplicandi aditum pandere*, ſi aduerſus præiudicium, vel moratoriam præſcriptionem tantum Reſcripto ſtatutam, ſupplicatio dirigatur: non verò, ſi aduerſus peremptoriam Reſcripto definitam ſupplicare velint; & ideò hoc caſu, vt & ſi aduerſus Edictum ſupplicetur, non obſtante allegatione ſeu ſupplicatione ad executionem procedi oportere: Eſt igitur hæc *lex* remedium partim aduerſus litigatorum fruſtrationes, qui caſſæ ſupplicationis Principi præſentandæ obtentu, vim reſcriptorum eludebant, diemque ducebant, & vt Symmachus alicubi loquitur, *denuò cineres negotij obreptiua ſupplicatione refouebant in flammam*, *lib.* 5. *ep.* 66. & idem *lib.* 10. *ep.* 62. *quæſtionem iudicationibus ſacriſque Reſponſis conſummatam repetebant.* inde verò aduerſus timidos Magiſtratus, qui factâ *ſupplicationis* mentione, ilicò partes ſuas ceſſare oportere putabant, atque adeò quibuſlibet ſupplicationibus deferebant. Summa proinde huius legis hæc eſt, ſupplicari non poſſe Principi, neque ſupplicationes partium ad Principem referre debere Iudices, ſi Reſcripto cauſa deciſa ſemel, ſeu negotium conſummatum fuerit: vel ſi aduerſus Edictũ ſupplicetur. Et verò, vt aliunde exempla aduocem, hoc illud ipſum eſt, quod idem Conſtantinus M. quatuor aliis conſtitutionibus conſtituit, poſt fundatam videl. à ſe Relationum ad Principem formam (de quibus ſuo titulo *de Relationibus*, imò & *tit. de appellationibus*) terminatam, conſummatam, deciſam, Reſcripto Principis, ad Conſultationem vel Relationem, cauſam, nullo iuris ſuffragio, nullo contrario Reſcripto refricari, retractarique poſſe; *ſupplicandique* aduerſus id aditum, quo videl. id *conuellatur*, omnem præcluſum eſſe, *l.* 6. 8. 9. 11. *inf. de appellationibus.* Eadem proinde Sẽtentia huius l. eſt, quæ in Symmachi paſſim Relationibus ad Imperatorem fermè Valentinianum Iun. *lib.* 10. *Epiſtolarum*, Inter alia *lib.* 10. *ep.* 62 cum initio dixiſſet, *quæſtionem iudicationibus, ſacriſque Reſponſis conſummatam repeti*: *Adiecta eſt*, inquit, *alia plena iuris atque rationis defenſio, quod poſt crebras Cognitiones, & Reſcripta ad Relationem numeroſa, pœnam Legis inciderint, qui* DENVO *contra vetitum* SVPPLICARVNT. *Extant quippe ſententiæ, quas cum prouocatio tentaſſet inhibere, conſultus Relatione Diuus Genitor Clementiæ veſtræ,* FINEM POSVIT QVÆSTIONI. Qui & illud ſcribit *lib.* 10. *ep.* 55. *Executorum praua interpretatio, dùm ſupplicantibus fauet, plerumque iuſſa corrumpit.* Ad eundem quoque modum, ſi ab vnius præſcriptionis peremptoriæ excluſione ad Principem appellatum ſemel fuerit, & reſponſum à Principe redditum fuerit, ab alterius præſcriptionis peremptoriæ in eodem negotio excluſione, appellari non poteſt. *l.* 24. *quorum appellat.*

Atque ita deinceps liquebit hanc conſtitutionem non rectè ab Interpretibus & Pragmaticis *ad literas moratorias ſeu dilatorias*, quas *Reſpirationes* vocant, vel Inducias quinquennales debitoribus concedi ſolitas hactenus referri (etiam ab iis qui ex profeſſo *de reſcriptis moratoriis ſeu Induciis quinquennalibus* commentati ſunt.) quod Antonius Faber quoque rectè vidit: at non ideò veris rationibus, neque vera huius leg. ſpecie & ſententia perſpecta. Eademque liquebit, voces *conuellendi*, & *relaxationis* hac leg. vt & *remittendi*, proprio quem dixi ſignificatu, non vt Interpretes detorquent, accipiendas: Illud paulò melius Interpretes ad *hanc l.* tractant, vtrum ius alteri quæſitum Princeps tollere poſſit? ¶ Tandem igitur hæc lex eo quoque deinceps nomine illuſtris erit, ob nouum videlicet intellectum, quæ & alioquin altero adhuc iam nomine illuſtris eſt, ob ſubſcriptionẽ eius; videlicet, *Dat. X. Kal. Iun.* NICIAE *Paulino & Iuliano VV. CC. Coſſ*, 1. *A. D.* 325. qua egregiè firmatur æra Concilij primi Oecumenici Nicæni: de quo iam *in Notis* dixi, & *in Chronico* noſtro.

¶ *De* PRECVM *fide ſeu veritate an Executor cognoſcere poſsit.*

IIII. * Idem A. ad Barbarum" Pompeianum, Conſularem" Campaniæ.

ETSI, non *Cognitio*", ſed *Executio*" mandatur", de veritate precum inquiri oportet; vt ſi fraus" interuenit", de omni negotio cognoſcatur". Dat. III. Id. Nouemb. Aquis", Dalmatio & Zenophilo VV. CC. COSS. [333.]

INTERPRETATIO. *Quicquid non vera, ſed falſa petitio à Principe obtinuerit, quia fraus interuenit, non valebit.*

NOTÆ.

* Lex *etſi* 4. *Cod. Iuſt. ſi contra ius*: & inde 25. *q.* 2. *c. dicenti.* Hanc etiam Limitatus eſt Pontifex *in cap de cætero* 5. *ext. de ſententiis.*

" Prænomen hoc omiſſum Cod Iuſt. " *Proc.* in aliis: malè.

" De cauſæ ipſius merito. " tantum. " tibi Reſcripto noſtro.

" Id eſt, ſi falſis & mendacibus precibus Principi obreptum ſit.

" *Interuenerit.* Cod. Iuſt. " A quo? Dicam mox.

ˆ *A quà* hæ videntur, quæ in Myſiâ & Daciâ erant: pariter, vt *l.1.infr.de erogat.mil.ann.* vbi vid.& quæ dixo: Niſi hîc legendum putet quis *Apris*, quod haud longè diſſitum à Conſtantinopoli, (vbi hoc anno Conſtantius erat) in Thraciâ. v. Plinium, Iuſtinum, Ptolemæum, & Itiner. Peutinger. &c.

## COMMENTARIVS.

IN PRECVM Principi oblatarum, ad quas Reſcriptum Principis proceſſit, veritatem ſeu fidem, Executor, cui Reſcripti Principis executio tantùm mandata eſt, non cognitio, inquirere adhuc poteſt & debet, ex hac Conſtantini M. conſtitutione. Executio inquam eius quod Reſcripto comprehenſum, non verò rei iudicatæ: de priore enim eſt hæc lex, non de poſteriore: quòd malè vulgò ex *hac leg.* admiſſum fuit, indéque creditum ex *hac ipſa leg.* executorem rei iudicatæ, oppoſita falſi præſcriptione rurſus poſſe de omni negotio iudicare. Quem errorem rectè reiicit PP. *cap. de cætero, de ſent. & re iudic.* hæc enim lex non eſt de executione rei iudicatæ, verùm de executione Reſcripti alicuius, quod lite pendente, id eſt, ante rem iudicatam, ſeu definitiuam ſententiam, vel poſt interpoſitam appellationem, quæ iudicatum ſuſpendit, ſæpè impetratur, vt quid celeriter reformetur, putà vt reſtituatur poſſeſſio, vt in ſpeciebus quas tractat Symmachus in epiſtolis, de quibus mox. Ergo Iudex executionis Reſcripti huiuſmodi, habet quoque hoc caſu cognitionem obreptionis, vt Baldus egregius legum Summator loquitur: nùm videlicet is qui Reſcriptum etiam Adnotationis meruit, ſeu impetrauit; de quo eſt inſignis Nouella Valentiani, 3. in ſpecie, *de homicidiis caſu factis*, per dolum ſciens falsò aliquid allegauit (vt ad Iulianum generalius loquentem Marcellus notat *l.75. ff. de iudiciis*) num ex geſtis quædam in precibus omiſit: *l.1. Cod. Iuſt. ſi contra ius:* num in facti narratione, num in tacendo mendacium admiſſum ſit, *l.2. Cod. eod. tit.* breuiter, num precum falſitas argui poſſit, *l. 3. Cod. eod. tit.* frauſque adeò interuenerit, *hac leg. & l. 4. Cod. eod. tit.* conſcientiamque Principis quis fefellerit, vt loquitur *lex vn. inf. de his qui à non domino:* Præſcriptione ſcilicet mendaciorum & fraudis oppoſita, probataque, Reſcripta impetranti prodeſſe non poſſunt *hac leg. & d.l.2. & l. 1. ff. de appellationib.* & iam olim Paulus *lib.1. ſent. 13. §. 6.* Quod etiam Auguſtinus *in Ioannem*, ex *Iure* notauit. *Iuris eſt forenſis, vt qui in precibus mentitus fuerit, non illi proſit quod impetrauit.* Hinc & tralatitia illa & ſolemnis olim in Reſcriptis ipſis cautela, *ſi vt proponis, ſi vt dicis, ſi vt allegas, ſi vt adſeueras*, & expreſſiùs adhuc, *ſi preces veritate nituntur, l.7. Cod. de diuerſis reſcriptis:* Item, *ſi vera ſunt quæ precibus complecteris, l. 13. Cod. de tranſactionibus*, ſimiléſque aliæ formulæ, quas omnes congeſſit V.C. Briſſonius. Quinimò & hæc nominatim addita, *ſi allegationibus tuis fidem adeſſe Iudex perſpexerit, leg. 3. Cod. qui morbo: leg. vlt. Cod. ſi aduerſus fiſcum. leg. 3. Cod. de fideiuſſor.* aliæque id genus. Quare & Iudices puniuntur qui vetuerint precum argui falſitatem. In eum verò finem, libelli vnà cum Reſcriptis ad Iudicem mittebantur, *leg. 6. ad leg. Iul. de vi publ. leg. 33. de re iudic. l. 3. de alimen. leg.* Quomodo & in collat. Donatiſtarum, *petitum videmus, legantur & preces, vt* CAVSA *poſſit audiri.* Denique hæc cognitio præiudicialis eſt, *cap. 2. ext. de reſcript.* Executor igitur, cui Reſcripto mandata eſt executio, qui de iudicato cognoſcit (nam ita eum deſcribit Iulianus *l.75. de iudiciis*, in Precum veritatem inquirere nihilominus poteſt & debet; *vt* [ita] *ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur*, ait Conſtantinus *hac leg.* Quæ verba cùm imperſonalia ſint, quærunt Interpretes, vtrùm idem ille, cui executio demandata eſt, de negotio cognoſcere poſſit? Quod cenſent Cynus & Fulgoſius. Contrà Placentinus, non Executorem, ſed Ordinarium cognoſcere oportere. Alij medij inter hos diſtinctionem adhibent. Verum in *huius leg.* ſpecie, fruſtra id quæritur: nam idem & Executor & Ordinarius erat, putà Conſularis Campaniæ: Apud eum ſcil. cùm lis fortè iam aliqua agitata fuiſſet, Parſque altera pendente lite, vel miſſione in bonorum poſſeſſionem ſeruandi debiti cauſa, preces Principi obtuliſſet pro dilatione fortè aliqua impetranda, vel ſuper præſcriptione, aut momenti beneficio, Princépſque id ei indulſerat, executionémque eius Reſcripti ad eas preces Conſulari iſti Campaniæ demandauerat: mox Pars aduerſa precum mendacium arguere cœpit: Mendacium inquam in cauſa non quidem principali (nam de eo non eſt *hac lex:*) verùm in ea quam precator adhibuit, vt pendente lite, dilationem, vel tale quid impetraret. Simile verò prorſus exemplum, quodquè ſenſum *huius legis* egregiè exprimit, ſuppeditat Symmachus *lib. 10. ep. 32. Dehinc petitore properante, vt ex Conſtitutione Numinis veſtri, ſeruandi debiti cauſâ in materna corpora mitteretur, quod aduerſaria æſtimationem bonorum conuenta facere noluiſſet, reſponſum eſt, de* SVPPLICATIONIS FIDE *prius eſſe tractandum. Id quod probabile videbatur* ADMISI. *Facto igitur* ADITV DE PRECIBVS DISPVTANDI, *defenſor Clariſſimæ Fœminæ Martianæ, notare ſibi viſus eſt* MENDACIVM SVPPLICANTIS: *quod cùm Priſcæ matris ſuæ teſtamento neptes eius ex Placidiano genitas hæreditatem cepiſſe dixiſſet, non omnes neptes ab ea ſcriptas probaret hæredes: Reſponſum eſt, de his tantum quas Auia hæredes inſtituit,* SVPPLICATVM: *Nec vnquam factam omnium mentionem, ſed earum quibus fuerat delata ſucceſſio.* Hactenus Symmachus, vbi vides, cùm Reſcripto Imperatoris iuſſus fuiſſet Symmachus P. V. petitorem, non facta bonorum æſtimatione ab aduerſaria in corpora materna ſeruandi debiti cauſa mittere, & ſic Executio eius Reſcripti ei mandata fuiſſet, mox & apud eum obiectum de precum ſeu ſupplicationis fide & mendacio fuiſſet: Symmachum huic rei, non obſtante Reſcripto cognitionem ſuam impertiuiſſe. Eodéque pertinet quodidē ſcribit *lib. 10. ep. 46.* etſi alia ſpecies ſit: *Turbatæ poſſeſſionis querelam* RESCRIPTO *obſecutus audiui: Et quia Theodoſium iudicio non interfuiſſe conſtabat, quo ſibi demptas queſtus eſt facultates, nec vlla* PRECVM MENDACIA *Conſtantius detegebat,* EXECVTVS *ſum circa germanum ſupplicatoris hæredem cœleſte iudicium, reformato ſtatu, quem claruit, mox propoſita appellatione, defenſum.* Eodem denique pertinet, quod Valentinianus diſerte, in *d. Nou. 3.* ſcribit. *Poſtquam tamen ad cuiuſcunque* COGNITORIS *Tribunal adnotatio noſtra peruenerit,* EXAMINARI FIDEM PRECVM *diligenter iubemus, vt ſi homicidium vel caſu, vel vitandæ mortis neceſſitate conſtiterit admiſſum, venia tribuatur orantibus: deprehenſos verò in* MENDACIIS, *illicò pœna percellat.*

Igitur cum *hâc l.* nil commune habent leges nonnullæ quæ ceu ſimiles adnotantur. Non *lex vn. inf. de litigioſis*, vel *lex 6. C. de execut. rei iudic.* neque enim de Reſcripto Principis ibi à Parte impetrato



impetrato agitur: verùm de executore rerum ſolemniter Iudicatarum dato: qui vtique Executor Iudicis ſibi partes vindicare non poteſt, vt contra ſtatuta aliquid pronunciet. Alia item ſpecies eſt capitis, *de cætero 5. extra. de ſententiis*, quod hinc alioquin imitatione quadam tranſumptum eſt: nempe agitur ibi de *ſententia præſentibus partibus* lata à Pontifice, cuius executor de toto negotio cognoſcere prohibetur: At in *hac l.* agitur de Reſcripto tantum Imperatoris ad vnius partis preces emiſſo. Sed & in eo quoque falluntur Interpretes, & in his Baldus, in *huius l.* ſpecie ponenda, cum executionem ſententiæ antea latæ à Principe demandatam aiunt, fraudemque in eo impetrantis fuiſſe, quod Principi precibus ſuis dixiſſet, ſententiam latam, cùm non eſſet: Nam in *huius l.* ſpecie nil tale vertebatur: Princeps ſcilicet ad preces alicuius reſcripſerat: & reſcriptum hoc ſuum ad Iudicem, Conſularem videlicet Campaniæ, direxerat, executioni mandandum. ¶ Ergo, vt ad ſententiam legis redeamus, Executor Reſcripti de precum ſeu ſupplicationis fide & veritate inquirere poteſt & debet: Etſi cognitio ei mandata non fuerit, ſed executio tantum: de Reſcripti verò ipſius *Iure* & æquitate, vel de re ipsâ à Principe iudicatâ haud item: Eodem etiam pertinet *lex 5. inf.* alioquin enim erunt illa ſæpe luſoria. *d. l. 75. ff. de iudiciis.* vbi ſimile quid definitur. Denique executor *Reſcripti*, Iudicis & *Cognitoris* partes ſibi vindicare non poteſt: niſi de precum veritate, ſi Reſcripto quid executioni mandari iuſſum fuerit. Excepto etiam eo, ſi quæ contra ius & vtilitatem honeſtatémue publicam proceſſerint, de quo vid. *Paratitlon:* quo caſu etiam Iudex ad Principem referre neceſſe habet.

¶ Additur, (quæ ſecunda *huius l.* pars eſt) *ſi fraus interuenit*, (id eſt, vbi de precum falſitate conſtiterit) *de omni negotio cognoſci oportere.* Nempe de principali negotio, quod dilatum in ſp. *huius l.* fuerat obtentu precum & Reſcripti: de quo ſcilicet Conſularis Campaniæ cognoſcebat, cuiuſque cognitio dilata hoc obtentu fuerat: eam igitur, detecta falſitate precum, repetere hic iubetur: *de omni negotio*, id eſt, de principali negotio, quod ſuſpenſum fuerat.

Et hæc quidem *huius l.* ſententia eſt: à qua diuerſæ ſunt, quæ tamen à nonnullis confunduntur, ſpecies *legis 1. & 2. Cod. ſi contra ius:* In iis quippe Principis reſcripto COGNITIO alicui delata fuerat *d. l.1.* ſeu datus Iudex fuerat qui cognoſceret. *d.l.2.* Cæterùm cùm cogniturus is eſſet, pars aduerſa ei qui reſcriptum impetrauerat, opponebat in precibus quædam omiſſa, *d. l.1.* ſeu præſcriptionem mendaciorum opponebat, ſiue in Iuris narratione, ſiue in Facti, ſiue in Tacendi fraude (hæc triplex ſolum mendacij ſpecies) *d. l.2.* atque ideò manum ei iniiciebat, quaſi integrum ei non eſſet, *contra allegata* iudicare: Quærebaturque adeo an oppoſita hac præſcriptione mendacij Iudex ideo minus *pro tenore veritatis* iudicare poſſet? Quod negandum videbatur, quaſi Reſcripto quod ad preces datum fuerat, id velatum fuiſſet: Et contrà tamen definitur *d. l.1. & 2. non idcircò minus iudicare poſſe*, ſcilicet *pro tenore veritatis, non* pro *deprecantis affirmatione: & ſecundum hoc de cauſa conuenire* Iudici *ferre ſententiam.* Igitur in illarum duarum legum ſpecie Cognitio delata fuerat: non in ſpecie *huius leg.* ſed executio tantum Reſcripto mandata. Deinde in illis legib. quæritur vtrum eò minus in cognitione procedere pro tenore veritatis poſſit, non attentâ falsâ precatoris affirmatione, ſeu falſis Allegationibus. Et effectu ipſo tamen hâc ipſâ l. exæquantur hæc duo: ſic vt non minùs ei cui *Executio* mandatur, quàm is cui cognitio, de veritate precum inquirere poſſit: & ſi fraus interuenit, de omni negotio cognoſcere debeat: verùm in ſuâ quaque & diuerſa ſpecie.

---

## ¶ *De* IVDICIBVS Reſcripta non exequentibus.

### V.* Idem" A. & Iulianus Cæſar, ad Taurum PF. P."

MVLTABVNTVR Iudices", qui Reſcripta contempſerint, aut" diſtulerint". Dat. III. Non. Iul. Mediolani", Conſtantino" A. IX". & Iuliano COSS. [357.]

INTERPRETATIO. *Feriantur Iudices damno, qui data ſecundum leges Principis præcepta contempſerint, aut conludio quocumque diſtulerint.*

## NOTÆ.

'* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſtin. quod multis caſibus ea vitietur. Recitat eam quoque Veteris Conſultationis Auctor.

' Malè *idem A*, etſi id ita quoque præferat Conſultationis Auctor. Reponendum enim hîc CONSTANTIVS A: quod & Iuliani Cæſaris, vt & Tauri PP. nomina in inſcriptione addita oſtendunt, & Conſules ſubſcripti. Eodem ſanè errore, & aliàs ſæpe *Conſtantini* nomen loco *Conſtantij* irrepſit: vt *l.1. infr. de iuriſdict. l.2. infr. de re militari. l. vn. de præbendo ſalar. l.1. de lenonibus.*

" De hoc *Tauro PP.* Italiæ. v. *Proſopogr.* Athanaſium, Ammianum Marcellinum, & Sulpitium Seuerum, &c.

" *Iudices*, id eſt, Rectores Prouinciarum. v. Gloſſ. Theod.

" *Aut iurgio rixæ conludio quocumque diſtulerint.* ita plenius Cod. Til. Quomodo & Interpres poſtrema addidit. Vnde hoc in *leg* tranſlatum, *quocunque conludio.* " *Mediolano* in And.

" *vel Conſtantio.* Porrò, pro A. IX. habent alij VI. vt in Tiliana edit. al. VII. vt eſt in veteri Conſultatione. In Aniano, Put. Rhemenſi, And. VIII. ſi IX. legitimum eſt, tum *Iuliano* II. ſcribendum mox fuerit, atque adeò lex hæc referenda ad A. D. 357. ſi VIII. tùm nil mutandum, referendaque hæc lex fuerit ad A.D. 356.

## COMMENTARIVS.

IVDICES, id eſt, Rectores prouinciarum, Reſcripta non ſedulò exequentes, multandos ait, *hâc l.* Conſtantius Imp. hic enim *huius leg.* ſeu ſanctionis & ſententiæ auctor eſt; vt oſtendi iam *in Notis*: Non exequentes, inquam; ſedulò, vel *contemnendo* ea penitus ſcilicet, vel eorum executionem *differendo*, ſeu contando. Hæc duplex ſcilicet Iudicum contumacia *hâc l.* notatur, reſcripta vel omnino contemnentium, vel in executione *contantium* ſeu differentium: quam & ideò Conſtantinus multandam minatur: Idque conſtitutione ad *Præfectum Prætorio* emiſſa: ſub cuius videl. diſpo-

ſitione Iudices & Rectores prouinciarum erant: eo ſcilicet fine, vt per hunc Iudicibus hæc lex innoteſceret, iſque eos officij ſui commonefaceret. Hùc verò pertinet, quod Symmachus, P.V. *lib.* 10. *ep.* 49. ſcribit: *Dies noctéſque ſollicitor, vt* PROMPTO *obſequio Diuinæ Clementiæ veſtræ iuſſa promoueam, ſiquidem non licet longa comperendinatione* DIFFERRI *iuſtitiæ ac legibus amica decreta*, *D. Imperator. Vnde cauto opus eſt, ne exiſtimationem meam per alios allata Præceptis* TARDITAS *deuenuſtet. Nam cùm, &c.* ¶ Additur tamen hic rectè, non quidem in *ipſâ l.* verùm ad *hanc l.* limitatio ab Interprete, *ſi data reſcripta ſecundum Leges fuerint*: nam quæ contra ius emiſſa ſunt, *contemnere* ea Iudices & reſpuere omninò poſſunt, imo iubentur: *l.* 4. *ſup. tit.* 1. *& l.* 1. *h.t. ſup. & l.* 20. *inf. de Cohortalibus*: vel etiam ſi fraude aut mendacio fuerint extorta, de quo ad *l. ſuperiorem*: vt & *differre*, in *ſp. l. ſi vindicari, de pœnis*. His accedat Caroli VII. R. Franciæ conſtitutio *A.* 1453. *art.* 66.

## ¶ *De* DILATORIIS *Reſcriptis in re Tributaria.*

VI. * Imppp. Gratianus, Valentinianus, & THEODOSIVS AAA. Floro" P.F.P."

VNIVERSA Reſcripta, quæ in debitorum" cauſis, ſuper præſtandis dilationibus impetrata ſunt, reſcindantur: cùm ſint" acerbiùs perurguendi", qui Manſuetudinis Noſtræ pudore" fatigato, non quod vtilitatibus publicis, ſed quod ſuis fraudibus conueniret, aſpexerint." Data VII." Kal. Martias, Conſtantinopoli, Antonio & Syagrio vv. cc. coss. [382.]

INTERPRETATIO." *Si cuiuſlibet rei debitor conuictus, propter differendam ſolutionem à Principe inducias" impetrauerit, beneficium quod obtinuerit non valebit, ſed cautionem" ſuam implere cogatur.*

### NOTÆ.

* L. *vniuerſa* 4. *Cod. Iuſt. de precibus Imperatori offer.* hinc alium prorſus in ſenſum interpolata eſt: de quo mox: quomodo & canonizata eſt 25. *q.* 2. *c.* 13. 14. 15.

" *Florus* hic ex Magiſtro officiorum Præfectus Prætorio fuit in Oriente ſub Theodoſio M. A.D. 380. 381. 382. 383 ex *l.* 96. *de Decurionib.* apparet, ſub eius diſpoſitione Myſiam fuiſſe. vid. *Proſopog.* Malè hic in Cod. Iuſt. editum *Floriano.*

" *Debitorum*, id eſt, tributorum, de quo mox.

" Cùm *ſit acerbius perurgendus.* & in fine *leg. diſpexerit* in nonnullis MSS.

" *Perurguere*, hæc ſcriptura eſt Cod. Theod.

" *Pudore*, rectè: in Til. edit malè *pondere*: etſi ad marg. additum *pudore.*

" *Aſpexerint*, pro reſpexerint, attenderint.

" Al. VIII. vt habetur quoque Cod. Iuſt. & ad marginem à Tilio additum,

" Interpretatio hæc falſa eſt.

" *Inducias hîc* vocat Interpres, *vt & l* 3. *ſup.* dilationem, vt & Nouella Maioriani *de indulg. reliquorum*: In eadem re laxitatem vocat Conſtantinus *l.* 4. *inf de Exactionib.* laxamentum, Am. Marcellinus *lib.* 16. *p.* 69.

" *Cautionem*, id eſt, promiſſionem: de hâc voce vide V.C. Bignonium *in veteres formulas p.* 572.

### COMMENTARIVS.

TRIBVTARIA in re *dilationem* ſeu inducias Reſcripto Principis datas, & ſic Reſcriptum, iſtud, non valere definit *hâc l.* Theodoſius M. vt & Valentin. Iun. *l.* 7. *prox. inf. & l.* 4 *inf. de exactionib.* Hæc inquam huius leg. ſententia eſt, de re Tributaria, déque debitoribus fiſci, vel tributorum: duobus argumentis ex *ipſâmet l.* deſumptis. Primò quidem, ex voce DEBITORVM. Ea ſcilicet ſignatè paſſim tributa intelliguntur: veluti Rubricâ *de indulgentiis debitorum*: *& l.* 3. 4. 5. 9. *vlt. eius tit. l.* 15. 19. 31. 34. *inf. de annona & trib. l.* 1. 3. 7. *de exactionib. l.* 1. *de diſtract. pignor. l.* 1. *de patrociniis vicorum*, *l.* 26. *de erogat. milit. ann. l.* 14. 39. *de appellationib. l.* 4. *de Palatinis S. L. l.* 54. 186. *de Decurionib. l.* 6. *quorum appellat. l.* 9. *de Numerariis*: *l.* 1. *de ponderatorib. l.* 9. *de executorib. l. vlt. de præd. Senatorum*: *l. vn. de priuil. domus Auguſtæ.* Imò & in *l.* 2. *Cod. Iuſt. ex quibus cauſis infam.* In *hac* inquam *l.* 2. vt id obiter inculcem ad Legis illius illuſtrationem, ibi, *qui cùm plus debito nomine Debitorum exegiſſet*, vox, *debitorum*, pro *tributorum*, ſeu debitorum publicorum accipienda eſt: Quod etiam dubitandi ratio quæ initio leg. illius indicatur, apertè demonſtrat: ibi, *neque* PECVLATVS *damnatus intelligi poteſt*: videbatur ſcilicet in ſp. *illius l.* is qui ſuperexegerat, peculatus crimen incurriſſe, eò quod cùm publicæ pecuniæ obtentu aliquem depeculaſſet, exactum in publicum non redegiſſet. Verùm decidendi ratio iſthæc ibi eſt, quia ſcilicet in eâ ſp. reus, non publicam pecuniam interuerterat (quod vtique peculatus crimen eſt) verùm publico nomine perperàm exactam in publicum non redegerat. Quare nil neceſſe eſt in eâ leg. *tributorum* vocem ſubſtituere, quod Haloander alioquin quoque volebat. Contrà, non admittenda eſt C L. Salmaſij in *eâ l.* ſubſtitutio *de trapezitico fœnore*, *p.* 490. *qui cum plus debiti nomine debitorem exegiſſet.* Eodem pariter ſenſu *debitorum* vocem accipio, & *l.* 4. *Cod. Iuſt. comminationes*, *epiſtolas*: Eodem ſenſu Am. Marcellinus *lib.* 17. *p.* 98. agens de Iuliano, & de tributorum & *capitationis* calculo, ratiociniis ab eo in Galliâ diſpenſatis: *Quo leuati ſolatio cuncti, nec interpellati, ante præſtitutum tempus* DEBITA, *contulerunt.* Sic & *debitores* abſolutè, pro tributorum & fiſci debitoribus, *l.* 1. 7. 16. *inf. de exactionib. l.* 1. *de diſcuſſorib. l.* 3. 9. 11. 14. *de indulg. debitorum. l.* 30. *inf. quorum appellationes.* Secundò, *vtilitatis publicæ* in *h.l.* nomen ad tributariarum functionum cauſam manifeſtè pertinet, & rem annonariam ſeu tributariam ſignificat: pariter vt *l.* 3. *Cod. de primipilo*: *l.* 1.



*l.* 1. *Cod. de offic. Com. S.L. l.* 4. *Cod. de off. Rectoris prouinc.* Eodemque ſenſu accipiendus eſt titulus Codicis Iuſtinianei: *Si contra ius vel vtilitatem publicam fuerit aliquid impetratum.* Hæc cùm non attenderet Interpres, imò & Tribonianus, hanc leg. de priuatis debitoribus perperàm acceperunt, quaſi etiam determinantem Legem *quoties* 3. *ſup.* Perperàm omninò: & Interpres, inquam, vt pote qui moratoriam præſcriptionem ſeu inducias à Principe litigatoribus concedi poſſe ſuprà probabat, ad *d. l. quoties*: quod tamen Interpretatione ſuâ hic iterum improbat: & Tribonianus, qui miro ideò flagitio hanc leg. interpolauit, & ad ſenſum ſuum, à primigenio ſuo quem dixi planè alienum, inflexit: maléque intellectæ legi *quoties*, hanc leg. ceu limitationem eodem titulo ſternendam credidit, ne alioquin pugnantia hac parte quoque contra legem quam ſibi dixerat, in *Codicem* ſuum referret: ſed & modum adhuc quendam de peculio ſuo illi attexuit. *Lex* ibi ita habet: *Vniuerſa Reſcripta, quæ in debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgantur, non aliter valeant, niſi fideiuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur.* Eademque ita refertur ſeu canonizata exſtat 25. *q.* 2. *c.*......... Quod quidem luculentum eſt Tribonianeæ ϛρεψοδικοπανουργίας argumentum. Nunc ad rem. Dilationes igitur ſeu Induciæ debitoribus fiſci, & tributorum *hac l.* non dantur manifeſtis ſcilicet, & confeſſatis, vel *conuictis*, quâ alioquin voce hic in ſuâ ſpecie vtitur Interpres: Atenim quaſi debitoribus tantum conuentis, ad probationes requirendas certi temporis dilationes dantur: *l.* 3. *inf. de dilationibus.* Ergo ſingulare iſtud eſt in re fiſcali & tributaria, vt ne dilatio debiti ſeu tributi Reſcripto vtiliter tribuatur: cuius rei rationem, quæ in aperto ſatis eſt, eáque indicatur *fine legis*, vide quoque apud Am. Marcellinum *dicto loco*: quemadmodum & cùm manifeſtum eſt debitum iſtud, ad prouocationis ſeu appellationis auxilium conuolare non licet, vt docent multæ leges *infra tit. quorum appellationes.*

¶ Tãdem *hac l.* notari cupio illa, *Manſuetudinis noſtræ pudore fatigato*: quæ Theodoſij M. characterem moreſque arguunt, quàmque res hæc ei curæ fuerit: Nempe pudor boni Principis fatigatur, & Manſuetudine eius abutuntur multi, vbi non quod vtilitatibus publicis conuenit, reſcribere importuni precibus adigitur Princeps: Quare & Valentinianus Iun. ab eadem mente, *l. prox. damnabilem* hanc *ſubreptionem* vocat.

## ¶ *De Reſcriptis in fraudem rei* TRIBVTARIÆ.

VII. * Iidem" AAA. Principio PP."

IN fraudem annonariæ rei, ac deuotionis" publicæ, elicitum, damnabili" ſubreptione", Reſcriptum, manifeſtum eſt, iure non poſſe vires ſortiri: Circa omnes igitur par atque æqualis" inlationis forma teneatur. Dat. VIII. Kalend. Octob. Aquil." Arc. A. I. & Bautone v.c. coss. [385]

INTERPRETATIO. *Si quis Principis beneficio impetrauerit, vt cum reliquis poſſeſſoribus tributa non ſoluat, hæc impetratio penitùs non valebit: Circa omnes enim poſſeſſores Leges æqualem inlationis formam ſeruare" præcipiunt.*

ALITER. *Ne quis poſſeſſor Principis beneficio ſoluere tributa recuſet.*

### NOTÆ.

* Lex *in fraudem* 7. *Cod. Iuſt. de annonis, & tributis.* Repetitur verò hæc *lex* totidem verbis, *l.* 20. *inf. de annonâ, & tributis.* Iungendáque ei, (mox vt oſtendam) *lex* 1. *Cod. Iuſt. de fundis limitrophis.* Aberat *hæc lex* à *Cod. Til.*

" Malè, & hîc & *d. l.* 20. iam enim Gratianus A. D. 383. interfectus fuerat. Quare repone VALENTINIANVS *Theodoſius & Arcadius.*

" *Principius* hic ſub Valentiniano Iun. PP. Italiæ fuit: v. Proſopogr. & quæ dico ad *l.* 12. *inf. de murilegulis*, *& l.* 3. *de executoribus.*

" De hac *Deuotionis* voce mox. " v. quæ dixi ad l. *ſuper.*

" Vel obreptione: vt *inf. tit. ſi per obreptionem*: *& l. vlt. inf. de Immunitate conceſſa.*

" *Æquanimitas* inde hoc ſenſu *l. vn. d. tit. ſi per obreptionem*, & indifferenter, *l.* 36. *inf. de annona & tributis.*

" *Aquileiæ* Valentinianus Iun. hoc tempore conſtitit. A.D. 385. v. Chronologiam, Ambroſium, & Zoſimum.

" *Seruari.*

### COMMENTARIVS.

IN Tributorum ſeu rei Annonariæ fraudem elicita Reſcripta vt aliis conſtitutionibus, viribus inania eſſe iubentur, proximâ *l.* 6. *ſup. & l.* 25. *inf. de ſuſceptoribus*: veluti ſi dilatio detur: *d. l.* 6. ſi canon mutetur aut remittatur: *l.* 3. *infrà de canone frum. V.R. l.* 30. *inf. de annona*: ſi in arbitrium alicuius conferatur vt vel ſpecies ipſas vel pecuniam inferat, *l. vlt. inf. de collat. æris*: ſi immunitas concedatur, *l.* 1. *inf. de annona*: *l. vlt. ſup. tit. prox. toto tit. inf. de immun. conceſſ. & tit. ſi per obreptionem*: ſi *Inlationis* forma Reſcripto mutetur, in alicuius gratiam, ſpreta pari atque æquali inlationis forma. Idemque iuris eſt in publicarum ſpecierum tranſuectione: de quo eſt Nouella Theodoſij 15. *de nauib. non excuſ.* de quo & *tit. inf. de nauib. non excuſ.* Ita & hac conſtitutione Valentinianus Iun. id ipſum cauet: quæ repetita extat totidem verbis *l.* 20. *inf. de annona & trib.* & idem iterum *l. vn. inf. ſi per obreptionem.*

¶ Hæc cùm perſpicua ſint, quatuor tamen ad *hanc l.* adhuc notanda veniunt. Primò obſeruandum hîc ſemel, *Deuotionem* pro re tributariâ, & deuotione ſeu obſequio quod ab omnibus debetur ſpeciatim in tributis ſoluendis, paſſim accipi, vt hîc, ita & *l.* 20. 22. 29. 32. 34. 35. *inf. de annona & trib. l.* 19. *inf. de luſtrali conlat. l.* 1. *inf. de patrociniis vicorum*: quomodo & deuota mens, *l.* 2. *inf. de publica comparat.* Indeque & *deuoti*, *deuotiſſimique*

prouinciales & principales, *l.*10. *inf. de metatis*: .4. *de naufragiis*: *l.*5. *de annona*: *l.*126.186. *de Decurionibus*, qui ſcilicet fiſco quod debent ſoluunt, qui tributa inferunt. Contrà, *indeuota deſidia*, pro morâ factâ in inlatione tributorum: *l. vn. inf. de officio vicarij*. *Deuotio*, ſcilicet eſt καθοσίωσις erga Rempubl. & *deuotus* καθοσιωμένος, qui quod fiſco debet, præſtat. Alioquin in genere *deuotio* ſumitur pro fide, quæ debetur & præſtatur Principi & Reipubl. in quocunque tandem munere publico: Hinc & *deuoti*, *deuotionis*, & *deuotiſſimi* appellatio de militibus, deque militari obſequio: *l.*10. *inf. de re militari*: *l.*6.7. *inf. de tyronib. l.*17. *de erogat. milit. ann. l.*13. *de metatis*: *l.*28. *de ſuſceptoribus. l.*3. *de equorum conlat. l.*19. *de paganis*: *l.*2. *de exact. vel tranſlat. ann.* Valerianus quoque iam olim apud Pollionem: *Vinum deuotiſſimis quibuſque ac fortiſſimis viris proferendum.* Et Nemeſianus *in Cynegetico*.

*Et fidos ad bella duces, & milite multo*
*Agmina, queis fortes animos deuotio mentes.*

Auguſtinus *lib.*2. *contra epiſtolam Parmeniani*. *Neque vllo modo per deuotum militem.* Omitto alia quæ in *Gloſſ. Theod.*

Secundò obſeruandum, *hanc leg.* coaſſandam ſeu coniungendam cum *l.*1. *Cod. Iuſt. de fundis limitrophis*, imò hanc illi velut clauſulam ſubiiciendam: emendatâ illius tantum Inſcriptione ex hâc noſtra: perperàm enim Inſcriptio ibi ita habet: *Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. ad Licinium PP.* quod vel ſubſcripti alioquin Conſules ſatis euincunt: emendandum enim vt hîc. *Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius*: & rurſum, loco *ad Licinium PP.* reponendum ibi *ad Principium PP.* ad quem plures exſtant hoc anno Conſtitutiones: cuius *Principij* nomen in *Licinij* nomen ibi facile migrauit ex ſoni ſimilitudine. Legis illius verba apponere iuuat, *Tiberianus ad poſſibilitatem ſingulorum quorumcunque locorum intuens, ſtatuit certas poſſeſſiones, quæ ad limitem* FRVMENTVM *conueherent. Quocirca generali lege cenſemus, Tiberiani diſpoſitionem oportere obſeruari, amouentes quidquid vel potentia cuiuſcumque elicuit, vel* FVRTIVA DEPRECATIO: *Addentéſque nihilo minus, in futurum nulli licere aduerſus vtilem vetuſtatem & præſentem Legem noſtram importuna & reſpuenda repoſcere. Dat.* XVIII. [℞. VIII.] *Kalend. Octobr. Aquileiæ Arcadio A. & Bautone Coſſ.* Vides ibi congruere omnia cum hàc *leg.* noſtra, ac nominatim argumentum illius: Eâ ſcilicet improbatur elicitum à nonnullis per potentiam, vel per furtiuam importunámque deprecationem Reſcriptum, aduerſus annonæ, ſeu frumenti ad limitem connectionem: cuius alioquin legis ſubſtantia concordat cum *l.*9. 11. 21. & 22. *infr. de annonâ, & trib.* & *l.*15. *de erogat. milit. ann.* nempe, annonam conuehi oportere à Prouincialibus ad limitem pro loci proximitate, ſeu à proximis, qui ad id deputati iam olim, poſſeſſoribus, & poſſeſſionibus, ſeu fundis, qui & inde *limitrophi* dicti, quod ſcilicet ex iis conuectâ annonâ limitaneus miles qui in limite Imperij aduerſus hoſtes & Barbaros prætendebat, aleretur: neque Reſcripto hanc neceſſitatem in fraudem rei annonariæ quâcunque tandem arte euitari, ſeu mutari poſſe: quæ & ipſa *huiuſce leg.* ſententia eſt, vt & *l.*8. 13. *Cod. de fundis patrimonialib.*

Tertiò obſeruari ſemel oportet, hanc l. & ſuperiorem 6. vna cum aliis pluribus quæ de re tributaria agunt, ad *Præfectum Prætorio* emiſſas: nempe quia annonaria ſeu tributaria res ad eius curam pertinebat: quod & Am. Marcellinus, & Zoſimus non vno loco teſtantur, & hic quidem *lib.*2. *p.*688. *lib.*4. *p.*741. *lib.*5. *p.*822. de quo infrà plenius *lib.*11. *de annona & tribut.* Hinc & Hieronymus *commentario in Prophetam....* eum *Præfectum annonarium* vocat. Hinc adeo *Tiberianum* quoque illum, cuius diſpoſitio circa conuectionem annonæ ad limitem *illa lege* ſtabilitur, Præfectum Prætorio fuiſſe cenſet Accurſius, & poſt eum Cuiacius. Certè non fuit is Magiſter militum, quod tamen voluit nuper Amaya *ad eam leg. num.*27. *p.*231. Limitis quippè tuendi cura etſi ad Magiſtrum militum pertineret (quo argumento vtitur Amaya) attamen annonæ militaris cura ad Præfectum Prætorio pertinebat: vt & ad Vicarium ipſius, vel etiam ad Proconſulem vbi ſummum is Imperium habebat, vt in Hiſpania aliquando euênit, quam paulò ante hoc tempus regebat Proconſul; cuiuſmodi erat Tiberianus ille ſiue Vicarius, ſiue Præfectus prætorio, ſiue Proconſul: de quo in *Proſopogr.* & ad *l.*14. *inf. de accuſat.*

Tandem, quantopere hæc res curæ fuerit Valentiniano Iun. oſtendunt illa, *damnabili ſubreptione*, quâ & rei meritum & atrocitatem facti ingerit. Execranda ſcil. & damnabilia maximè ſunt, quæ rem tributariam ſeu annonariam, in quâ ſalus Reipubl. neruuſque militaris conſiſtit, morantur, attentant, & labefactant.

## ¶ *De* PRECVM *Principi oblatarum vi & effectu ad perpetuandam actionem.*

VIII. * Impp.″ ARCADIVS & Honorius A A. Remigio PF. P.″ Auguſtali.″

DVBIVM non eſt, *Conteſtationem*″ intelligi etiam″, ſi Noſtræ fuerint Tranquillitati preces″ oblatæ″, eáſque″ aduerſus hæredem quoque eius, in quem porrectæ ſunt, vel ab hærede eius qui meruerit″, exerceri: Nam*, ſicut ex″ cauſis numeroſis″ etiam hæc″ actio tranſmittitur ad hæredem quæ teſtatori competiiſſe monſtratur, ſic & è diuerſo, iuris definitione, Conſultorum″ omnium conſonâ reſponſione, firmatur, *Ab hærede actionem non incipere, quæ non competierit teſtatori.* Data III.″ Kal. April. Conſtantinopoli, Arcadio″ IIII. & Honorio III. A A. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Si quis Principi de negotio ſuo preces obtulerit, litem conteſtatus eſſe cognoſcitur. Et ſi defunctus fuerit is qui preces obtulerit, vel is contra quem obtulit, actio*



*& hæredibus defuncti & contra hæredes pulſati″ ſalua permaneat: Quia cauſa actione conteſtata, ea quæ competebat defuncto, competit & hæredi. Si verò auctor″ quolibet ordine″ repetitionem ſuam præſens non publicauerit″, hæres eius vnde″ auctor actionem non propoſuit, agere prohibetur.*

[396.]

## NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. quando libellus Principi datus*, &c. Iungenda huic *lex* 7. *inf. de contrah. empt.* Fugitiua porrò videri poſſit hæc lex hoc titulo, niſi eo ipſo quod de Reſcriptis hoc titulo agitur, de precibus quoque, ad quas Reſcripta emitti ſolent, agi debere videntur: Meliùs certè Cod. Iuſt. hæc lex alium in titulum coniecta eſt, quandoquidem de Reſcripto nihil in eâ agitur.
″ Idem AAA. in Cod. Til. Iidem porro, qui *l.*6. nam *in l.*7. ibi abeſt.
″ Inducenda hæc nota ſingularis, pariter vt *d. l.*7. quod & Cuiacius iam rectè notauit 8. *Obſeruat.* 21. neque enim Præfectus Auguſtalis de Præfectorum Prætorio numero fuit. Quanquam *l.*2. *Cod. de off. Præfecti Auguſtalis* Præfectus Prætorio *Auguſtali* vocatur.
″ Abeſt hoc à Cod. Iuſt. malè: (quod etiam oſtendit *d lex* 7.) vnde fit, vt iam Inſcriptio ibi præferat, *Remigio Præfecto Prætorio.* Etſi ad marginem ibi rectè additur al. *Auguſtali.*
″ *Litis*, additum Cod. Iuſt.
″ Sic locus hic interpungendus: hactenus malè, *intelligi, etiamſi*: etiam in Cod. Iuſt.
″ Δεήσεις ἱκετηρίων ἀξιώσεις, vocant Græci.
″ In nonnullis *ſublata*, vt à Tilio adnotatum, malè.
″ Preces.
″ Ita quoque Cod. Iuſt. *meruit*: quod ſtare non poſſe videatur: quia hic de nudis precibus agitur, deque earum Principi oblatarum vi, non vero de reſcripto ad eas impetrato. Igitur reponat quis *mæruerit*, id eſt, precibus apud Imp. conqueſtus fuerit: quomodo *precum miſeratio* dicitur *l.* 28. *inf. de cohortalib.* & *deflendi* vox eodem ſenſu vſurpatur, *l.*186. *inf. de Decurionibus*, & *l.*9. *inf. de Legatis*. Niſi *meruerit*, preces ſcilicet offerre, ſuppleamus, id eſt, cui contigerit preces offerre.
* Sequentia omnia recidit Tribon. Quæ ſanè etiam non ita aperto vinculo cum ſuperioribus cohærent. Forte pro *Nam*, legendum *Nunc*: vel *Iam*.
′ Id eſt, inter, vel propter: ſed prius malo.
″ *Numeroſum* v. Gloſſ. Theodoſ. ″ &, malè in Til. edit.
′ Quæ? Temporalis ſcilicet per oblationem libelli perpetuata.
′ *Conſulti* ἁπλῶς pro Iuris Conſultis *h l.* & in Interpret. *l. vn. inf. de Reſponſis prud.* Horatius 2. *Ep.* 2.
′ *Quædam, ſi credis* CONSVLTIS, *mancipat vſus.*
′ Ita rectè, quod etiam à Tilio ad marginem notatum: apud quem alioquin malè *Gratiano* IIII. & *Theodoſio* III.
′ Al. XIII. Quod à Tilio ad marginem notatum.
′ *Pulſati* vox paſſim pro reo conuento. vid. Gloſſ. Theod.
′ *Auctor* paſſim à quo ius promanat, vid. Gloſſ. Theod.
′ Id eſt, non apud acta conteſtatus ſit. ″ id eſt, cuius rei nomine.

## COMMENTARIVS.

LIBELLVM quoque ſeu PRECES Principi oblatas, litis conteſtatæ vim & poteſtatem obtinere ſeu æquiualere, hâc Arcadij conſtitutione definitur: ad eum ſcilicet effectum, vt actiones temporariæ, tempore alioquin perituræ, in tutum redigantur, vt loquitur Paulus *l. ordinata* 24. π. *de liberali cauſa*, id eſt perpetuentur hæredi & in hæredem, *h. l.* hic enim notiſſimus, inter alios litis conteſtatæ effectus eſt. Non idem verò obtinebat in libello oblato Præfecto Prætorio, *l.*1. *Cod. de officio PP. Orientis*: etſi dignitas hæc alioquin Imperatoriæ proxima eſſet & contigua: &, vt Sex. Aurelius Victor loquitur *c.* 9. *Honos hic alter ab Auguſto imperio* foret, ὑπόπορφυρος βασίλεια, vt eam vocat Eunapius, *in v. Proæreſij*, *p.*151. ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, Themiſtio *Orat.* 9. *p.* 207. ἀρχὴ μεγίστη μετὰ τῆς βασιλικῆς: de quo plura ad *l.*18. *de Prætorib. l.*3. *de Primicerio & Notariis*. Nempe hoc vnum inter cœtera quæ Principi reſeruata erãt, fuit: videl. vt ſola libelli oblatio ei facta, loco conteſtationis cederet, actionéque perpetuaret. Quod quidem accipiendũ nõ eſt de actionibus illis quæ perpetuæ alioquin dicuntur, vel quæ longioris temporis, id eſt triginta annorum præſcriptione perimuntur; *l. vn. inf. de action. certo tempore finiendis*: quomodo & diſertè Iuſtinianus hac leg. ad Prætorias & annales eam reſtrinxit, *l.*2. *Cod. quando libellus*: Quare ſenſus *huius leg.* hic eſt, temporarias actiones vt litis conteſtatione, ita & libelli oblatione Principi factâ perpetuari, & ad hæredes tranſmitti. ¶ *Speciem* porrò, atque adeò genuinum totius huiuſce Legis ſenſum hanc ad diem minùs perſpecta, argumento *Legis* 7. *inf. de contrahenda empt.* cui hæc coaſſanda venit, ita conſtituo: Titius fundum vendiderat, poſt venditionem factam multo pòſt deceſſerat, querelâ quidem intra tempus præſtitutum aduerſus venditionem interpoſitâ, verùm neque lite in iudicio conteſtatâ, neque vllis Principi precibus oblatis: hæres eius, tùm obtentu pretij vilioris (quæ vtique iuſta reſcindendæ venditionis cauſa non eſt, niſi vltra dimidium læſio ſit) tùm cauſis aliis, & fortè propter querelam defuncti, etſi non in iudicio, neque apud Principem factam, hanc venditionem reſcindi poſtulabat: eo, vt dixi, potiſſimùm obtentu, quod dolorem ſuum de venditione perperam facta defunctus teſtator aperuiſſet: Verùm reſcribit Imp. *d. l.* 7. id hæredem non iure poſtulare, quandoquidem defunctus ſuper eo intra tempora præſtituta nunquam litem conteſtatus fuiſſet (quod vtique regulariter requiritur, vt lis perpetuetur, de quo *ad l.*2. *inf. de integri reſtit.*) nunquam etiam vel libellum Principi ſuper eo obtuliſſet, quod vtique litis conteſtatæ vim obtinet: De quo conteſtationis effectu in hoc ipſo argumento reſcindendæ venditionis, vide Harmenopulum *lib.*3. *t.*3. §.83. Ergo in propoſito caſu, hæredem *hanc actionem* exercere non poſſe: cum alioquin *etiam hæc actio*, nempe ad reſcindendam venditionem, ad hæredem tranſmittatur, *ex cauſis numeroſis*, vt ait hæc lex: veluti ſi defunctus litem *conteſtatus* ſit; ſi libellum Principi obtulerit: item ex aliis cauſis compluribus, veluti, vt hoc addam, ſi per vim, metumve venditio facta fuerit: nam & hæredi hæc actio, licet lis à defuncto conteſtata non fuerit, competit: *l.*3. *Cod. de his quæ vi metúſve cauſa*: *l.*1. *Cod. de reſcind. vendit.* Harmenopulus, *lib.*3. *t.*3. §.78. Extra has & ſimiles cauſas, *ab hærede actio incipere non poteſt, quæ teſtatori non competiit.* Quam quidem Iuris Regulam hîc allegat Imperator: vbi eam vocat *Iuris definitionem*, *Con-*

ſultorum

*ſultorum omnium conſona reſponſione firmatam. Definitio* ſcilicet iuris eſt, Conſultorum omnium conſona reſponſione firmata Regula, cum quid generaliter à pleriſque vel omnibus Prudentibus definitum eſt, *l.vn. inf. victum ciuiliter*: *Definitio*, quod notiſſimum iam, eſt regula, *l. omnis definitio π. de regulis iuris*, & *l. 1. de regula Catoniana* &c. vnde & Papiniani olim *Definitionum libri duo*, id eſt Regularum, & Q. Mucij Scæuolæ *libri* ὅρων. Prudentium igitur conſona reſponſio Definitiones facit: vt *hac l.* Prudentum auctoritas regulas conſtituit, vt idem Papinianus ait *lib. 2. Definitionum*, *l. 36. π. de ſtatuliberis*. Sic & apud Rufinum *lib. 2. Regularum*, *in l. 74. π. de hæredibus inſtit.* auctoritas Galli Aquilij Regulam fecit. Quare neque hâc ratione putet quis in Codice Tiliano huius Tituli Rubricam ſic malè conceptam, *De diuerſis Reſcriptis, item de Authoritatibus*: quomodo etiam hunc titulum laudat veteris Conſultationis Auctor: variæ quippe Iuris antiqui regulæ hoc titulo confirmantur, puta *l. 7. 8. 10.* quarum etiam regularum hæ notæ ſunt: Manifeſtum eſt: *l. 7.* dubium non eſt, *hac l. 8.* nulli habetur ambiguum, *l. 10. ſeu vlt. Authoritates* certè ſunt Iuriſconſultorum ſententiæ, definitiones, regulæ: *l. vlt. inf. de integri reſtit. l. 2. in f. inf. de pignoribus*. Quandoque etiam *Authoritas* pro lege, imò & pro *reſcripto* accipitur: vt *l. vn. inf. de Centurionib. l. 31. inf. de petitionib. l. 3. de re militari*, *l. 31. de petitionibus*. quo fortè ſenſu potius huic titulo additum fuerit *de Authoritatibus*, quando & eo quoque ita vſi Gothi: vnde *Exemplum Auctoritatis* quod huic Codici præfixum: de qua voce alibi plenè. Verùm ad rem. ¶ Ex his igitur iam patet, qua connexione tota hæc lex inter ſe cohæreat, quæ ſit eius ἀλληλουχία, ἀκολουθία obſcura alioquin; quæ cauſa fortè fuit Triboniano, poſtremam & potiſſimam *huius leg.* ſententiam & partem reſecandi. Non quod poſtremam illam regulam, quam *fine l.* inculcat, *Ab hærede videl. actionem non incipere, quæ non competierit teſtatori* (quæque continetur etiam *l. 36. §. 1. π. ad l. Falcid.*) Iuſtinianus in ſp. *huius l.* improbauerit, *l. vn. Cod. vt actiones ab hæredibus*. (quod tamen vulgò traditur) nam & ea iure Iuſtinianeo in ſp. *huius l.* obtinet: Quid igitur? Eam regulam Iuſtinianus tantùm improbauit, quod ipſemet expreſsè profitetur, ſtipulationum, cœterarúmque cauſarum poſt mortem conceptarum contemplatu. Et ſic liquet, hanc l. ab Accurſianis, & à Baldo, nullo modo intellectam, qui eam ipſam illi ſententiam affingunt, quæ eſt *leg. 2. ſup.* & *l. vlt. infrà*, atque adeò in ſpecie *huius l.* Reſcriptum emanaſſe perperam putant; & ſic preces non tantum oblatas, ſed & obtentas, vt Oldr. & Alber. *hic*. Eſt enim hæc lex, non de vi Reſcripti, verùm de vi & poteſtate libelli tantum Principi oblati: quod oſtendit alioquin ſatis vel ipſe titulus Codicis Iuſtinianei, ſub quo hæc lex poſita eſt: nempe titulus, *Quando libellus Principi datus litis conteſtationem faciat*, etſi *lex 2. eo tit.* ſit non tantum de libello Principi oblato, verum etiam de Reſcripto ad eum dato. ¶ Eſt interim hæc quoque inter alias lex, exemplũ ἀβλεψίας & oſcitantiæ huius Codicis conditorum, qui verba relatiua *etiam* HÆC *actio* ad integram conſtitutionem, vnde hæc lex deſumpta eſt, hîc retinuerunt: quæ ideò per ſe poſita nullum certum ſenſum habent, ſed coaſſata tantum cum *l. 7. inf. de contrah. empt.* intelligi queunt. Tandem Bugnyonius huic legi locum non eſſe obſeruat in Gallia, *lib. 1. num. 75*.

## ¶ *Num ad* ALIA NEGOTIA *vis Reſcriptorum ad Conſultationem Iudicum emiſſorum, porrigi poſſit.*

IX. * Imppp. ARCADIVS Honor. & Theod.'' AAA. Eutychiano PP.''

RESCRIPTA ad Conſultationem emiſſa, vel emittenda, in futurum iis tantùm negotiis opitulentur, quibus effuſa'' docebuntur, &c. Dat. VIII. Id. Decemb. C.P. Honorio A. IIII. & Eutychiano COSS. [398.]

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſtin. propter varias exceptiones, quibus *huic l.* locus non eſt. Abeſt etiam à Til. edit.

'' Inducenda hæc, *& Theodoſ. A.* Quadriennio quippe poſt demùm Theodoſius Iun. ab Arcadio Patre Auguſtus creatus fuit: nempe A.D. 402. v. Chronolog.

'' De *Eutychiano* hoc PP. Orientis A. 396. 397. 398. 399. & rurſum A. D. 404. 405. dixi iam ad *l. quiſquis*: & *ad l. celebrandis* v. & *Proſopogr. Theodoſ.*

'' *Effuſa* dicuntur Reſcripta, & *effundi*. Quomodo & preces *fundi*: *l. 5. Cod. de ædif. priu. l. 19. C. de donat. l. 30. C. de tranſact. l. 19. Cod. de lib. causâ.*

### COMMENTARIVS.

AD ALIA NEGOTIA vim Reſcriptorum, ad Conſultationes (Iudicũ videl. de quibus mox) emiſſorum, porrigi vetat *hac leg.* Arcadius A. D. 398. pariter vt Valentinian. III. Placidiæ filius poſtea ſolemni Oratione emiſſâ ad Senatum, quâ is iuris ἀνάγκαιον inſtituit *l. 2. & 3. Cod. de Legibus*, quæ inter alias coaſſandæ ſunt cum *l. vn. inf. de Reſponſis Prudentum*: Cùm tamen ante hanc leg. aliquando Leges ad Relationes promulgatæ generale ius facerent, omnium perſonarum & negotiorum ſimilium reſpectu, vt docet *lex 13. inf. de Medicis & profeſſorib.* ¶ *Conſultationes* hâc leg. ſunt Relationes Iudicum ad Principem de grauioribus cauſis, quotieſcunque illi cunctarentur, vel ambigerent & dubitarent, quidnam ſuper negotiis, quæ iuridicâ ſententiâ definire ipſi non poſſent, ſtatuere deberent: de quibus erit infrà titulus peculiaris, *de Relationibus, lib. 11.* vbi plenè dicetur, & ad *tit. de Appellationibus & Conſultationibus*. & ad *l. 1. inf. de Iudiciis*: Cuius generis Relationes ſeu Conſultationes continent libri epiſtolarum vltimi Plinij Proconſulis Bithyniæ, & Symmachi Præfecti Vrbis: de quibus Ariſtides quoque *Oratione de vrbe Roma*. Veluti ſi inter ius & æquitatem interpretatio ſeu pugna eſſet, *l. 1. Cod. de Legib.* Ea quippe lex, quod hactenus ignoratur, ad Relationes pertinet, vt oſtendam



oſtendam pluribus ad *d. l. 1. inf. de Iudiciis.* allatis etiam ſimilib. Symmachi locis, *lib. 10. ep. 40. & 52. in pr.* Ad has igitur Conſultationes, Reſcripta, ad alia negotia porrigi, in futurum vetat *hac leg.* Arcadius, pariter vt Valentinianus III. quæcunque tandem reſcripta, quaſcunque interlocutiones, *d. l. 2. & 3. Cod. de legibus*, in quarum *l. 2.* ſimilia legi noſtræ verba occurrunt. *Nec generalia iura ſint, ſed leges faciant his* DVMTAXAT NEGOTIIS *atque perſonis, pro quibus fuerunt promulgata.* Et in *l. 3. ſatis eſt expreſſius continere, quod Principes cenſuerint ea, quæ* IN CERTIS NEGOTIIS *ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum fata componere.* Igitur Reſcripta generalium vim iurium non habent: niſi, quæ prima Exceptio addenda eſt, Princeps ea *Edicti* nomine donauerit: vel, quæ ſecunda Exceptio eſt, niſi nominatim ſimilium cauſarum fata componere ea voluerit, *d. l. 3.* cuius rei exemplum appoſitiſſimum præbet *lex 4. inf. de iure liberorum*, quam coniungendam legi proximè ſequenti 10. *h. t.* mox oſtendam. Addatur & tertia exceptio, niſi Conſultatio non ad vnum caſum, ſeu ad hypotheſim certam adſtricta ſit, verùm ad theſim dirigatur, verbiſque generalibus concipiatur: Et hæ vero cauſæ ſunt, cur *hanc leg.* Tribonianus à ſuo Codice abeſſe voluerit. ¶ Occaſio autem *huius leg.* ferendæ hæc fuit, vt mihi quidem videtur: Nempe poſteaquàm Conſtantinus M. nouam & exactam Conſultationum ſeu Relationum, ac proinde & Reſcriptorum ad eas, rationem excogitaſſet, *l. 1. inf. de appellat.* autoritatemque auxiſſet, *l. 6. inf. d. tit. de appellation.* (ſic vt refricari quæſtio ita terminata non poſſet, cùm olim poſſet: *l. 1. §. 1. π. de appellat.* de quo dixi ad *l. 3. ſup. h. t.*) in maius eorum authoritas magis magiſque augeri cœpit, ſic vt eorum auctoritates ad alias cauſas ſubinde proferrentur, haud aliter atque leges generales & Edicta, vt docet *d. lex 1. infr. de Medicis & Profeſſoribus.* Itaque id tanquam periculoſum, Arcadio nunc prohibere viſum, vt & Valentiniano III. poſteà, peculiari vt dixi Iuris ἀνάγκαιον: de quo v. quæ dixi plura *ad l. 6. infr. de appellat.* Neque abſimile omninò conſilium olim fuit Macrini Imp. non quidem circa Reſcripta ad Conſultationes Iudicum, quò propriè *hæc lex* pertinet; verùm circa Reſcripta ad libellos priuatorum (quod alterum Reſcriptorum genus eſt) emiſſa: Sic enim de eo Capitolinus, *Fuit in Iure non incallidus, adeò vt ſtatuiſſet, omnia* RESCRIPTA *veterum Principum tollere, vt iure, non Reſcriptis ageretur: nefas eſſe dicens, Leges videri Commodi & Caracalli, & hominum imperitorum voluntates, cùm Traianus* LIBELLIS *nunquam reſponderit,* NE AD ALIAS CAVSAS *Facta præferrentur, quæ ad Gratiam compoſita viderentur.* Quò loci, quod nemo adhuc obſeruat, FACTA ſunt omninò ſententiæ Iuris, & Reſcripta. Ita Pauli *ſententiarum ſeu Factorum* libri ſex in veteri Indice Florentino. Sic & *Factum Fl. Conſtantini ad Agricolam PP. Galliarum.* v. CL. Salmaſius eodem ſenſu accepit illud Capitolini *in Gordianis pag. 152. Nam cùm quodam die Factum Imperatorium legeret, atque à Proconſulibus Scipionibus cœpiſſet, acclamatum eſt, Nouo Scipioni, vero Scipioni Gordiano Proconſuli.* Quò loci tradit, *Facta* ſibi eadem videri cum Pragmaticis Reſcriptis, ſeu Sanctionibus, quod ſcilicet pluribus verbis, & longo tractatu habito concepta eſſet, rémque enarrarent: quo ſenſu Græcis πραγματικά, & διηγηματικά, Gloſſæ *Facta* τὰ διηγηματικά: Eodémque ſenſu poſt Cuiacium, *16. obſ. 9. facta cauſarum* dici, *l. 1. Cod. de officio ciuil. iud.* & *l. 3. Cod. de Aduoc. diuerſ. Iudic.* τὰ διηγηματικὰ τῶν δικῶν. De quo v. & Cuiacium *16. obſeruat. 9.* In iiſdem Gloſſis, *Facto conceptas*, διηγηματικῶς. De Capitolini loco rectum mihi Salmaſij iudicium videtur: Nempe enim Gordianus Proconſul Africæ Imperatoris Edictum publicè legiſſe ibi indicatur, cúmque id legeret, ad commendationem eius multa adieciſſet, Scipionum etiam exemplis adnotatis. In cœteris, Salmaſij ſententiæ minùs accedo: nam *Fata cauſarum*, non *facta cauſarum*, in illis duabus legibus retinendum cenſeo. His omnibus addo *leg. vlt. inf. de relat.* vbi *generale factum*, hoc ſenſu dicitur, v. quæ *ibi* dicã.

## ¶ *De* HÆREDIBVS *Reſcriptum impetrantis.*

X. * Impp. HONORIVS & Theodoſius AA. Ioanni PP.'' Poſt alia.''

NVLLI habetur ambiguum etiam ab hæredibus, & pro hæredibus, poſſe Reſcripta'' Noſtri Numinis allegari: nec excludi temporibus'', nec aboleri caſibus'' impetratum'', &c. Dat. XVI.'' Kal. Mar. Rau. Honorio VIIII.'' & Theod. V. AA. COSS. [412.]

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Til. edit. & à Cod. Iuſtin. pariter vt lex 2 *ſup.* quæ huic concordat. Coniungenda autem ea *legi vlt. inf. de iure liberorum*, & *legi 6. inf. de inoff. teſtam.* & famoſæ *l. omnium 19. Cod. de teſtamentis.*

'' *Ioanni* huic PP. inſcribuntur hoc triennio plures leges: putà anno 412. *lex vlt. de feriis*, *lex 8. de executoribus*, *l. 20. de Iudæis*, *lex 12. de cenſitoribus*, *l. 3. de ſecund. nupt.* anno 413. præter tres ſuperiores *lex 20. de Palatinis S. L. l. 10. de metatis*, *l. 7. de indulg. debitorum*: An. 414. *l. 2. Cod. de his qui ad Eccl.* vide *Proſopogr.* vbi oſtendo pluribus cuinam Præfecturæ is præfuerit.

'' Quæ continentur *d. l. vlt.* '' v. quæ dixi ad *l. 2. ſup.*

'' Veluti, de iure communium liberorum, *d. l. vlt.* de inſtitutionibus coniugum orborum firmandis, *d. l. 6. de inoffic. teſt.*

'' Veluti, longi temporis ſilentio.

'' *Caſus* hic pro morte, vt expreſsè *d. l. vlt.* Caſus, inquam pro morte, hic *& l. 6. inf. de legitimis hæred.* & apud Symmachum *lib. 4. ep. 58. lib. 9. ep. 103. lib. 10. ep. 25.* Amm. Marcellinus *lib. 25. Intellexit occiſum, grauiterque amici caſum ingemuit.* Item, de obitu Iuliani Imp. *poſt caſum glorioſi Rectoris.* v. Iuretum *in Symm. lib. 4. ep. 58.*

'' Veluti, ius liberorum.

'' Hinc emendanda ſubſcriptio *d. l. omnium 19.*

'' *xv.* in *hac l.* & *d. l. vlt.* ex *d. l. 6. & d. l. 19. Poſt Conſulatum Honorij 9.* &c. i. A. D. 413. Ad quem annum referenda proinde *d. l. omnium 19.* non ad A. 409. vt vulgo, vel 410. vt nuper vir doctus volebat.

COMMENTARIVS.

HÆREDIBVS quoque Reſcriptum impetrantis id prodeſſe, neque id temporis lapſu, vel morte impetrantis finiri, ac proinde in iudiciis allegari poſſe, definit *hac l.* Honorius Imp. pariter vt Conſtantinus M. *l. 2. ſup.* & Claudius, *l. 2. Cod. de diu. reſcript.* qui in genere definit, reſcripta perennia eſſe debere. ¶ Eſt autem hæc lex pars prolixioris conſtitutionis Honorianæ ſuper Reſcripto nominatim *de iure liberorum*: è qua tria adhuc fragmenta ſuperſunt, putà *lex vlt. inf. de iure liberor. l. 6. de inoff. teſt.* & famoſa *lex omnium* 19. *Cod. de teſtamentis*, quibus hæc noſtra coaſſanda venit, emendata ſubſcriptione, vt iam *in Notis* indicatum eſt. Ex his verò legibus inter ſe iunctis ſpecies quæ huic Legi occaſionem præbuit, hæc repetatur. Catulinus V.C. vxorque eius, cùm liberos non haberent, atque adeò ius ſolidum capiendi ex teſtamẽtis ipſorum inter ſe iure antiquo ex *Lege Iulia Papia Poppæâ* (cuius fragmenta iamdudum edidimus) velut orbi non haberent, precibus ab Honorio Imp. ius communium liberorum poſtularunt, mox & Reſcripto eius impetrarunt, quo ſcilicet ſolidum inter ſe capere poſſent: iiſdemque etiam precibus *inſeruerant* conteſtatíque mutuo fuerant, ſeſe velle mutuo ſibi hæredes eſſe, quod eo ipſo ſolemne teſtamentum eſt, *d. l. omnium* 19. *C. de teſtamentis*, quæ huic, vti dixi, inter alias coniungenda eſt, quæque etiam indicatur à Valentiniano Tertio *Nouella de teſtamentis* 4. Quid inde fit? Cùm Catulini vxor deceſſiſſet, Catulinus aliquandiu ſuperſtes Reſcriptum illud in iudicio ipſe non allegauerat (quod alioquin fieri mos erat, de quo ad *l. 2. ſup.* quæ huic omninò concordat) mox & deceſſerat? ſucceſſori eius id non obeſſe Honorius conſtituit: *d. l. vlt. inf. de iure liberorum*: regula, quæ *hac l.* continetur, pro ratione ſubiecta. ¶ Et tamen additur *d. l. 6. de inoff. teſtamento*, hæc ſiue limitatio, ſiue taxatio: *ſaluâ liberis vxoris, ſi quos reliquerit, inofficioſi querela.* Cui omninò congruit dicta Nouella Valentiniani *de teſtamentis* 4. Ita quoque *d. l. omnium*, hæc eadem limitatio additur, *ſi alia ei nocere non poſſunt.* Ita quoque Theodoſius Iun. *lege 2. inf. de iure liberor.* qua communium liberorum ius omnibus cõiugibus ſcilicet; vt ad eam *leg.* oſtẽdam; ſimul & ſemel indulſit, hanc exceptionẽ & taxationem addit: *Niſi forte lex alia minuerit derelicta.* Et ita quidem quatuor hæ leges inter ſe coniungendæ ſunt, optimoque inter ſe nexu cohærent: Nempe definitio ipſa ſeu Deciſio continetur *l. vlt. inf. de iure liberorum*: Ratio deciſionis *hac l.* Applicatio & Ampliatio, *d. l. omnium* 19 Limitatio tandem *d. l. 6. de inoff. teſtam.* & *d. l. omnium* 19. *inf.* Quæ poſtrema deinceps in Codice Iuſtinianeo celebrata, lucem hinc haud exiguam, genuinamque deinceps interpretationem acceptura eſt, quæ alioquin turbide hactenus à multis explicatur. Ex quâ interim *leg.* cum hac nominatim coniuncta, illud colligimus, duo in ſpecie propoſita hæredibus oppoſita fuiſſe. Primò, quod defunctus Reſcriptum non allegaſſet, id quod *hac l.* repellitur. Secundò, quod hæc mutua coniugum inſtitutio ſeu declaratio (non interrogatio, vt Interpretes ferme) precibus ſeu ſupplicationi Principi oblatæ facta, pro ſolemni & legitima inſtitutione habenda non videretur, maximè quod Imperator Reſcripto ſuo nullam eius diſpoſitionis & inſtitutionis mentionem feciſſet, eám ve corroboraſſet; etſi reſcripto ſuo ius communium liberorum tribuiſſet: quod *d. l. omnium* 19. refellitur. Reſcribitur adeò ſatis eſſe huiuſmodi inſtitutionem *inſertam* mera fide precibus, Imperatoréque medio & toto iure *teſte* factam, Principis auribus *intimatam*, *deſignatum* ſucceſſorem, ſeu oblatis precibus declaratum, quæ omnia verba ſunt *illius leg.* Hinc quoque ſeu ex hac legum commiſſione patet, procatarcticam illius l. cauſam non repetendam ex perturbato Imperij ſtatu, quaſi ideo tùm relaxandæ fuerint teſtamentorum ſolemnitates, verùm exinde ſimpliciter, quod coniuges ex facti contingentia qui communium liberorum ius impetrauerant, ſimul precibus addiderant mutuam ſui inſtitutionem: Vnde iam ad generalem conſtitutionem Honorius aſſurrexit. ¶ Ad Legem noſtram redeamus: quâ dicitur, *Reſcripti vim non excludi temporibus, nec aboleri caſibus*, vt olim certe nonnullis videbatur (ſed falſo) auctoritatem reſcriptorum deuoluto anni ſpatio firmitatem ſuam non obtinere, vt docet°, ſimul & improbat *d. lex 2. Cod. h. t.* Ita in Galliâ certe hodie Reſcripta omnia anno finiuntur, neque valent, niſi ſecundo reſcripto prorogentur: quò pertinent quas vocant *Lettres de Sus-an*: Neque ad ſucceſſores porriguntur ſi contra defunctum citatio nulla facta ſit, quod etiam Iure Canonico obtinet. *c. plerumque, c. ſignificauit, extra. de reſcriptis.* ¶ Alioquin, de hac quæſtione, vtrum Reſcriptum impetratum ad hæredes & ſucceſſores impetrantis tranſeat? vid. Nicol. Noalium *de tranſmiſſione, caſu* 52. Certe dubitari iure poſſit, num iure Iuſtinianeo id obtineat, quandoquidẽ ibi *hæc lex*, & *lex* 2. abſunt: etſi perennia eſſe debere ibi definiantur, *d. l. 2.* ad excludendam ſcilicet præſcriptionem annalem, quæ quibuſdam placebat.





# DE MANDATIS PRINCIPVM.''

## TITVLVS III.

'' I. Cod. Ivst. XV. Et ſic ibi titulus hic ſuperiorem præcedit.

## PARATITLON.

MANDATA Principum, *hoc tit.* ſunt præcepta, (quomodo vocantur in Interpretatione) quæ Viris in dignitate poſitis, veluti Tribunis & Notariis *h. l. & l. 3. inf. de religione, & l. 55. de hæreticis*: Peræquatoribus, Comitibus ordinis primi, qualia fuerunt illa, quorum partes ſunt *lex* 13. *inf. de Senator. l. 9. inf. de prædiis Senatorum*: *l. 14. 15. 16. inf. de Cenſitoribus*: vel Comitibus Conſiſtorianis, extra ordinem in prouincias miſſis, à Principibus ſcripta dabantur; γράμματα προστάξεως Athanaſio.

---

### ¶ SECRETIS, *ſeu non ſcriptis Principis Mandatis fidem non habendam.*

1.* Imppp. Gratianus, VALENTINIANVS, & Theod AAA. ad Euſignium'' Proconſulem'' Aphricæ.''

SI quis aſſerat, *Cum Mandatis noſtris'' ſe venire'' ſecretis*, omnes ſciant, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe credendum: nec vllius Dignitate terreri'', ſiue ille Tribuni, ſiue Notarij, ſiue Comitis præferat'' poteſtatem, ſed Sacris'' Noſtris Literis eſſe credendum.'' Dat. xv.'' Kal. Iul. Veronæ.'' Accepta Prid. Kal. Aug.'' Merobaude iterum & Saturnino COSS. [383.]

INTERPRETATIO. *Si quis aſſerat cum mandatis Dominorum'' ſe venire ſecretis, omnes ſciant, minimè quicquam niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe credendum, nec vllius dignitate terreri, ſed in omnibus ſcriptis Principis eſſe credendum.*

ALITER. *Nulli debere credi, qui ſecreto ſibi aliquid dicit à Principe eſſe mandatum, ſi Principis præcepta non dederit.''*

## NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. eod. tit.*

'' *Euxenium* in An. Put. *Tuſcium* habet Tiliana editio: malè; etſi ad marginem additum *Euſignium*: vt & malè Codice Iuſtinianeo ad *Euſignium Præfectum Prætorio.* Eidem Euſignio Proconſuli Africæ inſcribitur hoc ipſo Anno *lex* 95. *inf. de Decurionib.* Poſteà certè A.D. 386. & 387. PP. Italiæ fuit. vid. *Proſopogr.* & Symmachum.

'' Africæ.

'' *Dominorum*, in MS. vt in Interpret.

'' *Veniſſe.* Cod. Iuſt. Hoc noſtrum melius propter illa, *ſi quis aſſerat.*

'' Scilicet oportere omnes ſciant.

'' *Proferat.* Cod. Iuſt. malè.

'' *Poteſtatem* vocat, quia hi cum poteſtate & imperio in prouincias miſſi. Et tamen loco huius vocis, Cod. Iuſt. habet, *dignitatem*, vt ſuprà, *nec vllius dignitate terreri.*

'' *Sed ſacras noſtras literas eſſe quærendas.* ita Cod. Iuſt. quod ἐξηγητικὸν equidem eſt: at noſtrum hoc elegantius: in Cod. Put. & Reg. *ſed in omnibus, ſcriptis Principum eſſe credendum.* vt in Interpret.

'' Tantum ſcilicet. '' al. xvi. vt Cod. Iuſt. & ad marg. Til. edit. Alij habent VIII. *Kal. Mai. Conſtantinop. Antonio & Saygrio Coſſ.* vt ad marg. quoque Til. ed. notatum.

'' *Heraclea.* Cod. Iuſt. malè: nam & Valentiniano Iuniori hæc lex tribuenda, vt ex Africæ mentione in inſcript. liquet.

'' Karthagine ſcilicet.

'' *Dominorum*: ita paſſim Interpres Breuiarij Anianei: qua voce Reges Gothorum, Francorum, indicat.

'' Id eſt, ediderit, exhibuerit.

## COMMENTARIVS.

SECRETA Principis Mandata, vel vt ſimpliciter Græci *in Baſil.* σεκρέτον, vel vt eadem habent ἄγραφον κέλευσιν habere ſe dicentibus qui ſe à Principe miſſos, verbóque ſibi mandata quædam

dicunt, fidem haberi vetat *hac leg.* Valentinianus Iun. An. D. 383. pariter vt Iuſtinus & Iuſtinianus, vno caſu excepto, *l.2. Cod. eod. tit.* & *Nouella* 17. *de Mandatis Principum, cap.4. verſ. ſi quis autem* : & in partem *Nouella* 124. *cap.* 4. Et quidem in ſpecie huius leg. per Africam : quamcunque tandem (quæ ampliatio hîc additur) *Dignitatem* ſeu *Poteſtatem* illi præferant, qui hæc mandata ſecreta obtendunt, quique cum his ſeſe miſſos à Principe aiũt. ¶ *Mandatorum* Principalium, quæ & θεῖα commonitoria, ἐντολαὶ, προσταγμάτα, duo olim genera obſeruare licet, quæ quidam peſſimè confundunt, vnum quidem eorum, quæ Magiſtratibus ſeu Rectoribus prouinciarum in prouincias proficiſcentibus de more à Principe dabantur, quibus videlicet ea omnia quæ muneris eorum officiique erant continebantur : de quibus accuratè Briſſonius, *lib.3. Formularum* : déque his eſt inter alia elegantiſſima illa Iuſtiniani *Nouella* 17. cuiuſmodi nonnulla etiam hoc Codice contineri exiſtimo, *in l.80. inf. de Decurionibus. l.6. & 20. de operibus publicis* : *l. vn. de præbendo ſalario.* De hoc verò mandatorum genere non eſt *hic titulus*, ſeu *hac lex vn.* quod quidam cenſent. Alterum mandatorum προστάξεως, κελεύσεως, genus eſt iſtud, de quo *hac l.* agitur : nempe extraordinarium; quod videlicet neceſſitate aliqua vel occaſione publica extra ordinem vrgente de Palatio ab Imperatore in prouincias miſſis vel Legatis dabantur; quorum meminit quoque Ammianus Marcellinus, *lib. 15. p.43. Arbitione auctore Apodemius* [Agens in rebus] *ad eum vocandum cum* LITERIS *mittitur, qui incidentia paruipendens*, (ita rectè Doctiſſ. Valeſius) *cùm veniſſet in Gallias, diſſidens à* MANDATIS *conuentis, quæ proficiſcenti ſunt data, nec viſo Siluano, nec oblatis ſcriptis, vt veniret admonito remanſit* : vbi *Mandata conuenta* ſunt, de quibus inter Imperatorem, Arbetionem & Apodemium conuenerat. Idem & *commonitorium* dicitur *l.27. de erogat. m lit. ann.* & Amm. Marcellino *lib.* 28. *p.* 391. *Quidã eſt repertus Gallus audax aduſque inſaniam, cui commonitorium cum literis Auguſti tradidit. Epiſtolæ* verò aliæ ab his ſunt, de quibus elegans eſt alioquin Chryſoſtomi locus *in poſter. ad Theſſalon.* λογ. γ. ἐν ἠθικῷ. *p.* 234. *tomo* 4. *Sauiliano.* vnde & Epiſtolarij, de quibus Saluianus: hæ enim erant, quæ ad ipſos prouinciales emittebantur. Entolina certè hæc noſtra vocantur apud Luitprandum : nos *Inſtructiones* vocamus. ¶ Et hæc de mandatis ipſis.

Nunc ſecundo loco videndum eſt de iis, quibus ea data. Miſſis ſcilicet à Principe hæc mandata dabantur : cuiuſmodi fuere inter alios, vt hæc lex docet, hi tres: puta *Tribuni, Notarij, Comites*: de quibus ſuis alioquin titulis. De Tribunis quoque fidem facit Amm. Marcellinus, *lib.* 15. *p.* 46. & *lib.20. p.158.* de Tribunis & Notariis ſimul multa extant exempla. Ita *Marcellinus*. Tribunus & Notarius ad collationem Carthaginienſem inter Catholicos & Donatiſtas ab Honorio Imp. cognitor miſſus cum mandatis A.D. 410. quæ integra exſtant in actis collationis iſtius: quorum etiam pars quædam exſtat *l.3. inf. de religione.* Ita A. D. 386. *Dalmatius* quoque Tribunus & Notarius ad Ambroſium à Valentiniano Iun. cum mandatis miſſus, collationis cum Auxentio Ariano inſtituendæ cauſa, teſte ipſomet Ambroſio *ep.* 32. *Dalmatius me Tribunus & Notarius* Mandato *vt allegauit clementiæ conuenit Tuæ poſtulans*, &c. Et in Oratione quæ illi epiſtolæ proxima. *Per Tribunos me vidiſtis, aut audiſtis, Imperiali* Mandato *eſſe conuentum, vt quò vellem abirem, hinc & ſi qui vellent, ſequendi poteſtatem haberent.* Ita ab eodem miſſus in eodem negotio Notarius cum mandatis, qui & mandatum intimauit, eodem teſte *ep.33.* Ita Diogenius vel Diogenes & Hilarius Notarij cum Palatinis à Conſtantio Imp. miſſi cum mandatis aduerſus Athanaſium, vt ipſemet teſtatur, *ep. ad ſolitariam vitam agentes, p.* 652. & 857. & *Apologia 2. p.536.* Ita Dulcitius Tribunus & Notarius ab Honorio miſſus ad leges ſuas exequendas curâ perficiendæ vnitatis : de quo Auguſtinus *contra Gaudentium*: & Retractationum *lib. 2. c.* 59. Ita Ariſtolaus Tribunus & Notarius eodem fine βασιλικαῖς συλλαβαῖς miſſus à Theodoſio Iun. teſte Cyrillo, *ep. ad Acacium* Melitenæ Epiſcopum *p.* 110. & Ioanne Ep. Antiocheno *ad Cyrillum, p.154.102.* inter opera Cyrilli : & Cyrilli Ep. ad Donatum *ep.* 155. 156. Ex quibus apparet, Tribunos hos & Notarios in negotio nominatim Religionis cum mandatis à Principibus emitti ſolitos: Quomodo & aliis paſſim neceſſitatibus explicandis mittebantur; veluti reis apprehendendis, cuius rei exempla multa apud Am. Marcellinum : veluti ſi cunei militares aliunde abſtrahendi. Am. Marcellinus *lib.20. p.171.* vagis & militibus deſertoribus conquirendis, *l.17. de deſertoribus* : vt neceſſitatibus vrgentibus ſubuenirent, vt geſta quædam ſcrutarentur, vt militi ſtipendium debitum, vel donatiuum ſoluerent, vt apud Am. Marcellinum *lib.28. p.406.* (vbi de Palladio Tribuno, & Notario, in id in Africam miſſo) Marcellinum Comitem, *Chronico*, Patricio, & Hypatio Conſſ. vbi de Paulo Tribuno. Item ad tuitionem eorum qui ad Eccleſias confugerant, vt exemplo Ioannis Tribuni & Notarij patet apud Paulinum, *in v. Ambroſij*. Iiſdem & nouorum operum cura delegata, teſte Symmacho *lib.10. ep.39.* Iidem Notarij, frumentarij commeatus vrgendi cauſa miſſi, idem teſtis, *lib.10. ep.31.* quò etiam ſpectat *lex 37. inf. de Nauiculariis.* Quinimò & ad Reges exteros iidem Tribuni, & Notarij miſſi cum Imperatoris ſcriptis: Exemplum in Spectato Tribuno, & Notario, apud Am. Marcellinum *lib.* 17. *p.* 104. & Ioanne apud Zoſimum *lib.* 5 *p.815.* vt non adeò abſimiles hac parte videantur Tribuni hi, & Notarij, iis quos ſequior ætas *Miſſos Dominicos*, qui ſcilicet in prouincias mittebantur à Regibus, vocauit : De quibus alioquin Tribunis, Notariis, & Comitibus, ſuis *titulis* : quorum etiam apud Am. Marcellinum, & Ambroſium, non vna mentio, etiam *ep.* 64. Nicentij, ex-Tribuni, & Notarij. Et hæc de Tribunis Notariis : ſed & Notariis ſimplicibus hac in re ipſa vſi Principes, vt hæc lex oſtendit, *Siue ille Tribuni, ſiue Notarij*, &c. & Symmachus, *d. lib.10. ep.31.* & Am. Marcellin. *lib.14. p.10.* de quo ad *l.1. inf. de Primicerio & Notariis.*

¶ Ad *legis* ſententiam redeamus. Ergo huiuſmodi quoque Viris quamlibèt Tribunis & Notariis ac nominatim à Principe miſſis haberi vetat *hac l.* Valentinianus Iun. niſi Mandatis ſcriptis inſtructi, muniti ſint, *ſacris literis*, vt *hac l.* dicitur : quarum certa & ſolemnis forma erat in ſcriniis Principis, & vt hodie loquuntur, *Bullatis* & *Sigillatis* bullâ vel ſigillo Principis: & niſi mandata hæc *allegauerint*, quæ vox hac in re propria apud Ambroſium *ep.31. Dalmatius me Tribunus & Notarius* MANDATO, VTALLEGAVIT, *Clementiæ conuenit tuæ, poſtulans*, &c. vt & *intimandi*; Idem *ep.33. p.157. per Tribunos me vidiſtis, tua audiſtis Imperiali* MANDATO *eſſe conuentum.* Quorum priore loco *Allegandi* voce indicatur quid ſcripturâ exhibitum. Quæ vtraque Epiſtolæ ſub eodem Valentiniano Iun. vel ad ipſummet data eſt A. D. 386 triennio poſt hanc ipſius *legem.* De quo tamen dubitatum videtur, de Tribunis inquam, & Notariis, vtrum & hi mandata ſcripta



exhibere tenerentur, quandoquidem dignitas hæc, ſeu honor Tribuni & Notarij hoc æuo non niſi Egregiis Viris dabatur, & *ad Imperiale* SECRETVM *tales eligebantur, in quibus reprehẽſionis vitium nequiret inueniri*, vt diſertè Caſſiodor. 1. *var.*4. de Patre ſuo agens. Verùm & hos quoque Mandata *ſcripta* exhibere vult Valentinianus Iun. SIVE *ille Tribuni*, inquit, SIVE *Notarij, ſiue Comitis præferat poteſtatem.* Quamlibet SECRETORVM Principis participes eſſent: de quo idem Caſſiodor. 6. *var.* 16. & quidem huiuſmodi ſecretorum, quæ non eſſent ante ſcienda, niſi cùm fuerint perfecta, vt idem ait. Generaliter igitur ſecretis Mandatis credi vetat Imperator. *Secreta* Mandata *hac l.* ſunt, quæ ſcriptis nullo modo probantur, quæ ἁπλαῖ προφάσεις Athanaſio, quæ *verbo mandantur*, vt in epiſtola Fauſtinæ ad Marcum, *in vita Caſſij*, *p.* 44. φάσει μόνῃ, vt rurſum Athanaſius. Tacito *lib.2. annal.* dicuntur *occulta mandata.* Iuſtinus & Iuſtinianus *d. l.2. Cod. eod. tit.* quem Cuiacius ex *Baſilicis* reſtituit, vocant *Iuſſionem diuino verbo* factam *ſine ſcriptis*, θείῳ ῥήματι, ἄγραφον θείαν κέλευσιν. Græci hîc abſolutè, σεκρέτον εἴπῃς ἐν οἱῳδήποτε σεκρέτῳ προστάγματι. Item ſecreta Mandata ſunt, quæ largiora quam quæ ſcripta : quomodo Symmachus *lib.* 6. *ep.* 18. *largiora Mandata ſcriptis* opponit. Alio verò ſenſu *ſecreta Mandata*, quæ ſcripta quidem, ſed ad tempus clauſa : quo ſenſu apud Suetonium *Tiberio, cap.* 52. nonnulli reponunt & & accipiunt : ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ προστάγματα. Huic porrò legi conuenit omninò Athanaſij locus *Apologia ad Conſtantium, p.536. 537.* vbi, cùm inimici eius iactarent, Diogene *Notario*, qui in id miſſus dicebatur, & Syriano Duce Ægypti, eum detrectaſſe ad mandatum Imperatoris Conſtantij ad eum proficiſci, mandata ſcripta, γράμματα τῆς προστάξεως literaſque exegit, profeſſuſque eſt ſe ſecretis mandatis fidem nõ habiturum, ἁπλαῖς προφάσεσι: Etſi poſtea ſubiiciat, ſeſe reuerentia Imperatoris ductum, ſi ij qui veniſſe cum mandatis dicerentur, vel ſecreta mandata haberent, verbíſque ederent, fidem habiturum. Locus eſt inſignis, quique niſi prolixior eſſet, hic apponendus foret, cùm omnibus huic legi concinat, etiam his verbis, ὥστε παρὰ μηδενὸς μεταφράσθαι, μὴ δὲ ἀνέχεσθαι τῶν θελόντων ἡμᾶς ποιεῖν : quæ omninò congruunt his huius leg. verbis, *nec vllius dignitate terreri.* Simile exemplum quoque habet Amm. Marcellinus *lib.21. p.196.* vbi ait Philagrium Notarium miſſum à Iuliano ad Vadomarium R. *ſignatâ chartulâ ei traditâ*: mox cùm Vadomarium adprehendiſſet, *textum ei iuſſorum legiſſe.* ſimile tandem exemplum Mãdati quod γράμματα requirebat, vid. *c.13. Ancyrano* : de quo in *Diatrib. de Chorepiſcop.*

Cur autem, ſeu qua ratione ſecretis mandatis fidem haberi vetat *hæc lex*, ipſorum ſcilicet prouincialium reſpectu? Nempe quia magnis ſæpe dignitatibus ſuffulti nonnulli poteſtatem præferentes, vt *hac l.* dicitur, qui prouincialibus terribiles eſſe ſolent, (quod etiam illis quæ modò dixi *huius leg.* verbis, *Nec vllius dignitate* TERRERI, indicatur : his item, *ſiue ille Tribuni, ſiue Notarij, ſiue Comitis præferat poteſtatem.* Hoc ſecretorum mandatorum velamento ad prouinciales deprædandi ſpoliandique vel vexandi vel etiam occidendi licentiam abuterentur. Itaque *hac l.* pariter vt à Iuſtiniano *illis* quæ dixi *locis* huic rei obuiam itum : ne vaga ſcilicet & libera, vt in ſimili prorſus re loquitur Symmachus, *lib.* 9. *Epiſtolarum*, 10. poteſtas quæſtum præſtaret licentiæ. Et hæc quidem vera huiuſce legis ratio eſt. At ſi ipſoſmet illos, qui à Principe miſſi ſunt, reſpiciamus, tum hæc altera ratio fuerit; Nempe cùm huiuſcemodi Tribuni, Notarij, Comites, in prouincias mitterentur, alicuius negotij publici peragendi gratia, ſanè ne quiſquam eorum authoritatem defugeret, mandatis inſtructos eos eſſe oportuit, ad eam formam quoque quâ à Procuratore mandatum exigitur. Et verò eo fine quoque nonnunquam publicè propoſita huiuſmodi mandata : veluti à Marcellino Tribuno & Notario, de quo *ſup.* ad collationem Karthaginienſem miſſo, vt ipſa collationis illius acta edocent. Exemplum quoque vetus apud Pauſaniam, *lib.7.* in Marcello, cum aliis Legatis in Græciam miſſo, vt de iniuriis quas Theſſali & Epirotæ quidam Philippo obiiciebant, cognoſceret: enimverò Achiui pernegarunt ipſi aliive cuilibet concilium daturos ſeſe, qui ſuper quâ re à Senatu miſſus eſſet, decretum non attuliſſet : & verò promendum ei fuit decretum. Adde & hanc cauſam ne ipſis, qui quid mandato ſecreto feciſſent, poſteà fides abrogaretur, ἵνα μὴ γιγνόμενον ᾖ ἀκατασήμαντον, vt Herod. *li.* 3. Omitto alios caſus ab huius legis ſpecie alienos, vbi diploma & mandatum requiritur quacunque quis dignitate ſit, vel Principe iubente feſtinare ſeſe dicat, vt in ſp. *l.2. inf. de Curioſis.* Huc quoque pertinent Mandata ſeu codicilli, breuia & libelli, quibus de more cædes mandata, de quibus Tacitus *lib.1. c.6.* Sueton. *in Tiber. c.52.* Vopiſcus *in Aureliano*: de cuius rei cauſis vide Herodianum *lib.3.* vbi de Tribuno, qui à Plautiano de cæde Seueri facienda appellatus libellum poſtulauit. Ac non & *lib.* 7. vbi Tribuno ad Vitaliani cædem miſſo, datæ ſunt literæ : literæ enim ad Vitalianum perferendæ ibi indicantur. Addi poteſt quadamtenus & *lex* 5. *Cod. de iure fiſci.* de bonis alicuius quaſi fiſco locum fecerit, à Cæſarianis non occupandis, ſine literis & mandato Principis. ¶ Illud per exceſſum addo quẽadmodum à Principe delegatis vel Legatis, ita viceuerſa Legatis ad Principem miſſis à prouincialibus, fidem non habendam, niſi mandata literarum auctoritate demonſtrent, vt ab eodem Valentiniano Iun. cautum *l.11. inf. de Legatis* : & à Theodoſio Iun. *l.15. dicto tit. de Legatis.* ſed & Interpretes certatim Bartolus, Baldus, Innocentius, alij, de Legato à latere, & Nuncio Sedis Apoſtolicæ tractant, vtrum iis credatur, ſi non habeant literas? In Gallia certè, ſuâ tamen & peculiari ratione, Legato Papæ nullum iam olim exercendæ Legationis ſuæ ius fuit, niſi *facultatibus* (vt vocant) priùs exhibitis & diſquiſitis. Et excipiunt tamen Canoniſtæ caſus quoſdam, in quibus ſine mandatis creditur: veluti Cardinali, & Prolegato in partibus : de quo *ad hanc l.* plenè Doctores, & *ad cap. nobiliſſimus, diſt.* 96. Nos ad legem noſtram redeamus. Sic itaque concludendum, in publicâ causâ & Principis, vel ad Principem Legatis, legationem *Liberam* hoc ſenſu nulli committendam, vt loquitur *dicta lex* 15. neque credi Iudici extra ordinem delegato, niſi de eius commiſſione conſtet : de quod vid. Guidonem Papæ, *deciſ.322.* Quo fermè ſenſu Libera legatio; quæ nullâ certâ formulâ mãdatis adſtricta erat, verùm *laxa* dicebatur: cuiuſmodi fuit eorum in Græciâ qui αὐτοκράτορες dicti, cũ videl. mandatis nil aliud cõtinebatur, quã *vt Legatus uti facto opus eſſet, ita quoque ageret*: Nos vocamus, *Lettres de creance, ou de cachet en faueur*, ſeu literas credentiales. Hæc mandata libera dicta Liuio *lib.8. decade 4. Legati ab Aetolis cum mandatis liberis ad Conſulem venerunt.* Tacitus *lib.1. Annal. Nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturum.* De quâ liberâ Legatione plura ad *d. l.15.* allatis ibi pluribus ex Conciliis Africanis. Verùm neque hæc ſecreta mandata propriè ſunt, ve-

rum ſcripta, nullo tantum certo fine, modóve. Alio quoque ſenſu *Libera* Legatio dicta, quæ olim in re priuatâ vſurpata, legitimaque fuit: quando videl. quis rei ſuæ ergo ſeu rerum priuatarum causâ ſine mandatis (vt Cicero 3. *de Legibus*, & *orat. in Rullum*, loquitur:) Legationem obibat. Alio denique ſenſu *Secreta mandata* dicuntur in *l. vlt. inf. inf. de accuſation.* Quæ quidem omnia moneri à me oportuit, imò diſtingui, quod hæc mandatorum & ſecretorum quidem genera non pauci commiſcere ſoleant: Quomodo & perperàm ſpecies *d. l. 2. Cod. hoc titulo*, cum *huius l.* ſpecie commiſcetur. Eſt enim hæc lex de Perſonis cum mandatis extraordinariis à Principe aliò miſſis, alicuius negotij ergo: At d. lex 2. eſt de mandatis extraordinariis ad Iudices ordinarios miſſis. ¶ Omitto tãdẽ hic cõgerere quod faciũt Interpretes, de caſibus, quibus neceſſariò ſcriptura requiritur, in quib. eſt & hic ipſe, qui *h. l.* cõtinetur.

# DE RESPONSIS" PRVDENTVM.

## TITVLVS IV.

Huic Titulo reſpondet Titulus Codicis Iuſtinianei, *De veteri Iure enucleando, & de auctoritatibus Iuriſprudentum, qui in Pandectis referuntur.* Cæterùm rectè hic Titulus ſuperiori cohæret: Poſt *Reſponſa* ſcilicet Principum (quomodo & Reſcripta dicuntur) *Reſponſa* Prudentum ſequuntur.

" Caſſiodorus 10. *variar.* 6. Patricio cuidam Quæſturam conferens: *Totum in Legibus, totum te* Responsis *trade* Prvdentvm: *ſic nobis optimè conſulueris ſi Priſcorum ſeruias conſtitutis.*

## PARATITLON.

Esponsa Prudentum, Rubr. (latiùs *hic* accepta, vt & in Theodoſij *Nouella de Repudiis* 17. & apud Caſſiodor. 10. *var.* 6. quæ Conſultorum reſponſiones dicuntur *l. 8. ſup. de diuerſ. reſcript.* Reſponſa veterum, *l. 2. de poſtlim.*) ſunt ſcripta, opera, ſcientia, tractatus, libri Prudentum: Prudentum, inquam, qui & Iuris Conditores dicuntur *l. 1. inf. de Cognitorib.* & Interpreti *ad hanc l.* Conſulti, *l. 8. ſup. de diuerſ. reſcript.* & apud Interpretem *ad hanc leg.* Iuriſconſulti, *l. 3. inf. de teſtamentis*: Iuriſconſultores, *d. l. 3.* & Interpreti *ad hanc leg.* Auctores, *h. leg.* ibi, *potior numerus vincat Auctorum.* De horum auctoritate agitur *l. vn. huius tit.* quamnam videlicet, & quorum ſcripta auctoritatem in Iudiciis obtineant.

¶ Recensvs *veterum Iuriſconſultorum quorundam, quorum ſcripta certis tamen legibus velut Authentica in Iudiciis allegari voluit Valentinianus III.*

1. * Impp. Theod. & Valentinianvs A A. ad Senatum vrbis Romæ. Poſt alia.

Apiniani, *Pauli*, *Gaij*, " *Vlpiani*, atque *Modeſtini*, ſcripta vniuerſa firmamus ita, vt, *Caium*, atque *Paulum*, *Vlpianum*, &" cæteros", comitetur auctoritas" Lectionis, quæ ex omni" opere recitatur. ¶ Eorum quoque ſcientiam, quorum tractatus" atque ſententias prædicti omnes ſuis operibus miſcuerunt, ratam eſſe cenſemus, *vt Scæuolæ*, *Sabini*, *Iuliani*, atque *Marcelli*, omniúmque, quos illi celebrarunt. ¶ Si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. ¶ Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur", potius" numerus vincat Auctorum: Vel, ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat auctoritas, in quâ excellentis" ingenij vir Papinianus emineat: qui, vt ſingulos vincit, ita cedit duobus. ¶ *Notas*" etiam Pauli atque Vlpiani, in Papiniani corpus" factas (ſicut dudum" ſtatutum eſt) præcipimus infirmari. ¶ Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur, quorum par cenſetur auctoritas, quod ſequi debeat eligat moderatio" Iudicantis. ¶ Pauli" quoque *Sen-*

*tentias*



*tentias* ſemper valere præcipimus; *& cætera.* Dat. VII." Id. Nouemb. Rauennæ, D D. N N. Theodoſio XII." & Valentiniano II. AA. COSS. [426.]

Interpretatio. *Hac lex oſtendit, quorum Iuris conditorum" ſententiæ valeant. Hoc eſt, Papiani", Pauli, Gaij, Vlpiani, Modeſtini, Scæuolæ, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quorum ſi fuerint diuerſæ prolatæ ſententiæ, vbi maior numerus vnum ſenſerit, vincat. Quod ſi forſitan æqualis numerus in vtraque parte eſt, eius partis præcedat auctoritas, in qua Papianus cum æquali numero ſenſerit: Quia vt ſingulos Papinianus vincit, ita & cedit duobus. ¶ Scæuola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in ſuis Corporibus non inueniuntur, ſed in præfatorum opere tenentur inſerti. ¶ Gregorianum* verò & Hermogenianum ideò Lex † iſta præteriit, quia ſuis autoritatibus" confirmantur ex* lege priore"; ſub titulo, De Conſtitutionibus Principum & Edictis. ¶ *Sed ex his omnibus Iuris Conſultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiano, & Paulo, quæ neceſſaria cauſis præſentium temporum videbantur, elegimus."*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. vt pote bonam partem abrogata, & temporaria: de quo mox viderimus. Coniungendæ vero huic ſunt vndecim præterea Leges, de quo *in Commentario.*

" *Caij* in Til. edit.

" Forte; *vt*: de quo mox.

" *Cunctos*, alij MSS.

" Papinianum & Modeſtinum.

" v. Commentarium. Alij ita: *comitetur authoritas; lectioneſque ex omni eorum opere recitentur.*

" Malit quis, *ex omnium opere*: verùm iſtud ſuſtineri poteſt, *ex omni opere*, id eſt, ex quocunque opere publicè probato: vel, id eſt, ex quibuſcunque eorum operibus: Male Til. ed. *ex omni eius opere.*

" *Tractatus* & *tractandi* vox propria de Iuriſconſultis *h. l. & l. 1. π. de calumniator. l. 13. π. de iure patron. l. 1. π. de extraord. cognit.* Am. Marcellinus *lib. 28. p.....* *Periti iuris altrinſecus adſciſcuntur, repugnantia tractaturi.* Vetus Iuuenalis Scholiaſtes ad 1. *Satyr.* *Intra Apollinis templum Iuriſperiti ſedebant & tractabant.* Tractare denique eſt de iure controuerſo in vtramque partem diſſerere. v. Tullium, *pro Murana.* & innumeras leges *Digeſtorum.*

" Proferentur.

" *Potior*: quanquam & illud defendi poſſe ſcio.

" Elogia Papiniani apud Cuiacium v. *in Papinianum.*

" Bertrandus, *in Bionomicis*, exiſtimabat, tranſpoſitum ſeu loco motum hunc verſiculum, & præponendum verſ. *vbi autem pares.* Verùm ſuſtineri poteſt hic ordo: Nempe verſiculus hic ſuperiori rectè ita quoque cohæret: Duobus cedit Papinianus, non tamen Paulo & Vlpiano ipſum notantibus.

" *Corpus* Papiniani.

" Quando id factum? In id mox inquiro.

" De hâc *Moderationis* voce mox.

" De *Pauli ſententiis* hæc huius Conſtitutionis verba laudat veteris Conſultationis Author *c. 7.*

" Al. VI. al. VIII.

" Sic eſt in An. Put. & And. in Til & Cuiac. VII.

" Al. *conſultorum.*

" Librarius huius Interpretationis ſatis imperitè tribus locis *Papinianum* cum *Papiano* miſcuit, eundemque credidit: nempe, quod Papiani *reſponſa*, cum Pauli *Sententiis*, Codice *Gregoriano & Hermogeniano*, vno corpore ambularent. Et idem tamen, ſi rectè id expreſſum, hac ipſa Interpretatione alicubi *Papinianum* diſertè vocat.

* Duæ ſequentes ſententiæ, 1. de Codice *Gregoriano & Hermogeniano.* 2. de Codice *Alariciano*, ad *huius leg.* interpretationem ſeu ſententiam non pertinent, verum ad integri *Codicis Alariciani* breuiarium: de quo in *Prolegomenis.*

† Hæc verò *lex* intercidit: de qua aliquid dixi ad *leg. 1. de conſtitutionib.*

" Ideſt, Principum nominibus præſcriptis: hi enim Codices à priuatis confecti fuere: at conſtitutiones, quæ iis continentur, propria authoritate firmantur.

" Hinc apparet, eundem harum *Interpretationum* authorem eſſe, qui & *Codicis Alariciani* author eſt. vid. Alciatum *2. parerg. 25.*

" Vlpiani hîc non meminit: Eius tamen titulos ex libro ſingulari *Regularum* inter hæc Excerpta ſe Tillius ait; nec tamen iis Interpretem manum admouiſſe veriſimile eſt: adeò pura-puta ſunt Vlpiani.

## COMMENTARIVS.

Vorumnam famoſiſſimorum Ivriscon-svltorvm priſcorum, qui è viuis dudum exceſſerant, ſcripta in Iudiciis, velut authentica, ad auctoritatem legi, proferri, recitari, allegari æuo ſuo poſſent, recenſum *hâc l.* inſtituit Valentinianus Tertius Placidiæ F. Quæ quidem lex pars eſt prolixioris Valentinianeæ orationis, emiſſæ ad Senatum vrbis Romæ A. D. 426. vnde duodecim in totum fragmenta ſuperſunt. Ea Oratione Imp. hic de duob. egerat: de Iuris, inquam, Recenſu; deque iure patrio & materno: Ad poſterius iſtud caput pertinent ſeptem leges, putà *lex vn. inf. de cretione: l. 8. de legitimis hæredit. lex pen. & vlt. de maternis bonis: lex vn. de bonis quæ filiiſf. l. vlt. de reuoc. donat. l. ſi infanti* 18. *Cod. de iure deliberandi*: Ad Prius verò illud caput pertinent quinque leges: præter hanc ſcilicet: lex *quæ ex Relationibus* 2. *& l. Leges* 3. *Cod. de Legibus*: *l. penult. Cod. ſi contra ius*: *l. 7. Cod. de precib. Imp. off.* Ea verò parte, totius Iuris, Conſtitutionum inquam Imperatoriarum, tum Iuriſconſultorum repurgationem, ſeu ἀνάκρισιν Imperator hic inſtituerat: quænam videl. conſtitutiones, quæ Reſcripta Principum, quæ Iuris prudentum ſcripta, reſponſa, in Iudiciis proferri, legi, allegari, recitari æuo ſuo ad cauſarum deciſionem, poſſent, atque adeò vim in Iudiciis obtinere deberent? Quænam, inquam, conſtitutiones: Hinc adeò *d. l. 2. & 3. Cod. de Legibus*, definitum fuit, & quidem notis ſeu ſignis appoſitis, quænam Leges vt generales ab omnibus æqualiter in poſterum obſeruari atque in iudiciis allegari deberent: & ad generalitatis obſeruantiam pertinere, vt loquitur *d. l. 3.* (quæ quidem lex à Cod. Theodoſiano hodie abeſt; contra quàm prodidere nonnulli) Atque ex eo nominatim numero expunguntur Reſcripta ad Relationes, & Interlocutiones in vno negotio emiſſæ. (de quo iam quoque dictum *ad l. 9. ſup. de diuerſis Reſcriptis*) Eadem igitur oratione

Reſcriptorum

Reſcriptorum quoque impetrantium ipſorum reſpectu recenſum inſtituit Valentinianus Tertius, eo inter alia conſtituto, vt etſi Legibus conſentaneum reſcriptum mendax precator meruerit, mox & attulerit ſeu allegauerit, impetratis tamen penitus careat, *d. l. penult. Cod. ſi contra ius*: item eo conſtituto, vt Reſcripta contra ius elicita ab omnibus Iudicibus refutentur, *d. l. 7. Cod de precibus Imp. offerendis.* Et hæc quidem de Conſtitutionum & Reſcriptorum ἀνακείσει, quamque auctoritatem fidéque in iudiciis prolata facere debeant, quatuor illis legibus, quib. hæc noſtra vti dixi coaſſãda venit. Atenim *Iuriſconſultorum* quoque veterum qui è viuis dudum exceſſerant recenſum, ſeu ἀνάκρισιν eadem Oratione Valentinianus Tertius facere inſtituit, quæ *hâc leg.* continetur: Quam & Theodoſius Iun. eius in Imperio collega probatam ſibi in *hunc Codicem* retulit: qui & ipſe alioquin *Nouella ſua de repudiis* 17. teſtatum facit, quantum ipſi *Prudentium Reſcripta* placuerint: vt pote ad quæ exigi iura Repudiorum iubeat. Et hæc quidem, quæ iam notauimus in genere, de Valentiniani Imp. Oratione, cuius hæc pars eſt, deque aliis legibus exinde petitis, quæ huic noſtræ coaſſandæ veniunt, deque eius ſcopo in vniuerſum facem omninò præferunt ad verum & genuinum *huius l.* intellectum adſequendum: Quib. hactenus incognitis, vel non perſpectis, euênit vt non vnus ad *hanc leg.* error admiſſus fuerit, neque rectum de eâ iudicium vbique fecerint omnes. Nos ad Valentiniani ἀνάκρισιν redeamus de Iuriſconſultorum ſcriptis: vbi quinque hac parte ab eo conſtituuntur.

Primò QVINQVE veterum Iuriſconſultorum, Papiniani, inquam, Pauli, Gaij, Vlpiani, & Modeſtini, ſcripta *hac l.* confirmat Valentinianus, eaque in Iudiciis recitari & obtinere iubet: Id enim eſt quod his verbis ſignificatur: *Comitetur auctoritas lectionis, quæ ex omni opere recitatur.* Quomodo & mox: *Vbi autem pares eorum ſententiæ recitantur.* Recitari ſcilicet, proferri (vt *hac* quoque *leg.* dicitur) non Principum modo conſtitutiones, leges, ſeu iura publica, vt ex Paulo liquet 5. *ſenten.* 25. §. 5. Sed & Iuriſconſultorum probatorum publicè reſponſa, ſeu Prudentum edicta in Iudiciis mos erat: quod *hæc lex* quoque probat, quorum videlicet auctoritatem Iudices in iudicando ſequerentur. De quo more Caſſiodorus quoque non vno loco, ac nominatim *lib. 6. var.* 8. *Et appellabatur abuſiuè Iudicium, vbi non allegabantur à Partibus Dicta Prudentium.* Hanc proinde conſtitutionem, & ſi quas ſimiles huius æui, intellexit Iuſtinianus, cùm in §. *reſponſa Prudentum 8. Inſt. de Iure Naturali*, ſcripſit, *Iuriſconſultorum ſententias & opiniones eam auctoritatem tenuiſſe, vt Iudici recedere à Reſponſis eorum non liceret*: hoc addito: *vt eſt conſtitutum*: & vt Theophilus hæc verba effert, ὥσπερ καὶ βασιλέως βιᾷ διέταξις: *Conſtitutum* ait, non ab Auguſto, quod Cuiacius aliique voluêre, cuius vtique nulla eâ de re conſtitutio proferri poteſt, quodque totius Iuris Hiſtoria ei erat, verùm à Valentiniano Tertio *h. l.* quæ à Theodoſio Iuniore quoque inter alios probata eſt, quando eam huic Codici ſuo inſeri paſſus eſt: & ab aliis fortè paulò anterioribus. Imperatoribus, qui ſuperſtitibus quoque nonnullis νομοθετικὴν δύναμιν quandam tribuerunt, vt de Innocentio quodam Chryſantij æuo memorat Eunapius *in eius vita*. Eò ſcilicet paulatim deuentum per gradus, vt veterum Iuriſconſultorum quorundam celeberrimorum ſcripta, quæ paſſim Imperatores ipſi conſtitutionibus ſuis allegare ſequique ſoliti, (quod de Diocletiano Imp. iam oſtendi ad *l. caſus maioris*, *Cod. de teſtamentis*: & patet quoque ex *l. 3. in f. inf. de teſtam.* vbi Scæuolæ auctoritas cum elogio adhibetur.) collapsâ iam Iuriſprudentiâ, vel ad ſummum euecta, in Iudiciis allegarentur. Quo quidem in cenſu quinque Iuriſconſulti *hac l.* memorantur. Papinianus, inquam, Paulus, Gaius, Vlpianus, & Modeſtinus: ita quidem vt ſi in *h. l.* pro *& cæteros*, legamus *vt cæteros*, quod mihi aliquando in mentem venit, exinde colligatur, ante Valentinianum iam duorum Iuriſconſultorum, Papiniani videl. & Modeſtini, ſcripta probata fuiſſe, atque in Iudiciis paſſim pro auctoritatibus & authenticis allegari ſolita: Cœterorum verò trium nondum adeò. De Papiniano certe fidem facit iam lex *vtere* 14. *Cod. de præd. & aliis reb. minorum.* Nempe nulli maiorem inter Iuriſconſultos famam hoc æuo meruêre, quàm Papinianus & Modeſtinus, vt ex eorum elogiis paſſim colligas: quorum hic vltimus verorum & γνησίων Iuriſconſultorum & conditorum reuera fuit, poſt eum nullus. Verùm hæc coniectura tantum eſt; nam & cœteri quoque in Conſtitutionibus laudati, inque Iudiciis recitati, etſi haud æquâ omnes auctoritate: de quo mox. *Lectionis* auctoritas *hac l.* eſt dignitas, auctoritas ſcriptorum, reſponſorum, quæ in Iudiciis legi ſolita: *l. Titius* 43. *π. de action. empti*: *l. vlt. π. ad l. Corn. de falſis*: *l. 5. π. de probationib.* *Lectio* hâc tempeſtate pro περικοπῇ, textu, allegatione, auctoritate, teſtimonio, ſectione, vndecunque decerpta, quæ adducebantur, recitabantur, in iudiciis, ſcriptis, & in Eccleſiâ quoque. Ex innumeris pauca ad rem propiora notare ſufficiet. Sic infra *l. 9. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis. Funeſtorum tantum Conſulum nomina iubemus aboleri: ita vt his reuerentia in* LECTIONE *recitantium tribuatur, qui tunc in Oriente annuos Magiſtratus victuris perpetuò ſunt faſcibus auſpicati.* Symmachus *lib. 10. ep. 45. Orta præſcriptio, quæ aſſereret nouari tempora poſſeſſore mortuo debuiſſe: ad hoc præmiſſa eſt* LECTIO, *veluti probatur iudiciis, nouationem tantum petitoris hæredi eſſe decretam: quod verbo quidem aſſertum, ſed ſanctionibus improbatum, contrariæ* LEGIS RECITATIONE *compreſſum eſt.* Ammianus Marcellinus in inſigni illâ παρεκβάσει de Cauſidicis illius æui, eorúmque rapinis, *lib. 30. p. 451. Vique prouulgati* IVRIS *proferatur* LECTIO *vna, ſeptem vendibiles introitus præparant, dilationum examina longiſſima contexentes.* Idem paulò ante p. 450. *Si voluntate matrem finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragãtes abſolutionem* LECTIONES *& reconditas pollicentur, ſi te nummatum ſenſerint.* Apud Optatum Afrum Mileuitanum ſæpiſſimè, præſertim *lib* 4. *& 5.* Ambroſius, *in oratione de exitu Theodoſij*, habitâ A. D. 395. *Quid doceat* LECTIO *conſideremus.* Et mox: *Hæc ergo ſequenda ſolemnitas, quam præſcribit* LECTIO. vid. eũdem *oratione in Auxentium*, quæ media eſt inter *epiſt. 32. & 33.* & *d. epiſt.* 33. & *lib. 2. de virginibus p. 101. & lib. 3. pag.* 106. 111. 112. 113. Eodem ſenſu & in actis collationis Carthag. ſæpè. Apud Auguſtinum item, inter alia poſt collat. cap. 31. *Quæ* LECTIO *cùm magis contra eos recitaretur.* Epiſtola 152. *Et verbis ſuis &* LECTIONIBVS *à ſe prolatis ipſi etiam confirmauerunt.* Et ſub finem: *Nos enim duas* LECTIONES *pro illo ſufficere putaueramus, illi autem quatuor protulerunt.* & cap. 34. *Tot à ſe probatis* LECTIONIBVS *ſic adiuuarent cauſam noſtram.* & *ſerm. de luctat. Iacob. ſermone 2. in die Pentec. ſermone 6. in Epiphan.* Maximus Taurinenſis *homil. 2. in Epiphan.* Petrus Chryſologus *ſerm. 9. & 16.* Macrobius quoque horum temporum ſcriptor *lib. 1. Saturnal. c. 8. Verùm Apollodori* LECTIO





*ſic ſuggerit.* Item *lib. 7. cap. 7. Licet vrendi corpora defunctorum vſus noſtro ſæculo nullus ſit,* LECTIO *tamen docet, eo tempore quo igni datis mortuis honor habebatur,* &c. & *lib. 7. c. 13. Hæc ſunt quæ* LECTIO *Pontificalis habet.* Apud Auctorem quoque collationis *Legum Moſaïcarum*, hæc vox hoc ſenſu occurrit, *tit.* 7. Eodem ſenſu *in l. 5. C. de bon. quæ liber.* diuerſæ iuris *lectiones.* Sic & veteris Conſultationis Auctor, quod aliis locis dixit, textũ legum quid contineret, leges ſubternexas teſtari: teſtimoniũ legum ſequentiũ attendendum; authoritatem alicuius legis declarare, alibi ſic exprimit, *Legem infraſcriptam euidenti* LECTIONE *declarare.* Item, *proferre ſe* LECTIONEM *Iuriſconſulti, & legem Principum infra* LEGI. ita Marius Victorinus libros Ciceronis de Inuentione *in 176. lectiones* diuiſit, vt patet ex Codice MS. & editione Pithœana, ipſe *lectiones* vocat. Verùm hæc plus ſatis. Huc etiam pertinent legum ſubſcriptiones, LECTA, hiſque ſimiles, de quibus alibi: ſic paſſim, vt iam vidimus, apud Patres *lectio* pro textu S. Scripturæ κείμενον, ſic ea quæ in Eccleſiis populo legebantur, Patribus *lectiones* περικοπαί. Item ἀναγνώσματα iam apud Origenem *lib. 3. contra Celſum*; Athanaſium non *vno loco*, Epiphanium *hæreſi 64. ſect. 29.* Item ἀναγνώσεις, Gregor. Nyſſenus *orat. 2. de reſurr. Chr.* Hinc *orat. de Proph. Simeone*, & apud Amphilochium *de eodem argumento.* Ad hanc verò rem conſtitutum fuit ἀναγνωστῶν, ſiue Lectorum munus, de quo Croïus nuper *obſeruat. in nouum Teſtam.* Illi quorum in Lectionibus fit mentio, dicuntur προαναγνωσθεῖσαι, προαναγνωσθέντες, προαναγνωσθέντα.

Secundo *huius leg.* capite confirmantur pariter quatuor Iuriſconſultorum anteriorum, puta *Scæuolæ, Sabini, Iuliani, Marcelli* nominatim, aliorumque ſcripta, ſcientiam quorum, tractatus & ſententias ſuperiores illi Quinqueuiri operibus ſuis miſcuerunt, eoſque celebrarunt. Quæ quidem ſcripta hoc adhuc æuo extabant, ſed ſuo iam æuo Galliam intra regnumque Tholoſanum intercidiſſe Interpres *huius leg.* teſtatur: At non in Oriente ſub Iuſtiniano, vt potè, è quorum poſtea ſcriptis Tribonianus in Pandectas ſuas complurima retulit. Quod *Scæuolam* attinet, Arcadius quoque iam *l. 3. de teſtamentis*, Scæuolam auctorem prudentiſſimum Iuriſconſultoremque vocauerat, eiuſque ſententiam ibi ſequutus comprobauerat.

Tertio capite continentur iam *Cautelæ*, ſeu Leges certæ: quibus Iuriſconſultorum illorum ſcripta tutò in Iudiciis legi, recitari, allegari poſſent: Nempe iubet Valentinianus, ſcripta eorum ad Codices emendatos exigi, vt ita Lectio ex his ſeu auctoritas deſumi tutò poſſit: *propter antiquitatis*, inquit, *incertum*, nempe, quòd inemendati paſſim Codices circumferrentur, librariorum ſtupore, cauſiſque aliis. Quâ in re non abs re fuerit notare, hâc ipsâ etiam ætate vel doctiſſimorum hominum olim negotium fuiſſe, vt Caſſiodorus ait, vt ab Antiquariis (de quibus *l. 2. inf. de ſtudiis liberalib. V. R.*) vel à ſe ſcripta, per otium cum aliis caſtigarent, emendarent, παραγράμματα ſeu vitia ſcripturæ notarent: vel etiam docti Viri & Grammatici hanc clariſſimis Viris rogantibus operam nauarent. Cuius operæ teſtimonia in antiquis Codicibus obuia ſunt. Vnum atque alterum hîc apponam. In Liuij exemplaribus. *Nicomachus Dexter V. C. emendaui ad exemplum parentis mei Clementiniani, Ab vrbe condita.* Item, *Victorianus V. C. emendabam Dominis Symmachis.* Et alio loco, *Emendaui Nicomachus Flauianus V. C. Præfectus V. apud Hermam, Ab vrbe condita.* Ad finem Perſij. *Flauij Iul. Trif. NN. Sabini Vi. Protector Domeſticus temptaui emendare ſine Antigrapho & adnotaui Barcellonæ Coſſ. DD. NN. Arcadio & Honorio Quinquies.* Ad finem Nonij Marcelli *Iun. Trifon. Sabin. Protector Dominic. Legi Q. cum DD. NN. Arcad. & Honor. Quinquies Coſſ. prout potui ſine Magiſtro emendans annotaui Anno ætatis XXX. & militiæ quarto in ciuitate Toloſâ.* In ſacræ quoque Scripturæ libris & Lectionibus vt perniciosius errari imponive ſolet, ita magni quoque Viri in his emendandis curam geſsêre ſolicitam: De Luciano teſtis Suidas πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος. Quod & de Patrum ſcriptis ſentiendum. Hinc eſt cur Irenæus librarium adiuret per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſum eius aduentum, quo iudicaturus eſt viuos & mortuos, *vt conferat poſtquam tranſcripſerit, &* EMENDET *ad exemplar vnde deſcripſit*: quam κατάκλησιν, ſeu obteſtationem retulit Euſebius, *hiſtor. Eccl. lib. 5.* & Hieronymus, *initio Chronici.* Aponius ſimiliter *comment. in Canticum Canticorum. Obteſtor* &c. *vt ad ea exemplaria de quibus tranſtulit, diligenter emendet, ne tanti laboris ſolertia librariorum dormitatione vileſcat.* Hinc adeò & D. Auguſtini conſilium *de doctrina Chriſtianâ, lib. 2. c. 12. & 14. Nonnullas obſcuriores ſententias plurium Codicum inſpectio ſæpè manifeſtauit.* Rurſùm. *Codicibus emendandis primitùs inuigilare debere ſolertiam eorum qui ſcripturas* [diuinas] *noſſe deſiderant, vt emendatis non emendati cedant.* Sed & Hieronymi dictum, *Mihi meiſque permittant pauperes habere ſchedulas, & non tam pulchros Codices, quàm emendatos.* Denique emendationis huius vſus iam olim vt cæteroquin in aliis libris vtilis & accuratus, vnde Ouidius 1. *de Ponto, eleg. 6.* emendationem ſcriptione difficiliorem dicit. Ita nominatim in S. Scripturæ, & Iuris ac Conſtitutionum libris maximè neceſſarius viſus: vtpote, ad quorum fermè præſcriptum controuerſiæ in Eccleſia, & in foro, definiendæ eſſent. Et ſi iam olim collationis iſtius & emẽdationis vſus neceſſarius viſus eſt, quid mirum, ſi Emẽdationes Iuris hodie quoque poſt tot ſæcula, ad antiquiſſimos potiſſimũ Codices, vel etiã ex ingenio, ſed bonâ fide, Viri Docti pollicentur, dũmodò docti. De hâc tandẽ Critices parte vid. quæ habet accuratiſſimus Voſſius *lib. 1. artis Gramm. c. 6.*

Quartò *huius leg.* capite Valentinianus definit, quid facto opus ſit, ſi diuerſæ Iuriſconſultorum ſententiæ proferantur, quatuor in id ſententiis. Primò, ait, in hâc ſententiarum diuerſitate, potiorem Iuris Auctorum numerum *vincere*, ſeu præferri oportere. Numerari igitur, non ponderari Iuriſconſultorum ſententias voluit Imperator. Quod & iure Romano in dubiis quæſtionibus quandoque obtinuit: quò certè pertinet, quod Vlpianus ſcribit, *l. 8. de adoptionibus*, item quod Gaius *l. 18. π. de in ius vocando*: Sic in quæſtione illâ, vtrum ſeruus proprius inſtitui rectè ſine libertate poſſet, ſecundum plurium ſententiam in Negatiuam conceſſum fuit, vt docet *pr. Inſt. de hæredib. inſtit.* cùm Atilicino vnì iam olim aliter videretur. Sed enim mens alia meliorque Iuſtiniano quoque poſteà ſedit, qui vt æquiorem in illâ, quam modò dixi; quæſtione Atilicini vnius ſententiam amplexatus eſt, ita hanc nominatim Valentiniani Tertij conſtitutionem hac parte ſuggillat: *l. 1. §. cumque, Cod. de veteri iure enucl.* Etſi non negem, ſi de veteri illâ Iuriſprudentiâ quæritur, eorum qui Iuris conditores Auctoréſque fuêre, in dubio fermè potiorem numerum iure apud poſteros prælatam: magnum enim iſtud de conſenſu concentuque potioris partis præiudicium eſt: Atenim qui hodie inoleuit, perditus mos, ille eſt, quo *Communes opiniones*, Auctorumque congeries, imò nubes, pro omni fermè ratione obtenditur. De plurium ſententiâ in iudiciis & ſuf-

fragiis ſequenda, de qua agitur *l. 36. π. de re iudicatâ*, ab hac leg. aliena iam quæſtio eſt. Et hæc quidem Valentinianus, vbi inæquali numero diſpareſque ſententiæ eſſent. Quid verò ſi pares exiſtant? Hic iam *Papiniano* hanc prærogatiuam tribuit, vt ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat auctoritas, in quâ excellentis ingenij vir Papinianus eminet, ſeu à qua ipſe ſtat, qui vt ſingulos vincit ita cedit duobus: hoc altero προνομίῳ inſuper addito, vt Pauli & Vlpiani notæ in Papiniani corpus factæ, ſicut & antea dudum ſtatutum fuerat, infirmentur: Quæ quidem omnia de Papiniano, præterquam quod is Primus ceu Quinqueuiralis, de quo ſupra, Collegij Præſul & ἔξαρχος ponitur, ſingularia admodùm decora & προνόμια ſunt. Primum Papiniani προνόμιον illud eſt: quod æquali inter ſe diſſentientium ſeu diſſidentium numero, ea ſententia præualere iubetur, in quam Papinianus inclinauit: ἄλλος οὗτος Ηρακλῆς. Quæ & ipſa prærogatiua Bartolo quondam in Hiſpaniâ & Luſitania decreto Regio tributa fuit, ſi verum eſt, quod refert Ioannes Baptiſta de Gazalupis de S. Seuerino, *in tractatu de modo ſtudendi in vtroque iure*, qui ſubiectus eſt Vocabulario Iuris, *p.* 254. Similis, & maior etiam Ioannis Chryſoſtomi prærogatiua fuit: nam in interpretandis Scripturis, ita felici diuinoque adeò ingenio creditus eſt., vt quamuis cœteri Eccleſiæ Patres communibus ſuffragiis locum aliquem Scripturæ ſecus quàm ipſi viſum eſſet, interpretarentur, contra omnes vnius præponderaret ſententia: Quam conſuetudinem in Orientali Eccleſia, & ſemper antea, & ſuo tempore obtinuiſſe ſcribit Auctor incertus vitæ ipſius *c.* 37. vt taceam in Occidentali magni ponderis fuiſſe Interpretationes eius: cuius rei teſtes ſunt Hieronymus & Auguſtinus: ipſiſque adeò Britannicis inſulis, ἐν ταῖς τῶν Ωκεανικῶν νήσων ἐσχατιαῖς, ſolum ex omnibus antiquis Interpretibus lectitatum, in ſummaque habitum admiratione multis ante ſuam ætatem ſæculis refert Gregorius. Nec minor eius in dogmatibus ſtabiliendis auctoritas: Teſtes plerique Conciliorum *Canones* in eius facti ſententiam & verba: Teſtis libellus, quem in Bibliotheca Cæſarea C L. Hēricus Sauilius vidiſſe ſe ait Archiepiſcopi Mitylenæi, qui propoſitis non ita pridem à Viro magno ferè omnibus in Religione controuerſis nunc capitibus, ad ſingula penè ex vno Chryſoſtomo reſpondit. Quæ ſuperiora omnia à Viro illo Clariſſimo præfatione in Chryſoſtomum notata, huc referre viſum. Neque multum abhorret Emanuelis Comneni conſtitutio *cap.* 6. ex qua quoties pares ſunt ſententiæ, eorum vincit ſententia, cui iudicij Præſes conſenſerit. Sed & antiquitus in Galliâ, conſtitutione Philippi Pulchri editâ A. D. 1294. cuius meminit & Budæus *in l. vlt. π. de Senatoribus*, vbi Senatores diuerſa cenſebant, Primores Curiæ ex qualitate & grauitate cenſentium quod eis videbatur æquum determinabant. Atenim & hoc ipſum pariter Iuſtiniano diſplicuit: nam ſententiæ prærogatiuam illam Papiniano (iudicij ſui immemor ipſe, quod etiamnum extat in *l. cùm acutiſſimi, C. de fideic.*) ademit. ¶ Secundum Papiniani *hac l.* προνόμιον iſtud eſt, quod Valentinianus Notas Pauli & Vlpiani in corpus Papiniani factas (hi enim duo Iuriſconſulti, Papiniani ipſius diſcipuli, eiúſque in Præfectura prætoriana Adſeſſores, ad Papinianum notas ſcripſerunt,) infirmari præcipiat. Addito, *ſicut dudùm ſtatutum eſt*. vbi dubium eſt, quando id ſtatutum, & dudùm quidem fuerit. Conſtantinus M. certè in eâ quæſtione, quâ de agitur *l. vn. infr. de ſententiam paſſis*. remotis Pauli atque Vlpiani notis, Papiniani ſententiam prætulerat: at non ideò, quod Valentinianus *hac l.* adſtruit, hac in re paulò liberalior, infirmatæ penitus Notæ illæ omnes fuerunt. Et melior iterum in hoc tertio mens Iuſtiniano ſedit, qui eas Notas non ſtatim neque promiſcuè reſpui voluit, verùm probatas ſeligi, Papinianeiſque etiam Reſponſis & Quæſtionibus ſubiici, *d. l. 1. §. ſed neque 6. Cod. de veteri iure enucl.* cuiuſmodi Pauli ad Papinianum octo Notæ referuntur *l. 1. in f. π. de off. eius cui mand. Iuriſd. l. 16. π. de Publiciana, l. 72. in f. π. de contrah. empt. l. 1. §. 2. π. de vſuris: l. vlt. de his quæ in teſtam. l. 42. in pr. π. de bonis libertorum: l. 116. in in pr. π. de verb. obl. l. 8. in pr. π. de ſtipul. Prætor.* Vlpiani *vnica* quod ſciã *l. 31. §. 2. π. de negot. geſt.* Neque immeritò: id enim pæſtant Notæ illæ, vt commoda interpretatione, vel rationibus Papiniani dicta vtiliter firment, vel ex eodem æquitatis fonte, & ex iiſdẽ Iuris Principiis ſimiles, vel contrarios caſus decidant, extenſionibus, vel exceptionibus appoſitis: Quod & alij fecêre qui ad veterum Iuriſconſultorum libros notas ſcripſerunt; Exemplo aliorum Criticorum, quorum optimi & antiquiſſimi Græci, Latini non tantum obelis falſa, ſuſpecta, dubia configere ſoliti, ſed etiam χρήσιμα lectori præmonſtrare. Quanquam neque à vero abeſt, ſæpe iniquè & mordaci dente nimiùm iis notis Papinianum perſtringi: vt exemplo eſſe poteſt *lex 116. π. de verbor. obligat.* collata cum *l. 98. §. qui ſtipulatur, π. de ſolutionibus*. Et fortè etiam ſenſiſſe potuit, hîc Valentinianus, de huiuſcemodi Notis quibus à Papiniano abirent illi, non verò de his, quæ iidem ſubiecêre, adminiculandæ, vel ſufflaminandæ Papiniani ſentẽtiæ. Et hæc de Papiniani prærogatiuis, & illâ quidem, vt diſſidentibus ſententiis, ea vinceret, à qua Papinianus ſtaret. ¶ Quid ſi verò pares Iuriſconſultorum ſententiæ ſint, quorum par quoque cenſetur auctoritas? Iudici iam eligendi poteſtatem tribuit Valentinianus hac l. *quod ſequi debeat, eligat moderatio Iudicantis*: Et ſic *Arbitrarium* id, ſeu inter caſus arbitrarios cenſeri vult. *Moderatio*, id eſt, iuxta & æqua æſtimatio, & quidem in ſp. *huius leg.* Moderatoris, ſeu Rectoris Prouinciæ, vel alterius Iudicis: ita enim *moderationis* vox paſſim accipienda, *hic* & *l. 20. de curſu publ. l. 119. de Decurionibus*. ¶ Tandem fine huius leg. *Pauli* quoque ſententiæ ſemper valere præcipiuntur. Quo quid opus erat, cùm iam *initio legis*, Pauli *Scripta* (exceptis in Papinianum notis) *vniuerſa* firmentur? Certè Viri cuiuſdam doctiſſimi interpretatio hîc minus placere debet, quaſi ſuperiùs in genere Pauli *Scriptis* iuris auctoritas tributa ſit; his verò poſtremis verbis, peculiariter *libris eius Sententiarum* hæc authoritas tribuatur, vt hi vincant omnes Authores, omneſque libros Iuris, & per hoc ipſum etiam Papinianum, & libros Papiniani: idque indicatur his verbis, *ſemper valere*, quæ extenſionem habeant ad omnes caſus, in quibus libri hi *Sententiarum*, aut ſoli producerentur, aut iuncti cum libris aliorum Auctorum, aut ab illis diſiuncti ac diſſidentes. Quod Prærogatiuis ſuprà Papiniano tributis planè aduerſatur. Quid igitur? Ego haud abſurdè crediderim id à Gothorum manu eſſe, quibus tantopere Paulus, ideſt Pauli *Sententiæ* placuerunt, vt inde quoque Corpus ſuum *Alaricianum* conficerent: vt ex fine interpretationis *huic legi* ſubditæ apparet: vbi & duo ab Interprete addita, de quibus nihil in contextu *legis* habetur, de quibus nos *in Prolegomenis*.

Ex *hac* interim integra *lege* liquet, quonàm Iuriſprudentia Romana hoc tempore prolapſa fuerit; vt quæ non tantùm nullos iam ampliùs Papinianos dederit, nullos nominis alicuius ſeu lætioris famæ eximioſque Iuriſconſultos (quò pertinet etiam querela Theodoſij Iunioris, duodecim poſt hanc orationem annis, *Nouella 1. de Codicis Theodoſiani authoritate*, & Nouella Valentiniani 9. *de confirmat. his &c.* & *de Aduocatis, verſ. notum eſt*: vbi diſertè ait, *Tam gnaros Iuris & Legum, aut rarò, aut minimè repertos.*) verùm etiam quæ exiguam ætatis veterum Iuriſconſultorum rationem vel notitiam habuerit. Sanè & Mamertini de collapſa iam ante Iulianum Iuriſprudentiæ dignitate huc referenda querela eſt, *in gratiarum actione pro Conſulatu: Iuris Ciuilis ſcientia, quæ Manlios, Scæuolas, Seruios in ampliſſimum gradum dignitatis extulerat, libertorum artificium dicebatur.* Cui Mamertini loco congruit etiam quod Aſterius Amaſeæ Epiſcopus circa A. D. 400. apud Photium *homil.* 7. *in ſeruum Centurionis quem Dominus ſanauit*, ſcribit de ſeruo quodam Scytha, empto à quodam ciue Antiocheno, cuius & ipſe diſcipulus fuerit, qui etiam Iuriſprudentiam profeſſus ſit, καὶ νόμων ὤφθη διδάσκαλος. Ammiani tandem Marcellini iudicium huc facit *lib. 30. pag. 450. Iuris ſcientiam*, inquit, *repugnantium ſibi legum abolcuêre diſſidia.* Etſi quantum in ſe Theodoſius Iun. Valentiniani Collega, Iuriſprudentiam excitatam excultam voluerit: nam & duos Iuriſperitos, qui Iuris ac legum formulas panderent in Academia Conſtantinopolitana cæteris Profeſſoribus adiunctos voluit, *l. vlt. de ſtudiis liber. V. R. & Conſtantinop.* & poſt viginti annorum ſtipendia Comitiua primi ordinis ornatos voluit, initio tùm facto à Leontio Iuriſperito, *l. vnic. de Profeſſorib. qui in V. C. docentes ex lege meruerunt Comitiuam*.

Huius *legis* ſententia ita perſpecta, apparet liquidò eam reſponſorum ſeu Iuriſconſultorum confirmationem de qua *hoc tit.* agitur, longè aliam eſſe ab ea, qua Diuus Auguſtus, vt maior iuris authoritas haberetur, conſtituit, Vt Iuriſconſulti ex authoritate eius reſponderent: ſuperſtitibus enim id *reſpondendi* tantùm ius ab Auguſto datum. Et quidquid illud eſt quod datum fuit, non vim legis Reſponſis Prudentum tribuit: quomodo & antea ex Cicerone patet, *orat. pro Cæcinna*, pro *C. Plantio*, & pro *L. Muræna*: Prudentum reſponſa atque decreta ſæpè euerſa. Etſi fatendum, magnam fuiſſe horum reſponſorum ante hæc tempora iam olim dignitatem, eáque priuata religione paulatim pro Iure fermè habita, vid. Senec *ep.* 94. At noſtrum iſtud maioris iam αὐθεντίας, atque expreſſa conſtitutione datum ſcriptis quorundam Iuriſconſultorum, qui iam è viuis deceſſerant; vt ita liqueret Iudicibus in tanta ſcriptorum, librorúmque copia (quam Iuſtinianus quoque memorat *orat. ad Anteceſſores, §. 1. & l. 2. §. 13. C. de vet. iur. enucl.*) quorum authoritatem ſequerentur.

Tandem neque illud omittendum, errorem eſſe Marani, ſcribentis Anianum in interpretatione *huic leg.* ſubditæ, Codicem Gregorianum & Hermogenianum in Reſponſis Prudentum ponere. Nihil enim aliud illa interpretatione continetur quàm recenſus librorum, ex quibus Codex Alaricianus confectus fuit.

## D E
# OFFICIO PRÆFECTORVM PRÆTORIO.

## T I T V L V S V.

I. Cod. Ivst. XXVI. *De officio Præfecti Prætorio Orientis & Illyrici:* & tit. XXVII. *de officio Præfecti Prætorio Africæ, & de omni eiuſdem Diœceſeos ſtatu.* Vid. & infr. *lib. 6. tit. 6. & 7.*

" *Prætorij*, in Til.

## P A R A T I T L O N.

PRÆFECTI PRÆTORIO, de quibus plenè *in Notitia Dignitatum vtriuſque Imperij*, ex Codice Theodoſiano, vt varias ſub diſpoſitione ſuâ Diœceſes & Prouincias habuêre, ita & Prouinciarum illarum, & Diœceſeon Iudices ſub ſe habebant, *l. vn. hoc tit. l. 108. infr. de Decurionibus. l. 4. 6. infr. de Palat. S. L. l. 2. 3. 16. 18. 20 & 21. de oper. publ.* Hos proinde admonere, atque his imminere, legéſque iis inſinuare, actibus denique eorum inuigilare debebant: vt ex innumeris Legibus docent *lex 12. de Agentibus: l. 18. 23. de pœnis: l. 4. 5. 7. 13. de curſu publ. l. vlt. de Aduoc. fiſci: l. 108. de Decurionib. l. 20. de petitionibus: l. 16. de diuerſis offic. l. 12. de cohortalibus: l. 4. de extraord. l. 18. de exactionibus: l. vlt. de itinere muniendo: l. 2. 3. 34. de operibus publ. l. 11. de Cenſitoribus: l. 12. de Iudæis: l. 1. de Centonariis: l. 31. de appellationibus: l. 5. de ſuſceptoribus: l. 4. de ſpectaculis: l. 1. 2. de paſcuis*, &c. Quare & Rectores ipſi ad Præfectos Prætorio referebant, hóſque in dubiis conſulebant, *l. 13. de accuſationib. l. 5. de Veteranis: l. 41. de operib. publ. l. 7. 8. de extraordinar.* Tandem ab his ad Præfectos Prætorio appellabatur, de quo *l. vn. hoc tit. & l. 17. 57. de appellat.*

## ¶ APPELLANTIVM *iniuſtè à Rectoribus prouinciarum ad Præfectum Prætorio: vel* RESCRIPTO *Principis iudicium eorum iniuſtè retractari poſtulantium pœna.*

1.* Imp. CONSTANTINVS A. ad Baſſum. PF. P.″

SVPER his, qui à Præſide, vel à quolibet alio″ Iudice, ſententiam dictam infirmari depoſcunt, ſub eo fine″ *Sublimitatis*″ Tuæ ſuccedat examen, vt ſi, internis″ negotij″ vſquequáque decurſis″, ex″ euidenti claruerit, *ſententiam*″ *à iure iuſtitiáque diſcedere*, eâ penitùs exploſâ″, controuerſia de æquitate terminum capiat. Quòd ſi conſentanea ſit legibus iam prompta″ ſententia, eius pronuntiationis improbus″ oppugnator, ſi patrimonio circunfluat″, biennio in inſulam relegatione plectatur, eiúſque bonorum media″ portio fiſcalibus compendiis addicta cedat: Quòd ſi agreſtis vitæ ſit, aut etiam egentis, ad biennij″ tempus in metallum retrudendus″ eſt. ¶ Quam legem in Annotationibus″ quoque noſtris, de″ *iterando poſt ſententiam iudicio*, cuſtodire debebis. Dat. XIII.″ Kal. Nouemb.″ Baſſo & Ablauio COSS. [331.[

INTERPRETATIO. *Quicunque cauſa dicta, diſcuſſóque negotio, à quocunque fuerit ſuperatus, & hanc ipſam litem poſtea reparare″ tentauerit, ſi pro ipſo, qui antea addictus″ eſt, fuerit legibus lata ſententia, prius iudicium non valebit: Nam″ ſi & apud alium Iudicem fuerit ſuperatus, ſi digna idoneáque perſona ſit, biennio in exilium deputetur, & media″ facultatum ſuarum fiſcus acquirat. Si verò indigna & pauperior perſona eſt, in metallum biennio deputetur.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod.Iuſt.*quod eam improbaret.
″ *Baſſus* PP. ſub Conſtantino M. fuit (ex-Vicario Italiæ) non vno Anno: vid. *Proſopogr.* nominatim anno 331. quo præter *hanc leg.* data ad eundem *lex 3. inf. de liberali cauſâ.*
″ Ordinario ſcilicet Iudice; vel Conſulari, Correctore.
″ Ideſt, ſub hac conditione, immò comminatione pœnaque.
″ *Sublimitatis* titulus iam ſub Conſtantino M. Præfectis prætorio tributus A.D. 331.
″ *Internæ* negotij *hîc*, vt interna cauſæ, *l. 1. vnde vi*: *l. 2. ſi vagum pet. mancip.*
′ Malè qui *negotiis* hîc reponunt.
″ Similiter, textus negotij decurſus, & cognitio decurſa, Ambroſio *ep. 24.* v. alia *in Gloſſ.*
″ *Ex euidenti*, pro *euidenter.*
″ *Sententia* in Til.
″ Emiſſa, prolata: *Promi* ſententia dicitur hîc & *l. 1 de Epiſcop. iud.* vt & *depromi*, in *l. 56. de appellat.* Malè etiam in Til. *prouida*: etſi & hoc admittat.
″ Sic Symm. 10 *ep. 51. obiectu legis exploſa eſt.*
″ *Improbi* vox hic propria: v. *Gloſſar.*
″ *Circumfluere patrimonio*, eſt abundare, diffluere, v. Gloſſ.
″ Id eſt, dimidia.
″ Alioquin *decennij* ferme tempus præfinitum *lege* in metallum damnationi, *l. 22. 23. ff. de pœnis.*
″ Detrudendus, trudendus.
″ De Adnotationibus his. v. Paratitl. *ſup. de diuerſis reſcript.*
″ In Sichardi edit. Malè *dexterando*; vnde quidam male *deteſtando* efficiebat.
″ Al. XI. al. XV.
″ Al. *Decemb.* vt quoque adnotatum à Tilio.

### COMMENTARIVS.

INIVSTÆ, ſeu improbæ Sententiarum ab Ordinariis Iudicibus dictarum retractationi, ſiue per appellationem ad Præfectum Prætorio, ſiue per Reſcriptum Principis, occurrit *hâc leg.* Conſtantinus M: propoſita in id grauiſſimâ pœnâ.

¶ Quod vt intelligatur, ex *hâc l.* & ad eam notandum eſt. Primò, à Iudicibus ordinariis, Præſidibus inquam, aliiſque quibuſlibet Iudicibus ordinariis, Conſularibus putà & Correctoribus, eorumque Sententiis, ad Præfectos Prætorio appellari ſolitum: de quo ad *titulum de appellationibus.* Erant enim hi ſub diſpoſitione Præfectorum Prætorio, de quo in *Paratitlo* iam, & plenâ manu in Notitia Dignitatum noſtrâ ex *hoc Codice* collectâ. vnde & ὑπάρξοντες vocantur Syneſio, *ep. 73.* vbi perperàm prima Interpretatio habebat, *Præfecti loco præponendos*, melius iam altera, *ſub Præf. Prætorio præfecturas obituros.*

¶ Secundò obſeruandum, duplici ratione rem iudicatum retractari: vel per Appellationem, vel Reſcripto ſeu Adnotatione Principis; quod quando fieri id olim potuerit, mox dicam.

His ita poſitis, de ſententiâ *huius leg.* nullo negotio liquere poteſt. Nempe Conſtantinus M. iniuſtè prouocantes ad ſuperiorem Magiſtratum, vel etiam ad Principem, ad retractandam Sententiam, vitilitigatorum odio, pœnâ grauiſſimâ perſequitur *hac l.* pariter vt *l. 16. inf. de appellationib.* hoc ipſo anno: quæ proprie eſt de appellantibus iniuſtè à Sententiâ eorum qui vice ſacra iudicant: vbi eos litis dãno & infamiâ multari iubet: quomodo hic appellãtibus temerè ab Ordinariis Iudicibus ad Præfectos Prætorio, biennij relegationis pœnã, ſi diuites ſint, imponit: ſi egeni, metalli pœnam ad biennium pariter. Quæ quidem grauiſſimæ pœnæ oſtendunt, quantum Conſtantinus vitilitigatoribus iſtis odium indixerit. Nam vt Iudicum iniquitatem variis legibus inſequendam putauit *tit. inf. de appellationib.* appellationes admittere nolentium: ita contrà Improbitatem & petulantiam litigantium, Sententias Iudicum temerè oppugnantium, hoc ipſo anno Edicto ſuo variis legibus inſecutus eſt, *hac* videl. & *l. 16. 17. inf. de appellat. l. 1. de his qui per metum Iud. l. 4. Cod. de Iuriſdict. omnium Iud.* (quæ leges omnes inter ſe coaſſandæ ſunt velut vnius & eiuſdem Edicti Conſtantinianei partes, vnà cum *l. 1. inf. de off. Rector. prouinciæ*: & *l. iuſtiſſimos 3. Cod. de off. Rectoris prouinciæ*: quibus ipſis fortè & hæc iungenda eſt, Nam, vt animi mei coniecturam prodam, & hæc ipſa lex mihi pars videtur Edicti illius Conſtantinianei, verè aurei, cuiúſque membra ſeu Leges quæ hoc Codice occurrunt, indicaui: quo Conſtantinus Iudicum & Iudiciorum ſanctitati, integritati, reuerentiæ, ordinique ſummâ ope, enixoque ſtudio conſultum iuit. Nam & argumentum planè reſpondet, & Conſules congruunt, imò & dies congruit in MSS. putà *xj. Kal. Nou.* qui & ſubſcriptus *legi 1. inf. de off. Rector. prouinc.* & *l. iuſtiſſimos, 3. Cod. de off. Rectoris prouinciæ.* Etſi hæc lex non ad prouinciales, verum ad Baſſum PP. data ſit: quo more ſcilicet ad diuerſos eædem Leges dari eodem exemplo olim ſolitæ: de quo *in Prolegomenis.* Certè aliquã multæ ex illis de Præfectis prætorio, eorumque Iuriſdictione, dignitate, & officio agunt: de quo ad *l. 16. 17. inf. de appellat.* Ad rem. Quod pœnas verò ipſas attinet, quæ *hac l.* proponuntur, de his *ſuo titulo*: niſi quod hinc quoque notandum, metalli pœnam relegatione multo grauiorem fuiſſe: egeniſque illam impoſitam, cùm diuitibus relegatio imponeretur.

Cœterùm, vt initio dixi, quod de temerariâ appellatione, *huius leg.* initio ſtatuitur, id extremo capite de his quoque qui iniuſtè Reſcripto Principis ſententiam dictam conuelli poſtulaſſent, ſtatuitur. Scilicet & hâc viâ, vt initio dixi, iudicium poſt ſententiam iterabatur: Non promiſcuè tamen, vt id addam, quódque etiam probat *d. l. 17. inf. de appellation.* & *d. l. 1. inf. de his qui per metum Iudicis.* Nempe, vt ex harum legum collatione cum hac noſtrâ liquet, inferiorum ſeu Ordinariorum Iudicum Sententiæ citra appellationem ex Adnotatione Principis iterari potuerunt, quod ex *hac l.* diſcimus: non verò Comitum, cœterorumque qui vice ſacrâ iudicabant, vt docet *d. lex 17.* collata cum *l. 16. eod. tit.* & *d. l. 1. de his qui per met.*

Et hæc de ſæcularis Iudicij iteratione, quod *huius leg.* proprium eſt: De Eccleſiaſtici iudicij iteratione ex Principis adnotatione, ſeu Reſcripto, ſub hoc ipſo Conſtantino, præter notiſſimum Donatiſtarum exemplum luculentum in rebus Athanaſij, de quo & hic locus occurit apud Sulpitium Seuerum *lib. 2. Sacræ hiſtoriæ*, vbi de Athanaſij condemnatione, *Imperatorem eouſque compellunt, vt Athanaſius exulatum ad Gallias mitteretur: mox in Ægypto 80. Epiſcopi congregati Athanaſium iniuſtè condemnatum eſſe pronuntiant: Res ad Conſtantinum refertur: iubet ex toto Orbe apud Sardicam Epiſcopos congregari, atque omne iudicium, quo Athanaſius damnatus fuerat,* RETRACTARI. Vbi tamen non vnus error à Seuero admiſſus eſt, quos alibi efferam.

¶ Et hæc quidem Conſtantini M. mens fuit *hâc l.* vt vitilitigatores cohiberet. Verùm diſplicuit hæc Triboniano, nempe, vt coniicere eſt, quod ita Appellationum vſus nimium cohiberetur, iniecto hoc metu: ac per hæc, fibulam Iudicibus Ordinariis nimio plus laxaret.

# DE OFFICIO VICARII.

## TITVLVS VI.

### I. COD. IVST. XXXVIII. A Tilij & Cujacij porrò editione Titulus hic aberat.

### PARATITLON.

VICARII (qui & Vicarij Præfectorum, Agentes Vicariam Præfecturam, Agentes vices Præfecti Prætorio, vice Præfectorum cognoſcentes, & de quibus nos plenè *in Notitia Dignitatum*) Diœceſes integras regebant: *l. 66. 94. de Decurionibus*: *l. 4. 21. de curſu publico*: *l. 12. de exactionibus*: *l. 10. de hæreticis*: *l. 7. de deſertorib.* *l. 9. de legatis*: *l. 1. ne quis in Palatio*: *l. 4. de proxim. Comit. diſp.* Iudicibus, ſeu Rectoribus Prouinciarum imminebant, *l. vn. hoc tit. l. 1. de officio Iudicum omnium, l. vn. ſi quacunque præditus poteſtate*: ac nominatim collationis, & tranſmiſſionis cura eos conſtringebat, *h. l.*

## ¶ *De* TRIBVTARIÆ *rei curâ ad* VICARIOS *pertinente.*

* Impp. Arcad. & HONORIVS A A......″....

VIRVM Spectabilem″ Vicarium, quem totius″ conlationis″ ac tranſmiſſionis″ cura conſtringit, Iudicibus″ volumus imminere: vt, quantum ſingulis quibuſcumque

menſibus" conlatum ſit, quídve tranſmiſſum, maiore cautione diſquirat: In eos procul dubiò vindicaturus, quorum fuerit deuota" deſidia excitata". Dat. III. Kal. Octob. Altino", Vincentio & Frauitta coss. [401.]

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à *Cod. Iuſt.* Aberat & à Tiliano, & Cuiaciano.
' Suppleo: *ad PF. P.* Quod ipſum legis argumentum oſtendit, vt & quod de Vicario ibi ſtatuitur: Imò & fidenter ſuppleo *Hadriano PF. P.* quomodo etiam præfert *lex* 11. *Cod. Iuſt. de annonis & tributis*: quæ hoc ipſo anno data eſt, & huic omninò congruit, atque ad eundem finem collineat.
' *Spectabilium* numero erant Vicarij. vid. *Notitiam Dignitatum.*
' Per Diœceſin ſcilicet ſibi commiſſam.
' *Collationis* vox de conlatione ſeu illatione tributorum, v. *lib.* 11. & Gloſſ. Theod.
'' *Tranſmiſſio* annonarum ad horrea, vel ad limitem, v. *inf. tit. de annona & trib.*
'' *Iudicibus*, i. Rectoribus prouinciarum.
'' Dicam mox.
''' Fortè *indeuota*: de quo mox.
'' *Excitata*, id eſt comperta, cognita, explorata.
'' v. *Geogr. c. de vrbibus.*

## COMMENTARIVS.

TRIBVTARIÆ rei curam, id eſt, tributorum conferendorum, mox & transferendorum, ad horrea, vel ad limitem, vbi miles agebat: ſollicitudinem Vicariis per Diœceſes ſibi creditas incubuiſſe præter *hanc leg.* probant variæ leges, hoc adhuc libr. *lex* 1. *de officio Iudicum*, & paſſim *lib.* 11. (qui bonam partem eſt de re tributaria) *lex* 10. 11. 12. 13. 17. 30. *de annonâ & trib. l. vn. de ſuperindicto. l.* 2. 9. 12. *de exactionib. l.* 2. *ne operæ à conlator. l.* 6. *de extraordinar. l.* 4. *de protoſtaſiâ*: *l.* 1. *de diſcuſſor. l.* 1. *de indulg. debitor.* lib. 13. *lex* 10. *de luſtral. collat. l.* 4. *de excuſat. artificum*: *l.* 3. 4. *de præd. nauicul.* Lib. 14. *lex* 17. *de Decuriis vrbis Romæ*: *l.* 3. *de calcis coctorib.* v. & *l.* 1. *de annonâ*, *l.* 13. 18. 20. 33. 40. *de curſu publ.* Teſtatur & Symmachus *lib.* 2. *ep.* 27. vbi de Flauiano & ad Flauianum ex-Vicario Africæ, *quo apparatu inſtruxeris manſiones, & quantum in exigendis fiſcalibus tua cura promouerit.* Ideò & Vicarij iudicibus ſeu Rectoribus prouinciarum ſingularum in Diœceſi ſuâ conſtitutarum eo fine imminere *hac l.* iubētur: ſic igitur vtrique, & Vicarij & Iudices, tributis profligandis incumbebant: Vicarij, dum Iudicibus imminerent: Rectores, exactoribus. Hinc adeo hoc eodem anno 401. Honorio, vtrorumque officium excitare viſum: Vicariorum *hac l.* Rectorum, *l. Iudices* 11. *Cod. de annonis & tributis*, quæ in nonnullis Codicibus perperàm Eutychiano PP. inſcribitur: melius in aliis *Adriano PP.* eſt enim ea lex Honorij, vtpote data Mediolani, non Arcadij, ſub quo Eutychianus PP. erat. Verba legis illius hæc ſunt. *Iudices, quos circa profliganda ærarij noſtri compendia negligentes ac* DESIDIS *fuiſſe conſtiterit, omnia quæ in Adminiſtratione poſiti perceperunt emolumenta reddere compellantur. Dat.* III. *Kal. Mart. Mediolani, Vincentio & Frauitta Coſſ.* Hac ſcilicet leg. *Iudices*, id eſt, Rectores prouinciarum, exacto adminiſtrationis tempore (quod annuum ferme erat) ad ratiocinia vocantur: ſic vt *qui deſides fuerint, in profligandis*, id eſt, exigendis annonis & tributis (quæ *Ærarij cōpendia* vocantur) *percepta emolumenta*, id eſt, annonas ſeu ſalaria à ſe percepta reddere compellantur, vbi vides quoque DESIDIÆ vocem, pariter vt *in hac l.* occurrere. Et parum abeſſet quin crederem, haſce Leges inter ſe coniungendas, niſi loci & menſis ſubſcriptiones differrent: Re certe ipſa, fineque, optimè inter ſe conueniunt. Eadem alioquin h[illegible] in re *Deſidiæ* vox vſurpatur, *l. vn. Cod. de* [illegible] *Comitis S. L.* Nos ad hanc lègem ipſam redeamus.

¶ Diximus, Vicariis incubuiſſe, vt Rectoribus imminerent circa rem tributariam. Eo verò fine duo *hac l.* ab Honorio conſtituuntur. Primo quidem, diſquirere eos iubet, idque *maiore cautione*, id eſt, diligenti inquiſitione, quantum ſingulis quibuſque menſibus conlatum ſit, quídve tranſmiſſum: ſingulis inquam menſibus: cùm tamen collationis quadrimenſtrui breues fuerint, de quo eſt *inf.* peculiaris titulus; id eſt, collatio ſingulis quaternis menſibus fiebat: *l.* 3. *inf. de conlat. fundorum patrimon. l.* 15. 16. *de annona & trib. l.* 15. *inf. de ſuſceptorib. l.* 11. *de exaction.* vt argumento hoc forte putet quis hîc quoque legendum, *ſingulis quaternis menſibus*: Quod non probo: nam & quocunque tandem menſe canonem ſeu tributum inferre collatores poterant: quod docet lex 15. 35. *de annona & trib. l.* 2. 32. *inf. de ſuſceptoribus*: *d. l.* 3. *inf. de conlat. fund. patrim.* & quædam etiam quandoque ſingulis menſibus exigebantur: vid. & *l.* 173. *de Decur.*

Secundò, iubetur Vicarius in eos Rectores prouinciarum vindicare, *quorum fuerit deuota deſidia excitata*: vbi malim *indeuota deſidia excitata*, id eſt, cognita, perſpecta, explorata: *indeuota* deſidia, id eſt, mora in tributis contra deuotionem publico debitam, exigendis, transferendis. Quemadmodum *Deuotio* propriè eſt καθοσίωσις in publicum, ac ſpeciatim in tributis ſoluendis, de quo dixi *ad l.* 7. *ſup. de diuerſis reſcript.* ſic contrà, *indeuotio* pro fugâ munerum accipitur: *l.* 119. *inf. de Decurionib.* ſic & Ambroſius *lib. de Helia & ieiunio*, *c.* 17. *Quid obteſtationes potantium loquar? quid memorem ſacramenta, quæ violare nefas arbitrantur. Bibamus, inquiunt, pro ſalute Imperatorum, & qui non biberit ſit reus indeuotione*: (malim, *indeuotionis*) *videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ſalute eius non biberit. O piæ deuotionis obſequium!* Liberatus in Breuiario c. 18. *Accuſatur in aperto tanquam indeuotus Principi, mittens populum in rebellionem.* Ἀκαθοσίωτος *indeuotus* in Gloſſis Cyrilli, & apud Epiphanium *hæreſi* 59. & in actis conciliabuli Epheſini in *relat. ad Theodoſ. Imp.* de Cyrillo Alexandrino. Poſſit tamen quis & hîc *deuota deſidia* retinere: deuota deſidia, id eſt, veræ & diligentis loco; fixáque: ſic ſanè & *deuotionis nota* dicitur, *l.* 10. *de re militari*, pro *indeuotionis*.

Tandèm quod occaſionem *huius l.* attinet; Honorio huiuſce *Legis* ferendæ occaſionem præbuiſſe videtur ordinariorum Iudicum ſeu Rectorum prouinciarum contumacia ad concuſſiones accedens: ſic vt aduerſus Vicarios qui integras Diœceſes regebant, ceruices erigerent. Quare Vicarij *hac l.* his imminere, eoſque ad ratiocinia compellere maiore cautione, imò & indeuotos deſidéſque punire iubentur. Quare, hac etiam de cauſa, *hanc l.* abdicaſſe videtur Tribonianus.

DE



# DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

## TITVLVS VII.

## I. COD. IVST. XL.

## PARATITLON.

RECTORIS Prouinciæ, *Rubricâ*, ſeu Iudicis, l. 1. 2. 3. 4. *hoc tit.* Iudicis ordinarij, *l.* 6. Præſidis, *dict. l.* 1. Iudicantis, *d. l.* 1. Prouinciæ Præſidentis, *l.* 4. 5. Moderatoris Prouinciæ, *l.* 7.) Officium, *Rubr.* induſtria, *l.* 1. cura, *l.* 2. Primùm, in audiendis diſcingendíſque litibus conſiſtebat: puta ciuilibus, criminalibúſque controuerſiis: de ſtatu hominum vel patrimoniorum, *d. l.* 2. Hunc in finem, ne congruæ vltionis animaduerſio aliquâ ratione cohiberetur, præcipua hæc illi cura impoſita, vt apertis Secretarij foribus intrò vocatis omnibus & pro tribunali, *l.* 2. non in ſeceſſu domus, *d. l.* 2. non poſtquam domum ſe recepiſſet, *l.* 3. & ab officij conſpectu atque oculis publicis receſſiſſet, *d. l.* 3. non domi pomeridianis horis, *l.* 6. controuerſias audiret, ſententias proferret, *l.* 2. pronunciaret, *l.* 3. Imò, nequidem libellos acciperet oblatos, *dict. l.* 3. Ad finiendas item lites, & actus publicos, & illud cauebatur, ne Spectaculis, & ludicris nimium curæ tribueret, ſed Seriis potius actibus vacaret, *l.* 2. *in fin.* Debebant & hanc Rectores curam gerere, ne damna Prouincialibus infligerentur ab Officialibus, *l.* 1. à Compulſoribus, *l.* 5. à Potentium procuratoribus, *l.* 7. Itaque & certo anni tempore ciuitates Prouinciæ obire debebant, atque in his locis quibus præſto eſſe poſſent omnibus, ſedem conſtituere, prouincialiumque querelas excipere, *l.* 4. Quinimò per omnium villas ſenſim atque vſitatim vicos diſcurrere debebant, rimaturi à ſingulis quid quiſque inſolenter egiſſet, aut cupidè; *l.* 5. Hæc ad huius tituli *Paratitlon* ſufficiant. Cætera enim de Rectoribus Prouinciarum cumulata reperies in noſtrâ *Dignitatum Notitia.*

---

¶ *Aduerſus* OFFICIALIVM *concuſſiones, litigatores deprædantium, ſeuerum Conſtantini M. Edictum.*

1.* Imp. CONSTANTINVS A. ad" Prouinciales.

CESSENT iamnunc" rapaces Officialium manus, ceſſent inquam: nam ſi moniti non ceſſauerint, gladiis "præcidentur: Non ſit venale" Iudicis velum"; non ingreſſus" redempti; non infame licitationibus" Secretarium: non viſio ipſa Præſidis cum precio: æquè aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus reſerentur: Abſit ab inducendo", eius qui Officij Princeps dicitur, deprædatio". Nullas litigatoribus Adiutores eorundem Officij Principum concuſſiones adhibeant: Centurionum, aliorúmque Officialium, parua magnáque poſcentium, intolerandi impetus oblidantur": Eorúmque qui iurgantibus Acta reſtituunt, inexpleta auiditas temperetur. Semper inuigilet induſtria Præſidalis, ne quicquam à prædictis generibus hominum de" litigatore ſumatur. Qui ſi de ciuilibus cauſis quicquam putauerint eſſe poſcendum, aderit armata cenſura", quæ nefariorum capita ceruicéſque detruncet: Datâ copiâ vniuerſis qui concuſſi fuerint, vt Præſidum inſtruant notionem: Qui" ſi diſſimulauerint, ſuper eodem conquerendi vocem omnibus aperimus, apud Comites" cunctos prouinciarum, aut apud Præfectum Prætorio, ſi magis fuerit in vicino, vt his referentibus edocti ſuper talibus latrociniis", ſupplicia referamus". Data Kal. Nouemb Conſtantinopoli, Baſſo & Ablauio vv. cc. coss. [331.]

INTERPRETATIO. *Officiales omnium Iudicum venales eſſe non audeant, nec precium de introitu occurrentium", aut litigantium, vel egreſſu requirant. Et interpellantes tam diuites, quàm pauperes ſine vllo præmio audiantur. Quòd ſi rapaces eſſe voluerint, gladio puniantur, aut certè de eorum rapacitate Dominicis" auribus referatur.*

NOTÆ

## NOTÆ.

* Abeſt hæc elegantiſſima lex à Cod. Iuſt. veluti temporaria, ſeu κατὰ τὴν χαιρὸν ἀναγκαῖα. Iungenda, autem illi *lex iuſtiſſimos 3. Cod. Iuſt. de officio Rectoris prouinciæ*: Imò & ſex præterea aliæ iungendæ videri poſſint, putà lex 16. 17. *inf. de appellationibus*: *l. 1. de his qui per metum Iudicis*: *l. vn. de litigioſis*: *l. 3. finium regundorum. lex 2. Cod. vbi in rem actio*: Sed & *lex 4. Cod. de Iuriſdict. omn. Iudicum.* Datâ menſis reſtitutâ. Quod non temere tamen adſero.

*Edictum* iſtud eſt, ad prouinciales emiſſum.

*Iam nunc.* De hâc voce, eiuſque vi mox dicam.

Manus amputandas indicare videri poſſit: quod non probo.

*Venalis* in Cod. Til. malè. Caſſiodorus 3. *var.* 24. *cur ad monomachiam recurritis, qui venalem Iudicem non habetis?*

Ideſt, ingreſſus ad Iudicem, vt mox ſequitur; male, qui *verbum* hîc ſubſtituunt: De *Velo* hoc in Commentario.

Nec *pretium de introitu occurrentium. &c. requirant.* Interpres.

*Licitationis* in Tiliano: malè.

Sunt qui ſubſtituant, vt in Cuiaciana ad marginem, *ob inducendum.* Malè: ab inducendo, ideſt, ab eo qui in Secretarium Iudicis admitti, induci poſtulabat. Hac voce quoque vtitur Am. Marcellin. *lib. 30. p. 451. in fin.* Sic & inductus reus eidem, *lib. 14. p. 25.* Introducendi quoque vox hac in re, *l. 4. inf. de Princip. agentium.*

*Prædatio*, in Til.

*Oblidere* impetus: ſic oblidere gulam, fauces, fœtus: malè in nonnullis, *obligentur.*

*De*, pro, *à*: ſic & *l. 1. de aquæduct.*

*Cenſura* armata: vt cenſura vltrix legis, *l. 5. ne ſanct. bapt.* v. Gloſſ.

De *Comitibus* Prouinciarum his, rei militaris ſcilicet, dicetur *inf. tit. 12. lib. 6.*

Ita interpunxi.

*Profferamus* in Til. *Referre* ſupplicia, ideſt, digna ſupplicia rependere: quo ſenſu, *referre* vicem, gratiam, talionem, dicimus.

x 1. *Kal. Nouemb.* in Aniano optimæ notæ: quanquam iſtud ſeruat quoque Codex Iuſtin. in *d. l. 3.* Sex leges, quæ huic fortè iungendæ, habent *Kal. Aug.* Septima, *Kal. Octob.*

*Occurrentes* ſunt Interpreti *hîc* litigantes, in Secretaria Iudicum ingredientes.

*Dominicis* auribus, ideſt, Regum Gothorum, Francorum, &c.

## COMMENTARIVS.

OFFICIALIVM, litigatores variis deprædantium modis hoc æuo ſuo, rapacitati occurrit *hac lege* Conſtantinus M. quæ pars eſt maioris *Edicti*, ad Prouinciales emiſſi; è quo ſupereſſe videantur alia multa fragmenta, quæ in Notis iam cumulaui: inter alia certiſſimè elegantiſſima lex *iuſtiſſimos 3. Cod. Iuſt. eod. tit. de officio Rectoris prouinciæ*, huic noſtræ coaſſanda venit. Eo verò Edicto, verè aureo, Conſtantinus M. Iudiciorum ſanctitati & integritati ſummo ſtudio conſultum iuit: Inter alia cauit ſollicitè, vt Iudices ipſi ſeu Rectores prouinciarum iuſtiſſimi & vigilantiſſimi eſſent: quò pertinet elegantiſſima lex illa *iuſtiſſimos 3.* cùm aliàs, Rectorum quoque improbitate, ſœculum Conſtantini Scriptores veteres differant, Lampridius *ſub finem vitæ Alexandri Seueri*: Sex. Aurelius Victor, & Author vitæ Conſtantini. Item, vt Officiales ſeu Apparitores caſti eſſent, non nummarij, néve miſeros litigatores concuterent: de quo eſt hæc lex: poſt varias ſcilicet prouincialium de his querelas: Idque enixiſſimo ſtudio, quod arguunt voces nonnullæ, non ſuauitate tantùm inſignes, verùm enixi ſtudij ipſius teſtes: veluti pleonaſmo quodam. *Iam nunc*, duabus vocibus παραλλήλαις ἰσοδυναμούσαις, quæ & aliàs enixi, ſeduli, ſeriique ſtudij index eſt, non tantum apud Ciceronem, Propertium, ſed & præterea rem præſentaneam, ſine dilatione, aut fruſtratione indicat, *l... inf. de veteranis, l. 9. de Luſtrali collat. l. 17. de Tyronibus*: *l. 2. de Palatinis.* Virgilius *votis iam nunc aſſueſce vocari*: & vt omittã alia, Apuleius *metam. 98. Sed iamnunc ſedulò periclitabor, an oppidò forti animo ſingularique prudentia ſis prædita.* Sic Iulianus apud Am. Marcellinum *lib. 23. p. 266.* ad milites in Perſas ituros, *quocircà erigite iam nunc quæſo, erigite animos veſtros*, ſic & Marcellinus Tribunus, & Notarius *in coll. Carth. die 3. c. 141.* Quomodo & viceuerſa, *Nunc iam*, ſimili ſchemate. Arguit ſecundò repetitio ἀναφορά, διπλῶσις: ἀναφορικαὶ vocis *ceſſent, ceſſent inquam, nam ſi admoniti non ceſſauerint, &c.* In ſimili argumento parem geminationem, & enixæ voluntatis ſtudiique argumenta alia in eiuſdem Conſtantini M. *l. 4. inf. de accuſationibus*, ſic & Conſtantius *l. 15. inf. de Prætoribus*: *debuerat profectò res iſta, debuerat alios etiam commonere.* Sic & Iulianus ſuperiore loco. Iſtúdque interim obſeruetur velut eò pertinens, quod vulgo dicitur, verba geminata maiorem deliberationem inducere, & magis operari: *leg. Balliſta, ff. ad Trebell.* de quo Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 2. tit. 4. concl. 26. nu. 2. & tit. V. concl. 158.* Arguit tertio & verborum atrocitas, quibus has Officialium deprædationes confodit, 1. *non ſit*, inquit, INFAME *licitationibus Secretarium.* 2. *Abſit ab inducendo eius qui Officij Princeps dicitur* DEPRÆDATIO. 3. *Nullas* CONCVSSIONES *adhibeant.* 4. *intolerandi* IMPETVS OBLIDANTVR. 5. *inexpleta* AVIDITAS *temperetur.* 6. *quæ* NEFARIORVM *capita ceruiceſque detruncet.* 7. *ſuper talibus* LATROCINIIS. Arguit quartò accurata illa Officialium commemoratio; Arguunt diſtincti illi prædarum ſinus, quas ſingulos exercuiſſe recenſet. Arguit pœnæ ſeueriſſimæ comminatio: Arguunt tot tamque multiplices rationes, quibus hoc malum comprimatur. Nos de his poſtremis quatuor accuratè nunc agamus, quando & quæ dicturi ſumus ad compluriмarum aliarum legum deinceps lucem factura ſunt.

¶ De *Officialibus* primùm, déque diuerſis eorum generibus. Quod *Officiales* in genere attinet, de his erit pars bona libri Octaui; Erant hi, vt obiter tantum dicam, qui Rectorum ſeu Iudicum iuſſis parebant, miniſtri eorum & Apparitores, quomodo etiam vocabantur. Gloſſæ Philoxeni. *Officium*, ὑπηρεσία: *Apparitores*, ἀποδικταί: εἰσὶν δὲ ὑπηρέται τοῖς ἄρχουσιν προσεδρεύοντες, ἐκβιβασταί. Inter hos verò Officiales ſeu in ſingulis Rectorum officiis, & cohortibus (τάξεις vocant Græci) erat, qui Princeps Officij dicebatur, vt hîc dicitur: de quo ſuo titulo, *inf. lib. 8. de cohortalibus, principibus*, &c. & titulo, *De princip. agentium in reb.* meminit & Caſſiodorus 2. *variar.* 28. qui idem habet & formulam principis, *lib. 7. var. 24.* vt & formulam, ad commendandos Comiti principes, 7. *var.* 25. qui & Primates officij, *l. vlt. inf. de aſſeſſor.* ſeu Capita, *l. 5. inf. de proxim.* Primores, *l. 6. inf. de Iuriſd.* Primicerios poſterior ætas vocauit, quaſi πρὸ ἐγγεγραμμένους τῶν ἄλλων.





Horum inter alia muneris erat, litigatores & Aduocatos in Secretarium admitti cupientes inducere, vt ex *hâc l.* diſcimus, *& l. 5. 6. infr. de proximis, & d. l. 4. 5. infr. de Princip. agent. C'eſtoit doncques l'Huiſſier Audiencier.* De his & ſequentibus eſt & Libanij locus in inſigni illa ad Iulianum Imp. *Oratione*, κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν, id eſt, *contra eos, qui præſtolantur, aſſiduique ſunt apud Iudices*: quâ oratione inuehitur in litigatores qui aſſidua cum Iudicibus conuerſatione, διὰ τὰς ὁδοὺς, εἰσόδους, Iudices corrumpere ſatagebant, & inter cætera qui à diluculo ſtatim ſeſe in Secretaria, ſeu Prætoria Iudicũ conferebãt, vt præconis vocẽ emererentur & emercarẽtur ad inductionem: ὅτι τῆς τοῦ κήρυκος δέονται φωνῆς, ἣν εἰσιόντων ἀφίησιν ἐκείνας πρὸ τῶν θυρῶν: οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἅπαντες, ἐπὶ τὴν ἐκείνου καταφεύγουσιν ἰσχὺν, λυσιτελεῖ δὲ αὐτοῖς εἶναι τοὺς δεομένους αὐτῶν, id eſt, *quia præconis voce egent, quam ipſe inducendis ante fores emittit: hâc enim audita omnes ad eorum* [præconum] *vim ſeu authoritatem confugiunt: & prodeſt eis eſſe qui eis ſupplicent.* 2. Poſt Principem, erant *Adiutores*, qui ſcilicet Principe vel valetudine impedito, vel multitudine negotiorum obruto, opem ferrent, de quibus Symmachus quoque non vno loco, & *Notitia Imperij*, & *coll. Karthag.* & *l. vlt. Cod. de off. P. V.* de quibus dicam plenè ad *l. 10. inf. de cohortalibus*: hi & *Boëthi* Græco vocabulo dicti, *l. vlt. Cod. de Tabulariis.* 3. Poſt hos erant Conſtantini æuo *Centuriones*, quorum nulla mentio fit in *Notitia Imperij.* 4. Erant *Exceptores*, qui ſcilicet acta excipiebant, & iurgantibus acta reſtituebant: de quibus *lib. 8.* quorum mentio quoque fit in actis *Collationis Carthagin.* Hi igitur omnes, aliique Officiales, miſeros litigatores variis modis concutere ſolebant: nam & Princeps Officij, eiuſque Adiutores pro ipſo introitu in Secretarium Iudicis, pro *introductione* cauſarum *d. l. 4. inf. de princip. agentium.* (vbi dicam) aliquid poſcebant: Poſcebant & Centuriones, aliique Officiales aliquid à litigatoribus: poſcebant & Exceptores pro actorum reſtitutione: ſcilicet litigantibus per Officialium deprædationes, neque in Secretarium Præſidis gratis introduci ſeu ingredi fas erat, neque in eo gratis conſiſtere, neque eo gratis exire, vel certè gratis inde quidquam aſportare, & vt rectè Interpres, *pretium de introitu vel egreſſu requirebatur*: ſeu vt ipſemet Conſtantinus loquitur, *venale Iudicis velum* erat, *ingreſſus redempti*, *infame licitationibus Secretarium*, *viſio Præſidis cum pretio*: *inducendi deprædatio*: inducti *concuſſiones.* Vbi de tribus adhuc videndum eſt, de Secretario, inquam, déque Velo, & de Introductione in Secretarium. ¶ Igitur, locus in quo Iudex ſeu Rector Prouinciæ ius reddebat: *Secretarium* dicebatur, cuius vt alibi multa mentio, ita hoc Codice præter hanc l. *l. 2. hoc tit. l. vlt. inf. de denunciat. l.... de pactis. l. 5. & 7. inf. de proximis*: *l. 20. inf. de exactionibus.* locus ſcilicet in quo conſidebat Iudex, *d. l. 5. & 7. & 17. eod. tit. de proximis*: pro tribunali locatus ad controuerſias ſeu lites audiendas ſeu diſcingendas, *d. l. 2. hoc tit.* Hinc *ſecretaria publica præſtolari*, pro, cognitionẽ Iudicis expetere, *d. l. vlt. inf. de denunciat.* Iudicum quoque Secretaria, in *can. 97. Codicis Africani.* Eadem vox in *coll. Carthag. & l. 3. Cod. vbi Senatores*: *l. in cauſis, Cod. de accuſ. Publica* ſimpliciter quoque dicuntur Ambroſio *ſerm.* 19. *Aures*, inquit, *Iudicum & Publica inquietant*: nam & mox in ſequentibus *Prætoria* ea vocat. Secretum quoque *l. 13. C. de teſtibus*, σήκρητον Euſebio *lib. 7. hiſt. Eccl. c. 31.* & apud Am. Marcell. *lib. 15.* Heſichius σέκρετον Συνέδριον: quomodo & *in d. can. 97.* & apud Suidam in σήλῃ. De Secretario Epiſcoporũ ad ſæculi imitationem, v. Doctiſſ. Valeſium ad Marcellinum *lib. 15. p. 87.* Breuiter, quod erat Principis Conſiſtorium, id erat Iudicis Secretarium, *d. l. 5. de Proximis.* Huius Secretarij foribus (quarum etiam mentio *l. 2. prox.*) apertis, licet *Vela* παραπετάσματα prætendebantur, quibus turba excludebatur: vnde, velo leuato, cauſæ de ſubmerſis nauibus cognoſci iubentur, *l. vlt. inf. de naufragiis*: patente velo, dixit Lampridus, in Alexandro Seuero, *Cum amicis tam familiariter vixit, vt ſalutaretur quaſi vnus de Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis, aut ſolis iis qui miniſtri ad fores fuerant.* Alleuato velo, Seneca *ep. 80.* vnde in hâc leg. *velum Iudicis* pro ipsâ admiſſione & ingreſſu ad Iudicem: nempe enim illa non *ingreſſus redempti*, ſunt ἐξηγητικὰ proximè præcedentium, *non ſit venale Iudicis velum.* Ad hæc vela foreſque Secretarij Officiales remanebant, Iudice in Secretariis ſedente. Seruij locus ſingularis *Æneid. Ducuntur Iudices vſque ad Secretarij fores, ibidemque Officium remanet: illi verò ingreſſi ſolium aſcendunt & ſedent*: (Iidéque tamen ex Officio Secretariũ ingrediebantur, *l. 8. inf. de Iuriſdictione*: qui ſcilicet negotia intromittebant, vt Interpres *hîc* de quo ad *d. l. 8.* vt & Exceptores) ¶ Poſt hæc ita ſigillatim diſcuſſa, verbaque ſingula expenſa, illud iam obiter in vniuerſum ſpectandum venit, quod ἐκ ἀντιδιαστολῆς hîc indicatur, de Officio Iudicis, quidque ad eius partes & integritatem pertineat: nempe vt aditus in Secretario faciles habeat, vtque aures omnibus præbeat. Hùc pertinet geminus apud Caſſiodorum 1. *variarum* 32. locus: *Non eſt hæſitationis metus, vbi non eſt Iudicis venalis auditus*: vbi Fornerius malè pro *auditus*, legebat, *aditus*: id enim ipſum vult Caſſiodorus, quod *hac l.* dicitur, *Æquè aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus reſerentur.* Imò Caſſiodori locus alter occurrit, quo *huius l.* ſenſum & verba expreſſiſſe videtur, 11. *variar.* 8. in Edicto per prouincias à ſe Præfecto Prætorio per prouincias miſſo. *Primum, quod maximè Iudicem dehoneſtat, nundinatio à me fœda neſcietur: non enim verba mea, more veſtium ſuſpenſa* VENDVNTVR. Et poſt: PATEBVNT *Deo propitio* AVRES *noſtræ ad ſuſcipienda* DESIDERIA *ſupplicantium: auctor cauſæ ſuis nos* OCVLIS *ſub libertate* VISVRVS *eſt: non* REDEMPTA *ſed propria lingua loquetur.* PRÆTORIA *noſtra nullus turpis actus intrabit: Iudicem me obſeruans inueniet, quocunque reſpexerit.* Sic & Cicero ad Quintum Fratrem, *Laudat patêre aures tuas querelis omnium.* Quemadmodum & in *l. 9. §. 4. ff. de off. Proconſulis*, iubetur Proconſul *omnium deſideria audire, ne forte dum bonori poſtulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres ſua deſideria non proferãt.* Qui locus etiam illis explicãdis facit, *non* ſit *infame licitationibus Secretarium* nempe qui plus præberent, & ſic licitarentur, his ingredi potiſſimũ dabatur: vnde *mediocres* excludebantur, neque deſideria ſua perferebant, vt *illa l.* dicitur: nõ æquè aures iudicantis *pauperrimis ac diuitibus reſerabantur*, vt hîc loquitur Conſtantinus.

¶ Nunc de *Introductione* in Secretarium, ſeu de *Inductione & Ingreſſu.* Præter hanc l. de eâ agitur, & *l. 4. infr. de Principibus agentium in rebus*, quæ lex eo titulo fugitiua eſt. Eſt & Ammiani Marcellini locus inſignis in illâ de Aduocatorum prauitate ἐκβάσει *lib. 30. p. 451.* quem hîc adſcribere libet, vt eum partim illuſtrem, partim & emendem: *Et ſi quem ſemel intra retia ceperint, caſſibus mille impeditant, per morborum ſimulationem viciſſim conſultò ceſſantes: vtque perulgati Iuris proferatur Lectio vna, ſeptem vendibiles* INTROITVS *præparant, dilationum examina longiſſima contexentes. Et cùm nudatis litigatoribus dies ceſſerint, & menſes, & anni, tandem*

*obtritâ vetuſtate controuerſiâ*, INTROMISSA *ipſa capita ſplendoris ingreſſa, alia ſecum Aduocatorum ſimulacra* INDVCVNT. *Cúmque intra Cancellorum venerint ſepta, & agi cœperint alicuius fortunæ, vel ſalus*, &c. Vbi poſtrema illa obſcura ſunt, neque vitio carent, *Intromiſſa ipſa capita ſplendoris ingreſſa, alia ſecum Aduocatorum ſimulacra inducunt*. Nempe id vult: *Capita* ipſa, aduocationis ſcil. intromiſſa, Secretariíque fores ingreſſa, alios ſecum Aduocatos, ſed mutos & ſimulacris ſimiles ſecum inducere. Quare ibi pro *ſplendoris* reponam *ſecreti foris*: de quibus Secretarij foribus alioquin agitur *l.2. prox.* vel potius *ſplendidas foris*, pro *fores*: quomodo Caſſiodorus lucidas fores, 11. *ep.6. in formula Cancellarij*: *Reſpice quo nomine nuncuperis: latêre non poteſt quod inter* CANCELLOS *egeris, tenes quippe* LVCIDAS FORES, *Clauſtra patentia, feneſtratas Ianuas*. Chryſoſtomus *in Matth. cap.17. hom.56. pag. Sauil.360. Comel.57. pag.505.* καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῖς δικασταῖς ὅταν δημοσίᾳ κρίνωσι, τὰ παραπετάσματα συνελκύσαντες οἱ παρεστῶτες πᾶσιν αὐτοὺς δεικνύουσιν, οὕτω, &c. id eſt, *quemadmodum enim cùm publicè ſententiam Iudices prolaturi ſunt, velamina ſtatores contrahunt, vt ab omnibus videantur; ſic*, &c. In cauſis grauioribus, & præcipuè criminalibus, quæquè ampliorem deliberationem exigerent, vela obtendebantur, vt ita à conſpectu litigantium reorum, & reliqui vulgi, Iudices ſepararentur: qua de re eſt inſignis locus Baſilij M. *ep.79. ad Euſtathium Sebaſtiæ Epiſc.* εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες ὅτ' ἂν τινὰ τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα, καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὑποκειμένων σκέψιν, id eſt, *Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum aliquem morti ſunt adiudicaturi, velamenta obducunt, & Expertiſſimos quoſque ad cauſæ tractationem aduocant*; &c. In eandem ſententiam *lib.2. Conſtit. Apoſtol. cap.56. Per plures dies quæſtiones exercent cum multorum conſilio & Velo interiecto*: Hincque lucem accipit Chryſoſtomus *homil.5. in 2. ad Timoth.* οἱ λῃσταὶ ἐν μὲν τῷ δεσμωτηρίῳ ζῶντες, ἀδεῶς ζῶσιν· ὅταν δὲ παρὰ τὸ πέτασμα ἀγαγών τις στήσῃ αὐτοὺς διαλύονται τῷ φόβῳ, id eſt, *Latrones quandiu in carcere viuunt, abſque metu degunt: vbi verò ad Velum ſiſti cœperint, ſoluuntur metu*, &c. *Ad velum ſiſti*, hîc nihil aliud eſt, quam coram Iudice in iudicio ſiſti.

¶ Nunc de variis rationibus, atque adeò de pœna quoque, quibus tam multiplicibus huic malo obuiam ire ſtuduit hoc Edicto Conſtantinus M. quæ quinque ſunt. Primò, huic Officialium deprædationi occurri iubet Præſidis vigilantiâ, ſeu nobili officio, *oblidíque* hos *impetus*, & *auiditatem temperari*: *Semper inuigilet induſtria Præſidalis, ne quidquam à prædictis generibus hominum de litigatore ſumatur*. Secundò, vniuerſis qui concuſſi fuerint, permittit *hâc l.* vt Præſidum inſtruant notionem, & ſic conquerendi apud Iudicem poteſtatem de Officialibus facit, imò hortatur. Tertiò, Iudice diſſimulante, ſuper eodem conquerendi vocem, ſeu facultatem omnibus aperit, vel apud Comites cunctos Prouinciarum, vel apud Præfectum Prætorio, ſi magis fuerit in vicino: *vbi Comites cuncti Prouinciarum*, ſunt Comites rei militaris, quiquè manum armatam habebant: cuiuſmodi fuit Comes Orientis, cuius etiam mentio fit *d. l. nemo 4. Cod. de iuriſd. omn. Iudic.* quæ huic fortè coniungenda eſt: alijque in genere Comites: de quibus *d. l. 16. infr. de appellat. l.1. de his qui per metum Iud.* Imò & *d. l. iuſtiſſimos 3. Cod. de off. Rectoris prou.* quæ huic indubiè coaſſanda eſt. Ergo apud vtrumuis, Comitem inquam, vel Præfectum prætorio, querelas ſua Prouinciales proponere potuerunt. Quomodo & poſtremum iſtud vtriſque commune eſt, quod ab his ad ſe, Conſtantinus ſuper his querelis de Officialibus referri iubet: pariter vt *d. l. iuſtiſſimos*, quam hic tandem totam apponere iuuat. *Conſtantinus A. ad Prouinciales. Iuſtiſſimos & vigilantiſſimos Iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus poteſtatem, vt honoris eis auctiores proferamus proceſſus. Et è contrario, iniuſtos, & maleficos* QVERELARVM VOCIBVS *accuſandi, vt cenſuræ noſtræ vigor eos abſumat: Nam ſi veræ voces ſunt, nec ad libidinem per clientelas effuſæ diligenter inueſtigabimus*, PRÆFECTIS PRÆTORIO & COMITIBVS, *qui per Prouincias conſtituti ſunt, Prouincialium noſtrorum voces ad noſtram ſcientiam* REFERENTIBVS. *Dat. Kal. Nouemb. Conſtant. Baſſo & Ablauio. Coſſ.* Et de his ipſis tamen Comitibus querelæ apud Præfectos Prætorio deponebantur, vt docet *d. l. 16. infr. de appellat.* & *l.1. Cod. Iuſt. de his qui per metum Iudicis.* Verùm de his Comitibus adhuc *l. 4. inf. de accuſat.*

¶ Sequitur vltimo loco *pœna*, quam his Officialibus comminatur tribus locis Conſtantinus: nempe ſupplicium ſeu pœnam capitis, ſeu gladij; *Ceſſent iam nunc rapaces Officialium manus: ceſſent, inquam, nam ſi moniti non ceſſauerint, gladiis præcidentur.* Mox, *aderit armata cenſura, quæ nefariorum capita ceruicéſque detruncet.* Tandem, *vt edocti ſuper talibus latrociniis ſupplicia referamus.* Quorum priore loco videatur Conſtantinus, manuum amputationem minari, vt quâ parte corporis quis deliquiſſet, eâ plecti voluiſſe videatur Conſtantinus. Quod non puto, de decollatione enim id accipiendum potius: quod etiam ſenſit P. Faber 1. *Semeſtr.4.* cùm capitis pœnam exertè poſtea minetur: niſi putet quis, manus quoque ſimùl amputari iuſſas. De quâ alioquin manuum amputationis pœnâ, vid. quæ nuper Doctiſſ. Freinshemius *ad Curtij lib.5. cap.5. n.6. & lib.3. c.8. n.15.*

## ¶ PEDANEOS *Iudices ad humiliora negotia à Rectoribus Prouinciarum dari poſſe.*

Idem " A A. Secundo PP. "

QVÆDAM ſunt negotia, in quibus ſuperfluum eſt, Moderatorem expectari" Prouinciæ: Ideóque Pedaneos Iudices, hoc eſt, qui negotia humiliora diſceptent", diſtituendi" damus Præſidibus poteſtatem. Dat. v. Kal. Aug. Antiociæ" Mamertino & Nevitta Conſſ. [361.]



NOTÆ.

" *Lex vlt. Cod. de pedaneis Iudicibus.* Porrò hanc *legem* nunc primùm *huic Codici* reddidi ex MSS. nonnullis, ac nominatim ex MS. P. Danielis.

" *Ig.* IVLIANVS A. vt etiam habet *Cod. Iuſt.*

" *Secundus* PP. Orientis ſub Iuliano. v. *proſopogr.*

" *Moderatorem*, i. Iudicem, Rectorem prouinciæ, v. Gloſſ. Th.

" *Exſpectare*, Cod. Iuſt.

" *Diſceptant*, Cod. Iuſt.

" Ita MS. Cod. Iuſt. habet, *conſtituendi.* P. Pithœo placebat *ſubſtituendi.* Tentet alius *deſtinandi.* Malit quis *inſtituendi*, ſublata lit. d. quæ ex ſuperiori voce irrepſiſſe videtur.

" Ita MS. *Antiochiæ* hoc tempore fuit Iulianus Imp. v. *Chronol.*

COMMENTARIVS.

PEDANEOS Iudices, de quibus eſt quoque Valentiniani, triennio pòſt, *lex 3. inf. de repar. appellat.* & duodecim pòſt annis, *lex vlt. de excuſat. artific.* hoc eſt Iudices qui humiliora negotia diſceptent, dandi poteſtatem facit hâc conſtitutione Iulian. Imp. Rectoribus Prouinciarum. *Pedanei* Iudices quinam fuerint, vt aliunde notum eſt, ita vel ex hâc lege perſpicuè diſcimus: at de dandis iis, vel non, à Rectoribus prouinciarum, res nondum benè explicata eſt, quam nunc illuſtrare iuuat, ſimul & lucē immittere legi 2. *C. de pedaneis Iudicib.* quam hactenus è difficilimis totius Codicis putant omnes.

Igitur ſciendum, ante eam *legem*, tria cauſarum genera diſtingui ſolita: vnum, cauſarum humiliorum, in quibus Rectores prouinciarum, Iudices pedaneos dare *cogebantur*, quia inferiores eæ cauſæ videbantur, quàm vt ad has ſeſe Rectores demitterent. Secundum genus erat earum, in quibus Rectores ex officio ſuo *cognoſcere* debebant *ipſi*, neque Iudices dare poterant: Tertium, in quibus pro arbitrio ſuo vel cognoſcere ipſi, vel Iudices dare poterant. Atenim, vbi ad Diocletianum & Maximianum, Galerium & Conſtantium Tetrarchas ventum eſt, à quibus inſtituti ſunt *Vicarij* Præfectorum Prætorio, de quo alibi, Rectorum contrà dignitas accìſa fuit, atque ideò impoſita iis cognoſcendi ſuper omnibus cauſis neceſſitas. Iudicúmque dandorum facultas penitus iis adempta fuit *eâ l.2. Cod. de pedaneis Iudicibus*: his tantum caſibus exceptis, putà propter occupationes publicas in humilioribus cauſis, vel propter cauſarum multitudinem, *d. l.2.* Extra hos caſus, Rectores prouinciarum etiam in humilioribus cauſis Iudices dare vetiti fuêre. Verùm *hâc l.* Iulianus Imp. in humilioribus cauſis promiſcuè Iudicum dandorum facultatem iis tribuit: Et rationem adſignat: quia talia ſunt negotia iſta, vt in his ſuperfluum ſit Rectorem prouinciæ expectari: id eſt, cauſas illas non eius eſſe momenti, vt Iudicium Rectoris depoſcant: fruſtrà denique Rectoris in his experi cognitionem. Tria igitur tempora, ac proinde & iura notentur circa humiliores cauſas: vnum, ante Diocletiani *l.2.* quo de his Rectores prouinciæ cognoſcere non poterant, ſed Iudices dare tenebantur. Secundum ex *eâ l.2.* quo ipſi cognoſcere tenebantur, neque Iudices dare poterant: Tertium, ex *hâc l.* quo pro arbitrio ſuo vel cognoſcere ipſi, vel Iudices dare potuêrunt.

## ¶ I. SENTENTIAM *publicè in Secretario à Iudice, ſeu Rectore Prouinciæ ferendam: 2. Immodicum dein* SPECTACVLORVM *ſtudium illi vitandum.*

II.* Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. Haue" Anthemi" Cariſſime Nobis.

1 IVDEX ſibi hanc præcipuam curam in audiendis ac diſcingendis" litibus impoſitam eſſe non ambigat, ita vt, non in ſeceſſu domus, de ſtatu" hominum vel patrimoniorum, ſententiam referat", ſed apertis Secretarij" foribus, intrò vocatis omnibus, aut pro Tribunali locatus, & ciuiles, & criminales controuerſias audiat, ne congruæ vltionis animaduerſio cohibeatur. 2 ¶ Abſit autem, vt Iudex popularitati" &" ſpectaculorum editionibus mancipatus, plus ludicris curæ tribuat quàm ſeriis actibus. Dat." Kalend. Octob. Aquileiæ", Diuo Iouiano & Varroniano COSS. [364.]

INTERPRETATIO. *Iudex hanc ſibi præcipuam curam in audiendis litibus impendendam eſſe cognoſcat, vt litigantium cauſas iugiter", adhibita æquitate, diſcutiat: Sciturus, non ſe in ſecretis domus, aut in quibuſcunque angulis, finitiuam" ſententiam prolaturum: ſed apertis domus" ſuæ ianuis, intromiſſíſque turbis; vt neminem lateat, quidquid ſecundum legum, vel veritatis ordinem fuerit iudicatum.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* Coniungenda ei fortè *lex 6. infr. de priuil. eorum qui in Sacro Pal. & lex vn. inf. de priuil. apparitor. Magiſteriæ pot. l.21 de curſu publico.*

" Vel *Habe*, vt in Aniano Putean. De hâc Inſcriptione ſemel dixi alibi.

" Ita quoque *in d. l 6. & l.2. C. de condit. in publ. horreis*, ſed reponendum *Arthemi*: quod confirmat hoc ipſo anno præter leges fermè ſuperiùs allegatas, *lex 6. & 7. de pœnis.* Porrò Corrector hic vocatur in inſcript. *d. l. vn. de priuil.*

*apparit. Magiſt. poteſt.* Præſes, *in d. l. 2. Cod. de condit. in publ. horreis.* Correctorem porrò Lucaniæ, & Brittiorum accipe, vt docet ſubſcriptio, *d. l. vnic. de priuil. appar Mag. pot.* vbi *lex* illa dicitur ACC. SALERNI.

″ *Diſcingi* lites paſſim dicuntur; vid *Gloſſ. Theod.* Alij habent hîc, *diſtinguendis*: Malè qui ſubſtituunt *diſcernendis*, & *decernendis*.

″ V. *l. 3. & l. vlt. inf. de Dilationibus.*

″ *Ferat*, Til. *Referre* ſententiam eſt, proferre, pronuntiare, *l 3 inf.*

″ De *Secretario* Iudicis, foribus eius, velóque ante eas, dixi ad *l. 1. hoc tit.*

″ *Popularitate*, in Til. & Cuiac. malè.

″ *Et*, pro, *ſeu.*

″ XIII. *Kal* Octobr. *d. l. 6 & d. l vn.*

″ Acc. XV. *Kal. Nouembr. Salerni.* Hoc additum *d. l. vn.*

″ *Iugiter*, pro publicè: niſi hunc locum non ſatis expreſſerit Interpres.

″ *Finitiua* pro definitiua.

″ *Domus*, pro, Secretario.

## COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris quatuor conſtitutiones ordine ſequuntur: quibus Officium, ac nominatim Integritatem, Curam & Diligentiam Iudicum, ſeu Rectorum Prouinciarum inſtructum iuit: Et hâc quidem primùm lege, (cui coaſſandæ videntur *lex 6. inf. de priuil. eorum qui in ſacro Pal. l. vn. inf. de priuil. apparit. Magiſt. pot.* imò & *lex 21. inf. de curſu publ.*) Et quidem ipſiuſmet Artemij (Correctoris ſcil. Lucaniæ, & Brittiorum, vt oſtendi iam in *Notis*) ſic quidem etiam vt eum apertè carpat *d. l. 6. Mirati*, inquit, *admodum ſumus, te non conſideratis priuilegiis Palatinorum, quoſdam ex eorum numero ſuſceptoribus velle coniungere, cùm id minime legis noſtræ ſententia comprehendat.* Duo verò, ad eum quem dixi finem, *hac l.* Valentinianus Rectori Prouinciæ inculcat. Primo capite, Iudicem publicè de cauſis cognoſcere & decernere iubet, pariter vt à Caro Imp. iubetur *l. cum ſententiam 6. Cod. de Sententiis*; Publicè inquam, & vt hic ait *apertis Secretarij foribus intro vocatis omnibus* (pro quo Interpres, *intromiſſis turbis*) pro Tribunali palam, admiſſis volentibus, vt loquitur Am. Marcellin. *initio lib.* 18. pro tribunali locatus, vel vt dicitur *l. 3. inf.* ſub officij conſpectu, & ſub oculis publicis, vel vt *d. l. 6.* Officio eius præſente. Non verò in ſeceſſu domus, *hac l.* poſtquam ſe partes receperint *d. l. 3. inf.* in ſecreto loco *d. l. 6.* occaſione Secreti, *l. 6. inf.* in Secretis domus, vel in quibuſcumque angulis, *Interpres ad hanc legem*: Officio denique non præſente, *d. l. 6.* Sententiam proinde proferre Iudex publicè debet: quod & Franciſci I. Regis Franciæ conſtitutione ſancitum *an.* 1535. *art.* 12. v. Interp. Imberti, p. 2. 3. Idque (quæ prima ampliatio hîc notanda eſt) ſiue in Ciuili, ſiue in Criminali cauſâ: Rurſùm, quæ ſecunda extenſio hîc exprimitur, ſiue de ſtatu hominum, ſiue de ſtatu patrimoniorum agatur: Quæ alioquin diuiſio notanda eſt priuatarum controuerſiarum: vel, vt *l. prox.* dicitur, ſuper alienis cauſis vel ſtatu: vel vt *l. vlt. inf. de dilationib.* de ſtatu vel patrimonio.

¶ Et *Rationem* eius rei reddit Valentinianus: *Ne congruæ vltionis animaduerſio cohibeatur*: quod ita Interpres accipit: *vt neminem lateat quidquid ſecundum legum vel veritatis ordinem fuerit iudicatum*: Nos ita exprimimus, ne Iudex ab officio ſuo, & à congruâ vltione vel animaduerſione, denique à tramite iuris abducatur, dum videlicet priuatim gratiæ vel otio litat, à publicis oculis ſemotus. Quò pertinet alioquin notiſſimum illud Antonij Macedonum Regis reſpônſum, fratri Marſiæ, cùm is rogaret iudicium litemque ſuam domi agi, *Meliùs*, inquit, *in foro erit, vbi nihil iniuſtè agimus*, vt refert Plutarchus *in Apophtegmatis*. Ita & Alexander Seuerus apud Lampridium; *ſolus poſt meridiem vel matutinis horis idcircò nunquam aliquos videbat, quod ementitos de ſe multa cognouerat.* ¶ Id vero *hac leg.* enixè admodùm Iudicibus inculcatur, his verbis: *Iudex ſibi hanc* PRÆCIPVAM CVRAM *impoſitam eſſe non ambigat.* Alioquin ob hoc ipſum ſententia, ſi inquam in ſecreto lata ſit, ipſo iure nulla eſt, *d. l. 6. Cod. de ſententiis.* ¶ *Exceptio* tamen ad hanc leg. addenda venit, ad id ſcilicet quod Iudex *pro tribunali locatus* ſententiam ferre iubetur; ſunt enim quædam, quæ à Iudice vel procedente, vel de plano expediri poſſunt: & cum hâc lege nil commune habent: de quo pluribus nunc agere ſuperſedeo. Hanc certè quoque ob cauſam Tribonianus hanc leg. repudiaſſe videtur, tum etiam quia eandem in ſententiam iam dictam legem prætuliſſet.

¶ Secundo *huius leg.* capite, quod ab Interprete omiſſum eſt, Valentinianus Iudicem ab immodico SPECTACVLORVM ſtudio dehortatur: quod hac tempeſtate nimio plus inualuerat, atque adeò iudicibus paſſim ceù φιλοθεώροις vitio verſum, coarctatúmque vt *hac leg.* ita & *l. 2. 3. inf. de ſpectacul.* & damnauere è Gentilibus quoque nonnulli: Libanius ſub Theodoſio M. *orat. quam extuli*, περὶ τῶν δεσμωτῶν, *pag.* 63. vbi inter cœtera ſic ſcribit: πόθεν δὴ τὸ τὸν τὰ μὲν ἠμελῆσθαι, τὰ δ' ἐν σπουδῇ μεγάλῃ, δόξα τις πονηρὰ τοὺς ἄρχοντας κατέχειν, ideſt. *Vnde igitur ex his quidem illa negliguntur, hæc verò ſummo ſtudio perficiuntur, gloria quadam praua Magiſtratum detinente.* Quæ etiam vltimis *huius legis* verbis omnino congruunt. Sed & Patres potiſſimùm; in his Gregorius Nazianzenus *ep. 74. vel. 71.* Celeuſium Rectorem prouinciæ cuiuſdam ab hoc ſpectaculorum ſtudio dehortatur, cùm ſcribit: καθαρόν σου τὸ δικαστήριον, ἵνα μὴ δυοῖν ἓν ἢ γένῃ κακὸς, ἢ νομίζῃ τὸ προτιθέναι θέας αἰσχρὰς, ἑαυτὸν ἐπιθεατρίζειν, ideſt, *purga tribunal tuum, ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut exiſtimeris: fœda ſpectacula proponere, ſeipſum traducere eſt.* ¶ *Immodicum* verò ſpectaculorum ſtudium *hac l.* eſt, ſi plus curæ ludicris Iudex tribuat, quàm ſeriis actibus, vt hîc dicitur; τρυφῇ μᾶλλον ἢ πράξεσι σπουδαίως ἐκδεδομένος, vt de Antiocheno alioquin populo in vniuerſum loquitur Zoſimus *lib. 3. p. 713.* ¶ Et ratio huius interdicti quoque indicatur, ne videlicet Iudices ſpectaculis intemperatè ſeruientes φιλοθεάμονες publicæ vtilitatis priuatorumque curam abdicent, denique à ſeriis actibus abducantur.

¶ Cœterùm ait lex, *Popularitati & ſpectaculorum editionibus Iudicem mancipatum*: vbi vocula, ET, ἐξηγητικὴ videatur, vel certe eòdem pertinere hæc duo indicat, de quo mox. *Popularitatis* enim voce ſpectaculorum editiones & voluptates plauſuſque indicantur. Eòdem pertinet vox *popularium*, in *l. 1. §. 12. ff. de officio Præfecti vrbi*: vbi pariter, *Quies popularium, & diſciplina ſpectaculorum*, iunguntur. Eodem quoque ſenſu in eiuſdem Valentiniani Sen. *l. 2. Cod. de officio Præfecti vrbis*; *homines populares Almæ Vrbis ſeditioni obnoxij* dicuntur: & officialibus Præfecti Vrbis ſociantur. vbi malim loco *ſeditioni, editioni*. Eodem, in Theodoſij M. *l. 4. Cod. d. tit. de off. P. V. Ciues ac populares* iunguntur. Ex quibus *tribus* interim *legibus* diſcimus, populares hos in vtraque vrbe Româ ad peculiarem Præfecti Vrbis ſollicitudinem pertinuiſſe: ne videlicet per eos quies turbaretur, ſic vt hos Præfectus Vrbis pariter vt Officiales ſuos, neque alios, ex prouinciâ euocare poſſet. Quo ſanè numero *Factionarij* fuere, è quatuor ſcilicet factionibus Circenſibus, de quibus ſuperiora fermè loca accepit Cuiacius *Paratitlo Digeſt. de officio P. V.* & *lib.* 8. *Obſeruat.* 28. ſic, quod idem notauit, & populares turbas δημοτῶν ἀταξίαν *Nouella* 13. Iulianus Anteceſſor de factionibus iſtis Circenſibus accepit: ſic & *Nouella* 17. δῆμοι τῆς πόλεως, pro factionibus hiſce. Et lib. 5. Αὐτόλογ. πολλάκις δήμους ἠλλάξατο, id eſt, *diuerſarum ſæpe factionum fuit.* Et tamen non hactenus *popularium* vox exaudienda *in d. legib.* de Circẽſibus putà factionariis, verùm de omnibus omnino qui omnis generis editionibus obnoxij erant: veluti munerarij, ſcænici quoque plebeij, de quibus infrà, *l. vn. inf. de vſu ſellarum*: aliiſque huiuſcemodi, Gladiatores etiam; denique omnes, ex quibus populus voluptatem capiebat; ex quibus populares plauſus δημώδεις κρότοι captabantur. Eò quippe quoque ſenſu in eadem re populares plauſus dicuntur, *l. 1. & 3. inf. de ſpectaculis*: vbi Iudices pariter inhibentur *popularẽ plauſum alienis ſpoliationibus captare*, & *alienis plauſibus intemperatè ſeruire*. Popularis fauor, *l. 2. infr. de expenſ. lud.* vbi Iudicibus permittitur, vt *interſint feſtiuitatibus, & oblectamentis fauorem eliciant populorum*, [vel *popularem.*] vbi v. quæ dixi. Qui fauor plebis in hâc re *lib. 6.* Symmacho. Et alioqnin *popularitas* δημαγωγία omnis. Am. Marcellinus *lib. 21. p. 216.* de Conſtantio: *Imperatoriæ auctoritatis cothurnum vbique cuſtodiens, popularitatem elato animo contemnebat & magno.* Pacatus ad Theodoſium *cap. 2. Auras omnes plauſuum publicorum ventoſa popularitate captantem mendax aſſentatio titillabat.* Ergo vt eò redeam, Iudex popularitati & ſpectaculorum editionibus mancipare ſeſe immodicè, prohibetur: ſiue is editionibus ſuis popularem plauſum captet, ſiue ipſe alienis editionibus adplauſum præbeat: quo forte etiam ſenſu *popularitas*, & *ſpectaculorum editiones*, hîc ſeparantur. Quod alias quaſdam perſonas attinet, quibus ſpectaculis interdictum, veluti Clericis, vxoribus, ſtudioſis, de his *alibi.*



## ¶ LIBELLOS *Rectori prouinciæ vbi offerri, & ad eos quid decerni vbi oporteat.*

### III. * Iidem A A. ad Valerianum Vicarium″ Hiſpaniarum.

LIBELLOS Iudicibus, poſtquàm ſe receperint″, vetamus offerri, ne ſuper alienis cauſis vel ſtatu″ pronuntient, quando ab Officij″ conſpectu, atque ab oculis publicis receſſerint. Prælata″. VII.″ Id Septemb. Veronæ″ Valentiniano & Valente AA. COSS. [365.]

INTERPRETATIO. *Iudices, poſtquam ſe de conſeſſu publico in domum ſuam receperint, libellos à litigatoribus non accipiant, nec ſine Officio ſuo de cauſis alienis vel de ſtatu aliquid cognoſcant.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. Coniungenda verò ei *lex 4. inf. de cuſtodia reorum.*

″ Ita literis expanſis in An. Put. *Agentem Vic.* Cod. Til. i. Agentem vices Præfecti Prætorio per Hiſpanias: in An. Reg. *Agentem Vicariam Hiſpaniarum.* vide Notitiam Dignitatum noſtram.

″ In Secretum ſuum; ſeu domum ſuam, vt rectè Interpres.

″ Vid. *l 2. ſup.* vbi iam dixi, & *l. vlt inf. de Dilationibus.*

″ Officio non præſente *l. 6. Cod. de ſententiis*: ſine Officio ſuo. Interpres.

″ *Dat.* Cuiac. ed. in Til. *Prælata*, *Data.*

″ *Literis V. C. Vicarij*: hoc amplius habetur in *d l. 4* quod huc transferendum. Similis ſubſcriptio in *l. 25. inf de annonâ & trib. PP. in programmate Vari Viri Clariſſimi Vicarij vrbis Romæ.* De hâc ſubſcriptione & ſimilibus, v. Paratitl. *de conſtit. Princ* & quæ ſemel noto *ad l. vn. inf. ſi per obreptionem.*

″ VI. *dict. l. 4.* & apud Til. & in An. Reg. & And. Porro dies hic pertinet ad diem quo lex lata, ſeu data eſt, non quo prælata.

″ *Veronæ* hoc tempore erat Valentinianus: vbi præter *hanc leg.* & *d. l. 4.* quæ huic coniungenda eſt, data ab eo *lex 67. de Decurionibus.*

## COMMENTARIVS.

LIBELLOS Iudici ſeu Rectori prouinciæ offerri, & ad eos quidquam Decerni, cum ſe ex Secretario publico in ſecretum vel domum ſuam recepit, extra Officialium ſuorum conſpectum & ab oculis publicis ſemoto, vetat *hac leg.* Valentinianus Sen. Quæ quidem lex pars eſt conſtitutionis prolixioris Valentinianeæ: vnde alterum præterea ſegmentum ſeu fragmentum ſupereſt, putà *lex 4. inf. de cuſtod. reorum*, quæ proinde huíc coaſſanda venit: quâ quidem conſtitutione Valentinianus, (vt ex *hac l.* & *altera illa l. 4.* ita inter ſe iunctis colligere licet) in vniuerſum Iudiciorum integritati conſuluit: cuius pars etiam eſt temerariis accuſationibus, cuſtodiiſque reorum occurrere: quò ſpectat lex illa 4. vt & illud, quod *hac l.* continetur: ne videlicet Iudices poſteaquam ſe de conſeſſu publico in domum receperunt, vt Interpretatio quoque hîc ſubdita habet, libellos accipiant, néve ſine Officio ſuo de cauſis alienis vel ſtatu aliquid cognoſcant. Cui adfinia iam ad *l. 2. ſup.* notabamus. Iſtud verò quoque in foro obtinet: *Requeſte doit eſtre preſentée au Iuge en pleine Cour.* Huc verò pertinent omninò tria Libanij Oratoris Antiocheni loca: ac primùm *Oratione* quam extuli, κατὰ τῶν εἰσιόντων *aduerſus ingreſſus in Iudicum domos*, *p. 83. & 84.* vbi agit de quodam, qui libello Iudici in balneo

oblato, decretum inde reportauerat: τὸ βιβλίον εἰσενεγκὼν, καὶ μέλαν, καὶ κάλαμον, διὰ γέλωτος οὐκ ἄδωρος ἀπῆλθεν, ἀλλ' ἐκφέρων ἅμα ἱδρῶτι γράμματα. i. *Libellum intulit & atramentum & calamum; ſic per riſum non indonatus abiuit, ſed vnà cum ſudore decretū extulit.* Secūdus locus eſt in *altera eiuſdē argumenti Oratione*, κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν: vbi Imperatorem hortatur ad legem ferendam contra eos qui cum Iudicibus familiaria commercia agitabant, ſeu cum his adſidui erant: intérque cœtera numerat & literarum ſeu libellorum commercium, *p.* 114. Βλαβεραὶ δὲ καὶ αἱ τῶν οὐκ ἀφικνουμένων ἐπιστολαί: καὶ νὴ Δία γε καὶ μειζόνως: τῷ γὰρ οὐκ ἀφικνεῖσθαι (τοῦτο δὲ ἐστὶ μέγεθος σχήματος) τούτῳ, καὶ τὸ μηδενὸς ἀτυχεῖν ἔχουσι. πλέον γὰρ καὶ ἐνίοτε δύναται γραμματεῖον δίθυρον [γρ. δίθυρον de quo v. not. *ad l.* 1. *inf. de expenſ. ludorum.*] πολλῶν, καὶ μακρῶν λόγων ἐγγύθεν λεγομένων, &c. i. *Noxiæ verò etiam eorum qui non adeunt* LITERÆ, *& per Iouem, multò magis: nam hoc ipſo quod non adeunt (id verò fit propter apicem dignitatis) hoc obtinent, vt nulla re excidant: etenim quandoque plus valet* LIBELLVS *vel epiſtola bipatens, quàm prolixi ſermones cominùs habiti.* Mox: Τούτων τοίνυν τῶν τηλικούτων, ἄμφω κεκωλεῦσθαι φημὶ δεῖν τά τε γράμματα, καὶ τὰς ὁδοὺς, &c. ideſt, *cùm igitur hæc talia ſint, vtraque prohiberi oportere aio, & literas, & introitus.* Tertius eiuſdem locus eſt *Oratione* 23. *ad Euſtathium*, περὶ τῶν τιμῶν *p.* 562. τοῦ γὰρ νόμου καθ' ὃν οὐκ ἔξεστι τοῖς ἄλλοις εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς βαδίζειν, ἥκοντός τε καὶ κρατοῦντος καὶ τὰς εἰσόδους κωλύοντος, τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐκεῖσε γραμματεῖα καθ' ἑκάστην φέρεται τὴν ἡμέραν, γιγνομένων ἀντὶ τῆς γλώττης τῶν γραμμάτων, id eſt, *Etenim cùm lex, per quam fas non eſt aliis ad Magiſtratuum ædes accedere, vigeat, & vim ſuam obtineat, quæ introitus etiam vetat; aliorum tabularia illinc per ſingulos dies feruntur, vbi pro lingua literæ adhibentur.* Quibus locis Libanius, ſicut prouinciales familiari atque intra ſecretū congreſſu cum Iudicibus arceri ait, ita pariter Libellos his ad domum mitti offerríque vetari cupit. Vnde iam, vt & ex *hac l. & l. vlt. inf. de Naufragiis*, apparet, Iudices per literas & libellos aditos.

---

## ¶ *De* TRANSITV, *ſeu* DISCVRSV *Rectoris Prouinciæ per Prouinciam: & vbi tùm ſedem conſtituere debeat.*

IIII.* Imppp. VALENTIN. Valens & Grat. AAA. ad Viuentium PP.″

VNVSQVISQVE Iudex″ in his locis ſedem″ conſtituat, in quibus oportet omnibus preſtò eſſe Rectorem, non deuerticula delicioſa″ ſectetur. Addimus ſanè, vt quiſque″ Prouinciæ Præſidentem″ propriâ poſſeſſione ſuſceperit, ager, quem diuerſorium″ habuerit prædictus in *Tranſitu*″, fiſci viribus″ vindicetur: ita enim Iudices Manſiones″ inſtruere″, & inſtaurare nitentur. Dat. Kal. Apr. Treu. Valent. N. P. & Victore coss. [369.]

### NOTÆ.

* Aberat hæc lex à Cod. Til. Abeſt à Cod. Iuſtin. Iungenda verò ei lex *prox.* 5. etſi ad alium emiſſa ſit.
″ *Viuentius*, PP. Galliarum: ſcilicet ſub Valentiniano ſen. vt diſertè præferunt *lex* 4. *inf. de cenſu*: *l.* 5. *de tyronibus*, *l.* 1. *de fide & iure haſtæ*. v. plura *in Proſop.*
″ Diſcurrens per prouinciæ ſuæ ciuitates, loca: *faiſant ſes cheuauchées*: in tranſitu, vt mox dicitur.
″ *Tienne ſes aſſiſes.*
″ al. *religioſa*, de quo mox.
″ *Quiſque*, pro *quiſquis*. v. Exempla plura apud Iuretum *in Symmachum lib.* 1. *ep.* 53. & Gloſſ. *Theod.*
″ *Præſidens* prouinciæ *hic*, *& l.* 5. *prox.*
″ *Diuerſorium*: de hâc voce mox.
″ *Tranſitus* vox propria hac in re: de quo mox.
″ *Vires* fiſci. v. Gloſſ. *Theod.*
″ *Manſiones* hîc quid? dicam mox.
″ *Inſtruendi* vox hîc propria, vt & *l.* 21. *inf. de annona & trib. l.* 18. *inf. de ſuſceptoribus.* ſimiliter Symmachus ad Flauianum [PP.] *lib.* 2. *ep.* 27. *Quot numero animalia collocaris, & quo apparatu inſtruxeris manſiones.*

### COMMENTARIVS.

DE TRANSITV Iudicum, ſeu Rectorum prouinciarum ab vna prouinciæ Ciuitate ad aliam diſcurſu, de quo eſt quoque lex *prox.* 5. vt & *lex* 2. *inf. ne quis in palat. manſ.* & *Nouella Maioriani* 1. *&* 4. *cap. habenda*: vt & Iuſtiniani *Nou.* 17. 28. 128. & Caſſiodori locus, 5. *Var.* 14. eſt hæc è Valentinianeis hoc titulo, ſuper diligentia & integritate eorum, tertia ordine conſtitutio, pariter vti quarta eiuſdem de eodem tranſitu, puta *d. lex* 5. *prox.* quæ huic coniungenda eſt, vt pote eodem Conſule, dieque data, & ſi ad alium, putà Probum PF.P. Italiæ emiſſa ſit, vti hæc data eſt ad Viuentium P.P. *Galliarum* ſcilicet. De Tranſitu, inquam, Iudicum hæc lex eſt (*des Cheuauchées*) quæ propria hâc in re vox eſt, *h. l.* & *l.* 1. *inf. ne quis in palatio man.* Eodem vero ſenſu, DISCVRSVS Iudicum dixit Caſſiodorus. 5. *var.* 14. Et Rectores diſcurrere dicuntur *d. l.* 5. *Nouella Maioriani de indulg. reliquorum* 4. *verb. habenda ſane ratio* περιφοιτήσεων, *l. vlt. Cod. de metallis.* Quod etiam *aduentus* appellatione ſignificatur in *Nouella Maioriani. cap. illud quoque*, Rectores ſcilicet prouinciarum hyeme fermè tota in Metropolibus prouinciarum iuri reddendo conſiſtebant, vt docet quoque *lex* 6. *Cod. de off. Rector. prouinc.* æſtate verò, vt commodiùs prouincialium deſideria audire, rei frumentariæ proſpicere, publicas exactiones curare, præſentiâ ſuâ vrgere (*V. Nou. Maior.* 4.) malis hominibus prouincias purgare, & ſi quæ prouinciæ, & prouincialium vulnera eſſent, ſanare poſſent, alias prouinciæ ſuæ ciuitates, alia loca, & oppida obire, & ab vno ad aliud tranſire, ſeu commeare, pérque prouinciam diſcurrere ſolebant; Æſtate inquam, vnde data hæc lex, & prox. ante æſtatis ingreſſum, *Kal. April.*



*April.* quibus forma, lexque huic diſcurſui ponitur, tanquam metatoria. Strabo olim ſub Tiberio Imper. *lib.* 3. *p.* 115. de Conſulari Hiſpaniæ ὁ ἡγεμὼν, inquit, διαχειμάζει μὲν ἐν τοῖς ἐπιθαλαττίοις μέρεσιν, καὶ μάλιστα τῇ Καρχηδόνι καὶ τῇ Ταρακῶνι δικαιοδοτῶν: θέρους δὲ περίεισιν ἐφορῶν ἀεὶ τινὰ τῶν δεομένων ἐπανορθώσεως. ideſt *ipſe Rector in maritimis hyemare ſolet ius dicendo, maximè Karthagine vel Tarracone: per æſtatem autem obit prouinciam explorans ſemper ea quæ emendationem deſiderant.* Et ante eum Cicero 7. *in Verrem*: *Tum vero æſtas ſumma eſſe iam cœperat, quod tempus omnes Siciliæ ſemper Prætores in itineribus conſumere conſueuerunt.* Et infrà, *Æſtate ſumma, qua cæteri Prætores obire prouinciam & concurſare conſueuerunt.* Liuius quoque *decade* 4. *lib.* 4. *Eodem hoc anno Tit. Quintius Elatiæ, quò in hiberna reduxerat copias, totum hyemis tempus iure dicundo conſumpſit.* Quem morem Theophilus quoque, etſi nonnullis falsò inſperſis, adumbrauit; *tit. qui & ex quib. cauſ. manumitt.* ¶ Ad hunc verò Tranſitum & Diſcurſum obeundum Iudices curſu publico vtebantur, *l.* 12. *&* 16. *inf. de curſu publ.* & *Nouella Maioriani* 1. *c. nec hanc partem*: quotiens videlicet eos commeare per prouinciam neceſſitas publica perſuaderet: *d. l.* 16. cuius curſus publici modum definit *ea Nouella ſua* Maiorianus, ſed & trium dierum annonas, non vltra, in ſingulis ciuitatibus à Curialibus & Negotiatoribus exigere poterant pro hoc *Aduentu* ſuo: ex *dictâ* Maioriani *Nouella* 1. *ſub finem*: quam quinquaginta fermè pòſt annis Theodoricus Rex apud Caſſiodorum intellexit, *d. ep.* 14. his verbis: *Iudex Romanus propter expenſas prouincialium, quæ grauare pauperes ſuggeruntur, per annum in vnumquodque municipium ſemel accedat, cui non ampliùs quàm triduanæ præbeantur annonæ, ſicut* LEGVM CAVTA *tribuerunt: Maiores enim noſtri* DISCVRSVS *Iudicum non oneri, ſed compendio prouincialibus eſſe voluerunt.* Idem Caſſiodorus 12. *variar.* 15. *Pulueratica quoque Iudicis funditus amputantes Trium tantum etiam dierum Præſulibus annonas præberi ſecundùm vetera conſtituta decernimus, ſuis expenſis facta tarditate vecturæ: Leges enim, adminiſtrantes, remedio, non oneri eſſe voluerunt.* Et hæc quidem in genere de Tranſitu ſeu Diſcurſu Rectorum per prouinciam dicta ſufficiant.

¶ Nunc de *Officiis Iudicis per prouinciam diſcurrentis*, quorum vnum *hac l.* continetur: alterum verò *l. prox.* 5. Igitur *hac l.* iubet Valentinianus, Iudices diſcurrentes, in his locis ſedem conſtituere, vbi omnibus præſto eſſe poſſint: quod quidem de *Manſionibus* mox *fine l.* intelligi vult: non verò diuerticula delicioſa ſectari: & rationem etiam hanc reddidit: *ita enim Iudices manſiones inſtruere, & inſtaurare nitentur.* Eadem ratione Anaſtaſij *l. vlt. C. de off. Rector. prou.* vetantur Iudices qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus Palatia aut Prætoria ſunt, his relictis, priuatorum ſibi domos ad habitandum veluti Prætoria vindicare: ſed modis omnibus inhabitare Palatia ſeu Prætoria iubētur: vt *hac neceſſitate compellantur eorum reparationi prouidere.* *Manſiones*, erant publica diuerſoria, ἀλλαγαὶ, in quæ Principes iter facientes, vt & Rectores, quin & Milites expeditionis tempore, vt & alij curſu publico vtentes diuertebant. In his ideò ſpecies annonariæ aſſeruandæ condebantur, *l.* 9. *inf. de annona & trib.* vbi dicam pleniſſimè. Quare & menſuras ponderáque ibi non minus quàm in ciuitatibus publicè collocari voluit Theodoſius M. *l.* 21. *infr. de ſuſceptorib.* Harum proinde Manſionum inſtructio, & inſtauratio Rectoribus Prouinciarum incumbebat, vt præter *hanc l.* docet *d. l. vn. ne quis in pal.* vt & Symmachus *lib.* 2. *ep.* 27. Manſionum igitur inſtauratio ad officium Rectoris prouinciæ pertinebat, vbi & horrea erant, quorum reparatio nominatim ad Rectoris curam pertinebat, & verò inculcatur *l.* 16. 37. *inf. de operib. publ.* Quanquam hâc leg. *Manſionum* appellatione Prætoria quoque Iudicum intelligenda quis exiſtimet; de quibus *l.* 3. *inf. de Offic. Iudicum omn.* nam & ita compoſitio ſeu Inſtructio eorum ad Rectorem pertinebat, *l. vlt. inf. de off. Iud. omn. l.* 1. *in f. inf. de domib. ad rem priu. pertin.* & Prætoria quoque Iudicum *Manſiones* vocantur, *d. l.* 1. *de domibus ad rem priu. pert.* Item domus Iudiciariæ, *l.* 8. *inf. de operib. publ.* Verùm mens mihi ea, de Manſionibus propriè ita dictis hanc legem accipiendam. Et has igitur Manſiones Iudices rebus neceſſariis inſtruere tenebantur, & in his, prouinciam circumcurſantes ad querelas prouincialium excipiendas, morari debebant: *h. l. & d. l.* 1. *&* 2. *inf. ne quis in Palat. man.* Contra prohibentur iidem per prouinciam diſcurrentes *diuerticula delicioſa ſectari*: vbi alij Codices habent *religioſa*: Diuerticula religioſa eſſent, quæ religionis, voti fortè ſoluendi prætextu, abiectâ publicæ rei curâ, Rectores adierint: arg. *l.* 15. *ff. de officio Præſidis*: quomodo & Decuriones deſertis ciuitatum muneribus ſolitudines ac ſecreta captare ſpecie religionis prohibentur: *l.* 63. *inf. de Decurionib.* Verùm ſpretâ voce, *religioſa*, rectius hic legitur *delitioſa*: diuerticula delitioſa, mox *diuerſoria* vocantur. *Diuerſoria*, vt & *Agri*, *hac l.* pro ſeceſſu amœno & delitioſo: quo ſenſu hoc ipſo æuo apud Symmachum *lib.* 1. *ep.* 1. *& lib.* 9. *ep.* 78. Ammian. Marcellinus *lib.* 22. *Locus diuerſoriis lætus & ſalutari temperamento perflabilis.* Item pag. 252. *Impendio locus fanis & diuerſoriis lætis extructus.* & lib. 23. *Diuerſoria Regum ambitioſa & decora.* & lib. 24. *Diuerſorium opacum & amœnum.* Et antea quoque apud Apuleium Mileſianum *lib.* 5. *Iam ſcies ab introitu primo, Dei cuiuſpiam luculentum & amœnum videre te diuerſorium.* Proinde diuerticula delitioſa, & diuerſoria *hac l.* Prætoria priuata ſunt voluptati deſeruientia, vt ea vocat *lex* 198. *ff. de verb. ſignif.* vnde & amœnitas Prætorij apud Caſſiodorum 7. *variar.* 5. quæ & ideò villis iunguntur: *l.* 12. *ff. de vſu & habitat.* Græcis non tantùm καλύμματα, ſed & ἡβητήρια, vel ἐνηβητήρια, quæ & ἐνδιαιτήματα Suidas interpretatur, apud Herodot. *lib.* 2. Plutarchum *in Pompeio*: & Dionem *lib.* 61. Haud adeò vero abſimile eſt quod Zeno voluit *l. vn. C. vt omnes Iudices*, omnes Iudices poſt officium depoſitum, *publicè, non domi, vel intra ſacroſanctos terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, ſed in celeberrimis locis, ante omniū, quos nuper gubernauerāt, ora verſari.* Quo loco pro *regiones* repone *Regios*.

¶ *Pœnam* quod attinet *hac leg.* comprehenſam, in eos, qui tranſeuntibus Iudicibus diuerſorium in agro ſuo præbuerint, putà vt is locus fiſco vindicetur, tralatitia eſt in eos, qui in agris ſuis prohibita vel prohibitos admittunt: videndus vel titulus *infra*, *de hæreticis*, item, *de falſa moneta.* ¶ Tandem omittere non poſſum, Valentinianum his ipſis Coſſ. quibus hæc *lex* & *proxima* 5. emiſſæ ſunt, Valentiniano, inquam Nob. Puero, & Victore Coſſ. i. A. D. 369. multos Iudices ſeu Rectores prouinciarum iniuſtos & rapaces ἀδικοῦντας καὶ παραδικάζοντας è medio ſuſtuliſſe, & in his Rhodanum Palatij Præpoſitum, vt teſtatur Auctor Chronici Alexandrini: de quo vide & Suidam. Quare inter alia hoc ipſo anno, & *hac, & prox. lege*, Valentinianus eos in ordinem redigere voluit. ¶ Cœterum, ſicut *hac l.* Iudex ſeu Rector prouinciæ, per ciuitates diſcurrens ſeſe publicè ſiſtere præbereque iubetur: ita viceuerſa Iudici per prouinciarum diſcurrenti Actores & Procuratores rei Dominicæ, & Clariſſimorum ſeu Senatorum & Potentium ſui facere

acere & exhibere præſentiam, & tam [ ita legenum ] diu publicis inhærere conſpectibus, quamiu in eodem oppido morari viderint Rectorem prouinciæ, iuſſi à Maioriano *Nouella* 4. *cap. habenda ſanè ratio*, Eò quod in tributis ſoluendis ſeſe contumaces præberent.

---

## ¶ *De* DISCVRSV *Rectorum per Prouincias ſuas, ad Compulſorum nominatim inſolentias detegendas.*

### v.* Iidem A A A. ad Probum P F. P.″

PROVINCIIS Præſidentes″, per omnium villas″, ſenſim atque vſitatim″, vicóſque″ cunctos, diſcurrant, & vltrò rimentur″ à ſingulis, *Quid vnuſquiſque Compulſor inſolenter egiſſet, aut cupidè″*: Is″ enim de quo aliqua ad nos querela peruenerit, ad vltimam″ pœnam rapietur. Dat. Kal. Aprilis, Treueris, Valentiniano N. P. & Victore V.C. COSS. [369.]

INTERPRETATIO. *Iudices Prouinciarum operam dare debebunt, vt per ſingulos agros & loca ſolicitâ inquiſitione diſcurrant, & per ſe, qualiter in ſolutione publici debiti cum poſſeſſoribus agatur, agnoſcant. Cuius″ rei curam ſi implere neglexerint, querelam ciuium non dubitent in ſe ſeueriſſimè vindicandam.*

### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à *Cod. Iuſt.* cauſam dixi *ad leg. 4. ſup.* quæ *huic* iungenda eſt, vt ibi iam indicaui.
″ *Probus* PP. Italiæ, Illyrici & Africæ. v. *Proſopogr.*
″ *Præſidentes* Prouinciis: ſic quoque *d. l. 4.*
″ De *Villis v. & l. 12. 21. vlt. de hæreticis.*
″ De *Vicis* & Vicanis v. *Geogr. & Topogr. p. 1. n. 6.*
″ De hac voce *vſitatim*, mox.
″ *Rimari*, exquirere accuratè. v. Gloſſ. *Theod.*
″ *Cupidè*, i. auarè: propria hâc in re voce: v. *& l. 1 inf. de ſuperexact. l. 6. inf. ad L. Iul. repetund.* v. Gloſſ. *Theod.*
″ *Is enim*, nempe compulſor: de quo mox.
″ *Vltima* pœna, capitis ſc. *hîc* & in *iure* paſſim, & apud alios Scriptores. v. Gloſſ. *Theod.* & Cuiacium, 3. *obſ.* 36.
″ Erroneum iſtud: de quo mox.

### COMMENTARIVS.

DE DISCVRSV ſeu *Tranſitu* Iudicum ſeu Rectorum prouinciæ per prouincias, eſt hæc altera iam hoc titulo Valentiniani lex, iiſdem Conſulibus, diéque & menſe, & ex eâdem vrbe data, ad alterum tamen Præfectum Prætorio. Quod oſtendit, quantoperè *Diſcurſus* hos Valentinianus per vniuerſum Imperium ſuum ad curam ſuam reuocauerit: partim ipſis Iudicibus in officio continendis, quò pertinet lex ſuperior: partim querelis miſerorum prouincialium excipiendis: & *hac*, & *ſuperiore leg.* Ac nominatim aduerſus *Compulſores*. *Compulſor*, de quo plura ad *l. 34. de annona & trib.* erat, qui ſolutioni publici debiti poſſeſſoribus inſtabat, vt *hîc* Interpres. Specialius verò, qui poſt Exactorem canonicarium, id eſt ordinarium canonis ſeu tributorum exactorem è Palatio Principis in prouinciam ad profligandam inſtantiâ ſuâ penſitationem ſiue fiſcalis tituli exactionem mittebatur: *d. l. 34. de annona: l. 186. de decurionib. l. 3. & 4. de concuſſ. Aduoc. l. 4. ne conlat. tranſl. poſt. l. 7. de executorib.* Nouella *Martiani* 4. ἐξεπελάσεις *in l. vlt. Cod. de exact. tributor.* Denique, qui compellebat, cogebat prouinciales negligentes ad ſolutionem tributorum. De horum verò Compulſorum deprædationibus, inſolentiâ, cupiditate, ſeu auaritiâ, & concuſſionibus, frequentes admodum querelæ ſubinde exortæ, quibus etiam id effectum, vt Compulſores ex Africanis primùm prouinciis in vniuerſum Honorij conſtitutione pellerentur: *l. 3. & 4. de concuſſ. Aduocat. ſeu Apparit.* mox & vniuersâ Præfecturâ Prætorianâ Italiæ. *Nouella Maioriani* 4. At Anaſtaſij Imp. conſtitutione inductum poſteà fuit, vt Compulſores non prouincialibus ipſis, verùm Iudicibus eorúmque Officiis & Canonicariis imminerent, *dict. l. vlt. Cod. de exactionib. tributor.* Iuſtiniani tandem conſtitutione nouiſſimâ ſublati ſunt penitus Compulſores, *Nouella* 128.

At enim *hac l.* duo de his, imò in hos à Valentiniano conſtituuntur. Primò, iubentur Rectores prouinciarum ad detegendas Compulſorum iniurias ſeu deprædationes, per omnium villas ſenſim atque vſitatim, pérque vicos cunctos diſcurrere, &c. Nempe Rectorem prouinciæ diſcurrentem per prouinciam non contentum eſſe iubet aggere publico, vel, vt loquebantur, Canali, ſeu Canalio; verùm remotas eum vias decurrere, perambulare: quod eſt ipſum oſtenditur *l. 2. inf. ne quis in palat. man.* villaſque & vicos perreptare, ideſt agros & loca, vt Interpres hîc, poſſeſſorum, vbi miſeri prouinciales poſſeſſores ruſtici agitabant, idque *ſenſim & vſitatim*, pro quo Interpres *ſolicitâ inquiſitione*; Vſitatim verò, vt celatim, confuſim, & id genus alia, ideſt ſenſim ſine ſenſu, vt aduentus ſui indicia præuertat, neque expectatus ſuperueniat: *Vſitatim*, ideſt frequenter, identidem, de more, ſubinde. Etſi aliquando hic coniiciebam, *muſſitatim*: notum enim quid *muſſitare*: *Muſſitator* quoque in Gloſſis μυσίτης, & in excerptis Pithœanis *muſſitanter, leniter*, Am. Marcellin. certè in ſimili re dixit *lib. 14. p. 2. peragranter & diſſimulanter.* Huic vero diſcurſui non abſimilis illa cura quæ iniungitur Curioſis, *l. 6. de Curioſis*, quam vide. Imo & *vltro* rimari eum vult Imperator à ſingulis; quid vnuſquiſque compulſor inſolenter egiſſet aut Sordide: *vltro*, ideſt & ſi poſſeſſores non conquerantur, & ſic eorum querelas Iudicem anteuertere vult, quas Compulſorum proculdubio metu facere veriti; *inſolenter*, id eſt per vim, *cupidè* per ſordes, & auaritiam. Alterum



terum *hac l.* eſt, pœnæ in Compulſores comminatio. Nempè ait, eum, Compulſorem ſcilicet, de quo aliqua ad ſe Principem querela peruenerit, ad vltimam pœnam rapiendum: Ita enim vltimus *huius l.* verſiculus, de Compulſoribus accipiendus eſt; non verò de Iudicibus, qui rei ſuperiùs ſibi demandatæ curam implere neglexerint, quod Interpres tamen credidit.

---

## ¶ INGRESSV *domus Iudicis ſeu Rectoris prouinciæ, ſeu* CONGRESSV, *horis pomeridianis prouinciales arcendos.*

### VI. * Imppp. Valens, GRATIANVS & Valentinianus A A A. ad Antonium P P.

NE quis″ domum Iudicis Ordinarij poſtmeridiano tempore, ex occaſione ſecreti, ingredi familiariter affectet, eiuſdem duntaxat prouinciæ: ſiue notus Iudici, ſiue etiam ignotus geſtet″ tamen″ honoris auctoritatem præferens. Dat. v. Kal. Aug. Morantiaco″ Gratiano A. IIII. & Merobaude COSS. [377.]

INTERPRETATIO. *Ne quis notus aut ignotus, eius tamen prouinciæ homo, meridianis horis aut ſecretis iudicem videat.″*

ALITER. *Vt meridianis horis ſuggerentum″ iudex cauſas non præſumat audire.*

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod Iuſt. pariter vt lex altera, quâ parte huic concordat. Aberat etiam à Cod. Til. Concordat porrò illi *lex vn. verſ. nec meridianis, inf. tit. prox. de officio Iudic ciuil.*
″ *Antonius* PP. Ad hunc data quoque anno ſuper. 376. *l. 11. de Medicis, & profeſſorib. lex 2. de Quæſtionibus*: anno prox. 378. *l. vn. victum ciuiliter: l. 7. de fide teſtium: l. 12. de pœnis: l. 2. Cod Iuſt. de Aduoc. diu. Iud. l. 1. Cod. de off. Vicarij.* Ad hunc ipſum extant quinque Symmachi epiſtolæ, *lib. 1. ab ep.* 83. Fuit hic PP. Galliarum An. 376. vt diſertè præfert inſcriptio *d. l. 11. de Medicis.* & *d. l. 2. de Quæſtionib.* PP. Italiæ fuiſſe An. 378. docet *d. lex 12. de pœnis.* Grauis verò error eſt Scaligeri *in Auſonianis lectionib. lib. 2. c. 17* Antonij huius nomen in *Auſonij* vbique mutantis: cui geminus error eſt eorum qui *Auxonium* & *Auſonium* confundunt: de quib. vid. *Proſop.*
″ Litigator. *l vn. inf. tit. prox.* ſuggerens, *Interpreti.*
″ *℞. extet, tametſi*: de quo mox
″ *℞. Mogantiaco.* Gratianus ſcilicet hoc anno 377. in Galliis conſtitutus Mogontiaci aliquando etiam ſubſtitit, ſiue ad procinctum aduerſus Alemannos, quos hoc ipſo anno apud Argentuariam ingenti prælio vicit, proficiſcens, ſiue inde rediens. v. Chronicon noſtrum. Iocularis lapſus eſt eorum qui *Monmorantiacum* hîc reperiſſe ſe putant; etiam acerrimi alioquin ingenij vir *de primatu in Eccleſiâ, p. 716.*
″ *Videndi* vox hâc in re propria: v. *& l. vnic. de Offic. Iudicum ciuil.* & Lamprid. *in Alex. Seuero. Salutandi* voce expreſſit Interpres *ad d. l. vnic.*
″ *Suggerentes*, pro litigantibus, & ſupplicantibus.

### COMMENTARIVS.

DOMVM Iudicis ordinarij, ſeu Rectoris prouinciæ, pomeridiano tempore prouincialium quenquam familiariter ingredi, eiuſque Secretum & συνουσίαν petere, quod Græci, ac nominatim Libanius, προσεδρεύειν vocant, vetat hâc conſtitutione Gratianus Imp. A.D. 377. pariter vt Honorius, *l. vn. inf. de off. Iudicum ciuil.* In quo ipſo argumento verſantur duæ inſignes Libanij orationes, quas partim primus extuli, partim etiam commentariis illuſtraui: vna quæ inſcribitur, κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι; ideſt *aduerſus Adſiduos apud Magiſtratus*: altera, κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγάς, i. *aduerſus ingredientes Magiſtratuū domos*, quibus Libanius Theodoſium Imp. Orientis hortatur ad legem ferendam aduerſus hos Ingreſſus εἰσόδους. Quæ duæ orationes totæ accuratè inſpiciendæ ſunt. Sed & duo præterea eiuſdem loca eodem pertinent: *Oratione ad Icarium, p. 459.* vbi præcepta bene adminiſtrandæ Reipublicæ Icario Comiti Orientis ſuggerit: & *Orat. 23. ad Euſtathiū* περὶ τῶν πμῶν *p. 562.* vbi expreſſè quoque meminit legis ſuper hoc latæ: imò & Edictum memorat à Cynegio P.P. promulgatum aduerſus hos ingreſſus, *Orat.* κατὰ τῶν εἰσιόντων. Nos de *hac leg.* noſtra videamus: deque eius partim Ampliationibus, partim Limitationibus, tandem de his quoque quæ cum *hac l.* perperam miſcentur.

Eſt igitur huius conſtitutionis interdictio ampliſſima. Primùm enim *Omnes* indiſtinctè domo Iudicis ſeu Congreſſu pomeridianis horis interdicuntur: *ne Quis* inquit: proculdubio non tantum litigatores, ſeu ſuggerentes, vt habet Interpretatio altera, etſi potiſſimi hi: quomodo id de litigatoribus nominatim cautum ab Honorio, *l. vn. inf. tit. prox. de officio Iudicum Ciuilium*: verùm etiam alij quicumque, qui quid fortè vel iudicatum Iudici, vel ab eo impetratum vellent, iſto συνουσίας & congreſſus obtentu, *ſecretique occaſione*, vt *hac ipſa leg.* dicitur. Quod certè & Libanij orationes illæ oſtēdunt, nempe & priuatos, quaſi de Republica aliquid monituros, vel edocturos arcendos: v. ſaltem *Orationem* κατὰ τῶν εἰσιόντων, *in tertiæ obiectionis refutatione, p. 88. 89.* Et oratione κατὰ τῶν προσεδρευόντων *in refutatione quartæ obiectionis, p. 119. 120.*

Secundò, omnibus hoc prouincialibus interdicitur, *ſiue noti Iudici, ſiue etiam ignoti ſint*: cùm tamen videretur, ignoto ſaltem id permittendum, vtpote apud quem Iudex gratioſus eſſe nollet. Verùm id *hac l.* etiam ignoto interdicitur: cùm multa ſcil. ſint, quibus etiam ignotus adſiduo ſecretoque congreſſu Iudicem corrumpere poſſit: faciléque hoc obtentu fraus *legi* fieri. Et verò ad hoc ipſum pertinet egregiè Libanij locus, ex *ea* quam dixi *Oratione*, vbi hoc argumentum ex profeſſo tra-

ctans, κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι: *p.* 119. Imperatoremque exhortans ad *Legem* ſanciendam aduerſus hos ingreſſus pomeridianos, hanc ipſam quoque de *Incognitis* ſaltem Iudici, ad hos congreſſus admittendis dubitationem, ſeu hæſitationem ita refutat: Ἀλλ' εἰσὶν οἷς εἰσελθοῦσι προσειπεῖν ἀπόχρη. ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα μὲν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον. Ἔστω δὲ εἷς, ἢ εἰ βούλει γε δύο φαινέσθω καὶ τρίτος. πότερον οὖν κάλλιον μετὰ τῶν τοιούτων εἴργεσθαι καὶ τούτους, ἢ τούτων ἕνεκα καὶ τοῖς τὰ δικαστήρια καρπουμένοις ἃ κεκλεῖσθαι χρῆν, ἀνεῷχθαι: ἄλλως δὲ ὅτε τοῖς μὲν οὐκ εἰσιοῦσιν οὐδὲν βλαβός: οἱ δ' ἂν εἰσιόντες βλάπτοιεν· εὑρήσεις δὲ ἐπὶ τῷ νόμῳ τούτῳ τοὺς μὲν οὐκ ἀχθομένους τοὺς ὀλίγους, οὐδενὸς αὐτοῖς ἀπολλυμένου, τοὺς δ' ἀποπνιγομένους τοὺς πολλοὺς πολλῶν αὐτοῖς ἀπολλυμένων. τί οὖν δεῖ τὴν πρὸς ἐνίους τιμὴν τοσαύτης ἀφορμὴν δοῦναι κατὰ τοῦ τῶν δικαίων μέρους. ideſt; *Atqui ſunt quibus ingreſſis hæc dicere ſufficit, Ego verò hunc hominem* NON NOVI. *Eſto ſanè, vnus, vel etiam ſi vis duo exſtent, imò & tertius. Vtrum ergo præclarius fuerit vnà cum talibus & hos arceri, an verò horum gratia etiam iis qui iudicia captant patere quæ claudi oportuit? Imo iis, qui non ingrediuntur nullum damnum fit, atenim qui ingrediuntur officere poſſunt: & comperies, paucos illos ob hanc Legem non dolentes, vt pote cùm nihil ipſis depereat, dolore verò confectos pleroſque, vt pote cùm multa ipſis pereant. Quid igitur opus eſt, honorem in nonnullos* [vel paucos] *collatum anſam dare tot incommodis aduerſus id quod iuſtum eſt?* Hactenus Libanius. Igitur ex Libanij quoque mente, vt & hâc Gratiani *leg.* non tãtum iudici noti: verùm etiam ignoti à Iudicum domibus & congreſſu horis pomeridianis arcendi ſunt.

Tertia ampliatio eſt, quod cuiuſcunque conditionis homines prouinciales, domo Iudicis arceri velit Gratianus, *etſi honoris auctoritatem præferant*: Ita enim hic locus legendus & intelligendus eſt, *ſiue notus Iudici, ſiue etiam ignotus exſtet, tametſi vel etiam honoris auctoritatem præferens*: Neque enim V.CL. Cuiacio aſſentio, qui *lib.* 6. *Obſ.* 34. reponit, *ignotus eſt, & tùm*, &c. quaſi, Honoratis tantum litigatoribus *hac l.* vt & *l.* 1. *inf. tit. prox.* domo Iudicum interdicatur: Quod à Gratiani mente penitus alienum eſt, qui peremptoriis verbis omnes arceri voluit, notos, ignotos, ignobiles ſeu plebeios, & in dignitatibus poſitos: Vt & ab Honorij *dict. l.* 1. vbi interdictionem τῶν εἰσόδων non intra Honoratos ſtare voluit: verum ad omnes litigatores porrexit. Eadémque mens eſt Libanij, *in prædicta oratione*, *p.* 114. vbi agit de commercio per literas ſeu libellos, per eos qui dignitatem honoris, & σχῆμα ſeu geſtamen præferrent, ᾧ γὰρ οὐκ ἀφικνοῦνται (τοῦτο δέ ἐστι μέγεθος σχήματος) τούτῳ καὶ τὸ μηδενὸς ἀτυχεῖν ἔχουσι, id eſt, *nam hoc ipſo quod non adeunt, (id verò fit propter apicem dignitatis) hoc obtinent, vt nulla re excidant.* Et mox. οὗτοι δὲ καὶ ἔρχονται ποτὲ καὶ οὐδέποτε, τὸ πρότερον μὲν παρὰ τοὺς ἐν λαμπροτέρᾳ τάξει, τὸ δεύτερον δὲ παρὰ τοὺς ἐν ἐλάττονι. Τούτων τοίνυν τῶν πλικούτων ἄμφω κεκωλεῖσθαι φημὶ δεῖν τά τε γράμματα καὶ τὰς ὁδοὺς, id eſt, *Hi verò, eſt vbi pergunt, eſt vbi non item: prius illud, eunt inquam ad eos qui Illuſtrioris ordinis ſunt: poſterius verò ad eos qui inferioris. Cum igitur hæc talia ſint, vtraque prohiberi oportere aio, & literas, & introitus.* Vides culpari vtrumque à Libanio in his qui honores geſtarent, & quod introirent nonnulli in Iudicum domos, & quod alij Libellos mitterent, & illud quidem eo more quo alij.

Omnibus igitur domum Iudicis ex occaſione Secreti ingredi familiariter *hac l.* interdictum: *ex occaſione ſecreti*, id eſt, horis ſecretis, vt Interpres *hîc*, id eſt, poſtquam ſeſe recepit ex Secretario publico Iudex: *l.* 3. *ſup.* in ſeceſſu domus, *l.* 2. *ſup.* in ſecretis domus, Interpres ad *d. l.* 2. in ſecreto loco, *l.* 6. *Cod. de ſententiis*: Officio non præſente, *d. l.* 6. denique captatâ occaſione Secreti. Errant enim qui hæc ita interpretantur, quaſi hæc Ampliationis cuiuſdam vim obtineant, & quaſi his verbis vetet Gratianus iis domo Iudicum interdici, qui quid ad Rempubl. pertinens ſecretò Iudici dicendum vel committendum habere ſe obtendant: *Occaſio* enim hîc non eſt πρόφασις, ſeu prætextus, verùm ἀφορμή: & *Secretum*, non eſt id quod ſecreto committendum, verùm locus ſecretus. Quare non continetur his verbis ampliatio vlla, verùm indicatur moris improbi & improbati occaſio, quod videlicet Secreti huius occaſione Iudices à iuſto abducerentur. Illa Ampliatio vltrò admittenda, prouinciali ſcilicet domo Iudicis interdici, ob quamcunque tandem cauſam; ſiue ciuilem, ſiue criminalem cauſam is habeat: quod etiam Libanius expreſsè complectitur etiam eo loco quem paulò pòſt conſignabo. Etſi antea *lege Iulia iudiciaria* ab Auguſto *lata* cautum tantùm fuiſſet, ne reus vel accuſator domum Iudicis ingrederetur: *l.* 1. π. *ad l. Iul. de ambitu*: Idem de actore & reo, ſi ciuilis cauſa eſſet, præceptum tùm non fuerat: Etſi eâdem lege indiſtinctè cautum fuerat, ne Iudices domos alienas introirent, vt teſtatur Dion *lib.* 54.

*Poſtmeridiano* porrò ſignatè tempore, δείλης, *h. l.* & *d. l.* 1. *tit. prox.* ingreſſus hi prohibiti in domũ Iudicis: ſeu meridianis horis, vt loquitur *d. l.* 1. *inf. tit. prox.* & Interpretatio vtraque *ad hanc leg.* Antemeridianis quippe horis Iudex in Secretario litigatoribus operam dabat, vt etiam Auctor *ad Herennium, lib.* 1. teſtatur. At pomeridianis horis iura foráque ſilebant, neque ius dicere fas erat. Proinde mane vtraque Pars adeſſe poterat per ſe, vel per alium, ſic vt Iudices ſub publicis oculis conſtituti iam gratiæ nihil darent: cùm contra, pomeridianis horis, perque *ſecretos congreſſus*, & vt hîc exertè dicitur, *ſecreti occaſione*, facilè corrumpi poſſent. Quæ quidem huius interdicti ratio eſt: quam pluribus egregiè inculcat Libanius *Orationibus illis*: è quibus vel vnum locum hùc adduxiſſe ſufficiet, cæteris prætermiſſis, quæ & iam nos peculiari commentario illuſtrauimus. Locus eſt ex Oratione κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι: id eſt, non vt perperam antea verſum, de *Adſeſſoribus*, quod vtique factum oportuit, ſi titulus illi fuiſſet κατὰ τῶν παρέδρων, verùm in *præſtolantes* ſeu *adſiduos apud Iudices*, qui ſcilicet aſſiduis & ſecretis ſuis congreſſibus εἰσόδοις; adde & literis, conuiuiiſque Iudices corrumpere ita ſatagebant, *p.* 110. 111. Τούτους τοίνυν, εἰ καὶ λίαν εἶεν βέλτιστοι, καὶ βούλοιντ' ἂν ἀμύνειν τοῖς δικαίοις, ἔστι τὸ κωλῦον καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἀφαιρούμενον. Τί τοῦτο. Πολλοὶ τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς ἀξιοῦσιν αὐτοῖς ἀνεῷχθαι. καὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας ἀφέντες ἐν ἐκείναις διατρίβουσιν εὐθὺς ἠριστηκότες ἐκεῖσε χωροῦντες, ἀποσειόμενοι τὸν ὕπνον, ὃν τὸ ἠριστηκέναι ποιεῖ: καὶ οἱ μὲν ἔτ' ἀριστώντων ἥκοντες κάθηνται κάτω χαλῶντες, οὕτως ὥστε ἐκείνους αἰσθάνεσθαι. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἢ προεξαναστῆναι τοῦ τέλους, ἢ σὺν ἀηδίᾳ μέχρι τοῦ τέλους ἐλθεῖν, καὶ προσέστιν ὕπνου στέρησις. οἷς δ' ὑπῆρξε καὶ ὕπνου τι δέξασθαι, βοαῖς τῶν ἡκόντων ἀφυπνίζονται μᾶλλον, ἢ τῶν παιδαγωγῶν οἱ παῖδες. οὕτως ἀνέστραπται τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ ἄρχειν τῶν ἀρχομένων ἐστίν: ἑσπέρα καὶ λύχνος, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀπέρχονται, ἀλλὰ καὶ λουτρὸν τῶν ἀρχόντων αὐτοῖς, ὡς ἐκείνοις μηδὲ πρᾶξαί τι τῶν ἀναγκαίων ἐνεῖναι: ἔπειτα ἕωθεν ἧκον, πρόφασιν μὲν ἐπὶ τῇ προσρήσει, τῇ δ' ἀληθείᾳ, τὰ συμφέροντά σφισι τοῦ δικαίου δυνατώτερα ποιήσοντες. ὑπὲρ γὰρ ὧν τῇ προτεραίᾳ δείλης ἦσαν διειλεγμένοι ταῦθ' ἧκον ἀπαιτήσοντες. Τὰς τοίνυν εἰσόδους ταύτας ἁπάσας, ὦ Βασιλεῦ, νόμιζε κατὰ τῶν νόμων εἶναι: καὶ διὰ ταύτας πολλοὺς μὲν δικαίως διώκοντας ἡττᾶσθαι,



πολλοὺς δὲ ἀδίκως κεκρατηκέναι. ἐν δὲ τούτοις βοσκήματα, ἀνδράποδα, γῆ, δανείσματα, δεσμοὶ, δεσμῶν λύσεις. καὶ γὰρ εἴ τις ἐστὶν ἄρχων, οἷος αἰδεῖσθαι τὸ δίκαιον, πολλὰ ἂν ποιήσειεν ἄνθρωπος πολὺν χρόνον προσκαθήμενος, καὶ μακρὰς ἐπῳδὰς ἐπᾴδων, καὶ χειρῶν, καὶ γονάτων ἁπτόμενος, καὶ ἐπαίνους ὑπισχνούμενος, καὶ κακῶς ἐρεῖν ἀπειλῶν: εἶθ' ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται κατὰ τὸν νόμον, οἱ δὲ ἔνθεν οὐκ ἐῶσιν εἶναι δικαστήν: πῶς γὰρ ἂν εἴη δικαστὴς, νυττόμενος ἔνθεν, καὶ ἔνθεν, ὅπως ἡ χάρις ἔχοι πλέον τοῦ νόμου, &c. id eſt, *Hos igitur, etſi maximè optimi eſſent, iuriſque opitulari vellent; eſt tamen quod illos prohibeat, quodque integritatem intercipiat. Quidnam verò iſtud eſt? Multi ſibi Magiſtratuum ædes patere cupiunt, domibúſque ſuis relictis in illis agitant, ſtatim videlicet vbi prandium ſumpſerunt, eò proficiſcentes, excuſſo ſomno, quem prandium conciliare ſolet: & ex his quidam adhuc prandentibus* [Magiſtratibus] *ſuperuenientes aſſident, ita ſubmiſsè ſeſe inſinuantes, vt illi* [non] *ſentiant: Inde fit, vt vel ante finem exurgant, vel cum iniucunditate vſque ad exitum morentur, vnde accedit ſomni auerſio: Quibus autem contingit aliquid ſomni capere, clamoribus venientium excitantur magis quàm pueri pædagogorum: Ita rerum vices immutantur, & imperium ſubditi exercent. Vbi veſpera & lychnus* [venit] *non ideò tamen abſcedunt: imò & ad lauacrum Magiſtratuum pergunt, ſic vt his nihil eorum quæ neceſſaria ſunt peragere liceat. Inde diluculo veniunt prætextu quidem ſalutationis, ſed reuerà vt ſibi vtilia iuſto potentiora efficiant: nam quæ pridie ſub veſperam tractauerant, ea veniunt exacturi. Hos igitur introitus omnes, ô Imperator, puta contra leges eſſe: ac propter eos, multos quidem iure ſubnixos cauſa cadere; multos verò iniuria ſuperiores euadere: cùm interea agatur de pecudibus, mancipiis, fundis, rebus creditis, vel vſuris, vinculis, & liberationibus à vinculis: Nam etſi aliquis Magiſtratus ſit qui ius revereri norit, multo tamẽ lõgo tempore aliquis aſſidens effecerit, & multa carmina occinens, & manus genuáque contrectans, & laudes pollicens, & maledicta minitans: Inde hic in medio ſedet iuxta Legem, qui verò hinc inde ſunt, non ſinunt Iudicem eſſe: nam quomodo Iudex eſſe poſſit qui hinc inde trahitur, ſic vt gratia Lege præualeat?* &c. Hactenùs Libanius: Ex quo & illud diſcimus, non ipſos tantum quorum intererat, hos aditus & introitus ſectatos, verùm etiam horum nomine alios mercede redemptos, veluti Curiales, Milites, Adſeſſores, Doctores, Profeſſores, Medicos (vtpote apud Rectorem ſeu Iudices ferme gratiâ præualentes:) quibus ex æquo hos introitus prohiberi vult. Et verò generali huius legis interdicto, & hi quoque comprehenſi: extra Medicos: *Ne quis*, inquit, &c. *ingredi familiariter affectet.* Eaque proinde Ampliatio ſuperioribus addenda venit.

Sequitur *Limitatio* huius legis & interdicti, nempe enim eiuſdem duntaxat prouinciæ prouincialis domo Iudicis Ordinarij pomeridiano tempore interdicitur. vbi *Iudex ordinarius* eſt, Rector Prouinciæ Clariſſimus, qui Præſes fermè: quod præter alias leges innumeras, probat quoque *lex vn. inf. ſi quacunque præd. pot. lex* 7. *inf. de honorar. codicillis*: & expreſſiſſimè definit Valentinianus III. *Nouella* 23. inter Theodoſianas, his verbis: *Ad has prouincias præter Ducem, vel Conſularem & Præſidem, qui vetuſtatis priuilegio Ordinariorum Iudicum nomen obtinent.* Ordinarias poteſtates vocat, & Caſtrenſibus opponit Am. Marcellinus *lib.* 21. *p.* 216. Eamque vocem Syneſius quoque retinuit *ep.* 143. περὶ τοῦ Κόμητος, inquit, ἐγεγράφεις, λέγω δὲ τοῦ τυχόντος ἀρχῆς τῶν στρατιωτῶν, &c. γράμματα πρός τε αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸν Ὀρδινάριον ἄρχοντα, id eſt. *De Comite ſcripſeras: cum autem intelligo qui militum præfecturam eſt ſortitus* [ac velut conficiendæ rei teſſeram à nobis petebas] *literas* nimirum, &c. *tam ad ipſum, quàm ad Ordinarium Magiſtratum.* De quo plura *in Gloſſ. Theod.* Illius igitur prouinciæ Rectores duntaxat prouinciales ſuos in ædes pomeridianis horis admittere vetiti: pari ratione, quâ multa alia iam olim Rectoribus prouinciarum interdicta cum prouincialibus ſuis, connubium, commercium, fœnebriſque pecunia, de quo alibi: nempe quod ab his dumtaxat periculum ſit ne corrumpantur donis, pollicitiſve, imò & minis. ¶ Illud quæri poſſit, num *huius l.* interdictum porrigi quoque poſſit, & verò olim porrectum fuerit ad alios Iudices quam Ordinarios: putà Spectabiles, veluti Proconſules, Comites, Vicarios: vel etiam Illuſtres Præfectos Prætorio: qui Diœceſibus, non ſingularibus prouinciis præerant? Certè Libanius Oratione 17. *ad Icarium*, Comitem Orientis, *p.* 459. id ipſum ei inculcat, quo loco etiam Interpres malè vertit δείλης ſub *crepuſculo*, loco, *meridiano tempore*.

Ex his iam de variis ad *hanc l.* erroribus patet. Primò quidem de Interpretatione alterâ *huic l.* ſubdita, quaſi Iudex cauſas AVDIRE meridianis horis prohibeatur: imò enim ADIRI is in totum prohibetur: ſeu *videri*, vt melius habet prima Interpretatio. Secundò cum *hac l.* perperam commiſcetur, quod & olim vlterior familiaritas quælibet Rectori prouinciæ cum omnibus prouincialibus Mandatis interdicta erat: iſtius enim interdicti ratio fuit ad tuendam Dignitatem, ne videlicet ex conuerſatione æquali contemptus dignitatis naſceretur, *l.* 19. *in f.* π. *de officio Præſidis.* Huius autem interdicti ratio ad Iudiciorum integritatem tuendam ſpectat. Tertiò, neque cum hoc interdicto confundendum eſt, etſi proximum, quod reus vel accuſator domum Iudicis ingredi vetiti per legem Iuliam iudiciariam, ſub ambitus pœna, *l.* 1. *in f.* π. *ad l. Iul. ambitus.* Quartò & illud, licet vicinum, cum hoc Interdicto perperàm miſcetur, quod Iudices poſt epulas, ſeu poſt meridiem ſpectaculis operam dare prohibiti: *l.* 2. *inf. de ſpectaculis.* Iſtud enim ad pacem & tranquillitatem publicam ſanciendam pertinet. Quintus error eſt & grauis Langlæi, qui his verbis *meridianis horis* in *l. vn. inf. tit. prox.* prandij tantum tempus intelligendum credidit: Eſt enim non minus illa lex quàm hæc generalior, vbi diſertè *Poſtmeridianis horis* dicitur, cum quo idem valet *meridianis horis*. Græci, & in his Libanius δείλης. Nam & ſextus error eſt eius, vt & aliorum, quicum altero interdicto miſceut, quo conuiuia cum prouincialibus, ita & litigatoribus interdici quoque voluit Libanius *vtraque Orat.* κατὰ τῶν εἰσιόντων, & κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι, & verò interdictum à complurimis Regum Frãciæ, & in his Philippi VI. edicto de quo prolixè Rupanus, *de Parlamentis Franciæ*, *lib.* 8. *c.* 41. Etſi eodem fine id prohibitum, quo εἴσοδοι, de quibus hîc agitur. Septimò & ab hâc ſpecie alienum, etſi propiùs, quod Codinus Curopalates *lib. de offic. Conſtantinop. c.* 5. ſcribit, manè tantum Imperatore procedente & equitante, tubarum ſigno facultatem datam adeundi Principis, atque ad eum querelas deferendi; at non etiam poſt epulas: κατὰ τὸ γεῦμα: ſed hâc iam ratione, ἵνα μή τις μεθύων ἀτάκτως καὶ προπετῶς προσέλθῃ τῷ βασιλεῖ.

¶ POTENTIVM *Procuratores à Rectore prouinciæ cohibendos.*

VII. * Impp.″ HONORIVS & Theodoſius A A. Theodoro PF.P.″

MODERATORES Prouinciæ″ curam gerere iubemus, ne quid Potentium Procuratores perperam illicitéve″ committant. Dat. VIII.″ Kalend. Decemb. Rauennæ, Baſſo & Philippo vv.cc.coss. [408.]

INTERPRETATIO. *Iudices Prouinciarum ſummam ſolicitudinem habere debent, ne Actores potentum aliquid circa inferiores perſonas illicitè iniuſtéque committant.*

## N O T Æ.

* L. *Moderatores* 11. *Cod. Iuſt. eod. tit.*
″ *Theodorus* PP. ſub Honorio, Italiæ ſcilicet: v. *Proſopogr.* & Zoſimum, *lib.* 5. *p.* 808. in anni 409. geſtis.
″ Malè additum in Cod. Iuſt. *Arcadij* nomen: iam enim is obierat, vid. *Chronicon noſtrum.*
″ *Prouinciarum.* C. Iuſt. verum hoc non mutandum, *Moderatores prouinciæ*, id eſt, cuiuſque prouinciæ.
″ *Iniuſtéve.* C. Iuſt. etſi alij habeant *illicitéve.* Interpres ad *hanc l.* vtrumque coniunxit.
″ VI. *Kal. Decemb.* C. Iuſt. IX. alij: alij VII.

## C O M M E N T A R I V S.

POTENTIORVM Procuratores ne quid perperam admittant circa inferiores perſonas, addit Interpres minus plenè, de quo mox: Rectores prouinciarum curam gerere iubentur *hac l.* Honorij Imp. Procuratores erant, qui poſſeſſionibus dominorum, eorúmque familiæ præerant, reditus colligebant, qui & aliàs *Actores*, (quomodo etiam Interpres *hîc* eos vocat: Defenſores *l.* 6. §. 2. *de offic. Proconſ.* quomodo & Defenſor domus Principis dicitur, *l.* 3. *inf. de actor. procur. rei pr.*) de quibus videndus quoque non vno loco Symmachus: ſunt & de his innumeræ leges *hoc Codice*, quas habes in Indice *huius Cod.* Huiuſmodi Actores, procuratores erant vt priuatorum, & in his potentiorum, veluti Senatorum, de quibus vid. etiam *l.* 5. *de Senatorib.* ita & domus Auguſtæ, ſeu rei priuatæ: vid. *tit.* 4. *lib.* 10. &c. Ad rem. Igitur quemadmodum potentioribus ipſis, eorúmque inſolentiæ, Rectores prouinciæ modum imponere debent, *l.* 2. *Cod. de offic. Rect. prouinc.* & vt loquitur *lex* 6. *inf. de pact.* ſub quodam potentiæ terrore infimos fatigari, ad Iudiciorum, id eſt Iudicum, ſpectat inuidiam: vel vt dicitur *l.* 6. §. 2. π. *de off. Præſidis*, ne potentiores, humiliores iniuriis afficiant, ad religionem Præſidis pertinet: denique, vt ait *lex* 9. §. 5. π. *de off. Proconſulis*, opprimi aliquem per alterius potentiam ad inuidiam eius, qui prouinciæ præeſt ſpectat: Ita quoque eorum Procuratores, qui itidem dominorum ſuorum potentiâ fiſi hoc æuo paſſim ceruices erigebant, quod ex variis huius Codicis conſtitutionibus diſcere eſt, & ex elegantiſſimâ Maioriani Nou. *de indulg. reliquorum* 4. compeſci à Rectoribus iubet ~~h. l.~~ ~~Honorius~~: Nẽpe hoc illud ſeculũ fuit, quo humiliores perſonæ & vt ait hîc Interpres, *inferiores*, à potẽtioribus maximè opprimi ſolitæ, quæ etiam haud poſtrema Imperij hoc ipſo tempore mox ruituri labes cauſaque extitit: de quo triginta fermè pòſt annis Saluiani querelæ extant. Quare & ipſis, & eorum procuratoribus modus ſubinde poſitus: & illis quidem inter alia ideò Negotiatione ab eodem Honorio interdictum conſtitutione ad eundem Teodorum PP. emiſſâ, putà *l.* 3. *Cod. de commerciis*, ratione expreſſa, *vt inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium*: Quæ lex, die & Conſule carens, paritate inſcriptionis, & argumenti ſimilitudine, huic haud improbabiliter coaſſanda videatur. Et quoniam ibi ſumus, in argumento inquam Negotiationis, ita quoque Negotiatores à potentioribus defendi, quò minus luſtralem collationem ſoluant, vetantur *l.* 15. *inf. de luſtrali collat.* ¶ Porrò quod Procuratores Potentiorum *perperàm illicitéve* multa hoc tempore commiſiſſe *hac l.* indicantur, id non tantùm priuatarũ inferiorumque perſonarũ reſpectu, quod Interpres hîc credidit, accipiendum eſt; verùm etiam publicæ rei, veluti rei tributariæ, aliorúmve ſimilium reſpectu: in quibus ſeſe contumaces præbebant. Hinc igitur armata Iudicum in hos Procuratores & Actores cenſura: de quo *v. & tit. de Iuriſdict.* ſiue aduerſus priuatos ſeſe erigerent: quod variis modis facere ſoliti, vel fines alienos vſurpando: V. Symmachum *lib.* 4. *ep.* 72. vel aliter tanquam ſoluti legibus viuendo: V. Sym. *lib.* 9. *ep.* 6. imò & tributa fiſco ſoluere detrectando.





# DE OFFICIO IVDICVM CIVILIVM.

## T I T V L V S V I I I.

### I. COD. IVST. XLV.

¶ I. *A* CONSESSV *Iudicum Honoratos litigatores arcendos.* 2. *ab eorundem* CONGRESSV, *pomeridianis horis, omnes litigatores.*

I. * Imppp. Arcadius, HONORIVS, & Theodoſius AAA. Curtio PF.P.″

HONORATI, qui lites″ habere noſcuntur, his horis″, quibus cauſarum″ merita″ vel facta″ panduntur″, reſidendi cum Iudice″ non habeant facultatem: Nec Meridianis horis″ à litigatoribus Iudices videantur.″ Quina″ itaque pondo auri, tam Iudici, quàm eius Officio″, & Honoratis parem multam adſcribendam eſſe cognoſcas″, ſi quis contra præceptum huiuſmodi venire tentauerit. Data III.″ Non. Feb. Romæ″ Baſſo, & Philippo vv.cc. coss. [408.]

INTERPRETATIO. *Honorati prouinciarum (id″ eſt, ex* Curiæ *corpore) ſi & ipſi in lite ſunt conſtituti, tempore quo cauſæ aliorum″ à Iudicibus ventilantur, cum Iudice non reſideant: & litigatores meridianis horis Iudicem non ſalutent.″ Si aliud præſumpſerint, multam ſuprascriptæ legis exoluant.*

## N O T Æ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. eod. tit.* hinc deſumpta eſt: retento videlicet primo tantum *huius l.* capite *de conſeſſu*: reſecatis cæteris.
″ *Curtius* PP. ſub Honorio. Eidem inſcribitur ſuperiore anno 407. *lex* 5. *de Decur. V. R.* & hoc ipſo Anno 408. *lex* 43. *inf. de hæreticis*: *l.* 19. *de paganis.* Anianei quidam Codices hîc pro *PP.* malè præferunt, *Conſ.*
″ *Litem.* Cod. Iuſt. iſtud meliùs, cùm de *Honoratis* in plurali agatur.
′ *Vel temporibus.* Additum Cod. Iuſt. quo nil opus erat: ſic & inf. *meridianis horis.*
″ Suarum ſcilicet.
″ *Merita cauſarum.* v. Gloſſ. Theod. & quæ noto ad *l.* 5. *inf. vnde vi.*
″ *Facta* hîc tuetur Cuiacius 16. *Obſ.* 9. διηγηματικῶς, arg. etiam *l.* 2. *Cod ſi per vim, vel alio modo*: quod etiam pluribus tuetur Cl. Salmaſius, *in Hiſt. Aug p.* 259. Alioquin certè fata cauſarum ambigua: *l.* 3. *C. de Aduoc. diu. Iud.* fata diſceptationis, *l.* 41 *inf. de appellat.* v. & Fornetium 6. *Quotid.* 9.
″ *Pandi* merita & facta cauſarum dicuntur *h. l.* & *l.* 5 *inf. vnde vi*, vbi dicam: & plura ſimilia in Gloſſ. Theod.
″ Rectore prouinciæ: Ciuili, vt in *Rubricâ.*
″ Vid. quæ notaui *ſup ad l.* 6. *de offic. Rect. prou.*
″ Male quidam *adeantur*: *videndi* vox hac in re propria: quâ vtitur hâc in eadem re Interpres. *ad l.* 6. *ſup. de off. Rector. prouinciæ*: vtitur & Spartianus Lampridius *in Alexandro Seuero.* & in *Maximinis.* Quam in rem multa Cl. Salmaſius *ibi*, *p.* 208. & *p.* 249. 251.
″ al. *quinquaginta*: al. *quinque.*
″ Ideſt, Officialibus.
″ Tu qui Præfectus Prætorio es, quíque Rectoribus prouinciarum præes.
″ IV. in Cuiac.
″ *Rauennæ* C. Iuſt. malè: rectè hîc, *Dat. Romæ*: ibi enim quoque Honorius A. D. 408. conſtitit, vt docet præterea *lex* 8. *de ſuariis*: & Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 805. 806. Et fortè etiam *lex* 43. *de hæreticis*, & *lex* 19. *de paganis*, quæ eidem Curtio PP. vt dixi inſcribuntur, ſi modò menſis ibi emendetur.
″ Ineptum hoc, & ex vſu æui ſui Interpres.
″ Et hoc erroneum.
′ *Videant* in textu, & ad *l.* 6 *ſup. de off. Rector. prou.* Videre, eſt ſalutare: Quanquam non nuda ſalutatio, verùm εἴσοδος & προσεδρεία vetantur.

## C O M M E N T A R I V S.

IVDICIORVM, IVDICVMQVE per prouincias hinc Reuerentiam, inde Integritatem à litigantium, quà contemptu, quà corruptelis vindicat hâc conſtitutione Honorius Imp. interdicto, ad priorem ſcilicet finẽ, Honoratis conſidendi iure eo tempore cum Rectore ſeu Iudice, pariter vt aliis litigatorib. ad poſteriorem verò finem, interdicto pariter Litigatoribus Iudicum congreſſu, ſeu domos eorum ingrediendi meridianis horis, cumque his συνουσίας, & προσεδρίας facultate. ¶ HONORATI, quorum mentio fit *hac l.* & *l.* 2. 3. *inf. ne quid publ. lætitiæ*: *l.* 1. *inf. de honorariis codicillis*: *l.* 9. *de priuil. eor. qui in S. pal. l.* 20. *inf. de tyronib. l. quiſquis.* 6. §. 1. *Cod. de poſtulando*: Nouellâ Theodoſij 48. *de Honoratis, & quis in gradu præferatur*: & apud Ambroſium *lib.* 2. *off. c.* 29. & *lib.* 3. *c.* 7. & *ep.* 33. *p.* 155. *de obit. Valent. p.* 7. (qui quidem etiam, non per prouincias tantùm, verùm & in vrbe Româ erant: *v. tit. inf. de honorat. vehiculis*:) non erant ex Curiæ corpore, vt hîc Interpres putauit, de

quo poſteà, verùm qui adminiſtratione defuncti, vt dicitur *l.2. inf. de Medicis & Profeſſoribus*, emerito iam honore pollebant, *l.1.* iunctâ *l.2. & 3. inf. ne quid publ. læt. l.1. de militari veſte*: quos Emeritos honor à plebe ſecernit. *l.13. inf. de Legatis.* Idque non ciuilium tantum, ſed & militarium dignitatum, vt expreſsè dicitur *l. vn. inf. de honoratorum vehiculis.* Quibus & per prouincias Curiales, ſeu Decuriones, gradus honore, & in conlationibus honeſtate functionis finitimi erant, *d. l.1. ne quid publ. læt.* Vnde ſæpè iungi videas *Honoratos & Decuriones* ſeu Curiales: & in Veteribus Inſcriptionibus, & *l.6. inf. ad leg. Iul. repetund.* & *l.43. inf. de Epiſcopis*: ſeu Honoratos & in vrbibus ſuis eminentes, *d. l.3. ne quid publ. læt.* vt hâc fortè de cauſa Interpres *ad hanc leg.* eos ex Curiæ corpore fecerit: Et quidem Honorati & Principales iunguntur: *l.1. inf. de militari veſte*: *l.4. inf. de ſuſceptoribus.* vt apud Am. Marcellinum *lib. 14. p.17.* Honorati & Primates: Honorati & Locupletiores apud Ambroſ. *lib.3. c.7.* Imò & cum Senatoribus iidem iunguntur: *l.1. inf. quib. equorum vſus.* Sociantur denique & cum Poſſeſſoribus ſeu prouincialibus, *l.5. de indulg. debitor. l.21. de pœnis*, in *Nouella* Valentiniani inter Theodoſianas 24. Prouinciales ſcilicet ex his quatuor ordinibus ferme conſtabant, Honoratis, Decurionibus, Poſſeſſoribus, & Colonis. quod docet *d. lex 6. inf. ad l. Iul. repetundarum*: v. & Caſſiodorum 2. *var.* 17. 3. *var.* 49. 4. *var.* 8. 8. *var.* 29. Græcis ἀξιωματικοί. v. Gloſſarium Meurſij: Item οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγονημένοι, οἱ ἄρξαντες, οἱ ἐπ᾽ ἀξίας: ἐπὶ τῶν ἀρχῶν (qui & πολιτευομένοις coniunguntur & opponuntur) apud Libanium *Oratione ad Theodoſium de ſeditione*: *in laudem Ellebichi p.530.* & *ep.187. ad Modeſtum PP.* Gregorium Nazianzenum *in 1.* στηλιτευτικῷ. Quod rectè notauit Valeſius ad Marcellinum *p.14.* Iidem *Primates* vocantur *leg.12. inf. de Legatis*, ſeu *qui Primatum honoranturinſignibus*: quo etiã numero fuere Præfectorũ, aliqui, qui Præfecturâ Prætorianâ functi erant: *d. l.12.* Horum Honoratorum alij Officiis ac miniſteriis perfuncti merito ſtipendiorum conſecuti fuerant dignitates, *l.1. de militari veſte*, & *l.4. inf. de ſuſceptorib.* ſeu iuſta his priuilegia ſuffragabantur: *l.15. inf. de Tyronibus.* Denique militiæ prærogatiuâ ad honorem peruenerant: *l.18. eod. tit.* poſt probatos labores: veluti in Palatio, *l. vn. de Comitibus vacantib.* vbi *Honorabiles* vocantur. Item, poſt adminiſtratam prouinciam Honoratorum auctoritate fulciebantur: *l.9. de priuil. eor. qui in ſacro palatio*: dicuntur & in Notis Probi *Honoribus vſi*, & à plebe diſtincti, PLEBS VRB. ET HON. V. ideſt *plebs vrbana, & honoribus vſi*: vbi tamen interpreter ego potius *Honorabiles Viros*, vel *Honoratos Viros.* Deque his Honoratis accipiendus quoque Lampridius in Alexandro Seuero *p.127.* *Diuitiis nullius inuidit, pauperes iuuit*, HONORATOS *quos pauperes verè non per luxuriam, aut ſimulationem vidit, ſemper multis commodis auxit, agris, ſeruis, animalibus, gregibus, ferramentis ruſticis.* Nempe Alexander Seuerus honoribus functos, qui pauperes honoribus digrederentur, qui inculpatè honores geſſiſſent, opibus iuuit. De iiſdem accipiendus eſt & alter eiuſdem Lampridij locus, in eadem vitâ *p.123.* *Quùm*, inquit, *quidam ex* HONORATIS *vitæ ſordidæ, & aliquando furtorum reus per ambitionem nimiam ad Militiam adſpiraſſet, ideircò quod per Reges amicos ambierat admiſſus, ſtatim in furto præſentibus patronis detectus eſt*, &c. Nempe hoc vult Lampridius, quendam olim, cùm militiam quandam ſeu honorem gereret, repetundarum reum factum, mox honore defunctum ſeu Honoratum per ambitum ad militiam ſeu officium rurſum adſpiraſſe. Atque ita obiter locus ille interpretandus eſt, lectióque eius defendenda aduerſus Caſaubonum, qui ibi *inhonoratis* legebat. Horum ipſorum Honoratorum mentio quoque apud Ammianum Marcellinum *lib.14. p.2.* *Hi peragranter & diſſimulanter Honoratorum circulis adſiſtẽdo.* & p.10. *Si quis enim Militariũ, vel* HONORATORVM *nobilis inter ſuos rumore tenus eſſet inſimulatus, fouiſſe partes hoſtiles* (Magnentij). vbi *militares* ſunt ſignatè Tribuni, Duces, Comites rei militaris, & Magiſtri militum: quomodo & mox eadem vox effertur *p.10.* collata cum *p.11.* quanquam & Veterani milites, militiâ functi, militares dicti, quo ſenſu *militarium* vox effertur *l.18. & 32. inf. de Decurionibus.* Honorati verò dignitate functi. Idem *lib.14. p.17.* *Nec* HONORATIS *parcens, nec vrbium Primatibus, nec Plebeis.* Et lib.22. p.238. *Quo adorare adeſſeque officio inter Honoratos prohibito.* Idem lib.29. p.412. *virum præſtabili ſcientia Literarum abundéque* HONORATVM: *Aſiam quippè paulò antè rexerat pro-Præfectis.* De iiſdem Honoratis eſt hic Sidonij locus *lib. 1. ep. 11.* vbi de Pœonio. *Solus inuentus eſt qui ad Gallias adminiſtrandas, faſcibus prius quam Codicillis auſus accingi, menſibus multis Tribunal Illuſtrium Poteſtatum Spectabilis Præfectus aſcẽderet: anno peracto militiæ extremæ terminum circa vix* HONORATVS, *Numerariorum more, ſeu potius Aduocatorum, quorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Igitur iſte ſic* PRÆFECTORIVS, *ſic Senator, &c.* Et hæc de primo Honoratorum genere. Alij verò Honorati erant, & dicebantur, qui honorarios, & imaginarios tantum codicillos, ſiue adminiſtrationes conſecuti fuerant: de quibus *inf. lib.6. tit. de honorariis codicillis*, & *Nouella* Valentiniani, inter Theodoſianas, 48. *de Honoratis*: ſeu qui legitimas dignitates beneficiis conſecuti fuerant: *d. l.15. de Tyronibus.* ¶ Vtrique porrò Honoratorum generi quædam pro rerum neceſſitate iniungebantur: de prioribus eſt *lex 2. de Medicis & Profeſſorib.* De poſterioribus plures aliæ: quibus ſanè nominatim Tyronũ ſeu Iuniorum præſtatio pro rerum neceſſitate iniungebatur: *l.2. de Decurionib. & ſilent. l.13. de Agentib. in reb. l.7. 15. 18. 20. de tyronibus*, vt & equorum, *d. l.2. & l. 3. de proximis*: Publica etiam munera his iniungebantur, *d. l.20. de tyronib.* veluti ſuſceptio veſtium, *d. l.1. de militari veſte, & l.4. de ſuſceptoribus.* Item ab his vt & à Curialibus conlationes quædam factæ: *l.1. 2. 3. ne quid publ. lætit.* Viciſſim Honoratis complurima *Priuilegia* competebant: nam & dignitatis ſuæ vehiculis ſemper intra vrbẽ vti poterãt, *l. vn. inf. de honorat. vehiculis.* Itẽ Senatũ alioſque huiuſmodi Cõuẽtus frequẽtabant, *l. vn. de Comitib. ordinis primi*: v. & *l.1. inf. de Præf. prætor.* Cõtrà pariter vt Curiales, à quibuſdam muneribus arcebantur, veluti à parabolanorum ſollicitudine Alexandriæ, *l.43. de Epiſcopis.* Denique, vt ad legem noſtrã deueniamus, Honoratis iſtis in prouinciis *conſidendi* cum Iudicibus, ſeu Rectoribus prouinciarum in Secretario, cùm de cauſis coguoſceretur, ius erat: *hac l. & l. vlt. Cod. Iuſt. de officio diuerſ. Iudicum*: & *l.1. inf. de Præfectis Prætorio*: aliiſque nonnullis legibus, de quo honore adhuc ad *l.5. & 7. inf. de proximis*, quæ non ſunt de his Honoratis, verùm de ſimili Scriniariorum priuilegio, conſidendi inquam Honoratis cum Rectore prouinciæ ius erat, non ideò tamen iudicandi, quod perperàm credidit Ranchinus, *3. variarum*, 16. nudus enim his conſeſſus honor & ſocietas erat, vt probat quoque *lex 6. §. vlt. Cod. de poſtulando*: *Droict de ſeance par honneur.* Quomodo & Præfectoriis viris, ideſt Præfecturâ functis ius ſedendi erat in Senatu: de quo fidem facit quoque Sidonius Apoll. *lib.1. ep.7.* præter *d. l. vn. inf. de Comitib. ordinis primi.* Et hâc tamen adhuc lege excipiuntur, (quod primum *huius l.* caput eſt) Honorati qui ipſi lites habebant: eo quippe tempore, iis horis, quibus ipſorummet (non aliorum, vt perperàm hic Interpres) cauſæ in Secretario tractabantur, agitabantur, conſidendi cum Iudice facultas iis denegata erat, pariter vt cæteris litigatoribus. Quarè & hâc etiam de cauſa Sidonius Apollinaris, Aruandum PP. Galliarum reum læſæ Maieſtatis impudentiæ notat, quod cùm Præfectoriis ius ſedendi oblatum in Senatu Romæ fuiſſet, ipſe ſe concito greſſu mediis prope Iudicum ſinubus ingeſſiſſet, *lib.1. epiſtola 7.* Et Zeno tamen poſteà Honoratis, qui adminiſtrationibus reuerà functi fuiſſent, reis factis, poteſtatẽ fecit ſedendi in aliquâ Secretàrij parte, quæ tamen Iudicibus inferior, altercantibus verò ſuperior eſſet: cœteris, qui honorariis tantum codicillis decorati eſſent, eâ ſedendi facultate denegatâ: *l. vlt. Cod. vbi Senatores, vel Clariſſimi.* Sanè & in Parlamentis Franciæ id obſeruatur, vt cùm Honoratorum, quibus ius eſt in iis ſedendi, etiam Principum, cauſa agitur, quiſquis is ſit, etiam Princeps, de ſummo in ima tranſeat ſubſellia, támque diu in his ſit, dùm de cauſa pronuncietur: de quo v. Rupanum *de Parlamentis*: & D. Le Preſtre *aux Arreſts de la 5. des Enqueſtes: p.73.* Cœteris igitur litigatoribus Honorati hâc parte exæquantur; pariter vt Honorati cauſidici ſeu cauſam alienam orantes, ius ſedendi non habebant, ex Valentiniani conſtitutione *l.6. de poſtulando, in f.* cuius pars eſt *lex 2. inf. de poſtulãdo*: Et hæc de prima ſententia *huius leg.* vbi iam apparet, quàm male Interpretes nonnulli hanc *Honoratorum* vocem, & ſententiam de Aduocatis accipiunt, in eámque quæſtionem ſe ſe diffundunt, an Aduocati ſtantes, vel ſedentes orare debeant? Malè etiam Panciroli qui *1. var. 32.* Honoratos interpretatur Iudices, qui intermiſſo patrocinandi munere ob geſtum Magiſtratum, ad priſtinum officium volunt reuerti.

Secundo *huius leg.* capite, litigantes, Iudices ſeu Rectores prouinciarum meridianis horis videre, domóſque eorum ingredi vetantur: de quo pleniſſimè iam ſemel ad *l.6. ſup. tit. prox.* vbi dicta huc arceſſi debent. Et hic verò tandem ſenſus eſt huius conſtitutionis, quam & Tribonianus altero capite mutilam exhibuit, & aliò ſæpè allegari perperam videmus.

# DE OFFICIO IVDICVM MILITARIVM.

## TITVLVS IX.

I COD. IVST. XLVI.

¶ TVITIONEM *vel* EXECVTIONEM *militarem priuatorum negotiis non tribuendam.*

1.* Imppp. THEODOSIVS, Arcadius, & Honorius AAA. Comitibus", & Magiſtris" vtriuſque" militiæ.

NVNQVAM omninò negotiis" priuatorum", vel tuitio militaris, vel executio" tribuatur". Dat. pridie" Idus Febr. Conſtantinopoli, Theodoſio A. III. & Abundantio V. C. COSS. [393.]

INTERPRETATIO. *Nec Comes, nec Miles, nec Magiſter in ciuilibus cauſis inter negotia priuatorum exactor, nec executor eſſe præſumat.*

ALITER. *Nulli penitus in ciuilibus cauſis, militaris vel tuitio, vel exſecutio deputetur.*

## NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. eod. tit.*
" *Comitis* dignitas addita Magiſtris militum. v. Notitiam.
" Veluti Abundantio, Stilichoni, aliiſque: quos quinque & eo plures in Imperij ſui parte Theodoſius M. inſtituerat, Zoſimus teſtis, qui & de eo conqueritur *lib.4. p.754.* v. & Notitiam Imperij, quæ ſub Theodoſio Iun. nepote eius conſcripta, circa A. D. 427. vt ipſe ſupputo.
" Peditum, vel Equitum. Hæc *vtraque militia* dicitur.
" *In negotiis.* C. Iuſt. quo nil opus erat.
" *Priuatorum*; de huius vocis ſignificatu mox dicam.
* *Interceſſio* dicitur *in l.1. inf. de lucris officiorum.* v quæ noto *ad l.1. inf. de pignoribus.*
" Al. *id.*

## COMMENTARIVS.

TVITIONEM, vel Executionem militarem Comites Ducéſque rei militaris imò & Magiſtri militum vtriuſque militiæ (ſiue Peditum, ſiue Equitum) quibus hæc lex inſcribitur, priuatorum negotiis quibuſcumque tribuere, præbere, *hâc l.* prohibetur à Theodoſio M. A. D. 393. quod etiã Interpres non malè vidit, adſcitâ in cõſilium Legis inſcriptione, vbi de tribus videndum eſt; De Tuitione, & Executione militari: De Priuatorum negotiorum appellatione: Tandem quis huius *legis* ſenſus

ſus ſit. *Tuitio* eſt, legitimum præſidium, quod iuſtè timentibus à potentiorum violentiis, & impreſſionibus, officio Iudicis dabatur, ſecuritas, *ἀσφάλεια*; vndè & Tuitionis præſidium *l.6. inf. de nauiculariis*: *Sauuegarde*: de cuiuſmodi Tuitionibus Caſſiodorus multa *lib.2.ep.29.3.ep.27.4.ep.27. in f.15. ep.37.& 39. lib.7. ep.39.* quæ à Principe, Iudicéve priuatis, Eccleſiis, Iudæis, aliiſque ſubinde concedebantur, qui & formulam eius proponit, *d. lib. 7. ep.39.* de quâ etiam *ad d.l.36. Executio militaris* Tuitioni proxima eſt quam Iudex ipſe Ciuilis extra ordinem implorabat, cùm Ciuile Officiũ aduerſus vim quorundam præualitarum non videbatur: *h.l.& l.31.inf.de Epiſcopis*, vbi ea graphicè deſcribitur, *& l.vlt.Cod. de his qui Latrones*: *l.1.Cod.de Off.Præf. Auguſt.* quæ & militare, ſeu militum auxilium dicitur, *d.l.1. C. de Off. Præf. Auguſtalis, & d.l.vlt.* armatæ apparitionis præſidium, *d.l.31.* Deque eadem re eſt *lex 8. Cod.de offic. Rector. prou.* Cum hac verò militari executione non eſt confundenda Manus militaris, etſi ad eundem finem comparata, quod tamen hactenus fit; cuius mentio ſit in Digeſtis: cui locus fuit cùm reſtituere iuſſus quis Iudici non pareret: *l.68. π.de rei vindicat.* Item ad inducendum aliquem in poſſeſſionem, vel ad eiiciendum aliquem à poſſeſſione, *l.1.§.2.π.ſi ventris nomine*: Illis locis quippe manus militaris, vel miniſtrorum, eſt ipſius Iudicis ciuilis armata cohors. Eodemque ſenſu militaris interceſſio dicitur, *l. 1. inf. de lucris officiorum.* Hæc verò, quâ de nunc agimus, & de quâ inſuper *trib. illis legib.* agitur, eſt extraordinaria alterius Iudicis armati ſeu militaris, non ſufficiente Ciuili, tuitio, vel executio, *Confortemain.* Secundo loco *hâc l.* videndum, quid per *priuatorum negotia* exaudiẽdum ſit: eſt enim *priuatorum* appellatio ambigua. Priuati modò omnes, Imperatoribus oppoſiti, quantauis etiam dignitate præditi: vt *l.1.de expenſis ludorum: l.3 de metatis, l.5.de operib.publ. l.54.de curſu publico.* Modò priuati, poſitis in dignitate opponuntur; vt *l.4.de curſu publ.* ſicut & apud Libanium ἰδιῶται *fine orationis* κατὰ τῶν εἰσιόντων, Chryſoſtomus πρὸς τὸν Θεόδωρον ἐκπεσόντα, *p.57.* καὶ ὁ χθὲς ἄρχων, σήμερον ἰδιώτης. Modò priuati militibus oppoſiti, qui aliàs pagani, vel etiam πολῖται vt in *leg.quiſquis, ad leg.Corn.de ſicariis, l.2.de falſa monetâ*: *l.5.de teſtamentis*: *l.3.de immunitate conceſſa*: *l.1. de terris limit. l.5.de teſtam. l.21.de pœnis.* quo ſenſu & Lamprid. *Alexand.Seuero p.134.* in Agnetis paſſione: Quomodo & Græci ἰδιώτην & στρατιώτην opponunt: Iulianus *Orat. ad S.P.Q. Ath.p.519.* Syneſium *ep.143.* Chryſoſtomum non vno loco, inter alia, *homilia 61.in Matth.* De quo plura dixi in Diſcurſu hiſtorico *ad d.l.quiſquis*, Et hoc ſenſu Interpres *ad hanc l.* priuatorum negotia per ciuiles cauſas explicaſſe videtur: nam & ita ciuilis pars militari opponitur. *l.vn. qui à prebitione tyronum*: Negotium ciuile Am. Marcellino *lib.21.p.216.* Et Symmachus *lib.9. ep.102.* Vegetius *lib.1.ca.5.* Tunc plures militiam ſequebantur armatam: necdum enim ciuilis, pars florentiorem abduxerat iuuentutem. Sidonius Apolinaris Panegyrico Maioriani.

*Qui cùm ciuilis diſpenſet partis habenas*
*Suſtinet armati curas.*

Et hoc verò ſenſu *priuatorum negotia* accipienda hîc ſunt: imò & oppoſitè quoque ad *publica*: & ſic καὶ ἀντιδιαστολὴν cauſarum, & negotiorum publicorum. Vetat ſcilicet *hac leg.* Theodoſius M. tuitionem, vel executionem militarem à Comitibus, Tribunis, Magiſtris militum præberi, vbi priuatorum negotium geritur in lite priuatâ, vt loquitur *lex 10. inf. de palat. S. L.* in re haud abſimili: ſuo quippe Marte ea decurrere debent, iiſque Iudicum ordinariorum apparitio ſufficit: alioquin ſi militaris hic admitteretur, omnia ſuſque-deque facilè ferrentur. In publicis igitur tantum negotiis tuitionem, vel executionem militarem admittit *hac lege* Theodoſius: Quod & aliæ leges comprobant, in quibus de negotiis tantum publicis, præbendaque in his tuitione, vel executione militari agitur: veluti ad defendendos ab iniuriâ Nauicularios, qui annonæ publicæ ſubuehendæ ſeruiebant: *l.36. de nauiculariis*, quæ proinde cum *hac l.* neutiquam pugnat, quod hactenus viſum. Item ſi latrones in poſſeſſionibus degentes ſeu latitantes erui oporteat: *d. l. vlt. Cod. de his qui latrones*: Ad ſolutionem item tributorum, *l.1. Cod. de officio Præf. Auguſtalis*, quæ & ipſa eſt Theodoſij M. Ad Eccleſiarum ſecuritatem, in ſpecie *d. l.31. inf. de Epiſcopis*: cuius hæc ſunt verba. *Quod ſi multitudo violenta ciuilis apparitionis executione & adminiculo ordinum poſſeſſorúmve non potuerit præſentari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur, Iudices Africani armatæ apparitionis præſidium datis ad Virum Spectabilem Com. Africæ literis, prælato legis iſtius tenore depoſcant, vt Rei talium criminum non euadant.*

Et ita quidem hæc lex accipienda eſt, intráque terminos ſuos coërcenda: Etidem Theodoſius tamen antea anno 386. abſolutè vetuerat *l.8. Cod. de off. Rector.prou.* militem, interceſſorem, id eſt executorem à Iudicibus prouinciarum, cuiuſcumque litigatoris petitione, in quolibet ſiue priuato ſiue publico negotio tribui. Nam quod de Iuriſdictione militarium Iudicum in ciuilibus negotiis prohibita dicitur *l.2. & 9. inf. de Iuriſdict.* vt & quod de prohibitâ in priuatos, id eſt non militantes Iuriſdictione, definitur *d. l.9. & l.1. Cod. Iuſt. de off. Magiſtri mil. l.2. Cod. de off. milit. Iudicum*: ea ad *hanc leg.* propriè non pertinent. Vtroque fortè ſenſu Am. Marcellinus, *lib.21.p.216.* dixerit, Conſtantium *non permiſiſſe Magiſtro Equitum ciuile negotium contingi*: Theodoſiano ſæculo tacitè id exprobrans.

DE



# DE OFFICIO IVDICVM OMNIVM.

## TITVLVS X.

1. COD. IVST. XLVIII. *De officio diuerſorum Iudicum.*

### ¶ MATREMFAMILIAS *domo ſuâ non extrahendam.*

1. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Domitium Celſum″ Vicarium″.

NEMO Iudex, Officialem″ ad eam domum, in qua Materfamilias agit″, cum aliquo Præcepto″ exiſtimet eſſe mittendum, vt eandem in publicum protrahat: cùm certum″ ſit, debita″ eius quæ intra domum″, conſiderato ſexu, ſemet contineat, domus eius, vel cuiuſcunque rei habitâ diſtractione, publicis neceſſitatibus″ poſſe ſeruari.″ Quòd ſi quis in publicum matrem-familias poſthac crediderit protrahendam, inter maximos reos, citra vllam indulgentiam, capitali pœnâ, vel exquiſitis″ potius exitiis″, ſuppliciiſque, plectatur. Dat. 11″. Id. Ianuar. Treueris, Sabino, & Rufino coss. [316.]

INTERPRETATIO. *Nullus Iudicum matronam in domo ſua reſidentem, per quemcunque Apparitorem ad publicum æſtimet protrahendam: ſed circa eam, pro ſexus reuerentia, conuentio honeſta ſeruetur: cum ſi quid eam debere conſtiterit, conſtrictis eius auctoribus poſſit exolui. Nam ſi quis contra fecerit, ſummo ſupplicio ſe afficiendum eſſe cognoſcat.*

### NOTÆ.

* Lex 1. *Cod.Iuſt.eod tit.de Officio diuerſorum Iudicum.*
″ Malè *in Til.ad Domitium, vel Celſum* VV. CC. Quaſi ad duos *hac lex* emiſſa ſit. *Domitio* huic *Celſo* inſcribitur Anno ſuperiore 315. *lex 1. ad l. Fabiam de Plagiariis*, vbi nominatim Vicarius Africæ vocatur. Ad eundem Domitium Celſum Vicarium Africæ extat Conſtantini M. epiſtola aduerſus Donatiſtas: vt & altera ad eundem, Petronij PP. quas à P.Pithœo elatas refert Baronius *Anno* 314. *num.66.& num.70.*
″ Ad *Vicarium* cura rei tributariæ reſpiciebat: *v.l.vn.ſup.de Off Vicarij.*
″ *Aliquem* addit Cod.Iuſt. quo nil opus erat. ″ *Degit*, Cod.Iuſt.
″ *Præceptum*, Iudicis ſcil. ″ Id eſt, cùm omninò poſſint. Eadem formula *in l.19.π.de in ius voc.*
″ *Debita*, publica ſcil. id eſt, *Tributa*, mox vt oſtendam: dixi iam ad *l.6. ſup.de diuerſ.reſcriptis.*
″ *Neceſſitates* publicæ, ſunt debita ſeu tributa publica.
″ Id eſt, exigi, haberi.
″ Ita, *vel exquiſitis potius exitiis ſuppliciiſque*, recidit Tribonianus.
″ 1111. *Id. Aug.* Cod.Iuſt.malè.

### COMMENTARIVS.

MATREM FAMILIAS, ideſt honeſtam fœminam, domo extrahi, etiam ob publicum debitum, Iudicis præcepto; vetat *hâc l.* Conſtantinus M. A.D. 316. idque per Africam: propoſitâ grauiſſimâ pœnâ: de quâ mox: de ipſa enim primùm prohibitione: & vt rem à fonte arceſſam: Iure equidem Attico, reus, cùm latitabat, de domo in ius vocari extrahique poterat: verùm apud Romanos, vt maximè is qui domi erat in ius vocari poſſet, de domo tamen extrahi non potuit: *l.18.19.20.21. π. de in ius vocando*: *l. nemo, π. de regulis iuris.* Id ius cùm poſteà abrogatum fuiſſet, vel ſaltem ei derogatum, nihilominus Matribus-familias ſeu Matronis (quâ voce vtitur Interpres) antiquum ius ſeruauit Conſtantinus M. *hâc l.* verecundiſſimus Principum, ob matronalem videl. verecundiam, *quæ intra domum conſiderato ſexu ſemet contineat*, vt ipſemet ait. Matronarum, inquam, maieſtati, vt loquitur Afranius *in Suſpecta*, apud Nonium Marcellum *in voce, Sanctitudo*, & Liuius *lib.34.* ſeu, vt Græci loquuntur, matronali verecundiæ τῇ αἰδῷ. Nam & cœteroquin Pudor, verecundia fœminarum intra domum *conſiderato ſexu* ſemet continere debet: vt *hac l.* dicitur: neque in publico conſpici: quomodo Iuſtinianus non ineleganter *l.6. Cod. de receptis arbitris*, mulieres *ſuæ pudicitiæ memores*, & operum quæ eis natura permiſit, & à quibus eas iuſſit abſtinere, ab omni iudiciali agmine ſeparari voluit. Imò idem Conſtantinus fœminas *in contumeliam matronalis pudoris* irreuerenter irruere, & conuentibus virorum vel iudiciis intereſſe noluit, *l. maritus 21. Cod. de procuratoribus*, quæ pariter vt hæc noſtra ad Africam pertinet: Eademque ratio eſt cur viduæ incuriæ & negligentiæ gratia fiat in *ſp. l.4. inf. de falſa moneta*, quæ & ipſa Conſtantinum auctorem habet. Quare & tributum iam iſtud olim matronali verecundiæ, ne in ius vocanti matronam, corpus eius attingere liceret, vt inuiolata manus alienæ ſtolæ tactu relinqueretur, vt Valerius Maximus ſcribit, *lib.17.c.1.§.5.* vt domus ſua cuique ſacra eſt, ita matronæ ſtola: quomodo & virgini prætexta. De domo igitur ſuâ materfamiliâs ſeu matrona extrahi *hâc l.* prohibetur, eâ quoque ratione, quæ hîc redditur: Cui reſpondet

ſpondet omninò illa in *l.19. ff. de in ius vocando*: *ſatiſque pœnæ ſubire eum ſi non defendatur & latitet*, CERTVM EST *quod mittitur aduerſarius in poſſeſſionem bonorum eius*. ¶ Porrò id ſingulare eſt, quodque hic ampliationis vicem obtinet, quod *huius l.* ſpecies ad publica debita propriè pertineat: atque adeò id ſtatuatur, ne ob publica quidem debita Iudicis præcepto matremfamiliâs domo extrahi oportere: Id enim oſtendit, non tantùm vox *debita*, ibi, *cùm certum ſit, debita eius*: quæ vox ad publica debita quoque & ſignatè ſæpè pertinet; de quo fusè ſemel, *ad l.6. ſup. de diuerſis reſcriptis*. verùm illa expreſſiſſimè, *Publicis neceſſitatibus*: quod Gloſſa etiam agnouit. Quare erroneum iam eſt quod Baronius *Annalium Eccleſiaſticorum tomo 3. anno 316. num.71.* notat, huic Legi occaſionem dediſſe Tyrannorum & Iudicum libidinem in Chriſtianas potiſſimum fœminas furentium, eaſque paſſim magnâ contumeliâ è domorum penetralibus per Apparitores ad ſæua Iudicum tribunalia trahentium. Primùm enim huic legi occaſionem dedit, non Chriſtianæ religionis fauor vel reſpectus, verùm in vniuerſum matronarum quarumcunque verecundia. Secundò, non Tyrannorum libido huic legi occaſionem dedit, verùm ſumma dubitandi ratio in ſpecie propoſitâ, à tributorum inquam ſeu debitorum publicorum fauore, qui id ſuadere videbatur, vt tùm ſaltem materfamiliâs domo extrahi poſſet. Tertiò, neque etiam Tyranni ampliùs vlli ab hinc quadriennio in Africâ erant, ad quam hæc lex pertinet: Quapropter nihil ea ad Eccleſiaſticos Annales facit, niſi quatenus eâ matronalis reuerentia etiam Gentilium ſancitur, cuius præcipua cura eſſe debet ex præſcripto religionis Chriſtianæ. Sanè & ita Iuſtinianus matronam ex causâ debiti ſeu tributi carcerem pati, ſeu cuſtodiæ tradi vetuit, *Nouella* 134. quod tamen hodie non vſquequaque obtinet: v. de eo Robertum *rerum Iudicatarum 6.* Neque tamen hæc lex noſtra, quod vulgò credunt Interpretes, ad incarcerationem pertinet, id eſt non vetat matremfamilias incarcerari, ſed tantum domo extrahi.

Duo ſuperſunt ad *hanc leg.* diſcutienda, Quid ſibi primùm velit Interpres his verbis: *cùm ſi quid eam debere conſtiterit, conſtrictis eius auctoribus poſſit exolui*: ad explicationem videl. eorum, *cùm certum ſit, debita eius, &c. domus eius, vel cuiuſcunque rei habitâ diſtractione, publicis neceſſitatibus poſſe ſeruari*. Fuit tempus, cùm crederem hîc reſtituendum, *diſtractis eius auctione rebus*. Verùm nil opus: Interpretis quippè verba ex ſæculi eius vſu accipienda ſunt, quo ſcilicet ſi mulier conueniretur, per virum ſuum, aut per quam voluiſſet perſonam reſpondere poterat, remque tranſigere: Atque hi illi ſunt *Auctores* mulieris. Quod ius etiam probauit Iuſtinianus *Nouella* 134. *c.9.*

Alterum eſt, Pœnæ acerbitas, quam Conſtantinus M. minitatur Iudici matremfamilias è domo ſua extrahenti: *Inter maximos*, inquit, *reos citra vllam indulgentiam capitali pœna, vel exquiſitis potiùs exitiis ſuppliciiſque plectatur*. Quibus poſtremis verbis, Conſtantinus *ignis ſupplicium* comminari videtur. Tribonianus verò de crucis ſupplicio accepit: quâ causâ ea repudiauit: & in totum quantopere facinus iſtud auerſatus ſit Conſtantinus, quatuor rebus oſtendit: 1. Inter *maximos* ſcil. *reos*, id facientem habendum ait: 2. & *Capitali pœna* plectendum: 3. imò *exquiſitis exitiis ſuppliciiſque*: 4. Tandem *indulgentiæ* omnis ſpem præcidit. Fuit hoc ſcil. & aliàs Conſtantini ingenium, vt pœnarum acerbitatem intenderet, vt aliis exemplis *hoc Codice* palàm fiet.

## ¶ *De* EVOCATIONIBVS *cauſarum, & perſonarum, è foro ordinario, ad Principem.*

### 11. * Idem A. Andronico."

1. SI contra pupillos, viduas", vel morbo" fatigatos, & debiles, impetratum fuerit Lenitatis noſtræ Iudicium", memorati à nullo noſtrorum Iudicum cõpellantur Comitatui" Noſtro ſui copiam facere: Quinimo intra prouinciam, in quâ litigator, & teſtes vel inſtrumenta ſunt, experiantur iurgandi" fortunam": atque omni" cautelâ ſeruetur, ne terminos" prouinciarum ſuarum cogantur excedere. 2. ¶ Quòd ſi pupilli, vel viduæ, aliíque fortunæ iniuriâ" miſerabiles, Iudicium noſtræ Serenitatis orauerint, præſertim" cum alicuius potentiam perhorreſcant", cogantur eorum aduerſarij Examini Noſtro ſui copiam facere. Dat. xv. Kal. Iul." Conſtantinopoli, Optato & Paulino coss. [334.]

INTERPRETATIO. *Quicunque aduersùm pupillos, viduas, & ægrotos", noſtra præcepta meruerit, eos de locis ſuis commouendi", vel extra Prouinciam ſuam vſquam penitus protrahendi, licentiam ſubmouemus, vt ibi cauſam ſuam dicant, vbi inſtructiores eſſe, & teſtimonia poſſint facilius inuenire. Sanè ſi ipſi, quorum fatigationi conſulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus; ita vt aduerſarij eorum ſub præſentia Principis adeſſe per Rectorem prouinciæ compellantur.*

## NOTÆ.

* Lex *vn. Cod. Iuſt. quand. Imperator inter pupillos*, &c.

" *Andronici* huius nulla alibi mentio occurrit hoc Codice.

" *Vel viduas*, Cod. Iuſt. ἀσυνδέτως per ἀπαρίθμησιν elegantius *pupillos, viduas*, &c.

" *Diuturno morbo*. Cod. Iuſt. Quo nil opus erat; *morbo fatigati* dicuntur qui diuturno morbo fatigantur, vexantur. Hæc enim vis eſt vocis, *fatigandi*: cuius rei exempla varia v. *in Gloſſ. Theod.* Am. Marcellino, & Symmacho.

" *Iudicium* Principis hic & rurſum *inf.* pro Reſcripto: vel certè pro examine, vt *in fine leg.* Cæterum & hoc exemplum innumeris aliis connumerandum, quibus Principes Reſcriptis ſuis deferri noluerunt: quæ collecta exhibet Paratitl.



Paratitl. *de diu. Reſcriptis*.

" *Comitatus* eſt, vbi Princeps eſt: de quo *in Gloſſ. Theod.* Et ſic Comitatui noſtro, id eſt, præſentiæ noſtræ, mox & examini, vt *infr.* non verò eorum quibus Princeps delegauit: quod Accurſius hîc perperam adiecit.

" *Iurgandi* vox, pro *litigandi*: v. *Gloſſ. Theod.*

" *Fortuna, fatum*, id genus alia de cauſis.

" *Omnis*. Cod. Iuſt. malè: *omni cautela*, id eſt, quibuſcunque cautelis: Ioculatis enim lapſus eſt Accurſij, qui hoc de cautelâ iudicio ſiſti accepit.

" *Termini* Prouinciarum *h.l. & l.10.16. infr. de accuſationib.* regulariter non tranſgrediendi.

" De hac voce mox.

" *Perhorreſcunt*, Cod. Iuſt. meliùs hic *cùm perhorreſcant*, cauſaliter.

" *Iun.* Anianus Rhem. *Kal. Iul.* Cod. Iuſt.

" Al. *infirmos*.

## COMMENTARIVS.

EVOCARI è longinquo, exhiberi, extra forum ſuum ordinarium ἕλκεσθαι εἰς τὴν ὑπερορίαν non poſſe Principis Reſcripto, ad Comitatum eius, ad cauſam videlicet coram Principe diſceptandam, hæc tria perſonarum genera, pupillos, viduas, fortunæ iniuria miſerabiles, ideſt morbo fatigatos, & debiles, definit *hac l.* Conſtantinus M. Contra, ab his aduerſarios ad Comitatum, & Curiam examenque Principis euocari poſſe, Trahere ſcilicet poſsũt, non trahi. Euocari ſcilicet olim quandoque extra forum ſuum & competens, ſeu extra prouinciam ſuam extra ordinem, cauſæ, ſeu Litigatores Reſcripto Principis poterant, petente ſcilicet altero ex Litigatoribus, iuſtâ aliqua probabilique de causâ: veluti propter potẽtiam Aduerſarij, quàm quis perhorreſcat, vt *hac ipſa l.* indicatur, & *Nouella Martiani* 1. vel Iudicis inimicitiam, Am. Marcell. *lib.27. p.370.* de Valentiniano Imp. *Ad hanc inclementiam, illud quoque accedebat dictu dirum, & factu, quod ſi quis eum adiſſet, Iudicium* POTENTIS INIMICI *declinans, alium ſibi poſtulans dari, hoc non impetrato, ad eundem, quem metuebat, licet multa prætenderet iuſta, remouebatur.* Idque dupliciter: Primò quidem, cauſa quandoque euocabatur, remittebaturq; ad aliũ Iudicem & extraordinarium, idque variè adhuc, quomodo explicabo ad *l.9. inf. de Iuriſdict.* vt præter Paulum, *lib.5. ſenten. tit.5. §.1* docet *d. lex 9. inf. de Iuriſdict. l.4.5. de denuntiat. vel edit. reſcripti, l.1. de Dilationibus*: *l.7. de nauiculariis*: exceptis nonnullis perſonis, quibus id priuilegij datum, ne ad extraordinarium Iudicem ex Reſcripto euocari poſſent, ſeu ne vltra terminos ciuitatis ſuæ iuberentur ſui præſentiam exhibere: veluti Nauicularij Orientis, *d.l.7. de nauiculariis*: vt & Sacerdotes & Curiales, *l.60. inf. de Decurionib.* Nonnullis item negotiis exceptis: Accuſationes enim & criminalia iudicia peregrina extra prouinciæ terminos prohibita, *l.10. 16. inf. de accuſat.* Sed & continentiam cauſæ diuidi extra fines ciuitatis vetitum: *l.2. inf. de Iudiciis*.

Altera euocationis ratio erat, de qua propriè eſt hæc lex, ad Principis videlicet Comitatum, præſentiam, & examen, ſic vt Princeps, cauſæ examen, Iudiciumque ſibi vindicaret, Parteſque prouinciæ ſuæ terminos excedere cogerentur, & Principis Comitatui, ſeu examini ſui copiam facere, ibique iurgandi fortunam experiri. Cuius moris & euocationis ad Comitatum Principis varia exempla occurrunt in epiſtolis Theodorici R. apud Caſſiodorum; Et hæc quidem ſic, vt petentibus tantùm id tribueretur, non verò quiſquam eò protinus adigeretur: de quo hic locus eſt 4. *var.* 40. *Veſtris intentionibus occurrat reſponſurus, ſeu ad Comitatum venire ſeu in competenti foro iurgare maluerit, quia nullis neceſſitatem longinquitatis imponimus, niſi qui ſuis hoc commodis expedire cognoſcunt: In locum ſiquidem beneficij, noſtram præſentiam damus, & ideo non decet inuitis imponi quod meretur optari.* Id, inquam, ſæpè fiebat, probabili aliquâ de causâ, & pro conditione perſonarum. Quò ſpectat æquiſſima, humaniſſimáque hæc Conſtantini M. conſtitutio: quæ Euocationis huius ad Principem vſum indulget pupillis, viduis, morbo fatigatis, debilibus, & ſic fortunæ iniuria miſerabilibus perſonis, (de quibus v. quæ tractat Rebuffus *tract. de ſententiis prouiſionalibus art.3. gloſ. vlt.*) putà vt ex Reſcripto Principis è foro competenti aduerſarios ſuos ad Principis Comitatum ſeu examen euocare poſſint. Cuius euocationis in pupillorum fauorem, exemplum exhibet quoque Theodoricus Rex apud Caſſiodorum 4. *var.* 9. vbi & hæc ratio redditur. Quod ſcilicet multorum iniuriis expoſiti ſint pupilli, eorúmque adoleſcentia peruia videatur incommodis, cum facilè poſſit ſubrepi iuuenibus deſtitutis. Huic verò rationi proximum eſt, quod idem ſcribit 1. *var.* 8. *Sic æquitatis libra ſeruabitur, ſi auxilium largiamur imparibus, & metum noſtri, pro paruulis, inſolentibus opponamus. Fortuna minor Principem quærit.* Verùm totam hic eam ſterni oportet. *Innocentiæ profeſſio eſt, noſtram elegiſſe præſentiam, vbi nec* VIOLENTIÆ *locus datur, nec auaritiæ vitia formidantur. Maurentius atque Paula, patris auxilio nudati, multorum ſe* INIVRIIS *teſtantur exponi: quorum* ADOLESCENTIA PERVIA *videtur* INCOMMODIS, *cum facile poſſit ſubrepi vel iuuenibus deſtitutis: & ideo noſtrum merentur præſidium, à quibus ſe calliditas non abſtinet improborum. Proinde Sublimitas veſtra tenorem præſentis iuſſionis agnoſcens, ſupra memoratos adultos, ſi quis iurgantium pulſare voluerit*, AD NOSTRVM COMITATVM *nouerit* DIRIGENDOS, *vbi & innocentia perfugium, & calumniatores ius poſſunt inuenire diſtrictum.* At non item ipſi Reſcripto Principis euocari poſſunt. Cuius rei ſeu differentiæ ratio iſthæc à Græcis redditur, quod inhumanum ſit huiuſmodi perſonas σκύλλεσθαι τῇ ὁδῷ, ideſt, *vexari, & fatigari itineribus*. Imo hæc verior ratio reddatur, argumento horum verborum in *hac l. præſertim cum alicuius potentiam perhorreſcãt*: quæ verba etſi implicent caſum minus dubitabilem, & magis fauorabilem, attamen ordinariam hanc cauſam euocationis extraordinariæ indicant. Nempe quod non ſicut ætas, & conditio eorum, aliorum iniuriis & potentiæ expoſita eſt, ita & ipſi iniuriæ & potentiæ ſuæ terrorem aduerſariis obiicere poſſint. Pupilli, & viduæ potentiam perhorreſcere nemo poteſt, aliorum vterque poteſt. Et verò propter ipſam hanc rationem, cùm Marcianus *Nouellâ* 1. prohiberet aliquem de prouincia ad Comitatum exhiberi, hanc tamen nominatim ſpeciem excepit, *propter poteſtatem aduerſarij*. Sic ſanè & olim in Gallia, pupilli, & viduæ aduerſarios ſuos ad Curiam *Chriſtianitatis*, vt vocabant, ideſt, ad Curiam Eccleſiaſticam euocare poterant: quod abrogatum, Petro de Cuneriis acerrimo iurium Regiorum vindice fiſcique Aduocato. Circa hanc materiam etiam ex Hiſpanorum iure, circa caſus inquam quos vocant *Caſos de Corte*, multa Conarruu. *pract. q. 6.7.* ¶ Illud ſub finem addo: *miſerabiles* fortunæ iniuriâ perſonas *hac l.* vocari, quomodo & vocan-

tur ab Honorio *in cap. ex parte 15.extra de foro competenti*, ideſt, quod initium *huius legis* oſtendit, debiles, & valetudinarios, morbo fatigatos, adde & pauperes, de quo ſtudio in pauperes vide quæ noto *in Diatriba de Chorepiſcop.ad can.11. Chalced.* Ad huius *legis* tandem illuſtrationem, & praxim, vide quæ Menoch.*de arbitr.caſu 66. & 77.* Grat. *diſcept. for.cap.182.* & Couarruuias *dictis quæſt.6.7.*

---

## ¶ *De* PRÆTORII *iudicialis inſtructione.*

### III. * Imppp. GRATIANVS, Valentinianus, & Theodoſius AAA. Pars Actorum'', habitorum in Conſiſtorio'' Gratiani Aug. Gratianus Auguſtus dixit''.

DET operam Iudex'', vt Prætorium ſuum ipſe'' componat'': Cæterùm, Comiti'', neque Rectori Prouinciæ plus aliquid præſtabitur'', quàm nos conceſſimus in Annonis, ſeu Cellariis, &c. Actum in Conſiſtorio, Merobaude II. & Saturnino coss. [383.]

INTERPRETATIO. *Iudicem Prætorium ſuum de proprio debere componere, & nihil à Prouincialibus aliquid amplius petere, quàm ei in Annonis, vel Cellariis à Principe fuerit deputatum.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod.Iuſt.* quia non ſatis expreſſa, & quia temporaria.
'' De hâc inſcriptione dicam mox.
'' *Conſiſtoriani* inde Comites, de quibus *infr. ſuo tit.*& *ad l.quiſquis.*
'' *Dixit*: ita rectè Til. Abeſt à Cuiac. & Pariſ.
'' Quicumque, Ciuilis, militaris: nam mox ſequitur, *Comiti, neque Rectori Prouinciæ.*
'' *De proprio*, Interpres.
'' *Componat*, id eſt, rebus neceſſariis inſtruat.
* *Neque Comiti.* ita *in An. Reg.*
'' A Prouincialibus, ſcil. vt rectè Interpres addidit.

## COMMENTARIVS.

PRÆTORIVM ſuum neceſſariis rebus, *Iudicem* militarem, ciuilem, ſeu Comitem & Rectorem prouinciæ ipſum, de ſuo ſcilicet ſeu de proprio, vt Interpres rectè, ex annonis & cellariis ſibi *conceſſis*, decretis, conſtitutis, *componere*, i.inſtruere debere; non verò eo nomine à Prouincialibus aliquid amplius petere, quod Interpres hic rectè ſuppleuit, poſſe definit Gratianus Imp. *hac leg.* quæ pars eſt Actorum habitorum in Conſiſtorio eius. Quomodo & Conſtantinus M. *l.3.inf de curſu publico*, vetuit, Præſides, Rationales, cœteroſque, quibus propterea Reſpublicæ annonas, eorumque pecoribus alimenta ſubminiſtrabant, agminales ſeu paraueredos exigere: *Extra functionem* ſcilicet *publicam*, vt Interpres in Cod. Rhem. ad *hanc l.* notat, id eſt, præter ſolemnia ſibi deputata nihil à prouincialibus Iudices exigere debent. De quo *pluribus huius Codicis Legib.*& nominatim *lib.7. de Salgamo hoſpitib.non præb.*

¶ Ad pleniorem *huius legis* intellectum, de quatuor videndum eſt: de Prætorio, de Compoſitione eius, de Annonis & Cellariis, Tandem ſingularis *huius leg.* inſcriptio illuſtranda erit. I. PRAETORIA igitur Iudicum publica, (quorum etiam mentio fit *Matthæi 27. Marc.9. Ioan. 19.* & de quibus plenius *l.8.35.vlt.de operib.publ.*) in prouinciis erant, idque fermè in ciuitatibus ad aggerem publicum: *l.2. inf. ne quis in palat. man.* In quibus Iudices non tantum ius reddebant (de quo dictum quoque *l. 4. ſup.de off.Rectoris prouinc.*) verum etiam habitabant, vt docet quoque *lex 6.de metatis, l.2. ne quis in Palat. man. l. vlt. Cod. de off. Rectoris prouinciæ. Nouella Iuſtin.24.* Quare & rebus ad vitam neceſſariis putà annonis & cellariis inſtruebantur, quæ Iudices, ſeu Rectores prouinciarum de publico quoque conſequebantur; vt hæc lex quoque teſtatur.

II. ANNONÆ verò & CELLARIA *hac l.* ſunt ſpecies, quas accipiebant viri in Dignitatibus conſtituti (Rectores puta prouinciarum, & Comites rei militaris, *h.l. & l. 32. inf.de erogat. mil. ann. l.3. de curſu publ.* Rationales, cœterique, *d. l. 3.*) à Rebuſpublicis *d.l.3.* Et quidem ex Reſcripto Principis, ſeu pro modo conceſſionis à Principe factæ, vt hæc ipſa lex probat: cuius rei exempla plura apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores occurrunt. *Cellaria* autem propriè conſiſtebant in vino & frumento, breuiter in ſpeciebus quæ ad eſum & potum pertinebant: Ita Conſtantius *l.6. inf. de annonâ & trib. vinum quod ad Cellarij vſum miniſtrari ſolet.* Synopſis Baſilicon, *lib. 4.* Κελλαρικὰ λεγόμενα πάντα τὰ βρώσιμα καὶ τὰ πόσιμα περιέχει. In Gloſſis, Κελλάριον, & Κελλαρικόν, *Penum & Penarium.* Quanquam Seruius Honorat.*in illud 1. Æneid. Cura penum ſtruere*: ſubtiliter inter *Penum* & *Cellarium* diſtinguit: quòd *Cellarium* ſit paucorum dierum, vnde & in Cellam dicitur imperatum frumentum: *Penus* verò longioris temporis. Aſconius Pædianus ad ea verba Ciceronis *in Diuinat. frumentum in cellam*, interpretatur *Annonas Prætoris, quæ in frumenti certo numero præbebantur à prouincialibus.* Et pòſt: *Frumentum decretum Prætori in Cellam, hoc eſt in vſus cellæ.* Et rectè vetus Interpres Lucæ *cap.12. v.24.* Ταμεῖον *Cellarium* vertit. Hinc & *Cellarij*, qui hæc adſeruabant, quod norum: ſed & *Cellarienſes* ſpecies, *d. l.32.de erogat. mil.ann.l.16.de indulg.debitorum*: adde & *l.9.eod.tit.* *Cellariorum* fit quoque mentio Nouella Martiani *de indulg.reliquorum*, 2. vbi Cellaria, & debita Cellariis, ponuntur medio loco inter debita ſacro Ærario, & debita priuatæ rei & Dominicæ domui. *Annonæ* verò conſiſtebant in cæteris omnibus ſpeciebus, veluti auro, argento, veſtibus, capito animalis, miniſteriis, ligno, aliiſque, de quo omni Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores. Sic igitur Annonarum, & Cellariorum appellatione veniebāt omnes ſumptus &



& ſalaria Iudicum. Quæ & ipſa dabantur iis, quos Princeps ad Comitatum ſuum, vel aliò publicæ rei alicuius ergo euocaret, ſiue in itinere per manſiones ſingulas: ſiue in eo ipſo loco in quē euocabantur. Inſignis de eo locus apud Sulpitium Seuerum Aquitanicum ſcriptorem terſiſſimum, *hiſtoriæ ſacræ lib.2.* quam is ſcripſit A. D. 400. Quo loco de Epiſcopis Occidentalis Imperij à Conſtantio Imp. ad Synodum Ariminenſem euocatis agens, *Miſſis*, inquit, *per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpanias, Galliáſque Magiſtri* (non *Magiſtris*) *Officialibus, acciti numeratiue quadringenti, & aliquanto amplius, Occidentales Epiſcopi Ariminum conuenêre; quibus omnibus* ANNONAS *&* CELLARIA *dare Imperator præceperat: Sed id noſtris, id eſt Aquitanis, Gallis ac Britannis indecens viſum, repudiatis* FISCALIBVS, *propriis ſumptibus viuere maluerunt: Tres tantum ex Britannia, inopiâ proprij* PVBLICO *vſi ſunt, cùm oblatam à cæteris collationem reſpuiſſent: ſanctiùs putantes,* FISCVM *grauare, quàm ſingulos. Hac ego Gauidium Epiſcopum noſtrum quaſi obtrectantem referre ſolitum audiui: ſed longè aliter ſenſerim; laudique attribuo Epiſcopos tam pauperes fuiſſe, vt nihil proprium haberent, neque ab aliis potius quàm* FISCO *ſumerent, vbi neminem grauabant: ita in vtriſque exemplum egregium.* Erat & alterum Cellarij genus, cuius meminit *lex 6. infr. de Annona & trib.* ad Principis videl. vſus, quod ad alendum Imperatorem ab Italis ex Annonariis regionibus præbebatur, de quo ad *eam leg.* pleniùs.

III. COMPONERE igitur Prætorium ex Annonis & Cellariis ſibi conceſſis Iudex *h.l.* iubetur, ſeu de proprio, vt rectè Interpres. *Componere* non eſt Prætorium ornare, quod Cuiacius minùs pensè prodidit, *ad tit.Cod.de off.diuerſ.Iudic.* verùm rebus neceſſariis inſtruere, quod ex *hac l.* liquidò claret, putà ex poſteriore eius verſiculo: quæ alioquin ipſa *inſtruendi* vox, hac in re propria eſt, *l.21. inf.de annona & trib.l.28.de ſuſceptoribus: l.4. ſup.de off.Rectoris prouinciæ*, vbi etiam *inſtruere* & *inſtaurare* disertè ſeparantur. Ambroſius *orat. de obitu Valentiniani*: *Ecce literæ de inſtruendis Manſionibus, inuectio ornamentorum Regalium, quæ ingreſſurum Imperatorem ſignificant. Parandi* quoque vox hac in ipsâ re propria: vnde Manſio *parata* apud eundem Ambroſium *ſermone 5. in Pſalm.* 118. & ſequiore ſæculo *Paratæ.* Ergo Iudex *hac l.* rebus neceſſariis Prætorium ſuum componere, ſeu inſtruere de ſuo iubetur: Idque vnum *hac l.* cauetur: quare & in eo iterum lapſus Cuiacius, cùm putauit duas hac conſtitutione ſententias, duo capita contineri; Nempe enim poſterior eius periodus nil aliud quàm explicationem prioris continet. Et hæc de Compoſitione, ſeu Inſtructione Prætorij. Alia vero ratio eſt *refectionis* Prætorij, eo quippe caſu à Prouincialibus eo nomine aliquid exigi potuiſſe teſtatur *lex 1.inf.de domib.ad rem priu. pertinentibus*: vbi plura. De Cura etiam Prætorij v. *l.vn.inf.de Comitib. & Tribunis ſtabuli.*

IV. Nunc de Inſcriptione *h. leg.* ſimul & ſubſcriptione eius videndum eſt: Dicitur ſcil.ea *Pars actorum habitorum in conſiſtorio Gratiani Aug.* Item *Actum in Conſiſtorio.* Eſt hæc ſcilicet lex Cognitionalis & Conſiſtorialis, quam Gratianus Imp. ipſe expreſſit ore ſuo, pronunciauit, cognoſcens ſuper negotio quodam in Conſiſtorio ſeu cum Comitibus ſuis Conſiſtorianis: Cuiuſmodi ſimiles inſcriptiones plures occurrunt: putà *l.2.inf.qui bonis ex l.Iul. cedere*: *l.1.inf.de his quæ adminiſtr. l. 5. 8. de fide teſtium*: quibus addendæ è Cod.Iuſtin. *lex 2. de excuſat.muner. & l.12. de pœnis.* Hæ ſcilicet leges omnes partes ſunt Actorum, ſeu rerum geſtarum dictarum in Conſiſtorio Principis eo cognoſcente & pronunciante: vt cœteroquin *Acta* ſunt commentaria rerum geſtarum ὑπομνήματα: *Conſiſtorium* verò, (quod notiſſimum iam) locus vbi cum Conſilio ſuo Imp. vbicunque tandem id ſit, conſiſtit, & exinde agit, deliberat, decernit; etiam in Theatro, vt forte in ſpecie *d.l.12. Cod.Iuſt.de pœnis.* de quo plenius ad *d.l.5. inf.de fide teſt.* De huius ipſius certè Gratiani Conſiſtorio locus eſt Auſonij in Gratiarum actione. *In illa verò ſede, vt ex more loquimur, Conſiſtorij, vt ego ſentio Sacrarij tui, nullus vnquam ſuperiorum aut dicenda penſiùs cogitauit, aut conſultiùs cogitata diſpoſuit, aut diſpoſita maturiùs expediuit.*

# DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.''

## TITVLVS XI.

I. COD. IVST. L V. vide & Nouellam Maioriani 5. *de Defenſor. ciuit.*

'' Ideſt, Plebis: Alij quippè erant Defenſores Senatorum, de quibus *l. 2. 3. inf. de Prædiis Senator.* Eccleſiarum, de quibus *l..... infr. de Epiſcopis.*

## PARATITLON.

DEFENSORES, *l.1.2.3. h. t. l.4.de periculo & admin.tutor. l.7.de cenſu: l.12.de re militari: l.12.13. de paganis: l.40.45.65. de hæreticis: l.9. de Cenſitorib. l.2.de lenonib. l.3.de indictionib. l.vlt.de ſuperexact. l.12. de exactionib. l.19.de Annona & trib. l.59. de curſu publ. l.23. de ſuſceptoribus*: vel pleniùs, *Defenſores* ciuitatum, *Rubr.huius tit. & l.3.ſeu vlt. inf.de his qui propr.condit. l.5. de exhibend.reis: l.12.*

 de

*de exactionib. l.4. infr. ne ſanctum bapt. l.vlt. de fabricenſibus, & d. Nouell. Maioriani* 5. cuiuſmodi Defenſores ciuitatum memorat quoque Symmachus *lib.1.ep.65.* & *lib.9.ep.35.* item, Defenſores plebis *l.8. infr. de Donation.* Defenſores locorum, *l.vlt. de litorum & itin. cuſtod.* vindices vniuſcuiuſque ciuitatis, *l.vn. ſi quacunque præd. pot.*

His tribuitur ſolertia *l.vlt. de ſuperexact.* ſpectata fidelitas, *l.12. de exaction.* probatiſſimi atque diſtrictiſſimi eligebantur, *l. vlt. h. tit.* Hi conſtituti erant in ciuitatibus, *dict. l.8. de Donation.* quæ habitantium frequentiâ celebres erant, *Nouellæ Maioriani* 5. vt & in oppidis, *d. l.8.* antiquâ ordinatione, ait Maiorianus *d. Nouell.* 5. Eum ſcilicet in finem, vt adeſſent diſciplinæ, & quotidianis actibus præeſſent, vt loquitur *lex 3. hoc tit.* ideſt, vt vnumquemque ciuium ab improbitatibus inſolentium vindicarent, *d. Nou.* 5. putà, vt plebem vel Decuriones ab omni improborum inſolentiâ & temeritate tuerentur, *l.1. h. t.* vt naucleros ſiue mercatores commeantes, *l.vlt. de litorum & itin. cuſtod.* ab inſolentiâ, inquam, ſeu temeritate Magiſtratuum, ſeu Rectorum prouinciæ, *l. vn. ſi quacunque præd. pot.* publicum munus agitantium, *l.4. de his quæ adminiſtr.* (Quæ *lex* Valentiniani & Valentis iungenda eſt *legi 1. Cod. de defenſor. Ciuit.* & antiquiſſimam, quantum quidem mihi occurrat, *Defenſorum* mentionem continet:) *Militum item, l.12. de re militari*: Lætorum, *in ſpec. l.9. de Cenſitorib.* Litorum cuſtodum, *d. l. vlt. de litor. & itin. cuſtod.* Compulſorum, *d. Nouel.* 5. Exactorum, vnde factum etiam vt Defenſores ipſimet, minores poſſeſſores, ideſt tenuiores (oppoſitè ad potentiores) exigerent, *l.12. de exaction.* Eorundem curæ incumbebat, vt prædelegationes celeberrimis in locis per bimeſtre ante illationem tributorum ad omnium peruenirent notitiam, *l.3. de Indictionib.* Item ab inſolentia *Suſceptorum*: exempli gratia, ne maioribus menſuris & ponderibus ſubiectis graui poſſeſſores damno afficerentur, *l. vlt. de ſuperexaction.* (quæ lex *Cod. Iuſtin.* ſub *hoc ipſo titulo* collocata eſt penultima) ideo etiam his præſentibus Suſceptores modum iugationis & illationum ſpecies perſcribere oportebat [apochis ſcilicet] *l.23. de ſuſceptoribus*, vt & his præſentibus aurum ſolui. *l.19. de Annonâ & trib.* Denique à Lenonum *l.1. infr. de Lenonib.* latronum, homicidarum, adulterorum veſania & inſania, *l.3. hoc tit. l.5. de exhib. reis*: *l.12. de re militari*: remotis eorum patrociniis *d. l.3. h. t.* In hunc finem Prouinciales apud eos iniurias ſuas conteſtabantur, geſtáque & acta de his conficiebant: *l.3. de ſuperexact. l.5. de exhib. reis*: *l.vn. ſi quacunque præditus poteſt. l.7. de cenſu.* Et hæc tamen omnia hactenus, vt ne reos in carcerem mittere poſſent: *l.5. de exhib. reis*, vt ne multæ dicendæ ius haberent, nulláſque exercerent quæſtiones: *l.1. h. t.* verùm vt reos tantum cum geſtis ad Iudices deferrent, & dirigerent: *l.5. de exhib. reis*: *l.3. de ſuperexact. l.12. de paganis*: *l.59. de curſu publico*: vel ad Principem referrent: *l.12. de re militari.* vid. & *l.vlt. de litorum, & itiner. cuſtod.* Ad Defenſorum quoque curam pertinebat, inſpicere ne Curiæ, vel Collegia vacuarentur: *l.3. ſeu vlt. qui cond. prop. l.vlt. inf. de fabricenſibus*: ne quis curſum publicum ſine euectione præſumeret: *l.59. de curſu public.* Inuentaria quoque rerum pupillarium coram iis conficiebantur: *l.vlt. de admin. tutor.* & denuntiationes litium fieri poterant, vtpote quibus actorum conficiendorum ius erat; *l.1. de denunciat.* iuncta *interpretatione*; apud eos donationes inſinuabantur, ſi Magiſtratus non eſſent in eâ ciuitate, *l.8. de donation.* Acta apud hos conficiebantur, ſi Rector Prouinciæ abeſſet, cùm Fabricenſium conſortio quis iungi ſeſe poſtularet; *d. l. vlt. de fabricenſibus.* Poſtremùm iniuncta his cura hæreticorum cœtus inhibendi: *l.40.45.61. de hæreticis*: *l.4. ne ſanctum baptiſma*: *l.12. infr. de paganis.*

¶ Cæterum eligebantur hi Ciuitatum Decretis, *l.1. h. t.* probatiſſimi, *l.3. h. t.* ſpectata fidelitate, *l.12. de exactionib.* probi (ita χε.) moribus, honeſtate, prouidentia viri, *dict. Nouell. Maioriani* 5. iudicio Vniuerſitatis electi, à municipibus, honoratis, plebéque, adhibito tractatu atque conſilio, *dict. Nouella Maioriani* 5. non Iudæi, non Samaritæ, *Nouella Theodoſij* 3. Quinquennale verò munus id fuiſſe docet *lex 4. Cod. hoc tit.* quare ſunt qui Quinquennales hos dici exiſtimant, *in l.7. de Medicis & Profeſſoribus*: quod minus probandum ad *eam leg.* docebo. Tandem eos à Principe confirmari voluit Maiorianus, *d. Nouell.* 5. Plura adhuc nonnulla vid. *Cod. Iuſt. hoc tit.* ¶ Et hactenus quidem de Defenſoribus Ciuitatum: Alij quippe fuerunt per Ciuitates *Defenſores Senatus*: de quibus *l.2. 3. de præd. Senatorum.* Fuerunt & *Defenſores* alicubi *Eccleſiarum*, *l.38. de Epiſcopis* Alij quoque ab his *Patroni Ciuitatum*: de quibus *l.61. de Decurionib.*





## ¶ ELIGENDORVM *Defenſorum ratio, ſeu forma.*

1. * Imppp. VALENTINIANVS, Theodoſius, & Arcadius AAA. Euſignio'' PF. P.''

HI potiſſimùm'' conſtituantur Defenſores, quos Decretis'' elegerint ciuitates. Quòd ſi qui ad locum Defenſionis ambitione peruenerit, confeſtim Sinceritas Tua reiectum quinque libras auri fiſci vtilitatibus cogat inferre. Dat. VIII''. Kal. Feb. Poſt'' Conſulatum Honorij N. P. & Euodij V. C. [387.]

INTERPRETATIO. *Hi inſtituantur ciuitatum Defenſores, quos conſenſus ciuium, & ſubſcriptio vniuerſorum elegiſſe cognoſcitur. Quod ſi quis Defenſorum ad hanc rem cupiditate propria, non interueniente Decreto, perueniſſe probabitur, pro hac præſumptione quinque libras auri fiſco inferre cogatur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. quia expreſſior adhuc ibi eſt de eligendorum Defenſorum forma, *lex 8. Cod. eod. tit.*

'' *Euxinio*, Til. malè. '' *Euſignius* hic PP. Italiæ fuit An. 386. & 387. vid. *Proſopogr.* ex Symmacho quoque.

'' Potiſſimum, non συλλεκτικῶς pro *maximè*, verùm θετικῶς, pro *omninò*, *prorſus*: quomodo & Symmachus *lib. 6. epiſt. 12.*

'' Decreta Curiarum municipalium intelligo, de quibus *infrà, lib. 12. tit. de Legatis, & Decretis legat.*

'' Al. III.

'' Ita Til. & Pariſ. at Cuiaciana, *Honorio* N. B. P. *& Euodio* V. C. *Coſſ.*

## COMMENTARIVS.

DE ELECTIONE, ſeu Conſtitutione Defenſorum, eiúſque forma, eſt hæc Valentiniani Iunioris conſtitutio; Valentiniani, inquam, Iunioris, vtpote cùm ea data ſit ad Euſignium PP. qui ſane PP. Italiæ fuit An. 386. & 387. de quo in *Proſopographia*, ex Symmachi quoque *Epiſtolis*: quæ vtique Italia Valentiniano Iuniori parebat. ¶ Vult igitur *hac leg.* Valentinianus Iun. Defenſores Ciuitatum eligi, ſeu conſtitui, Ciuitatum Decretis. Interpres explicat, conſenſu Ciuium, & ſubſcriptione vniuerſorum; conuocatis ſcilicet municipibus Honoratis, & Plebe, adhibito tractatu atque conſilio à municipibus Honoratis, & Plebe, & Curialium Decreto; quod Honorius etiam, *l. 8. Cod. h. t.* voluit, qui Epiſcopos, & Clericos his omnibus adiungit (atque ideo hâc lege omiſsâ Iuſtinianus *d. legem* 8. velut pleniorem prætulit) Maiorianus *Nouell. 5. de Defenſoribus*: Anaſtaſius *l.19. inf. Cod. de Epiſcopali aud.* Iuſtinianus *Nouella* 8. At non etiam per Ambitum Defenſores eligendi *h. l.* & Maiorianus *d. Nou. 5. inf.* Nempe ſicut Tutorum, & Defenſorum Ciuitatis munus idem eſt, ita & eadem quoque ratio, Tutores nempè pupillis defendendis, Defenſores plebi tutandæ conſtituuntur: de quo plenè *Paratitlon*, quare affectatio, ſeu ambitus in vtroque iuxtà ſuſpecta, reiicique ideo vtrumque oportet, quod *hac l.* de Defenſore expreſsè cauetur. ¶ Additâ inſuper *multa* ambitori, qui inquam ad locum Defenſoris ambitione peruenerit, quinque Librarum auri, *Ambitione*, id eſt, Emendicatis ſuffragiis, ambitioſiſque Decretis: malè enim Interpres explicat *cupiditate propria, non interueniente Decreto.* In *huius* enim *leg.* ſpecie Decretum interuenerat, verùm ambitione, vel ambitu redemptum. ¶ Porro *hac leg.* in conſtituendis Defenſoribus, non aliud requiritur quam Decretum Ciuium: Præfecto Prætorio poteſtate datâ reiiciendi, qui ad munus Defenſoris ambitione peruenerit. Sic ſanè & Honorius *l. 8. Cod. eod.* de Defenſorum ordnatione, ad Præfectum Prætorio referri voluit, *vt literis eius eorum auctoritas ſolidetur*, ideſt, confirmetur. Maiorianus *dict. Nou.* 5. Electorum nomina, & Decreta Ciuitatum ad ſe Imperatorem perferri voluit, vt videlicet compertis eorum moribus & perſonis, quos præter Ambitum dignos tali miniſterio, & honore iudicatos Imperatoris confirmatio cōſtituat. Sub Gothis quoque Defenſorem ad Ciuium ſupplicationem authoritate Regis conceſſum oſtendit Caſſiodorus *7. form. 11. in formula Defenſoris cuiuſlibet Ciuitatis.* Et hæc quidem ad *huius leg.* intellectum ſufficiant. ¶ Illud in ingreſſu *huius tituli*, in genere de Defenſoribus Ciuitatum ſemel monendum puto, haud antiquiorem mihi *Defenſorum* iſtorum mentionem *hoc Cod.* occurrere, quàm ſub Valentiniano Seniore, Valentiniani huius Iun. patre, & Valente, A.D. 365. in *l.1. Cod. de Defenſoribus Ciuitat.* cui iungenda etiam eſt *lex, vim 4. inf. de his quæ adminiſtrant.* Ita quidem vt hæ leges indicare videantur, nouum per id tempus Defenſorum nomen, & munus fuiſſe: quandoquidem iis continetur formula officij Defenſorum. Et tamen meminit quoque Hermogenianus *leg. 7. ff. de muneribus, & honoribus*, & Arcadius Chariſius *leg. 18. §. 13. eodem tit.* Defenſionis Ciuitatis, ſeu Syndici, vbi inter perſonalia ciuilia munera id ponitur.

### ¶ *De* OFFICIO *Defenſorum, quidque ab his alienum ſit.*

III. * Iidem AAA. Potamio Præfecto Auguſtali."

DEFENSORES nihil ſibi inſolenter, nihil indebitum vindicantes, *nominis ſui* tantum fungantur officio: nullas infligant multas; nullas" exerceant quæſtiones": Plebem" tantum" vel" Decuriones, ab omni improborum inſolentia & temeritate tueantur, vt" id tantùm quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant. Dat. III. Non. Mar". Conſtantinopoli Arcadio A. II. & Rufino V. C. COSS. [392.]

INTERPRETATIO. *Defenſores ſecundum ſuum nomen, Curiam, vel plebem ſibi commiſſam cum omni iuſtitia & æquitate defendant: nullum de innocentibus, aut condemnare, aut verberare præſumant.*

## NOTÆ.

* *Lex 5. Cod. Iuſt. eod. tit.*
" *Potamio* huic Præfecto Auguſtali (id eſt, Ægypti) inſcribuntur tres præterea conſtitutiones hoc ipſo Anno 392. *lex* inquam 126. *de Decurionib l.3. de his qui ſuper religione: l.51. de curſu publico.*
" *Sæuiores non exerceant quæſtiones*, ita Tribon. immutauit.
" *Quæſtiones*, id eſt, tormenta. v. *tit. de Quæſtionib.*
" *Plebs*, hinc & *Defenſores plebis* quoque dicti: *l.8. de Donationib.* de quo mox plura.
" *Vel* pro *&*. v. plura in *Gloſſ. Theod.*
" Abeſt hæc vox, *vt*, in nonnullis Codd. Iuſt. Alij pro eâ hic habent, *&*.
" *29. Maij*: Hypatius enim adhuc menſe Aprili, & ſic poſt 3. Non. Mart. Præf. Auguſtalis erat (cui Potamius ſucceſſit:) vt oſtendit *lex 31. inf. quorum appellat. & l.20. inf. de nauicularijs.*

## COMMENTARIVS.

THEODOSII M. duæ de Defenſoribus Ciuitatum conſtitutiones ſequuntur: de *Officio* videlicet eorum: præter quas ſunt & aliæ complures eiuſdem Principis *hoc Codice* ſuper iis leges: de iis videlicet quæ à Defenſoribus vel coram his fieri oporteret, putà *lex 12. de exactionibus: l. vn. ſi quacunque præditus pot. l. 19. de annonâ & trib. l.23. de ſuſceptoribus*: Quibus addenda omnium elegantiſſima & pleniſſima de officio Defenſorum eiuſdem Theodoſij lex *in Defenſoribus 4. Cod. eod. tit.* quæ hanc noſtram ibi præcedit, & ad Defenſorem quendam data eſt. Ex quibus omnibus de Theodoſij M. inſtituto ſatis liquet, qui ad miſeræ Plebis & Decurionum Defenſionem, ſi quis alius Principum, Defenſorum officium maximè excitauit, paſſimque eos actibus & negotiis ideò interuenire voluit: Nempe interuenire & intercedere voluit nuptiis prohibendis, quas poteſtate præditi extorquebant, *d. l. vn. ſi quacunque præditus pot.* Minores etiam poſſeſſores ab his ad ſolutionem tributorum compelli voluit, non ab Officialibus Rectorum prouinciarum: *d. l. 12. de exaction.* ſed & ſub horum oculis Apochas à Suſceptoribus tributa ſoluentibus dari voluit ad vitandas ſuperexactiones: *d. l. 19. de annona: & l. 23. de ſuſceptoribus.* Tandem pleniſſima eſt *d. lex 4. Cod. h. tit.* Vicìſſim his quoque Defenſoribus Theodoſius M. eſt vbi modum quoque poſuit: Et *hac* quidem *lege* A. D. 392. cum iam modum aliquà egrederentur: imò inſolenter agerent, & indebita ſibi vindicarent: inter alia, mulctas exigerent, quæſtiones exercerent: Id quod vtrumque à Theodoſio *hic* inhibetur, tuendæ tantùm plebis, Decurionumque ab omni improborum inſolentiâ & temeritate vindicandorum curâ iniunctâ; inque id, reuocatis iis ad nominis ſui conſiderationem: vt id tantum quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant. De ſingulis iſtis nunc videamus.

¶ Quod *Multæ* infligendæ ius attinet, certè & alias quoque regula Iuris eſt certiſſima, multæ dicendæ ius his tantum eſſe, quibus publicè Iudicium eſt. *l.2. §. vlt. ff. de iudiciis*: Quare neque Curator Reipublicæ, neque Procurator Cæſaris, multæ dicendæ ius habebant: *l.2.3. Cod. de modo multarum*: Pariter igitur neque Defenſores ciuitatum, neque enim Magiſtratuum numero hi erant, verùm vt Iuſtinianus loquitur, ἀρχικῆς σεμνότητος μίμημα tantum habebant, vicem parentis plebi & Decurionibus exhibentes, eoſque liberorum loco tuentes, vt idem Theodoſius M. eleganter *l.4. Cod. hoc eod. tit.* vnde & Iuſtinianus pariter *Nouella 15. in pr.* eos Defenſores vocari τῇ πατρῴᾳ φωνῇ, ait: quanquam alius quoque horum verborum ſenſus eſſe poteſt. Quæſtiones item vllas exercere hîc vetantur, vel vt Tribonianus ſuppoſuit, ſæuiores: id eſt, tormentis ſubiicere quenquam vetiti in totum; non modo innocentem, quod credidit Interpres, ad inueſtigationem veritatis. Forte etiam hâc voce intelliguntur cognitiones criminales, quomodo ſæpè *Quæſtionis* vox effertur: ſanè nec Reos in carcerem mittere poterant, *l.5. inf. de exhib. reis.* quod aliquatenus immutatum, *l.22. Cod. de Epiſcop. aud.* ¶ Nunc de eo quod Defenſores officij ſui monentur, & quidem ſolo nominis contemplatu, ſeu vt Interpres, ſecundum ſuum nomen; nempè vt quod dicuntur eſſe, id tantùm eſſe non deſinant; Quomodo apud Caſſiodorum quoque, *lib.7. Epiſtol. 11. Defenſorem te illius Ciuitatis noſtra concedit authoritas, vt nihil venale, nihil improbum facere velis, qui* TALI NOMINE *nuncuparis.* Officij ſui ſcilicet, & Religionis compendioſiſſimè, & efficaciſſimè ſæpè monetur, qui nominis ſui quod præfert, memor eſſe iubetur: quam in rem eſt quoque elegans illa Iuſtiniani *Nouella* 15. Hoc exemplo Epiſcopi, Epiſcopalis Solicitudinis, ſeu ad opus Epiſcopatus, τὸ ἔργον, *officium*, admonentur ab Ambroſio *de dignitate Sacerdotali*, c.3. ab Auguſtino & aliis: Ita Clerici, ab Hieronymo, *ep. ad Nepotianum, de vita Clericorum, fol.7. c*: Philoſophi, ad pecuniarum contemptum, *l.7. de profeſſorib. & mathemat.* aliiſque locis quæ ad *eam l.* notabo: Chriſtiani, ad Chriſto placentem vitam; à Gregorio Nyſſeno, *lib.* περὶ τελειότητος *&c.* à D. Ambroſio *ſermone in Dominica de Abrahamo*: Saluiano, *lib.4. de Gubernat. Dei.* Monachi tandem, ad vitandam vrbium frequentiam, & ſolitudines ſequendas, de quo ad *l. 1. inf. de monachis.* Hieronymus *ep. 13. ad Paulinum*: *ſi cupis eſſe quod diceris Monachus, id eſt, ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula; ſed multorum.* Qui locus etiam canonizatus eſt *can. ſi cupis: 16. quæſt. 1.* Faciunt igitur ad ciuilem ſæpe rationem nominum appellationúmque origines & rationes: vt cœteroquin à nomine vtiliter arguitur, de quo *ad hanc l.* Interpretes: Denique breuis monendi via eſt, cùm quis monetur, vti φερώνυμος eſſe velit. Illis porrò quæ de Defenſorum officio hic dicũtur, *vt plebem & Decuriones ab omni improborum inſolentia & temeritate tueantur*, apprimè reſpondent illa Maioriani *Nou. de defenſor. ciuit. Qui vnumquemque ciuium ab improbitatibus inſolentium antiquæ ordinationis ſtudio vindicare conſueuerat.* Et mox, *auctoritatem tuendæ in ciuitatibus ſuis plebis accipiant.* Neque abludunt quæ Libanius περὶ προστασιῶν *ſcribit p. 7.* ad quem locum aliquid dixi. Tandem conuenit maximè *lex 4. Cod. eod. tit.* ¶ Illud ad hiſtoriam obſeruandum, hanc legem, pariter vt legem penult. *inf. de indictionibus*, ad Ægyptum pertinere, vbi Defenſoribus maximè opus erat. Longum ſit Veterum teſtimonia cumulare de prono in ſeditiones, tumultus, violentias, Ægyptiorum ingenio: qua de re multa & elegantia Philo, *non vno loco*: Trebellius Pollio, *in vita Æmiliani*: & paſſim Hiſtorici omnes etiam Eccleſiaſtici: quod & confirmat *lex vn. inf. de his qui plebem audent contra publicam colligere diſciplinam: & l. 31. inf. de appellationibus*: quæ etiam (quod obſeruandum) eodem anno quo hæc noſtra, data eſt. Omitto quoque Ammianum Marcellinum *fine lib.22.* Herodianum, *lib.4. p.547. 548.* Plinius in Panegyrico, *ventoſam &* INSOLENTEM *nationem*, vocat. Auſonius tam de Antiochia quàm de Alexandria.

*—— Vitiorum turbida vulgo*
*Vtraque & amentis populi male ſana tumultu.*

Hadrianus apud Vopiſcum *Saturnino*: *Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, iniurioſiſſimum.* Et ipſe Vopiſcus: *Sunt Ægyptij viri ventoſi, furibundi, iactantes, atque adeò vani, liberi, nouarum rerum vſque ad cantilenas publicas cupientes, Verſificatores, Epigrammatarij, Mathematici, Aruſpices.* Denique mens mihi ea, hanc legem caput eſſe Mandatorum, quæ à Theodoſio M. Potamio recens ad Præfecturam Auguſtalem, id eſt, Ægypti, promoto, inque Hypatij locum ſuffecto, data fuerunt: Quæ vtique mandata pro vſu rerum concipiebantur. Igitur cùm querelæ de Defenſoribus ad Theodoſium perlatæ fuiſſent, caput iſtud mandatis Potamij Præfecti Auguſtalis inſeruit; quò videret is, ne Defenſores quid inſolitum facerent, vel indebitum quid ſibi vindicarent.



### ¶ *Aduerſus* LATROCINIA, *eorúmque patrocinia Defenſorum Officium.*

VLT. * Idem AAA. Tatiano P. F. P.

PER omnes Regiones", in quibus fera, & periculi" ſui neſcia, Latronum feruet inſania, probatiſſimi quique atque diſtrictiſſimi" Defenſores adſint diſciplinæ, & cotidianis actibus præſint: qui non ſinant crimina impunitate" coaleſcere: Remoueantur" *Patrocinia*, quæ *fauorem reis & auxilium ſceleroſis" impertiendo", maturari ſcelera fecerunt.* Dat. VI". Id. April. Conſtantinopoli", Arcadio A. II. & Rufino V. C. COSS. [392.]

INTERPRETATIO. *Per omnes prouincias tales pro ſtudio diſciplinæ Iudices" ordinentur, vt cum omni ſolicitudine in reos & Latrones, remotis potentum" patrociniis, diſtrictionem" debitam exercere non differant: ne per negligentiam ſuam aut venalitatem", crimina quæ debent puniri, proficiant.*

## NOTÆ.

* Lex *6. Cod. Iuſt. eod. tit.*
" De *Tatiano* hoc PP. Orientis ſub Theodoſio M. ad annum vſque 392. v. *Proſopogr.* prolixè.
" Regiones *h. l. & l.2. inf de integri reſt. l.10. de curioſis: l.8. infr. 34. de curſu publ.* non ſunt prouinciæ (quo & ipſæ Regiones quandoque dictæ,) verùm tractus terræ χώραι à quibus Chorepiſcopi.
" *Diſtrictiſſimi*, id eſt, Seueriſſimi, vt Interpres mox, *Diſtrictionem debitam. Diſtrictionis* vox de Seueritate, & accuratione: Ita *diſtricta ferro* Iudicum Seueritas, *l. 3. inf. de petitionib.*
" *Impunita* Cod. Iuſt. hoc noſtrum ſententioſius.
" *Remoueant.* Cod. Iuſt. hoc noſtrum abſolutè prolatum maiorem emphaſim habet, & ad ipſius quoque Præf. Prætorio officium pertinet.
" *Sceleroſis, h. l. & l.4. de pœnis.* v. Gloſſ. Theod.
" *Impartiendo.* Cod. Iuſt.
" v. Cod. Iuſt.
" Omiſſum. Cod. Iuſt.
" Malè iſtud Interpres.
" Rectè: de quo mox.
" *Diſtrictio*: de quo ſup.
" *Venalitas.*
" *Proficiant*, eleganter. v. Gloſſ.

## COMMENTARIVS.

LATROCINIIS cohibendis, comprimendis, quæ partim impunitate, partim verò patrociniis hoc tempore per varias Orientis regiones coaleſcebant, maturabantúrque, proficiebant, ſeu graſſabantur. Defenſores inuigilare ſumma diſtrictione iubentur *hac l.* à Theodoſio M. A. D. 392. Quod ad hiſtoriam temporum horum facit: Sanè enim ſuperiore quoque Anno *lex 2. inf. ad l. Corn. de ſicariis*, ab eodem Theodoſio M. lata eſt, profligandis per Thraciam latrociniis: de quo ex Zoſimo, *lib.4. p.771. 772. 773.* ad *eam leg.*

¶ Multa porrò *hac l.* eleganter & ſententioſè

dicta occurrunt, quæ arguunt omnia, quantopere res hæc Theodoſio M. curæ fuerit. Primò ſcilicet *Feram & periculi ſui neſciam Latronum inſaniam* vocat, eámque *feruere* ait: quod quidem non ad Latronum potentiam pertinet, vt quidam opinantur, de quâ Auguſtinus *lib. de patientia, cap.* 5. verùm ad proſcribendum eorum furorem, qui ferarum inſtar, cœcóque impetu, periculi ſibi imminentis neſcij ῥιψοκινδυνοι in hæc latrocinia ruerent: periculi inquam, quod ipſis immineret, per exitia & ſupplicia. Quomodo etiam *vitæ ſuæ immemores* eodem ſenſu quidam dicuntur *l.* 19. *inf. de Iudæis*: Secundò, probatiſſimos & dictiſſimos Defenſores diſciplinæ adeſſe, & quotidianis actibus præeſſe iubet: quo ſimul indicat, quinam ad hoc munus eligendi ſint, ſimul quid eorum muneris ſit, quotidie ſcilicet, & aſſiduè publicæ diſciplinæ incumbere. Eſt porrò Interpretis ad *hanc leg.* error, qui *Defenſores* hic pro *Iudicibus* accepit, à quibus plurimùm differunt, quod ex *Paratit.* plenè videre eſt. Tertiò duæ gnomæ, hic obſeruandæ ſunt: nempè *crimina impunitate* (ita enim hic rectè, minus rectè in Cod. Iuſtin. *impunita*) *coaleſcere*. Item, *Patrociniis ſcelera maturari*. Nempè hi duo ſunt vel maximè fomites quibus crimina coaleſcunt, & maturantur, & vt eleganter Interpres, *proficiunt*: *Impunitas*, quæ parcens crudelitas eſt; & *Patrocinia*: Quæ ſimilibus ſententiis exornare ſuperſedeo: ob quæ alioquin tantum *hæc lex* ab Interpretibus inter notabiles habetur. Vide ſaltem quæ de Impunitate congerit Scholiaſtes *Inſtitut.* Imberti *lib.* 3. *c.* 1. *p.* 367. Illud *certè adhuc* notandum, malè id quod de Patrociniis *hac leg.* dicitur in ſcholis, & in foro, de *Aduocatis* accipi, vel ad Aduocatos & ad Aduocatorũ patrocinia applicari, hoc ſenſu, quod Iudex pati non debeat aliquem Aduocati munere fungi pro latrone inſigni & graſſatore: quod ſenſerunt *huius legis* authoritate Angel. Aretinus *tract. de malefic.* & Hippolyt. *in practica crimin.* Felin. *in cap. dilectus el* 2. *de Simon.* & alij quos refert Farinac. *quæſt.* 39. *n.* 107. Patrocinia enim *hac leg.* ſunt potentiorum, vt rectè quoque Interpres, patrocinia: cuiuſmodi ſunt patrocinia vicorum, de quibus *ſuo tit.* Patrocinia itẽ, de quibus *tit. de actionib. ad potentes tranſ.* & *tit. de his qui potent. nom.* Decurionum & principalium nominatim, de quo ad *l. ſi Barſotoram, C. de fideiuſſor.*

# DE ASSESSORIBVS DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.″

## T I T V L V S X I I.

I. Cod. Ivst. L I. vide & *Titulum* 15. *lib.* 6. *de Comitibus qui Illuſtribus agentibus adſederunt.*

″ *Iudicum.* aditum *Cod. Iuſt.*

## P A R A T I T L O N.

I. ADſeſſores *Rubr. & l.* 2. *h. t. l. omnis, infr. de his quæ adminiſtrantibus: l. vn. de Comitib. qui Illuſtr. ag. adſed.* ſeu Conſiliarij, *l.* 1. *h. t.* ſunt, quos Iudices *d. l.* 1. ſeu Adminiſtratores, *l.* 2. *h. t.* adminiſtrantes, *d. l. omnis.* Etiam Illuſtres Viri in actu poſiti, ſiue in prouinciis, ſiue in ſacro Comitatu, *dict. l. vn. infr. de Comitib. qui Illuſtr.* Agentes, *in dict. Rubr.* ſibi ſuiſque actibus attribuunt, ſeu adſciſcunt. *l.* 1. *h. t.* vt conſiliis propriis ſe adiuuent, *l.* 2. *h. t.* vt conſilia ſua iuuent, *d. l. vn.* Hinc & adminiſtrantium ſocij atque participes, & quædam vniuſcuiuſque portio videri dicuntur, *d. l. omnis, de his, quæ admin.* Participes abſolutè, *l. vn. inf. ſi prouinciæ Rector*: item in Conſilio eſſe, *l.* 6. *dicto tit.* Tam filiifamilias porrò quàm patresfam. adſidere poterant, *l.* 2. *h. t.* non ciues eius prouinciæ in qua adſidebant, verùm peregrini tantùm *l.* 2. *h. t.* Quod præmia eorum attinet, licita his quædam & honeſta lucra coadunare licuit, *d. l.* 2. Eáque filiifamilias Adſeſſores poſt patris obitum, velut Caſtrenſe peculium vindicabant, *dict. l.* 2. Illuſtrium nominatim Aſſeſſores vnà cum militiâ primi Ordinis Comitiuâ decorabantur, & poſt militiam quoque depoſitam inter Ex-Vicarios habebantur, *d. l. vnic. de Comitib. qui Illuſt.* Viceuerſa interdicta nonnulla his erant, in eâ prouincia in qua adſidebant: Nempe in eâ nihil comparare poterant, *d. l. omnis*: nihil donato accipere. *l. quicumque* 6. *eod. tit.* vt nec in eâ prouinciâ vxorem ducere. *l. vn. infr. ſi prouinciæ Rector.*

II. Domestici qui hoc titulo Adſeſſoribus iunguntur, vt & *d. l. vn. infr. ſi Rector prouinciæ: & l. quicumque* 6. *de his quæ adminiſtr.* & Cancellariis, *l.* 3. *h. t.* vbi de his dixi. Iudicum ſcilicet, etiam militarium, puta Ducum, *l.* 16. *inf. de Numerariis l.* 2. *ad leg. Iul. repetundarum*: imò & Principis agentium in rebus, *l. vlt. de Princip. ag.* erant genus miniſterij, *l.* 5. *Cod. hoc tit.* obſeruationis *d. l.* 5. actus ſolicitudinis, *l.* 6. *dicto tit.* officij, *l.* 3. *eod.* quod Magiſtratuum officiis connumerabatur, non vt publicis actibus, ſeu neceſſitatibus (ab his enim arcebantur, *l.* 4. *Cod. eod. tit.*) verùm vt priuatis Magiſtratus actibus ſeſe



ſeſe immiſcerent; quomodo & Principes ex Agentibus officiorum Domeſticos in ſuis actibus habere dicuntur, *d. l. vlt.* Pleraque vero his & Adſeſſoribus communia erant. Vtrique in prouinciâ quidquam emere, vel donato accipere vetiti: *l. omnis* 5. *l. quicunque* 6. *de his quæ adminiſtr.* Vtrique prouincialem vxorem ducere prohibebantur: *dict. l. vn. ſi Rector prouinciæ.* Vtrorúmque furta in quadruplum reſtitui oportebat: *l.* 3. *ad l. Iul. repetund.* Verùm vt officiis inter ſe differebant, ita & in aliis pleriſque: Domeſtici quippe non ipſius Magiſtratus arbitrio eligebantur quemadmodum Adſeſſores, verùm ſub fide geſtorum Primatum officij periculo ex eodem officio electi Magiſtratui dabantur, *l.* 3. *hoc tit.* ſed & actu hoc ſemel completo, eundem eis repetere non licuit: *l.* 16. *de Numerariis.* Excepti tantum hac parte Domeſtici Principis officij ex Agentibus in rebus, qui à Principe ipſo eligebantur, idémque munus repetere poterant, *dict. l. vlt. infr. de Principibus agentium in rebus.*

III. De Cancellariis, qui *Rubrica* Adſeſſoribus & Domeſticis Iudicum iunguntur, eſt *lex* 3. *ſeu vlt. hoc tit.* vbi de his dicam.

---

### ¶ Adsci sci *à Iudicibus vnde poſſint Adſeſſores, debeántve.*

1. * Impp. Arcad. & Honor. AA. Cæſario″ P. P.

SI quis Iudicum, vel ciuem″ prouinciæ quam reget, vel certè peregrinum″, Conſiliarium″ ſibi voluerit adſciſcere, tantum quatuor ſibi menſes ad retinendum eum, quem″ ex eâdem prouinciâ ſumpſerit, tributos″ eſſe cognoſcat, donec ab aliis euocatum locis″, ſuis actibus adtribuerit: Ita vt emenſis quatuor menſibus crimini detur, ſi quis vltra hoc tempus Conſiliarium crediderit retinendum. Datum VI. Idib. Decembr. CP. Stilicone & Aureliano Coss. [400.]

## N O T Æ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod Iuſtin.* prælatâ *l. in Conſiliariis* 10. *Cod. eodem tit.* ceu perſpicuâ magis, & expreſſiore; vbi tamen hanc ipſam indicat.

″ *Cæſarius* PP. Orientis, ſub Arcadio Imp. v. *Proſopogr.*

″ *Ciuis*, totius prouinciæ reſpectu hic dicitur, & *l.* 9. *de indulg. crim.* nonnulli hic exhibent, *vel eius prouinciæ.*

″ *Peregrinus* hic, alterius Prouinciæ ciuis, & alterius incola: v. quæ dicam *ad l.* 10. *de accuſat.* & mox in Commentario.

″ *Conſiliarius*, pro Adſeſſore Iudicis paſſim, *l. Conſiliarij*, π. *de Adſeſſor.* apud Marcellinum, Sidonium, Caſſiodorum.

″ Siue ciuem, ſiue peregrinum. ″Per Conſtitutionem hanc. ″v. g. Beryto: vnde Adſeſſores euocati: vt teſtatur vetus Orbis deſcriptor, ſub Conſtantio, & Conſtante, *cap.* 17. de quo mox.

## C O M M E N T A R I V S.

VNde ſibi Iudices Adſeſſores adſciſcere poſſint, debeántve, definit hâc Conſtitutione Arcadius Imp. ad Cæſarium PP. Orientis emiſſa: quam inter alias indicat Theodoſius Iun. filius eius *in l. in Conſiliariis* 10. *Cod. eod. tit.* quâ idem cauetur; exceptione tantùm addita, quæ cauſa quoque cur eam Tribonianus huic prætulerit: Regulariter ſcilicet nonniſi peregrinus, alterius prouinciæ ciuis adſciſci potuit; & priſco quidem iure, vt docet *lex* 3. *& pen.* π. *de Off. Adſeſſor. l.* 37. 38. π. *ex quibus cauſis maiores. & d. l.* 10. *Cod. de Adſeſſorib.* ex Peſcennij videlicet Nigri inſtituto; cuius, vt ſcribit Spartianus, illud fuit, *vt nemo adſideret in ſuâ prouinciâ*: Sic quidem, vt ciuem retinere Iudex non poſſet ſine crimine, *d. l.* 37. *& hac l. & d. l.* 10. ſanè Libanius quoque præbet *ep.* 338. exemplum Tuſciani è Phrygia ab Anatolio PP. Illyrici Adſeſſoris euocati. Præeſſe equidem prouinciæ ſuæ iam ante Peſcennium Nigrum nemo poterat ſine ſpeciali, & vltroneo Principis beneficio: de quo eſt quoque *l. vlt. Cod. de crim. ſacril.* & *tit. Cod. vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio*: Idque ab Antonino Philoſopho conſtitutum fuiſſe teſtatur Dio, cæſo Caſſio: ἐνομοθετήθη τότε μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν, ἄρχειν. Sed & fiſcale officium in prouinciâ ſuâ adminiſtrare pariter vetitum, teſte Paulo *lib.* 5. *ſentent. t.* 12. *de iure fiſci.* De Adſeſſoribus nondum quidquam ante Nigrum cautum fuerat, is verò primus id cauit: qui etiam in hoc altero Adſeſſores Præſidibus æquauit, quod cùm Auguſtus Præſidibus inſtituto ſalario cauiſſet, at non & Adſeſſoribus; ipſe primus Conſiliariis ſalaria addidit, de quo ad *l. prox.* Ratio autem cur Præſes & Adſeſſor nemo in prouincia ſuâ eſſe poſſit, duplex in Præſide eſt: Prior quidem reſpectu publico, ne videlicet ſtatum publicum hâc ratione facilius turbet, ſeu ne quid aduerſus Imperij ſecuritatem moliatur, clientelis forte & adfinitatibus in ſuâ prouincia ſubnixus: quam rationem Dio adſignat his verbis: ὅτι Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἐχούσῃ ἡγεμονεύων ἐνεόχμωσε, id eſt, *quod Caſſius in Syria, vbi patria eius erat, Imperium obtinens, res nouas molitus fuerat*: Alteram verò rationem, priuatorum vtilitatem ſpectantem ingerit apertè pluribuſque Syneſius, horum ipſorum Arcadij temporum Scriptor, *ep.* 73. vbi de quodam agit, qui etiam aduerſus recentem Arcadij conſtitutionem, Libyæ patriæ ſuæ præerat, quod & ipſum luget *ſuperioris epiſtolæ* 72. *fine.* Elegans admodum locus ille eſt, & ideo conſulendus *p.* 221. Similiter etiam Caſſiodorus 1. *variarum* 3.

hac rationem ingerit; *Glorioſum eſt*, inquit, *in patriâ ſua Præſidatu fungi præclarè, vbi neceſſe eſt vt vel graciam cognitio prouocet, vel odium longæ contentiones exaſperent.* Eandémque & Paulus attingit, *lib. 5. ſentent.* 12. in eo qui fiſcale officium adminiſtrat: cùm ait; *Ne aut calumnioſus aut gratioſus apud ſuos eſſe videatur.* Eademque ratio & in Adſeſſoribus militat, ex quorum conſilio Magiſtratus, ſeu Præſides iura reddebant: Prouidendum ſcilicet fuit, vt non alius Adſeſſor eſſe poſſet, quàm qui omni fauoris aut odij ſuſpicione careret: quâ certe non caret qui in ſuâ prouinciâ ſuos inter adſidet. Inde etiam eſt, vbi hodie peregrini Magiſtratus, Ducéſve ſummi quæruntur, vt apud Venetos, & Genuenſes: Quam etiam Sinarum legem eſſe audimus.

¶ Ergo in ſuâ prouinciâ Adſeſſori eſſe non licuit, ſiue eius prouinciæ ciuis originarius eſſet, ſiue peregrinus, in eadem tamen prouincia habitans (ita enim hanc legem *initio eius* accipio, quæ alioquin diſſidere ſibi videretur) Et quatuor tamen primorum ſcilicet menſium, laxamentum *hac l.* Iudici tribuitur, pariter vt *d. l.* 10. *Cod. eod. tit.* quibus Præſes eiuſdem prouinciæ Adſeſſorem ſibi retinere poteſt, intereà dum ſibi proſpicit ex aliis locis. Nempe (quam rationem addo) quia Rectores prouinciæ ſæpè ſubitò nec opinanter prouinciis præficiebantur, vt proinde aliis ex locis euocare ſibi Adſeſſores tam feſtinò non poſſent: præſertim cùm non tanta Iuriſperitorum hoc æuo copia, quos etiam per Orientem (quo pertinet *hæc lex*) *Beryto* ferme euocari mos erat, quæ Iuriſconſultorum ferax erat, & Adſeſſorum proinde nutricula: De quo ſingularis eſt locus apud veterem Orbis deſcriptorem ſub Conſtantio & Conſtante, *c.* 17. §. 3. quem ipſe extuli: *Iam Berytus ciuitas valde delitioſa, & auditoria Legum habens, per quam omnia Iudicia Romanorum: Inde enim Viri docti in omnem orbem terrarum* ADSIDENT *Iudicibus, & ſcientes Leges cuſtodiunt prouincias, quibus mittuntur Legum ordinationes*: Ad quem locum plura iam olim notabamus.

¶ Poſtremum verò iſtud, vt videlicet Iudex Adſeſſorem ex eadem prouinciâ, cui præeſt, per quatuor primores menſes retinere poſſit, num ex Peſcennij Nigri conſtitutione deſcendat quæritur? Burgius 1. *Electorum* 9. id probabat: arg. *d. l. hi qui* 37. *π. ex quib. cauſis maiores*: *& d. l.* 10. quandoquidem & *d. l.* 10. id Legibus antiquis tribuitur: & *in d. l.* 37. ſub Pauli nomine id proponitur, vel indicatur. Verùm ita ipſe potius ſentio, vel anterioribus ſi fortè legibus id indefinitè conſtitutum, vt intereà dum Iudex ab aliis euocaret locis Adſeſſorem, prouincialem intereà retinere poſſet. Verùm huic rei modum *hac l.* poni, indultis TANTVM quatuor in id menſibus: vel certè quod malim, ſimpliciter, hoc laxamentum hac primum conſtitutione ab Arcadio tributum: TRIBVTOS *eſſe cognoſcat*, inquit, à ſe ſcilicet; Etſi non abnuo, etiam in veteri iure firmando, hanc eandem formulam vſurpari: vt *l.* 16. *Cod. ad leg. Corn. de falſis*: de quo etiam aliquid dixi ad *l. caſus maioris*, *p.* 42. Peregrinum ergo prorſus Adſeſſorem ſibi hoc ſaltem tempore tranſacto, ſeu emenſo, Iudex adſciſcere debet: peregrinum, id eſt, ex alterâ prouinciâ euocatum: Quomodo & peregrina iudicia dicuntur, *l.* 10. *inf. de accuſat.* & apud Symmachum *lib.* 10. *ep.* 61. & in *epiſtola Fabij Pontificis III.* quæ ſcilicet alterius prouinciæ ſunt: quo eodem ſenſu peregrini commeatus dicuntur, *l.* 161. *inf. de Decurionib.* vt & peregrini Epiſcopi & Clerici, *l.* 37 *de Epiſcopis.*

¶ Illud interim ex *hac* quoque *lege* diſcimus, Iudices ſibi Adſeſſores ſuos *adſciuiſſe*, ſuis *actibus attribuiſſe.* Quod ab Auguſto conſtitutum teſte Dione *lib.* 53. Quò pertinet Macarij locus, *homilia* 15. ὅταν γένηται ὁ ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸ συγκάθεδρον. De quibus etiam Adſeſſoribus plura dicam ad *l. omnis* 5. *inf. de his quæ adminiſtr. & l. vn. ſi prouinciæ Rector*: ex Libanio quoque. In quo Adſeſſores à Domeſticis & Cancellariis Iudicum differunt, *l.* 3. *infrà*, vbi de ratione differentiæ videbimus: vt & à Stratoribus *l.* 4. §. 1. *de offic. Proconſulis*: & in genere ab Officialibus.

¶ Tandem obſeruari cupio, perfracta hoc æuo identidem ſub Theodoſio M. & Arcadio, Iuris iſtius & interdicti repagula, quo ſcilicet vetiti Iudices & Adſeſſores in ſuâ prouinciâ præeſſe vel adſidere: nam vt *hac l.* ab Arcadio recentata prohibitio circa Adſeſſores, ita & circa Iudices, paulò ante à Theodoſio M. *l. vlt. Cod. de crimine ſacrilegij*: mox & ſub Arcadio, Anthemio PP. ſuaſore & auctore: cuius legis meminit Syneſius *ep.* 73. μὴ, δέομαι, μὴ γένοιτο τοῖς Ἀνθεμίου τοῦ μεγάλου καιροῖς ἐπαρχίαν Ῥωμαϊκὴν ἐκ μέσης ἀνῃρῆσθαι τῆς διοικήσεως: εἰπὲ πρὸς αὐτόν, εἰπὲ πρὸς τῶν λόγων; οὐ σὺ κατεπεμφθῆναι τὸν νόμον γέγονας αἴτιος, ἐπὶ τοῖς πάλαι τὸν πρόσφατον, ὃς ἀπατείνεται πολλά, καὶ χαλεπὰ τοῖς μνηστεύουσι τὴν τῆς ἐνεγκούσης ἀρχὴν, &c. id eſt, *Ne, quæſo, ne hoc magni Anthemij temporibus eueniat, vt Romana prouincia media ex diœceſi funditus pereat. Dic illi, dic per ſcientias obteſtor: non tu nouæ ſupra veterem mittendæ legis Author extitiſti, quæ lex multa & acerba minitatur iis, qui patriæ ſuæ imperium ambiant, &c.* Et tamen ſub eodem Arcadio violatam eam in prouincia Ægypti *Lybia* (malè *Africam* & *Afros* Interpretatio habet) multis *ea epiſtola* cõqueritur idem Syneſius, ſed *& fine epiſtolæ ſuperioris* 72. Quare & à Theodoſio Iun. filio eius, interdictum hoc renouatum, *d. l.* 10. Eſt denique peculiaris de hoc Interdicto, *titulus* 41. *lib.* 1. Codicis Iuſtinianei, *vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali Principis permiſſu permittatur*: vbi tamen conſtitutiones ipſæ, ſi modò plures fuerunt, interciderunt. Pœnam porrò huius poſtremi vide in *d. l.* 10. Pariter vt *hac l.* id *criminis* genus eſſe deſignatur, indefinitâ oratione, vt aliàs ſæpe. ¶ Exceptio tandem hîc notanda, quæ additur *d. l.* 10. niſi Principis aut Præfecti prætorio indulto.





## ¶ *De* PECVLIO *quaſi Caſtrenſi Adſeſſorum.*

II. * Impp. Honorius, & THEODOSIVS AA. Euſtaſio" PF. P. poſt" alia.

VELVT Caſtrenſe peculium filiifamiliâs Aſſeſſores" poſt patris obitum" vindicent", qui conſiliis propriis Adminiſtratores adiuuare conſueuerunt, ſi quid" licitis honeſtiſque lucris coadunare" potuerint. Data x." Kal. April. Conſtantinopoli, DD. NN. Honorio XIII. & Theodoſio X. AA. COSS. [422.]

INTERPRETATIO. *Si quis viuo patre, cuiuſcunque Iudicis conſilio adhæſerit, quicquid ex iuſtis & bonis cauſis acquiſierit, hoc ſibi ſic vindicat, ſicut & ille filius, qui aliquid viuo patre in armis conſtitutus acquiſierit."*

## NOTÆ.

* Lex 7. *Cod. Iuſt. eod. tit.* Iungendáque huic eſt *lex vlt. infr. de poſtulando.*

" ℞. *Euſtathio*, quomodo habet quoque hîc *Cod. Iuſt.* habent & aliæ *leges*, huius Anni 422. Habet & MS. Put. And. ſimilis error *in l. 1. de iuriſdictione*: vide *Proſopogr.*

" Abeſt à *Til.* & *Cuiac.*

" Vocem *etiam* addidit hîc Tribonianus. Quo nil opus erat.

" *Præcipuum*, vt eſt *in d. l. vlt.*

" *Proprio dominio*, vt eſt *in d. l. vlt.*

" *Ex huiuſmodi profeſſione, vel eius occaſione*, d. l. vlt.

" In Til. *condonare*: addito ad marg. *coadunare. Coadunandi* vox hic propria: *conquirendi* voce vtitur *d. l. vlt.* Alioquin ita quoque coadunatæ ſummæ in vnam *l. 9. §. vlt. π. de pactis.*

" *Kal. April.* Til. & ad marginem, *Id. Auguſt.*

" Ita Sichardi & Cuiac. Ed. Pariſ. vlt. *acceperit.* Quod etiam ad marg. Sichardus addidit.

## COMMENTARIVS.

PECVLIVM, quod filiusf. Adſeſſor, licitis honeſtiſque lucris coadunare potuerit, id eſt, quod *ex huiuſmodi profeſſione, vel eius occaſione* ἐκ τῆς συνεδρίας, inquiunt Baſilica, conquiſiuit, id velut caſtrenſe peculium (ideſt, vt Interpres ait, *ſicut ille filius qui aliquid viuo patre in armis conſtitutus acceperit*) poſt patris obitum velut *præcipuum* vindicare *proprio dominio* (atque adeò conferre non teneri) definit *hac l.* Theodoſius Iun. Quod & ipſum de Aduocatis idem ſtatuit *l. vlt. inf. de poſtulando*: quæ huic noſtræ coaſſanda venit, velut vnius eiuſdemque conſtitutionis Theodoſianæ pars, imò & ductim huic illa ſubiicienda eſt: ſic quidem, vt cùm ea ſemiplenum ſenſum habeat, ex hâc omninò lucem mutuari neceſſe habeat. Ex his verò duabus legibus diſcere quoque licet iuris iſtius proceſſum & incrementum circa peculium quaſi Caſtrenſe: Primùm enim, & ante Theodoſium Iun. conceſſum fuit peculium quaſi Caſtrenſe *Præcinctis*, ob Cinguli prærogatiuam, vt *dict. l. vlt. de poſtul.* dicitur, id eſt, (vt ibi Interpres rectè accipit) iis qui Iudiciariam poteſtatem meruerant: de quo vid. *& l. vlt. Cod. de inoffic. teſtam. & §. vlt. Inſt. de milit. teſtam.* Præcincti ſunt cincti omnes, vt ad *eam l.* dicam, qui cum poteſtate publica ſunt; non militiæ tantum: quomodo Auidius Caſſius in Epiſtola Veri, apud Gallicanum, *inter Præcinctos habitus* dicitur, id eſt, Dux. Poſteà mox & *Aduocatis* in foro Præfecti Prætorio ante Theodoſium Iuniorem, pariter peculium quaſi Caſtrenſe conceſſum fuit, quod *d. l. vlt.* indicatur, vt cœteroquin, qui PP. P. vel ſub iis erãt, præcipuo quodam iure fuêre; de quo ad *l.* 11. *inf. de Numerar. & l.* 188. *inf. de Decurion.* vid. & Caſſiodorum 6. *var.* 12. vbi de Conſiliariis Præfectorum. Tandem & Adſeſſoribus, Aduocatiſque omnium Iudiciorum id à Theodoſio Iun. *hac l. & dict. l. vlt.* tributum: verùm de hoc plura adhuc ad *eam legem vlt.*

Cæterùm his verbis, *qui conſiliis propriis Adminiſtratores adiuuare conſueuerunt*, non tantum Adſeſſorum Officium deſcribi putandum eſt, de quo multa loca occurrunt quoque apud Libanium, quæ iam *ad eum* notaui *pag.* 28. *& ad l. quiſquis.* verùm etiam indicari rationem cur Adſeſſoribus quoque Magiſtratuum æquum viſum ſit, peculium quaſi Caſtrenſe tribui exemplo ipſorum Iudicum: nempe quia (quod & clarius dicitur *l. 1. inf. de his qui adminiſtr. & l. vnic. inf. ſi prouinc. Rect.*) Adſeſſores Adminiſtrantium ſocij atque participes ſunt, & quædam eorum portio videntur: de quo ad *eas leges.*

*Licitorum* porrò & *honeſtorum lucrorum* numero *h. l.* ſunt ſalaria, quæ ſanè de publico Adſeſſores accipiebant, de quo videndus *tit. Cod. Iuſt. de annonis & capit. Adminiſtrantium, & eorum Adſeſſorum*: Quamquam ſerius id factum, vt Adſeſſores in ærarium referrentur, ſeu in Commentarium Principis inter eos qui ſalarium de publico ferebant: Nam Auguſtus, qui primus Præſidibus prouinciarum ſalaria de publico conſtituerat, teſte Dione *lib.* 53. De Adſeſſoribus tamen ſeu Conſiliariis nihil cauerat: Ipſi quippe Magiſtratus ſalaria Adſeſſoribus præſtabant: Verùm à Peſcennio Nigro primùm addita ſunt Conſiliariis ſalaria, ne eos grauarent quibus adſidebant, addita hac ratione, Iudicem nec debere dare, nec accipere: teſte Spartiano *in eius vita.* Quod ius num Iuriſconſultorum noſtrorum, Papiniani, Vlpiani, Pauli temporibus, ideſt, ſub Antonino Caracalla, paulò poſt Peſcennium obtinuerit, ambigi video: Cuiacius putat: Burgius 1. *Elector.* 9. negat, qui prolixè hoc tractat: manſitque id interfecto quamuis Peſcennio, vt alia illius, vt fidem facit Papinianus (qui per ea ipſa tempora ſub Seuero & Antonino Impp. ſcribebat) *in l. 4. & 6. π. de Offic. Adſeſſor.* Itaque quod Lampridius ait, *Alexandrum Seuerum Adſeſſoribus ſalaria inſtituiſſe*, non ita accipi oportet, quaſi Lampridius exiſtimauerit Alexandrum primùm ſalaria Adſeſſoribus conſtituiſſe, verum *inſtituendi* verbo, pro *conſtituendi*, Lampridius vſus videtur. Neque enim Lampridium erraſſe facilè inducor: De hac tamen re plenius videndus Burgius 1. *Elector.* 9.

## ¶ *De* DOMESTICIS *&* CANCELLARIIS *Iudicum: déque eorum Electione, & Flagitiis ipſorum, vt & Iudicum, per eos detegendis.*

### III. * Iidem A A. Aſclepiodoto P F.P."

NVLLVS Iudicum" ad prouinciam ſibi *commiſſam* quenquam ſecum" ducere audeat, cui *Domeſtici* vel *Cancellarij* nomen imponat, nec profectum ad ſe vndecunque ſuſcipiat: ne famæ notâ cum bonorum publicatione plectatur: Periculo enim Primatum" Officij Cancellarios, ſub fide geſtorum, electos" Iudicibus applicari" iubemus, ita vt poſt depoſitam adminiſtrationem, per" continuum triennium nec militiam deſerant, & Prouincialibus præſentiam ſui exhibeant, quò volentibus ſit accuſandi eos facilitas": Si enim idonea cauſa exegerit, ad detegenda Iudicis flagitia, & Quæſtioni eos ſubdi oportet, &c. Dat. pridie Kal. Iun." Conſtantinopoli, Aſclepiodoto & Mariniano VV. CC. COSS. [423.]

INTERPRETATIO. *Omnes Iudices euidenter agnoſcant, nullum in prouinciam ſibi commiſſam, de eadem, de quâ venit prouincia, vel alia regione, ſibi Cancellarium, aut Domeſticum fortaſſe" coniungere, niſi qui ei publicè fuerit* ciuium electione *deputatus.* ¶ *Ita vt poſtquam fuerit Iudex ille remotus, is qui Conſiliarij" vel Domeſtici geſſit officium*, triennio *ſub alio Iudice de prouincia non diſcedat, vt ſi quis accuſator fortaſſe extiterit, reddat accuſantibus rationem.* ¶ *Et ſi forte facta Iudicis celare vſquequaque voluerit, ſubdatur publicæ quæſtioni.*

## NOTÆ.

* *Lex Nullus* 8. *C. Iuſt. eod tit.*
" *Aſclepiodotus* PP. Orientis ſcilicet, ſub Theodoſio Iun. vid. *Proſopogr.*
" *Iudicum*, ideſt, quibus prouincia commiſſa, mox vt dicitur: & ſic Rectorum prouinciæ." de hâc voce v. *Gloſſ.*
" *Primatium*, in Til.
" De eadem, de qua venit, prouinciâ, vel aliâ regione. Interpres rectè.
" *Ex eodem Officio*, add. Cod. Iuſt.
" *Applicare* Til. malè.
" *Per continuum triennium*: hæc verba abſunt à Cod. Iuſt.
" *Facultas.* Cod. Iuſt.
" *Iul.* Cod. Iuſt. " *Fas eſſe.* " *al. Cancellarij.*

## COMMENTARIVS.

DE DOMESTICIS & CANCELLARIIS tria *hac l.* à Theodoſio Iun. conſtituuntur, aduerſus fraudes Iudicum, & ad eas detegendas: Primum caput eſt de Electione eorum: nempe Iudicibus Domeſticos, & Cancellarios ſibi adſciſcendi, coniungendi, vt Interpr. ius adimit hac leg. Theodoſius Iunior. Verum periculo Primatum officij eis aſſignari, *applicari*, vt *hîc* dicitur, ſeu deputari, vt Interpres, ſub fide geſtorum electos iubet, *ex eodem officio*: quod Tribonianus rectè addidit, & Baſilica quoque probant, ἀπὸ γὰρ τῆς τάξεως ὁ φείλουσιν εἶναι, ideſt, ex Officialium, ſeu Apparitorum numero qui perpetui in prouincia erant, *l. Præſidis, ff. Si cert. petat. & l.* 59. *infr. de appellat.* Male Interpres proinde hic, *ciuium electione*, hos eligi vult. Et hæc quidem ita circa Iudicum Domeſticos. Atenim Principibus officiorum ex Agentibus in rebus id datum poſtea ab eodem Theodoſio Iun. *l. vlt. inf. de Princip. agen.* vt Domeſticos in ſuis actibus habere his liceret eos, quorum fidem, induſtriamque probatam ſibi æſtimarent. Et hæc quidem de primo *huius l.* capite De cæteris poſtea. De Domeſticis enim, & Cancellariis prius videndum eſt.

De Domeſticis docuit iam ſatis Paratitlon, quidnam ij eſſent, quodve miniſterij genus apud Iudices tam ciuiles, quam militares gererent; de quibus ſunt *hoc Codice* ſeptem conſtitutiones, putà *lex* 3. *hoc tit. l. vn. inf. ſi Rector prouinciæ*: *l. omnis*, 5. & *l. quicumque* 6. *de his quæ adminiſtr. l. vlt. de Princip. agentium in rebus*: *l.* 16. 17. *de Numerariis*: *l.* 3. *ad l. Iul. repetundarum.* Exterorum Scriptorum teſtimonia de his nunc accedant. Helladium οἰκεῖον τοῦ ἐπάρχου (cuius apud Præfectum magna authoritas) memorat Baſilius, *ep.* 287. Memorat Ammianus Marcellinus *lib.* 15. Siluani Magiſtri militum Domeſticum, & *lib.* 28. *p.* 407. Romani Comitis Africæ Domeſticum & *lib.* 30. *p.* 446. Cæſarium Remigij Magiſtri officiorum Domeſticum, poſtea Notarium Principis: Symmachus quoque, *lib.* 6. *ep.* 67. *Firmum Domeſticum ſuum* memorat: vt & *lib.* 2. *ep.* 71. Cyrum Domeſticum ſuum: Iſidorus Peluſiota quoque ſcribit ad Sozomenum, Δομέστικον τοῦ ἐπάρχου, *ep.* 300. *lib.* 1. retenta voce Latina: vetus Gloſſarium *Domeſtici ſunt, ex quibus pro magna parte conſilium pendet.* Hi, vt dixi, Adſeſſoribus iunguntur; & *rubr. huius tituli, & l. vn. inf. ſi Rector prouinciæ*: *l. quicumque* 6. *de his quæ adminiſtr.* ſeu Conſiliariis, quomodo apud Marcellinum *prædicto loco.* Item docuit Paratitlon, Iudicum quoque militarium Domeſticos fuiſſe, & vero Marcellini loca ſunt, de Magiſtri, & Comitis rei militaris Domeſticis, vt & *lex* 3. *inf. ad l. Iuliam repetund.* de Domeſtico Ducis. Horum verò magna fuit apud Iudices, & Magiſtratus auctoritas. Vnde & Domeſticus Manipulario, ac miniſtro opponitur *d. l.* 3. Idemque ex ſuperiore Baſilij loco diſcimus: vnde & Heraclianus Comes Africæ Sabinum Domeſticum ſuum generum ſibi elegiſſe dicitur ab Oroſio, *lib.* 7. & quia Conſiliorum



liorum participes erant, etiam periculorum Socij erant, vt ex Marcellino quoque clarum *lib.* 30. Vbi de Cæſario, & ex Malcho, *in hiſtoria Bizantina.*

¶ Et hæc de Domeſticis, à quibus *Cancellarij* hîc ſeparantur, quos tamen viri docti commiſcent. Domeſticos verò hos caue, ne cum Domeſticis & Protectoribus commiſceas, de quibus *lib.* 6. & cum Domeſticis, de quibus Procopius. *Cancellarij* tum in Domo auguſta ſeu apud Imperatorem, tùm in officio Iudicum, ſeu Magiſtratuum fuêre: noménque id officij *l.* 3. *h. t.* ſeu obſeruationis & miniſterij erat, *l.* 5. *Cod. eod. tit.* Magiſtratuum, inquam, quà vrbanorum, quà prouincialium, quà Illuſtrium, veluti P.P. *l.* 1. §. 8. *Cod. de off. P.P. Afr.* quâ Spectabilium vel Clariſſimorum *h. l.* ſic vt hâc ætate, non dicam mediocris, verum omninò nulla eorum eſſet dignitas. Itaque Vopiſcus, cùm *in v. Carini* dixiſſet, *Carinum Amicos optimos quoſque relegaſſe, peſſimum quemque elegiſſe, aut tenuiſſe; dixiſſetque Carinum, Præfectum Vrbi, vnum ex Cancellariis ſuis feciſſe*, ſubiicit, *quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici*: nempè quia ſumma tum Præfecturæ Vrbanæ dignitas erat, Cancellariorum nulla penitus, ſed miniſterij tantùm genus. Hæc inquam eſt Vopiſci mens, non quam Marcilius affingit *in Titum cap.* 6. Ideò etiam à Conſtantino Imp. *in l.* 1. *inf. de agentibus in reb.* Largitionalibus, & Officialibus iunguntur, vt & in autoritate Aproniani Præfecti Vrbis inter Officium, & Scribam collocantur. PRÆDA DAMNATA, QVAM TRIBVNVS OFFICIVM, CANCELLARIVS, & SCRIBA DE PECVARIIS CAPERE CONSVEVERANT. Ex quo etiam apparet, Cancellarium diſtingui à *Scriba*, vt proinde minus ſint audiendi, qui Cancellarij nomine Secretarium, Scribam, ſeu Grapharium, vt hoc ſæculo vocantur, vel ἀντιγραφέα intelligunt: quaſi qui intra Cancellos ſcribendis epiſtolis, iuſſionibus, Edictis, Relationibus, reſponſis, ſententiis Iudicum operam darent. Coniunguntur & hoc titulo *domeſticis Iudicum*: Rurſum non Epiſtolas, non libellos, non admiſſiones, tractaſſe Cancellarios, tùm ex *l.* 1. *Cod. de off. Præf. Prætor. Africæ*, tum ex Notitia Imperij (quæ quadriennio fermè poſt *hanc l.* conſcripta fuit) conſtat: *ſub diſpoſitione*, inquit, *Viri Illuſtris Magiſtri Officiorum ſchola agentium in rebus, ſcrinium memoriæ, ſcrinium diſpoſitionum, ſcrinium Epiſtolarum, ſcrinium libellorum, admiſſiones, Cancellarij.* Interim tamen vt Cancellarij ex Officij, ſeu miniſterij ſui neceſſitate, Secreta Conſiſtorij in domo Auguſtâ auribus hauriebant, quod ex Caſſiodoro liquet; ita & Cancellarij Iudicum, Prætorij Secreta, in foro Iudicum. Verum cuiuſmodi hoc miniſterium fuerit, luculenter diſcimus ex duobus Scriptoribus, Agathiâ ſcilicet & Caſſiodoro. Agathias *lib.* 1. *hiſtor.* ita Cancellarios deſcribit: ὅσοι, inquit, τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπηρέται ἐτύγχανον ὄντες, οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπεφρόντιστο, τῆς ἄλλης εὐκοσμίας πέρα, καὶ ὅπως μὴ χύδην ἅπασι τοῖς βουλομένοις ὡς αὐτὸν εἰσιτητέα εἴη: τούτους δὲ ἔθος Ῥωμαίοις ἐκ τῶν κιγκλίδων ἐπονομάζειν, καὶ τῆς ἐν τούτοις ἐπιμελείας. id eſt: *Quotquot eius Magiſtratus erant miniſtri, quibus Secretaria & Prætoria curæ erant vt ornarentur, & ne omnibus temerè ad eum aditus pateret, &c.* Rem igitur omnem hinc tenemus. Primum Cancellarios, ὑπηρέτας, miniſtros τῆς ἀρχῆς fuiſſe. Et verò *lex* 5. *C. h. t.* miniſterium vocat. Secundò, Secretarium Iudicis eis commiſſum fuiſſe: id enim volunt illa verba, οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπεφρόντιστο. Ἀρχεῖα ſcilicet ſunt τὰ χωρία κεκτῶν, vt etiam Suidas interpretatur: Ad turbam videlicet ſubmouendam, & ne qui tumultus, vt fieri amat in turba, audiretur, & ne promiſcuè cuiuis volenti ingredi in Secretarium poteſtas eſſet! Breuiter τῆς εὐκοσμίας, in Secretario obſeruandæ cuſtos Cancellarius erat: vndè munus Secreti Iudicialis accepiſſe dicitur, apud Caſſiodorum 11. *var.* 27. Item Conſiſtorij Prætoriani Secreta cuſtodire apud eundem 11. *variar.* 6. De iiſdem vid. & 1. *var.* 35. Tertiò ex *eodem* Agathiæ *loco* conſtat, vnde nomen eis Cancellariorum inditum fuerit, nempè quod omnis eorum opera, *in Cancellis* Secreti, ſeu Secretarij eſſet, & ad Cancellos hærerent: Secretariorum quippe aditus, ſeu veſtibula, non tantùm velis (de quibus dictum fuit *ad l.* 1. *ſup. de off. Rector prouin.*) verùm etiam trans vela Cancellis (*Barreaux*) ſepiebantur; Et Conſiſtorij fores velis prætendebantur: proximáque huic ſtatio Cancellis ſepta clauſáque erat, intráque velum admiſſi, Comites, & Participes conſilij. Satellites verò intra Cancellos, & vela, fermè ſubſtitêre. Vnde Sidonij illud, *lib.* 1. *ep.* 2. *Pellitorum turba Satellitum, ne abſit, admittitur; ne obſtrepat, eliminatur: ſicque pro foribus immurmurat excluſa velis, incluſa Cancellis.* Addatur & Corippi locus *lib.* 3. quo oſtenditur, Protectores extra velum conſtitiſſe. Igitur vt à velis *Velarij* dicti ſunt, ita a Cancellis *Cancellarij.* Horum verò Cancellorum, & velorum, iunctim meminit *lex cœtera* 43. §. *ſed ſi Cancelli, ff. de leg.* 1. & Ammianus Marcellinus *lib.* 30. & Sidonius *dicto lib.* 1. *Epiſt.* 2. Et Iulianus Architectus apud Harmenopulum *lib.* 2. *tit.* 4. & Caſſiodorus non *vno loco*: inter cœtera *lib.* 11. *ep.* 6. vbi Cancellos *Lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas vocat*; quemadmodum è Græcis Polybius *lib.* 15. eos vocauit θύρας δικτυωτὰς διαφανεῖς, *fores reticulatas, tranſlucidas.* Cæteri vocant κιγκλίδας. Grammatici quoque Græci, eas ita deſcribunt. Κιγκλὶς ἡ καγκελλωθεῖσα, θύρα δικτυωτή, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων αἱ ποιοῦνται ἦσαν, ἵνα ταχέως ἀνοίγωνται καὶ κλείωνται, συνεχῶς γὰρ εἰσήεσαν, καὶ ἐξήεσαν. id eſt. *Cancelothyris ianua Cancellata, qualis erat in Secretariis, vt citò aperirentur, clauderentur: continuò enim inibant, exibant.* Eò pertinet elegans Ænigma Græcum 4. Ἀνθολογ. c. εἰς σκεῦος εἰ. κάγκελλον τῆς οἰκίας.

Ἤν κλείσῃς μ' ἀνέῳγα, καὶ ἢν οἴξῃς, σύ με κλείσεις.
Τοῖος ἐὼν τηρεῖν σὸν δόμον οὐ δύναμαι? ι.

*Si claudas me, aperior; ſin aperias, clauſus ſum:*
*Talis cùm ſim, quî poſſim domum veſtram tutari?*

Ideò & Caſſiodorus vbi de iſtis Cancellis, & Cancellariis, *quamuis ſtudioſè claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias.* Liban. *orat.* 15. *ad Theodoſ. p.* 407. προσπίπτουσι μὲν οὕτω σφοδρῶς ταῖς τοῦ ἄρχοντος κιγκλίσι, [κιγκλίδι] καὶ ταῖς μετ' ἐκείνην θύραις; ὥστε δεῖσαι τοὺς ὑπηρέτας μὴ καὶ ῥήξαντες αὐτὰς ἀποκτείνωσιν αὐτόν, οἷα τοιοῦτοι καιροὶ πεποιήκασι πολλάκις, id eſt: *adeò vehementer irruunt in Prætoris Cancellos, ſeu repagula, & alias poſteriores ianuas, vt miniſtri vererentur, ne his effractis interficerent dominum; vt per eiuſmodi tempora ſæpenumerò factum eſt.* Idem in *epiſt. ad Gaianum* 114. Adſeſſorem vel Aduocatum in MS. Regio has κιγκλίδας memorat. σὲ μὲν εἶχε τὸ δικαστήριον. Mox. ἔδραμον ἐπὶ τὰς ὑμετέρας κιγκλίδας διψῶν τοῦ ἀκοῦσαι, καὶ τέμνον μετὰ θορύβου εἶτα σοῦ μὲν οὐχ ὑπῆρχον ἀκούειν. Gloſſæ Baſilicorum. Κάγκελλον ἀντὶ τοῦ δικτύσκου, ἔνθεν καγκελλάριοι οἱ ἐν αὐτῷ ἑστηκότες: δύο δὲ οὗτοι μόνοι: id eſt. *Cancellum pro reticula: vnde Cancellarij qui in Cancello ſtant: Hi autem duo tantum fuere*: vbi tamen loco δύο legendum δυοκαίδεκα: vid. Heraclij Nouellam; vid. & *Etymolog.* in κιγκλὶς Pollucem *lib.* 8. Heſychium κιγκλίδες θύραι ἃς ἡμεῖς καγκελλωτὰς λέγομεν. Et Ariſtophanis Scholiaſtes *in Veſpas*: κιγκλὶς ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ γὰρ κελωτὴν καλοῦσι, id eſt. *Cinclis ianua Secretarij, quam vocant Cancellatam.* Cancellorum ſepta, Ammiano Marcellino, *lib.* 30. *p.* 451. vbi de Aduocatis. *Cúmque intra Cancellorum*

*cellorum venerint ſepta, & agi cœperint alicuius fortunæ, vel ſalus.* Gloſſæ veteres, *Caulæ, Cancelli Tribunalis, vbi ſunt Aduocati*: vel vt aliæ, *Caule, cancelli ante Iudicem, extra caula foris verſus atria*: Cancellarij igitur hoc ipſum fuêre, quod Oſtiarij, quos *Huiſſiers* vocamus; quare etiam vt re, ſic & nomine conueniunt, quod nomen acceperunt hi ab *oſtio*, illi à *Cancellis*, qui pro oſtio erant: Poteſtates Ianitrices, & *à Cancellis Poteſtates* dixit, Carnum, Forculum, & Limentinum, Deos Gentilium Tertullianus, *in Scorpiaco*. Erat autem inter hos Cancellarios, collapſo iam imperio, vnus qui dignitate præeminebat, & πρωτοκαγκελλάριος dicebatur: vide Conſtantini Perphyrogen. *Nouell.* 10. De horum annonis vide *l.* 1. *Cod. de off. Præfecti prætor. Afr.*

Agathiæ loco iam pluribus diſcuſſo, ſuccedat nunc alter, qui ſuperiori illi cumprimis reſpondet, Caſſiodori locus, *lib.* 11. *ep.*6. *ad Ioannem Cancellarium*, de Cancello Principis. *Hoc*, inquit, *laudabile præiudicium, militiam Domeſticam*, CANCELLORVM *tibi decus attribuit, vt Conſiſtorij noſtri Secreta, fideli integritate cuſtodias: per te præſentandus accedat, per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat. Iuſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias, omniáque ſic geras, vt noſtram poſſis commendare Iuſtitiam.* Mox, *quia talem vnuſquiſque ad* RESPONSA SVA *videtur eligere, qualem ſe cunctis decreuerit æſtimari.* Item. *Sic miles ad Secreta Iudicis proximatus, Præſulis ſui famam aut ornat, aut maculat.* Et deinceps; *Reſpice quo nomine nuncuperis: Latere non poteſt, quod inter Cancellos egeris: tenes quippè lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas, & quamuis ſtudioſè claudas, neceſſe eſt vt te cunctis aperias: nam ſi foras ſteteris, meis emendaris obtutibus; ſi intus ingrediaris, obſeruantium non potes declinare conſpectus. Vide quò te Antiquitas voluerit collocari, vndique conſpiceris qui in illâ claritate verſaris; proinde ad noſtra monita, aures animúmque conuerte, fige menti omnia quæ iubemus; eſto conceptaculum, quod audita cuſtodias, quod ſuſcepta non fundas: quia nihil proderit ſi auribus tuis tranſitura placeant, & in cordis finibus ſe omnia non defigant.* A Cancellis igitur, Cancellarij dicti, vnde & *Cancellos* agere dicuntur apud eundem Caſſiodorum *lib.* 12. *var.* 1, *in fin.* Item à *Cancellis* apud Erricum Monachum *lib. 6. de vita Sancti Germani.* Et verò milites, ſeu apparitores modò intra Cancellos in Secretario, modò foris ſtantes, modò accedentes in Secretarium, vel Conſiſtorium inducebant, Iudici ſupplicantium deſideria, & retrò reſponſa Iudicis, vel Principis referebant. Hæc de Cancellariorum munere, ſeu militiâ Caſſiod. qui alioquin Cancellariorum ſingularum Prouinciarum & Rectorum meminit, & ed eos ſcribit, qui erant quaſi Iudicū Adiuuæ, & inſpectores: vid. *lib.* 1. *ep.* 35. *lib.* 11. *var.* 6. 27. 36. 37. 19. *lib.* 12. *ep.* 1. 3. 10. 12. 14. 15. vbi *ep.* 1. *Cancellorum pompâ decoratum, & glorioſâ grauitate præcinctum* vocat, eúmque monet iniuncta morali compulſione procurare. Addito; *perſona tua refugium ſit oppreſſo, infirmo defenſio, præſidium aliquâ commoditate concluſo: ſic enim propriè noſtros Cancellos agitis, ſi læſorum impia clauſtra ſoluitis.* Et ſunt tamen, qui Caſſiodori æuo auctum iam Cancellarij munus aliquantum ex ipſomet notant. Argumentum aliquod præbere videtur *lib.* 12. *var.* 1. & 3. Quod equidem ipſe non video, non magis quàm apud Agathiam. Certè poſteà Cancellariorum nomen ad varia flecti cepit; inde factum, vt eo cenſerentur Scriba, Antigrapheus, vt in *Gloſſis* Iſidori: de iis deinceps, & eorum munere, vid. Conſtantini *Nouell.* 10. & leges Longobardorum *lib.* 2. *tit.* 40. Imò vide & Interpretem *ad l.* 1. *inf. ad l. Cornel. de falſ.* Tandem tractum hoc nomen ad ſummum Secreti Magiſtrum, & ſummum Quæſtorem in Conſiſtorio, ſeu Aula Regia; verùm non à *Cancellis*, ſed à *Cancellando*. Vet. Gloſſ. *Cancellarius eſt, qui habet officium, ſcripta, reſponſáque Imperatoris atque mandata inſpicere, & malè ſcripta Cancellare, & benè ſcripta ſignare.* Qui tamen in eo peccat, quod Cancellationem ad malè ſcripta reſtringit: nam *Cancellare* eſt omninò delineare, lineas ducere in obliquum, & tranſuerſum; vnde *Cancellari*, & Cancellandi nomina in diſciplina fin. regundor. pro Limitibus, terminis, & Limitatione. Hinc iam patet, quam inepta ſit Azonis, & poſt eum Hotomanni (qui id εὕρημα tamen ſibi tribuit) ſententia, qui *Cancellarium* Actuarium interpretantur: indéque ductum nomen cenſent, quod eius *officium*, ideſt (vt inquit hic) cellula in quâ ſcribere conſueuit, Cancellis inunita ſit: idque ità ſenſit admonitus formâ cellæ actuariorum, quam illi *Cancellariam*; quomodo & Turnebi error eſt, qui 11. *Aduerſar.* Vopiſci locum de his poſtremis Cancellariis accepit, appellant. Accurſius etiam *Cancellarios* per *Notarios* explicauit.

¶ Hi igitur Cancellarij, vt ad *huius leg.* ſententiam redeam, non minus quàm Domeſtici erant, velut quotidiani, & aſſidui ſpeculatores, & curioſi eorum quæ agerentur à Iudice, ſeu Rectore prouinciæ in Secretario ſcilicet: quâ causâ etiam hæc tria de vtriſque *hac conſtitutione* à Theodoſio Iun. conſtituta ſunt. Primum vt Iudices ipſi huiuſmodi Cancellarios ſibi adſciſcere non poſſent, verùm his publicè electi appplicarentur *ex eodem officio*, addit Tribon. in *Cod. Iuſt.* Alioquin ſi ipſimet Cācellarios adſciſcerent, bonorum publicatione multarentur, cum famæ notâ, quaſi adſcito eo, quem fraudibus ſuis collubentem, & colludentem ſcirent. Alia ratio Adſeſſorum fuit; Hos enim quia non iam actuū Iudicum obſeruatores ſunt, verùm conſiliis ſuis tantùm eos iuuant, ius ſuggerunt: hos inquam ipſi Iudices ſibi adſciſcere poſſunt: vid *l.* 1. *ſup.* Item alia ratio Domeſticorum, quos Principes agentium in rebus ſibi adſciſcere poterant, *l. vlt. inf. de Principibus agent. in reb.*

Secundò conſtituitur, vt poſt depoſitam adminiſtrationem, per continuum triennium militiam non deſerant, ſed in prouincia maneant, quò ſcilicet volentibus eos accuſare, vel Iudicis flagitia detegere, facultas pateat. Nempè & hi Domeſtici Cancellariiſque damna prouincialibus ingerebant, déque horum exceſſibus querelæ ſubinde ortæ, de quo & Caſſiodorus 9. *var.* 13. de Domeſticis, inquam. Ait verò lex *per continuum triennium*, quod etiam probat Interpres, quod tamen omiſſum eſt *Cod. Iuſtin.* & perperam à Cuiacio ſollicitatur. Iudices equidem adminiſtratione perfunctos, ad excipiendas Prouincialium querelas quinquaginta dies in Prouincia facere tenebantur, *l. vn. C. vt omnes Iudices tam ciuil. quàm mil.* & *Nouel. Iuſt.* 8. 95. 128. *cap.* 31. & 161. (niſi quod aliquando conſtitutum reperio, vt Africæ Iudices ante exactum trimeſtre, prouincia excedere non poſſent. *Nouel.* Valentin. *inter Theodoſianas* 23. *inf.* vbi & hæc elegans ratio ſubiicitur. *Vt coram poſitus benè actæ rei fruatur laudibus, aut certè ſi direptionis alicuius docebitur conſcius, diſceſſus celeritate ſe non ſubtrahat.*) Item & illud ſcio, Cancellarios, & Domeſticos, aliquando non plures quàm L. dies exemplo Rectorum in Prouincia poſt depoſitam adminiſtrationem facere debuiſſe *l.* 3. *Cod. de Adſeſſor. & Domeſt.* Verùm id à Triboniano eſt, de quo dicam ad *l.* 3. *inf. ad l. Iul. repetund.* Verùm legitima nihilominus eſt *huius leg.* lectio. Certè ita quoque reperio (quòd huic legi vicinum



vicinum) Numerarios, ſiue Tabularios ex conſtitutione Iuliani pariter poſt depoſitum actum, annum in prouincia agere ad excipiendas querelas oportuiſſe, *l.* 6. *inf. de Numerar.* Imo & Valentis lege, biennium *l.* 9. *eod. tit.* Et hæc quidem dicta volui, ad lectionem *huius legis* tuendam.

Quod rem ipſam attinet, eius iuris progreſſum notare quoque diſtinctè nunc libet, quem nondum omnes liquidò obſeruant, de morâ inquam aliqua faciēda ab his, qui in prouincia actum aliquē geſſerunt. Igitur 1. Initium huius moris repeto à Numerariis, ſeu Tabulariis: hos ſcilicet Iulianus Imp. *l.* 6. *inf. de Numerar.* mox & Valens. *l.* 9. *d. tit.* certo temporis ſpatio; ille anno, hic biennio, poſt actum depoſitum in prouincia manere voluit. 2. Exinde de *Domeſticis & Cancellariis* Iudicum quid cautum ab Honorio primùm, *l.* 3. *Cod. de Adſeſſor. & Domeſt.* mox à Theodoſio Iun. *hac leg. noſtrâ*, vt poſt depoſitum aut abactum munus, tempus aliquod in prouincia facerent, vt ex his quæſtio, ſi quando opus, haberetur: cui adde quod idem Theodoſius Iun. cauit *l.* 9. *Cod. de Adſeſſoribus Domeſticis*, vt ſi poſt depoſitam adminiſtrationem, Iudicum præſentiam, vel exhibitionem Domeſticorum querimonia prouincialium, vel Curialium, vel aliqua neceſſitas poſtulauerit, per eoſdem adminiſtratores, quorum Domeſtici fuerint, iudicio, legibúſque tradantur. 3. Tandem Valentinianus Tertius, *Nouellâ, inter Theodoſianas*, 23. ipſolmet Iudices depoſitâ adminiſtratione, & ſic priuatos iam, tempus aliquod excipiendis prouincialium querelis, intra prouinciam facere voluit; vetitis Iudicibus Africæ, ne ante trimeſtre exactum prouinciâ excederent, ratione additâ quam ſuperiùs modò expreſſi. Poſtea à Zenone iuſſi omnes Iudices tàm ciuiles quàm militares 50. dies in prouincia facere: *l. vn. Cod. omnes Iudices.* Et hæc de Secundo *huius l.* capite. Tertiò, & illud *hâc leg.* à Theodoſio Iun. conſtituitur, vt ad detegenda Iudicis flagitia, quæſtioni quoque huiuſmodi Cancellarij, & Domeſtici ſubdi poſſent; quod & ipſum, ſi quod aliud, arguit, quàm vile fuerit Cancellariorum munus, imò miniſterium, quæ eorum vilitas, vt in ſimili loquitur *d. lex 6. in fin. inf. de Numerariis*, quàm vilis eorum conditio fuerit, *d. l. 9. eodem tit.* nempe *Conditionales* & ipſi, vt alij dicebantur, erant.

# CODICIS THEODOSIANI LIBER SECVNDVS.

*QVO AGITVR DE SEPTEM: Putà;*

I. De Iuriſdictione, déque Iudicibus, *duobus prioribus Titulis.*

II. De Præparatoriis Iudiciorum, déque perſonis Iudicio interuenientibus, duodecim titulis: putà, *Tit.* 3.4.5.6.7.8. 9.10 11.12.13.*&* 14.

III. De Reſtitutionibus in integrum, tribus titulis: putà, *Tit.* 15. 16. *&* 17.

IV. De Iudiciis, *Tit.* 18.

V. De Actionibus, ſuper Dominio Vniuerſali; *Tit.* 19.20.21. *&* 22. Super Dominio ſingulari. *Tit.* 23.

VI. De actionibus tribus, ex rei ipſius natura deſcendentibus. *Tit.* 24.25.*&* 26.

VII. De Actionibus, ſi certum petetur. *Tit.* 27.28.29.30.31. *&* 33.

## HVIVS LIBRI TITVLI.


I. *De Iuriſdictione & vbi quis conueniri debeat.*

II. *Ne in ſua cauſa quis iudicet.*

III. *De omiſſa actionis impetratione.*

IV. *De denuntiatione, vel editione reſcripti.*

V. *De dominio rei quæ poſcitur, vel conſortibus ab eo cui denuntiatum fuerit poſtulandis.*

VI. *De temporum curſu & reparationibus denuntiationum.*

VII. *De dilationibus.*

VIII. *De feriis.*

IX. *De pactis & tranſactionibus.*

X. *De poſtulando.*

XI. *De erroribus Aduocatorum.*

XII. *De cognitoribus & Procuratoribus.*

XIII. *De actionibus ad potentes tranſlatis.*

XIV. *De his qui potentiorum nomina in lite prætendunt aut titulos prædiis adſigunt. ibidem.*

XV. *De dolo malo.*

XVI. *De integri reſtitutione.*

XVII. *De his qui veniam ætatis impetrarunt.*

XVIII. *De Iudiciis.*

XIX. *De inofficioſo teſtamento.*

XX. *De inofficioſis donationibus.*

XXI. *De inofficioſis dotibus.*

XXII. *De hæreditatis petitione.*

XXIII. *De rei vendicatione.*

XXIV. *De familia herciſcunda.*

XXV. *De communi diuidundo.*

XXVI. *Finium regundorum.*

XXVII. *Si certum petatur de chirographis.*

XXVIII. *De pecuniæ ſequeſtratione prohibita.*

XXIX. *Si certum petatur de ſuffragiis.*

XXX. *De pignoribus.*

XXXI. *Quod iuſſu.*

XXXII. *De peculio.*

XXXIII. *De vſuris.*


DE



# DE IVRISDICTIONE ET VBI QVIS CONVENIRI DEBEAT.

## TITVLVS I.

III. COD. IVST. XIII. 14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24.25 *&* 26.

## PARATITLON.

IVRISDICTIO, eſt Iudicis, *l.* 1. *&* 2. *h.t.* ſeu Magiſtratus, vel Rectoris, *d. l.* 2. Cognitoris, *l.* 4. *&* 10. propria notio, *l.* 2. *&* 6. poteſtas, *l.* 8. iudicium, *l.* 8. 9.10. 12. quâ is partim ex poteſtate ſuâ, nullo interpoſito, vel expectato, noxios exhibet, reóſque latebris protrahit; *l.* 11. partim verò, confligentibus litigatoribus, *l.* 4 *&* 5. inferentibus, ſeu mouentibus, & excipientibus, *l.* 2. *&* 10. litigantibus, *d.l.* 10. lites, *l.* 5. *&* 6. iurgia, *l.* 2. *&* 6. cauſas, *l.* 2.8.9.10. quæſtiones, *l.* 2. litigia, *d.l.* 2 actiones, *l.* 3.10. ſiue ciuiles, ſiue criminales, *d. l.* 2. audit, *l.* 6. diſceptat, *l.* 4. inquirit, *l.* 2. cognoſcit, *d.l.* 2. iudicat, *l.* 8. terminat, *d. l.* 2. ſententiámque ſuper iis decernit: *l.* 5.

¶ Cæterum hoc titulo definitur; qui & in quos Iuriſdictionem habeāt; propriam enim ſinguli notionem habent, *l.* 2. nec quodlibet forum competens eſt, *l.* 4. 6. 7. 10. Hinç adeò ſequentia definiuntur. Primò, *Rei priuatæ Principis homines*, & actores contra diſciplinam publicam aliquid committentes, ſub eodem Iudice prouinciæ, ſub quo prouinciales, iiſdémque pœnis teneri: *l.* 1. *h. t.* Secundò, *Agentes* etiam *in rebus*, & cuiuſlibet conditionis, direptionis vel pudicitiæ violatæ reos, ſine fori præſcriptione pariter plecti: *l.* 3. Tertiò, Et domûs rei priuatæ latebris noxios, à Iudicibus ordinariis protrahi poſſe, non interpoſito, vel expectato Actore, vel Rationali: *l.* 11. Quartò, De re priuatâ Principis Rationali præſente controuerſiam agitari debere; *l.* 5. Quintò, *Militantes* ciuilibus in cauſis Rectorem prouinciæ Iudicem habere: *l.* 2. *&* 9. vt & in criminalibus ſi actores ſint; ſi verò rei, militarem Iudicem: *d. l.* 1. excepto adulterij crimine, *l. vlt. inf. ad leg. Iul. repetundarum.* Sextò, *Senatores*, ſi rei ſint, Præfectum vrbis, Iudicem habere: *l.* 4. *hoc tit.* ac nominatim in criminalibus cauſis, quinquevirale iudicium ſortiri: *l. vlt. hoc tit. &* *l.* 13 *inf. de accuſationib.* Septimò, *Mulieres* forum ex maritorum perſonâ ſortiri. *l.* 7. *hoc tit.* Octauò, *Criminales* cauſas non omnes apud Rectorem prouinciæ diſceptari, verùm illas tantùm in quibus inſcriptio requiritur, *l.* 8. *hoc tit.* Nonò, *Iudæos* in cauſis ad eorum ſuperſtitionem non pertinentibus, Iudices ordinarios habere, *l.* 10. *hoc tit.* Decimò, In hoc argumento regula Iuris eſt certiſſima; Actorem ſequi forum rei, *l.* 2. *&* 4. *hoc tit.* Tandem ad altioris Iudicis notionem venire nemo poteſt, niſi in proprio foro priùs iurgauerit, mox appellauerit: excipe, niſi cognitor faſtidio, aut gratiâ, litem audire noluerit, vel protraxerit: *l.* 6. *h.t.* Et hæc quidem hic titulus ſufficit: alia enim ad Iuriſdictionum materiam pertinentia ſuppeditant tituli aliquot ſupra *lib* 1. *de officiis Magiſtratuum*: titulus item *de appellationibus*: vt & *de Decurionibus*; vbi de Duumvirorum poteſtate: vt & quæ de fori præſcriptionibus, *l.* 65. *inf. de appellat.* quæ de foro Eccleſiaſtico, *inf. tit. de Epiſcopis.* Quæ de fori tranſlatione ad extraordinarium, & peregrinum Iudicem, *l.* 7.12. *de nauicul.*

---

### ¶ *In* ACTORES *quoque aliáſque perſonas* REI PRIVATÆ *Principis, delinquentes, Rectores prouinciarum Iuriſdictionem habere.*

1. * Imp. Conſtantinus" A. ad Euſtaſium" P.F.P.

IVDICES" prouinciarum volumus vim debitæ" auctoritatis aſſumere, vt vna" *Actores" cæteróſque" rei priuatæ" noſtræ"*, quæ Prouinciales", teneat diſciplina: Sceleratos conuictóſque carceres teneant, tormenta dilacerent, gladius vltor" interimat: Eo enim modo licentia inueteratæ deſperationis inhibetur", ſi intelligant, vno ſibi ac

 pari

pari ſtudio viuendum eſſe cum cæteris, *&c.* Dat. VIII. Id. Mar.″ Limenio & Catulino coss. [349.]

INTERPRETATIO. *Quicunque in prouinciis Iudices ordinati ſunt, hoc ſibi ſciant eſſe permiſſum, vt ſi aliquos rei dominicæ ſeruos vel colonos reatus inuoluerit″, ſicuti & priuatos, comprehendendi eos, & puniendi, vt culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum noſtrorum Ordinatore″, habeant liberam poteſtatem.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* quia aliæ ibi ſimiles occurrunt, puta *lex* 8. 9. *Cod. vbi res fiſcalis*: præ quibus hæc Triboniano fors nimis cothurnata viſa, vel non ſatis expreſſa. Iungenda autem illi *lex* 6. *inf. de exactionibus.* Concordat & huic *lex* 11. *inf. h. t.*

″ Reponendi hi Imperatores, *Conſtantius & Conſtans*, quod oſtendunt Conſules ſubſcripti. Idem verò error & alius ſæpe admiſſus, vt in *l. 5. ſup. de diuerſis reſcriptis*: *l. 2. inf. de re militari*: *l. vn. inf. de præb. ſalario.*

″ Oſtaſium: ad marg. *Til. edit.* malè. *Euſtathium* repone. Similis error in *l. 2. ſup. de adſeſſorib.* Euſtathius hic ex Comite R.P. (de quo *l. 7. inf. de petitionib.* Philoſtorgius *lib. 3. c. 12.*) factus PP. vid. *d. l. 7. de petitionib.* vbi dicam. Eidem inſcribitur *d. lex 6. de exactionib.*

″ i. Rectores prouinciarum. v. Gloſſ.

″ Non mutandum iſtud in *auſteritate*: ſic etiam habet *d. lex 6. de Exactionibus*, quæ huic iungenda eſt, *debiti rigoris auctoritate.* Plura v. in Gloſſ. *Theod.*

″ i. vna eademque, ſeu par. vt in fine, *vno ac pari ſtudio.*

″ *Actores*, &c. Hic locus ita rectè in An. Regio.

″ Colonos, ſeruos rei dominicæ, vt rectè Interpres.

″ *Dominicæ.* Interpr.

″ In Til. ed. *noſtro* malè: rurſum malè, qui *noſtros* hic reponebant.

″ Sicuti & priuatos. Interpres rectè: ac nominatim priuatorum actores. v. *l. 7. 12. inf. de deſertorib.*

″ *Gladius vltor*: ſic & *l. 3. inf. de adulteriis*: *l. 9. de famoſis libellis. l. 2. de bonis proſcriptor. l. 4. de maleficis*: *l. 3. ne præter crimen maieſt. l. 4. de paganis.* v. Gloſſ. *Theod.*

″ F. *inhebebitur.*

″ PP. *Rom.* Hoc amplius habet ſubſcriptio *d. legis 6.*

″ *Ordinator* Principis patrimonij hoc loco & *l. 5. inf.* Interpreti eſt [Rationalis vel] Actor, Procurator rei priuatæ. Hoc verò deſumptum ex *l. 11. inf.*

## COMMENTARIVS.

IN ACTORES *cæteróſque rei priuatæ* (ita enim hîc retinenda eſt lectio, vt manifeſtè quoque docet *lex 6. de exactionibus*, de qua mox, imò & Aniani codex Rhemenſis) ideſt procuratores, conductores, colonos, ſeruos rei priuatæ Principis ſeu *dominicos* (vt rectè quoque habet hîc Interpres, de quibus infra *lib. 10. t. 4. & vlt.*) quamuis aliàs ſub diſpoſitione & Iuriſdictione Rationalium agerent, & ſub Comite R.P. *l. 5. 6. 7. Cod. vbi cauſæ fiſcales*: attamen aduerſus diſciplinam publicam quid perpetrantes Iudices ſeu Rectores prouinciarum, iuriſdictionem & poteſtatem ſuam exercere hac vt elegantiſſima, ita & ſeriâ admodum conſtitutione iubentur à Conſtante Imp. nihilo Secius atque in alios: pariter vt à Conſtantino M. *l. 1. inf. de actor. conduct. rei priu.* (quæ lex *Codice Iuſtin.* perperàm Valentiniano & Valenti tribuitur: *l. vniuerſi 9. Cod. vbi cauſæ fiſcales.*) à Conſtantio ſexennio poſt gemina germana *l. cùm aliquid* 8. *Cod. Iuſt. vbi cauſæ fiſcales*: Rationali tamen præſente, de quo, *ad l. 5. inf. & l. vlt. inf. de actorib. & procuratorib.* ¶ Dixi, hanc leg. Conſtanti tribuendam. Ei ſcilicet rei argumentum præbet *Euſtathij Præfecti Prætorio* nomen, ad quem hæc lex data eſt; quem ſanè antea ſub Conſtante Comitem R.P. fuiſſe oſtendit *lex 7. inf. de petitionib.* quæ vtique cum Treueris data dicatur, nonniſi Conſtantem auctorem habere poteſt. Imò id diſertè teſtatur Philoſtorgius, quem nos edidimus. *Hiſtor. Eccl. lib. 3. c. 12.* ὅτι φησὶ Ἀθανάσιος πρὸς ἑσπέριον ἀφικόμενος βασιλέα, καὶ δώρων τοῖς αὐτοῦ προσδυναστεύουσι ὑπαγαγὼν ἀφθονίᾳ, μάλιστα δ᾽ Εὐσταθίῳ, ὃς κόμης ἦν τῶν λεγομένων πριβάτων, καὶ τῷ βασιλεῖ πιθανώτατος, ἐπιστολὴν πρὸς Κωνστάντιον κομίζεται. Quocirca ſub eodem Conſtante, idem Præfectus Prætorio fuiſſe videtur. Quod quidem etiam exertè docet *d. l. 6. de exactionib.* quæ *huic legi* coniungenda eſt, dicitur enim ea lex *PP. Romæ*: atquin Romæ imperabat Conſtans Imp. Hoc primum.

Alterum hic notandum eſt, nempe vt modò ſtrictim indicaui, coaſſandam huic legi *Legem 6. infrà de exactionibus*, vbi dicam adhuc, quæ & in eodem argumento verſatur, & ex vtraque inter ſe coniunctâ diſcimus, Actores iſtos, procuratores, &c. rei priuatæ ſub Conſtante Imp. non vno genere graues fuiſſe, extráque plantam euagatos, Principis videl. nomine tumidos: Et quidem in duobus nominatim. Nam & de illorum admiſſis querelæ exortæ, cùm videl. non vno ſibi ac pari ſtudio cum cæteris prouincialibus viuendum eſſe præſumerent, verùm peccandi commeatum ſibi facerent, ex inueteratâ etiam deſperatione: quò pertinet hæc lex: fortè etiam Rationalibus vel Procuratoribus rei priuatæ eos ſibi ſubinde vindicantibus, & ſic per colludium elabentibus, vt præter *hanc l. & d. l. 8. Cod. vbi cauſæ fiſcales*: & *l. 1. infr. de actorib. & procur.* (vnde *lex 9. Cod. vbi cauſæ fiſcales*: deſumpta eſt.) docet quoque *lex* 11. *inf.* vbi dicam, quod & Interpres ad *hanc l.* rectè vidit. *Nullo*, inquit, *contradicente patrimoniorum noſtrorum Ordinatore*: vbi *Ordinator* pariter vt in Interpr. *l. 5.* eſt Rationalis, vel Procurator rei priuatæ: vt docet quoque apertiſſimè Interpretatio *legis 5. ſup. de diu. reſcript.* collata cum ipſo Legis textu. Exortæ item querelæ de Actorum illorum, &c. rei priuatæ indeuotione & contumaciâ in annonis & tributis ſoluendis, quò pertinet *d. lex 6. de exactionibus*: vbi dicam Quare & *hac l. & d. l. 6.* ad cæterorum prouincialium inſtar & exemplum reuocantur: Iudicibúſque ſeu Rectoribus prouinciarum eadem in illos atque in cæteros prouinciales poteſtas & Iuriſdictio tribuitur: pariter & *d. l. 8. & 9. Cod. Iuſt. vbi cauſæ fiſcales*: & *l. 1. vlt. inf. de actor. procurat. & conduct. R.P.* v. & *l. 7. 12. inf. de deſertorib.* Et quia, Iudices ſeu Rectores prouinciarum Actoribus iſtis obſiſtere iam verebantur, *hac l. vim debitæ auctoritatis aduerſus eos ſumere* monentur, iubentur, ſeu debiti vigoris auctoritate eos coërcere, vt habet *d. l. 6. de exactionib.* ideſt competentem poteſtatem & Iuriſdictionem in eos exercere: Dilutè enim Interpres hîc *Iudicibus permiſſum* eſſe ait. *Debita auctoritas*, ſeu *debiti vigo-*



*ris auctoritas*, vt & infra *l. 3.* competentes vigoris aculei, eſt poteſtas iudiciaria, Iuriſdictio, coërcitio, & quidem cum neceſſitate coniuncta. Quare & C L. Cuiacij lapſus eſt, cùm in *d. l. 6. debiti vigoris auctoritatem*, manum militarem nominatim interpretatus eſt. Ergo auctoritatem ſuam Iudices exercere iubētur quibuſcumque tandem modis ſuppliciiſque in huiuſmodi Actores, pari ratione quâ *duabus legibus proximis*, in Milites, inque Agentes in rebus: quæ ſanè tria hominum deſperatorum fermè genera in prouinciis tanquam Legibus ſoluta agebant, fiduciâ Principalis nominis, militiæque, *licentia inueteratæ deſperationis*, vt hîc dicitur. Quare ad æquale cum prouincialibus ſtudium eos ſubinde reuocari oportuit & *h. l. & d. l. 8. & 9.* Imò Conſtantinus M. grauiores in Actores & procuratores pœnas aliquando conſtituendas duxit: vtpote qui præ cæteris Principis mandata cuſtodire deberent, velut ad Principis ius ſpectantes: *l. 1. inf. de Actorib. & conduct. rei priuatæ*, vbi plura. Certè viuicomburij pœna in hos ſancitur *d. l. vniuerſi 9. Cod. eod. tit.* Cæterùm, vt *hâc l.* Iudices vim debitæ auctoritatis adſumere iubentur in homines rei priuatæ, quod facere ſæpè veriti, ita & ipſiſmet prouincialibus facta fiducia, ſine aliqua trepidatione ad Rectorem prouinciæ conuolandi, *d. l. 1. inf. de Actorib. & procurat. & conductor. rei priu.* ſi quis ab Actore ſi fuerit vexatus, ſuper eius calumniis vel deprædationib. deferre querimoniam NON DVBITET: quæ Tribonianus iuſto emblemate auctiora ita effert *d. l. 9. Cod. vbi cauſæ fiſcales*: *vniuerſi* FIDVCIAM GERANT, *vt ſi quis eorum ab Actore rerum priuatarum*, ſc. *vexatus fuerit iniuriis*, &c. *deferre querimoniam ſinceritati Tuæ, vel Rectori prouinciæ* NON DVBITET. *& ad publicam Sententiam vindictæ* SINE ALIQVA TREPIDATIONE *conuolare.*

---

## ¶ *De Foro* MILITARI *in* MILITES *Iuriſdictionem quando habeant Rectores Prouinciarum.*

### II.* Idem A.″ ad Taurum PF. P.″

DEFINITVM eſt, *Prouinciarum Rectores in ciuilibus cauſis litigia terminare, etſi Militantes exceperint″ iurgia, vel mouerint.* Ne igitur vſurpatio iudicia legéſque confundat, aut Iudicibus Ordinariis adimat propriam″ notionem, ad Prouinciarum Rectores transferantur iurgia ciuilium quæſtionum. ¶ In criminalibus etiam cauſis, ſi miles popoſcerit″ reum, Prouinciæ Rector inquirat: Si Militans aliquid admiſiſſe firmetur″, is cognoſcat cui Militaris rei cura mandata eſt. Data VIII. Kal. Aug. Mediolani, Arbitione, & Iuliano″ coss. [355.

INTERPRETATIO. *Etſi ciuilia negotia ad Prouinciarum Rectores iuſſimus pertinere, tamen quoties criminalis accuſatio interceſſerit inter illos qui armis noſtris militant, atque priuatos″. Si militans priuatum in iudicio prouocauerit, Rector Prouinciæ audiendi & iudicandi habeat poteſtatem. Si verò priuatus ſeruientem nobis in armis, vel Militantem fortè pulſauerit″, ille cauſam audiat, ad cuius ordinationem″ is reſpicit qui militat, vel cui ″arma tenuerit.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* propter *legem 6. eodem Cod. Iuſt. de Iuriſdict.*

″ CONSTANTII hæc *lex* eſt, pariter vt *lex prox.* vt ex Tauri PP. nomine & ex ſubſcriptis Coſſ. liquet.

″ *Taurus* PP. Italiæ fuit ſub Conſtantio, cui & lex prox. inſcribitur: v. de eo prolixè *in Proſopogr.*

″ *Definitum* eſt iam antea ſcilicet legibus, certíque adeo & indubitati iuris eſt. vide *Gloſſ. Theod.*

″ i. ſiue rei ſint, ſiue actores.

″ *Propria* notio Iuriſdictio alicui competens.

″ *Transferri*, pro *deferri.*

″ *Poſcere* reum, eſt reum agere.

″ *Firmetur*, pro adfirmetur: vt *l. 1. de his qui per metum*: *l. 19 de Decurionib.*

″ Emendandum *Lolliano*: quomodo etiam diſertè habet MS. Seldenianus.

″ *Priuatus* pro pagano non milite: v. Gloſſ.

″ *Pulſare* paſſim, pro conuenire iudicio.

″ *Ordinatio*: pro Iuriſdictione.

″ i. ſub quo militat.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTII duæ conſtitutiones, ad Iuriſdictionis materiam pertinentes, quâque FORI PRÆSCRIPTIONI locum non eſſe definitur, ſequuntur. Hæc prior eſt de foro MILITVM: quâ id definitur, in cauſis ciuilibus, militantes, ſiue ij actores ſint, ſiue rei, Rectorum, ſeu Iudicis ordinarij iuriſdictioni ſubeſſe, eúmque Iudicem ſortiri; vt & in criminalibus cauſis, ſi Miles priuati ſeu pagani accuſator ſit: Iudicem tantùm militarem ſortiri, ſi ipſe criminis accuſetur, ſeu reus ſit. ¶ Ciuiles ſcilicet cauſas à Iudicibus Militaribus contingi noluit Conſtantius; quod, præter hanc eius conſtitutionem, teſtatur quoque exertè Ammianus Marcellinus, *lib. 21. p. 216.* [ſub Conſtantio,] inquit, *nec occurrebat Magiſtro Equitum prouinciæ Rector, nec contingi ab eo ciuile negotium permittebat.* Quod & ipſum Arcadio quoque Imperatori poſteà placuit, *l. 9. inf. hoc tit.* vbi multa ſingularia hac in re continentur, & nos quoque ibi notabimus. In tantum verò vtrique id placuit, vt Conſtantius *hac l.* ciuiles militum cauſas ad ordinarios Iudices pertinere voluerit, etſi miles reus eſſet, cùm aliàs actor forum rei ſequatur. Idque *definitum* dicitur, id eſt certum, iámque antea variis conſtitutionibus conſtitutum,

ſtitutum, quod etiam oſtenditur *d.l.9.* quomodo & *l.28.123. de Decurionibus*: denique hunc iudiciorum ordinem eſſe. Et verò Conſtantio id recentare viſum, quod Iudices militares hanc ſibi notionem alicubi vindicarent, vſurparent: quò pertinent illa *huius leg. Ne igitur* VSVRPATIO *Iudicia* LEGESQVE confundat. Et hæc de cauſis ciuilibus: Quibus addendum eſt, multò minus Iudices militares in priuatæ conditionis homines, ideſt, non milites, iuriſdictionem ſeu poteſtatem habuiſſe. Quod ſæpe quoque prohibitum, *l.9. inf. h.t. & l.1. Cod. de officio Magiſtri militum*: *l.2. eod. Cod. de off. milit. Iudicum.* ¶ Fauore tantùm militiæ criminum cognitio, ſi miles in prouincia criminis reus eſſet, militaribus Iudicibus delata fuit, vt *hac l.* ita & *l.2. inf. de exhibendis reis*; vnde deſumpta eſt *lex* 1. *Cod. eod. tit.* & ad quam plenius.

¶ Et ciuilium tamen etiam cauſarum cognitio militaribus Iudicibus delata, inter militares ſcilicet viros, vel inter priuatum actorem & reum militarem, *l.6. Cod. de Iuriſdictione & l.17. Cod. de Iudiciis*: hâc ratione videl. quod Magiſtratus militares, etſi iuris cognitionem non habeant, habeant ſaltem rerum peritiam ex vſu quotidiano: ac maximè cum poſſint ex corpore Togatorum & ſtudioſorum iuris Adſeſſores & conſiliarios ſibi adſciſcere, qui periti ſint νόμων ἐμπείρας, legúmque & forenſis trituræ: haud aliter atque ciuiles Magiſtratus, qui & ipſi plerumque Legum ignari cùm eſſent, Adſeſſores ſibi Iuriſperitos adſciſcebant, *l. 2. ff. de officio Adſeſſorum*: *l. 2. ff. quod quiſque iuris*: de quo ſuo peculiari titulo *ſup. de Adſeſſoribus.* vbi multa quoque ex Libanio notaui.

## ¶ *In* AGENTES *in rebus quoque, alióſque in Actu* Palatino *verſantes criminum reos, Iudices ordinarios Iuriſdictionem habere.*

III. * Idem A. & Iulianus Cæſar, ad Taurum P.F.P.

NON ſolùm in Agentes in rebus, ſed in alios etiam, cuiuſlibet homines conditionis, competentes vigoris aculei exerantur, ſi modò fuerit declaratum" delicto eos obnoxios detineri. Quicunque igitur aliquid improbè" turpitérque" commiſerit, aut libidinis maculâ" fortè polluerit pudicitiam, debet ad" eum vltio ſeueritatis congruæ propagari: Cùm tamen" direptionem videantur eſſe conqueſti, qui grauia teſtantur" admiſſa, quæ obnoxios claruerit inuaſiſſe, in duplum reſtituere compellantur. Data & Accepta" VIII. Kal. Octob. Conſtantino A. IX." & Iuliano Cæſ. II. coss. [357.]

INTERPRETATIO. *In omnibus perſonis, quas etiam* præſentiæ" noſtræ *dignitas comitatur, hanc volumus obſeruari ſententiam: Vt ſi quis cuiuſcunque pudicitiam violauerit, pœnam ſtatutam iure ſuſcipiat. Et quicunque direptionem admiſerit, in duplum violenter præſumpta reſtituat.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſtin.* quia temporaria eſt, & hiſtorica.
" *Tauro* huic PP. Italiæ inſcripta & *lex* 2. *ſup.* de eo in Proſopog.
" *Vigoris* aculei. Vigor de Iudiciario. v. *Gloſſ. Theod.*
" *Declaratum*, i. comprobatum: quomodo & inf. in fin. *claruerit.*
" *Improbè*, de furto fermè: *turpiter*, de adulterio. v. *Gloſſ. Theod.*
" *Maculæ* libidinis. v. *Gloſſ. Theod.*
" *Ad aliquem vltio propagari*, i extendi.
" *Cùm autem*, in MS. Seldeni.
" *Eſſe admiſſa.*
" Mediolani ſcilicet vbi tùm Conſtantius erat, cúmque eo Taurus PP. vide *Chronol.*
" Al VIIII. al VIII Til. ed.
" *Kal Octobr.* in MS. Seldeni.
" ꝶ *Conſtantio.*
" Rectè, de quo mox.

### COMMENTARIVS.

IN PALATINO quoque actu aliquo verſantes, ac nominatim AGENTES in rebus (de quibus eſt titulus peculiaris 27. *inf. lib.6.* cum prox. *tit. 28. de Principib. Agentium in rebus*, & tertio *de curioſis.*) neque minus in cæteros, cuiuſlibet conditionis homines, etiamſi eos *præſentiæ Principis dignitas comitetur* (vt ex æui ſui vſu loquitur Interpres *ad hanc l.*) & ſub cuiuſlibet alioquin Magiſtratus Palatini diſpoſitione poſiti ſint delinquentes in prouinciis, plecti poſſe: inque eos Iuriſdictionem ſeu coërcitionem Ordinarios Iudices ſeu Rectores prouinciarum habere, iubet Conſtantius Imp. (quemadmodũ & in Curioſos qui ex Agentibus in rebus erant, Præfecti Prætorio habuêre, ex eiuſdem Conſtãtij *l.3. inf. de curioſis*) Idque in hypotheſi *huius leg.* ad querelam quandam de Agentibus ad Principem perlatam, vt docent extrema *legis.* ¶ De quo tamen agitatum videtur, (quæ *dubitandi* ratio notanda,) eóque etiam nomine Agentes in rebus peccandi ſibi commeatum faciebant. Quandoquidem illi ſub Magiſtri officiorum diſpoſitione eſſent, ex cuius officio pro rerum neceſſitate in prouincias emittebantur: de quo *ſuo* vt dixi *titulo* Ambroſius, Am. Marcellinus, & Notitia Imperij ſub Theodoſio Iun. & Valentiniano III. ſcripta: verùm hanc fori proſcriptionem repellit *hac l.* Conſtantius, adimítque



mitque adeò Agentibus in rebus, vt & aliis omnibus in actu aliquo Palatino verſantibus: Quod & ipſum Theodoſio Iun. placuit *Nouella de amota militantibus fori præſcriptione* 14. *l.1.2.3.* & Leoni *l. vlt in f. Cod. eod. tit.* circa centenariorum perſonas: vbi Ius vetus in ☙ allegat, qui de Agentium numero erant. Pariter vt Conſtans Actoribus, cæteriſque rei priuatæ hominibus ademit *l.1. ſup.* itémque Conſtantius militibus *l.2. ſup.* & Conſtantinus M. Senatoribus, *l.1. inf. de accuſationib.* ¶ Duo interim Agentium in rebus nominatim, cæterorúmque Palatinorum crimina hîc perſtringi videmus; furta videl. ſeu concuſſiones, & Adulteria: *Quicunque igitur*, inquit, *aliquid improbè turpitérque commiſerit, aut libidinis macula fortè polluerit pudicitiam*: Et in ſequentibus, *cùm tamen direptionem videantur conqueſti.* Hæc ſcilicet duo fermè crimina in Agentibus in rebus frequentia fuêre, déque iis frequentes admodum querelæ hoc quoque tempore obortæ, (vt hæc lex teſtatur, déque eo plenius *ſuo titulo*, maximè *ad l.4.*) & quidem hoc ipſo anno 357. vt docet altera prætereà *lex* 2. *inf. de Curioſis.* De eorum ſanè quoque direptionibus memorat hoc Iuliani dictum Ammianus Marcellinus *lib.16. p.68. Rapere, non accipere ſciunt Agentes in rebus.* Neque omittendum, quod idem Marcellinus *d. lib.16. p.72.73.* ſcribit de duobus Agentibus in rebus anno ſuperiore 356. ac nominatim de malignitate cuiuſdam Agentis in rebus in Hiſpaniâ. ¶ Ergo his cæteriſque occurſum *hac l.* à Conſtantio, ademptâ eis fori Magiſteriani officiorum præſcriptione, *pœna* inſuper grauitate additâ: ſcilicet ad propoſitum aliquem caſum, & querelam ad ſe delatam, ſuper *direptione* quorundam; id *hac l.* cauet Conſtantius, vt Agentium in rebus cæterórumque direptiones, furta, non iam ſimpli, verùm dupli pœna vindicentur: Quo quidem omni Conſtantius ſuum in hæc odium; contrà, in prouinciales ſtudium egregiè teſtatur. Sic ſanè & quadrupli pœnam curioſis, qui ex Agentibus in rebus erant, idem minitatus hoc ipſo anno 357. *l.2. in f. inf. de curioſis.* ¶ Cæterùm in functionibus quoque, ſeu debitis publicis, & conductionibus poſteà idem ſtatutum à Theodoſio Iun. *l. vn. Cod. in quib. cauſis milit. fori præſcriptione vti non poſſunt*: putà vt Agentes in rebus, domeſtici, aliique in his cauſis Rectorib. prouinciarum reſponderent, ſubmotâ fori præſcriptione.

## ¶ *De* SENATORVM *Foro in cauſis ciuilibus.*

IIII. * Impp. VALENTINIANVS & Valens AA. ad Terentium" Correctorem Tuſciæ."

ACTOR" rei forum ſequatur: Ita, vt ſi *Senatores* aliquid à Prouincialibus poſcunt", eo" qui Prouinciam regit, cognitore confligant: Si verò Prouincialis non ſuſcipiat, ſed inferat actiones, Præfecto Vrbis diſceptante decertet. Dat. Kal. Iun." Mediolan. Diuo Iouiano, & Varroniano COSS. [364.]

INTERPRETATIO. *Si quis alium crediderit lite pulſandum, apud prouinciæ illius Iudicem, vbi is habitat quem pulſat, negotium ſuum nouerit proponendum.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſtin.* prælata *l 2. Cod vbi Senatores.*
" *Terentij* huius Correctoris Tuſciæ ſub Valentiniano meminit Ammianus Marcellinus, *lib.27.* de quo poſteà. Eidemque inſcribitur altera lex hoc ipſo anno, *lex 61. de Decurionib.* & tertia adhuc anno prox. 365. *lex 65. de Decurionib.*
" Hæc ſententia inſerta eſt epiſtolæ 2. *Felicis* 1. *p.* 360.
" Poſcant. " Atque adeò te Correctore.
" *Iulij* in MS. Selden. *Id. Iun.* in Til. ed. & Cuiac. vbi & ad marg. *Kal. Decemb. Med.* quomodo habet & An. Reg.

### COMMENTARIVS.

DE Foro SENATORVM in cauſis ciuilibus eſt hæc Valentiniani Sen. conſtitutio: & quidem per Tuſciam: vbi generalem & notiſſimam alioquin Iuris Regulam, quâ *Actor rei forum ſequi* iubetur, pro fundamento ſubſternit. Idque nominatim in cauſis ciuilibus Senatorum, vt, præter illam ipſam Regulam, quæ certè de cauſis ciuilibus concepta eſt, oſtendit vox *poſcendi*, ibi: *ſi Senatores aliquid à prouincialibus poſcunt*: item illa, *ſi verò prouincialis non ſuſcipiat, ſed inferat actiones, Præfecto vrbis diſceptante decertet.* Igitur definit Valentinianus, Senatorem in prouinciâ Tuſciæ, nominatim ſi actor ſit, forum rei ſequi oportere: ſi verò reus ſit, & à prouinciali conueniatur, coram Præfecto vrbis conueniendum eum eſſe. Vnde Symmachus *l.2. ep.33.* ad Flauianum (PP.) *Relatio viri ſpectabilis fratris noſtri Vicarij, indignitatem deprehenſi ſceleris eloquetur.* Et mox: *Fama eſt, Ampelium, & quoſdam alios de* SARDINIA, *vt aſſeritur,* SENATORES *in crimen adductos,* FORVM COMPETENS *obſeruare præceperis. Hos nunc audio* AD ALIVD IVDICIVM *eſſe tranſlatos. Quare ſi ipſe ita à te reminiſceris iudicatum, æquum eſſe arbitror, vt ſtatutis tuis adeſſe digneris.* Fuit hoc ſcilicet Senatorum forum, Præfecturæ vrbanæ: non modò ſi Romæ conſtituti eſſent, verùm & ſi in viciná vrbi regione: Tuſcia, inquam, quò pertinet hæc lex: Eſt enim ea data ad *Terentium Correctorem Tuſciæ*, cui duæ aliæ inſuper *hoc Codice* eiuſdem Valentiniani conſtitutiones inſcriptæ occurrunt, puta *lex 61. & 65. inf. de Decurionibus*; Eiuſdémque meminit Ammianus Marcellinus *lib.27. Hoc tempore*, inquit, *vel paulò antè, noua portenti ſpecies per* ANNONARIAM *apparuit* TVSCIAM, *idque quorſum euaderet, prodigialium rerum periti prorſus ignorarunt. In oppido enim* PISTORIENSI *prope horam diei tertiam, ſpectantibus multis, aſinus tribunali aſcenſo audiebatur deſtinatiùs rugiens: & ſtupefactis omnibus qui aderant,* quiſque

*quæque didicerant referentibus aliis, nullóque coniectante ventura, poſtea quod portendebatur, euenit*: TERENTIVS *enim humili genere in vrbe natus & piſtor, ad vicem præmij, quia peculatus reum detulerat Orfitum ex-Præfecto, hanc eandem prouinciam* CORRECTORIS *adminiſtrauerat poteſtate. Eáque confidentia deinceps inquietius agitans, multa in Nauiculariorum negotio falsò admiſiſſe conuictus, vt ferebatur, periit carnificis manu, regente Claudio Romam.* ( i. A. D. 374. )

¶ Hâc verò occaſione, de eo quærere nunc lubet, quod alibi quoque tractatum memini, cuinam Tuſciæ Terentius hic Corrector præfuerit. Fuit enim duplex Tuſcia ſuburbicaria, cuius mentio *l.12.inf.de indulg.debitor.* vbi dicam plura: alia Annonaria, cuius meminêre Gaius & Theodoſius *inter auctores limitum*, *p.* 260. & Pelagius Ep. Rom. *in ep. ad Gaudentium*, & Iornandes *de regnor. ſucceſſ. ſub finem.* Ammianus equidem Marcellinus, Terentium Annonariam Tuſciam Correctoris poteſtate adminiſtraſſe ſcribit: verùm non ita, quaſi non omni Tuſciæ præfuerit, verùm quia de portento quodam intra Annonariam ibi agebatur: Ecce enim in tribus Valentiniani conſtitutionibus, Terentius hic abſolutè *Corrector Tuſciæ* vocatur, ac proinde omnis Tuſciæ, quæ hoc tempore ſub vno Correctore agebat: cùm aliàs *ſuburbicaria* aliquando ſuum peculiarem conſularem habuiſſe deprehendatur, vt liquet ex *Nouella Maioriani de adulteriis*: vti crebras in Italiæ regionibus, earúmque Magiſtratibus mutationes obſeruare licet. Sic & in Notitia quoque Imperij *Tuſciam* ſimpliciter ſub Vicarij Vrbis diſpoſitione fuiſſe, & Conſularem vnum vtramque habuiſſe, comperimus: quod etiam poſt nos Hieronymus Alexander agnouit, *diſſert.1.de regionib. ſuburbicariis, cap.3.p.*28 Nunc non quæro quinam ſuburbicariæ & Annonariæ Tuſciæ fines fuerint; illud ſaltem ex ſuperioribus liquet, Terentium hunc Correctorem vniuerſæ Tuſciæ fuiſſe, non verò Annonariæ tantum, quod ex Marcellini loco perperàm colligebat Firmondus, *Propemptici de ſuburbicar.reg. lib.*1. *c.6.p.*78.79.*&c.* qui ex eo id tantum cum tribus Valentiniani legibus collato colligere debuerat, ſub Terentio iſto fuiſſe quoque Annonariam Tuſciam: inque ea fuiſſe oppidum *Piſtorienſe* quod hodie *Piſtria*: Quomodo ſub eodem fuiſſe vrbem *Vulſinienſium*, ſeu Vulſinios ( qui ab vrbe 72. millibus diſtabant, vt ex Itinerario Antonini diſcimus) teſtatur vnà è tribus Valentiniani ad eum legibus *d. lex* 61. *inf. de Decurionibus*: vbi demùm diſquiremus, num Vulſinij ad ſuburbicariam Tuſciam, an verò ad Tuſciam Annonariam pertinuerint. Nos enim ad alia nunc properamus.

¶ Ergo per omnem Tuſciam Senator reus non apud Rectorem prouinciæ, qui Corrector erat, verùm apud Præfectum vrbi conueniendus erat, atque adeò Senatorem vrbani fori præſcriptione vti poſſe *hac l.* definit Valentinianus: vnde apparet, proprium Senatorum forum fuiſſe Præfecti vrbis Romæ; nam & cæteroquin, quod Symmachus ſcribit *lib.*10.*ep.*62. *Præfecturæ vrbanæ proprium negotium erat, ſenatorum iura tutari.* Sanè & Gratianus poſtea vel Valentinianus Iun. Valentiniani filius Oratione ſuâ ad Senatum *l.*1. *Cod. vbi ſenatores vel Clariſſ.* quam huic prætulit Tribonianus, rem hanc ſub hac diſtinctione ita conſtituit: nempe, Senatores, ſi in vrbe vel ſuburbanis regionibus ſeu locis degerent, in iudicio vrbicariæ Præfecturæ reſpondere: ſi verò in prouinciis larem fouerent, vel aſſiduè ibi verſarentur, coràm prouinciæ Iudice. Quæ fortè & ipſa, certè huic proxima eſt Valentiniani *hac l.* diſpoſitio, quæ de Senatoribus in Tuſciâ conſtitutis nominatim eſt, ſic tamen vt ex annonariâ quoque Tuſciâ, quæ ſub vno cum ſuburbicaria Correctore agebat, Senator fori vrbani præſcriptionem haberet. Quæ fortè etiam dubitandi in hypotheſi *huius l.* ratio eſſe potuit, quod temerè non adſero, ſed coniicio. ¶ Et hæc quidem de ciuilibus ſeu pecuniariis Senatorum in prouinciis degentium cauſis: de quibus eſt *huius l.* hypotheſis, vt & *d. l.*2. *Cod. vbi Senatores.* In Criminalibus quoque cauſis cùm Senator in prouinciâ criminis reus, intra prouinciam, in quâ facinus perpetraſſet, ex Cōſtantini lege indiſtinctè publicis legibus ſubiugaretur, nec fori præſcriptione vti poſſet, *l.*1. *inf. de accuſationib.* ( niſi ad Hiſpaniam ſimiléſque prouincias longinquas eam legem reſtringendam putemus:) certè, ex Gratiani *l.*13.*inf. de accuſationib.* ita ius fuit, vt ſi Senator in prouincia criminis reus accuſaretur, Iudex prouinciæ de cauſa cognoſceret, nihil tamen de capite decerneret; verùm vel ad Principem referret, vel ad Præfectum vrbis ex ſuburbanis prouinciis, de cæteris autem ad Præfectum Prætorio: de quo dicam ad *eas leges*, & ad *l. vlt. h.t.* vbi in genere de criminali iudicio agetur Romæ ſuper capite Senatorio, de quo eſt alioquin quoque *lex* 10. *inf. de pœnis.*

¶. *De* RE PRIVATA *Principis controuerſiæ quis Iudex ſit, quæque Iudicij forma.*

v. * Iidem AA. ad Felicem Vicarium Macedoniæ."

SI quis *rem noſtram* cœperit" lite pulſare", Rationali præſente confligat: quo defenſante & controuerſia omnis agitetur, & Iudex eam ſententiam decernat, quam Iuris æquitas poſtulauerit. Dat. Kal. Decemb. Valentiniano & Valente A A. COSS. [ 365. ]

INTERPRETATIO. *Quoties à fiſco noſtro aliqua repetuntur, res apud prouinciæ Iudicem, ſub præſentia noſtri Ordinatoris" agatur: vt illo præſente, quidquid iuſtitiæ ordo ſuaſerit, iudicetur.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod Iuſt.* quia ſcilicet cauſas fiſcales ſub Rationali agitari voluit.

" *Felix* Conſularis Campaniæ hoc ipſo anno 365 dicitur, ad quem data lex 5.*inf.ad SC.Claudianum.* vbi dicam.





" *Occœperit*, in MS. Seldeniano.

" De hac *Pulſandi* voce v. Gloſſ. *Theod.*

" *Defenſare* h.l. & multis aliis, quas v. in Gloſſ. *Theod.*

" De hac *Ordinatoris* voce dixi, *ad l.*1.*ſup.*

COMMENTARIVS.

ETSI cùm RES PRIVATA Principis, appetatur in prouincia, eius controuerſiæ quoque Iudex ſit Rector prouinciæ, ideſt, etſi quis rem à fiſco repetat ( vt rectè Interpres *ad hanc l.* ) res ſeu controuerſia iſthæc apud prouinciæ Iudicem agitari definirique debeat, *Rationalis* tamen adhuc præſentia hoc caſu requiritur ex *hac lege.* Quomodo & requiritur à Conſtantio *l. cum aliquid* 8. *Cod. vbi cauſæ fiſcal.* ſi videl. colonus aut ſeruus rei priuatæ contra diſciplinam publicam aliquid perpetraſſe dicatur: nam & tùm *præſente Rationali, vel Procuratore domus, inter eum & accuſatorem cauſa tractari*, *l.*1. *ſup. debet.* ( Non ita *l.*11. *inf.* ) Et à Valentiniano *l. vlt. inf. de actor. & procur. rei pr.* ſtatutum, *in ciuili cauſa defenſor domus adeſſet.* Hic ſcilicet legitimus hâc in re contradictor eſt, eoque *defenſante*, vt hæc lex loquitur, controuerſia omnis agitari debet. De *re priuata* Principis, agetur *toto libro Decimo*, vt & de *Rationalibus* rei priuatæ, Paucis interim, *Rationales* ( quos *Ordinatores Principis*, vel *Principis patrimonij* vocat Interpres *ad hanc l.* & *ad l.*1. *ſup.* ) erant fermè quos *Procuratores Cæſaris* prior ætas vocauit. Vnde παραλληλισμὸς tituli Digeſtorum *de officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis*: quomodo & pro eodem ponuntur apud Lampidium *in Alexandro Seuero*: Capitolinum *in Albino*, & *in Gordianis*: quibus ſcilicet rei priuatæ Principis cura, defenſio & ordinatio commiſſa erat, quod vel ex *hac l.* liquet, quique ad fiſcum pertinentes cauſas decidebat, *l.*5. *C. vbi cauſæ fiſcales*: Cuiuſmodi Rationales in ſingulis quibuſque prouinciis erant, vt docet *lex* 1. *inf. de incorporatione*: Idque desertè videre eſt in Notitia Imperij, *ſub Comite R.P.* Et verò hæc noſtra ad Rationales per Diœceſin Macedoniæ pertinet, cuius vicario hæc lex inſcribitur, ſi modò inſcriptio vitio caret, quam controuerſam facere videatur *lex.*5. *inf. ad SC. Claudianum.*

¶ MEDIO *omiſſo cauſam extra forum ordinarium, rectà ad altiorem Iudicem trahi non poſſe.*

VI. * Imppp. Gratianus", VALENTINIANVS, & Theodoſius AAA. Neoterio P.F.P."

EXCEPTIS his, quibus extra ordinem" ſubuenitur, omnes iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro iurgauerint": Si" quidem poſſint venire ad altioris Iudicis notionem, cùm iudicatum quod diſplicet appellatio" excluſerit: Ita, vt ſi quis litigator ſe vel faſtidio" vel gratia Cognitoris, aut non auditum, aut dilatum docuerit, & eius litis quæ protracta eſt æſtimationem fiſco noſtro Iudex præſtet, & in primores" Officij pœna deportationis illicò depromatur. Dat. pridie Kal. Maij". Mediolani, Arcadio A.I. & Bautone V.C. COSS. [385.]

INTERPRETATIO. *Quicunque apud alium, & non apud ſuum Iudicem negotium quod habuerit in initio litis crediderit proponendum, exceptis ætate minoribus, quibus lege conſultum eſt, litis ipſius de qua agitur actione damnetur: niſi forſitan contra ſententiam, quæ aduerſus eum dicta fuerit, crediderit appellandum, vt apud maioris dignitatis Iudices audiatur. Sanè ſi quis cauſam habens, à Iudice ſuo, ſe vel per ſuperbiam, vel propter amicitiam aduerſarij ſui probauerit non auditum, Iudicem tantum, quantum res de qua agitur valuerit, fiſco noſtro iubemus exoluere: & qui conſiliis ſuis adhærent, exilij pœnam pro diſtrictione ſuſtineant.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* de cuius rei ratione mox.

" Reponendi hi Imperatores, VALENTINIANVS, *Theodoſius* & *Arcadius*: Gratianus enim hoc tempore iam mortuus erat, viceuerſa Arcadius iam Auguſtus factus fuerat. vide *Chronol.*

" *Neotherius* hic PP. ſub Valentiniano Iun. fuit, quod etiam ex *huius leg.* ſubſcriptione colligitur, pluriúmque aliarum, quæ *Mediolani* datæ dicuntur, vbi tum Valentinianus erat, Theodoſio Conſtantinopoli hoc anno 386. conſtituto. v. *Chronol.* & *Proſopogr.*

" An reſcripto, an verò reſtitutionis beneficio? de eo mox.

" *Iurgare.* v. Gloſſ.

" Id eſt, cùm poſſint, quam ratiocinationem non cepit Interpres.

" *Appellatione excluſerint*, in MS. Seldeniano: malè.

" *Appellationis, vis hæc & definitio*: de quo mox.

" *Per ſuperbiam, vel amicitiam*, Interpres de *Faſtidij* voce, v. Gloſſ.

" *Primores Officij* malè interpretatur, *Qui conſiliis ſuis* ( Iudicis ) *adhærent.*

" *Mart.* in An. Regio.

COMMENTARIVS.

MEDIO omiſſo, ſpretáque *Ordinarij Iudicis* cognitione, ad altiorem Iudicem, rectà ſeu ἀμέσως iri, vetat *hac l.* Valentinianus Iun. propoſitis intereà remediis aliis aduerſus iniquitatem &

Faſtidium ordinariorum Iudicum : Cui concordat in ſummam Conſtantini M. *lex nemo* 4. *Cod. de Iuriſdictione omnium Iudicum* : *Nemo*, inquit, *poſt litem conteſtatam ordinariæ ſedis declinet examen : nec prius Præfecti Prætorio, aut Comitis Orientis, vel alterius ſpectabilis Iudicis imploret auxilium, ſed appellatione Legibus facta ad ſacrum Auditorium veniat.* Vides quàm omnia congruant, atque adeò hanc leg. illuſtrent, etiam in remedio appellationis proponendo aduerſus Iudicum iniquitatem : Inque altiorum Iudicum deſignatione, de quibus duobus mox. Quare manifeſtarium in ea Triboniani facinus cubat in illis quæ de ſuo peculio addidit, *poſt litem conteſtatam* : Nempe enim legem illam traxit, traduxitque ad caſum legis, *apertiſſimi* 16. *Cod. de Iudiciis*, ſic vt eius legis iam ſenſus ſit, non licere ampliùs poſt litem conteſtatam Iudicis examen declinare ſeu recuſare Iudicem ordinarium : verùm ante litem conteſtatam tantum recuſationi locum eſſe poſſe : quam ipſam etiam Tribonianus abſolutis *huius leg.* verbis prohiberi credidit, atque ideò eam à Codice ſuo abeſſe voluit : Et ſic neque hanc intellexit, & illam emblemate corrupit.

¶ Nos ad huius ſententiam redeamus, quæ talis eſt : Non poſſe, non debere quenquam (exceptis his quibus extra ordinem ſubuenitur, quo ſanè numero ſunt ij, qui iuſtas recuſandi Indicis cauſas habent, de quo mox) præterito & protrito, proprio & ordinario, *primæque inſtãtiæ*, vt nos loquimur, Iudice, ad altiorem & *ſecundæ inſtantiæ* Iudicem rectà ire : denique ordinem inſtantiarum turbari, vel negligi non poſſe, propriúmque forum declinari : *Proprium* forum eſt, ordinarij cuiuſque Iudicis, & Rectoris prouinciæ qui Clariſſimus, in quâ quis larem conſtituit, qui proinde primus Iudex adeundus eſt : *Altior* verò *Iudex* eſt, qui & vice ſacrâ iudicare dicebatur, (de quo alibi planè) ſecundæ inſtantiæ Iudex, ſiue Illuſtris vt *Præfectus Prætorio* : ſiue ſpectabilis, qui videl. diœceſi ex pluribus prouinciis conflatæ Magiſtratus præerat, veluti Comes Orientis, quæ diœceſis ex variis prouinciis conſtabat, vt teſtatur Notitia Imperij, de quo infrà plenius, *lib.* 11. *tit. de appellationib.*

¶ *Ratio* autem prohibitionis huius hæc eſt : & gemina quidem : nempe, quod factum iſtud, proprium forum ſeu Iudicem primæ inſtantiæ prætereuntis geminam iniuriam contineat, & Iudicis ipſius & Aduerſarij : Illius ſcilicet manifeſta iniuria eſt & contemptus, cùm nullâ iuſtâ de cauſâ cognitio eius tanquam improbi, vel vt ſpreti Iudicis, qui in id alioquin publicè poſitus eſt, declinatur : quod fortè an facere ſoliti illuſtri loco nati apud ſordidæ alioquin originis Iudices : cuiuſmodi haud pauci hoc æuo fuêre : veluti Terentius ille Tuſciæ Corrector ex-Piſtore, de quo ad *l.*4. modò dicebamus. Continet & hæc res aduerſarij iniuriam, cùm extra proprium forum trahitur ad longinquum fortè Altioris Iudicis, cum magno ſumptu & vexatiõne, quod fieri non oportet : quæ & cauſa eſt, cur Euocationum quoque ad Principem rarus vſus fuerit : de quo ad *l.* 2. *ſup. de off. Iudic. omnium.* vbi pleniùs dixi, adductâ in id etiam Nouellâ Martiani 1. & Iuſtiniani 53. *&* 69.

¶ Sequitur *pœna* ei qui non ante in proprio foro iurgauerit propoſita, nempe litis iactura, quæ & aliis quamplurimis caſibus impoſita, iudiciorum ordinem ſtatúmque curſum interturbantibus.

¶ *Exceptio* tamen initio ſtatim *leg.* additur, nempe ab *huius leg.* ſanctione excipi *hos quibus extra ordinem ſubuenitur.* Quod quidem duplicem ſenſum accipere videatur. Primò quidem certas perſonas eſſe, quibus, etſi proprium forum declinantibus altiorémque Iudicem protinus adeuntibus ignoſcatur : vt ſunt ætate minores, mulieres, aliique ſimiles. Regula quippe iuris eſt certiſſima, minoribus & mulieribus, in his, quæ vel prætermiſerunt, vel ignorauerunt, ſuccurri, conſulique : *l.* 3. *inf. de integri reſtitutione.* Et ita hanc exceptionem accepit Interpres ad *hanc leg.* Poſſit tamen & hic ſenſus videri, neminem præterito proprio foro inter initia ſtatim ad altioris Iudicis notionem venire poſſe, niſi extra ordinem ei ſubueniatur, id eſt, niſi de earum perſonarum numero ſit, quibus Princeps id extra ordinem conceſſit, de quo *l.* 2. *ſup. de off. Iudicum omnium.* Malim ego tamen cum Interprete priori interpretationi adquieſcere. Vtrouis modo id accipias, hùc pertinet Symmachi locus *lib.* 4. *ep.* 69. ad Euſignium, PP. Italiæ ; *Quid enim tam familiare iuſtitiæ, quàm vt circumſcriptor Clariſſimæ & laudabilis fœminæ parentis meæ, aſtutiæ ſuæ priuetur effectu, ne commodis illudat alienis, prouincialium patronorum fretus auxilio : Quorum impudentia compulit, vt matrona litium fugitans, ad iudicium Prætoriani culminis conuolaret.*

¶ Poſtremo iam loco, ſequuntur *hâc l.* duo *Remedia*, quæ Valẽtinianus proponit, aduerſus primorum iſtorum & ordinariorum Iudicum ſiue iniquitatem, ſiue Faſtidium : quæ duo Iudicum alioquin vitia ſunt, quæ etiam fortè his qui proprio foro contempto ad altiorem Iudicem rectà ibant, obtentui erant : Nempe ait primò *Appellationis* remedio, ſententiæ eorum iniquitatem emendari poſſe ; quod & ipſum habet *d. lex* 4. *Cod. de Iuriſdict.* ſeu vt *hâc leg.* eleganter dicitur, *iudicatum quod diſplicet, appellatione excludi.* Quam elegantem ratiocinationem Interpres hic non cepit : vbi obiter quoque Appellationis effectus graphicè deſcribitur, de quo plenè ad *tit. de appellationibus inf. lib.* 11. ſic & Symmachus *lib.* 10. *ep.* 36. *Sententiæ quam iam Baſſus poſt luctamen partium protuliſſet, prouocatio non* REMOVIT. Secundò, faſtidio Iudicum grauiſſimam pœnam imponit : nempe ſi litigator docuerit Iudicem ordinarium vel faſtidio, vel gratia, id eſt, vt Interpres ait, per ſuperbiam, vel amicitiam aduerſarij, vel non auditum, vel dilatum, litis protractæ æſtimationem fiſco præſtare oportere, quæ certè litis æſtimationis pœna impoſita pariter *l.* 2. *inf. de temporum curſu, & reparat. denunc.* ſic tamen vt ibi non fiſco, verùm actori ea adplicetur. Neque tantùm Iudici multam hanc imponit Valentinianus Iun. verùm etiam Primoribus officij deportationis pœnam interminatur : *Primoribus*, inquam, *officij*, id eſt, non vt Interpres malè accepit, Iudicis conſiliis adhærentibus, verùm Primoribus apparitorum Iudicis Principibus officij, eorúmque Adiutoribus, de quibus *ad l.* 1. *ſup. de off. Rectoris Prouinciæ* dicebamus : quorum inter alia muneris erat, in Secretarium Iudicis cauſas inducere, vt docet *d. l.* 1. *& l.* 5. *inf. de proximis* : & *lex* 8. *infr. hoc tit.* Ergo, vt tandem finem ſummum *huius leg.* complectamur, Valentinianus Iun. *hâc Conſtitutione*, occurſum voluit & contumeliæ litigatorũ : (quod præcipuum *hac l.*) Ordinarios Iudices ſpernentium, & Iudicum faſtidio litigatoribus notionem ſuam, ſeu audientiam non præbentium, vel certè protelantium. Idque emiſſa ad Præfectum Prætorio conſtitutione : ſub cuius diſpoſitione Iudices ordinarij erant. Sanè quod poſtremum iſtud attinet, & Iuſtinianus quoque *in l. properandum* 13. §. 8. *Cod. de Iudiciis*, ſimili Iudicum faſtidio occurrendũ putauit, pœna etiam grauiſſimâ propoſitâ : ſi inquam litem protelauerint, *vel propter amicitias, vel inimicitias, vel turpiſſimi lucri gratia, vel propter aliud quodpiam vitium, quod miſer[illegible] animis Iudicum innaſci poteſt.*





## ¶ De MVLIERVM foro.

VII. * Imppp. Valentin.'' THEODOS. & Arcadius AAA. Martiano'' Comiti Orientis.

MVLIERES honore maritorum erigimus, genere nobilitamus. Iiſdem forum ex eorum perſonâ ſtatuimus, & domicilia mutamus. Dat. IIII. Kal. Febr. Conſtantinopoli, Arcadio II. & Rufino coſs. [392.]

INTERPRETATIO. *Fœminas, ſecundum honorem quem viri earum meruerunt, volumus appellari, vt ad cuius* domum nupta *tranſierit'' eius proficiat'' dignitate, & pro negotiis ſuis in eodem foro, vbi eſt maritum ſecuta, reſpondeat.*

## NOTÆ.

* Lex hæc relata eſt in Cod. Iuſt. duobus locis : putà *l. vlt. Cod. Iuſt. de incolis : & vbi quis domicilium. & l.* 13. *Cod. de dignitatibus*, idque non malè : nempe enim vtroque ſpectat *hæc lex*, & ad *domicilij* rationem, de quo *tit. de Decurionib.* & ad *dignitatum* rationem. Etenim tertio loco *hîc* poſita, nempe ſub *tit.* qui pertinet ad *forum* competentem. Concordat & huic legi, *lex* 12. *inf. de Nauiculariis.* Iungenda verò eidem *lex vn. inf. de fideiuſſoribus dotium.*

'' Tribuenda *hæc lex* (expuncto *Valentiniani* nomine) THEODOSIO & *Arcadio* ſolis : vide quæ ad ſubſcriptionem notabo.

'' Ita quoque Cod. Iuſt. *in d. l. vlt. de incolis, & l.* 13. *de dignitatib.* At *in d. l. vn. ne fideiuſſ. dot.* Martiniano : & vt MSS. nonnulli habent. Ad hunc extat Libanij. *ep.* 7. *in Cod. var.* 9. *in Pariſ.*

'' *&* III. *Id. Nouemb.* vt habet MS. optimæ notæ, & *d. lex vn.* vel IIII vt MS. Selden. Itaque Valentiniani nomen in inſcriptione expungendum, vtpote iam. Idib. Maij interfecti.

'' Vxor in domum mariti tranſit.

'' *Proficiat*, id eſt, increſcat, augeatur, inclareſcat.

## COMMENTARIVS.

MVLIERES & honorem ſeu Dignitatem, & Nobilitatem, & Forum, domiciliúmque ex maritorum perſonâ ſortiri definit *hac l.* Theodoſius M. Et ſic quatuor mulieribus per viros communicari ait ; dignitatem, nobilitatem, forum, & domicilium : quâ causâ lex hæc *Codice Theodoſiano, & Iuſtinianeo* tribus locis poſita eſt pro ratione ſubiecti. Hoc inquam Codice ratione *fori* ſub titulo de *Iuriſdictione* : Codice verò Iuſtin. duobus titulis, titulo de *Dignitatibus*, propter honores : tit. de *incolis.* propter domicilium. De tribus illis quæ ad hunc titulum non pertinent, nunc non agemus : quæ aliunde etiam protrita ſunt : vide vel *l.* 31. *π. de Legibus. l.* 6. §. *vlt. π. de iure fiſci* : *l.* 22. *π. ad municipal* : *l.* 8. *π. de Senatoribus* : *l.* 10. *Cod. de nuptiis* : Sidonium Apollin. *lib.* 5. *ep.* 16. & *Carm.* 12. & *Nou. Iuſtin.* 22. de Foro ſaltem videamus, tum de ſcopo *huius leg.* in vniuerſum. Forum igitur mariti, & vxoris quoque forum eſt, & vt non malè Interpres hîc, pro ſuis negotiis in eodem foro vbi eſt maritum ſecuta, reſpondeat. Id quod ipſum definitur compluribus aliis legibus ; *l.* 19. *π. de Iuriſdict. l.* 5. *π. de ritu nupt. l.* 5. *Cod. de donat. ante nupt. l.* 22. §. 1. *l.* 31. *l. pen.* §. *vlt. π. ad municipalem* : *l. pen. Cod. de ſilentiariis* : *l.* 6. *Cod. de fabricenſibus* : Id verò obtinet in litibus cauſiſque priuatis, ſeu vt hîc Interpres, *pro negotiis ſuis* : litem enim ibi mulieres excipiunt, vbi & mariti, *l.* 12. *inf. de nauicular.* At enim (vt enantiophano cuidam occurratur) alia ratio eſt publicarum neceſſitatum ſeu functionum munerúmque. In his quippe priſtinam vxoris, non mariti originem ſpectari oportet. *d. l.* 12. (vbi plura, déque eius differentiæ ratione) *& l vn. inf. Cod. de mulieribus in quo loco munera agnoſcant* : adde & *l.* 9. *π. de iuriſdict.* verùm & hæc iam vulgata & protrita ſunt. At non & illud, quod nunc ipſe obſeruo, & cum maximè obſeruandum, *hanc legem* partem eſſe prolixioris Theodoſij M. conſtitutionis, vnde deſumpta eſt quoque *lex vn. inf. ne fideiuſſores dotium*, quæ *huic* noſtræ omnino coniungenda venit, reſtitutâ huius noſtræ ſubſcriptione, tùm ex MSS. optimæ notæ, tùm ex *d. l. vn.* vt iam in *Notis* indicauimus. Quæ quidem *lex vnica*, ſi de marito accipienda eſt, à quo fideiuſſor dotis exigi non poſſit, tum haud abſurdè dici poſſit, *hâc l.* contineri rationem inter alias plures, & reciprocæ quidẽ æquitatis eius quod *ea l. vn.* ſtatuitur : cur inquam fideiuſſores dotis reddendæ à marito exigi non debeant ; nempe, quod viceuerſa mulieres tot commoda per maritos conſequantur, honorem videlicet, nobilitatem, forúmque ; cum inquam & genere nobilitentur, & honoribus erigantur, & forum ſortiantur nobilius & vtilius plerumque : Quare ſatis indecens & inhumanum viſum iri ab iis cautiones exigi, per quos tot præcipuis beneficiis & προνομίοις mulieres dotantur ac donantur : & vt Interpres hîc ait, *proficiunt.* Si verò *lex illa vn.* de muliere accipienda eſt, tùm duarum iſtarum Legum inter ſe coniunctarum ſenſus hic fuerit, quemadmodum mulieres æquâ dignitate, nobilitate, foróque cum maritis cenſentur, æquo pariter iure in cæteris cenſeri oportere ; atque ideò fideiuſſores quoque dotis ſoluendæ, ſeu præſtandæ maritum ab vxore exigere non poſſe : exactóſque non obligari. Verùm de eo ad *dict. l. vn.* vbi probabimus, priorem ſenſum *illi legi* aptandum.

¶ CRIMINALES *cauſæ quænam apud Rectorem prouinciæ diſceptari debeant.*

VIII. * Impp. Arcadius", & HONORIVS AA. Paſiphylo" ſuo Salutem.

CAVSAS plurimi de fugaci" ſeruo, aut manifeſto furto, aut non manifeſto, direpti etiam animalis, ſerui, vel" rei mobilis" inſtituentes", vel vi raptorum" bonorum, paruulæ etiam terræ fimi, vt & paruulæ caſæ", ſub ſpecie criminis tuum pulſant" Iudicium: Momentariæ * etiam poſſeſſionis interdictum, quod non ſemper ad vim publicam pertinet, vel priuatam, vt mox audiri, interdum etiam ſine inſcriptione mereatur: abacti" etiam animalis cauſa proponitur. Cùm igitur de his rebus paruis ac minimis, Tuæ ſit iniuria Poteſtatis iudicare, decretum" eſt, eas * tantum cauſas criminales à Synceritate Tua audiri, quas dignus & meritus horror" inſcriptionis impleuerit: quæ magnitudinem videlicet criminis, tempúſque deſignat, vt alterutram partem digna legum tenere poſſit auſteritas": Quod ſtatutum ſi fuerit fortè contemptum, hi qui ex Officio "ingrediuntur Secretarium, quinque librarum auri condemnatione feriantur". Data VIII." Id. Ianuarij, Mediolani, Olibrio & Probino COSS. [395.]

INTERPRETATIO. *Quoties de paruis criminibus, id eſt, vnius ſerui fuga, aut ſublati iumenti, aut modicæ terræ, ſeu domus inuaſæ, vel certi furti, id eſt, detenti aut peruenti", ſub criminis nomine actio fortaſſe proceſſerit", ad mediocres Iudices, qui publicam diſciplinam obſeruant, id eſt, aut defenſores aut aſſertores" pacis, vindictam eius rei decernimus pertinere. Ad Rectorem verò prouinciæ illud negotium criminale perueniat, vbi de perſonarum inſcriptione agitur, vel maior cauſa eſt, quæ non niſi ab Ordinario Iudice, recitata legis" ſententiâ debeat terminari. Quod præceptum ſi fuerit prætermiſſum, Officiales, qui negotia intromittunt", quinque libras auri ſe nouerint eſſe damnandos.*

## NOTÆ.

* Vide quæ mox dicam de *huius leg.* laciniis in *Cod. Iuſtin.* tranſlatis.
" *Poſſibo filio ſuo.* Til. Cod. vitioſiſſimè.
" Rectorem hunc prouinciæ alicuius fuiſſe oportet: quod & ſequentia illa oſtendunt, *à ſynceritate tua audiri.* vide *infr.* An verò is eſt cui Palladius Æmilianus carmen ſuum *de re Ruſtica* inſcripſit: Palladij Rutilij Tauri Æmiliani de Inſitione liber ad Paſiphilum Virum Doctiſſimum? Ita cenſet Doct. Valeſius *in Am. Marcellino, lib. 29. p. 385.*
" Et recepto, quod addendum. *Fugaci*, pro fugitiuo, hic & apud Ennodium *lib. 3. ep. 16. & 19.* Gregorium Turonen. *lib. 6. c. 31.*
" *Seu*, MS. Seld.
" *Ac mouentis*, in MS. Selden. & Til. fortè *mouentis*, pro *mouentes.*
" *Bonorum raptorum.* C. Til.
" Al. *finium*: vt in MS. Selden. Reg. & Til. edit. de quo mox.
" *Cauſæ*, in MS. Selden malè.
" De hac *pulſandi* voce, vide *Gloſſ.*
* *Lex, momentariæ 8. Cod. vnde vi*: hinc deſumpta eſt.
" *Abiecti*, C. Til. malè.
" *Decretum eſt*, hic & *l. 5. inf. de denunciat.* à nobis: ſeu nos decernimus: vt *ſup. l. 2.* definitum eſt.
* *Lex vnic. Cod. de Abigeis*, hinc deſumpta eſt.
" *Sinceritas tua*: hoc titulo compellati ab Impp. Rectores Prouinciarum *h. leg. & l. 33. de curſu.*
" *Earum horror inſcriptiones.* ita C. Til.
" Omiſſa hæc à Triboniano.
* Lex, *in cauſis 16 ſeu penult. Cod. de accuſationib.*
" Vid. quæ dicam *inf. tit. de accuſation. & inſcriptionib.*
" Auſteritas legum, *hic*: vt Auſteritas rigoris publici, *l. 3. de calcis coctorib.* al. *Auctoritas*: quomodo etiam habet MS. Selden. & Cod. Iuſtin. hîc: *terrere poſſit Auctoritas.*
" De his *qui ex officio ingrediuntur Secretarium*, dixi *ſup. ad l. 1. de offic. Rect. prouinc.*
" *Ferientur.* in MS. Selden.
" *VI. Id. Iun.* d. l. 8. & d. l. vn. VIII. *Kal. Ian.* quod præfero: Theodoſius quippe 16. Kal. Febr. huius anni primùm obiit.
" *Peruenti.*
" *Procedere*, actio dicitur.
" *Aſſertores pacis* ſunt Irenarchæ.
" *Recitata legis ſententia*, terminari cauſa dicitur.
" Dixi ſuprà ad *l. 1 de offic. Rect. prouinciæ.*

## COMMENTARIVS.

CRIMINALES cauſæ quænam apud Rectorem prouinciæ diſceptari debeant, hac *Honorij* conſtitutione ad *Paſiphilum* prouinciæ alicuius Rectorem emiſſa definitur. Quæ quidem lex diſcepta & diſtracta eſt à Triboniano in tres lacinias, ſeu *leges*: putà in *l. momentariæ 8. C. vnde vi*: *l. in cauſis, pen. Cod. de accuſationib.* & *l. vn. Cod. de abigeis.* Neque ſic tamen integram eius ſententiam expreſſit, verùm nonnulla penitus abiecit. Ergo eas tantùm cauſas apud Rectorem prouinciæ diſceptari iubet *h. leg.* Imperator, in quibus inſcriptio in crimen requiritur: cuius inſcriptionis etiam vis hic eleganter deſcribitur, & de qua dicam *ſuo proprio titulo, lib. 9. inf. de accuſationib. & inſcriptionib.* Maiora



Maiora proinde crimina, at non etiam *parua*, vt interpres *hic* nominatim loquitur. Contrà ad *mediocres Iudices* ea pertinere definit Honorius, *qui publicam diſciplinam obſeruant*, ideſt ad *Defenſores aut Aſſertores pacis*, vt rursùm rectè notauit Interpres: Cuius rei ratio *hac l.* redditur: Nempe, quod magnos Iudices non paruarum, ſeu minimarum rerum, verùm magnarum cognitiones deceant: & vt *hac l.* dicitur, *quod de his rebus paruis ac minimis iudicare poteſtatis Rectoris prouinciæ iniuria ſit*, opinionémque adeò μικρολογίας metuere ſeu vitare oporteat. Voluit ſcilicet Honorius Imp. Paſiphilo prouinciæ Rectori, eiúſque auiditati omnium promiſcuè criminum cognitionem & introductionem ſibi vindicanti, fibulam imponere: Quo ipſo alioquin colore Valentem Imp. à ſimili ſtudio reuocaturus Modeſtus PP. apud Ammianum Marcellinum, *lib. 30. p. 448.* adſerebat, *Quod infra Imperiale culmen priuatarum cauſarum minutiæ eſſent.* Et ita fidem habuit Valens, exindéque *arbitratus ad humiliandam celſitudinē poteſtatis negotiorum examina ſpectanda inſtituta eſſe.* Quibus ſimilia v. & apud eundem, *lib. 29. p. 427.* Itaque humaniter errant, & in his quoque V. C L. Iacobus Cuiacius, cùm hanc *huius l.* Sententiam eſſe putauit, Rectorem prouinciæ de humilioribus cauſis ipſummet non iudicare, verùm alios Iudices dare debere: Cui repugnat & hæc lex, & ratio ipſa, quin & Interpretatio huic legi ſubdita: Non enim agitur *hac l.* de eo, quaſnam criminales cauſas Rector delegare poſſit, verùm quænam criminum ſpecies ad eius Iuriſdictionem non pertineant, ſeu eius cognitione indignæ ſint: Opponuntur denique *hac l.* Magiſtratuum municipalium cognitio, & Rectoris prouinciæ notio. *En vn mot, ceſte ordonnance eſt vn Reglement de Iuges.* Verùm id Iuſtiniano poſteà diſplicuit, relictâ minimorum etiam criminum cognitione Præſidis Iuriſdictioni. Et verò hæc cauſa eſt, cur Tribonianus integram *huius legis* Sententiam in codicem ſuum non retulerit, ac nominatim verſiculum, *cùm igitur*, ab eo abeſſe voluerit; cùm tres tamen in eum lacinias & ſententias ex *hac l.* referret.

¶ *Minima* porrò huiuſmodi cauſæ criminales Rectoris cognitione indignæ hîc *hac lege* numerantur. Prima eſt, *de fugaci ſeruo*, recepto videl. quod vtique ſupplendum eſt: *Fugax* alioquin ſeruus eſt, ſeruus fugitiuus; quo ſenſu etiam accipitur apud Ennodium, *lib. 3. ep. 16. & 19.* & Gregorium Turonenſem, *lib. 6. c. 31.* Sequentia crimina ſunt *Furtum*, ſiue manifeſtum, ſiue non manifeſtum, etiam animalis vel ſerui, vt & vi raptorum bonorum, idque tam rei mobilis, quàm immobilis: veluti paruulæ terræ; fimi, vt & paruulæ caſæ: *Fimi*, inquam, quod præfert vulgata lectio: vbi tamen *finium* præferunt MSS. quidam, & in his *Seldenianus*, quod & ipſum prætulit *Cuiacius*, idque auctoritate *Nouellæ* Iuſtiniani *69. c. 1.* & ego prætulerim, argumento aliarum ſpecierum, *terræ* inquam, & *paruulæ caſæ*, inter quas medio loco hæc finium, ſeu de finibus actio rectè interiacet: Etſi neſcius non ſim, minimarum quoque huiuſmodi ſæpè rerum occaſione crimina enaſci, exindéque actiones proditas eſſe, neque iuris Auctores metuere, vt Plato ait *lib. 5. de legibus*, opinionem μικρολογίας: veluti, de vmbra, vt in ſpecie *l. 1. §. pen. ff. de arboribus cædendis*, & de fimo, ſubrepto putà: quâ de re ſpecialis etiam actio Attico Solonis iure prodita erat; quæ dicebatur βολίτου δίκη: teſtatur vetuſtiſſimus Ariſtophanis Scholiaſtes ἐν ὑπέδυσι, ad illa, κάκων᾽ ὅτε δ᾽ ἤγνων τοῖς βολίτοις ἠπημένους: *p. 227.* παροιμία βολίτου δίκην πρὸς τοὺς ἐπὶ ΜΙΚΡΟΙΣ δίκας ὑπέχοντας: ὁ γὰρ Σόλωνος νόμος καὶ τοὺς βολίτον ὑφελομένους κολάζει: quem locum Suidas quoque in *Lexicon ſuum* tranſcripſit: Meminerunt huius quoque actionis βολίτου Auctor prouerbiorum Iambicorum *v. 1659.* & alter è Vaticanâ bibliothecâ erutus ab Andrea Schottò *v. 24.* Et alioquin fimi ſeu ſtercoris occaſione complurimæ actiones iure ciuili proditæ ſunt, quas repetere licet ex *l. 17. §. 2. ff. ſi ſeruitus vindic. l. 7. §. 6. & l. vlt. §. 3. ff. quod vi aut clàm*: *l. vn. ff. de via publ. l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. & l. 13. inf. de re militari*: & in *antiqua lege* apud Frontinum, *de Aquaductibus.* Quæ quidem in eorum gratiam notaui, qui *fimi* vocem hîc retinere vellent. *Finium* enim vox *hîc* præferenda propter adiectam quoque *paruulæ caſæ* appellationem. De quâ Caſſiodorus quoque ita *3. variar. 52 Finalis orta contentio eſt, ita vt terminos* CASARVM *ſuarum non legibus, ſed viribus crederent vindicandos.* De *caſis* in litore poſitis, habes textum in *Inſtit. Caſæ* quoque, & *Caſales menſuræ*, & *caſalia*, paſſim in diſciplina finium regundorum occurrunt: *Caſarúmque* mentio alibi quoque apud Caſſiodorum, vt *4. var. 14. & 5. var. 12. 7. var. 45. 12. var. 8.* Parúmque abeſt, quin hæc de *paruula caſa* à Gothis hîc adiecta putem. Tertium iudicium Rectoris prouinciæ cognitione indignum memorat Honorius, *Interdictum momentariæ poſſeſſionis*: quod quidem interdictum eſt iuris ſuffragium ad redintegrandam vel recuperandam poſſeſſionem, quâ quis vi, alióve, quo modo deiectus eſt, quod mox audiri, dari, reddi, expeditè debet, ſine vllâ procraſtinatione & dilatione: vnde momentariæ poſſeſſioni & momenti beneficio nomen, de quo ſuo titulo *inf. vnde vi*: item *tit. ſi de momento appellatum fuit.* Nempe enim, quæ ratio *hac l.* redditur, poſſeſſio alicuius non ſemper vi mouetur, turbatur, aufertur, ſed etiam alio modo: quod oſtendit etiam *titulus* Codicis, *ſi per vim, aut alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio*: alio modo, putà ſi errore, vel per iniuriam domini ab alio poſſeſſio σχολάζουσα, vt Græci loquuntur, occupata fuerit, *leg. 1. infr. finium regundorum*, vnde alioquin *lex 5. Cod. vnde vi*, deſumpta eſt: præſentis ſcilicet nam quomodocumque abſentis poſſeſſio turbata ſit, iſta quidem vis eſt: *l. 5. inf. vnde vi: & l. vlt. Cod. vnde vi.* Momentaneæ igitur poſſeſſionis cauſa non ſemper grauibus adnumeratur, non vim ſemper continet; non in Leges Iulias ſemper incurrit, non exigit ſemper inſcriptionem, non ſemper pœnam meretur. Quartò, *Abacti animalis crimen* leuioribus criminibus Præſidis cognitione indignis connumeratur: Abacti quippe animalis cauſa nonnunquam ſine inſcriptione proponitur, & vt Saturninus dicebat, ad examinationem ciuilem pertinebat, *l. 1. §. 4. ff. de abigeis*: ad forum, Paulus *5. ſentent. 28. §. 2.* id eſt, ad ius ordinarium, *l. vlt. ff. de priuatis delictis*: Abigeus non ſemper vt abactor, ſed & velut fur punitur: Abactorem enim facit locus vnde abegit, putà ex paſcuis, vel armentis; *l. 1. §. 1. ff. de abigeis*: Item, ſtudium quaſi artem exercentis *d. §. 1.* vt & mala fides, non etiamſi iuſtis rationibus ductus quis ſua pecora putauit, *d. l. 1. §. 4.* Denique numerus pecorum, ſi vnam forte capram abegerit, vt fur tenetur actione in duplum, vel quadruplum. Quare fallitur Hotomannus, qui hanc Legem ineptiæ accuſat, quaſi ſubrepti animalis, & abacti animalis eadem cauſa eſſet, atque adeò fruſtra *hac l.* idem repeteretur. Tandem, ad eam criminalium negotiorum quæ *hac l.* fit, diſtinctionem, puta inter crimina, in quibus inſcriptio requiritur, & in quibus non requiritur, ſpectat gemina eiuſdem Honorij conſtitutio *l. 61. inf. de appellationib.* data ad Præfectum vrbi, cuius hic ver-

ba apponere iuuat, vt ita mutuam ſibi lucem leges iſtæ præſtent: *Quotiens vir ſpectabilis Vicarius venerandæ Vrbis negotium aliquod præmiſſa inſcriptione cognoſcit, atque ab eius ſententia fuerit prouocatum, ad Noſtram Clementiam referri decernimus: ſin verò huiuſmodi examen acceperit, in quo ſine vllo legis vinculo non tam crimen obiicitur, quàm cuiuſdam criminis conflatur inuidia, latáque ſententia appellatione ſuſpenditur, Inluſtrem ſedem tuam editis ex more Apoſtolis ſacra vice audientiam præbere decernimus.*

¶ Vnum *hac leg.* ſupereſt, de his qui *ex officio ingredi* dicuntur *Secretarium*: quibúſque quinque librarum auri multa imponitur. Ex iis quæ ſuprà dicta ſunt ad *l.*1. *de offic. Rector prouinc.* & ex *ipſamet illa lege* iam liquet, ex Officialibus nonnullos fuiſſe, qui ad velum Secretarij ſtantes, cauſas & litigatores in Secretarium Iudicis introducebant; per quos leuato velo, ingreſſus & inductio ad Præſidem, viſioque eius præſtabatur. His igitur meritò *hac leg.* pœna imponitur, ſi videl. cauſas Rectoris prouinciæ cognitione indignas in Secretarium eius introduxerint. ¶ In praxi tandem *hæc lex* in argumentum duci poteſt, cùm quæritur, quæ cauſa parua, vel leuis ſit? in quo verſatur alioquin circa leues ſcilicet cauſas ciuiles *Tractatus* Menochij *de Arbitrar. lib.*2. *c.*72. vbi tamen *hæc lex* non memoratur: Nos hîc verſamur in cauſis criminalibus, quænam illæ paruæ ſint, vel magnæ? Et rectè idem *ſub fin. d. cap.*72. cauſam momentaneæ poſſeſſionis inter leues & minimas recenſet: quod & ipſum inculcat *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *n.*413. poſt Curtium ſen. *in l. admonendi, num.*223.

## ¶ Civilem *cauſam ad militare iudicium ſine Reſcripto trahentis Actoris ſimul, & Aduocati, pœna.*

### IX. * Iidem AA. Arcelao" Præf. Aug.

SI quis, neglectis Iudicibus Ordinariis", ſine cœleſti oraculo", cauſam ciuilẽ ad Militare iudicium crediderit deferendam, præter pœnas ante promulgatas, intelligat ſe deportationis ſortem excepturum. Nihilominus & Aduocatum eius decem libris" auri condemnatione" feriendum. Data VIII. Kal. Decemb. Conſtantinop. Cæſario, & Attico coss. [397.]

INTERPRETATIO. *Quiſquis contempto prouinciæ Iudice, ad illos qui armatis præeſſe noſcuntur, cauſam ſuam crediderit transferendam, exilio ſe deputandum eſſe cognoſcat, & eum qui cauſam illius ſuſceperit" proponendam, x. lib. auri eſſe damnandum.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à Cod. *Iuſtin.* quia ſimilis ibi iam alia extat, puta *lex* 5. *Cod. eod.*

" Ad *Archelaum* hunc Præf. Auguſtalem data eſt hoc ipſo anno lex 2. *inf. de his qui ad Eccl. conf.* Eiuſdem meminit Hieronymus ad Pammachium *adu. error. Ioann. Hieroſol. fol.*82.

" *Ordinariis* Iudicibus, ideſt, Rectoribus prouinciarum: de quo iam *ſuperiore libro*: & in *Gloſſ. Theod.* plenè.

" *Cœleſte* oraculum *h. l. & l.*2. *quis in gradu præf.* pro Principis reſcripto, v. *Gloſſ. Theod. & Imperatorem Romanum.* Eadem porrò occurrunt in *l.*5. §.1. *Cod. eod. tit.* cuius idem argumentum eſt. v *l.*1. *inf. de dilationib. & tit. inf. de denunciat. vel edit. reſcr.* ac nominatim *l.*4. *&* 5. *illius tituli.*

" *Librarum*, in MS. Selden.

" *Condemnatio*, pro multâ: v. *Gloſſ. Theod.*

" In Cuiac. edit. *ſi quis*, vbi tamen *ad marg.* adnotatum, *Quiſquis.*

" *Suſcipere* cauſam dicitur Aduocatus: quomodo & *ſuſceptus*, pro *cliente* vide *Gloſſ. Theod.*

### COMMENTARIVS.

MILITARES Iudices de ciuilibus cauſis Iudices ſeu cognitores eſſe prohibentur *hac l.* ab Arcadio Imp. pariter vt prohibiti iam fuere à Conſtantio, ante 42. fermè annos *l.*2. *ſup. hoc tit.* imò variis admodum conſtitutionibus, quod & illa *lex* 2. ſatis innuit, ibi *definitum* eſt, rurſum: *Ne igitur vſurpatio iudicia Legeſque confundat*: & hæc noſtra, ibi *præter pœnas ante promulgatas.* Quod & ipſum continetur *l.*5. §.1. *Cod. eod. tit. de Iuriſdict.* quæ Honorij nomen præfert: Prohibitum & enixè à Marciano Imp. *Nouella* 1. *cap. his additur.* Subinde ſcilicet hanc prohibitionem recentari oportuit, cùm militares Magiſtratus, Comites, Ducéſque, imò & Tribuni cornua efferrent, quod Theodoſij M. tempore in Oriente paulò ante *hanc leg.* fecere, & verò feciſſe eos tacitè carpit καθ' αὐτῶν Amm. Marcellinus, ante ſeptennium fermè ſcribens, *lib.*21. *p.*216. loco quem ad *d. l.*2. iam laudaui: Quare huic vſurpationi, & quidem per Ægyptum nominatim *hac l.* occurſum iuit Arcadius: per quam etiam cæteroquin Comites, Duces militares hâc tempeſtate ſibi alia multa vſurpabant, & quidem in præiudicium Iudicum ordinariorum.

¶ Tria porrò, præter ea quæ iam in genere dicta ſunt, in *hac l.* ſingularia occurrunt. Primò quidem *Exceptio*: nempe enim Reſcripto Principis quandoque neglectis Iudicibus ordinariis cauſam ciuilem ad Militare iudicium deferri poſſe indicat, ibi, *ſine Cœleſti Oraculo*: Quod & ipſum *d. l.*5. §.1. excipitur ſub iiſdem verbis, *ſine cœleſti oraculo*: vt aliàs ſcilicet ad extraordinarium Iudicem quandoque Reſcripto Principis iudicium deferri poterat, ſolebatque, *l.*4.5. *inf. de denunciat. vel editione reſcripti, & l.*1. *inf. de dilationibus & l.*7. *infra de nauiculariis.* Ac vt omnes hîc *Euocandæ*, ita per Reſcriptum Principis, cauſæ ad alterius cognitionem ſpecies cumulem ſimùl & diſtinguam: Reſcripto Principis quandoque cauſa ad Principem ipſum euocabatur, de quo *l.*2. *ſup. de off. Iudicum omnium*: modò ad peregrinum Iudicem alterius prouinciæ, de quo *ad l.*......... modò omiſſo medio, ad altiorem Iudicem: de quo ad *l.* 6. *ſup. hoc tit.* modò (quæ quarta & propria *huius l.* ſpecies eſt,) in eadem prouincia, ad alterius generis Iudicem, à ciuili inquam ad militarem.



Secundum ſingulare in *h. l.* eſt, quod Arcadius pœnas antè huic rei, tranſlationi inquam cauſarum ciuilium ad militare Iudicium, impoſitas fuiſſe indicat, quæ alibi non occurrunt: & nunc præter antea promulgatas, deportationis quoque pœnam comminatur, ſcilicet parti ſeu litigatori cauſam ciuilem ita transferenti, vel transferri patienti: Quod vtique oſtendit, quantopere hanc rem ad curam ſuam reuocauerit, ne videl. Iuriſdictionum confuſio generaretur, néue militarium Iudicum criſtæ erigerentur.

Poſtremum verò omnium maximè ſingulares, quod *Aduocato* quoque eius, qui ita cauſam ciuilem ad militare iudicium tranſtulerit, quique adeò in hanc tranſlationem conſenſerit, decem librarum auri multam imponit. Tam atrox videl. hoc factum viſum Arcadio, vt & Aduocatum pœnâ perfundere vellet: cuius vtique partes ſunt, (hæc enim ratio eſt) fori præſcriptiones ſuſceptis ſuis, ſeu clientibus inſinuare, inculcare, neque pati Iuriſdictionum terminos confundi. Hùc quadrare videtur ſingularis Ammiani Marcellini locus, *lib.*30. *p.* 448. in ingreſſu digreſſionis de Iudicum Aduocatorúmque prauitate ſub Valente: *Laxauitque rapinarum fores, quæ roborantur in dies, Iudicum, Aduocatorúmque prauitate ſentientium paria: qui tenuiorum negotia Militaris rei Rectoribus, vel intra Palatium validis venditantes, aut opes, aut honores quæſiuêre præclaros.* Per Aduocatorum igitur culpam hæc Iuriſdictionum Iudicúmque confuſio fiebat. De quibus proculdubio intellexit quoque Marcianus *Nouella* 1. Neminem exhiberi. *His additur aliud maius, quod innocentes præcipuè hactenus conterebat. Nonnulli namque ſuis allegationibus diffidentes, vexare ſuos aduerſarios tantummodo cupientes, non iure cum hiis, ſed arte pugnabant, & per ſermonem fucatum & phalerata verba, nonnunquam legibus arte confuſis, ad aliena eos Iudicia pertrahebant, ita vt hinc ſæpiùs eueniret, vt & miles in ciuili, & priuatus in militari, ſed ſibi in congruo peregrinaretur iudicio.* Vbi *ſermo fucatus & phalerata verba nonnunquam Legibus arte confuſis*, proculdubio ſunt Aduocatorum & Iuriſconſultorum verba, fraudéſque, de quibus egregiè Am. Marcellinus *d. lib.*30. *p.* 450. Igitur Aduocatis pœna hîc impoſita, quorum culpa hæc extraordinarij Iudicij confuſio fiebat: Pariter omninò vt à Valentiniano Tertio, *Nouella de Epiſcopali Iudicio vlt. Pœnâ Defenſoribus negotij qui in eodem Extraordinario Iudicio adfuerint, atque egerint, huiuſmodi conſtitutâ, vt Cauſidicum officij amiſſio, Iuriſconſultum exiſtimationis & interdictæ ciuitatis damna percellant.* Quo loco obſeruandum, Cauſidicum à Iuriſconſulto ſeparari, pœnâque etiam diſtingui: quomodo etiam *prædicto* Marcellini *loco*, Iuris profeſſi ſcientiam ab Aduocatis aliis ſeparantur. Et Libanius *ep. ad Anatolium* 329. de Theodoro, qui Beryti iuris ſcientiam aſſecutus fuerat, non ideò tamen Oratoriæ deſeruerat, δυοῖν λιμένοιν τοὺς εἰς αὐτὸν καταφεύγοντας ἐδέξατο, νόμων τε ἀναγνώσει, καὶ ῥητορικῆς ἰσχύϊ. Quanquam huius loci ſenſus alius eſſe poſſit. ¶ Ergo ciuilis cauſa ad militare Iudiciũ transferri non potuit: cui maximè vicinum vel certè ſimile eſt, quod & Magiſtris militum omnis in prouinciales poteſtas interdicta à Valentiniano Iun. *l.*1. *Cod. de off. Magiſtri militum*: & à Theodoſio Iun. Arcadij filio, ne curiales, vel priuatæ conditionis homines ad militare exhiberentur iudicium, vel contra ſe agentium actiones in ſe exciperent, vel litigare in eo cogerentur, pœnâ 50. librarum auri Comitis rei militaris officio impoſitâ: *l.*2. *Cod. Iuſt. de off. Militarium Iudicum.* Denique huic vicinum maximè eſt, quod à Theodoſio M. Arcadij patre prohibitum, ne vnquam negotiis priuatorum, vel tuitio militaris, vel executio tribueretur: *l. vn. ſup. de officio Iudicum militarium.* Quod & ipſum cauetur *l.*5. §.1. *Cod. de Iuriſdict.* Illud tantum conceſſum à Theodoſio Iun. *l. magiſteriæ* 6. *Cod. de Iuriſdictione*: Magiſtris militum, vt inter militares viros, vel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quæſtionum audiendi facultatem haberet.

## ¶ *De* Ivdæorvm *foro.*

### X. * Iidem AA. ad Eutichianum PF. P.

IVDÆI, Romano" & communi iure" viuentes", de" his cauſis, quæ non" tam ad ſuperſtitionem eorum, quàm ad forum & leges ac iura pertinent, adeant ſolemni iure" iudicia, omnéſque Romanis legibus inferant" & excipiant actiones: poſtremò ſub legibus noſtris ſint. ¶ Sanè", ſi qui" per compromiſſum ad ſimilitudinem arbitrorum apud Iudæos" vel Patriarchas", ex conſenſu" partium, in ciuili duntaxat negotio, putauerint litigandum, ſortiri eorum iudicium iure publico non vetentur: Eorum etiam ſententias prouinciarum" Iudices exequantur, tanquam" ex ſententiâ Cognitoris arbitri fuerint attributi". Data III." Non. Febr. Conſtantinopoli, Honorio Aug. IIII. & Eutichiano v.c. coss. [398.]

INTERPRETATIO. *Iudæi omnes, qui" Romani eſſe noſcuntur, hoc ſolùm apud Religionis ſuæ Maiores" agant, quod ad religionis eorum pertinet diſciplinam, ita vt inter ſe, quæ ſunt Hebræis" legibus ſtatuta, cuſtodiant: Alia vero negotia, quæ noſtris legibus continentur, & ad forum reſpiciunt, apud Iudicem Prouinciæ, eo quo omnes iure confligant. Sanè ſi apud Maiores legis ſuæ conſentientes ambæ partes, de ſolo tamen ciuili negotio, audiri voluerint, quod interueniente compromiſſo, arbitrali iudicio terminatur, tale ſit quaſi ex præcepto Iudicis fuerit definitum".*

### NOTÆ.

* *Lex Iudæi* 8. *Cod. Iuſt. de Iudæis.* Huic *legi* reſpondet etiam *lex* 7. *C. de Epiſcop. aud* quæ hoc ipſo Anno ad eundem Eutychianum PP. data eſt. Concordat verò huic legi *lex ſi qua* 15. *Cod. de Iudæis.* Hâc porrò lege auctiores reddi poſſunt

poſſunt Annales Eccleſiaſtici, quæ abeſt hactenus à Baronianis hoc anno 398.
" *Euthychianus* P P. Orientis, de quo iam *ad l. quiſquis & ad l. celebrandis.* vide & plenè *in Proſop.*
" *Communi Romano.* ita Cod Iuſt. Hoc noſtrum elegantius.
" *More* in MS. Seld. & *Cod. Iuſt.* Sed malo hoc noſtrum.
" De huius loci ſenſu mox.
" *In*, C. Iuſt. & in MS. Seld. Et hoc tamen præferam.
" Abeſt hæc negatiua à *Cod. Iuſt.* quam hinc ibi reſtituere Fornerij: Pater *in Caſſiodorum. 2. variar. 27.* & Filius 2. *Quotid.* 4.
" *More*, C. Iuſt. & in MS. Seld.
" *Conferant* C. Iuſt. malè: propria quippe vox *Inferre actiones*: *conferre actiones* nemo dixit, neque niſi abſurdè diceret.
" *Si qui vero, &c.* Ita C. Iuſt. At enim hic nexus quem ſeruauit quoque Interpres elegantior, & exceptionis cuiuſdam & συγχωρήσεως vice, non verò oppoſitionis.
" *Iudæi*: quare non malè additum hic à Tribon. ἐξηγήσεως χάριν, *ex his.*
" *Si qui verò ex his communi pactione ad ſimilitudinem*, &c. nempe verbis his *communi pactione* ſubſtitutis loco illorum, *per compromiſſum*: quæ tamen alibi non recidit Τριβων: proculdubio propter ſublatam hâc quoque parte conſuetam ſtipulationum & ſubtilem imò magis ſuperuacuam obſeruationem, *l. 4. §. vlt. Cod. de receptis arbitris.*
" Hæc, *vel Patriarchas* reſecauit Tribon. de his dicam ad *tit. de Iudæis.*
" *Ex conſenſu partium.* Hæc omiſit Tribon. propter illa iam ſupra addita, *communi pactione.*
" *Prouinciarum* vox ſublata Cod. Iuſt. tractâ hac leg. ab hypotheſi ad theſim.
" *Dati* Cod. Iuſt. *Attribui* Arbitri dicuntur. v. Gloſſ. *Th.*
" vI. Cod. Iuſt.
" Error hic interpretis eſt, de quo mox.
" De *Maioribus* Iudæorum infrà *ſuo titulo.*
" De ſuo hoc rectè Interpres.
" Neque hic ſenſum legis expreſſit Interpres.

## COMMENTARIVS.

DE foro IVDÆORVM eſt hæc ſolemnis admodum Arcadij Imp. conſtitutio, data ad Eutychianum P P. *Orientis* A.D. 398. quæ in *Annales Eccleſiaſticos* referri meruerat, quod tamen à Baronio factum non eſt: Eaque etiam variis modis à Triboniano interpolata, vt in *Notis* iam oſtendimus, ab Interprete verò *huius l.* non vno loco minùs expreſſa, à Recentioribus tandem Interpretibus, aliiſque ſcriptoribus, miſcellionibus, in alium omnino ſenſum non vno loco contorta: à quibus omnibus næuis eà repurganda nobis & paucis tamen venit: quem in finem, explicationem eius ita adgredimur. ¶ Iudæi qui in orbe Romano erant ſub Imperatoribus Chriſtianis, partim Romanis legibus agere debebant, partim verò *proprio iure*, ſeu Hebræis legibus (vt hoc rectè Interpres) regebantur: τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς κατὰ τὸν πάτριον αὐτῶν νόμον, vt iam olim ſub Auguſto, teſte Ioſepho 16. *Antiqu. Iud.* 10. Exceptis quippe iis quæ *ad ſuperſtitionem eorum* pertinebant, Romanis legibus in commune tenebantur: Et refractarios tamen hanc in partem ſeſe Iudæi ſæpè præbuêre, Romanis ſcilicet legibus teneri ſeſe negantes: Quomodo & aliàs, præter Tacitum, Iuuenalis quoque *ſatyra* 14. verùm de Religione eorum.

ROMANAS *autem ſoliti contemnere* LEGES,
*Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt Ius,*
*Tradidit arcano quodcumque volumine Moſes.*

Ambroſius deſertè, paucis ante *hanc l.* annis, ad Theodoſium Imp. ſcribens, *lib. 5. ep. 29. Ipſi*, inquit, ROMANIS LEGIBVS *teneri ſe negant, ita vt crimina* LEGES *putent.* Quare variis ſubinde conſtitutionibus Iudæis hanc in partem occurſum oportuit, & quidem ab ipſomet Theodoſio M. A. D. 393. latâ *lege*, *Nemo Iudæorum* 7. *Cod. de Iudæis*, de quâ etiam lege vide Contium *lib. 2. ſubceſ. cap. 1.* quâ cauetur, vt nemo Iudæorum in coniunctionibus ſeu nuptiis morem ſuum retineret, nec iuxta legem ſuam nuptias ſortiretur: ſed, vt Græci *lib. 60. Baſilicôn, tit. 39.* addunt, iuxta leges communes: nempe quia, vt rectè ab Accurſiô notatum eſt, ipſi ſtatuerant, vt quaſdam perſonas ducere liceret, quas iure Romano duci non licebat; cui non abſimile eſt quod centum annis antè præceſſit A.D. 295. Diocletiani & Maximiani Edictum aduerſus inceſtas nuptias; quod integrum refert Auctor collationis Legum Moſaicarum *tit. 6. de inceſtis nuptiis*, datúmque refertur *Damaſio*: vbi hæc verba notanda ſunt legi noſtræ ſimilia: *ſed & poſthac religionem, ſanctitatem in connubiis copulandis volumus ab vnoquoque ſeruari, vt ſe ad diſciplinam* LEGESQVE ROMANAS *meminerint pertinere, & eas tantum ſciant licitas eſſe, quæ ſunt* ROMANO IVRE *permiſſæ.* Et nunc igitur quoque Arcadius Imp. Iudæos Romanis legibus agere iubet: Ratione etiam verbis illis quæ *initio huius leg.* habentur, indicatâ ſeu præmiſsâ: *Iudæi*, inquit, *Romano & communi iure viuentes, de his cauſis, &c.* Vbi vox, *viuentes*, accipienda videtur pro *fruentes*: quomodo & *l. 7. inf. de hæreticis*; *viuendi iure Romano facultatem*, id eſt, *fruendi.* Nempe his verbis ratio continetur, cur inquam Iudæi Romanis legibus agere debeant, ſcilicet quia Romano & communi iure κοινῇ πολιτείᾳ fruantur; quaſi diceret, æquum eſſe eos ſecundum leges Romanas viuere, qui earum beneficio in commune fruuntur, quibus ἰσονομίας & ἰσοτέλεια tributa eſſet: quæ ſanè his iam olim conceſſa. v. Ioſeph. 16. *antiq. Iudaic.*

Haud abſimiliter Chryſoſtomus *orat. 1. aduerſ. Iudæos, tom. 6. pag. 314. edit. Paris. tom. 1. pag. 405.* ὁ Πέρσης οὐ τὰ τῶν Περσῶν φρονεῖ· ὁ Βάρβαρος, οὐ τὰ Βαρβάρων ζηλοῖ· ὁ τὴν Ῥωμαίων χώραν οἰκῶν, οὐ τὴν ἑτέραν μετιέναι πολιτείαν, &c. ἂν φανῇ τις παρ᾽ ἐκείνοις, τοῖς ΡΩΜΑΙΩΝ ΧΡΩΜΕΝΟΣ ΝΟΜΟΙΣ, οὐ τοῦτο αὐτὸ πείσεται πάλιν. Quanquam videri quoque poſſit, hæc verba limitatiuè hic poſita, quaſi dixiſſet Imp. eos Iudæos qui Romano & communi iure viuunt: ad excipiendos videl. eos Iudæos, qui Romano iure non viuunt, etſi Romanis ſubditi. Nam & Theodoretus *Sermone 9. de Legibus*, *p. 610.* ſcribit, multos *eorum qui ſeruitutis Romanæ frœnum acceperunt, viuere tamen illorum legibus* recuſare, & exempla addit: *Neque enim Æthiopes (Ægyptiis Thebis contermini) neque Iſmaëliticæ plures gentes, neque Lazos, Sannos, Abaſgos, non cæteros Barbaros, qui Romanorum gaudent dominatu, ex Romanis legibus conuentiones mutuas ineunt.* Πολλοὶ δὲ τὸν τῆς δουλείας δεξάμενοι χαλινόν, βιοτεύειν κατὰ τοὺς τούτων οὐκ ἀνέχονται νόμους· οὔτε γὰρ Αἰθίοπες, οἱ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ὁμοτέρμονες, οὔτε τὰ πάμπολλα φῦλα τοῦ Ἰσμαὴλ, οὐ Λάζοι, οὐ Σάννοι, οὐκ Ἀβασγοὶ, οὐχ οἱ ἄλλοι Βάρβαροι ὅσοι τῶν Ῥωμαίων ἀσπάζονται δεσποτείαν κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους τὰ πρὸς ἀλλήλους ποιοῦνται ξυμβόλαια.

Ergo



Ergo, (quæ Secunda *huius legis* ſententia eſt) iubentur Iudæi ea quæ ad forum, & leges, ac iura pertinent, obſeruare; ac proinde ſolemni iure ſeu more Iudicia adire, omnéſque Romanis legibus inferre & excipere actiones: poſtremò ſub legibus Romanis eſſe. Quibus verbis indicatur, cauſas eorum forenſes apud ordinarios Iudices pariter vt aliorum tractari oportere, ſiue ciuiles, ſiue criminales eæ ſint, ſiue actores ſiue rei: quod etiam habet lex 22. *infr. de Iudæis* ſeu *l. ſi qua* 15. *Cod. d. tit.* nulla fori Iudaïci præſcriptione oppoſita: & ideo Iudicum notionem euitare non poſſe. Hodie ſanè in deciſoriis vel ordinatoriis iudicij, quatenus huic legi locus ſit, vid. Cyriacum *controuerſ. foren.* 240. Excepto eo, (quæ tertia iam eſt *huius leg.* ſententia) ſi in negotio ciuili per compromiſſum ex communi conſenſu ad ſimilitudinem arbitrorum apud Iudæos vel Patriarchas litigandum putauerint: Nempe Iudæis id *hac l.* permittitur, vt in Ciuili tantùm negotio, non etiam in Criminali, poſſint ſibi Arbitros deligere Iudæos in commune, vel Patriarchas in ſpecie: & quidem hoc ipſum *iure publico*: Nempe enim & hoc in *iure Romano & communi* poſitum eſt, vt litigatores in ciuilibus cauſis, forenſi ſtrepitu poſthabito, in Arbitros compromittere poſſint: In tantùm verò (quæ quarta eſt *huius l.* ſententia) vt huiuſmodi arbitrorum ſententias Iudices exequi cogantur, non ſecus ac ſi ipſe Iudex Arbitros *attribuiſſet*, id eſt, dediſſet, addixiſſet: Iudæis, inquam, id *hac l.* permittitur ab Arcadio, vt in Patriarchas ſuos compromittere poſſint: non verò Chriſtianis id *hâc l.* permittitur, vt in Iudæorum Patriarchas compromittant, quod nonnulli perperàm cenſent; atque inde iam falsò colligunt ex hâc indefinitâ Patriarcharum appellatione, quâ vtique Iudæorum Patriarchæ intelligendi ſunt, nullos dum inter Chriſtianos hoc tempore Patriachas fuiſſe, neque enim Imperatorem ita hic locuturum, ſi iam tum & hi fuiſſent: Quod vt ex *hâc l.* nullo argumenti genere rectè colligi poteſt; quæ vtique eſt de Iudæis in Patriarchas compromittentibus, ita & Patriarcharum appellatio ſecundum ſubiectam materiam accipienda eſt; manifeſtiſſimúſque adeò paralogiſmus eſt; Iudæorum Patriarchæ *hâc l.* nominantur, vel indicantur; ergo nulli alij quàm Iudæorum Patriarchæ fuêre. Tandem Chriſtianos hoc tempore Patriarchas habuiſſe alibi doceo ad *l. 1. de Iudæis.*

Porrò vti Iudæis in Patriarchas compromittere *hac l.* permittitur, ita ſimiliter prorſus hoc ipſo Anno 398. & conſtitutione ad eundem Eutychianum P P. data, (ſi modò Tribonianus fucum non facit: nam Triboniano non vbique tam facilè fidem habemus, nam & potius videri poſſit *legem* illam ex *hac* noſtrâ deformaſſe,) idem Arcadius *Chriſtianis* indulſit, vt videl. Laici in ciuili tantùm negotio, non item in criminali, in Epiſcopos pariter compromittere poſſent: cuius conſtitutionis verba hæc ſunt, *legis noſtræ* verbis planè gemina, in *l. 7. Cod. Iuſt. de Epiſcopali audientia*, quam etiam Baronius in *Annales ſuos* rectè retulit, hâc prætermiſsâ, *A. D.* 398. *num. 63. Si qui ex conſenſu apud ſacræ legis Antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur, ſed experientur illius* IN CIVILI DVNTAXAT NEGOCIO *more arbitri ſponte reſidentis, iudicium.* Quod & ipſum Honorio quoque Imperatori collegæ eius & fratri placuit, *l. 8. Cod. de Epiſcopali audientia.*

¶ Illud interim obſeruandum, vt *hanc legem*, ita & *d. l. 7. & 8.* eſſe de voluntariâ Iuriſdictione, ex conſenſu partium: Vt proinde errare videantur qui Iudicandi auctoritatem inter Laicos, ſuo quodam iure, imò & Apoſtoli præcepto, Epiſcopis inde vindicant: quos neque refutare pluribus attinet. Eadem ſanè operâ, eadémque collectione & Patriarchis Iudæorum iudicandi auctoritatem in Laicos ex *hac l.* cauſis vindicare poſſis: quod ineptiſſimum eſt.

Et hæc quidem de cauſis forenſibus. Earum verò cauſarum, quæ ad cultum Iudæorum pertinent, cognitionem Maioribus Iudæorum, (vt rectè Interpres *ad hanc l.* & de quibus ad *d. l. 1. inf. de Iudæis*) relinquit *hac l.* Arcadius: ſuos ſcilicet Iudei de cultu ſuo Iudices habuêre ſub Chriſtianis Imperatoribus. Quâ ipſâ ſanè ratione ſaluæ quoque illis erant Sabbathorum ſuorum, Neomeniarum, cæterarúmque ſolemnitatum ſuarum feriæ: *l. vlt. inf. de feriis*: *l. 8. inf. de executorib. l. 20. inf. de Iudæis*: vt & veterum ſynagogarum refectio integra eis erat, de quo *ſuo titulo.* Idque etiam ſub Paganis Imperatoribus obtinuiſſe teſtatur, vt omittam alia, *lex 15. §. 16. π. de excuſationib.* αἱ γὰρ διατάξεις ἐκείνοις μόνοις ἀνενοχλήτους αὐτοὺς εἶναι κελεύουσιν, δι᾽ ὧν ἡ θρησκεία χραίνεσθαι δοκεῖ, id eſt, *Conſtitutiones enim, quod ad ea ſola attinet per quæ cultus eorum lædi videtur, ſine moleſtia eos eſſe iubet.* Quanquam Imperatores quoſdam Iudæis infeſtiores eorum libertatem plerumque reſtrixiſſe conſtat ex *Nouella* 146. Iuſtin. & Nouella Leonis 55. conſtabit pleniſſimè ex iis quæ *titulo de Iudæis* notabuntur. Ea propter etiam *initio huius legis*, ibi, quæ non tam ad ſuperſtitionem eorum, &c. Negatiua, non Cod. Iuſtinianeo omiſſa cui videatur; quaſi Iuſtinianus iam voluerit etiam de iis quæ ad ſuperſtitionem Iudæorum pertinent, Iudices, ſeu Præſides adiri; contrà quàm Arcadio *hac leg.* placuit, vnde tamen *lex* illa 8. interpolata eſt. Niſi quis potiùs exiſtimet Negatiuum ibi excidiſſe Librariorum errore: quæ ſententia fuit Forneriorum, patris *in Caſſiodorum*, filij 2. *quotidian.* 4. Certè non debuit paſſim illam lectionem negatiuâ detractâ Arcadio tribuere Doct. Petitus: vnde tamen tam multa efficiebat quæ aduersùs hiſtoricam *huius leg.* veritatem pugnant. In tres certè errores graues lapſus eſt Doct. Petitus 2. *var.* 10. *p.* 148. Primò, cùm Codicis Iuſtinianei lectione inductus putauit, Arcadium Iudæorum Primatibus iudicium ademiſſe de his cauſis, quæ ad ſuperſtitionem eorum pertinent: quinimo antiquatam *hac leg.* legem 10. *infr. de Iudæis*: quod inaniſſimum eſt; quandoquidem *lex* illa non pertinet ad Iudicia, ſeu ad cauſas forenſes, verùm ad æſtimationem pretij *rerum forenſium* & venalium. Secundus eiuſdem error eſt, *p.* 147. quod ante hanc *legem*, Primates in his quæ ad forum & leges ac iura pertinent, Iudæis ſuis ius dixiſſe affirmat, quod nunc primùm *hac leg.* his adimatur. Grauis, inquam, hic error eſt: neque enim id iure ipſis licebat, vel datum erat; verùm id vſurpare conabantur: cui vſurpationi *hac leg.* occurritur. Quod in ſententiam quoque ſuam aduocare nititur *leg. 13. inf. de Iudæis, in fin.* ibi, *pareant legibus ſuis*: poſtremus error eſt, quem *ibi* refutamus. Sed & illa obſeruatio inanis eſt alterius cuiuſdam, qui ex *hac lege* colligi putat, *Religionis eſſe Religionem non cogere*: quod ab *huius leg.* ſpecie alieniſſimum eſt. Ex *hac* tandem *lege* apparet quis Iudæorum hac tempeſtate ſub Arcadio ſtatus fuerit: & inter alia, quænam his cultus ſui, ſeu ſuperſtitionis libertas conſtiterit: Quo loco item hinc Patriarchæ eorum, inde Maiores, ſeu Proceres tùm exſtiterint: Quod docent quoque eiuſdem Arcadij quinque aliæ leges, putà *lex* 10. 11. 12. 13. & 15. *inf. de Iudæis.*

¶ *In reos, in* PRIVATIS *Principis fundis latitantes, Rectoris Prouinciæ poteſtas.*

XI. * Iidem AA. Theodoro PF. P.″ Poſt alia.

MINIME Prouinciæ Rector expectet in reos″ criminoſos″ Actorem″ dominicum, ſed habeat exhibendis″ noxiis″ poteſtatem: vtatur legibus″, nullo interpoſito Rationali: latebris″ reus poteſtate Ordinarij″ Iudicis protrahatur, *ne per conludium* Actorum, *iudicij″ fiat dilatio.* Dat. IX. Kal. Iun. Mediolani, Honorio Aug. IV. & Eutichiano coss. [398.]

INTERPRETATIO. *Si quis in domibus dominicis criminoſus potuerit inueniri, Prouinciæ Iudex præſentiam non expectet Actoris, ſed mox reum comprehenſum, ne aliquo conludio effugiat, ſubdi iubeat″ publicæ diſciplinæ.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* Iungenda autem illi *lex vlt. inf de collat. fundor. patrimonial.* lex 6. *Cod. Iuſt. de exactorib tributorum*: etſi illa ad alium dirigatur: Concordat autem huic, *lex* 1. *ſup. hoc tit.* vnà cum interpretatione *illi legi* ſubdita; itémque *lex vlt. de actorib. & procur.*
″ *Theodorus* hic PP. Italiæ fuit hoc anno 398. vide *Proſopogr.* & Claudianum Panegyrico *in eius Conſulatum p.* 172.
″ Colonos rei priuatæ, alióſve in fundis rei priuatæ latentes.
″ *Criminoſus*, vide Collat. Carthag. & Gloſſ. Theod.
″ *Actor*, dominicus: de quo *titulus* 4. *lib.* 10. *de Actoribus & procuratorib. & conductoribus rei priuatæ*: & *l. vlt. inf. de collat. fund. patr.*
″ *In exhib.* C. Til.
″ De *exhibendis reis* eſt infrà *lib.* 9. *titulus.*
″ *Obnoxiis*: ita MS. Selden.
′ *Vti legibus* eſt leges exercere, poteſtatem ſuam ſecundum leges exercere, punire.
″ Domum dominicarum, rectè Interpres. *E latebris* MS. Seld. aliique.
″ *Ordinarius* Iudex, pro prouinciæ Rectore. v. Gloſſ. *Theod.*
″ *Iudiciorum.* MS. Seld.
″ *Subiiciat.* Cuiac. edit. vbi ad marg. *ſubdi iubeat.*

COMMENTARIVS.

REORVM, è PRIVATÆ rei fundis, ſeu domibus, vltrò protrahendorum, mox & puniendorum, non expectato Actoris dominici interuentu, plenam poteſtatem facit Honorius Imp. Rectoribus prouinciarum *hâc lege*: Quæ quidem pars eſt prolixioris Honorianæ conſtitutionis, vnde duo adhuc ſuperſunt fragmenta, putà *lex 6. Cod. de exactoribus tributorum*, & *lex vlt. inf. de conlat. fundorum patrimonialium.* (etſi illa ad aliam perſonam emiſſa dicatur) quæ proinde huic noſtræ coaſſandæ veniunt. Ea verò conſtitutio, quæ in vniuerſum de Rationalibus agit, & nil aliud eſt, quàm definitio *Poteſtatis* Iudiciariæ, ſeu Rectorum prouinciarum, & Rationalium, *C'eſt vn reglement de Iuges*: Nempe Honorius Canonis rei priuatæ exactionem Rationalibus relinquit, *d. l. vlt. inf. de conlat. fundor. patrim.* Contrà, ſpecies annonarias, cœteróſque titulos ad Arcam [Præfecti prætorio] pertinentes, non Rationales, verùm Rectores prouinciarum exigere iubet. *d. l. 6. Cod. Iuſt. de exactoribus tributorum*: Tandem *hâc l.* non ex ſpectato Actoris interuentu reos è latebris fundorũ rei priuatæ à Rectore prouinciæ vltrò exhiberi, protrahi, puniríque poſſe definit. Ordinarius ſcilicet Iudex adeò de reis cognoſcere poteſt, ſeu Iudex competens eſt quiqui illi ſint, ſiue coloni rei priuatæ, (quod & ipſum à Conſtantino definitum *l. 1. ſup. h. t.* vbi vide iam dicta,) ſiue alij, vt & eruere eos è fundis rei priuatæ & protrahere vltrò poſſit, non expectato Actore *Dominico*: déque his cognoſcere, imò punire eos: *hac l.* & *d. l. 1. ſup.* vbi Interpres quoque rectè addidit ex hâc proculdubio leg. *nullo contradicente, patrimoniorum noſtrorum ordinatore.* Et Ratio *hac l.* hæc redditur, ne per conludium Actorum iudicij fiat dilatio: id eſt, ne hoc alioquin obtentu præſentiæ inquam, vel conſenſus Actorum rei priuatæ, iudicia de reis differantur, & eludantur. Nempe enim Actores & Rationales fermè huiuſmodi reis in priuatæ rei fundis latẽtibus latebram præbebant, vel eoſdem patrocinio ſuo defendebant: ideò armari poteſtatem & auctoritatem Rectorum prouinciæ hâc parte oportuit. Et ſanè cum antea id iuris fuiſſet, vt etſi in ciuili causâ colonorum vel conductorum rei priuatæ Rationalem adeſſe oporteret, de quo ad *l. 5. ſup.* attamen in negotio criminali, vbi reorum exhibitio, ſeu repræſentatio poſceretur, Rationales & reos exhibere exigerentur, & eorum præſentia in hoc iudicio non deſideraretur, *l. vlt. inf. de actorib. & procurator. & conductor. rei priu.* rebus ipſis compertum fuit Actores (vel etiam Rationales) id non facere: quare id Rectoribus nunc conceditur, vt non expectato Actore (vel etiam Rationali) reos è latebris domus rei priuatæ vltrò protrahere poſſent ipſi. Et ita quidem ſubſidio dictæ *legis vltimæ de actorib. & cond. rei pr.* occaſionem huius l. Hiſtoricam tenemus.

¶ De



¶ *De foro* SENATORVM *in criminibus, déque Quinqueuirali in id iudicio.*

XII. * Impp. HONORIVS, & Theodoſius, AA. Conſulibus″, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui ſuo, Salutem dicunt. Poſt alia.

IN criminalibus″ cauſis Senatus″, ſtatuta″ iamdudum″ Quinqueuiralis″ Iudicij forma ſeruabitur. In quo cum perfacile eſſe credamus, optimos legere de ſummis, ſortitò tamen ad iudicium vocabuntur, *ne de″ capite atque innocentia alterius iudicio″ electi iudicent*: &c. Dat. VIII. Id. Aug. Rauennæ, Aſclepiodoto & Mariniano coss. [423.]

INTERPRETATIO. *Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus eſt, Quinque nobiliſſimi viri Iudices de reliquis ſibi ſimilibus miſſis ſortibus eligantur: Ne* ſtudio *videantur electi, & de capitali re, aut innocentia alterius, videantur* facilè *iudicare.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* Iungendæ *huic* ſunt *lex vlt. inf. de accuſationib. l. vlt. ne præter crimen maieſt.* Tandem *huic l* concordat *lex* 13. *inf. de accuſationib.* quæ *h. l.* indicatur & firmatur.
″ De hac inſcriptione mox.
″ De ciuilibus Senatorum cauſis *l. 4 ſup.*
″ *Senatus*, id eſt, Senatorum.
″ *Statuto* in MS. Selden. malè.
″ Iamdudùm, ante quinquaginta fermè annos, *d. l. 13. inf. de accuſationib.* Simile *in l. 19. d tit. de accuſat.*
″ *Decemuirali* in tutoribus dandis Iudicio, *l. 3. inf. de tutorib. & curator. creandis.*
″ *Studio.* Interpres: *ſponte, d. l. 13. de accuſationib.*
″ Aberat à C. Til.

COMMENTARIVS.

DE foro SENATORVM in cauſis criminalibus Romæ, déque iudicij iſtius forma eſt hæc Honorij Imp. cõſtitutio. A. D. 423. quæ pars eſt Orationis Honorianæ ad Senatũ prolixæ, de cauſis criminalibus earúmque iure & ordine: vnde tria adhuc fragmenta ſuperſunt, *in l. vlt. inf. de accuſationibus*: *l. 2. inf. de libertis, l. vlt. ne præter crimen maieſt.* quæ proinde omnes huic noſtræ coaſſandæ veniunt, eiuſdémque cum hac noſtra Honorianæ conſtitutionis ad ſenatum &c. partes ſunt, ſic vt ex his omnibus vna penè integraque Oratio confici poſſit. ¶ Inſcripta porro hæc Oratio non *ad Senatum* ſimpliciter, vt complurimæ aliæ leges, & inter alias *l. 13. infra de accuſationibus*, quæ *hac l.* indicatur confirmatúrque, verùm enumeratione quoque trium Magiſtratuum additâ, ſeu expreſſione factâ, qui in vrbe Româ præcipui erant, quique ſenatus capita erant, *Conſulibus*, inquam, *Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui ſuo ſalutem dicunt.* Cui ſimilis quoque inſcriptio occurrit in Conſtantini M. *lege* 1. *inf. de maternis bonis*: & in *tribus illis Legib.* quæ *huic* conſociandæ veniunt. Huic ipſi Magiſtratuum vrbanorum recenſui conuenit hic Capitolini locus, *in Gordianis, p. 156. Non legitimo ſed indicto Senatus die, Conſul iam domi conuentus cum Prætoribus, Ædilibus & Tribunis plebis venit in Curiam.*

¶ Nos de *hac ipſa l.* videamus. Eſt igitur hæc lex, de iudicio Romæ in cauſis criminalibus *Senatorum*: In *criminalibus cauſis ſenatus*; (nam ita interpungendus hic locus eſt) ait lex, id eſt, quæ mouentur aduerſus aliquem è Senatu, ſeu Senatorem; Quod Interpres ad *hanc l.* aliique non cepêre, cùm generalem eam de criminalibus cauſis promiſcuè credidêre, quæ mouentur aduerſus alios quàm Senatores. Quod præter cætera omnium euidentiſſimè quoque demonſtrat lex 13. *infra de Accuſationibus*, quæ *hac l.* vt dixi indicatur, firmaturque: Nempe, qui huius l. ſenſus eſt, forma Iudicum criminalis, de Senatorio capite *ea l.* à Gratiano ante quinquaginta fermè annos inſtituta confirmatur: & quidem ſub eadem lege vt videl. in indicio illo Quinqueuirali iudicent ſorte ducti, non ſponte delecti; de quo omni nos ad *eam l.* vtpote fundamentalem. Cum hoc verò quinqueuirali iudicio nil commune habet quod Plinius ſcribit, *lib. 29. c. 1.* vbi de exilio agitur: non magis quàm quod Cicero ſcribit *Orat. in Piſonem ſub f.* vt rectè monuit Cuiacius *ad l. 2. §. 6. π. de iure fiſci.* At hoc ipſum quinqueuirale iudicium de capite Senatorum probauit quoque Theodoricus Rex apud Caſſiodorum, 4. *variar.* 22. ad Argolicum P. V. *Magnitudinis itaque tuæ relatione comperimus, Baſilium atque Prætextatum artis ſiniſtræ iam diu contagione pollutos, in accuſationem tui examinis perſonarum intentione deductos*, &c. *Nos præſenti auctoritate decernimus, vt Quinque Senatoribus, id eſt, Magnificis & Patriciis Viris, Symmacho, Decio, Voluſiano, aque Cæciliano, nec non Illuſtri viro Maximiano, hanc cauſam legitima examinatione penſetis.* Et *epiſt. 23. prox.* de eâdem re. *Eos te præcipimus vbicumque repertos ad indicium Quinqueuirale ducere, quod in præſenti negotio noſtræ delegauit auctoritas.*

¶ Hîc duo ſingularia adhuc quæ *d. l. 13.* non occurrunt, notare iuuat. Primò quidem, quod ait Honorius *credere ſe, perfacile eſſe optimos legere de ſummis*: his videl. verbis continetur Elogium Senatus Romani, ordiniſque ſenatorij: nempe quod hic ſummis Viris conſtaret: cui adiici poteſt ſimile elogium Symmachi *lib. 1. ep. 46.* vbi *melior pars generis humani* vocatur: & Nazarij iſtud panegyr. *cùm ex omnibus prouinciis Optimates viros Curiæ tuæ* [Roma] *pignoraueris, vt Senatus dignatas non tum nomine quàm re eſſet illuſtrior, cùm ex totius Orbis flore conſtaret.* Omitto quæ apud Ennodium & Caſſiodorum plura his ſimilia. Vnius Ammiani Marcellini elogium adiiciendum *lib. 16.* vbi *Aſylum mundi totius* vocat, præponitque *in vnum coactæ multitudini*

*Regum* : vbi *Aſylum totius mundi* vocat, quò videl. tanquam ad patens aſylum confluebat quidquid ſummum in orbe Romano erat: alio enim olim ſenſu Senatus Populorum, Nationum, Regum portus, ac refugium dictus Ciceroni 2. *de officiis*, quidquid enim humani generis floris erat, id habebat curia; patebátque peregrinæ laudi, vt Rutilius Numatianus dixit, inter alia Senatus elogia, *lib.* 1. *Itinerarij*.

*Religioſa patet peregrinæ Curia laudi*
*Nec putat externos quos decet eſſe ſuos.*

vbi peregrinam LAVDEM vocat, quidquid extra Romam laudabile eſt: *laus*, pro laudabili.

Alterum ſingulare in *hac l.* eſt, *ratio*, quam addit Honorius, cur ſortito ad Iudicium Quinquenirale de capite Senatorio Iudices vocari velit: *ne*, inquit, *de capite atque innocentia alterius iudicio electi iudicent* : Interpres ita effert, ne ſtudio videantur electi, & de capitali re aut innocentiâ alterius videantur facilè iudicare: FACILE, id eſt, temerè & cupidè: quomodo *facilè* decernentis impetus dicitur *l.* 22. §. *vlt.* π. *ad l. Iul. de adulteriis*, id genus alia: ſcilicet id vult Honorius, ſorti id rectiùs committi quàm iudicio: ſiue ad affectationem vitandam, ſiue ad ſuſpicionem amoliendam: quâ ſanè ratione Quæſtionis Iudicem ſorte ductum olim, notum eſt. Quod tamen in hoc ipſo caſu non vſquequaque obſeruatum teſtatur Caſſiodorus 4. *variar.* 22. vbi vt iam dixi Theodorici R. auctoritate, in causâ Baſilij atque Prætextati Senatorum maleficij reorum, quinque Senatores nominatim decernuntur, deſignantur, delegantur. Verùm de hoc omni ad *d.l.* 13. *de accuſat.* Alia certè ratio fuit cognitionis de excuſatione Senatoris ad Præturam deſignari: Ibi quippe Præfectus vrbis cum electis ex ordine candidato iudicabat, *l.* 22. *inf. de Prætorib.*

# NE IN SVA CAVSA
## QVIS IVDICET.″
## TITVLVS II.

III. COD. IVST. V. Vbi in Rubricâ additum, *vel ſibi ius dicat*, pariter vt in contextu Legis ipſius à Triboniano inſertum. In Codice Til. hîc malè additum, *aut teſtimonium dicat*, quæ à MSS. & in And. nominatim deſunt: de quo *ad ipſam legem mox.*

### ¶ NEMINEM *prorſus in ſuâ cauſa Iudicem eſſe poſſe.*

1. * Imppp. Valens, GRATIANVS, & Valentinianus AAA. ad Gracchum″ PP.″

PROMISCVA″ generalitate decernimus, *Neminem″ ſibi eſſe Iudicem″ debere.* Cùm enim omnibus * in ſe propriam″ dicendi teſtimonij iura facultatem ſubmouerint, iniquum″ admodùm eſt, licentiam tribuere ſententiæ. Lecta″ Kal. Decemb. Valente v. & Valentiniano AA. COSS. [376.]

INTERPRETATIO. Omnes *præceptio noſtra conſtringat, vt nullus in ſua cauſa Iudex ſit: quia ſicut teſtimonium vnuſquiſque pro ſe dicere non poteſt, ita nec pro ſe poterit iudicare.*

## NOTÆ.

* Diuulſa hæc lex, *Codice Iuſtinianeo*, in duas; putà *in l. vn. Cod. eod. tit.* & *l.* 10. *Cod. de teſtibus*: de quo mox. Hanc verò indicat Papinianus, *Reſponſorum tit.* 41.
″ *Gracum* C. Til. & Cuiac. vbi tamen *ad marg.* additum, *Gracenum*.
″ Ita quoque *in l.* 3. *inf. de Quæſtionibus* : & *l.* 10. *Cod. de dignitatibus*. At enim in Cod. Iuſt. *P. V.* rectè: de quo mox. v. & *Proſopogr.* & quæ dico *ad d.l.* 3 *de quæſtionib.*
″ *Generali lege* : ita Cod. Iuſtin. immutatum: at iſtud ἐμφατικώτερον: *Omnes*, ait Interpres, *præceptio noſtra contingat.*
″ Etiam Præfectum Prætorio, vel Præfectum vrbi.
″ *Vel ius ſibi dicere.* additum Cod. Iuſt. hîc pariter vt *in Rubricà.*
* Hinc iam deſumpta eſt. *d. lex* 10. *Cod. de teſtibus.*
″ *In re propriâ.* Cod. Iuſt. *d.l.* 10. & *d.l. vn.* f. *in rem propriam.*
″ Hâc eadem voce hâc in re vtitur *lex* 17. *de Iudiciis.*
″ *Lecta* hæc *lex* dicitur, quæ ſubſcriptio & alibi ſæpe occurrit: ſed non additur hîc, vbi ea lecta fuerit: Lectam oportet, vel *in Senatu*, vel *apud acta Præfecti vrbis.* In MS. Selden. Data.
″ Valente vI. & *Valentiniano* II. *AA. Coſſ.* ita Cod. Iuſt.

## COMMENTARIVS.

PROPRIA in re Iudicandi poteſtatē omnibus omninò interdicit *hac l.* Gratianus Imp. A.D. 376. exemplo etiam ſeu argumēto deſumpto à teſtimonij dictione: Iudicandi inquam, *nemini* ait *ſibi eſſe* IVDICEM *debere*: quâ voce etiam illud comprehenditur, quod Tribonianus exprimere maluit, & in *Rubrica* & in *ipſa l.* hînc *deſumpta*, quo nil adeò opus erat, *ius dicere*: Iudicandi ſcilicet & Iudicis, verbum ad Magiſtratum quoque pertinet qui Iuriſdictionem habet, æquè ac ad Iudicem pedaneum & delegatum: imò hac tempeſtate propriè ad illum: de quo v. plura exempla in *Gloſſario*. In hanc verò ſententiam Chryſoſt. quoque *homil.* 22. inſcripta de ſimultate ſine ira, quæ incipit περὶ τὸ τέλος: *edit. Par. tomo* 1. *p.* 253. vbi poſt alia, ἐπ' ἀνθρώπων οὐκ ἀσφαλὲς ἑαυτοὺς ἐνδικεῖν. ¶ Ait autem lex *ſibi*, mox, *in rem propriam*, ita enim fortè hîc reponendum, quomodo in Cod. Iuſt. *in re propria* : quomodo & *l.* 10. π. *de teſtibus*, in re ſuâ, & de re ſua, *l.* 6. π. *de receptis*, & apud Ciceronem *pro Roſcio* de ſuâ re: apud Interpretem huius leg. *in ſua cauſa.* Sic & Symmachus dixit, *lib.* 10. *ep.* 55. *teſtimonio* ſuo ſuam iuuare cauſam. Huiuſmodi vero Iudex qui in cauſa ſua iudicat, *ſui periculi Iudex* vocatur à Cicerone, *pro Deiotaro*, *c.* 2. & poſt eum ab Am. Marcellin. *lib.* 31. de quo dico ad *l.* 2. *inf. de ſent. ex per. recit.* rerum ſuarum Iudex, Quintiliano *lib.* 4. *c.* 1. *de exordio.* ¶ Ait lex *promiſcua generalitate* : pro quo dilutiùs Tribonianus *generali lege*. Quare neque Curiales aut Collegiati à Principe ſibi conceſſa ſponte præſumere poſſunt: *l.* 41. *de operib. publ.* (quanquam non propriè id hàc pertinet) neque vllus cuiuſcunque dignitatis Iudex, vel Magiſtratus, quamlibet ſublimis ſit, in re propria Iudex eſſe poteſt, etſi Præfectus fortè Prætorio, aut vrbis. Videntur ſcilicet illi, ob poteſtatis ſuæ apicem, & Præfecti Prætorio nominatim, quod hæc δευτέρα μετὰ βασιλείαν poteſtas eſſet, imò ἀπόρφυρος βασιλεία (de quo ſæpe *hoc Codice*) eo quoque exemplo, quo ab eorum ſententiis appellare non licebat, de quo *lib.* 11. *de appellationib.* id quoque ſibi aliquando vel certè quidam arrogaſſe, vt ſibi ius dicerent: quaſi non haberent à quo iudicarentur ἀνυπεύθυνοι ipſi omnium Iudices; *Promiſcua* igitur *generalitate*, id eſt, nullo excepto: *promiſcuum* eſt, quod ad omnes ex æquo pertinet, quod omnes tenet, cuius vis ad omnes redit. Et ſanè factum id omninò videtur (vt ad hiſtoriam *huius l.* deſcendamus) à Maximino PP. vel ſub eo ſaltem, de cuius ferociâ multa Ammianus Marcellinus, *lib.* 28. 29. & 30. Tangit & Symmachus, *lib.* 10. *ep.* 2. Hieronymus, *Chronico*, *a.* 371. Nam & res, & tempora, & Gracchi quoque cui *hæc lex* inſcribitur, nomen omninò congruunt. Huius ſcilicet Maximini ferociæ & iniquitati Gratianum hoc ipſo anno non vnâ ratione vel conſtitutione modum poſuiſſe deprehendo: eóque in cenſu pono legem 13. *inf. de accuſationibus* : l. 1. 2. *ne præter crimen maieſtatis* : *l.* 3. *inf. de Quæſtionibus* : & hanc ipſam Legem noſtram: ac nominatim Graccho, cui *hæc lex* inſcribitur ad Præfecturam vrbanam, quæ Romæ dignitatibus omnibus & poteſtatibus ſuperior erat, admoro: ita enim reſcribendum in inſcriptione huius legis, *ad Gracchum P. V.* quomodo etiam habet Cod. Iuſtin. *in l. vn. Cod. eod. tit. ne quis in ſua cauſa* : Et de cuius Præfecturâ vrbanâ agit Prudentius, *lib.* 1. *adu. Symmachum*, qui cum *plebicolam*, vel *poblicolam* vocat, Præfectum vrbis indicat, qui ſcilicet plebem, vel populum vrbis Romæ curaret, coleret: & Hieronymus *ep. ad Lætam* 7. *fol.* 25. *b.* Ergo tùm modus Maximini PP. ferociæ à Gratiano impoſitus: proculdubio ad eius relationem: vt multa alia Romæ eodem Graccho P.V. agente emendata: veluti ſimulacra portentoſa Romæ exciſa, de quo Prudentius & Hieronymus *dictis locis* : vt & Ara Victoriæ, in Senatu Gratiani iuſſu diruta. Quod ad iſtud omninò tempus Præfecturæ Gracchi referendum eſſe, *alibi* pluribus doceo. ¶ Æquitas porro promiſcuaque generalitas huiuſce legis, vel interdicti, quæ indicatur quoque vocibus INIQVVM *admodum*, trahi quoque poteſt hodie ad Imperatores & Reges ex æquo contendentes: de quo vide egregium Menochij conſilium 2. *in controuerſia inter Genuenſes*, & *Marchionem Finarij* : Aliud, ſi cum ſubditis ſibi res ſit, & priuatis extraneis. Eiuſdem verò æquitatis eſt, quod iure Feudorum, etiam dominus feudi inter duos Vaſſallos de feudo litigantes Iudex non eſt, quando cauſa ipſum dominum aliquo modo, vel principaliter vnà concernit: de quo ſunt tres Textus *in vſibus Feudorum* : *de inueſtitura in maritum facta*. 2. *t.* 15. *de lege Conradi. verſ. ſi autem pars* 2. *t.* 34. *an apud Iudices*, 2. *t.* 46. Et in hoc conſentiunt omnes Feudiſtæ. Et tamen vt ad *hanc leg.* redeam, Quintilianus *lib.* 4. *cap.* 1. duo exempla memoret Iudicum rerum ſuarum, ſeu in re ſua: nam quoad exempla quæ vel *hoc ipſo Codice* occurrunt, vbi ſe, publicámque diſciplinam vindicare licet, *l.* 10. *de metatis* : *l.* 14. *de deſertoribus*, *l.* 2. *de ſicar.* vel non licere definitur, *l.* 21. *de Iudæis*, id non ad *iudicia* pertinet, de quo hic titulus eſt: Quare & Tribonianus cautiùs titulum ita confecit, *Quando liceat vnicuique ſine Iudice vindicare ſe, vel publicam deuotionem.*

¶ Illud monendum quoque, Tribonianum *hanc leg.* in duas lacinias diſſecando, elegantiſſimam eius ratiocinationem & argumentationem ſuſtuliſſe: à teſtimonij videlicet dictione, ad ſententiæ dictionem: Argumentum ab illo ad hoc valet: Teſtis qui eſſe non poteſt, neque Iudex eſſe poteſt, imò & multo minus: de quo videndi ſunt qui locos Legales tractant, in quibus præcipuus *Nicolaus Euerardus*. Imò & illud hac occaſione adhuc monendum, in Tilij Codice *in Rubrica huius tituli* malè additum, *aut teſtimonium dicat* : Nam neque id Gratiano hîc propoſitum fuit, de teſtimonij dictione quidquam decernere, verum inde tantùm argumentum deſumere: neque id etiam tituli noſtri ſeries patitur. ¶ De Teſtimonij alioquin dictione in ſuâ causâ iam olim vetita priſco *iure*, etiam Attico, res nota eſt. De eadem legibus & nouis hoc ipſo æuo prohibita, locus eſt inſignis apud Symmachum, *lib.* 10. *ep.* 55.

# DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE.″

## TITVLVS III.

II. Cod. Ivst. lviii. Vbi ita conceptus eſt titulus, *De formulis & impetrationibus actionum ſublatis:* Quanquam non tam impetrationes actionum *hâc lege* tolluntur, quàm neceſſitas impetrationis remittitur, & omiſſæ impetrationis exceptio, concurrentibus videl. illis quæ *hâc l.* requiruntur, eliditur.

---

¶ Impetrandæ *actionis neceſsitas remittitur à Theodoſio Iun.*

1. Impp. Theodosivs, & Valentinianus AA. Hierio pf. p.″
Poſt alia.

Nvlli prorſus″ non impetratæ actionis, in maiore vel in minore iudicio agenti″, opponatur exceptio, ſi aptam rei & propoſito negotio competentem eam eſſe conſtiterit, & cetera. Dat. x. Kalend. Mar.″ Conſtantinopoli, Felice & Tauro coss. [428.]

Interpretatio.″ *Nullus per hoc præiudicium negotij videatur incurrere, quod in cuiuſcumque audientia cauſæ ſua actio non peruenerit ad effectum. Solum eſt, vt vox ſua rationabilis cum propoſuerit, approbetur.*

### NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. Iuſt. de formulis & impetrat. act. ſubl.* Iungendæ ſunt huic *ſeptem leges*: putà *lex vlt. inf. de ſponſalibus : l. vlt. de nuptiis : lex vlt. de dotibus : l. vlt. de naturalib. filiis : l. vlt. de legitimis hæred. lex 2. Cod.* Iuſt. *de bonis quæ liberis : l. 11. Cod. de hæred. inſt.*

″ *Hierius* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio Iun. vt nominatim etiam præfert *lex 4. inf. de* Primicerio. v. *Proſopogr.* Meminit & Chronicon Alexandrinum A. D. 427. vbi ὁ ἔπαρχος vocatur.

″ Quibuſdam tantum id antea conceſſum fuerat, de quo mox.

″ *Agendi.* in MS. Selden. vitiosè.

″ *Maij*: Cod. Iuſt. malè.

″ Inepta vndique hæc interpretatio.

### COMMENTARIVS.

Actionis impetrandæ neceſſitatem, ſeu exceptionem *non impetratæ actionis* ſimul, & formulas ſolemnes abolet prorſus *hac l.* Theodoſius Iun. Olim ſcilicet quod vulgatum iam prouocans ad iudicium non ilico aut temerè ad id proſiliebat, verùm Magiſtratu priùs adito actionem poſtulare, petere, impetrare tenebatur: *l. vn. inf. de dolo malo*: etiam is qui de inofficioſo acturus erat, *l. 1. inf. de inoff. teſtam. & l. 9. inf. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis*: vnde & præiudicium ſanguinis poſtulari dicitur in *l. 9. inf. de Epiſcopis*: Ita quidem, vt cui actionem Prætor non dediſſet, ſolâ non impetratæ actionis exceptione ab aduerſario, ſi iudicio contenderet, repelli poſſet: quò pertinet etiam tit. Digeſtorum, *quarum rerum actio non detur*. In eaque re verba ῥητὰ ſeu formulæ certæ erant. Verùm ab hoc iure paulatim receſſum: Primùm enim, niſi me fallit animus, hæc ipſa lex indicare videtur, illud inductum, vt in *Minore Iudicio* acturo nil opus eſſet actionem impetrare: Tandem Theodoſius Iun. hâc conſtitutione omnibus *prorſus* in quocunque iudicio acturis id remiſit: ſic vt nulli prorſus exceptio non impetratæ actionis, ſiue in Minore, ſiue in Maiore iudicio opponi ampliùs poſſet: ſi modò quis rei & propoſito negotio aptam actionem propoſuerit: *Maius iudicium* hac l. accipio, etiam inſcriptionis *huius l.* argumento, iudicium Præfecti prætorio, item Proconſulum, Vicariorum, omnium denique vice ſacrâ iudicantium Illuſtrium, ſpectabilium: *Minus* verò *iudicium*, Rectorum prouinciarum, Iudicum ordinariorum, putà Præſidum, Conſularium, Correctorum, Aliorúmque Clariſſimorum, vel Perfectiſſimorum. Hoc ſenſu (ne de ſuperiorum ſæculorum diſciplina nunc agam, quinam inquam tùm maiores, minoréſque Iudices dicerentur: de quo Aſconius Pedianus *in diuinat.* Quæ item maior cognitio, maior cauſa, animaduerſio, maius auditorium, de quo Ræuardus aliquid 2. *de præiudiciis* 7.) Valentinianus Sen. minorem & maiorem Iudicem dixit: nempe Præfectum v. g. annonæ minorem, Præfectum vrbi maiorem, *l. potioris 5. Cod. de off. Rector. prou.* Nunc ad rem. Nempe recedente paulatim ab vſu formulæ, ſeu actionis impetrandæ vſu,



vſu, velut maioris Imperij iudiciíque inſigne, hoc ſibi ſeruaſſe aliquamdiu videntur Maiores Iudices, ne coràm ſe agendi poteſtatem facerent, niſi iis qui id ſpecialiter à ſe priùs impetraſſent: Sed enim *hac l.* id in totum aboletur, formulæ inquam ſeu actionis impetrandæ neceſſitas.

¶ Eſt verò *hæc lex* pars prolixæ admodùm Theodoſij Iunioris conſtitutionis, quâ is veteres & ſcrupuloſas Actionum, Nuptiarum, Dotium, Donationũ, ſponſalitiarum formas & formulas ſolemnes, multáſque alias ſcrupuloſitates antiquauit: & qualiacunque iam verba, qualeſcunque ritus ſufficere in his actibus voluit: cuius conſtitutionis, præter *hanc l.* ſeptem inſuper fragmenta occurrunt, *l. vlt. de ſponſalibus : l. vlt. de nuptiis : l. vlt. de dotibus: l. vlt. de naturalibus filiis, l. vlt. de legitimis hæredit.* Item *l. 2. Cod. de bonis quæ liberis : l. extraneum 11. Cod. de hæredib. inſtit.* quæ proinde omnes huic noſtræ coaſſandæ veniunt, velut vnius eiuſdémque conſtitutionis partes, atque eòdem ſpectantes, ad formarum videlicet formularúmque veterum ſcrupuloſitatúmque aliarum abrogationem: quæ hactenùs obtinebat. Conſtantinus enim longe ante in teſtamentis, ſeu teſtamentarias tantùm formulas ſuſtulerat, ſi fides adhuc Auctori *vitæ Cõſtãtini* habeatur *lib. 4. c. 26. in f.* ſi fides inquam; liberorum enim eius hactenus, non verò Conſtantini hac de re cõſtitutiones exſtant in *l. 15. C. de Teſtamẽtis, & l. 21. C. de legatis*: & verborum, ſeu formularum ſubtilitatem Conſtantinus in teſtamentis tantùm parentum inter liberos ſuſtulit, quod docet lex 1. *inf. de famil. erciſc.* Sed enim ingentem Lectori fucum facit Tribonianus, cùm ſub Conſtantini, vel Conſtantij nomine, in *l. 1. Cod. de formulis*: omnes omninò iuris formulas ab alterutro horum Principum *cunctorum actibus radicitùs amputatas* proponit: id enim non à Conſtantino, non à Conſtantio, verùm à Theodoſio Iun. nunc demùm factum ex ſuperioribus omnibus conſtat. Sub quo eodem Principe teſtamentorum per æs & libram vſum euaniſſe videri, oſtendam ad *l. 1. inf. de teſtamentis*. Denique hic Imperator, quod ipſemet palàm profitetur, *l. 9. infrà de Donationibus*, obſeruantiam iuris contrahendam cenſuit, de quo *ad eam l.* quoque. Atque hæc illius fuit prima quodammodo Iuris ἀνακαθάρσεως quam decennio pòſt ſecuta eſt huius Codicis editio. Ad quam iuris ἀνακάθαρσιν hoc ipſo tempore Auctor de rebus bellicis ſubditus Notitiæ Imperij, eum hortabatur *cap. vlt.* quod inſcribitur, *de Legum, vel Iuris confuſione purganda.*

# DE DENVNTIATIONE, VEL EDITIONE RESCRIPTI.

## TITVLVS IV.

Titulus hic abeſt à Codice Iuſtin. de quo *initio l. 1. h. t.*
″Actionis de quâ *l. 1. 2. 3. 4. 6. h. t.* De Denunciatione reparatæ appellationis, v. *infr. lib. 11. de reparat. appellat.*
″ De Editione Reſcripti eſt, *l. 4 & 5. h. t.* & *l. 2. & 5. inf. vnde vi.*

### PARATITLON.

Litem, ſeu Actionem (impetratam olim, hodie non impetratam) alteri illaturus *l. 1. h. t.* qui quæſtionem mouere *d. l. 1.* actionem dirigere, vel intendere, *l. 6.* alium ad Iudicem producere, *d. l. 1.* conuenire, *l. 3.* litem inſtituere, *l. 9. inf de infirmandis his quæ ſub Tyrannis*, volebat: Item cum quis Reſcriptum à Principe impetrauerat, *l. 4. h. t. & l. 2. inf. vnde vi*: actor, ſeu petitor, *l. vn. infr. de dolo malo* (etiam fiſcus, *l. vlt. inf. de Aduocat. fiſci.*) reo litem *hoc tit.* litigium, *Nouella Valentiniani inter Theodoſianas* 19. aduerſario ſuo denunciare, *Rubr. & l. 2. 3. 4. 6. h. t. dict. l. vlt. de Adu. fiſci* intimare, *l. 1. h. t.* inſinuare, *d. l. 1.* debebat: Aut ſi Reſcriptum impetraſſet, Reſcriptum edere, (vnde Editio reſcripti, *Rubr. & l. 4. 5.*) vulgare, *l. 2. inf. vnde vi*: & aduerſario intimare debebat, *d. l. 2.* ¶ Et hæc quidem ſolemni more, *l. 1. h. t.* ſolemniter, *d. l. 2. vnde vi*: (vnde ſolemnia denunciationis dicuntur, *l. vn. inf. vtrum vi*:) celebrata, *l. 4.* non priuatâ teſtatione, verùm per publicam conuentionem; Interpres ad *d. l. 4.* apud Iudicem ipſum per ſcripturam, Interpres *ad d. l. 4. h. t.* putà apud Rectorem prouinciæ, *l. 2. h. t.* vel eos quibus actorum conficiendorum ius erat, *d. l. 2. h. t.* id eſt apud Defenſores in prouinciis, vt Interpres *ad eam l.* notauit: In vrbe autem, apud Magiſtrum cenſus, vt dicam ad *l. 4. inf. de teſtam.* in iudicio, *l. 1. inf. de cognitoribus*. Denique *apud*, vel *ad acta*, vt emendandum videtur *l. 4. h. t.* Quæ denunciatio dicebatur, *Rubr. & l. 2. 3. 4. 6. h. t. l. vn. inf. de dolo malo : l quicunque inf. de his quæ adminiſtr.* Item teſtatio, *l. 2. h. t.* & pleniùs, teſtatio ſuper inſtituenda lite, *d. l. 9. inf. de infirmandis his quæ ſub Tyrannis*: conteſtatio, Interpreti *ad l. 3. h. t.* lis conteſtata, *ad l. 4.* conuentio, *l. vlt. inf. vnde vi*: cauſa in iudicio publicata, *l. 1. inf. de cognitoribus*. Itaque aduerſario in ius, ſeu ad Iudicem vocato, ſeu reo, exigendæ denunciationis

nis ius erat; *l.3.h.t.* Hinc denunciationum ambages, *l.6.h.t.* denunciandi neceſſitas, *l.vlt. inf.de dolo malo*: Et poſt hanc demum denunciationem litis exordium auſpicari dicebatur, *l.4.h.t.* lis initiata, *l. vlt. inf. vnde vi: & l.1 inf.de tutoribus & curatorib. datis*: lis inchoata, *l.1.inf.de cognitor.& procur.* quomodo & poſt editionem Reſcripti, negotium exordium ſortiebatur, *l.5.h.t.*

¶ Neque tamen adhuc poſt denunciationem hanc celebratam, *l.4.h.t.* vel editionem Reſcripti factam, *l.4. & 5. h.t.* litigatores ſtatim coram Iudice rationem ſuam exprimebant, ſuáſque allegationes proponebant; *l.6.* non celeri iuris diſceptatione negotium finiebatur, *l.vlt.* verùm cognitio protelabatur, ſeu ſuſpendebatur; *l.5.* Certa quippe temporis curricula, *l.4.* moræ, *l.5.* curſus, *l.1.& 5.* termini, *l.vlt.inf. de temporum curſu*, poſt denunciationem inchoabantur, *l.1.* defluebant, *d.l.5.* obſeruabantur, *l.6.* vtrique parti concedebantur: Et quidem ſi priuatus fiſco actionem intenderet, quatuor menſium, ſi priuatus fiſco, ſex menſium, *l.3.inf.de dilationib.* ¶ Poſt quæ tempora demùm allegationes vtrinque proponebantur, *l.6.* controuerſia in Iudicio agitabatur, *l.1.inf. de tutorib. & curatorib.* De quo peculiari ſuo titulo *6.inf.de temporum curſu.*

¶ Excipiebantur tamen olim ab hac Denuntiationis neceſſitate temporúmque curſu, quamplurimæ cauſæ: putà, momenti beneficium, *l.5.& 6.* fideicommiſſi petitio, & interdicta, *d.l.6. & l.vn. inf. vtrum vi*: Inofficioſi querela, tutelæ, negotiorum geſtorum actio, modicæ cauſæ intra ſummam centum ſolidorum conſiſtentes, *d. l. 6.* actio ſi certum petatur de chirographis, *l.3.& 6.h.t.* actio de dolo *l.vn.inf.de dolo*: repetitio eorum quæ adminiſtrantibus, vel officium publicum gerentibus donata ſunt: *l. quicunque 6. de iis quæ adminiſtr.* Denique Eccleſiaſticæ cauſæ & actiones: *l.vlt. hoc tit.* Omnes quippe cauſæ iſtæ celeri Iudicantium diſceptatione finiri, *l.vlt. h.t.* nullis temporum moris eludi, *l.5.* nullis denunciationum temporúmque obſeruationibus differri debebant, *l.6.h.t.* Notandum poſtremò, denuntiationem litis ſub Tyranno quoque factam valere, *l.9. de infirm.his, quæ ſub Tyr.*

---

## ¶ PVPILLO, *vel* ADVLTO *ſi lis ſit, à quo & cui lis denuncianda ſit.*

### 1. * Imp. Conſtantinus Aug." ad Symmachum."

SI quando minoribus", vel adultis, inferenda lis erit, vel ab ipſis minoribus vel adultis cuidam quæſtio mouenda ſit, non aliàs curſus" temporis inchoëtur, niſi ab vniuerſis quos officij ſollicitudo conſtringit, Hoc eſt, Tutoribus, ſiue teſtamento, ſiue decreto dati ſint", vel Curatoribus, per quos minores defenduntur, vel iiſdem omnibus ſolenni more lis fuerit intimata." ¶ Quod ſi" diuiſim adminiſtrationis periculum per prouincias ſit, his tantùm omnibus inſinuari" conuenit, & ab ipſis inferri litem, qui in eâ prouinciâ tutelæ vel curæ officium ſuſtinent, ne" aliis" de prouinciis defenſores minorum" ad iudicia producantur". Dat. Pridie Non. Febr. Sirmio. Accepta VIII. Id. Mar. Corintho", Conſtantino Aug. V. & Licinio" COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Si quis contra eos, qui in annis minoribus conſtituti ſunt, litem fortè commouerit, aut ſi à parte ipſorum reus aliquis arguatur, ex eo tempora computanda ſunt, ex quo Tutor ſiue Curator minoris aut per Iudicem, aut per Curiam" intulerit, ſeu exceperit actionem: ita tamen vt ſi in diuerſis prouinciis iſtius officij homines ſunt, id eſt, Curatores vel Tutores, qui minorum cauſas tueantur, qui in eadem prouincia fuerint, vbi intentio" nata probatur, ipſi aut ingerant, aut excipiant actiones: quia nolumus, vt ad aliam prouinciam defenſores minorum pro audientiæ neceſſitate ducantur. Hoc" de* IVRE *adiectum eſt.*

## NOTÆ.

* Huius *legis* ſuæ meminiſſe mihi omninò videtur; fine huius Anni, ipſemet Conſtantinus, *l.1.inf.de tutorib. & curatorib.creandis.*

" *Et Licinius C.* Hoc amplius habet Codex Iuſtin. *l.2.ſi ex plurib.tutoribus*: (de qua mox.) Neque id malè: vide *Chronolog.*

" *Symmacho*, huic eidem inſcribitur hoc ipſo Anno *lex vn.inf.de dolo malo*: quæ & ipſa agit *de denunciatione litis*: vbi additum, *V. C.* id eſt, Virum Clariſſimum: pro quo in Cod.Iuſt. *Vicarium*, malè. Certè, cùm hæc *lex* ad eum data dicatur *Acc. Corintho*, Proconſulem Achaïæ fuiſſe oportet, de quo ad ſubſcriptionem adhuc.

" *Minoribus*, id eſt pupillis, quibus adulti hîc opponuntur: v. *Gloſſ.*

" De hoc *Curſu* temporum, v. *leg.4.& 5.h.t.& tit.6.hoc libro*: & Victoris locum, de quo mox.

" *Datis*, ita MS.Selden.

" *Intimare*, pro inſinuare, vt mox: v.Gloſſ.*Theod.*





* *Lex 2.Cod.ſi ex pluribus tutorib.* hinc deſumpta eſt: v.quæ dicam mox.

" Al. *nec.*

" *De alienis*, in MS.quodam.

" *Inſinuari*, id eſt, intimari, *ſiue* denunciari, *toto tit.*

" Vide notata ad *l.3.inf de Tutorib.& Curatorib.*

" *Pertrahantur*, in MS. Seldeniano: *perducantur*, Cod.Iuſt.

" *Corinthi* accepta hæc lex: quæ Achaiæ metropolis erat: Chryſoſtomus *in argumento epiſtolæ ad Corinthios*, Κόρινθος ἐστὶ μὲν νῦν πόλις τῆς Ἑλλάδος ἡ πρώτη: vnde conìicere liceat, Symmachum cui *hac lex* inſcribitur, Proconſulem Achaiæ fuiſſe. Similis porrò ſubſcriptio hoc ipſo Anno, *l.2.inf.de accuſationib.* quæ data eſt ad Ianuarium.

" *Cæſare*, additum in nonnullis MSS.

" Iſtud ex iure Gothico.

" Verba hæc Interpretis, quæ abſunt à nonnullis & optimis quidem Codicibus, quibus ſimilia occurrunt ad *l.6.inf.* quem ſenſum habent? Videri poſſit, his innui, vltimam ſaltem *huius l.* ſententiam, ſeu rationem *hac l.* comprehenſam non fuiſſe, verùm additam ab eo ex Iure. Verùm, cum eadem illa contineatur in *l.2. Cod. Iuſt ſi ex plurib. tutoribus*, quæ ex *hac l.* deſumpta eſt, alium horum verborum ſenſum eſſe oportet.

## COMMENTARIVS.

ANTEQVAM Legum huius tituli Interpretationem adgrediar, de Litis ſeu Actionis Denunciatione, quæ alibi occurrunt, teſtimonia præmittere haud abs re puto. *Originem* denuntiandæ litis à Marco Antonino Philoſopho repetit Sextus Aurelius Victor, Conſtantij æqualis, his verbis: *Legum ambigua mirè diſtincta, vadimoniorúmque ſolemni remoto,* DENVNTIANDÆ LITIS, *operiendæque ad diem, commodè ius introductum.* Ita enim locus ille inſignis reſtituendus & interpungendus venit, non vt alij aliter. Meminit quoque huius denunciationis, imò & exceptionis non denunciatæ litis, Donatus in illud Phormionis, *Actu 1. ſc. 2. Et tibi ſcribam dicam: à Denuntiatione*, inquit, *in perſonam: ne diceret, non mihi denunciaſti.* Meminit & Firmicus 6.*cap.34. Aut nouarum*, inquit, *faciet litium denuntiatione turbari.* Et *c.39. litéſque ex noua denunciatione decernit.* Meminit & Symmachus, *lib.10.ep.45. Theodorus ex Protectore, ab Anniana quâdam in re ſuâ procurator factus, iam pridem Clariſſimo atque emendatiſſimo Viro Cupraſio* (al. *Eupraxio*) *vrbanis tribunalibus præſidente, Flauianum quendam* DENVNCIATA *lite pulſauit: ſed diem legitimum cauſæ lapſus exceſſit*: Et mox, *cum lis alteri* DENVNCIATA *aliam perſonam temporibus exactis tenere non poſſet.* Notum & illud Dupondiis ab hoc denuntiandæ litis more, actiones in perſonam condictiones appellatas dici, teſte Triboniano, §.15.*tit. de actionibus*: vbi & Theophilus plenius, πάλαι ὁ ἔχων δίκην πρός τινα παρήγγελε αὐτῷ, ὅπ' ἔλθε τῇδε τῇ ἡμέρα ὡς δικασόμενος μετ' ἐμοῦ. Sic & in Gloſſis Cyrilli: *παραγγελία denunciatio*: item *συνταγὴ μετὰ παραγγελίας* condictio. Paulus quoque in Epitoma Feſti, *Condictio, eſt in diem certam eius rei, quâ de agitur, denunciatio.* Augurali etiam iure olim *condictio* ſignificabat denunciationem, cùm videlicet denunciabatur, vt ante diem tertium quis ad inaugurandum adeſſet, vt prodit Seruius in illum Virgilij locum 3.*Æneid.*

*Tertia lux claſſem Creteis ſiſtet in oris.*

Denique videndus Martianus Capella *extremo lib.1.*

¶ Illud quoque monendum, quia deſitæ huiuſmodi litium, ſeu actionum denuntiationes erant Iuſtiniani æuo, (quod ipſemet teſtatur *l.vlt.Cod.de interdictis: & d.§.appellamus 15. Inſt.de interdictis*, & Theophilus *ibid.*) ideò titulum hunc & Leges omnes hoc titulo comprehenſas à Codice Iuſtinianeo abeſſe: Eadémque de causâ ſuppreſſa huius Denunciationis in Digeſtis & in Codice mentio, vt etiam apparet ex collatione legis vn.*inf.de dolo malo*, cum l.vlt. *Cod. eod. tit.* Niſi quod, vt in tanto opere, tres loci Triboniano exciderunt ad hunc Denunciationis morem pertinentes, in *l. 7. π. de inoff. teſt, l.20. §.petitum 11. π. de hæredit. petit. l.2. Cod. ſi ex plurib. tutoribus.* Propter hanc ipſam cauſam, huius tituli Leges, quâ parte de Denunciationibus agunt, à Triboniano omiſſæ fuerunt.

¶ Nunc de hac lege videamus: quæ ad quæſtionem generalem pertinet, *Quibus; & A quibus denuntiatio fieri debeat*, ad ſpecialem verò de PVPILLO, vel ADVLTO: vbi Conſtantinus M. in genere præſupponit, ſtatuitque, ſi pupillo vel adulto lis ſit, non ipſis, vel ab ipſis litem denunciari oportere; non eſt ſcilicet legitimus litigator minor indefenſus, de quo *ad l.4.inf.hoc tit. & l. vlt.inf. vnde vi: & l.1.inf.de tutoribus & curatoribus*, quà hæc lex, vt exiſtimo ab ipſomet Conſtantino memoratur ibi, *vt iuxta præcedentia noſtræ prouiſionis ſtatuta, legitimè initiatæ litis agitatæ in iudiciis controuerſiæ finiantur*; verùm eorum tutoribus & Curatoribus, & ab ipſis. Et hæc quidem in genere. Quid verò ſi plures Tutores ſint, vel Curatores, eiuſdem pupilli, vel adulti? Hoc caſu diſtingui vult Conſtantinus inter indiuiſam tutelam ſeu curam, & diuiſam: Priore caſu, ſi inquam inter tutores indiuiſa tutela ſit, tum ab omnibus, & omnibus denunciatio facienda eſt: licet (vt hoc addam) vnus tantum ex iis poſteà defenſionem ſuſcipiens admittatur: *l.1.Cod.ſi ex pluribus tutoribus*: quemadmodum vnus ex tutoribus auctoritatem præſtans admittitur: vt teſtatur Vlpianus *in frag.t. 11. §.26. & lex vlt. Cod. de auctoritate præſt.* Cuius differentiæ inter denuntiationem & defenſionem ratio hæc eſt, quod cùm adminiſtrationis indiuiſæ periculum commune ſit, ſanè quod omnes reſpicit, omnibus denunciari, & ab omnibus debeat: vtilitas contrà pupillorum id exigat, vt vnus ſaltem ad eorum defenſionem admittatur, ſi qua ei iuſta defendendi ratio videtur: ne alioquin cæteris defenſionem pupilli poſthabentibus, negligentibus, eius vtilitas deſeratur: *l.3. π. de adminiſtrat. tutorum.* Poſteriore verò caſu, id eſt, ſi tutela curáue per Prouincias *diuiſa* ſit, ei tantum, & ab eo ſolùm lis denunciari debet, qui videl. in eâ prouinciâ tutelæ vel curæ officium ſuſtinet: ne alioquin hinc defenſores minorum, id eſt, Tutores vel Curatores ex aliis prouinciis ad Iudicia producantur, vt ait Conſtantinus *hac l.* Pupillorum ſcilicet intereſt, tutores ab eâ prouinciâ non abduci, in quâ tutelam adminiſtrant: ¶ Et hæc quidem ita Conſtantinus M. de denuntiationibus & cauſis, in quibus ſolemnis Denunciationis mos requiritur. At in cæteris cauſis, in quibus lis citra Denunciationem ordinatur, veluti ſi pupillus ex euidenti chirographo à creditore conueniatur, aliud obſeruandum eſt: poteſt enim hoc caſu creditor, cum quo velit ex tutoribus, non obſeruatâ tutelæ diuiſione, experiri: poteſt rurſus ab vno tutorum conuentus compenſationem debiti, ratione bonorum quæ alter in aliâ prouinciâ adminiſtrat, obiicere: Diuiſio ſcilicet tutelæ modum quidem adminiſtrationi facit, intérque ipſos tutores locum habet; at enim cum pupillo experiri

volentibus ; obſtare non debet : vt eleganter Papinianus, vt alia omnia, in *l. inter tutores 36. ff. de adminiſtr. tutor.* Creditores denique diuiſioni tutelæ non adſtringuntur, Tutores tantùm tenentur: & ideò vice verſa, ſi vnus tutorum ex cauſâ ad partem quam adminiſtrat non pertinente agat, exceptione ſubmouebitur. Sic igitur ſtatuamus, diuiſâ inter tutores tutelâ, denunciari illis tantùm à creditore pupillari, qui in eâ prouinciâ officium ſuſtinent, experiri tamen cum quo libet, eundem poſſe. Et ita quidem, neque aliter conciliari oportet dictam legem 36. cum *l.2. Cod. ſi ex pluribus tutor.* quæ ex hac deformata eſt, & ad denunciationem litis pertinet : quod etiam *inſinuandi* verbum ibi indicat, quod vtique denunciationem ſignificat. Quare Tribonianeæ oſcitantiæ exemplum iſtud eſt, qui cùm denunciationis litium memoriam abolere voluerit, eius tamen veſtigium iſtud reliquit, quod duobus præpereà locis, vt antea dixi, ab eo admiſſum eſt.

## ¶ Vbi & apvd *quem denunciatio facienda ſit.*

### II. * Idem Aug. ad Maximum PF. P."

Denvntiari", vel apud Prouinciarum Rectores, vel apud eos quibus Actorum conficiendorum ius eſt, decernimus : ne priuata teſtatio, mortuorum, aut in diuerſis terris abſentium, aut eorum qui nuſquam gentium ſint, ſcripta nominibus, falſam fidem rebus non geſtis affigat. Dat. x. Kal. Iul." Sirmio, Probiano & Iuliano coss. [322.]

Interpretatio. *Conteſtari" apud Rectores Prouinciæ, vel Defenſores", aut omnes apud quos geſta conficiuntur, litem, iubemus, ne" vllus nomen abſentis, aut mortui, vel qui non potuerit" inueniri, in litis conteſtatione" recipiat, ne falſitatis inueniatur occaſio.*

### NOTÆ.

* Abeſt & *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.*

" Ita quoque *in l.1. inf. de indulgentiis criminum.* At enim, & *in MSS. nonnullis*, & *in l.1. inf. de liberali causâ* : & *l.5. Cod. de dilationibus*, editum P.V. vt & anno prox. 323. *l.2. inf. de liberali cauſa* : ne ad alios annos ſuperiores adſurgam. Fuit certè Maximus hic, P.V. à Kalendis Septembris A.D. 319. ad Idus Septembres anni 323. vt teſtatur inſigne antiquitatis iſtius monumentum, vetus Notitia Præfectorum vrbi, quam Cuſpinianus primus edidit. Fortè idem hic Maximus & P.V. & PP. fuit, quod ſæpè eueniſſe eadem Notitia teſtatur. *Hâc lege*, certè agitur de prouinciarum Rectoribus, qui fermè ſub PP. egere.

" Litem, vt rectè quoque Interpres.

" *Affingat.* In MS. Selden malè, *affligat* : malè *affigunt*, vel *affingant*, in Til. & Cuiac.

" *Iun.* in MSS. nonnullis.

" V. quæ dico *ad l. prox.*

" Non cepit Interpres *huius l.* ſenſum.

" *Poterit* in nonnullis.

" *Conteſtatio*, hîc & *l. prox.* pro denuntiatione : quæ teſtatio ſuper lite inſtituenda dicitur, *l.9. inf. de infirm. his quæ ſub Tyr.* v. Paratitlon.

### COMMENTARIVS.

Vbinam & apvd qvos denunciatio litis facienda ſit, definit *hâc l.* Conſtantinus M. nempe apud Rectorem prouinciæ, vel apud eos, quibus Actorum conficiendorum ius eſt, non verò priuatâ teſtatione : Publicâ igitur conuentione, & apud Iudicem ipſum, in iudicio, *l.1. inf. de cognitorib. l.4. inf. de teſtam.* & Interpres *ad l.4. h.t.* Quomodo & in vrbe Româ, apud Magiſtrum cenſus : *d. l.4. de teſtam.* At in prouinciis, vel apud Rectorem ipſum, ſeu Præſidem, vel apud eos quibus Actorum conficiendorum ius eſt. Quibus verbis intelliguntur primò Magiſtratus municipales : hi enim conficiendorum actorum poteſtatem habebant, *l. vlt. Cod. de magiſtr. municip.* Defenſores item ciuitatum, vt rectè Interpres *ad hanc leg.* His enim actorum conficiendorum ius erat : de quo plenè *Paratitl. ſup. de defenſorib. ciuitat.* Inter alias leges, id firmat lex 3. *de ſuperexact. l.5. de exhib. reis: l.vn. ſi quacunque præd. pot. l.7. de cenſu* : *l.8. de donationibus* : *l.vlt. de fabricenſibus* : *l.vlt. de admin. tutor.* Nempe enim prouinciales apud eos iniurias ſuas conteſtabantur : Inuentaria rerum pupillarium coram iis conficiebantur, donationes inſinuabantur, Acta denique geſtáque de his conficiebantur, aliiſque *ad certam deinceps rerum fidem & memoriam.* Ergo apud eos quoque denunciationes fieri, poterant, pariter vt apud Rectores prouinciarum, ad perpetuam teſtationem : non verò priuatâ teſtatione : ¶ *Ratio* verò hæc à Conſtantino redditur : *Ne priuata* inquit *teſtatio mortuorum, aut in diuerſis terris abſentium, aut eorum qui nuſquam gentium ſunt, ſcripta nominibus, falſam fidem rebus non geſtis affigat* : Cuius hæc in ſummam ſententia eſt, vt rectè iſtud Interpres, *ne falſitatis inueniatur occaſio* : nempe enim ſi priuata teſtatio hîc admitteretur, itáque obtineret, vt denunciatio hæc valeret, atque adeò curſus temporis, quod poſt denunciationem partibus tribuitur ad allegationes proponendas, ſeu controuerſiam in iudicio agitandam (de quo v. *Paratitlon*) exinde computaretur, facilè quis temporis lapſum incurreret cum ſumma iniuria, falſáque fides rebus non geſtis affingeretur, prolatâ videlicet priuatâ tantùm teſtatione, ſcriptâ fortè nominibus eorum qui mortui ſunt, vel qui in diuerſis diſſitíſque terris abſentes ſunt, vel etiam qui nuſquam gentium ſunt : atque adeò teſtatio falſa facilè concinnari poſſet. Non igitur teſtibus, vel teſtimoniis priuatis denunciatio probari poteſt, verùm geſtis actiſque publicis, & ſic teſtationibus publicis. Cum quo nihil commune habet ſpecies legis *inter chartulas*, *inf. & Cod. Iuſt. de fiſci debitoribus.* ¶ Illud igitur ex *hâc l.* notetur ad *praxim* vtiliter : priuatam videlicet teſtationem facilè falſitatis occaſionem præbere : ex his tribus cauſis, quod ſæpè nomina his ſcripta contineantur, vel mortuorum, vel abſentium, vel eorum qui nuſpiam gentium ſunt. Atque adeò eam haud facilè admittendam, neque promiſcuè, in actis videlicet quæ Iudicij temporúmque curſum ſpectant.



Huic porrò *legi* coniungendam omninò cenſeo *alteram*, quæ in veteri Exemplari Codicis Theodoſiani *ad fin.* inter alias habetur, quæque in *hoc Codice* non reperitur.

Imp. Conſtantinus A. ad Maximum P.V. ad locum.

*Eum qui ſciens iudicio adeſſe neglexerit, vt contumacem Iudex multabit. Dat. 10. Kal. Iun. Sirmij, Probiano & Iuliano Coſſ.*

Huius ſcilicet *legis* iidem characteriſmi qui *legis* noſtræ ſunt, vno excepto, quod ibi habetur *X. Kal. Iun.* quanquam & MSS. nonnulli ita quoque habent. Certè & argumentum ipſum conuenit: nam & vtraque lex ad *proceſſum iudiciarium* pertinet : & ita ius eſt in multis cauſis, vt qui denunciatione legitimè factâ, & ſic ſciens iudicio adeſſe negligit, vt contumax à Iudice multandus veniat.

Tandem ratio *huius leg.* quam ſuprà excuſſimus, aptari quoque rectè poſſit aduerſus tabellaria teſtimonia, quæ ab abſentibus per epiſtolas præſtantur, non αὐτοπροσώπως : de quo Fornerius 3. *obſeruat. 1.*

## ¶ Chirographvm *vbi euidens eſt, denunciationem non requiri.*

### III. * Imppp. Valentinianvs, Valens, & Gratianus" ad Ampelium PF. P.

Exigendæ denunciationis locus non eſt, cùm quis ad luendum debitum" euidenti chirographo conuenitur. Dat. IIII." Kal. Aug. Contionati", Gratiano Aug. II. & Probo coss. [371.]

Interpretatio. *Conteſtatio" locum habere non poteſt ; quando aliquis ad ſoluendum debitum certa cautione" conuincitur.*

### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex, eâ quam dixi ratione, à Cod. Iuſt. Concordat & lex *6. inf.*

" Adde AAA. vt etiam habent MSS. nonnulli.

" *ff. PF. V.* quomodo habent MSS. nonnulli. *Ampelio* iſti P.V. inſcribuntur variæ conſtitutiones hoc anno 371. & 372. v. *Proſopogr.* vbi plura. Eius meminit quoque Ammianus Marcellinus *lib. 28 p. 386.* in huius ipſius anni 371. geſtis, & *p. 396.*

" *Contionatum* vel potius *Contionacum* iſtud fuerit oportet inter Treueros & Mogontiacum in Galliâ, vel circum circa, vbi Valentinianus hoc anno egit, vid. *Chronol.* Ibidem verò datæ hoc ipſo anno tres aliæ conſtitutiones : putâ *lex 5. de cuſtod. reorum* : *l.17. de annona & trib. l.11. de naturalib. filiis.* Fortè, quod hodie *Gentzingen* ad Nauam: vel *Kreutzenach*, *Cortionacum*, vel *Cretionacum*, hic legamus.

" *Conteſtatio* dixi *ſup. ad l.2.*

### COMMENTARIVS.

Ex chirographo euidenti ſi quis conueniatur, denunciationis neceſſitatem ceſſare definit *hac l.* Valentinianus Sen. Exceptio ſcilicet ſeu Præſcriptio olim reo conuento non vna competebat, quæ actionis initium infringebat, vt de præſcriptione communi in criminalibus loquitur *lex 9. inf. de hæreticis.* Inter has verò erat exceptio non impetratæ actionis, de qua *tit. ſuper.* Item, exceptio ſeu præſcriptio Denunciationis non factæ, de quo eſt *hic titulus* : de quâ & Donati quoque locus : *Narratio à denunciatione in perſonam, ne diceret,* non mihi denvnciasti. Nempe enim, ſi qui alium conueniret, exigendæ denunciationis ab eo locus erat. Et ab hac tamen regula, ſeu ab hoc exigendæ denunciationis iure, ſeu faciendæ eius neceſſitate, excipiebantur cauſæ & actiones quædam, quæ enumerantur *l.6. infrà hoc tit.* & in his quidem actio ſi certum petatur de chirographis, de qua alioquin eſt *infrà* titulus peculiaris *hoc eodem libro*, 27. id eſt, actio creditæ pecuniæ, cùm quis ex euidenti chirographo conuenitur : quod vt *hac l.* ita & *d. l.6. inf.* cauetur his verbis : *Si quis debiti, quod ex quolibet titulo in literarum obligationem facta cautione tranſlatum eſt, actionem dirigat.* De quorum verborum ſenſu *ad eam leg.* Chirographum ſcilicet euidens denunciationis neceſſitatem non requirit : quam *certam cautionem* vocat *hîc* Interpres: *certam ſcripturam*, Idem ad *d. l.6.* veluti chirographum confeſſatum, *vne cedule recognuë.* De quo plura ad *d. l.6.*

¶ TEMPORIS *curſum ad litem conteſtandam poſt denunciationem factam, & poſt Reſcriptum editum, præſtitutum, Reſcripto prorogari non poſſe.*

IIII. *Imppp. VALENTINIANVS, Theodoſius, & Arcadius AAA. ad Romulum" Conſularem Æmiliæ &" Liguriæ.

POST celebratam denunciationem, ſeu edicto", ſiue editione reſcripti (quod tamen iure ſit impetratum) litis" exordium auſpicatur (inter iuſtas videlicet legitimáſque perſonas.) Et ſi quis Perennitatis Noſtræ pendentibus temporibus Reſponſa" protulerit, non modo tempora, quorum erunt" curricula, non dilatentur, ſed & quicquid elicitum fuerit, friuolum iudicetur. Dat. XIII." Kal. Iul. Mediolano, Arcadio Aug. I. & Bautone, V. C. COSS. [385.]

INTERPRETATIO. *Poſteaquàm per ſcripturam lis fuerit conteſtata, & per" publicam conuentionem", quiſquis ille eſt qui pulſatur, agnouerit, tunc lis inchoata dicatur, ſi tamen litigantium perfectæ probantur ætates. Nam ſi quis Principis beneficio contra rationem legis cauſæ ſuæ tempora ſperauerit" prolongari, quicquid pro hac re meruerit, non valebit.*

## NOTÆ.

* Et *hac lex* abeſt à *Cod. Iuſt.* propter denunciationes ſublatas.
" De hoc fortè Præfecto ſenſit Ambroſius *initio ep.* 33.
" *Æmilia* ſuum aliquando peculiarem Conſularem habuit, ſuum *Liguria*: vt conſtat ex *l. 4. inf. vnde vi*: Diuiſæ ſcilicet modò: modò iunctæ nonnullæ prouinciæ adminiſtratione fuere: v. Dionem *lib.* 53. *p.* 504. ſic Tuſciæ modò vtramque complexa, annonariam & ſuburbicariam: de quo ad *l. ſup. de Iuriſdict.* Exemplum & in *Piceno* annonario, quod Flaminiæ adminiſtrationi aliquando iunctum fuit, vt ex Notitia Imperij liquet: quandoque ſuum & ſpecialem Conſularem Picenum habuit, vt docet lex 2. *inf. de exhib. reis*, *l. 5. inf. de pactis*, *l. 17. inf. de operib. publ. l. 4. inf. quibus equorum vſus*: *l. 71. inf. de Decurionib.* Imò & Piceni Annonarij Conſularis mentio fit in veteri Inſcriptione.
" *Celebrata* dicitur denunciatio, quia ſolemni more, & ſolemniter fiebat publicâ teſtatione apud acta: vid. *Paratitlon.*
" *Edicta* in Cuiacij editione, verùm de huius loci reſtitutione, mox.
" *Lis* in MS. Seld. & alio: alioquin, ſi *litis* hîc retinemus, *auſpicatur*, verbum paſſiuo ſignificatu accipiendum fuerit.
" *Reſponſa* pro Reſcriptis; vid. *ſup. paratitlon de diuerſ. reſcript.* paſſim quoque apud Symmachum, vt *lib.* 10. *ep.* 45. quæ verſatur in eodem argumento de temporis lapſu poſt denunciationem.
" Fortè, *eunt*, id eſt currunt. vid. inf. tit. 6. de temporum curſu: defluunt, *l. 6. prox.*
" *V. Kal. Iun.* An. Rhemenſis: & Seldenianus, aliique XIV. vt ad marginem quoque C. Til. add.
" *Poſt*, in MSS. nonnullis.
" *Conteſtationem*, in An. Put.
" *Supplicauerit*, in MS.

## COMMENTARIVS.

TEMPORA poſt denuntiationem ſemel factam, vel poſt editionem reſcripti, ad litem conteſtandam præſcripta, ſeu legitima, & fatalia, Reſcripto Principis prorogari non poſſe, definit *hac leg.* Valentinianus Iun.

Hoc vt meliùs intelligatur, duo notanda ſunt. Primò quidem poſt denunciationem factam, pariter vt poſt editionem Reſcripti, certa temporis curricula, moras, curſum, terminos, vtrique parti conceſſa, intra quæ litem conteſtarentur; *h. l.* & *l. 1. ſup. l. 5. inf. l. vlt. inf. de temporum curſu.* Meminit & Symmachus *lib.* 10. *ep.* 45. quæ tota in hoc ipſo argumento de temporis lapſu poſt denunciationem, eiuſque reparatione verſatur, ſcriptaque eſt A. D. 384. vel hoc ipſo anno 385. *Theodorus iampridem Flauianum quendam denunciatâ lite pulſauit: ſed* DIEM LEGITIMVM *cauſæ lapſus exceſſit.* Et mox: *cùm lis alteri denunciata, aliam perſonam* TEMPORIBVS EXACTIS *tenere non poſſet.* Et Sex. Aurelius Victor, in ſingulari illo loco de Denunciationum harum auctore Marco Antonino Philoſopho: *Vadimoniorum*, inquit, *ſolemni remoto, denuntiandæ litis*, OPERIENDÆQVE AD DIEM, *commodè ius introductum.* Et hic verò *temporum curſus* eſt, eaque *reparatio denunciationum*, de quibus *titulus* mox *proximus*: vbi plura.

¶ Secundò notandum *hac l.* quod poſt celebratam denunciationem, vel editum reſcriptum, exordium litis iam tum æſtimabatur; ſeu vt *hac l.* dicitur, *litis exordium auſpicari*, vel *lis exordium auſpicari* dicebatur: ſeu negotia exordium ſortiebantur, *l. 5. prox.* Litis proinde conteſtandæ exordium erat poſt denunciationem factam.: at conteſtatio, litis iam ipſius initium. Quare & illi quoque rectè ſtatuunt, qui Citationem inſtituendæ actionis, litis verò Conteſtationem, litis ipſius exordium appellant: quorum ſententia hoc denunciationis exemplo egregiè iuuatur: nam etſi citatio, vel denunciatio, nec pars nec initium ſit iudicij, propriè loquendo, quia nulla adhuc controuerſia eſt, ad eum tamen finem eæ fiunt, vt intra certum tempus lis conteſtetur. Denique apertè ſolâ quoque conuentione & denunciatione lis initiata, iurgium initiatum dicitur *l. 1. inf. de tutorib. & curator. creand. l. vlt. inf. vnde vi.*

¶ Nunc ad ipſam *huius l.* Sententiam reuertamur. Igitur Valentinianus Iun. definit *hac l.* poſt denunciationem vel editionem Reſcripti, pendentibus temporibus illis legitimis, ſeu dum temporum illorum curricula *eunt*, (ita enim manifeſtis rebus reponendum eſt, vt iam *in Notis* oſtendi:) non poſſe ſupplicari Principi vt ea dilatentur; reſcriptúmque



ſuper eo elicitum *friuolum* iudicari oportere. Eſt igitur hæc lex non de temporum ſeu denunciationum reparatione *poſt lapſum curſum*, (quod argumentum eſt *tituli ſexti*,) verùm de *dilatandis* temporibus, ſeu prorogandis pendentib. temporibus, quorum eunt curricula. Quomodo & aliàs cauſâ pendente ſupplicare non licet: *l. 6. inf. de appellat. & tit. Codicis, vt lite pendente*: Nempe temporum curſum hunc interrumpi nulla ratione, ne Reſcripti quidem auctoritate, voluit Valentinianus Iun. verùm ſuo Marte ea decurrere: vno tantùm caſu excepto, ſi videl. aut Reſcriptum, editum licet, non iure ſit impetratum, aut litigantes quibus lis denunciata eſt, iuſtæ non ſint & legitimæ perſonæ, vt à contrario ex *hac l.* colligitur: id eſt, vt Interpres rectè, ſi perfectæ non ſint ætatis; nam vt minoribus & adultis denunciatio non rectè fit, *l. 1. ſup. h. t.* ita his temporum curricula dum eunt, adhuc reſcripto Principis prorogari poſſunt; *h. l.* vide & quæ dicentur *infrà, ad l. vn. inf. vnde vi.*
¶ Et hæc quidem *huius l.* Sententia eſt: in qua adhuc nonnulla attendenda vel emendanda.

Ait lex: *poſt celebratam denunciationem ſeu Edicto, ſiue editione Reſcripti*, quibus iam verbis denunciandæ litis lato ſignificatu duplex ratio indicatur: per ipſam, inquam, litis denunciationem, propriè ſic dictam, & per editionem Reſcripti: nam & qui Reſcriptum edit, denuntiat; & negotia ex Reſcriptorum pariter auctoritate ſortiuntur exordium, vt *lex 6.* diſertè ait. Ambiguum hîc tamen quid ſibi velint illa, *Seu Edicto*: pro quo Cuiaciana etiam editio habet, *Seu Edictu*, nonnulli MSS. Anianei habent *ſeu edictione litis.* Fuit tempus, cùm hæc verba irreptitia ex ſequentium quoque vocum occaſione crederem: modò reponebam *Secundum Edictum*, vel *ceu dictum*, vt ita hæc verba relatiua eſſent ad alterum huius Conſtitutionis caput, vnde hoc diuulſum fuerit. Verùm nunc tandem reſtituo, *ſeu ad acta*, loco *ſeu Edicta*: Denunciationem ſcilicet apud acta fieri oportuiſſe docuit *ſup. lex 2. Denuntiari*, inquit, *vel apud Prouinciarum Rectores, vel apud eos quibus Actorum conficiendorum ius eſt, decernimus*; vel omiſſa voce [ſeu] *ad acta, ſiue editionem Reſcripti.*

¶ Nunc poſtremo loco, occaſione *Editionis Reſcripti* hîc nonnulla adnotare iuuat, quandoquidem prima hæc eius mentio hoc titulo nobis occurrit. Non repetam quæ ex Paratitlo repeti poſſunt, de huiuſmodi Reſcriptorum quæ ad iudicia pertinent, deque negotiis & cauſis ſeu litibus exiſtunt, editione; certè & alia quæcumque Reſcripta edi apud acta *promulgarique* mos fuit: veluti Reſcripta ſuper Adminiſtrationibus & dignitatibus: Quò pertinet omninò hoc ipſo anno 385. *lex ſacrilegij 5. Cod. de diuerſis Reſcriptis*: *Sacrilegij*, inquit, *inſtar eſt, ſuper quibuſcumque adminiſtrationibus, vel dignitatibus* PROMVLGANDIS, *diuinis obuiare beneficiis*: Ita enim hic locus interpungendus & intelligendus eſt. Nempe enim agitur *eâ l.* de Beneficiis ſeu Reſcriptis ſingularibus Principis, ſuper Adminiſtrationibus ſeu Dignitatibus, certis perſonis cõceſſis collatis, quæ vtique Reſcripta *promulgari* oportebat, ſeu *vulgari*: (vt loquitur lex 2. *inf. vnde vi*:) apud acta, edique δημοσιεῦσαι: *preſenter & faire enteriner ſes lettres.* Quare eiuſce legis ſenſus hic eſt: Non poſſe, non debere quemquam impedire, quominus Codicilli ſeu Beneficia & Reſcripta Principum, quibus Adminiſtrationes vel Dignitates quædam certis perſonis conferuntur, promulgentur, atque adeò quin vim ſuam ea obtineant: imò ſacrilegij inſtar eſſe, ſi quis huiuſmodi promulgationi, atque adeò beneficiis Principis ſeſe opponat vel obuiet: pari prorſus ratione formuláque, quâ idem Valentinianus Iun. anno ſuperiore 384. ad Symmachum P. V. ſcribebat, *l. 2. Cod. de crimine ſacrilegij*: *Diſputare de principali* IVDICIO *non oportere; & ſacrilegij inſtar eſſe dubitare, an is dignus ſit quem* ELEGERIT *Imperator.* Quæ quidem mihi omninò lex emiſſa videtur ad Relationem Symmachi P. V. *lib.* 10. *ep.* 40. in quâ agitur de impetratione ſpecialis beneficij ſeu præcepti, quo Ioannes Medicus Epicteti Archiatri locum tunc adhuc ſuperſtitis à Principe impetrauerat, (quas vocamus *Lettres de ſuruiuance*:) quo tamen non obſtante Valentinianíque Sen. Lege cogente, quâ cautum erat, vt primi eiuſdem Artis de nouorum ſcientiâ IVDICARENT, ordóque ſucceſſionis inter Medicos obſeruaretur, ad ſummates ſeu Collegium Medicorum *in examen* accitus fuerat: Cúmque de eo *dubitatum* fuiſſet, vtrum is eum locum obtinere deberet, quem Reſcripto impetraſſet, Symmachus neque Valentiniani Sen. ſanctionem rumpere auſus, neque ſpecialibus præceptis, ſeu beneficiis Valentiani Iun. *obuiam venire*, ad Valentinianum ipſum, de eo referendum credidit, *quod ſoli* ſcilicet *Principi fas eſſet, de* SCITIS DIVALIBVS IVDICARE. Quare ad hanc Symmachi hæſitationem, *eâ l. 2.* Valentinianus reſcripſit, *Diſputare de Principali* IVDICIO *non oportere: & ſacrilegij inſtar eſſe*, DVBITARE *an is dignus ſit, quem* ELEGERIT *Imperator.* Ait lex *Elegerit*: non tantùm ad Magiſtratum, vel dignitatem, vt *in ſp. d. l. 5. de diuerſis reſcriptis*: verùm etiam in ordine ſeu Collegio quocunque, vt *in ſp. d. l. 2.* vt ita is, cui extraordinarium locum Princeps ſpeciali beneficio in aliquo ordine ſeu collegio adſignauit, examinandus vltra non veniat, multò minus locus eius, ſeu gradus impugnandus. Quod ad vſum vtiliter traduci poteſt, perſpectâ iam leg. illius ſententia, quæ extra terminos ſuos ab Interpretibus vulgo, non intellectâ eius Hiſtoricâ occaſione, trahitur. Atque ita intereà duas illas leges Codicis Iuſtinianei, vnà cum Symmachi epiſtola, haud parum illuſtraſſe mihi obiter videor. Quanquam & illud huc addendum, quod idem Symmachus ſcribit ad eandem mentem *lib.* 10. *ep.* 34. de ſe Præfecto vrbis: *Nam qui ſummi loci Iudices decolorant*, SACRI *teſtimonij facilitatem videntur inceſſere*, &c. quibus ſubiicit ad Valentinianum, vt aduerſus æmulos ſuos, *ſuum tueatur* IVDICIVM. Neque prætereunda etiam *ep.* 30. quæ & ipſa eſt de eligendis IVDICIO Principis bonis viris, induſtriis, melioribus ad minora officia Romæ.

¶ Ad hanc tandem Reſcripti editionem pertinere mihi videtur in Athalarici R. edicto apud Caſſiodorum 9. *var.* 18. verſiculus, *ſi quis autem de noſtris ſcriniis*, &c.

## ¶ *In* MOMENTI *cauſis curſum temporum non obſeruari.*

### V. * Iidem AAA. ad Claudium" Tuſciæ Conſularem.

VNIVERSA quidem negotia, quæ ex Reſcriptorum auctoritate" ſortiuntur exordium", ad curſum temporum pertinere", decretum" eſt. Ante omnia" verò procurandum eſt, ne peruaſionibus" improborum" protelandæ cognitioni" præbeatur occaſio: Idcircò, ſi quis poſſeſſione deiectus, auxilium noſtri poſcat Oraculi, nullis eum temporum, quæ ex Reſcriptorum editione defluunt", moris, eſſe ludendum" hâc lege decernimus, ne iuris ſuffragium, quod in celeri reformatione" conſiſtit, beneficiorum Imperialium decreta ſuſpendant. Data VI. Non. Maij", Mediolano, Timaſio & Promoto COSS. [389.]

INTERPRETATIO. *Licet in negotiis, quæ per* actionem elicitam *inchoari videntur, legitimus ad reſpondendum temporum ſemper curſus obſeruandus ſit, ſpecialiter eós, qui aliqua peruaſerint, non patimur per quamcunque occaſionem differre negotium. Ideóque cùm ille qui fuerit de poſſeſſione deiectus, audientiam impetrauerit, iuxta" iuris ordinem intra annum ad recipienda quæ perdidit, nullatenus differatur. Nec aliqua peruaſori dilatio concedatur, etiamſi pro hac re differenda beneficium Principis potuerit obtinere.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* iam *ſupra* indicatâ ſæpiùs ratione.

" *Claudius* hic Tuſciæ Conſularis, pater fuit Rutilij Claudij Numatiani, cuius extant Itinerarij libri duo: ſic enim filius ibi:

*Námque Pater quondam* TYRHENIS *præfuit aruis;*
*Faſcibus & ſenis credita iura dedit.*
*Narrabat memini multos emenſus honores;*
TVSCORVM *regimen plus placuiſſe ſibi.*
*Nam neque opum curam, quamuis ſit magna, ſacrarum:*
*Nec ius Quæſturæ grata fuiſſe magis.*
*Ipſum ſi fas eſt poſtponere Præfecturam,*
*Pronior in* TVSCOS *non dubitabat amor, &c.*

Quod Præfecturam eius vrbanam attinet, fidem quoque facit *lex* 8. *inf. de proximis, & l.* 1. *inf. de vſu ſellarum.* A. D. 396.

" Id eſt, poſt editionem Reſcriptorum.

" Id eſt, in his temporum curſum obſeruari.

" V. *l.* 8. *de Iuriſdict.*

" *Actionem elicitam* vocat Interpres, qui tamen *huius l.* ſenſum non expreſſit.

" Dixi de hoc ad *ſuperiorem l.* 4.

" *Verò*, pro *tamen.*

" *Peruaſionis* vox *hac l.* & *l. prox.* hac in re propria. v. Gloſſ. *Theod.*

" *Improborum* quoque vox hâc in re propria, in peruaſionibus videlicet poſſeſſionum agrorum *hac l.* & *l.* 4. *finium regund.* vbi dicam.

" *Cognitionis* in C. Til. & MS. Seld. Noſtrum illud præfero.

" *Defluunt* hîc vt ſup. *l.* 5. eunt: currunt *tit. de temporum curſu.*

" Al. *eludendum.*

" *Reformationis* vox hac in re propria. v. *Gloſſ. Th.*

" *Mart.* in An Reg. & aliis.

" Friuola & nullius momenti fermè, initio tantum excepto.

" Nihil hæc ad *huius l.* ſententiam: Eò verò pertinent, quod interdictum recuperandæ poſſeſſionis intra annum moueri oportuit, quod rurſum repetit ad *l. prox.*

" Et hoc ab *huius l.* ſententiâ alieniſſimum: vbi agitur de Momenti beneficio ſeu reſcripto, non verò de Reſcripto Principis quo cognitio differatur.

### COMMENTARIVS.

IN cauſis MOMENTI ſeu recuperandæ poſſeſſionis temporum curſum, quod, poſt editionem alioquin Reſcripti tribuitur ad protelandam cognitionem ſeu ſuſpendendam, de quo *in Paratitlo* plenè, & ad *ſuperiores leges*, non obſeruari definit *hac l.* Valentinianus Iun. Finge, poſſeſſione aliquem deiectum, Principem adiiſſe, Reſcriptúmque impetraſſe, quo momenti beneficium ei tribuebatur: de cuiuſmodi Reſcripto agitur quoque *l.* 2. *&* 5. *inf. vnde vi*: vbi notabo plura, ex Symmacho quoque *lib.* 10. *ep.* 46. Certè regulariter vbi Reſcriptum à Principe impetratum eſt, negotiúmque ex Reſcripti auctoritate exordium ſortitur, poſt editionem eius, (vulgari enim ſaltem; aduerſarióque ſolemniter intimari hoc Reſcriptum debet *l.* 2. *inf. vnde vi*:) certus temporum curſus tribuitur ad proponendas allegationes, cognitióque adeò interim protelatur ſeu ſuſpenditur, vt iam dixi: at enim hoc caſu id fallit; nam ſi quis poſſeſſione deiectus auxilium Principis popoſcerit pro recuperanda poſſeſſione, nullis temporum quæ ex reſcriptorum editione defluunt, moris lædendus eſt: non protelanda cognitio, non beneficij Imperialis decretum ſuſpendendum eſt. Scilicet quemadmodum temporum curſus denuntiatione factâ in cauſis momenti non obſeruatur: *l. prox.* 6. *& l. vn. inf. vtrum vi*: ita nec poſt editionem Reſcripti. Momenti ſcilicet beneficium non ſuſpenditur: eſt enim id *iuris ſuffragium, quod in celeri reformatione conſiſtit*: Quare, *peruaſionibus improborum protelandæ cognitioni præbenda non eſt occaſio.* Quod vtrumque eleganter hic dictum. Actio momenti quæ datur



datur poſſeſſione interceptâ, inuaſâ, ereptâ, peruaſâ, vel perperam occupatâ, celeriter audiri & expediri debet, ſpoliatúſque ſtatim reſtituendus venit, *h. l. & l. prox. & l. vn. inf. vtrum vi*: vnde momenti beneficium dictum, *de quo inf. tit. ſi de momento fuerit appellatum*: celeris redhibitio, *l.* 4. *inf. vnde vi*: celeris reformatio, *h. l. & d. l. vn. vtrum vi*: celeris executio, *l. vn. inf. de inquilinis*: Axioma tandem generale hinc conficias, Reſcripto Principis actionis naturam non immutari.

## ¶ CAVSÆ *ſeptem, in quibus denunciationum tempora non obſeruantur.*

### VI. * Imppp. ARCADIVS, Honorius, & Theodoſius AAA. Æmiliano PF." Vrbis.

SI quis debiti (vel" quod ex fœnore, vel mutuo datâ pecuniâ ſumpſit exordium", vel ex alio quolibet titulo, in literarum obligationem factâ cautione tranſlatum eſt) ſeu fideicommiſſi dirigat" actionem, aut momentariam poſſeſſionem peruaſione" violatam, vel quodlibet* interdictum efflagitat", ſeu inofficioſum arguat teſtamentum; vel tutelæ; ſeu negotiorum" actionem intendat, ruptis" denuntiationum" ambagibus", inter ipſa cognitionum auſpicia, rationem" exprimere, ac ſuas allegationes iubeatur proponere, denunciatione & temporum obſeruatione remotâ: Quam in cæteris ciuilibus cauſis, quarum tamen æſtimatio centum ſolidorum ſummam excedat", volumus cuſtodiri. Dat. XIII." Kal. Aug. Conſtantinopoli, Arcadio A. VI. & Probo V. C. COSS. [406.]

INTERPRETATIO. *Pro repetendo debito, vnde certa ſcriptura profertur, ſeu de eo quod alicui fideicommiſſum eſt, vt daretur, aliquis agat, aut aliquid ſibi alleget fuiſſe peruaſum, aut quodlibet intra annum beneficium momenti requirat, aut teſtamentum dicat non eſſe legitimum, vel de tutela aliquid proponat † non expectetur, vt prius quod repetit apud acta proponat, aut ordo ipſius cauſæ petatur ſcriptus, ſed mox apud Iudicem, ſine vlla temporum mora, quæ per hoc videtur afferri, cauſam ſuam proponat, & omnes partes ſuæ probationis exhibeat. Quam rem etiam in ciuilibus negotiis præcipimus obſeruari, quæ tamen minus" quàm centum ſolidorum ſummam valere conſtiterit* [*Hoc de* IVRE *adiectum eſt.*]

### NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* potiſſimâ ſui parte propter denunciationes ſublatas.

" *Æmiliano* huic P. V. Conſtantinopol. hoc ipſo anno inſcribuntur *leges* 44. 45. 46. *inf. de operib. publ.* Meminit eius Auctor Chronici Alexandrini his ipſis Coſſ. A. 406. Malè in *l. vlt Cod. de interdictis.* PF. P.

" *g. quod vel.* Et ita habent MSS. nonnulli.

" Rectè *dirigat actionem.* v. Gloſſ. *Theod.* MS. Selden. habet *actionem inferat.*

" *Peruaſionis* vox, *hic, & l. ſuper.* propria: & *l.* 1. *vnde vi.* v. Gloſſ.

* *Lex vlt. Cod. Iuſt. de Interdictis*, hinc deflorata, imò interpolata eſt.

" *Efflagitet*: in MS. Seld. & aliis, quod & ad *marg. C. Til* adnotatum melius.

" *Negotiorum* actio abſolutè, pro *negotiorum geſtorum* actione; Etſi ex negotiorum alienorum geſtione oriantur etiam actiones mandati, tutelæ, funeraria, de in rem verſo, aliæque; attamen hæc ſola ſibi vindicauit negotiorum geſtorum nomen, imò negotiorum ſimpliciter. Quomodo & in antiquiſſimo Inſtitutionum Codice, §. 1. *Iuſt. de obligat. quæ ex quaſi contr.* abſolutè poſitum *negotiorum*, ſublatâ voce *geſtorum.*

" Hâc voce quid ſignificetur, mox dicam.

" Hanc *Denunciationum* vocem ſuppreſſit Tribon. eiúſque loco in *d. l. vlt.* repoſuit, *veteribus*: eadémque de cauſa ſequentia illa ſubmouit, *denunciatione & temporum obſeruatione remota.*

" De hâc *Ambagum* voce mox.

" *Actionem* in Cod Iuſt. *d. l. vlt.* v. Cuiacium, *recitat ad l.* 3. *C. de edendo.*

" Cuiac. ed. *requirat.*

" *Excedit* in MS. Seld.

" XIV. MS. Seld.

" De hoc iam ad *l.* 1. *ſup.*

### COMMENTARIVS.

CAVSÆ, ſiue caſus ſingulares varij hâc Arcadij conſtitutione, emiſsâ ad Præfectum vrbis Conſtantinop. A. D. 406. enumerantur, in quibus denunciationum tempora obſeruari non debent, quæ eleganter *Denunciationum Ambages* vocantur: Tribonianus ſuppreſſâ denunciationum mentione, *veteres ambages* ſubſtituit in *l. vlt. Cod. de interdictis*, quæ ex *hac lege* deſumpta & interpolata eſt, relictâ diuinatione, imò cruce Lectoribus & Interpretibus fixa, quænam illæ *veteres ambages* ſint: quod ex *hac l.* manifeſtum eſt. Quare eam quoque legem non intellexit, & perperàm omninò accepit Notarum quarundam Auctor, cùm putauit, *ambagum* nomine *ea l. vlt. de interdictis*, innui formulas & conceptiones verborum, quibus antequam actionem daret, Prætor vtebatur: malè omninò; denunciationum enim ambages ibi intelliguntur. Quo exemplo liquet, quàm malè ſibi conſulant in Codice Iuſtinianeo interpretando, qui ad Codicem hunc ceu fontem eius, oculos non intendunt, neque eum conſulere fas putant. Quod Auctori Notarum factum: cuius illud proinde παρό-
ραμα,

*γραμμα*, *hallucinatio* eſt quod *dictæ legis vlt.* eandem Sententiam eſſe prodidit, quæ Iuſtiniani alioquin eſt §. *vlt. Inſt. de interdictis. Ambages* porrò has denunciationum, *fruſtrationum* quoque appellatione indicari nonnulli putant; *l. vn. inf. quorum bonorum*: Certè non aliæ illæ ſunt, quàm moræ, vt vocantur, quibus cognitio protelabatur, ſuſpendebatur: *l. 5. ſup.* ſeu curſus, *l. 1. & 5.* termini, *l. vlt. inf. de temporum curſu.* Ambages, eſt cunctatio omnis & ſcrupuloſitas: ſic & Nazario, *veterum calumnioſæ ambages*: plura in Gloſſ. *Theod.* ¶ Ergo denunciationum ambages hæ, ſeu moræ, in ſequentibus cauſis remouebantur, ſeu rumpebantur, *rumpique* oportebat: quâ voce hæc lex vtitur: *ruptis*, inquit, *denunciationum ambagibus*: id eſt, moris omnibus amputatis, & vt mox dicitur, *denunciatione & temporum obſeruatione remota.* Fallitur enim Hotomannus & Doctiſſ. Iuretus, *notis ad Symmachum lib. 6. ep. 74.* qui vocem *ruptis* ita *hac l.* interpretantur, quaſi denunciationum ambages *ea l.* à ſe rumpi dicat Arcadius Imp. ſic & illud, *Rumpe moras*: & in *l. vn. inf. de dominio rei quæ poſc. incorruptis artificioſis obſtaculis.* Nunc ad rem.

¶ Septem igitur cauſæ *hac l.* enumerantur, in quibus nullo, vt ille ait, ſufflamine litis, rem agitari oportet: & vt *hac l.* dicitur, *inter ipſa cognitionum auſpicia*, partes *rationes exprimere, ac ſuas allegationes proponere* debent, *remotâ denunciatione & temporum obſeruatione.* Prima cauſa eſt, *Debiti*: Quod quidem in triplici genere ponit. Aliud ſcilicet eſt quod ex fœnore ſumpſit exordium, vt eleganter loquitur, id eſt, credita ab initio ſub vſuris expreſſa conuentione pecunia: Aliud mutuo data pecunia, id eſt, pecunia gratuitò mutuo data: Mutuum ſcilicet naturâ ſuâ & initio gratuitum eſt; etſi vſurarium fieri & ipſum poſſit ex morâ, quamuis ex fœnore non ſumpſerit exordium: & in eo differt à fœnore. Tertium debiti genus eſt, quod ex quolibet alio titulo, id eſt, ex alio contractus vel debiti genere, in literarum obligationem cautione factâ tranſlatum eſt. Qui quidem hodie locus velut ad literarum obligationem (de qua Caius in *Inſtitut.* Tribonianus *tit. de liter. obligat.* & *ibi* Theophilus) pertinens, à Viris doctis notatur, quámque velut nouationis cuiuſdam ſpeciem, vel etiam delegationis, factæ ῥήμασι καὶ γράμμασι ἰδιωτικοῖς, illi deſcribunt: Viri clari, de ſcriptura menſæ accipiunt. Alij expenſi lationem putant: Sed perperàm omninò: Nempe enim hiſce verbis, *quod in literarum obligationem facta cautione tranſlatum eſt*, nihil aliud indicatur, quàm chirographaria pecunia: *Tranſlati* ſcilicet verbo non ſignificatur nouatio aliqua, vel transfuſio vnius contractus in alium, vel etiam delegatio, verùm in chirographi ſcripturam redactio. Quo eodem ſenſu geſta *tranſlata in publica monumenta* dicuntur *l. 55. inf. de hæreticis.* Et aliàs dicitur *in l. 5. Cod. de non numer. pec. ex præcedente cauſa debiti in chirographum quantitas redigi.* Item illa, *Ex alio quolibet titulo in*, &c. originem cautionis ſeu chirographi ſignificant, non mutationem. Denique his verbis nihil aliud ſignificatur quàm chirographaria pecunia, ex quocumque tandem contractus, vel tituli genere cauta. Senſúſque adeò horum verborum non alius eſt, quàm legis *3. ſup.* cùm generatim & indefinitè ait, *exigendæ denunciationi locum non eſſe, cùm quis ad luendum debitum euidenti chirographo conuenitur.* Idque etiam Interpretatio huic legi ſubdita agnoſcit: *Pro repetendo*, inquit, *debito, vnde certa ſcriptura profertur.* Pariter vt interpretatio ſubdita dictæ legi, ita habet, *quando aliquis ad ſoluendum debitum certa cautione conuincitur.* Literarum obligatio & *cautio* pro eodem. *Literæ* paſſim apud Veteres pro ſcripturâ & pro chirographo, Syngrapha, cautione, συμβολαίῳ, vt rectè probauit, aliâ in re, Cl. Salmaſius, *lib. de vſuris, cap. 6. p. 137. 138.* ſic certè paſſim apud Iulianum anteceſſorem *in Nouella 66.* Imò ſic iam olim Cicero pro Flacco: *Cum ciuitate mihi res eſt acerrima & conficiendarum literarum diligentiſſima, in qua nummus moueri nullus poteſt, ſine quinque Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor menſariis qui apud illos à populo creantur.* Literæ ibi ſunt συμβόλαια, γράμματα, γραμματεῖα: ſic Firmicus *lib. 4. c. 4.* Tabelliones ita deſcribit, *qui his literis quærunt vitæ ſubſidia*: quomodo Suidas ταβελλίωνα definit, τὸν τὰ τῆς πόλεως συμβόλαια, ἅπαντα ἐπιτελοῦντα τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα. Denique *literarum obligatio hic* eſt obligatio in ſcripturam & chirographum ſeu cautionem redacta: qua *ſcripturæ* voce vtitur Honorius, *l. vn. inf. ſi certum pet. de chirogr.* Quod *cautionis* vocem attinet, notum vel Dupondiis eâ paſſim chirographum vel ſyngrapham ſignificari: & *caueri* propriè pecunia credita in chirographis. Deſinant igitur deinceps Viri docti hunc locum ad *literarum obligationem* quæ per menſæ ſcripturam fiebat, referre; vel ad nouationem obligationum. Quid verò Tribonianus per literarum obligationem intelligi voluerit in Inſtitutionibus, quid Gaij fragmenta, quid Theophilus, & quàm rectè? alius erit tractandi locus. Ad rem. Tria igitur chirographarij debiti genera *hac l.* memorantur ſeu indicantur: quæ omnia *euidentis chirographi* appellatione deſignantur à Valentiniano Sen. *l. 3. ſup.* certæ ſcripturæ ab Interprete *ad hanc legem*, certæ cautionis, *ad d. l. 3.* ¶ Secunda cauſa, vbi denunciationum ambages obſeruari non debent, neque exiguntur, eſt *Fideicommiſſi* actio: quod notandum, fideicommiſſa ſcilicet olim meliori iure erant & pinguiora quàm legata, propter meram videl. hæredis veluti boni viri fidem, arbitrium, religionem electam abſque vllo teſte δίχα μαρτύρων, vt Heſychius ait: atque ideo nullam hæc actio moram admittit: vt cæteroquin in boni viri arbitrio mora nulla eſt. Tertia cauſa eſt, *Interdictum* omne, ſeu quodlibet, ac nominatim momentaneæ poſſeſſionis, de quo iam *ad l. ſuper.* & de quo *infrà tit. vnde vi*: item Interdictum Quorum bonorum, *l. vn. inf. quorum bonorum*: Interdictum Vtrubi, *l. vn. inf. vtrum vi*: In interdictis, ſcilicet omnibus fruſtrationibus amputatis, in petitorem corpora transferuntur, *d. l. vn. inf. Quorum bonorum.* Quarto loco *Inofficioſi querela* hic excipitur à denunciationum ambagibus, quæ ipſa actio & hoc alterum ſingulare habebat, vt auxilium Prætoris non requireret; id eſt, vt actionem hanc impetrari à Prætore non oporteret, verùm ipſo iure competeret: *l. 1. inf. de inoff. teſtam.* de quâ impetratione actionis alioquin fuit *tit. ſuperior.* Etſi denunciationem in hâc ipſâ actione quandoque fieri ſolitam, oſtendere videtur *lex 7. π. de inofficioſo teſtam.* Quinta actio eſt, *Tutelæ*, quod, vt pleraque alia, pupillorum fauore introductum eſt. Sexta eſt, *Negotiorum* (geſtorum ſcilicet) actio: quæ actio & alia multa ſingularia habet, propter probabiles videl. ſumptus factos abſentis gratiâ. Poſtremo loco, *modicæ* cauſæ ciuiles à denunciationum ambagibus excipiuntur: modicæ, id eſt, centum ſolidorum ſummam non excedentes. ¶ Et hæc quidem *huius l.* ſententia eſt, in argumento deſito & antiquato Denunciationum: cuius tamen exemplum in praxin rectè deduci poteſt, ſic vbi celeritati conſuli æquitas ſuadet: aduocata harum ſeptem cauſarum enumeratione. ¶ Tandem verò ſeptem caſibus *huius l.* addendi ſunt duo alij in *l. prox. inf.* & *l. quicunque 6. inf. de his quæ adminiſtr.*



¶ ECCLESIASTICA *negotia & actiones celeriter audiri, & definiri à Iudicibus oportere.*

VII. * Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. Iouio" PF.P." Poſt alia.

QVÆCVNQVE fortè Eccleſiæ Venerabilis negotia ſunt, vel eſſe poterunt" actiones, celeri (legum ordine" ſeruato) Iudicantum diſceptatione finiantur: Nec enim decet, Defenſione loci nominíſque Venerabilis ſuſceptâ, publica diu ſecretaria" præſtolari "Dat. VI. Kal. Iul. Rauennæ, Honorio VIII." & Theodoſio III. AA. coss. [400.]

INTERPRETATIO." *Eccleſiarum negotia, pro reuerentia ſanctitatis ac fidei, oportet, cum ad publicum prolata" fuerint, ſine aliqua dilatione finiri. Nec debent Defenſores" loci venerabilis vlla tarditate" ſuſpendi.*

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* Meminit eius obiter Baronius his Coſſ. *A.D. 409. n. 12.* Iungenda verò illi *lex 47. inf. de hæreticis.*

" *Iouino* in MSS. nonnullis: Huius certè nomen variè effertur apud Veteres. v. *Proſopogr.* Hic verò Iouius PP. Italiæ fuit ſub Honorio hoc anno 409. ſimul & Patricius. Eidem hoc ipſo anno inſcribuntur præter d. legem 47. *de hæreticis*: lex 19. & 20. *de Iudæis.* Eiuſdem meminit Olympiodorus apud Photium: Zoſimus, *lib. 5. p. 821. 822. 823.* (qui & hoc ipſo anno 409. eum cum Honorio RAVENNÆ conſtitiſſe ſcribit; quod ad *huius l.* ſubſcriptionem facit) & *lib. 6. p. 828. 829. 830.* & Sozomenus *lib. 9. c. 7.* qui diſertè quoque ait, eum PP. Italiæ fuiſſe.

" *Potuerint* in MS. Seld.

" *Legum ordinatione ſeruata.* MS Seld.

" De *Secretariis* Iudicum dixi ad *l. 1. de off. Rectoris prou.*

" Vel paſſiuè, vel ſupplendum *quem.*

" VII. in An. Regio: quod eſt anno 407.

" Hæc Interpretatio in V.C. habetur cum hac inſcriptione, *Imp. Theodoſius dixit ad Epiſcopos.*

" *Prolatæ fuerint cauſæ* in V.C.

" Defenſores Eccleſiarum Scholaſtici. v. *l. 2. inf. de concuſſ. aduoc. lib. 38. inf. de Epiſcopis.*

" *Tarditate* in V.C.

COMMENTARIVS.

ECCLESIASTICIS in cauſis & negotiis, denunciationum ambages temporúmque curſum ceſſare oportere, definit *hâc l.* Honorius Imp. Hæc inquam *huiuſce legis* ſententia eſt, ex huiuſce Codicis Theodoſiani conditorum mente, qui hanc leg. ideò hunc in titulum *de denunciation.* coniecerunt. In Eccleſiaſticis videlicet cauſis non lentâ fori pugnari arenâ, neque rem atteri longo ſufflamine litis oportere: vt de militaribus alioquin cauſis ſcribit Auctor Satyræ, *de felicitate militum.* At enim primigenia Honorij Imp. *huiuſce legis* Auctoris ſententia, alia omninò fuit: neque enim is *hâc leg.* ad denunciationum ambages reſpexit, verùm ad quaſcunque tandem dilationes, moras, ἀναβολὰς per Iudicum fruſtrationes: quibus Defenſores Eccleſiarum negotiáque adeò actionéſque Eccleſiarum differebantur: Quod generalis huiuſce legis ratio oſtendit, & totus eius contextus arguit, & *Negotiorum* appellatio ingerit, tandem & *Defenſionis ſuſceptæ*, ſeu Defenſorum, & *Secretariorum Iudicum* mentio propalàm oſtendit.

Vt id clariùs adhuc demonſtretur, duo notari oportet: Primò, *hanc legem*, partem eſſe prolixioris conſtitutionis Honorianæ, ad Iouium PP. Italiæ emiſſæ, hoc anno 409. ſuper Negotiis Eccleſiaſticis, vnde alterum adhuc fragmentum supereſt, putà *l. 47. de hæreticis*: quæ proinde huic coaſſanda venit: Nempe *d. l. 47.* iubet Honorius, ſtatuta aduerſus hæreticos pro vtilitatibus Catholicæ ſacroſanctæ Eccleſiæ, nonobſtante Principis adnotatione, executioni tradi. Hâc pariter lege vtilitatibus Eccleſiarum conſulturus ſtatuit, vt Defenſores Eccleſiarum à Iudicibus citò expediantur. Secundò obſeruandum eſt, Honorium Imp. per hæc tempora duo in fauorem defenſionis cauſarum & negotiorum Eccleſiaſticorum conſtituiſſe: priùs, quod continetur *l. 38. inf. de Epiſcopis*, putà, vt ex corpore Aduocatorum, déque foro, Defenſores Eccleſiarum conſtituere liceret, qui Iudicum videlicet Secretaria ingrederentur: de quo *ad eam leg.* plenè: poſterius, quod *h. leg.* conſtituitur; putà vt Defenſores Eccleſiarum non diù publica Secretaria præſtolentur, imò ſtatim intromittantur, atque adeò quoties eis libuerit, & negotia Eccleſiaſtica popoſcerint, in ea ingrediantur, ſine vllâ dilatione: Iubentúrque adeò Iudices, negotia Eccleſiaſtica actionéſque celeri diſceptatione finire: vbi *negotia* & *actiones* ſeparantur, quomodo & in canone Carthaginienſi, de quo mox, *neceſſaria ſuggerere*, & *obſiſtere obrepentibus*, diſtinguuntur: Poſſunt enim eſſe quædam Eccleſiæ negotia præter actiones, de quibus apud Iudicem agere neceſſe ſit, vbi denunciationum nullus vſus eſt. Vtrumque verò, quod modò dixi, conſtitutum primùm ad poſtulationem Concilij Carthaginienſis, quod habitum eſt ante biennium Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. Idib. Iun. A.D. 407. quæ poſtulatio continetur *canone 97.*

Codicis Africani : *Placuit etiam, vt petant, ex nomine prouinciarum* OMNIVM, *Legati perrecturi Vincentius & Fortunatianus à glorioſiſſimis Imperatoribus, vt dent facultatem* DEFENSORES *conſtituendi ſcholaſticos ; qui in actu ſunt vel in munere defenſionis cauſarum : vt more ſacerdotum prouinciæ iidem ipſi qui* DEFENSIONEM ECCLESIARVM SVSCEPERINT, *habeant facultatem pro* NEGOTIIS ECCLESIARVM, QVOTIES *neceſſitas flagitauerit ; vel ad obſiſtendum obrepentibus, vel ad neceſſaria ſuggerenda,* INGREDI *Iudicum* SECRETARIA. Vbi vides, quàm appoſitè *Canonis illius* verbis reſpondeant *huius l.* verba: quæ ſeriùs fortè etiam ad iteratam Patrum Africanorum poſtulationem, hoc demùm anno 409. lata fuerit. Quare hìc iam exemplum habemus, detortæ ab huiuſce Codicis Theodoſiani conditoribus alium in ſenſum, quàm quo initio ſcripta fuerat, conſtitutionis. ¶ *Rationem* porrò *huius leg.* non eſt quod altiùs, vel vlteriùs repetamus : quam ingerunt illa ſatis, *Eccleſiæ* VENERABILIS *negotia*: & mox : *Nec enim* DECET : pariter vt *d. l.47. inf. de hæreticis*, quæ *huic legi* iungenda eſt, *vtilitates Catholicæ & ſacroſanctæ Eccleſiæ* obtendit. ¶ *Limitatio* tandem huic leg. addita obſeruanda, ibi, *Legum ordine ſeruato.* Nempe, negotia Eccleſiaſtica hactenus celeriter finiri oportet, vt tamen Legum ordo in his ſeruetur : qui & aliàs ſæpè *hoc Codice* inculcatur. Symmachus quoque *lib.5. ep.66.* quam ſcripſit circa A.D. 397. ad Paternum : *Perueſtigat iſta legum ordine Rector priuati Ærarij.*

# DE DOMINIO REI QVÆ POSCITVR, VEL" CONSORTIBVS AB eo cui denunciatum fuerit, poſtulandis."

## TITVLVS V.

III. COD. IVST. X L. *De Conſortibus eiuſdem litis.*
" Reliqua abſunt à Cuiac. edit.
" *Nominandis* in MSS. nonnullis.

---

### ¶ CONSORTII *Dilatoriam præſcriptionem à Conſtantino M. inuectam, abolet Iulianus Imp.*

I. *Imp. IVLIANVS Aug. Secundo PF. P." Poſt alia.

EXPLOSIS" atque reiectis præſcriptionibus", quas litigatores ſub obtentu conſortium, ſtudio protrahendæ diſceptationis, excogitare conſueuerunt, ſiue vnius fori omnes ſint, ſiue in diuerſis" prouinciis verſentur, nec" adiunctâ præſentiâ conſortis vel conſortium, agendi vel reſpondendi iurgantibus licentia pro parte" pandatur : Et, amputata *Conſtitutione Conſtantini † Patrui" mei, quæ *ſuper conſortibus* promulgata eſt, *antiquum ius*", quantum pertinet ad huiuſmodi diſceptationes, cum omni firmitate ſeruetur, vt interruptis artificioſis obſtaculis, poſſidentum aſtutia comprimatur." Dat. III." Non. Septemb. Antiochiæ" Mamertino, & Neuitta COSS. [362.]

INTERPRETATIO. *Remotis obiectionibus, quibus conſortes ſe ad reſpondendum inuicem excuſabant", vt ſi non in vna prouincia, vel ſub vno Iudice omnes eſſent, dum præſentiam ſuam non ſimul eſſe cauſantur, repetentes videbantur inludere : vnde dilationem hanc remouentes, quam Patruus noſter Conſtantinus conſortibus in hac parte præſtiterat, iubemus ſecundum antiqui iuris ordinem, quicunque pulſatus" fuerit, pro ſua parte, vel perſona reſpondeat, nec diutius ſub hac occaſione repetentem differat ille qui poſſidet.*

## NOTÆ.

* *L.1. Cod. Iuſt. de conſortibus eiuſdem litis.* Iungenda verò *huic* eſt *lex 52. inf. de Decurionibus*, vtpote eodem die, & Conſule data, etſi Inſcriptio variet.
" *Secundus* PP. Orientis ſub Iuliano. v. *Proſopogr.*
" Sic Auguſtinus, quem proferam ad *l.1. inf. tit. prox. exploſa & conuicta præſcriptio.* Et Symmachus *lib.10. ep.52. Obiectio Conſtantinianæ legis exploſa eſt.*
" *Præſcriptiones* ſunt exceptiones, de quo iam ad *l. quotiens, ſup. de diuerſis reſcriptis.*
" Vide *d. l. 52.*
" *Nec*, pro *non*: vel pro *etiam non*:
" Suâ ſcilicet.
* Sequentia omnia recidit Tribonianus, etſi ſuperiora in Codicem ſuum transfuderit : de cuius rei causâ, mox.
" *Conſtantini* M. lex hæc nuſpiam occurrit.
" Sic rurſùm eum vocat *l.3. inf. de contrah. empt.* de quo mox.

" *Antiquum*



" *Antiquum* pariter ius reuocat Iulianus *d. l. 3.* quod à Conſtantino M. pariter abrogatum fuerat ; de quo mox.
" Al. *opprimatur.* Sed illud rectius.
" IV An. Reg.
" Iulianus *Antiochiæ* hoc tempore conſtitutus erat. vide *Chronol.*
" *Dilatabant.* An. Put.

## COMMENTARIVS.

CONSORTII præſcriptionem dilatoriam, Conſtantini M. conſtitutione inductam, abrogat *hac l.* Iulianus Imp. A.D. 362. Præſcriptionem, inquam, dilatoriam ſeu moratoriam, quæ iam continuo ordine quinta *hoc libro* proponitur: Prima ſcilicet fuit Incompetentiæ, *tit.1.* Secunda, Propriæ cauſ., *tit.2.* Tertia, non impetratæ actionis, *tit.3.* Quarta, denunciationis non factæ, *tit.4.* Quinta hæc iam eſt exceptio, *Conſortij* videl. quam Iulianus *hac l.* antiquat : quam Conſtantinus M. inuexerat : de quo poſtea. Atque hic quidem nexus eſt *huius l. vn. & tituli* cum *ſuperiorib.* cùm in Codice Iuſtin. ſtet in cenſu titulorum *communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ. Conſortes* ſunt, participes quibus res in iudicium deducta communis eſt, quoquo titulo pro indiuiſo : qui Græcis, ac nominatim Æſchyli interpreti, σύνδικοι dicuntur, ſeu quibus patrimonium commune eſt, σύγκληροι Gloſſis. Sic fratres dicuntur conſortes eiuſdem litis, *l.31. §. vlt. π. de excuſationib* : Denique *conſortes* ſunt, cùm de iudicio agitur, qui ſimul eandem litem mouent, vel mouere poſſunt agendo, vel excipiendo, de quo vide adhuc, quæ noto *ad l. vn. inf. ſi petit ſocius*: *lib.10* & ad *l. dudum, inf. de contrah. empt.* Ergo antiquo iure, quod in Digeſtis hodie ſupereſt, ſi vni conſortium collibuiſſet, poterat is ſine voluntate cæterorum pro parte ſuâ experiri : & viciſſim vnus ex conſortibus conuentus pro parte ſuâ defendere ſeſe cogebatur, licet etiam cum omnibus iam lis conteſtata fuiſſet: *l. non idcirco 44. π. de Iudiciis* : Quare conſors litis pro parte ſuâ debitorem hæreditarium conuenire poterat : *l. ſi petitor 31. π. de iudiciis* : Item, vnus ex pupillis poſteaquam pubuerat, non exſpectatâ conſortium ſuorum pubertate tutorem conuenire poterat, *l. tutores 39. §. penult. π. de adminiſt. tutor.* Idémque cernitur in *ſp. l. ſi pariter 9. π. de liberali cauſa.* Firmicus certè quoque ſub Conſtantini extremis, *lib.5. Math. c.4. p.133. Cùm in omnibus cauſis ipſis ſententiæ proferantur, ac ſine conſortibus litigarint, tunc enim proſperos habebunt euentus in omnibus.* Tandem in homagio quoque ſeu fide præſtandâ, ſeorſim ab vno pro parte ſua, eadem æquitas cernitur. Verùm id ius à Conſtantino M. (non Conſtantino Iuniore, vt quidam perperam) abrogatum fuiſſe, teſtatur Iulianus *hac leg.* cuius conſtitutionis nulla præterea alibi mentio, aut veſtigium mihi occurrit. Conſtantinum certè conſortibus duo inſuper alia priuilegia contuliſſe comperio, quale illud eſt quod continetur *l.1. inf. ſi petitionis ſocius*: Item illud quod memoratur & aboletur *l. dudum, de contrah. empt.* Huic etiam iuri ſimile eſt quod in Britannia minore olim obtinebat, quodquè *Fimport* dicebatur, de quo vid. *conſuetud. Britann. art.153.* & *ibi* Argentræum.

¶ Abrogatum verò ius antiquum, vt quidem puto, eo caſu ῥητῶς, ſi in diuerſis prouinciis conſortes verſarentur, puta vt tùm conſortij præſcriptioni locus eſſet : neque enim, vt hactenus creditum, indiſtinctè ius vetus à Conſtantino M. abrogatum fuit, ſeu præſcriptio conſortij inuecta, verùm ſub ea quam dixi diſtinctione, vt ex hac l. colligere licet : vbi Iulianus diſtinctione iſtam tollit, *ſiue vnius fori omnes ſint, ſiue in diuerſis prouinciis verſentur* : & Interpretatio quoque habet, ibi, *vt ſi non vna prouincia vel ſub vno Iudice omnes eſſent*: Imo & argumento aliquo *legis 52. de Decurionibus*, quæ huic noſtræ iungenda eſt, etſi ad alium ea emiſſa ſit : ibi ſcilicet ſtatuitur, vt incolæ, etſi iam ALIBI Decuriones ſint, ad aliam nihilominus Curiam ratione incolatus vocari poſſint, non tamen ratione nudæ poſſeſſionis. Proinde hoc caſu nouum à Conſtantino M. præſcriptionis ſeu dilationis ἀναβολῆς genus inductum fuerat, putà vt ſi vnus ex conſortibus illis ageret, *Quod ageret non adiuncta perſona conſortis*: viceuerſa, ſi vnus ex conſortibus vel poſſeſſoribus conueniretur, *Quod conſortes haberet.* Verùm id à Iuliano nunc abrogatur, ac nominatim in poſtrema ſpecie rei videl. ſeu poſſeſſoris conuenti, vt ex *fine legis* colligitur, ibi, *poſſidentum aſtutia comprimatur*, Veteri iure reuocato : vt aliàs fermè Iulianus proprio quodam inſtituto veterum Legum recenrator fuit, abolitis Nouis, quæ latæ fuerant, ſiue à Conſtantino M. ſiue à Conſtantio, quibus ipſe odium indixerat ſecundum Chriſtum, (& vt in illo erat χι & κάππα) Quod præter aliarum Legum complurium argumenta, exertè docet Libanius *Oratione 10: in Iuliani necem, p. 298.* Ἀλλὰ μὴν νόμους βασιλεῦσι θεῖναι μὲν ῥᾴδιον, ἔξεστι γάρ, συμφέροντας δὲ οὐ ῥᾴδιον, φρονήσεως γὰρ ἤδη τοῦτό γε : ὁ δὲ τοιούτους μὲν ἔθηκεν οἷς ἄριστον, ὥστε μεγάλα τοὺς πρὸ τούτων γενομένους ἀνθρώπους ἐζημιῶσθαι : τοὺς δὲ τούτοις μὲν ἐοικότας ΠΑΛΑΙ ΚΡΑΤΟΥΝΤΩΝ, ΛΕΛΥΜΕΝΟΥΣ δὲ αὐθαδείᾳ δυνάστου, πάλιν κυρίους ἀπέφηνε. τὸ τοῖς μὲν ἔχουσι συμφέρεσθαι, τὸ μάτην τῶν κειμένων ἐπιλαμβάνεσθαι κάλλιον εἰς φιλοτιμίαν ἡγούμενος. id eſt: *Veruntamen leges Regibus conſtituere facile eſt, ſed enim integrum eſt, at conducibiles non itidem facile eſt ; namque iſtud plane prudentiæ munus eſt. Hic vero tales conſtituit quales inuenit, ita vt homines ante hunc nati grauem acceperint iacturam : ſed pares his leges quæ iamdudum inualuerant, Principis ſuperbi pervicaciâ ſolutas, denuò ratas declarauit : cùm multò præclarius ad gloriæ ſtudium eſſe cenſeret, rectè ſancitis conferre, quàm fruſtrà culpare conditas, iiſque temerè derogare.* Ac nominatim litium terminandarum ſtudio *hanc leg.* tulit Iulianus, quod eius ſtudium teſtantur complures aliæ eius Leges, de quo in *Chronico Theodoſiano* : imò ſtudium eius in Dilationibus iudiciariis reſcindendis, nominatim memorat incertus Auctor, apud Suidam : Ἐπὶ Ἰουλιανοῦ πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν σχεδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρείττονος. ΑΝΑΒΟΛΑΙ τε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐτοῖς ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχουσιν εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ περιειληφότων, ἀλλ' ἢ πρᾶγμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν, ἢ τὸ μᾶλλον καὶ διωθούμενον εἰς τὸν χρόνον ὕποπτον ἦν. Exhibent & hoc eiuſdem Iuliani inſtitutum leges aliæ, putà *lex 29. 30. 31. infr. de appellationib. lex 1. infr. de cognitorib. & procurator.* Et poſt Iulianum tamen id ius in Galliâ non vſquequaque obtinuiſſe Sidonij Appllinaris æuo, patet ex iis quæ ſcribit *lib.4. ep.24. Non eſt*, inquit, *cur dicere incipias : Habeo conſortes, necdum celebrata* DIVISIO *eſt; auarius conſtat me eſſe tractatum quàm* COHÆREDES, *frater & ſoror ſub annis adhuc tutelaribus ſunt, ſorori necdum maritus, fratri necdum Curator, Curatori necdum ſatiſdator. Quod quidem totum creditoribus bene, ſed malis dicitur.* Sidonius

donius Apollinaris igitur agnouit *præſcriptionem conſortij* iure creditoribus obiici: Contrà, lex hæc Iuliani à Papiano probata fuit *tit. vlt. Reſponſorum*, ſaluis ſcilicet actionibus & exceptionibus ſuis, quem ſcriptorem ſeu Iuriſconſultum ſub Regibus Francorum Burgundiæ imperantibus vixiſſe, *alibi* probo.

¶ *Rationem* porrò huius præſcriptionis Conſortij iure exploſæ hanc admitto, quod non debeat alterius colluſione vel inertiâ alterius ius corrumpi, vt eleganter ait, (reſtitutis in hunc modum verbis) Gaius in *l. ſi pariter 9. π. de liberali cauſa*: tùm quia præſentium ius diſcerni & æſtimari poteſt, vt Papinianus *l. non idcirco 44. π. de iudiciis*, loquitur: & retrò abſenti ius ſuum illæſum ſeruari.

¶ Cæterùm notandum, Tribonianum priore *huius l.* parte retentâ, poſteriorem, in quâ Conſtantini, eiúſque conſtitutionis mentio fit, reuocaſſe: ſiue quia prioris ſententia per ſe perfecta eſſet: ſiue quia Iuliani aduerſus Conſtantinum M. animi indicium hoc, & veſtigium ſuppreſſum voluit: Conſtantinum M. inquam: nam de hoc lex hæc accipienda eſt, cùm *patruum* eum vocet: pater quippe Iuliani Conſtantini M. frater erat, nomine Conſtantius: ergo Conſtantinus M. patruus eius, quomodo *hîc* eum vocat, & rurſum *l. 3. inf. de contrah. empt.* vbi alteram eiuſdem Conſtitutionem abrogat. Vt proinde erratum ſit Mornacij nuperi ſcriptoris, qui de Conſtantino Iuniore id accepit, (qui Iuliani patruelis fuit, non patruus) atque adeò ſomnia neſcio, quæ ſibi fingit de Conſtantino Iun. conſortis impatiente. De Iuliani alioquin in Conſtantinum, eiuſque res, geſtaque, animo, plura alibi.

# DE TEMPORVM CVRSV ET REPARATIONIBVS denuntiationum.″

## TITVLVS VI.

Abeſt & *hic titulus* à *Codice Iuſtinianeo*, propter Denuntiationes videlicet ſublatas.

″ De Reparationibus appellationum eſt *lib. 11. tit.* 31. quem cum hoc omninò contendi ſeu conferri oportet: eſt enim omninò ſimilis. Multa vero huius Reparationis mentio apud Symmachum, qui & *Nouationem* vocat, *lib.* 10. *ep.* 45. quomodo & *l. vlt. h. t. Tempora renouari* dicuntur.

## PARATITLON.

TEMPORIS, (certi ſcil.) curſum, nam ita vocatur *Rubr. & l. 3. 4. h. t.* poſt litis denunciationem, vel editionem Reſcripti factam, ad litem ipſam conteſtandam vtrique parti conceſſam fuiſſe, paratitlon *tit.* 4. docuit: quò Lectorem remitto. Huius rei effectus erat, vt ſi alterutra pars intra illum litis terminum, *l. 4. h. t.* rationes ſuas non expreſſiſſet, vel allegationes ſuas non propoſuiſſet, temporis præſcriptione ſubmoueretur: quod dicebatur, *lapſum temporis incurriſſe*: *l. 2. hoc tit.* ſeu negotium ipſum temporibus exemptum fuiſſe: *l. 1. hoc tit.* vnde & *cauſæ lapſus*, Symmacho, *lib.* 10. *ep.* 45. ¶ Et quandoque tamen indulgentiâ Principis redintegratio præſtabatur, *l. 1. h. t.* curſus temporis reparabatur, *l. 3.* vnde Reparationes denunciationum, *Rubr. h. t.* tempora renouabantur, *l. vlt. h. tit.* putà, ſi neceſſitate, vel caſu aliquo id accidiſſet: *l. 1. h. t.* vel ſi alter ex litigatoribus in lite defunctus fuiſſet: *l. 3. h. t.* Non etiam, ſi cognitoris negligentiâ ſeu deſidiâ dies exiiſſet, cùm litigator ſæpiùs eam interpellaſſet: hoc enim caſu non tempora reparabantur, verùm Iudex litem ſuam faciebat: *l. 2. hoc tit.* Reparato porrò curſu, intra quatuor menſes iudicantis arbitrium, non vltra, litigatoribus præberi oportebat: ſic vt poſt ſecundum hunc lapſum, nulli amplius reparationi locus eſſet. *d. l. 1. h. t.*





¶ ITERATO *ſeu Bis in eadem cauſa reparationem peti, Reſcriptóque concedi non poſſe.*

1. * Imp Conſtantinus Aug. Iuliano″ v. c. Præſidi Tarraconenſi.″

CVM ſemel negotium″ vel neceſſitate, vel caſu, temporibus fuerit exemptum, ac poſteà per indulgentiam″ Clementiæ noſtræ redintegratio præſtetur, intra quatuor″ menſes Iudicantis arbitrium, non vlterius″, litigatoribus præberi″ oportet, etiamſi per obreptionem aliquid à nobis iteratâ ſupplicatione meruerit.″ Dat. Pridie Non. Maij, Viennæ″, Sabino″ & Rufino COSS. [316.]

INTERPRETATIO. *Quando aliqua cauſa, neceſſitate intercedente vel caſu, promiſſum″ tempus exceſſerit, & principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad definiendum negotium Iudices, quàm quatuor menſes litigatoribus præſtent. Quibus exactis, etiamſi aliud Dominorum beneficio obtinuerint, nullatenus audiantur.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* propter Denunciationes ſublatas, quò hic *titulus* quoque pertinet. Eius meminit Symmachus *lib* 10. *ep.* 52.

″ Al. *Iulio Vero* in MSS nonnullis, vt adnot in *Cod. Til.* & vidi in Reg. & And. in Put. proximè *Nilio Virio.*

″ Præſidem Tarraconenſem nota.

″ Primæ Inſtantiæ: ad reparationes enim ſecundæ inſtantiæ pertinet *lib. 11. tit. 31. de Reparationib. appellation.*

″ Supplicationis remedio, reſcripti humanitate, extra ordinem Symmachus *d. Epiſt.* 52.

″ Idem in reparatione appellationis, *l. vn. inf. ſi pendente appell.* vbi dicam, v. & Symmachum *lib. 10. Ep.* 32.

″ Imò v. *l. 2. inf. de reparat. appellat.*

″ *Præbere.* in An. R. in Cuiac. *pateat.*

″ *Meruerint*: vt habent MSS. nonnulli.

″ Inde *Arelatum* Conſtantinus conceſſit, v. *l. 5. 6. inf de appellationibus.*

″ *Seuero* C. Til. dixi in *Chronico huius Anni.*

## COMMENTARIVS.

QVATVOR MENSIVM induciæ, reparatâ ſemel denunciatione, de qua iam ſatis, *in Paratitlo* ad litem conteſtandam, nullâ poſteà ampliùs reparationis ſpe reliquâ, hac Conſtantini M. conſtitutione conceduntur: pariter vt *l. vn. inf. ſi pend. appel. mors inter.* quæ lex cum *l. 3. infrà* iungenda eſt. Cuius rei meminit quoque Symmachus *lib.* 10. *Ep.* 52. vbi etiam huius conſtitutionis occaſione de quæſtione illa & ſpecie ad Principē refert, quæ ad l. prox. pertinet. *Nùm reparatio ſemel extra ordinem Principis indulgentia temporum curſu, ſi non vitio impetrantis, ſed per cognitorem quatuor menſes exierint, ſecundus hic lapſus reparari poſſit*: de quâ quæſtione ad legem *proximam* dicetur. Verba Symmachi, huius conſtitutionis mentem plenè exprimentis, hæc ſunt: *Muſa* (inquit) *multis prouocationibus, variiſque tracta iudiciis, intra metas iuſti temporis nequiuit exequi propoſitas actiones: vt res monebat, amiſſum beneficium remedio ſupplicationis integrauit. Sed idem mulierem caſus etiam Reſcripti humanitate fraudauit; Siquidem* MENSIVM QVATVOR *dilata curriculis, ſummo die temporis impetrati excidit: Cognitorem namque* (ita hunc locum reſtituo) *Succeſſor adueniens, præmiſſo interdicto, poteſtate priuauerat. Poſthæc, cum vellet infelicem cauſæ lapſum reparatione ſarcire, obiectu legis* CONSTANTINIANÆ, *exploſa eſt, quæ extra ordinem temporibus indultis, longiorem negauit excurſum. Secuta eſt prouocatio iudicatum, vbi ventum ad ſacræ ſedis examen, eadem Conſtitutio à Fauſtino hærede Acholij curatoris rurſus ingeſta eſt.* Pars procuratoris, cui actiones Muſa mandauerat, non ſuo vitio cauſam cecidiſſe, temporibus approbabat. Ad hoc parentum Numinis veſtri Diuorum Principum protulit ſanctiones, quæ inter reliquas exceptiones reparationem iurgantibus tribuunt, ſi per Cognitorem cauſa labatur. Et mox: *Cum igitur & in* CONSTANTINIANA *lege* (ſic enim & hic legendum, non *Conſtantiana*, vt & ſuperiùs *Conſtantinianæ*, non *Conſtantianæ*) *qua reparatio adimitur temporibus extra ordinem datis, caſus iſte* CESSANTIS *Diſceptatoris non ſit exceptus, & recentiora ſcita Diuorum Principum cunctis negotiis reparatione ſubuenerint, ſi forte à Iudice deſerantur; facilis in alteram partem eſſe non potui.* Hactenus Symmachus. Eodémque pertinet & hic alter Auguſtini locus, contra Donatiſtas *poſt Collationem tom. 7. cap. 25. p. 618. Quanto pretio emere poſſemus, quod ipſo timore turbati, redire auſi ſunt etiam ad illius temporis præſcriptionem, vbi dixerunt, lapſam iam eſſe cauſam, &* QVATVOR MENSIBVS *euolutis, agi iam omninò non poſſe.* Et mox: *Reuocatur exploſa & conuicta præſcriptio, diem cauſæ agendæ iam tranſiiſſe clamatur.* Ergo ſecundum lapſum reparari non poſſe definit *hac l.* Conſtantinus M. de quo ipſo vid. & *leg. vn. inf. de ſecundo lapſu.*

¶ Porrò cauſæ, ex quibus cauſæ reparatio concedebatur, hæ *hac l.* notantur, (quæ & ipſæ in reparationibus appellationum obtinent, vt ex *tit. de reparation. appellat.* apparet.) Putà, ſi neceſſitate vel caſu tempora præſtituta, ſeu, (vt loquitur Symmachus *lib.* 10. *Ep.* 45.) dies legitimus exceſſerit; *neceſſitate*, inquam, quam Iudex vel litigator differre non poteſt, *l. vlt. de reparat. appell.* eaque vel publica, *l. 3. d. t.* putà actuum publicorum occupatione *d. l. vlt.* vel Reipub. interueniente negotio, *l. 2. eod. t.* vel priuata, veluti ſi copiam litigatori ad iudicia veniendi hoſtis obſepſerit, *l. 7. d.* . vel ſi valetudine, morbo ſontico, tempeſtate, aut vi fluminis prohibitus, vel à Magiſtratu retentus fuerit; quæ ipſæ legitimæ olim deſerendi vadimonij (in cuius locum denunciatio ſucceſſit, teſte S. Aurelio Victore) cauſæ fuerunt. Hinc illa lex XII. Tab. *tabula 2. l. 2. Extra quàm, ſi morbus ſonticus, votum, abſentia Reipub. ergo, aut ſtatus*

*dies cum hoſte intercedat : nam quid horum fuat vnum Iudici arbitróue reóve, eo die diffenſus eſto* : caſu ; putà ægritudine Iudicis, *l.2. inf. de reparat. appellat.* aut occupatione, *l.4. eod. tit.* Adde, & ſi Iudex ſucceſſorem accepit, ſeu ſucceſſor adueniens cognitorem præmiſſo interdicto poteſtate priuauit, vt apud Symmachum *dicto loco* : Vbi quæri poteſt, quid ſit *præmiſſo Interdicto*? Putet quis morem illum ſignificari, quo ſucceſſor notum faciebat aduentum ſuum deceſſori, & quidem poteſtate priuato, ne in officio pergeret : Cui adfine eſt, quod & cæteroquin olim Prouinciæ Rector *Edictum* de aduentu ſuo deceſſori ſuo mittebat, ſignificabátque qua die fines prouinciæ eſſet ingreſſurus : *l. obſerua. 4. §. 3. 4. ff. de off. Proconſul.* alioquin in aduentu ſucceſſoris ius dicebat, *l. meminiſſe 10. ff. eod. tit.* Verùm, malim ego id interpretari de Imperatoris literis, & interdicto, quo Iudex officio priuatur ſeu interdicitur; quod ſanè præmittebatur, ſucceſſore ei deſtinato.

## ¶ *De* IVDICIS *pœna, cuius culpa temporis lapſus contigit.*

### II. * Idem A. ad Felicem Præſidem Corſicæ." Poſt alia.

SI petitores probauerint, interpellantes ſe ſæpius eſſe dilatos, atque ita lapſum tẽporis incurriſſe per negligentiam" atque deſidiam Grauitatis" Tuæ, audientiam differentis, indemnitas petitorum pro modo litis, quæ in altercationem fuerit adducta, de tuis facultatibus ſarciatur." Dat. † IIII". Kal. Nouemb." Sirmio, Conſtantino Aug. V. & Licinio Cæſ. coss. [319.]

INTERPRETATIO. *Si repetentem Iudex per negligentiam vſque eò diſtulerit, vt cauſam ſuam tranſactis legitimis temporibus perdat, omnia quæcunque in illius iudicio iuſtè potuit vindicare, ei de ipſius Iudicis facultatibus, habitâ æſtimatione, reddantur.*

### NOTÆ.

* *Lex 2. Cod Iuſt. de pœna Iudicis qui malè iudicauit*, hinc deformata eſt. Memorat autem eam, ſimúlque confirmat Valentinianus. *l vn. infrà de ſecundo lapſu.*

" *Corſicæ* Præſidem nota. Malè *hic* in An. Pur. *Tuſciæ.* " V. & *l.6. ſup. de Iuriſdictione* : faſtidio vel gratiâ, *d.l.6.*

" *Grauitatis* titulus Præſidi ſeu Rectori prouinciæ tributus MSS. nonnulli *hic* ita habent, *Grauitate Tua audientiam præbente.*

" Sarcietur : ita MSS nonnulli.

" VIII. ita MSS. omnes, & Codex Iuſtin. *d.l.2.* & ita adnot. ad marg. Cod. Cuiac. " MSS. nonnulli, *Decembr.*

### COMMENTARIVS.

IVDICIS NEGLIGENTIA atque deſidiâ, culpâ denique Iudicis, legitimo tempore, quod poſt denunciationem ad litem conteſtandam præfinitum eſt, elapſo, litem à Iudice ipſo ſarciri iubet *hac l.* Conſtantinus M. negligentiâ inquam ſeu deſidiâ Iudicis, vel vt loquitur *lex 6. ſup. de Iuriſdictione* : faſtidio vel gratiâ cognitoris : *Sarciri* inquam, id eſt, litis in actionem deductæ æſtimationem actori præſtari, ſi is interpellans ſæpius dilatus fuerit : Iudicem denique ſi eius culpâ, ſiue primo, ſiue ſecundo lapſu cauſa labatur, ſeu vt *hâc l.* dicitur, ſi petitor lapſum temporis incurrerit. Quam Conſtantini M. conſtitutionem memorat ſimul & confirmat Valentinianus Sen. *l. vn. inf. de ſecundo lapſu* : cuius hæc verba ſunt; *Si culpa Iudicis gemino lapſu cauſa fuerit euoluta, iuxta Diui Conſtantini præceptum, ipſe ad redhibitionem eius æſtimationis quanto res valet, de qua iurgium eſt, debet adtineri.* Non igitur denunciatio vel reparatio ita lapſa hoc caſu reparabitur; quæ certè repararetur, ſi per Iudicis non culpam, ſed ægritudinem aut mortem cauſa labatur; vel ſi ſucceſſor ei datus, quod ἐκ διαστολῆς *ex hac leg.* & *l. vn. inf. de ſecundo lapſu* ſatis colligi poſſet. Verùm expreſſa inſuper de hoc eſt Valentiniani lex ad Symmachum P.V. patrem Epiſtolographi, putà *l.2. inf. de repar. appell.* quam Valentiniani conſtitutionem memorat Symmachus filius eius, & ipſe P.V. *lib. 10. ep. 52. ad Valentinianum Iuniorem*, verbis quæ conſignaui *ad leg. ſuperior.* Vbi mirum, Symmachum hæſitare potuiſſe in re tam clara, támque aperta *Exceptione* : vt ipſemet eam vocat.

¶ Cæterùm æſtimationem litis hoc caſu noſtro actori à Iudice ſarciri, præſtaríque vult *hâc l.* Conſtantinus M. quam Valentinianus Iun. fiſco inferri voluit, in *ſp. d. l.6. ſup. de Iuriſdictione.* ¶ Quomodo verò hanc leg. Tribonianus interpolauerit, & ad Iudicem, qui pretio vel gratiâ perperam iudicauit, traduxerit; videnda eſt lex. 2. *Cod. de pœna Iudicis qui malè iudicauit*, quæ hinc deformata eſt.

## ¶ MORTVO *alterutro ex litigatoribus, cauſam reparari oportere.*

### III. * Idem A. ad Baſſum PF.V."

ALTERO" ex litigatoribus in lite defuncto, curſum temporis reparandum eſſe, latis iam dudum Legibus † continetur. Dat. XIII." Kal. Iunij, Sirmio, Criſpo II. & Conſtantino II. C. coss. [321.]

INTERPRETATIO. *Si vnus ex litigatoribus, ſiue pulſatus, ſiue petitor,*



*intra conſtitutum per* ſcripturam" *tempus de hac luce fortaſſe defecerit, tempora quæ fuerant ſtatuta, ſucceſſoribus renouentur.*

### NOTÆ.

* Abeſt & *hac lex* à *Cod. Iuſt.* causâ iam ſæpiùs indicatâ. Iungenda verò huic eſt lex vn. *inf. ſi pendente appell. mors interuenerit.* Concordat tandem *huic legi*, lex proxima 4.

" *Al. PF. P.* quomodo etiam habent MSS. nonnulli: neque enim in veteri Notitia Præfectorum Vrbis hoc anno 321. Baſſus PF V. memoratur, verùm Valerius Maximus : idémque error admiſſus *d.l. vn. ſi pendente appellat.* & *l.3. de maleficis* : *l.1. de legitim. hæredit.*

" Alterutro, ſiue pulſatus, ſiue petitor is ſit, vt Interpres rectè.

" *Leges* de reparando curſu temporis, alterutro ex litigatoribus in lite defuncto, iam dudùm latæ ante A.D. 321.

" MSS. nonnulli XVI. " *Præſcriptúmque.* Ita & rectè in Cuiacij edit.

### COMMENTARIVS.

MORTVO alterutro ex litigatoribus, curſum temporis reparandum eſſe, ſeu renouandum ſucceſſoribus (vt rectè Interpres) veteribus iam legibus iamdudum latis (quæ quidem alibi non occurrunt) definitum ait Conſtantinus M. *hac leg.* quod & *l. proximâ* firmatur, Conſtantij ſcilicet filij eius, conſtitutione. Hoc inquam ita memorat *hac l.* Conſtantinus, quæ pars eſt prolixioris Conſtantinianeæ Conſtitutionis, vnde deſumpta eſt quoque *lex vn. inf. ſi pendente appellatione mors interuenerit*, quæ proinde huic coaſſanda venit : vbi etiam idem iuris ſtatuitur, porrigitúrque ad iudicium Secundæ inſtantiæ. ¶ In huiuſmodi porrò reparatione integros quatuor menſes innouari, nouáque tempora prorſus prorogari oportere, definit Conſtantinus *ea ipſa l. vn.* (pariter vt definierat iam *l.1. ſup.* vbi de eo dicam pleniùs. ¶ Cæterùm ait lex diſertè, ALTERO *ex litigatoribus in lite defuncto* : pariter vt totidem verbis, *d.l. vn. ſi pend. appell.* quæ huic coniungenda eſt : Nempe obtinet hæc lex & in petitore ſeu actore, & in poſſeſſore ſeu reo : putà, vt mortuo hoc vel illo, ſucceſſoribus ejus tempora reparentur : quod etiam Interpres *hic* rectè notauit, *ſiue pulſatus*, inquit, *ſiue petitor.* Et de eo tamen poſtea apud Symmachum P.V. ſub Valentiniano Iun. dubitatum A.D. 384. vel 385. oſtendit eius relatio, ſeu conſultatio *lib. 10. ep. 45.* quæ ad huius legis argumentum omninò pertinet. *Theodorus*, inquit, *ex-Protectore ab Anniana quadam in re ſua procurator creatus, iampridem clariſſimo atque emendatiſſimo Viro Cupraſio* (*al.* Eupraxio) *vrbanis tribunalibus præſidente, Flauianum quẽdam* DENVNCIATA LITE *pulſauit : ſed diem legitimum* CAVSÆ LAPSVS *exceſſit : Longo interuallo petitâ à me reparatio, cùm partes ad neceſſarium contraxiſſet examen, poſt multas allegationes, quas iudicia vt inualidas reſpuerunt, orta præſcriptio eſt, quæ aſſereret,* NOVARI TEMPORA POSSESSORE MORTVO *debuiſſe : Nam conſtabat, non modò Flauianum, qui propoſitam Legibus quæſtionem primus exceperat, ſed etiam* SVCCESSOREM *eius finem feciſſe viuendi. Ad hoc præmiſſa eſt* LECTIO [id eſt, recitatio ſeu textus Legis & ſanctionis : v. quæ dixi *ad l. vn. ſup. de reſponſis Prudentum.*] *Veluti probatur indiciis,* NOVATIONEM *tantùm petitoris hæredi eſſe decretam. Quod verbo quidem aſſertum, ſed ſanctionibus non probatum, contrariæ Legis recitatione compreſſum eſt. Secutus igitur ſcita manifeſta, & nullis Principum vacuata reſponſis, ceſſare proceſſum negotij iudicaui : cùm lis alteri denunciata, aliam perſonam temporibus exactis tenere non poſſet. Tunc oblatis prouocationis etiam* NOVATIONIS *libellis, ſuſpenſa ſententia : Cuius meritum Perennitas veſtra, lectis geſtis ac refutatoriis cohærentibus, æſtimabit. Ego in referendo prolixus eſſe non debui, cùm penè in ipſo actionum veſtibulo repulſa legibus cauſa conſtiterit.* Vbi vides, quàm omnia egregiè cum *hac leg.* conueniant; ſic vt quod de contrariæ Legis recitatione memorat Symmachus, quâ apud ſe oſtenſum ait, vtriuſque litigatoris hæredibus temporum curſum reparari oportere, de *hac ipſa* fortè lege noſtra, & *d. l. vn. ſi pend. appell.* accipiendum ſit, vel de alia ſimili. Nam diſertè in *vtraque Lege* dicitur ALTERO [id eſt, alterutro] *ex Litigatoribus in lite defuncto.* Et lex *proxima 4. inf.* quæ Conſtantium Auctorem habet, id ipſum quoque in theſi ponit; *Si quis* IVRGANTIVM inquit *ante litis terminum vltimum diem obierit*, &c. etſi legis illius hypotheſis verſetur propriè in petitore qui deceſſiſſet : vt oſtendunt illa; *Ita tamen vt ea res non lateat* POSSIDENTEM : Cuiuſmodi fortè hypothetica conſtitutione nitebantur illi apud Symmachum, qui petitoris tantùm hæredi nouationem decretam eſſe, decernique poſſe contendebant. Quo exemplo iam ſcire poſſumus, quantum interſit hypotheticas conſtitutiones ita expendere, vt ne ideò ad alios caſus & perſonas eadem æquitate nixas, non extendi eas poſſe arbitremur.

## ¶ *A* QVO TEMPORE, *mortuo litigatore, curſus temporis reparari debeat.*

### IIII. * Impp. Conſtantinus" & Conſtans AA." ad Acindinum" P.F.P.

SI quis Iurgantium" ante litis terminum vltimum diem obierit, non, vt ante ſtatuimus" †, à decedentium primo die curſus" temporis obſeruari oportet, ſi ſucceſſor legitimæ ætatis ſit, ſed ex die petitæ bonorum poſſeſſionis, vel aditæ hæreditatis ei tempora renouari", ita tamen, vt ea res non lateat poſſidentem, nec" damnum aut fraudem tempori faciat, pertentetur" ¶ Quòd ſi ſucceſſor minoris ætatis ſit, poſtquam datus tutor ſiue curator ſolennia ſuſceptæ definitionis" impleuerit, tempus dinumerari conueniet. Dat. & PP. VI. Kal. Ianuar. Antiochiæ." Vrſo & Polemio coss. [348.]

INTERPRE

INTERPRETATIO. *Si quis de litigatoribus ab hac luce diſceſſerit, hæredi eius non ex die qua ille defunctus eſt, ſed ex quo hæreditatem acceperat, actionis tempora, quæ auctori ad litem conſtituta fuerant, renouentur: ita tamen, vt fraus tempori, ex quo res eſt poſſeſſa, non fiat, ſed ſciat ſe rem tenere, qui petitur. Quod ſi hæres in annis ſit minoribus conſtitutus, tutori vel curatori ex eo tempora ſupputentur, ex quo pro minore firmam perſonam defenſionis accepit, & rem tenuit.*

## NOTÆ.

* Abeſt & *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* indicatâ iam ſæpiùs ratione; propter denunciationes ſublatas.

" Reponendum *Imppp. Conſtantinus*, CONSTANTIVS, *& Conſtans*; addito videlicet eius, qui reuerà huius leg. Auctor eſt, nomine. v. *Chronol.*

" Al. *Acyndinum.* in C. Til. *Aquindinum.* de hoc *Acindino PP. Orientis* ſub Conſtantio. vid. *Proſopogr.* Symmachum *lib.* 1. *ep.* 1. vbi diſertè eum PP. Orientis fuiſſe ait.

*Auroræ in populis Regum Prætoria rexi.*

Auguſtinus quoque 1. *de ſermone Dei in monte*, *p.* 1122. 1123. vbi *Antiochiæ* meminit, vbi Acyndinus erat: quòd *huius l.* ſubſcriptioni conuenit: *Sicut Antiochiæ*, inquit, *factum eſſe perhibetur ante 50. fermè annos, Conſtantij temporibus. Nam Acindynus tunc Præfectus, qui etiam Conſul fuit, cùm*, &c.

" Et ſic alteruter litigantium, de quo *ad l. ſuper.* etſi ſpecies *huius leg.* in petitore ſit ponenda, vt docent illa. *Vt ea res non lateat poſſidentem.*

" Lex Conſtantij: quam alibi non reperio.

" *Curſum*, in nonnullis.

" *Renouari*, quod aliàs *reparari*: ſic & apud Symmachum *lib.* 10. *ep.* 45. *nouari* & *nouatio*, pro reparatione.

" *Nec clam vt fraudem tempori faciat, pertentetur*: ita in MSS. nonnullis.

" ℞. *Pertentator*, vel *retentator* potius, id eſt poſſidens, de quo mox.

" ℞. *Defenſionis*, quod & res imperat, & Interpres quoque habet: & ad *marg. Cuiac. edit.* adnotatum.

" *Antiochiæ* hoc tempore fuit tam Conſtantius, de quo v. *Chronol.* vnde *Data* hæc lex Antiochiæ; quàm Acindynus, vnde *PP.* quoque *Antiochiæ* hæc lex, quæ ad eum data.

## COMMENTARIVS.

MORTVO alterutro ex litigatoribus, temporum curſum reparari ad quatuor menſes, ex Conſtantini lege ſuperiore vidimus, idque à ſe quoque ſtatutum Conſtantius indicat *hac leg.* Hîc verò quæritur, à quo tempore quatuor hi menſes, hæredi renouati ſeu reparati ad litem conteſtandam, computandi ſint: Enimuerò Conſtantius *hac l.* indicat, anteriore quadam conſtitutione ſua, cuius nullibi prætereà mentio exſtat, à ſe ita definitum, vt hæredi tempus computaretur ſtatim à morte litigatoris. Verùm id ab eodem nunc immutatur, ſub hac diſtinctione; nempe ita definit: Si hæres legitimæ ætatis ſit, tempora computari oportere à die petitæ ab eo bonorum poſſeſſionis, vel aditæ hæreditatis: ſi verò minor ſit, ex eo die, quo Tutor vel Curator tutelam vel curam ſuſcepit. Quod alioquin extra hunc denunciationum vſum, & aliàs obtinet, putà vt tempora hæredi non computentur, niſi à die aditæ hæreditatis, vel bonorum poſſeſſionis: minoribus verò, nonniſi à die Tutelæ vel curæ.

¶ Cæterùm, quia videbat Conſtantius fraudem fieri poſſe huic nouæ conſtitutioni ſuæ, tùm à parte impetrantis; tum à parte aduerſarij: ab illo, dùm impetratam reparationem aduerſario poſſeſſori non ſtatim denunciat: ab illo, dùm ſeſe, ne ex reparatione conueniatur, ſubtrahit: ideò hæc addidit, quæ Interpres non intellexit; *Ita tamen, vt ea res non lateat poſſidentem: nec damnum aut fraudem tempori faciat pertentator*, vel potius *retentator*: ita enim hic reponam, id eſt, poſſidens vt modò dixit, ſeu poſſeſſor. Eodem ſenſu *retentator* in *l.* 2. 3. *inf. vnde vi*: *l.* 8. *de Cenſitorib. l. vn. qui bonis ced.* Maioriani *Nouel. de bonis vacan.* Ennod. *lib.* 1. *ep.* 7. *p.* 17. Caſſiod. 1. *var.* 8. *&* 22. *lib.* 2. *ep.* 10. Similis verò reparatæ appellationis ratio: vbi gemina fraus hæc quoque admitti poteſt. Ad priorem pertinet *lex* 3. 4. 5. 6. 8. *inf. de reparat. appellat.* vbi pariter iubetur is qui reparationem appellationis impetrauit, *in aduerſarij notitiam eam perferre*, intra idem tempus, ſeu denunciare ſine dilatione: Ad poſteriorem *lex* 9. *eod. tit. de repar. appellat.* ibi; *Et in omnibus reparationum generibus formam cuſtodiri, quam ſuper his dedimus, qui ſeſe non conueniantur, ex reparatione ſubduxerint*: Itémque lex *vlt. inf. eod. tit.*

# DE DILATIONIBVS.

## TITVLVS VII.

## III. COD. IVST. XI.

## PARATITLON.

DILATIONES, *Rubr. & l.* 1. 2. 3. 4. quas *Inducias* Interpres vocat *ad d. l.* 1. 2. 3. interdum poſt denunciationem vel editionem factam, (de hoc enim dilationum genere propriè hoc titulo agitur) reo, ſeu ei qui in iudicium vocabatur, *l.* 1. *&* 2. causâ cognitâ, ſeu causâ adſertâ, *l.* 2. ſi hoc commoditatis ratio poſtularet, *l.* 3. petenti, *l.* 2. 3. poſtulanti, *d. l.* 2. dabantur, tribuebantur, deferebantur: ac

nominatim



nominatim ſi ad extraordinarium Iudicem Reſcripto cauſa vocaretur, *l.* 1. *h. t.* non etiam actori, ſeu petitori, *d. l.* 1. *&* 2. putà ad probanda precum mendacia, vel ad proferenda aliqua inſtrumenta ſeu teſtes, *l.* 1. ad requirendas probationes, *l.* 2. Hinc dilationum ſuffragia, & dilationum moræ, *l.* 2. Variæ porrò ſecundum moderamen locorum dilationes dabantur: Tranſmarinas certè, nouem menſium ſpatio includi oportebat, *l. vlt.* De Dilationibus in cauſa criminali, v. *l.* 2. *inf. vt intra annum.* De dilationibus ex conſenſu, eſt *tit. infra* 33. *lib.* 11. De dilationibus (quæ iam alia dilationum ſpecies eſt) in cauſis tributorum, ne reſcripto quidem concedendis, *l.* 6. *de diu. reſcr. l.* 4. *de exactionib.*

---

## ¶ *Ad* EXTRAORDINARIVM *Iudicem Reſcripto Principis causâ euocatâ, cui dilatio dari poſſit.*

### I. * Imp. Conſtantinus A. ad Vrſum" Vicarium."

SI quando quis Reſcriptum ad Extraordinarium" Iudicem reportauerit, dilatio ei penitùs deneganda eſt: Illi autem, qui in iudicium vocatur, danda eſt, ad probanda" precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quoniam" *inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum" Iudicem" trahitur.* Dat. 11. Non. Mart. Voluſi. & Anniano COSS. [314.]

INTERPRETATIO. *Quando ab aliquo Principe præceptio fuerit ſperata", vt ad alium Iudicem quàm cui commiſſus" eſt, aduerſarium ſuum pertrahat audiendum, ſicut ille qui petitor eſt, inducias ſi petierit, accipere non debet, ita illi qui ad iudicium adducitur, dilatio petita non negetur, vt facilius aut per ſcripturam, aut per teſtes probare valeat, illum à quo pulſatus" eſt, falſa ſupplicatione meruiſſe quod petiit.*

## NOTÆ.

* *Lex* 2. *Cod. Iuſt. eod. tit.* Aberat à *Cod. Til.* Interpretatio nuda extat in *Cod. Baſil.*

" De hoc *Vrſo* mox dicam.

" Reſcribam hic *Vi Clarũm*: i. Virum Clariſſimum: qui error non infrequens *hoc Codice*.

" *Alienum.* inf. *in f.* peregrinum, *l.* 10. *de accuſation.* & Symmacho *lib.* 10. *ep.* 62.

" *Improbanda*: Cod. Iuſt. quaſi vox *probanda* ambigua videretur, quæ pro *approbanda* quandóque accipitur) Malè; nam qui *probat* mendaces eſſe preces, eum in finem probat vt improbet.

" Ratio hæc repetitur *l. prox inf.*

" *Alienus* Iudex hic qui ſup. *extraordinarius*: alibi, *peregrinus*.

" *Iudicium.* C. Iuſt. *impetrata.*

" *Proprius* Iudex, cui quis commiſſus eſt.

" *Pulſandi* vox propria. v. Gl. *Th.*

## COMMENTARIVS.

AD EXTRAORDINARIVM ſeu alienum & peregrinum Iudicem Reſcripto Principis causâ ciuili tractâ vel tranſlatâ (de quo euocationis genere fuit iam quoque *lex* 9. *ſup. de Iuriſdictione*: *l.* 4. 5. *ſup. de denunc. vel ed. reſcr.* agitur & *l.* 7. *inf. de nauicularijs*) is qui Reſcriptum huiuſmodi impetrauit, poſt editum aduerſario ſuo Reſcriptum (de qua Reſcripti editione *ſuo tit. ſup.*) dilationem impetrare non poteſt: aduerſarius eius poteſt ex hac Conſtantini M. conſtitutione: additâ differentiæ ratione, quæ & *proxima* quoque *leg.* repetitur, cui reſpondet omninò vulgata illa quam Gaius tradit in *l.* 42. *ff. de Regulis Iuris*: Quæ ipſa ratio facit, vt actori in criminalibus non tot dari debeant dilationes, quot reo: *l. vlt. ff. de feriis & dilationib.* Eadémque ratio efficit, vt actio de dolo certo tempore finiatur; exceptio verò de dolo perpetua ſit: *l. purè* 5. *ff. de doli mali except.* Eadem facit, vt reo ſeu accuſato qui è longinquo acciendus eſt, 30. dierum laxamentum tribuatur, ad componendos mœſtos penates ſuos, & ordinandam domum ſuam, non etiam accuſatori: *l.* 3. *& l. vlt. inf. de exhib. reis.*

¶ *Extraordinarium* porrò Iudicem in ſpecie *huius leg.* fuiſſe puto Rationalem, quomodo & in *ſp. l.* 8. *inf. de appellationib*: Ita enim cenſeo, *Vrſum*, cui hæc lex inſcribitur, hunc illum Vrſum videri, qui καθολικὸς τῆς Ἀφρικῆς fuit, cuius mentio fit anno ſuperiore 313. *in ep. Conſtantini ad Cæcilianum*, apud Euſebium, *lib.* 10. *c.* 6. cuius hæc verba ſunt: Ἐπειδήπερ ἤρεσε κατὰ πάσας ἐπαρχίας τάς τε Ἀφρικὰς καὶ τὰς Νουμιδίας καὶ τὰς Μαυριτανίας ῥητοῖς τισὶ τῶν ὑπηρετῶν τῆς ἐνθέσμου καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας εἰς ἀναλώματα ἐπιχορηγηθῆναί τι, ἔδωκα γράμματα πρὸς ΟΥΡΣΟΝ τὸν διασημότατον Καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. Ea ſcilicet epiſtola Conſtantinus notum facit, ſeſe Vrſo Viro Clariſſimo Rationali Africæ in mandatis dediſſe, vt certam pecuniæ quantitatem Cæciliano Epiſcopo adnumeraret. Ad eundem Vrſum eſt & *lex* 5. *Cod. vbi cauſæ fiſcales*: quæ ſic habet:

Imp. Conſtantinus A. ad VRSVM.

*Ad fiſcum pertinentes cauſas* RATIONALIS *decidat, omnibus concuſſionibus prohibendis. Dat. Non. Feb. Conſtantino Feliciano & Titiano Coſſ.* vbi reſcribo, *Conſtantino & Licinio Tertio Coſſ.*

Quare in inſcriptione *huius l.* reponendum fuerit ad *Verum vi. Clarium* : id eſt, Virum Clariſſimum : quomodo & idem error non ſemel *hoc Codice* admiſſus ; vt iam præmonui *ſupr.* Poſſit tamen alicui videri, reponendum in inſcriptione *ad Verum Vicarium* : vt ita hæc lex referatur ad id quod Ælianus Proconſul Africæ extra ordinem cauſam Felicis Aptuagitani diiudicandam ſuſcepit, cum Verus Vicarius per Africam incommodâ valetudine teneretur, & ſic partibus eius fungeretur : vt teſtatur Conſtantini M. epiſtola *ad Probianum Proc. Africæ*, apud Auguſtinum *ep.68.* ſanè tempora congruunt : nam & XV. Kal. Martias in cauſa illa Ælianum pronunciaſſe teſtatur Auguſtinus, *poſt collat. c.33. & ep.152.* verùm priori ſententiæ potiùs adhærendum cenſeo.

## ¶ Terminando Ivdicio *præfinitum tempus dilatione ab Actore petita prorogari non poſſe : à reo, poſſe.*

### II. * Idem A. ad Iulianum P.V."

Petendæ in integrum reſtitutionis temporibus, ( vt iam" conſtitutum † eſt,) obſeruatis, ſi dilatio ab *Actore* petatur, quæ intra metas Lege comprehenſas" valet arctari, eandem, quocunque" flagitante, cauſis cognitis tribui oportebit : Sin verò eiuſmodi poſtulantur curricula, quæ intra ſpatium Lege" receptum anguſtari nequeunt (quippe ſi in confinio legitimi temporis petantur, & eius terminos prorogabunt ) dilationem petitori denegari conueniet : *in eius* enim *arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cùm petitæ dilationis mora ſuperſtite" ſpatio poſſet includi.* ¶ Quòd ſi defenſio *Poſſidentium"* dilationis ſuffragia poſtulauerit", eandem, adſertâ" causâ, citra obſtaculum temporis, deferri" ſancimus : quia *nequaquam ſteterat in ipſius" poteſtate, quando litigio pulſaretur".* Dari igitur debet, etſi impetrata dimenſio" ſeſe vltra Conſtitutionis" regulam" proferat. Qua dilatione, ſi à poſſeſſore" impetratur, etiam Actor in requirendis probationibus vti minimè prohibetur". Dat. XIIII. Kalend. Aug. Prop. Romæ", Conſtantino Cæſ. v. & Maximo coss. [327.]

Interpretatio. *Licet quatuor" menſibus conſtitutum ſit, vt petentibus pro requirenda omni reſtitutione induciæ concedantur ; Vnde ſi illud ſpatium requiratur quod indultum eſt, id eſt, quod quatuor menſes non poſſit excedere, præſtari conuenit. Si verò tales petantur induciæ, quæ tempus lege conſtitutum excedant, petitori debet dilatio negari, quia ſcire debuit actionem ſuam conſtituto tempore finiendam. Quod ſi ille ſpatium, qui rem poſſidet, fortaſſe petierit, dari ſine mora temporis quod petentibus datum eſt omnino debet : quia ſcire non potuit, quando ab aduerſario prouocaretur ad cauſam, & ideo poſſeſſor ſpatium, vt reſpondere poſſit, accipiat. Petitor etiam ſuis partibus neceſſaria poterit prouidere.*

### NOTÆ.

* *Lex 6. Cod. Iuſt. de temporibus in integrum reſtitut.* Hæc *lex* abeſt à *Cod. Til.* ſola eius Interpretatio extat in *Cod. Baſil.*

" *Iulianus* hic pleniore nomine Anicius Iulianus ſub Conſtantino M. P.V. fuit ab Idibus Nouemb. A.D. 326. ad 7. Id. Septemb. anni 329. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi. Symmachi in hunc quoque epigramma exſtat. Eidem inſcribitur *lex 13. de appellation. & lex 2. de Prætoribus.* vide *Proſopogr.*

" *Vt iam conſtitutum eſt.* Hæc abſunt à Cod. Iuſt. velut temporaria.

" Conſtitutio hæc quænam ?

" *Lege comprehenſas.* Harum duarum vocum relatiuarum loco in Cod. Iuſt. poſitum generaliter *reſtitutionis.* Quod non oportuit, vt oſtendam mox.

" Aduocato etiam, & hærede Actoris.

" *Lege*, hæc vox etiam omiſſa *Cod. Iuſtin.*

" *Superſtes*, ſpatium pro reliquo quod ſupereſt.

" *Rei*, Cod. Iuſt.

" *Suffragium*, C. Iuſt.

" id eſt, cauſa iuſta probatâ.

" *Differri.* Cod. Iuſt. malè.

" De *Pulſandi* voce iam ſæpè. v. *Gloſſ.*

" *Dimenſio* ſcilicet temporis, id eſt, dilatio.

" *Temporis definitionem* : ita Cod. Iuſt.

" *Regula* conſtitutionis, id eſt, definitio, quomodo Tribon.

" *A reo.* Cod. Iuſt. vt ita generalior hæc *lex* eſſet.

" *Prohibebitur*, Cod. Iuſt.

" Hinc quoque patet, Iulianum P.V. cui hæc lex inſcribitur, Præfectum vrbis Romæ fuiſſe.

" Repone : *Licet conſtitutum ſit, vt petentibus quatuor menſium*, &c.

### COMMENTARIVS.

Qvemadmodum *Inchoandæ* actioni, ac nominatim petendæ in integrum reſtitutioni, certa tempora legibus præſtituta, puta annum vtilem ( quod ab ipſomet Conſtantino M. biennio poſt mutatum, *l. 2. inf. de integri reſtitutione*, ) ſeruari iubet *hac l.* obiter Conſtantinus M. ita & tempora quoque terminandæ exequendæque actionis præſtituta vt obſeruentur, néue temerè dilationi-





bus prorogentur, hâc eadem conſtitutione pleniſſimè cauendum credidit : ne alioquin, quod Iuſtinianus dixit, lites fiant penè immortales, & vitæ hominum modum excedant. Quodnam autem legitimum iſtud tempus terminandis cauſis ciuilibus Conſtantini M. temporibus lege comprehenſum, ſeu lege receptum fuerit, quænam ſpatia, quæ metæ, qui termini, quænam denique illa conſtitutionis regula fuerit, haud adeò liquidò definiri poteſt : etſi legitimi alioquin temporis mentio fiat, *l. ſi iudex 32. ff. de Iudiciis, & l. 18. §. penult. ff. de dolo malo.* Sanè, quæ Iuſtiniani ex mente fuerint, docet *lex, properandum, Cod. de iudiciis.*

¶ Ad eum igitur, vt dixi, finem, ne tempora actionibus terminandis præſtituta temerè prorogentur, definit *hâc l.* Conſtantinus, diſtinctionémque inter actorem & reum adhibet, nempe, dilationem Actori ita tribui poſſe lite pendente, causâ cognitâ *ſi dilatio ab actore petatur, quæ intra metas lege comprehenſas valeat arctari*, id eſt, ſic vt ne dilatio hæc legitimum tempus terminandæ cauſæ præſtitutum egrediatur. Finge enim *in confinio legitimi temporis* conſtitutam cauſam, id eſt, ad finem fermè præſtituti temporis decurrere, eóque tempore actorem dilationem petere, quæ *terminos legitimi temporis prorogabunt*, id eſt, terminum cauſæ terminandæ lege præſtitutum egreſſuræ ſunt : Huiuſmodi dilatio petitori deneganda erit. Alia verò poſſeſſoris ſeu rei ratio eſt : nam ſi *defenſio poſſidentium, dilationis ſuffragia poſtulauerit*, id eſt, ſi rei ad ſui defenſionem dilationis beneficium implorauerint, his ea *adſertâ causâ*, id eſt, iuſtâ causâ adprobatâ, *citra obſtaculum temporis*, id eſt, etſi tempus legitimum terminandæ cauſæ præſtitutum egrediatur, incunctanter *deferri*, tribui poteſt : denique dari debet, *etſi impetrata dimenſio*, id eſt, dilatio, ſeſe *vltra conſtitutionis modum* ſeu terminum conſtitutione poſitum, *proferat* & extendat.

¶ *Ratio* differentiæ, vt per ſe aperta eſt, quam & ingerit *lex fauorabiliores, ff. de Regulis Iuris*, & *lex 1.* ( quæ & ipſa Conſtantini M. eſt, ) *ſuprà, hoc tit.* & lex *vlt. ff. de feriis* ; & ſpecialius adhuc *lex, qui in alterius 42. ff. de Regulis iuris, lex 2. Cod. de annali exceptione* : *lex, purè, §. finali, ff. de doli mali exceptione*, ita diſertè *hic* à Conſtantino redditur ; quod *in actoris arbitrio fuerit tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora ſuperſtite ſpatio poſſet includi* : hoc ſenſu, actorem ſibi imputare debere, qui non citius egerit, vel ſaltem præmeditatis omnibus egerit, denique tum dilationem non petierit, cum eo quod ſupereſt reliquum temporis ſpatio, ea dilatio includi potuit : Rei verò alia ratio eſt, *quia nequaquam ſteterat in ipſius poteſtate, quando litigio pulſaretur.* Quibus ſimilia omnia occurrunt præſertim *d. l. 42. & d. l. purè, §. finali.*

¶ Et tamen, quod tertium eſt, & vltimum *huius l.* membrum, ſi reo dilatio illa conceſſa fuerit, poterit etiam actor ad requirendas probationes eâ dilatione vti. Vnde rectè colligit Gloſſa, ſingulare id eſſe, *vt per alium quis quid habeat, quod per ſe habere non poteſt.* Quod in Brocardicum euaſit, multiſque aliis exemplis vulgò firmatur.

¶ His ita defunctis, nobis de variis & Triboniani, & Interpretis ad *hanc leg.* & Interpretum Codicis Iuſtinianei erroribus conſtare poteſt : de Triboniani inquam errore, qui initio *huius l.* inductus, *hanc l.* ad reſtitutiones in integrum *reſtringit*, atque adeò in titulum *de temporibus in integrum reſtitutionis* eam retulit : quæ melius & velut generalior hoc Codice ſub hoc titulo *de dilationibus* collocata eſt. Exempli enim tantum causâ, vel ex facti contingentia, reſtitutionis in integrum mentio *hîc* fit ; Interpretéſque adeò *in ſſ. huius l.* hallucinati ſunt, & in eo maximè, quod neſciuerunt id omne quod *hâc l.* conſtituitur, priore tantùm verſiculo excepto, non ad tempora & dilationes inſtantiæ inchoandæ ſeu petendæ reſtitutionis pertinere, verùm ad tempora Iudicij cœpti terminandi ; quæ vt in breue iterum *hanc leg.* coniiciam, dilatione ab actore petitâ prorogari non poſſunt ; à reo poſſunt : Quò certe propriè pertinet *dilationis* vox. Poſtremùm Interpretatio *huic legi* ſubdita in ſpongiam incumbat, qui *hanc leg.* traxit ad ſpeciem *legis ſequentis*, déque quatuor menſibus ineptè inculcat.

## ¶ *De* Fiscalibvs *cauſis : déque Temporum curſu, & dilationibus in iis.*

### III. * Impp. Conſtantinus &" Constans AA. ad Petronium Vic. Africæ.

1 Inter priuatos & fiſcum, ſi priuatus actionem intendat, quatuor menſium tempora cuſtodienda ſunt : Cùm verò fiſcus priuato inferat" aliquam quæſtionem, ſex menſium curricula ſeruentur. 2. Vtrique parti petendæ dilationis per defenſores" ſuos copia non neganda, ſi hoc commoditatis" ratio poſtulauerit. Dat." VI." Id. April. Aquileiæ", Acindino & Proculo coss. [340.]

Interpretatio. *Quando inter fiſcum & priuatum poſſeſſorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio, ſi priuatus fiſcum repetat, quatuor menſes ad reſpondendum actor fiſcalis habebit inducias : ſi verò fiſcus aliquid à poſſeſſore crediderit repetendum, ſex menſium ad reſpondendum dilatio non negetur, dummodo" ad præſtandas inducias iuſta ratio cognoſcatur.*

### NOTÆ.

* *Lex 6. ſeu penult. Cod. Iuſt. eod. tit.* vbi tamen potiſſimâ ſui parte truncata eſt, ab his verbis, *ſi priuatus*, ad ea vſque, *vtrique parti.* de quo mox plura. Iungenda porrò huic legi, *lex 3. inf. de Aduocato fiſci.* Hæc lex in *Cod. Tilij* & An. Pur & Reg. quinta eſt ſeu vlt. *ſuperioris tit. de temporum curſu.*

*Conſtantij*, & ſolius quidem, nomen præſcribitur in *d. l. 3.* malè : In Codice verò Iuſtin. *Conſtantini, Conſtantij, & Conſtantis*, non ita malè. Sed enim *Conſtantius*, ( & quod habent MSS. nonnulli) hic reponendum, & Constans addendus : de quo mox occaſione ſubſcriptionis.

" *Inferet.* in MSS. nonnullis.
" *Defenſores* , i. Aduocatos : & quidem ſi de fiſco quæritur , Aduocatos fiſci.
" *Commoditas* , pro neceſſitate : vnde rerum neceſſitas , *l.* 1. *C.de dilat.* rerum vrgentiſſima ratio , *d.l.* 1. neceſſariæ dilationes , *l.* 2. *Cod.vt intra certum tempus* :
" Subſcripta. *d.l.* 3. *de aduoc.fiſci.*
" V. *d.l.* 3. & in *Cod.Iuſt.* & in MSS. Anianæis.
" De hoc dicam mox.
" Vitioſa hæc interpretatio.

## COMMENTARIVS.

De fiscalibus cauſis : déque Temporum curſu , & Dilationibus in iis , eſt hæc Conſtantis Imp. conſtitutio , data A.D. 340. & in Africam miſſa : Quæ pars eſt prolixioris conſtitutionis, cuius alterum quoque ſegmentum extat *l.* 3. *inf. de Aduocato fiſci* : huic proinde legi coaſſandum : quâ conſtitutione enixè , neque vnâ ratione fiſcalibus cauſis conſultum iuit , vt videl. eæ & maturè ſeu penſè & incorruptè iuſtéque terminarentur. Huius ſanè legis argumentum cùm in genere ad denunciationem litium ſeu cauſarum fiſcalium pertineat , duo tamen adhuc capita ad eum quem dixi finem continet : Ad *denunciationem* , inquam, pertinet *hæc lex* : quæ cauſa eſt , cur Tribonianus ipſam in codicem ſuum primâ ſui parte mutilatam retulerit : & in Aniani Codicibus nonnullis hæc lex ſub titulo ſuperiore *de temporum curſu & reparatione denunciationum* , collocata appareat , etiam in *Sichardi* editione.

Duo verò capita vt dixi eâ continentur , quod Interpres minùs aſſecutus eſt : de quo paulò poſt.

¶ Primum ſcilicet caput eſt de *Temporis curſu* ſeu ſpatio , poſt denunciationem ad litem conteſtandam præſtituto : ( de quo alioquin in genere iam *ſuperioribus titulis* 4. 5. 6. ) in cauſis videl. fiſcalibus; cùm lis inter priuatum & fiſcum intercedit : Igitur definit Conſtans Imp. ſi priuatus agat contra fiſcum , quatuor menſes poſt denunciationem ad litem conteſtandam ei competere : Quod & aliàs legitimum ſpatium fuit , quod & ipſum in reparatâ cauſâ obſeruabatur , de quo *ſuperiore titulo, de temporum curſu & reparationib. denunciationum* : Contrà , fiſco agente , ſex menſes fiſco concedi vult *hac l.* Conſtans Imp. quod & aliàs legitimum ſpatium fuit ad litem fiſcalem ab eâ conteſtatâ terminandam : *l. vlt. Cod. de iure fiſci* : cuius etiam mentio fit *in libro Euſtathij* , περὶ χρονικῶν διαστημάτων. *tit. de ſex menſibus.* Quare & cauſæ fiſcales excipiuntur à Iuſtiniano in *l. proponendum* . *Cod. de iudiciis.* Priuilegium hoc interim fiſci inter alia notandum eſt , quo videlicet fiſco agenti maius ſpatium ad litem conteſtandam poſt denunciationem tribuitur , quàm priuato agenti aduerſus fiſcum.

Alterum caput *huius l.* eſt de *Dilationibus* , idque commune iam ex æquo priuatis & fiſco inter ſe agentibus : nempe vt vtrique parti petendæ dilationis per Aduocatos ſuos ius ſit, & copia tribuatur. Quod quidem caput à ſuperiore , vt iam patet , diuerſum eſt : cùm tamen Interpres vnicum *huius legis* caput putauerit.

¶ Et hæc quidem de eius ſententia , quæ Hiſtoricâ quoque obſeruatione inter ſolemnes habenda eſt , ex ſubſcriptione loci deſumpta : pariter vt *lex quoties* , *ſup. de diuerſis reſcriptis lex....inf. de extraordin. munerib.* aliæque innumeræ. Dicitur ſcilicet hæc Conſtantis Imp. lex *Data* AQVILEIÆ, *Acindyno & Proculo Coſſ. VI.* vel *V. Id. April.* vel, vt habet , *d. lex* 3. *inf. de aduocato fiſci* , quæ huic coaſſanda eſt . ſubſcripta Aquileiæ. Nempe enim hoc tempore Conſtantinus frater apud Aquileiam, cæſus dicitur his ipſis Coſſ. Acindyno & Proculo Coſſ. referente Hieronymo , *chronico* Philoſtorgio *lib.* 3. *c.* 1. Socrate *lib.* 2. *c.* 4. Sozomeno *lib.* 3. *c.* 2. Victore vtroque, Zoſimo *lib.* 2. *p.* 679. Id verò nos ex *hac l.* prætereà factum diſcimus ante V. vel VI. Idus Aprilis , quo die hæc lex data vel ſubſcripta dicitur *Aquileiæ* à Conſtante : Imò & ante 3. Kal. Maij id diſcimus ex *l.* 1. *inf. de immunitate conceſſa.* Plura hanc ad rem vide in *Chronico noſtro.*

## ¶ *De* TRANSMARINIS *dilationibus.*

IIII. * Impp. Arcadius , & HONORIVS AA. Meſſalæ P.F.P." Poſt alia.

De" ſtatu" atque" patrimonio litigantibus , in Tranſmarina etiam dilatione menſium IX. ſpatium" creditur poſſe ſufficere ; &c. Dat. XII." Kalend. Decemb." Theodoro" V.C. COSS.

INTERPRETATIO. *Quoties de ſtatu ingenuitatis , vel de patrimoniis, cauſa vertitur , ſi neceſſaria negotij in Tranſmarinis partibus litigatores habere ſe dixerint , nouem menſium ſpatium" indubitanter accipiant.*

## NOTÆ.

* *Lex vlt. Cod. Iuſt. eod. tit. de dilationibus.* Concordat huic *lex* 1. *verſ. in Tranſmarina, C. eod. tit.*
" *Meſſala* hic PP. Italiæ fuit ſub Honorio An. 396. 398. 399. 400. vide *Proſopogr.*
" Quomodo *hæc lex* immutata fuerit à Triboniano in *d.l.vlt.* paulò poſt dicam.
" *Ingenuitatis* , addit Interpres.
" V. *l.* 2. 3. *ſup. de off. Rectoris prouinciæ* : vbi dixi. " *Nec de ſtatu,* &c. *menſium nouem ſpatia egredi concedatur* : Ita *Cod. Iuſt.*
" Eodem die data *lex* 16. *inf. de iure fiſci* , ad Apollodorum ( Proconſulem ſcil. Africæ ) vnde in *hâc lege* addendum *Mediol.*
" Sic conſtanter omnes MSS. ſic Codex Iuſtin. quare nil mutandum.
" *Eutropio & Theodoro Coſſ.* in Cod. Iuſt. neque id adeò malè. v. quæ dicam ad *l.* 17. *inf. de pœnis.* Hic tamen rectiùs omiſſum : Eutropij quippe nomen ex Conſularibus expunctum , ſoliúſque Theodori nomen remanſit.
" *Spatia*, in nonnullis.





## COMMENTARIVS.

De transmarinis dilationibus eſt hæc Honorij Imp. conſtitutio. *Tranſmarinæ* dilationes ſic dictæ à tranſmarinis prouinciis, hoc ſæculo , eorum reſpectu qui in Italia agebant (vbi hoc tempore Honorius ipſe huius conſtitutionis Auctor agebat , & Meſſala quoque qui PP. Italiæ erat ) vel in Gallia Africanæ ſcilicet prouinciæ : *h. l. & l.* 13. *inf. de iure fiſci* : *l.* 27. *inf. de petitionib. l.* 41. *inf. de appellationibus* : & *Nouella* Valentiniani 3. *inter Theodoſianas* 24. Vt viceuerſa tranſmarinæ prouinciæ eorum reſpectu qui in Africâ erant , omnes erant fermè trans Africam Europæ regiones , ac nominatim Italia , Galliæque : quarum hoc ſenſu frequens mentio occurrit in Conciliis , & apud ſcriptores Africanos. v. Codicem *Canonum Eccl. Afric.* & Auguſtinum *variis locis.* Speciatim verò Italiæ regiones , vt cum de Legationibus ad tranſmarina, vel Appellationibus agitur. Nunc de *huius l.* Sententia.

¶ Ait igitur Honorius , etiam in Tranſmarinis dilationibus , ad petendas videl. ex tranſmarinis prouinciis ſeu requirendas probationes inſtrumentorum vel perſonarum gratia , ad inſtructionem exhibendam ( hic enim dilationum vſus ſeu finis eſt ; v. vel *l.* 1. 2. *in f. ſup. & l.* 1. *Cod. de dilationibus.*) nouem menſes ſufficere , id eſt , cùm de probationibus , inſtrumentis , ex tranſmarina prouinciâ petendis in cauſâ aliquâ agitur. Iudicem non vltra nouem menſes dilationem ad id faciendum præſtare debere. Quod & ipſum definitur *l.* 1. *Cod. de dilationib.* Quæ in tranſmarinis ſcilicet prouinciis, vel potius è tranſmarinis prouinciis agenda, petendáue ſunt , maiorem & aliàs dilationem requirunt, propter incerta videl. maris & nauigationis, veluti in cauſis appellationum , & quidem ſex aliquando menſium vt in *ſp. d. l.* 41. *inf. de appellationib. & d. l.* 13. *de iure fiſci* Anni , in *ſp. d. l.* 27. *de petitionibus* : quæ eiuſdem Honorij eſt: Nouem menſium in *ſp. huius l. & d. l.* 1. Idoneum id ſcilicet tempus muniendæ congruè tractatibus litis eſt, vt ait *d.l.* 27. vel vt hæc lex , *ſufficiens* : In quibuſcunque cauſis, ſiue de ſtatu agatur , ſiue de patrimonio. Hæc duo ſcilicet ſunt priuatarum cauſarum genera , de ſtatu, inquam ; hominum & de patrimonio : quod & ipſum dicitur *l.* 2. *&* 3. *ſup. de off. Rectoris prouinciæ.* Neque vlla priuata ciuilis controuerſia eſt quæ non ad horum alterutrum referatur. Proinde verba iſta , *de ſtatu atque patrimonio litigantibus* , idem valent , ac ſi dixiſſet Imp. in omnibus cauſis ciuilibus priuatis : fortè ad differentiam cauſarum fiſcalium , vbi vidimus etiam annuam dilationem tribui è tranſmarinis prouinciis : vel cauſarum criminalium. Quare Triboniani euidens ſtupor eſt, cùm hanc leg. ita refinxit : NEC *de ſtatu ac patrimonio litigantibus in tranſmarina etiam dilatione , menſium nouem ſpatia egredi concedatur.* Extenſio quippe quæ *hac l.* continetur, non actionum genera reſpicit, ſed locorum diuerſitatem & interualla. *In tranſmarina* ETIAM *dilatione* , ait lex : Nam imò , ſi ampliatiuo modo hæc lex concipienda fuiſſet , tum ita conceptam oportuit , *neque in cauſis criminalibus, neque in fiſcalibus, vltra nouem menſium ſpatium tribui oportere.*

# DE FERIIS.

## TITVLVS VIII.

## III. COD. IVST. XII.

## PARATITLON.

Feriæ *Rubr.* feriarum dies, *l.* 2. *h.t.* feriati dies , *l.vlt. inf. de nauiculariis.* Feſti dies, *l.* 1. *h.t.* communibus diebus opponuntur, *l.vn. inf. de Imagin. Imp.* Sunt qui altercantium iurgiis & noxiis partium contentionibus non occupantur, *l.* 1. *h.t.* qui iuridici non ſunt, ſed otio mancipati; *d.l.* 2. quibus iura differri debent, *d.l.* 2. nemo conueniri, *l.* 3. non fiſcalia commoda, non litigia exerceri debent , *l. vlt.* non exactiones fieri , *l.* 10. 13. *inf. de exactionib. l.* 8. *infr. de executorib.* Duûm porrò generum feriæ hæ erant : aliæ diuinæ , aliæ humanæ. Iſtæ dicuntur deuotionum dies , *d. l.vlt. de nauicul.* diuinæ venerationis , *l.* 2. *inf. de ſpectaculis,* ſupplicationum tempus, *l.vlt. d.tit. de ſpectac.* quibus, virtutibus Dei Omnipotentis ac meritis vniuerſi orbis obſequium impenditur : *d. l.vlt.* Erant verò hæ : dies Solis , ſeu Dominicus, de quo ſeptem conſtitutiones occurrunt hoc Codice , *lex* 1. *&* 2. *h.t. l.* 10. 13. *inf. de exactionib. l.* 8. *inf. de executor. l.* 2. *& l.vlt. de ſpectaculis* : Natalis , & Epiphaniorum , *d l.vlt. de ſpectaculis* : Paſcha, ſeu Paſcharum dies *l.* 2. *hoc tit. l.vlt. de Quæſtionib. l.* 3. 4. 6. 7. 8. *inf. de indulg. criminum* : *d.l.vlt. de ſpectaculis* : Paſchæ dies, dies quindecim qui ſepteno vel præcedunt numero, vel ſequuntur : *l.* 2. *h.t.* Pentecoſtes, *d. l. vlt. inf. de ſpectaculis.* Suæ etiam Iudæis feriæ hoc tempore relictæ: Sabbathi , inquam, aliique, quibus cultus ſui reuerentiam ſeruant , *l.vlt. hoc tit.* in quibus & feſtiuitatis ſolemne in memoriam Amanis , *l.* 18. *inf. de Iudæis.* De Paganorum feſtiuitatibus, *infrà tit. de Paganis.* Aliæ verò humanæ ſunt feriæ: Natales Principum ſuo tempore imperantium, qui vel lucis auſpicia , vel ortus Imperij protulerunt , *l.* 2. *h.t.* Æſtiui quoque & Autumni gemini menſes, & Kalendæ Ianuariæ, & Natalitij dies vrbis Romæ & Conſtantinopoleos , *d.l.* 2.

Et his tamen diebus quædam agere & exercere licuit : Emancipare , inquam, & manumittere , & ſic quæ maximè votiua ſunt complere licuit die Solis : *l.1.h.t.* Super nauiculariorum item diametro, inquiſitio diebus feriatis & deuotionum abſque vlla obſeruatione peragi potuit, *l. vlt. inf. de nauicul.* in Iſaurorum denique latronibus nullum Quadrageſimæ , nec venerabilem Paſcharum diem excipere Iudices debebant : *l. vlt. de quæſtionib.* Illud notandum , Principes quandoque feriarum dies conſtitutionib. ſuis recenſere oportuiſſe, vt ſciretur qui Iuridici eſſent, quod Valentiniano Iuniore factum Romæ , *l.2.h.t.*

---

## ¶ DOMINICO *die emancipare & manumittere licere.*

### 1. * Imp. CONSTANTINVS Aug. Helpidio."

SICVT indigniſſimum videbatur", diem Solis", venerationis" ſuæ celebrem, altercantibus iurgiis" & noxiis" partium contentionibus occupari , ita gratum ac iocundum eſt , eo die quæ ſunt maximè votiua" compleri : Atque ideò emancipandi* & manumittendi die feſto" cuncti licentiam habeant, & ſuper his rebus actus" non prohibeantur. PP." v. Non. Iunij." Caralis," Criſpo II. & Conſtantino II." coss. [321.]

INTERPRETATIO. *Quamuis ſancta die Dominica omnes lites ac repetitiones quieſcere iuſſerimus, emancipare tamen ac manumittere minimè prohibemus , & de his rebus geſta confici pari ordinatione permittimus.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* de quo mox. Inſeruit eam quoque Baronius Annalibus ſuis , *A.D.321.n.11.*

" *Helpidius* hic num Præſes Sardiniæ fuit ? Dicitur enim hæc lex *Propoſita Caralis* , quod vtique Sardiniæ oppidum erat ? An potius *agens vicem Præfecti Prætorio* , vt habet nominatim inſcriptio legis *6. Cod. de ædif. priuatis*, quæ hoc ipſo anno ad eum data eſt ? Iſtud verò præfero. Ad eundem quoque Helpidium data eſt hoc ipſo anno 321. præter hanc l. & d. l. *6. lex 2. Cod. Iuſt. hoc eod. tit. de feriis* : & A. D. 323. *lex 5. inf. de Epiſcopis* : A. D. 324. *lex 4. inf. de nauicular.* vbi agitur de portu Romæ. Eundem poſtea Præfectum Prætorio fuiſſe docet d. lex 4. *inf. de nauicular.* & Hieronymus teſtatur *in Vita Hilarionis : Ariſtæneta* , inquit , *Helpidij , qui poſteà Præfectus Prætorio fuit , vxor* , &c.

" *Videbatur* ; pro erat. v. Gloſſ. *Theod.*

" Solis dies. Ita quoque vocatur *l. 1. 3. inf. de executor. l. 10. 13. inf. de exactionib.* Seldenus *lib. 3. de iur. natur. gent. & ciu. cap. 19, p. 407.* notat hîc inſerta in MS. Guillelmi Monachi Malmeſburicaſis *quem Dominicum dicimus.*

" *al. Veneratione ſui.* vt etiam in MS. quodam poſtea vidi : & Seldenus ex ſuo notat *de iur. nat. gent. &c. d. lib. 3. c. 19. p. 407.* Venerationis autem vox hac in re propria.

" Ouidius *Faſtorum* 1. de Feriis.

——— *Inſanæque protinus abſint*
IVRGIA, *differ opus liuida turba tuum.*

" *Noxiæ* partium contentiones.

" Votiua, quæ votis maximè expetuntur. Sic votiua feſtiuitatis ſolemnitas , *l. 2. inf. de expenſ. ludor.* votiua Curialium numeroſitas , *l. vlt. inf. quemadm. mun. ciuil.* votiua proles , *l. 27. inf. de Epiſcop.* Editorum , quos votiui ſumptus deſignarit electio , *l. 3. inf. de Prætorib.* Gloſſ. εὐκταῖος, *optabilis , votiuus.* Tertullianus *lib. 1. ad Nat. c. 9.* ſi votiua vaſtauit, de frugibus vindemij , prouentu agrorum. Pollio *Galbenis p. 176. votiuúmque illi fuiſſe quod non haberet* , &c. Apud Symmachum paſſim hanc vocem vſurpatam reperies , vt *lib. 2. ep. 64.* votiua & felicia negotia præparationis Conſulatus : *lib. 2. ep. 78.* votiua expenſio in Quæſtorium munus : *lib. 2. ep. 83.* votiua officia in conſulatu alieno : *lib. 4. ep. 31.* votiua cauſa officij conſulatus : *lib. 5. ep. 20.* votiua candidati negotia & Quæſtoris apparatus : *lib. 5. ep. 46.* cauſa votiua euocari ob Quæſtorium ſcil. munus : *lib. 6. ep. 51. & 63.* votiua legatio : *lib. 7. ep. 59.* votiua largitas ad ludorum exhibitionem : *lib. 7. ep. 81.* votiua officia , in adornanda Prætura aliena : *lib. 8. ep. 11.* Votiua de ſanitate . *lib. 9. ep. 12.* Votiua domus , ſeu Præturæ editionis functio : *lib. 9. ep. 18. & 19.* Eodem ſenſu , votiua occaſio : *lib. 9. ep. 19.* votiua editio : *lib. 9. ep. 98.* Votiua oblatio de ſportula nuptiali : *lib. 9. ep. 122.* votiua cauſa Præturæ : *lib. 10. ep. 54.* votiua potentia.

* Legi actus 7. Cod. de feriis , hæc poſtrema ſententia infarta eſt.

" Acta , in d. l. 7. & in MSS. nonnullis : quomodo & Interpres hic , *geſta.* Verùm *Actus* , rectum eſt : nempe actum legitimum Emancipationis & Manumiſſionis intelligit : de quo mox.

" Data in MS. malè : in Aniano Regio, *Publicata Nonas Iulias* : errore ibi & in aliis communi, quo has notas *PP.* per *Publicata* exprimunt.

" *Iulij* , vel *Iulias* : ita in MSS. nonnullis, & quidem in Regio.

" *Caralis* , &c.

## COMMENTARIVS.

DE SOLIS die , ſeu Dominico , eſt hæc Conſtantini M. conſtitutio : cuius de eodem altera , verùm prior tempore ad eundem Helpidium hoc ipſo anno extat *Cod. Iuſtinianeo* lex 2. *hoc tit.* De quo in vniuerſum ſex præterea leges occurrunt *hoc Codice* : putà Valentiniani Sen. *lex 1. inf. de executorib.* quæ repetitur *l. 1. inf. de exactionibus* : Valentiniani Iun. *lex 3. inf. de executorib. l. 13. de exactionibus* : *lex 2. hoc tit.* Theodoſij M. *lex. 2. inf. de ſpectacul.* Theodoſij Iun. *l. dominico , vlt eod. tit. de ſpectaculis.* Nos de hac Conſtantini M. lege videamus.

¶ Igitur, die Solis, vt maximè lites ceſſare vel quieſcere iam antea voluerit , & nunc porrò velit Conſtantinus M. attamen emancipandi & manumittendi eo die licentiam, ſupérque his rebus *actus* celebrandi, poteſtatem *hac l.* facit A.D.321. *Actus* inquam *celebrandi* , id eſt , ſolemnia agitandi, quæ in



in emancipationibus & manumiſſionibus interueniebant: Perperàm enim Tribonianus vocem iſtam in *acta* mutauit , & Interpres eodem errore *geſta* interpretatus eſt. Diſcrimen igitur facit Conſtantinus inter actus contentioſæ & voluntariæ Iuriſdictionis : nempe enim veneratio diei Solis non infringitur iis quæ maximè *votiua* ſunt , quibúſque altercantium iurgia , noxiæque partium contentiones non intercedunt.

¶ Hæc perſpicua *huiuſce legis* ſententia eſt : ad cuius pleniorem tamen intellectum ſequentia obſeruanda ſunt. *Primò* quidem tenendum , Conſtantinum M. primùm Dominicæ diei religionem hâc veneratione ſanciuiſſe , vt videl. Iuridicis diebus ἐργασίμοις actibúſque contentioſis priuatorum eum eximeret : Præterquam quod enim vel ipſa ſuperiorum temporum , imò tempeſtatum & perſecutionum ratio & conditio id ſatis euincit , huius inſtituti originem non vlteriùs ſeu altiùs quàm à Conſtantino M. repeti poſſe , vtpotè qui primus ſtata deinceps Eccleſiæ halcyonia quæſiuit, primúſque Imperatorum venerandâ Chriſtianorum fide muniuit Imperium , id ſanè diſertis verbis teſtatur, præter Auctorem vitæ Conſtantini , *lib. 4. cap. 18.* Sozomenus , *lib. 1. cap. 8.* his verbis : τὴν κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν (ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν , Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι) καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἐνομοθέτησε , δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας , καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν. ἐτίμα δὲ τὴν Κυριακὴν , ὡς ἐν ταύτῃ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν : τὴν δὲ ἑτέραν , ὡς ἐν αὐτῇ σταυρωθέντος : ſcilicet imperati à Deo otij die Sabbathi , cui Dominicus dies ſubſtitutus, memor Conſtantinus M. quia & cùm Gentiles quoque feriis ſuis quas Diis cõſecrauerant, iurgia amouiſſent, diebúſque ἑορτασίμοις τὰς ἱεροποιΐας μετ᾽ ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι voluiſſent , vt ſcribit Strabo *lib. 10.* INDIGNISSIMVM ei viſum , vt ipſemet *hac leg.* loquitur , diem Dominicum altercantibus iurgiis & noxiis partium contentionibus occupari. Ante Conſtantinum equidem fauſtus hic inter Chriſtianos dies habitus , quod ipſe etiam Conſtantinus ait , *l. 10. inf. de exaction. & l. 1. inf. de executor.* iam inde à primis naſcentis Eccleſiæ primordiis, & vt frequens opinio eſt ab Apoſtolis Sabbatho ſubſtitutus ad cultum Dei , vt colligunt ex tribus ſcripturæ locis , *Act. Apoſtolorum cap. 20. v. 7. 1. Corinth. 16. v. 1. & 2. & Apocal. 1. v. 10.* quod tamen de ipſis Apoſtolis quidam controuertunt , de quo eſt peculiaris diſſertatio Gomari *cap. 6.* εἰς μνήμην τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως , quia in eo Saluator noſter à mortuis excitatus eſt , teſte Ignatio & Iuſtino *fine Apolog. 2.* in cuius etiam Reſurrectionis fidem & memoriam ſtantes, neque de geniculis eo die adorare Chriſtiani ſolebant : Tertullian. *de corona milit. cap. 3. & Can. 20 ſeu vlt. Concilij Nicæni.* Hieronymus *aduerſus Luciferianos* : & Auguſtinus *ep. 119. ad Ianuar.* Author *reſp. ad Orthodox. 115.* Verùm eo fine tum ſtetit , ſtaréque oportuit inter Chriſtianos ſanctitas diei Dominicæ , vt eo die ad preces vndique conuenirent , lætitiámque & otium curarent, diéſque ea καταπαύσιμος eſſet , Iuſtino teſte *Apologia 2.* & Tertulliano *cap. 13. lib. 1. ad Nationes , & cap. 16. Apologet.* At ἐργασίμοις & Iudiciariis diebus tum eximi non potuit ; quod à Conſtantino demum factum eſt. Atque ita hæc inter ſe conciliari oportet , non quaſi iam antea ἐργασίμοις hæc dies detracta fuerit , verùm ſub Conſtantino M. id malè obſeruatum fuerit , & à Paganis infractum: quomodo nonnulli cenſent.

Quando verò id à Conſtantino factum primum fuerit , in obſcuro eſt : Nam quod fermè cenſent, id hâc primùm conſtitutione factum , id omninò vel *hæc lex* ipſa refutat. *Lex* enim hæc , non ſancientis primùm religionem diei Dominicæ , verùm ( quod verba eius apertè ingerunt ) quoſdam actus à ſancitâ iam eius diei religione ſecernentis eſt : hiſce ſignatè verbis ; *Sicut indigniſſimum* VIDEBATVR , *diem Solis veneratione ſui celebrem altercantibus iurgiis & noxiis partium contentionibus occupari* ; ITA *gratum ac iocundum* EST, *eo die quæ ſunt maximè votiua compleri* : ATQVE IDEO *emancipandi & manumittendi die feſto cuncti licentiam* HABEANT , *& ſuper his rebus actus* NON PROHIBEANTVR. Ac ſi diceret Conſtantinus M. etſi diem Solis Iuridicis actibus & contentioſis occupari indigniſſimum mihi paulò ante viſum fuerit , non ideò tamen votiua eo die compleri interdictum quis putare debet. Verius igitur id à Conſtantino M. ante *hanc leg.* factum , & quidem paulò antè , ea ipsâ Conſtitutione quæ extat *Codice Iuſtinianeo* : puta *l. 2. Cod. de feriis* , quæque hoc ipſo anno menſe Martio data eſt ante trimeſtre, & ad eundem *Helpidium.* Verba eius hæc ſunt : *Omnes Iudices* , inquit , *vrbanæ quia plebes & cunctarum artium Officia venerabili die Solis* QVIESCANT : *ruri tamen poſiti agrorum culturæ liberè libentérque inſeruiant , quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis , aut vineæ ſcrobibus mandentur , ne occaſione momenti pereat commoditas cæleſti prouiſione conceſſa* : Vbi etiam vides , alteram, maximè votiuorum , ſpeciem excipi : quæ ſcilicet votis omnium depoſcitur , putà frugum & vindemiarum prouentum ; ( quæ ſanè Tertullianus *lib. 1. ad Nationes , cap. 9.* ſpeciali *votiuorum* appellatione, ideò deſignauit, vbi de ea Gentilium calumniâ agit, quâ Chriſtiani dicebantur calamitatum omnium cauſæ Auctoréſque : *Omnis* inquit , *cladis publicæ vel iniuriæ nos cauſas eſſe vultis : ſi Tyberis redundauerit , ſi Nilus non redundauit , ſi cælum ſtetit , ſi terra mouit , ſi* VOTIVA *vaſtauit , ſi famis afflixit , ſtatim omnium vox Chriſtianorum fatum* ; verùm de hâc *votiuorum* appellatione plura *in Notis.*

Quare ſic ſtatuo *legem 2. C. de feriis* illam, illam eſſe Conſtantini M. conſtitutionem , quâ primùm religionem diei Dominicæ otio ſanciuit: addita exceptione ſpeciei cuiuſdam Votiuorum, actuum inquam neceſſariorum ἀροτριάσεως & ἀμπέλων γεωργίας. Quibus iungatur & ſpecies *legis vlt. in f. inf. de nauicular.* Et hoc ipſum etiam non ſine exemplo Iuriſprudentiæ Gentilitiæ , de quo nota ſunt Virgilij , Macrobij , & aliorum loca. At cùm moxmox dubitari cœpiſſet , de altera *votiuorum* actuum ſpecie , putà de Manumiſſionibus & Emancipationibus , Conſtantinus ad eundem Helpidium ſuper eo *hanc legem* dedit. Atque ita hâc diſtinguo.

¶ *Tertio* loco , veniant nunc ſub manum duæ illæ Votiuorum ſpecies , quæ *hac l.* excipiuntur. Sanè eodem quoque pertinet embolimæa lex *Codice Iuſtinianeo eod. tit.* quæ incipit , *vt in die Dominico* : quam Codex ille hodie exhibet , verùm à vetuſtis Codicibus rectè abeſt; eò quippe illa è Gothico iure , ſeu Theodoriciano infarta eſt : Et traductum iſtud *l. actus omnes 7. vel 8. Cod. de feriis* , ad dies 15. Paſchales ex *hac noſtra*, à Triboniano : & ad alium quemcunque diem feriarum. Theophilus *de libertinis* , δύναται δίδοσθαι καὶ ἐν ἀπράκτῳ ἡμέρᾳ , vt habet editio Vigeliana. Neque Conſtantino M. quoque hâc parte exemplum defuit à Iuriſprudentiâ Gentili : nam vt omittam alia opera quæ ἑορτασίμοις , ſeu feſtis diebus fieri poterant , de quo Virgilius Georgicor. 1. Columella *de re ruſtica 2. cap. 22.* Seruius ad Georg. Virgil. Vmber , Scæuola, alij apud Macrobium *lib. 2. Saturnal. cap. 16.* Emancipatio quoque quocunque die feſto , ſeu feriato iam

fieri iam olim potuit, teſte Paulo *lib. 2. ſent. 25. §. 2.* Neque diſpar Manumiſſionis ratio, publicæ vtilitatis cauſa: etſi ſummo alioquin iure die nefaſto manumiſſus, vitio manumiſſus dicebatur, vt ſcribit Varro, *lib. 5. de lingua Latina*, vbi de *nefaſtis diebus*. Diſpar verò ratio eſt ſpectaculorum & ludorum, etſi hæc ipſa vel maximè votiua eſſent, vnde & *votiua feſtiuitatis ſolemnitas*, de his ludis dicitur, *l. 2. inf. de expenſis ludor.* Item Editorum, quos votiui ſumptus deſignarit electio: *l. 31. inf. de Prætoribus*: Quâ etiam *Votiui* appellatione paſſim vtitur Symmachus, cùm de ludis & feſtiuitatibus agit, vt *in Notis* iam indicaui; nempe quod his diuina veneratio & ſolemnitas confundatur, quod à Theodoſio M. iteratâ etiam conſtitutione prohibitum *l. 2. inf. de ſpectaculis*, & à Theodoſio Iun. *l. dominico, vlt. cod. tit.* vt eſt à Leone & Anthemio, *l. vlt. Cod. de feriis.* Idque etiam Patres Africani ab Honorio Imp. per Africam ſanciri petierunt, A.D. 401. *canone 61. Codicis Africani.* Quæ ſi quis attendat, idem quoque ſuſpicetur, iſtud à Conſtantino M. exertè non prohibitum, vel certè à populo id impetrare non potuiſſe: ac maximè inductus, *d. l. 2. inf. de ſpectaculis*: vbi ita Theodoſius M. *Illud etiam præmonemus, ne quis in legem noſtram quam dudum tulimus, committat: nullus Solis die populo ſpectaculum præbeat, nec diuinam venerationem confectâ ſolemnitate confundat.* Neque inanis fortè ſuſpicio ſit Conſtantinum *hac l.* his verbis, *quæ ſunt maximè votiua*, reſpexiſſe ad ludos & ſpectacula, præ quibus Emancipatio & Manumiſſio votiua magis eſſet, atque adeò Solis die multò magis permittenda quàm Ludos. Et ſi antiquo Eccleſiæ iam ante Conſtantinum inſtituto, Chriſtiani eo die ab omnibus mundialibus voluptatibus abeſſent, & lauacrum quoque eo die ſubtraherent, teſte Tertulliano *lib. 1. ad Nationes, cap. 13.* quem ipſe è *Codice Agobardi* primus extuli. Etſi rurſum Sozomenus dicat ipſum Conſtantinum ſanxiſſe, vt omnes ab omnibus negotiis δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων eo die quieſcerent, precibúſque vacarent: id enim ad Artium officia pertinere indicat ipſamet Conſtantini M. *lex 2. Cod. de feriis.*

¶ Quarto iam loco obſeruetur in *hac* Conſtantini M. *lege* Solis diei appellatio: Dominicum diem ſcilicet, *Solis diem* etiam Chriſtiani dixêre: neque Principes tantùm, Conſtantinus, Valentinianus, vterque Theodoſius *hac l. & l. 2. inf. & l. 1. 3. inf. de execut. l. 10. 13. inf. de exact. l. 2. inf. de ſpectaculis*: verùm etiam Patres ipſi: Iuſtinus, *Apolog. 2.* Tertullian. *Apologetic. c. 16. & lib. 1. ad Nation. c. 13.* Quod Gregor. Turonenſis, *lib. 3. hiſtor. Franc. c. 13.* reprehendit: *Ecce*, inquit, *dies Solis adeſt*, (*ſic enim Barbaries diem Dominicum vocitare conſueta eſt*:) Et Maximus quoque Epiſcopus *in ſermone de Pentecoſte: Dominicum Diem ab hominibus ſæculi diẽ Solis diẽ appellari* ſcribit. Quomodo & Auguſt. *in Pſal. 93.* de Mercurij die. *Quarta ſabbathorum*, inquit, *Quinta feria, qui Mercurij dies dicitur à Paganis & à multis Chriſtianis.* Baronius exiſtimat *Annal. Eccleſ. tomo 3. A.D. 321. num. 11.* Conſtantinum *hâc l.* diem Solis more Gentilium eâ de causâ appellaſſe, quod eum non Chriſtianis ſolùm, ſed Gentilibus quoque ſcripturus, peculiari illis nomenclatura vti voluerit: Ego putem Rationẽ nullam aliam vſurpandæ Conſtantino appellationis iſtius fuiſſe, quàm quod hæc vulgi appellatio foret, atque etiam in Eccleſiâ vſurpata, cuiuſmodi alias in Eccleſiæ piorúmque Patrum vſum tranſgreſſas liquet.

¶ Quintò obſeruandum, deſiderari hodie eam Conſtantinianeæ conſtitutionis partem, quam memorant Auctor vitæ Conſtantini, & Sozomenus quâ Conſtantinum τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης, id eſt, diem Veneris ſeu παρασκευὴν religione quoque vt diem Dominicum ſanciuiſſe narrant in memoriam crucifixionis. Et mirum nullam eiuſce rei memoriam vllibi prætereà occurrere: quid dico memoriam, imò ne leue quidem eius argumentum, vt proinde de vtriuſque fide non inani coniectura quis ambigat; verùm de fide eſtote ſecuri ô boni Scriptores; Proculdubio hoc vult is, à Conſtantino M. diem Veneris non quidem eâdem prorſus religione ſancitum, vt eo iudicia & officia penitus quieſcerent; verùm proximâ, videlicet vt & hic dies publicarum precum & conuentuum eſſet: Et hoc quidem vetuſtiſſimo Eccleſiæ Chriſtianæ inſtituto, quo dies Veneris nominatim, & vt loquebantur, feria ſexta, προσάββατον, παρασκευή, Stationum & ſemiieiuniorum, id eſt, conuentuum in Eccleſiam ad Nonam vſque horam de numero erat, & quidem eâ ipſa ratione quâ illi Conſtantinum M. motum tradunt, vt nominatim tradit Petrus Alexandrinus & Tertullianus *aduerſus Pſychicos, cap. 2. 10. 14.* & Epiphanius *in compendio doctrinæ Chriſtianæ & aduerſus Arrium.* Socrates *lib. 5. cap. 22.* Philoſtorgius *lib. 10. c. 12.* Quod vtique à Conſtantino M. *expreſsâ l.* ſancitum, & ſub lege præcepti, cùm id antea ex arbitrio obiretur: quod Tertullianus teſtatur *aduerſus Pſychicos.* Atque hoc voluerint Auctor vitæ Conſtantini & Sozomenus: & ille quidẽ, id eſt, Auctor vitæ Conſtantini, apertis verbis; τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πολιτευομένοις, ἅπασι σχολὴν ἄγειν ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ Σωτῆρος, ἡμέραις ἐνουθέτει: ὁμοίως δὲ καὶ τὰς πρὸ τοῦ σαββάτου τιμᾶν, μνήμης ἕνεκέ μοι δοκεῖν τῶν ἐν ταύταις τῷ κοινῷ σωτῆρι πεπρᾶχθαι μνημονευομένων, Vides Diem Dominicum otio mancipatum à Conſtantino M. diem Veneris cultu conſecratum, & publicâ prece, publico conuentu. Atque hâc diſtinctâ iam & clarâ obſeruatione, Hiſtoriam Eccleſiaſticam exornaſſe mihi videor.

¶ Non abs re quoque puto, omnium ſeptem conſtitutionum, quæ de die Dominicâ ſeu de die Solis *hoc Codice* occurrunt, & octauæ prætereà quæ extat *Codice Iuſtinianeo*, breue quaſi Chronicon ſubiicere.

| | |
|---|---|
| CONSTANTINVS M. Ante menſem Iun. A.D. 321. menſe Martio. | Otio diem Solis mancipauit, & Iuridicis diebus actibúſque priuatorum cõtẽtioſis exemit: *l. 2. C. Iuſt. de feriis*: quam & hæc lex indicat. *Agriculturâ* tantum exceptâ, *d. l. 2.* |
| Ipſo menſe Iunio A.D. 321. | *Voluntariæ* quoque Iuriſdictionis actus excepit, ſeu Emancipationes, & Manumiſſiones *hac l. 1.* |
| VALENTINIAN. Sen. A.D. 368. | *Exactiones* eo die prohibuit à Chriſtianis *l. 1. de executorib.* quæ repetita *l. 10. de exactionib.* |
| VALENTINIAN. Iun. A.D. 386. | Generaliter & indiſtinctè omnes omninò lites, omnia negotia quieſcere iuſſit, etiam ob debitum publicum etiam apud Arbitros cõpromiſſarios, ſub pœna ſacrilegij: *l. 3. infr. de executor. & l. 13. de exactionib.* |
| A.D. 389. | Iuridicis iterùm diebus eũ exemit *l. 2. h. t.* |
| THEODOSIVS M. A.D. 379. *vel mox poſteà.* | *Spectacula* die Solis edi vetuit: quod indicat, *l. 2. in fin. inf. de ſpectaculis.* |
| A.D. 386. | Et iteratâ iuſſione *d. l. 2.* |
| THEODOSIVS Iun. A.D. 425. | Et hîc ſpectacula Solis die edi per vniuerſas vrbes vetuit, *l. Dominico, vlt. inf. de ſpectaculis.* |



¶ Denique & hîc illud obſeruari cupio, Conſtantinum M. hoc potiſſimum anno CCCXXI. pro Chriſtianæ religionis reuerentia & maieſtate plurimùm laboraſſe: tribus his inter alia intra trimeſtre fermè conſtitutis. *Manumiſſionibus*, inquam, in Eccleſiâ pleniſſimâ conſtitutione firmatis *l. vn. de manumiſſ. in Eccleſia. 2. Dominicæ* diei veneratione duabus conſtitutionibus ſancitâ, putà *l. 2. C. de feriis, & hac l. 3. Teſtamenti* factione paſſiuâ ſeu ex teſtamento capiendi, pleniſſimâ Eccleſiis, ac nominatim Eccleſiæ vrbis Romæ, libertate factâ: *l. habeat vnuſquiſque 4. infr. de Epiſcopis Eccleſ. & Cler.*

¶ Ex ſuperioribus interim omnibus, & ex *hac l.* nominatim conſtat, quàm grauis ſit error Menochij, qui *de arbitr. lib. 2. cap. 3. num. 18.* ſcribit Theodoſium omnium primum iuſſiſſe dies Dominicos celebrari.

---

## ¶ FORENSIVM *feriarum numerus Romæ, ex Theodoſij M. & Valentiniani Iun. conſtitutione, eorúmque tempore.*

### II.* Imppp. VALENTINIANVS", THEODOSIVS, & Arcadius AAA. Albino PF. P."

OMNES dies iubemus eſſe Iuridicos. Illos tantùm manere feriarum dies, fas erit, quos, *geminis menſibus*", ad requiem" laboris indulgentior" annus accepit", æſtiuis" feruoribus mitigandis, & autumnis" fœtibus decerpendis. *Kalendarum* quoque *Ianuariarum* conſuetos dies otio ſancimus". His adiicimus *Natalitios* dies *Vrbium Maximarum* (Romæ, atque Conſtantinopolis) quibus" debent iura deferre", quia & ab ipſis quoque" nata ſunt. Sanctos" quoque *Paſchæ* dies, qui ſepteno vel præcedunt numero, vel ſequuntur, in eâdem obſeruatione numeramus. Necnon & dies *Solis*, qui repetito in ſe calculo reuoluuntur". Parem neceſſe eſt haberi reuerentiam noſtris etiam diebus, qui vel *lucis auſpicia*, *vel ortus Imperij* protulerunt. Dat. VII. Id. Aug. Romæ, Timaſio & Promoto coss. [389.]

INTERPRETATIO. *Cauſas per anni ſpatium omnibus diebus ſeundum leges audiri præcipimus. Et licet lex quatuor menſes ad fructus colligendos indulſerit, ſed" ita pro prouinciarum qualitate, & præſentia* Dominorum, *credidimus faciendum, vt" à die* VIII. *Kalendarum Iuliarum vſque in Kalendas Auguſti meſſiuæ feriæ concedantur, & de Kalendis Auguſti vſque in X. Kalend. Septembris agendarum cauſarum licentia tribuatur. A X. autem Kalend. Septemb. vſque in Idus" Octob. vindemiales feriæ concedantur. Dies etiam Dominicarum qui feriati ſunt, ab audiendis negotiis, vel exigendis debitis ſequeſtramus. Sanctos etiam Paſchæ dies, id eſt ſeptem qui antecedunt, & ſeptem qui ſequuntur. Necnon † & dies Natalis domini noſtri, vel Epiphaniæ, ſine forenſi ſtrepitu volumus celebrari. Natalem etiam Principis, vel initium* Regni *pari reuerentiâ conuenit obſeruari.*

## NOTÆ.

* Lex *omnes dies 6. Cod. Iuſt. eod. tit.* hinc & ex duabus prætereà aliis *hoc Codice* conſtitutionibus mirè à Triboniano conflata eſt: nempe ex *l. vlt. inf. de ſpectaculis. & l. 13. inf. de executor.* ſiue *l. 13. inf. de exactionibus.* Huius leg. meminit quoque Baronius *A.D. 389. n. 62.*

" Valentiniano Iun. non magis, quàm Theodoſio hæc lex accepta ferenda eſt: de quo mox.

" *PF. P.* (Romæ ſcil.) Et ita quoque habet Codex Iuſtin. *d. l. 6.* habent & MSS. Anianei. Idque etiam euincunt quamplures aliæ conſtitutiones hoc ipſo tempore ad eundem datæ: Valentiniani & Theodoſij Romæ poſitorum conſtitutiones: putà *lex 49. inf. de appellationib. l. 8. Cod. Iuſt. de ſeruis fugit. l. vn. de mancipib. l. 11. de maleficiis. l. 5. 6. de ſuariis, l. 5. de Aquæductu*: de quo mox plura.

" De horum verborum ſenſu mox.

" v. Nouellam *Theodoſij* 8.

" *Indulgentius.* C. Til. Cyprianus *ep. 1.* cùm indulgente vindemia, ſolutus animus in quietem ſolemnes ac ſtatas anni fatigantis inducias ſortitur.

" *Excepit.* C. Iuſt.

" *Æſtiuos.* C. Iuſt. vt mox, *Autumnos*, relatione ad menſes. Hoc noſtrum verius & elegantius. Symmachus ſimiliter *lib. 5. ep 97. vt mitigatis Autumni æſtibus ad ſuburbana concedam.*

" *Autumni* fœtus rectè pro *Autumnales.* Sic *Autumnum tempus*, Manilio, pro Autumno ſimpliciter: ſic *Autumnum frigus*, Ouidio, lib. 3. Metam. *Autumna tempeſtas* Gellio: *lib. 9. c. 7.* Cyprianus etiam ad Demetrianum: nec adeò arboreis fructibus Autumna fœcunda ſunt. Tertullianus *de reſurrect. carnis*: *Et Verna & Autumna ſuis vicibus, moribus, fructibus.*

" *Mancipamus*, C. Iuſt. & ita quoque eſt in C. Til. Aniano Regio & MSS. aliis.

" *In quibus* C. Iuſt. quo nil opus erat, imò hoc elegantius.

" *Differri*, C.Iuſt.& in Aniano Regio: Græci quoque & quidem Baſilica, *lib.7.t.17.* habent ἀργεῖν τὰ δικαστήρια. Quanquam & iſtud ſuſtineri poteſt, hoc ſenſu: iura tandiu cedere debere, eiſque illis diebus honorem deferre præſtare oportere.

" Vox, *quoque*, abeſt à *C.Iuſt.* quæ *hîc* eleganter inſerta.

" *Sacros*, Cod.Iuſt.& in MSS.nonnullis. Proprium magis *ſanctos*, & hîc & *l.8.inf.de indulg.crim.*

* Hinc hypobolimæa lex, *vt in die*, *Cod.de feriis*, maximam partem conflata eſt: de quo poſteà.

" *Item.*

" Ita quoque *d.l.vt in die.* At in An.Put.*Kal.*

† Et hoc extrinſecus additum ex *l.dominico vlt.inf.de ſpectaculis*: vnde & Tribonianus legi *6 Cod.hoc tit.* quæ hinc alioquin deſumpta eſt, hæc ipſa addidit. Porrò Reciſvvindus præter Natalem & Epiphaniam, addit diem Circumciſionis, & Aſcenſionis.

## COMMENTARIVS.

NVMERVM, ſeu Laterculum, feriarum forenſium, ſeu dierum in foro ἀπράκτων, nefaſtorum, hac conſtitutione definiunt & coarctant Impp. Valentinianus Iun. & Theodoſius M. & quidem Romæ, vt inſcriptio *legis* oſtendit, ipſique *Romæ* poſiti quod ſubſcriptio *legis* docet. Poſt Maximum videl. Tyrannum ſuperiore A.D.388. deuictum, Theodoſius & Valentinianus Impp.Romam hoc ipſo anno 389. profecti ſunt, & quidem menſe Iunio, quod pluribus oſtenſum in *Chronico Theodoſiano*: fidémque faciunt complures conſtitutiones hunc in Codicem relatæ, de hâc Theodoſij & Valentiniani *Romæ* mora, per trimeſtre ferme, menſe Iunio, Iulio & Auguſto: putà lex 18. *inf.de hæreticis*: *l.25. de operib.publicis*: *l. 49. inf. de appellationib. lex 9. de annonis ciuicis*: *lex vn.de mancipibus*: *l. 11. de maleficis*: *l.5. 6. de ſuariis*: *l.5. de Aquæductu*: quarum pleræque ad eundem *Albinum P.V.Romæ*. cui hæc lex inſcribitur, datæ ſunt. Cæterùm eo tempore Romæ conſtituti Valentinianus & Theodoſius, eidem Vrbi in quamplurimis conſultum iuêre; teſte quoque Pacato, *fine Panegyrici*, & quidem variis in id conſtitutionibus ad Albinum, vt dixi, P. V. Romæ, datis: tùm in negotio Religionis (non ſine conſilio proculdubio Syricij Papæ) *l.18. de hæreticis*: & *hâc* quoque *leg.* ex parte: tùm in his, quæ ad annonam & ornatum Vrbis ſpectarent, *l.vn. de mancipibus*: *l.5. & 6. de ſuariis*: *l.5. de Aquæductu*: tum in criminalibus, *l. 11. de maleficis*: tandem in his quæ ad Iudicia, eorúmque ordinem pertinent, quò ſpectat *lex 49. de appellationib.* Et hæc potiſſimùm lex noſtra: quâ dierum feriatorum numerus ſubducitur, & præter hos reliqui omnes Iudiciarij ἐμπρακτοι eſſe iubentur: quod hâc tempeſtate neceſſitas exigebat, cùm iam plures adhuc Iudiciariis diebus Romæ eximerentur: Nam, vt in multis olim Rebuspublicis, veluti Athenienſi, Tarentina, aliiſque eueniſſe legimus, vt creſcente variis occaſionibus dierum nefaſtorum numero, tandem plures voluptatibus otióque dicati dies reperirentur, quàm negotioſi & Iuridici: Idem & in Romanâ quoque Republicâ, imò ipſamet vrbe Româ potiſſimùm ſæpiùs euênit iam ante Auguſti tempora, quod vna Ciceronis *in Verrinis* querela declarat: Itaque Auguſtus, teſte Suetonio, *in vita eius, cap.32.* huic malo medicinam fecit, triginta amplius diebus, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodatis. Factum & ſimile quid à Claudio, narrante eodem Suetonio, *in eius Vita, cap.23.* & Dione *in eius vita*: ſub Nerone apud Tacitum 13. *Annal. cap.41.* Caſſius, *oportere diuidi ſacros & negotioſos dies, quibus diuina colerentur, & humana non impedirentur.* Similiter Antoninus Philoſophus, referēte Capitolino, *in eius vita, p.16. Iudiciariæ*, inquit, *rei ſingularem diligentiam adhibuit; faſtis dies Iudiciarios addidit, ita vt ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibúſque diſceptandis conſtitueret.* Quod non temerè ab eo ſcriptore notatum: vix enim alio tempore, ſi antiquiſſima excipias, tot dies Iudiciarij in anno Romano fuêre. Poteſt iniri ratio ex veteri Kalendario, quod hodieque exſtat, & ex hiſtoriis: quod & Caſaubonus iam rectè notauit. Vide hanc ad rem quoque Orationem V.C.Brettij *lib. 2. deciſ.6.* Similis igitur nunc Valentinianum Iun. & Theodoſium Romæ poſitos cura inceſſit, coarctandi videlicet dies feriatos, paucis tantùm in id deſignatis, cæteris proinde omnibus rerum actui deſtinatis, cùm antea plures longè feriarum forenſium dies eſſent: quod apertiſſime indicant, cùm aiunt: OMNES DIES IVBEMVS *eſſe Iuridicos*: *illos* TANTVM MANERE *feriarum dies* FAS ERIT.

¶ Ergo in vniuerſum Nouem tantùm ferias Iudiciariis diebus Imperatores iſti exemêre, è quibus quatuor non ſingulorum dierum fuêre, verùm σύστημα quoddam ſunt plurium inter ſe eâdem vel relaxatione vel religione iunctorum: putà Æſtiuæ & Autumnales feriæ, Paſchæ dies & Kalendarum Ianuariarum. Nos omnium iſtorum dierum feriatorum numerum hic ſubducamus.

### LATERCVLVM dierum feriatorum, ſeu feriarum forenſium *Romæ* ex Valentiniani Iun. & Theodoſij M. conſtitutione, tempore Papæ *Syricij* A.D. 389.

| | |
|---|---|
| Feriæ Æſtiuæ. | Dies XXX. |
| Feriæ Autumnales. | Dies XXX. |
| Kalend. Ianuar. | Dies III. |
| Natalis Vrbis Romæ. | Dies I. |
| Natalis Vrbis Conſtant. | Dies I. |
| Paſchæ. | Dies XV. |
| Solis. | Dies XLI. circiter: ſubducendi enim tres de Paſchalibus, octo de Æſtiuis & Autumnalibus feriis. |
| Natales Imp. Valentiniani, & Theodoſij. | Dies IV. |
| IN VNIVERSVM, | DIES CXXV. |

Reliqui CCXL. ἔμπρακτοι FERIATI, ſeu feriarum forenſium.

Iudiciarios igitur reliquos omnes dies eſſe voluerunt Valentinianus & Theodoſius M. qui numero ſuperſunt CCXL. decem tantùm (quod notandum) auctiores, quàm Marcum Philoſophum conſtituiſſe refert Capitolinus, *loco* quem *ſuprà* attulimus. De ſingulis illis feriatis diebus nunc videndum eſt.

¶ Primo loco feriati dies hîc memorantur, *Geminis menſibus*; id eſt, feriæ Æſtiuæ & Autumnales, quas eleganter ita deſcribit: *Dies quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, æſtiuis feruoribus mitigandis, & autumnis fœtibus decerpendis.* Quorum etiam verborum fidem in *Notis* iam adſtruximus. Gemini igitur menſes hîc feriatis dieb. adſignantur: vnus videl. meſſium, alter Autumni ſeu vindemiarum, & ſic ſexaginta dies in vniuerſum; quomodo in iure paſſim triginta dies in menſem computabantur, de quo *alibi*. Quare



falleretur admodùm Interpres *huius l.* ſi ita hunc locum acciperet, quod vulgata editio præfert, quaſi duo menſes meſſibus, totidem vindemiis, atque adeò quatuor in vniuerſum hîc tribuuntur: Verùm non ita eſt, & hunc ab eo næuum & MSS. melioris notæ ſubuouent, & ipſa computatio quæ mox ſubiicitur. Sed & Baſilica *lib.7.t.17.* δύο μῆνες καθ' ἕκαστον ἔτος, &c. τουτέστιν ὁ τοῦ θερισμοῦ καὶ ὁ τοῦ τρυγητικοῦ. Harum porrò feriarum mos & obſeruatio in vrbe Roma vetus admodum fuit: Neque tamen adhuc Oratione primùm Diui Marci cuius meminit Domitius Vlpianus *l.1.2.3. π. de feriis* inductum id fuit: Nam & antè, Statius Papinius *lib.4. ſyluar.* ad Marcellum ſub Domitiano.

*Certè iam Latiæ non miſcent iurgia leges.*
*Et pacem piger annus habet meſſéſque reuerſæ*
*Dimiſêre forum: nec iam ſibi turba reorum*
*Veſtibulo, querulique rogant exire clientes:*
*Ceſſat centeni moderatrix Iudicis haſta.*

Vt & Plinius *lib.8. ad Arrianum epiſt.* Gellius *lib.9. cap.15.* Earundem alioquin meminit quoque Minutius Felix *in Octauio.* Igitur à Marco mos ille tantùm certiùs ordinatus conſtitutúſque fuit. Neque in foro tantùm, verùm etiam in ſcholis ferias has obſeruatas, teſtis Auguſtinus *lib. 9. Confeſſionum, cap.2.* Cæterum ſtatæ hæ feriæ non fuerunt, verùm ex conſuetudine cuiuſque loci Præſides prouinciarum has ferias ſtatuebant, teſte Paulo *lib.1.ad Edictum*, quo is Edicta de in ius vocando executus fuerat *in l 4. π. de feriis.* Idque oſtendit etiam computatio illa quam Interpretatio huic legi ſubdita habet, Theodoriciana ſcilicet, quam & hypobolimæa lex, *vt in die*, *Cod. de feriis*, inde habet: ſed & Reciſvvindi Regis conſtitutio, quæ continetur *lib.2. legis Viſigothorum tom.1. l.11.* quâ quidem duo menſes de die ad diem his feriis conſtituuntur.

Quod computationem ipſam attinet, diuerſa, vt dixi, fuit hæc pro prouinciarum diuerſitate ſeu cuiuſque loci conſuetudine computatio: quod Interpres quoque huic legi addidit, *pro prouinciarum qualitate.* Et idem Meſſiuas ferias computat à VIII. Kal. Iul. ad VIII. Kal. Auguſtas. Aliter paulò Reciſvvindus *Viſigothic. lib.2. tit.1. l.11.* *Nec non*, inquit, *pro meſſiuis feriis a XV. Kal. Auguſti vſque ad XV. Kal. Septembris: in Carthaginenſi verò prouincia propter locuſtarum vaſtationem aſſiduam à XV. Kal. Iul. vſque ad XV. Kal. Auguſti Meſſiuas ferias præcipimus obſeruandas.* Vindemiales verò ferias computat hic Interpres a X. Kalend. Septembr. vſque in Idus Octobr. at Reciſvvindus *à XV. Kal. Octobr. vſque ad XV. Kal. Nouembr.* Addit Interpres *etiam pro præſentia dominorum* computationem fieri: vbi Regum Gothorum ordinationem intelligit. *Domini* paſſim in his Gothi Interpretis interpretationibus pro Regibus Gothorum intelliguntur: de quo vid. Gloſſ. *præſentia*, pro *ordinatione*: niſi hîc legendum putemus, *præcepto*, vel *præceptione.* Tandem verò ſublatæ fuerunt hæ feriæ ab Ottone *lib.2. tit.49. legis Longobardorum.*

Tertio iam loco, *Kalendarum Ianuariarum dies conſueti* feriati in foro eſſe iubentur: non ipſarum ſcilicet tantùm Kalendarum Ianuariarum, verùm etiam *pridie Kalendarum*, quod antiquo Iure iam obtinuit, vt teſtatur Vlpianus *in l. pridie 5. π. de feriis*: & colligere quoque eſt ex deſcriptione Kalendarum Libanij *pag.178. 179.* His adde & diem tertium Nonarum, quo vota pro ſalute Principis ſuſcipiebantur: teſte Gaio, *l. ſi caluitur 233.§.1.π. de verb. ſignif.* & vetus Kalendarium Romanum Heruagianum, ſub Conſtantio ſcriptum, ante hos ... fermè annos, vbi ad *III. Non. Ianuar.* adſcriptum, *Votorum nuncupatio.* Quare & hic proculdubio dies inter *conſuetos* Kalendarum Ianuariarum dies fuit: niſi ſi & plures fuêre qui Kalendas ſequebantur, vt ex eodem Libanio colligas. In ipſam certè Kalendarum Ianuariarum obſeruationem per hæc tempora inuecti paſſim Patres quique, & in his Tertullianus *lib. de Idololatria*, Ambroſius *ſermone 17.* Aſterius Amaſcæ Epiſcopus, *homiliâ in id expreſſâ*, inter *Rubenianas*: Chryſoſtomus *non vno loco*: Auguſtinus quoque *epiſt.64.* & *ſermone in id ſpeciali*: Chryſologus *ſermone 155.* Variáque Concilia. Quod verò attinet feriatos hos in foro Kalendarum Ianuariarum dies, de eo quoque eſt Libanij locus in orat. inedita εἰς τὰς Καλάνδας, καὶ δὴ καὶ δίκας ἀνέβαλον, ἢ γραφάς, καὶ τιμωρίας, κλείουσι δικαστηρίοις μὲν θύρας; κατηγόρει [γρ. κατήγορον] δ' τὸ στόματα.

Quartò & Quintò, duos dies Natales Vrbium Maximarum *Romæ* ſcilicet & *Conſtantinopoleos*, feriatos manere iubent *hac leg.* Valentinianus Iunior & Theodoſius; quæ vtraque ſui Orbis Metropolis erat: illa Occidentalis, hæc Orientalis. Nempe hæ duæ ciuitates βασιλεύουσαι βασιλίδες, ſeu Regnantes erant; vt eas quoque vocat Theodoſius Iun. *nouella 11. in l.1. ſub fin.* vbi videre eſt iucundum aliud harum Regnantium Ciuitatum προνόμιον. Itaque harum Vrbium Natales celebritate tranſacti, non minùs quàm Natales Principum: illius, iam inde ab antiquo; huius poſtea prioris exemplo & de imitatione, vt loquitur Auſonius in *Gratiarum actione*, in non abſimili argumento. Quò pertinet inſignis Sozomeni locus *lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap.16.* ἐπεὶ γὰρ καιρὸς παρῆν βασιλέα δωρεῖσθαι στρατιώταις, γίνεται δὲ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ἐν ταῖς Ῥωμαίων ἱερομηνίαις, καὶ βασιλέων, καὶ βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραις, id eſt, *vbi tempus aduenit, vt Imperator dona militibus elargiretur, quod quidem Kalendis apud Romanos, & diebus Natalitiis tum Imperatorum, tum Regiarum Vrbium fieri ſolet.* Exæquatæ ſcilicet hac quoque parte hæ duæ Vrbes. Cæterum *Palilia*, ideſt, Vrbis Romæ Natalem, in diem XI. Kalend. Maïas incidere, præter Plinium 18. *cap.26.* Solinum *cap.2.* Eutropium *lib. 1.* Veterem Authorem Commentarij *in Arati Phænomena*, Plutarchus *in Romulo* ſcribit, ἡ κτίσις ἡμέρα γενέσθαι τῇ πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Μαΐων ὁμολογεῖται, καὶ ταύτην ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. Feſtus igitur hic dies, & ſumma feſtiuitate tranſactus; non tantùm ſub Gentilibus (quod teſtatur quoque Auctor *Panegyrici*, qui dictus eſt Maximiano, hoc initio, *Cum omnibus feſtis*) ſed & ſub Chriſtianis quoque Principibus. Quod præter hanc *legem*, & Sozomenum teſtatur quoque Symmachus *lib.6. ep. 40.* Neque tantùm eo die dona militibus à Principe erogari ſolita, vt ex Sozomeno iam vidimus, ſed & ludi Circenſes exhibiti: teſtimonium eius in Caſſiodori Chronico *ſub Philippo Imp.* Conſtantinopolis autem Natalis & Encœnia incidunt in diem V. Idus Maïas, ideſt, vndecimum Maij; teſtes Marcellinus Comes, Caſſiodorus, Cedrenus, Chronicon Alexan. & Zonaras. Ratio porrò horum Natalium Vrbis Romæ & Conſtantinopoleos cur feriati, inquam, ſint, & non iuridici, hæc aſſignatur; ideo iura his deferre (vel differri) debere, quia & ab ipſis quoque nata ſunt: Vt omittam quæ adfero ad *l.1.inf.de ſtudiis liberalib. Vrb.Romæ.* Huc facit inter alia quoque locus Claudiani, *Panegyr.3.Stilichonis*, vbi de Roma agens:

*Armorum*, LEGVMQVE *parens, quæ fundit in omnes*
*Imperium, primique dedit cunabula* IVRIS.

Et altero, in Conſul.Olybrij & Probini, Theodoſius ita Romam alloquitur.

—— *O Numen amicum*
*Dux ait*, & LEGVM GENITRIX.

Et tertius eiuſdem in 6. Honorij Coſ. v. 428. ſic ait.

*O Dea, nec* LEGVM *fas eſt occurrere* MATRI.

Sextò, *Sancti Paſchæ dies* feriati manere iubentur. Paſchæ, inquam, dies, ideſt quatuordecim, quorum ſeptem diem Paſchæ præcedebant (de quibus etiam Baſilius homilia 14. κατὰ μεθυόντων, totidem ſequebantur: nam ipſe Paſchæ dies ſequente mox Solis diei appellatione ſatis comprehenditur, vtpotè cùm Solis die celebraretur: Imò & duo præterea dies è quatuordecim, ſeu ſinguli è ſeptenis ſatis ipſo die Solis comprehenduntur, vt reuerà non niſi ſex dies Antepaſchales fuerint, ſex Poſtpaſchales μεθέορτοι. Sanè iam olim, cùm ieiunij Quadrageſimalis nondum ſtata ratio eſſet, circa A.D. 260. ſex tantùm dies Antepaſchales ieiunio tranſacti; quod videre eſt ex Dionyſ. Alex. Ep. apud Zonaram & Balſamonem, μηδὲ τὰς ἐξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως, μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένοντες: quem locum perperam nonnulli ita afferunt, quaſi antepaſchalem hanc ſeptimanam è pluribus antepaſchalibus *vltimam* dixerit Dionyſius. Hâc ipsâ etiam tēpeſtate, ſex duntaxat diebus maioris huius Hebdomadæ antepaſchalis Xenophagiam Chriſtianis imperatā, docet Epiphanius *in expoſ. fidei p.* cùm alibi aliter. Ergo reuerà duodecim tantùm dies Paſchales *hac leg.* Iuridicis diebus eximuntur. Computatis verò in vniuerſum diebus, quibus fora ſilebant circa Paſchæ diem, quindecim fuêre. Hinc adeò Græci hunc locum ita reddiderunt, τὰς ιε Πασχαλίας ἡμέρας ἀργείτωσαν αἱ θέαι. id eſt, *quindecim diebus Paſchalibus ceſſent ſpectacula.* Sed & Papianus *lib. reſponſ. tit.* 12. *Paſchalibus etiam*, inquit, *XV. diebus.* vt & Reciſvvindus Viſigoth. *lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 11. De his Quindecim diebus Paſchalibus qui feriati à Iudiciis erant, locus eſt etiam Auguſtini *ſermone* 19. inter eos quos nuper Sirmondus extulit, *p.* 229. 230. *Peracti ſunt dies ſeruati: ſuccedent iam illi conuentionum, exactionum, litigiorum; videte quomodò in his viuatis, fratres mei: de vacatione dierum iſtorum manſuetudinem debetis concipere, non ingeniorum conſilia meditari: ſunt enim homines qui propterea vacauerunt per dies iſtos, vt cogitarent malitias quas exercerent poſt dies feſtos. Petimus vos, vt ita viuatis, tanquam qui Deo rationem reddituros vos ſciatis de tota vita, non de ſolis iſtis* QVINDECIM DIEBVS. Et mox, *Dies qui ſequuntur, iam exactiones etiam pecuniæ permittuntur iure forenſi & publico.* Syneſius tamen *epiſtola* 42. quo loco de his Quindecim diebus Paſchalibus agere mihi videtur, iis Ius nihilominùs dici vult. Lex quoque Conſtantini M. apud Scaligerum memoratur *lib* 7. *de Emendat. tempor. in Computum Romanum*, *p.* 730. τὰς Πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν: τήν τε πρὸ τοῦ Πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτό. De poſteriore ſanè hebdomade nominatim eſt ſexageſimus Canon Patrum in Trullo; ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστάσιμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀδιαλείπτως τοὺς πιστοὺς ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. Sed & Antepaſchalem Hebdomadam προεόρτιον Iuridicis diebus exemptam, ſeu induciis iudicialibus deputatam ab Imperatore Theodoſio, vel Arcadio, expreſsâ in id conſtitutione; cuius verba etiam conſignat Chryſoſtomus *tom.* 5. *Sauiliano*, *p.* 541. *ſermone in illam Magnam Hebdomadam*: οὐχ' ἡμεῖς δὲ μόνον ταύτην τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, οὐχ' ὡς ἔτυχεν, αὐτὴν τετιμήκασιν, ἐκεχειρίαν πᾶσι δόντες τοῖς τὰ κοινὰ τῶν πόλεων πράττουσι πράγματα, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύσαντες σχολῆς, τὰς ἡμέρας ταύτας ἁπάσας τῇ πνευματικῇ προσέχωσι θεραπείᾳ. διὰ τοῦτο καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀπέκλεισαν: ἀργείτω, φησί, πᾶσα ἀμφισβήτησις, καὶ μάχης εἶδος καὶ τιμωρίας ἀναπαυσάσθωσαν μικρὸν τῶν δημίων αἱ χεῖρες: κοινὰ τὰ κατορθώματα τοῦ δεσπότου γέγονε: γινέσθω δή τι καὶ παρ' ἡμῶν τῶν δούλων ἀγαθόν. Mox in ſequentibus de Indulgentia Paſchali agit, quo loco notandum, conſtitutionis cuiuſdam verba recitari, quibus proxima ſunt quæ continentur *l. vlt. Cod. de feriis.* Verùm de die Dominico, eiuſdem Chryſoſtomi alter eadem de re locus extat *hom.* 30. *in cap.* 11. *Geneſ.* καὶ γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς, δι' ὧν ποιοῦσι καὶ αὐτοί, δηλοῦσιν ὅσον ἔχουσι τὸ θαῦμα τούτων τῶν σεπτῶν ἡμερῶν, κελεύσαντες ἐκεχειρίαν ἅπαντας ἔχειν τοὺς τὰ πολιτικὰ οἰκονομοῦντας πράγματα, καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀποκλείειν, καὶ πᾶν εἶδος μάχης, καὶ φιλονεικίας ἐλαύνεσθαι, ἵνα μετὰ πολλῆς ἡσυχίας καὶ γαλήνης ἐξῇ πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν κατορθώσεων ἐπείγεσθαι.

Ergo duodecim Paſchales dies, an Quatuordecim aut Quindecim dicas, hac parte nihil intereſt. De iiſdem accipio quod Ambroſius de Valentiniano hoc ipſo ſcribit, eum in cauſa quadam reſpondiſſe. *Vt nihil cruentum* SANCTIS *præſertim diebus ſtatueretur.* De ipſo alioquin Paſchatis die dicam *infr. ad tit. de indulg. crimin.* De Quadrageſima, *infr. ad l.* 4. *de Quæſtion.* Duæ igitur Hebdomadæ Paſchales: vna Ante-Paſchalis, altera Poſt-Paſchalis, feriatæ fuêre. Sanè & in Eccleſia peculiaris religio fuit Antepaſchalis Hebdomadæ, quæ ὑστέρα ἑβδομὰς ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ vocatur *canone* 50. *Laodicen.* ἁγία τοῦ Πάσχα ἑβδομάς. *Pſeudocan. Apoſtol. lib.* 5. *cap.* 12. ἑβδομὰς τοῦ Πάσχα, ἑβδομὰς ξηροφαγίας, quia ſtrictiore ieiunio ea tranſigebatur, vt docet Chryſoſtomus: Solemnia Paſchæ dixiſſe videtur Tertullianus *ad vxorem lib.* 2. De iiſdem vid. *canonem Africani* 51. quem produco ad *l. Domininico*, *inf. de ſpectacul.* Et accedo Viro docto, exiſtimanti, Paraſceues illos dies Tertulliano dici c. 14. aduerſus Pſychicos, *Cum ſtationibus quartam & ſextam ſabbathi dicamus, & ieiuniis Paraſceues.* Neque ideo tamen, quod nonnulli faciunt, ex hinc rectè colligas, ieiunium Antepaſchale & Romæ quidem non niſi ſeptem dierum fuiſſe. Sed & poſtea Socrates diſertè *lib.* 5. *cap.* 22. Romæ Antepaſchale ieiunium trium tantùm Hebdomadarum fuiſſe teſtatur: Etſi *Leo I.* ſua tempeſtate quadraginta iam dies numeret. De his vero ſeptem diebus eſt quoque Epiphanij locus *hæreſi Quartadecimanorum* 50. *num.* 3. vbi de Eccleſia Catholica agens, ait; eam non ſolùm XIV. diem, κέχρηται γὰρ οὐ μόνον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, verùm etiam ἀλλὰ καὶ τῇ ἑβδομάδι τῇ κατὰ περίοδον ἀνακυκλουμένῃ τάξει τῶν τοῦ Σαββάτου ἑπτὰ ἡμερῶν: ἵνα κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου γινόμενα κατὰ τὸ πρωτότυπον εἴη ἀνάστασίς τε καὶ εὐωχία, &c.

Tandem notandum illud, Dominicam vltimam quindecim dierum Paſchalium, ſeu μεθέορτον κυριακὴν peculiari quoque feſtiuitate tranſactam, & καινὴν Κυριακὴν, imò & Encœnia dictam: de quo eſt Gregorij Nazianzeni *oratio* 43. *p.* 697. & *Canon.* 6. *in Trullo*, cuius verba *ſuprà* retuli.

Septimò, Solis dies 52. numero, annui feriati manere iubentur: de quo die affatim *ad leg.* 1. *ſup.* Illud tantùm hîc notandum, quod dicitur, *dies Solis repetito in ſe calculo reuolui.* Sic Iſidorus 5. *originum cap.* 32. *Octauus autem dies, idem primus eſt ad quem reditur; & à quo rurſus hebdomadæ ſeries orditur.* Beda.

*Octauum inſtaurat reuolubilis orbita ſolem.*

Eadem formula Caſſiodorus 1. *variar.* 10. de denario Numero: *Iuuat* inſpicere quemadmodum denarius Numerus more cœli & IN SEIPSVM REVOLVITVR, & nunquam deficiens inuenitur: creſcit noua



noua conditione PER SE REDEVNDO, additâ ſemper ipſi CALCVLATIONE. &c.

Octauò, & Nonò. Natales ſuos Valentinianus & Theodoſius M. feriatos eſſe iubent, nempe non tantùm Natalem quo in lucem editi; verùm & quo Imperium adepti: hic ſcilicet Natalis *Imperij*, ille *Genuinus* dictus, *l.* 11. & 17. *inf. de prox. Comit. diſpos.* Genitalitius apud Capitol. *in Pertinace*: Theodoſius *felicem* vocat in *l.* 6. *inf. de Curios.* Venerabilis dicitur *l.* 27. *inf. de palat. S. L.* tranſactíque hi Nata es ſummâ feſtiuitate & lætitiâ: hinc Natalium feſtiuitates, *l.* 30. *inf. de Prætorib.* & de eo locus eſt inſignis apud Maximum Epiſcopum *ſerm. de Natal. Domini*, qui eſt inter *Ambroſianos* 15. Scenicæ quippe voluptates populo iis diebus præbitæ, *l.* 29. & 30. *inf. de Prætorib.* Circenſes editi, teſte Symmacho *ep.* 8. *lib.* 4 & Ambroſio *in Oratione de Obitu Valentiniani*: *l. vlt. Cod. de feriis.* Circenſium Naliciorum quoque mentio fit apud Spartianum *in Adriano*, Capitol. *in Pertinace*: vid. & Dionem *lib.* 54. & Euſebium *lib.* 8. *hiſtor. Eccleſ.* vid. & *l.* 2. *infr. de ſpectacul.* Ortum *Imperij* dicit Valentinianus hac leg. quemadmodum Author Panegyrici ſcribit, *Conſtantinum Britannias* Nobiles illic ORIVNDO feciſſe; quod de ortu Imperij accipiendum eſt, non de ortu lucis, quod ideo moneri oportuit, quia etiam Baronius ea verba ad ortum lucis tranſtulit. Eo ſenſu idem antea dixit, Orientem Imperatorem. Et alius ad Conſtantium, *diuinus ille Maieſtatis veſtræ ortus.* Leo & Anthemius *l*.....*Cod. de feriis*, ſi in *noſtrum ortum aut Natalem celebranda ſolemnitas inciderit, differatur.* Cæterum Valentiniani huius Iun. Natalis genuinus incidit in XV. Kalend. Febru. vt ex Faſtis Conſularibus Idacij conſtat: at Natalis Imperij in X. Kalend. Decembr. eodem authore, & Socrate *lib.* 4. *cap.* 26. Theodoſij M. verò Natalis Imperij incidit in XIV. Kal. Februarias: de quo vid. *Chronicon noſtrum.* Et hactenus quidem recenſus dierum Romæ feriatorum.

¶ Illud mirum videri cui poſſit ex feriatis religionis Chriſtianæ diebus, Solis tantùm dies & quatuordecim Paſchales tantùm Iuridicis diebus eximi; at non etiam Natalem Domini, Epiphanium, Pentecoſten, quos tamen Interpres in interpretatione ſua *huic leg.* ſubdita, non omiſit: ſed neque Tribonianus in *l.* 6. quæ ex *hac l.* potiſſima ſui parte deſumpta eſt, cum tamen conſtat hos dies in religioſiſſimis numeratos fuiſſe, vt docebit famoſa Theodoſij Iun. *lex Dominico. inf. de ſpectacul.* Adeò quidem vt Chryſoſtomus Natalem Domini, *Omnium feſtorum Metropolin* vocet, in *Oratione de Beato Phylogonio*; ſed & *ſermone* 16. inter *Ambroſianos* dicitur Natalem Domini. *Nouum Solem* vulgò etiam à Gentilibus vocari ſolitum: Sanè de *Epiphaniorum* feſtiuitate in Galliis celebratâ menſe Ianuario ſub Iuliano Imp. apud Ammianum Marcellinum quoque *lib.* 21. *p.* 105. teſtimonium extat: Vt igitur quod ſentio dicam: Etſi Natalis quoque Domini, Epiphaniarum, & Pentecoſtes ſolennitas apud Chriſtianos, vt feriarum dies celebritate religioſa iam peragerentur, nondum tamen Iuridicis diebus in Orbe Romano hoc tempore exempti fuêre; Quod ex *hac l.* liquet, vbi Paganorum etiam Iudicum multitudo adhuc magna erat, & quidem in ipſa vrbe Roma: Inter hæc ſcilicet initia ſatis viſum, ſi inter feſtos Chriſtianorum dies, *Paſchales dies*, diéſque *Solis* Iuridicis eximerentur, veneratione Chriſtianæ Religionis, ac non etiam alij, quantumlibet feriati Chriſtianorum dies, qui in diem Solis non inciderent; Sanè ſpectacula hiſce quoque diebus exhiberi, non minus quàm Dominicâ, aut Paſchatis, vetitum poſteà à Theodoſio Iuniore in *d. l. Dominico. vlt. inf. de ſpectaculis*, vbi plura de die Natalis Epiphaniorū & Pentecoſtes. Quare, qui Natalem Domini & Epiphania hîc memorari nuſpiam videt, non ideò in *hac l.* deeſſe quidquam putare debet: licet Interpretatio *huic legi* ſubdita horum meminerit, & *l.* 6. *Cod. hoc tit.* quæ hinc alioquin deſumpta eſt, ſiquidem ex ſui æui vſu id ita Interpretationis illius Auctor, & Tribonianus ſcripsêre.

---

## ¶ IVDÆOS *feriis ſuis, neque à priuatis, neque fiſci nomine, conueniendos.*

### III. * Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. Ioanni" PF. P. Poſt alia.

DIE Sabbati", ac reliquis, ſub tempore quo Iudæi cultus ſui reuerentiam ſeruant, neminem" aut facere aliquid, aut vllâ ex parte conueniri debere, præcipimus": cùm Fiſcalibus commodis, & litigiis priuatorum, conſtat" reliquos dies poſſe ſufficere; &c. Dat. VII." Kal. Aug. Rauennæ, DD. NN. & Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. COSS. [409.]

INTERPRETATIO. *Die Sabbati nullum Iudæorum, aut pro Fiſcali vtilitate, aut pro quolibet negotio volumus conueniri. Quia religionis eorum dies non debet actione aliqua perturbari.*

## NOTÆ.

* *Leg.* 13. *C. de Iudæis.* & repetitur totidem verbis *lib.* 8. *in tit.* 8. *inf. de executorib.* ſed & ſententia eadem *in l.* 20. *inf de Iudæis.* quæ eidem Ioanni inſcribitur, & eodem die data proponitur, ſic vt emendatis qui *huic* & *d. legi* 8. ſubſcribuntur Conſulibus, lex illa huic omninò coniungenda videatur. Hanc ſanè legem omiſit Baronius.

" *Iouio* in *Cod. Iuſt.* in Tiliano Cod. *Iouiano*: de quo mox.

" Sabbatho *d. l.* 8 *inf. de Executoribus.*

" Iudæorum ſcilicet, vt rectè Interpres ſupplet.

" *Conſtet*: *d. l.* 8. *inf. de executorib.* & ita quoque hic exhibent MSS. nonnulli.

" Inſeritur in Cod. Iuſt. hoc loco ſententia: de quâ mox.

" Al. VIII.

" De hac ſubſcriptione mox viderimus.

## COMMENTARIVS.

IVDÆOS feriis ſuis, quibus cultus ſui reuerentiam ſeruant, ſeu exhibent, neque à priuatis, neque fiſci nomine vllo modo conueniri oportere, & vt olim loquebantur, *Vadimonium promittere* definit *hâc l.* Honorius Imp. Quæ quidem repetita extat *l.8.inf.de executoribus* : cui concordat & lex 20.*inf.de Iudæis*. Antequam verò conſtitutionem ipſam adgredior, monendum prius eſt, videri *huic l.* omninò coniungendam *d. l.* 20. *de Iudæis*: quæ non tantùm argumento, vt dixi, congruit, verùm etiam ad eundem Ioannem PP. data eſt, eodémque die & loco : Diuerſitas tantùm in Coſſ. intercedit: hæc noſtra quippe ſubnotatos habet, pariter vt *d.l.*8. Honorium VIII. & Theodoſium III. Coſſ. id eſt, A. D. 409. at dicta lex 20. Honorium IX. & Theodoſium V. Coſſ. id eſt, A. D. 412, Certè ſi *Ioannis* nomen hîc rectè inſcriptum eſt, non poteſt hæc lex ad annum 409. referri : Ioannes quippe non fuit PP. A. 409. verùm anno demùm illo 412. poſt Meletium. Quare ex *d. l.*20. Conſules hîc emendandi videantur. Et retrò tamen, anno 409. vindicanda fuerit, ſi vera eſt inſcriptio Codicis Iuſtin. in *l.*13.*Cod.de Iudæis*, quæ hinc deſumpta eſt : ibi enim *Ionio PP.* inſcribitur, quomodo & in Tiliano Codice *Ioniano* editum: cæterùm Iouius fuit PP. A. 409. Sed malim ipſe, vt dixi emendatis *hîc* & *d.l.*8. Conſulibus hanc leg. referre ad A. 412. eandémque adeò coaſſare cum *d. l.*20. Quod ſi verum eſt, tùm ex his duabus legibus inter ſe coniunctis id efficietur, Honorium Imp. conſtitutione ſua, vnde vtraque lex deſumpta eſt, Iudæorum & feriis & Synagogis conſuluiſſe, ne violarentur, turbarentúrue. ¶ Nos ad *leg.* noſtram redeamus : ac primùm illud expendamus, quod Iudæi præter Sabbathum, ſeu diem ſabbathi, alios quoque dies, alia tempora feriata hâc etiam tempeſtate habuerint, eóſque habere ſinerint Chriſtiani Imperatores, quibus cultus ſui reuerentiam ſeruarent, impenderent. Certè de his quæ in Sacrâ Scripturâ memorantur tribus ſolemnibus Iudæorum feſtis, Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum res nota eſt : Inſignis inter alios quoque Clementis Alexandrini locus, *Stromatum* 6. ex Petri concione quadam hæc Iudæorum feſta memorantis : Σάββατον τὸ λεγόμενον πρῶτον, νεομηνίαν, ἄζυμα, ἑορτὴν, μεγάλην ἡμέραν, de quo loco vide quæ Petauius, *ad Epiphanium p.* 64. 65. Syneſij quoque locus *ep. ad Euoptium* 4. de Paraſceue : ἡμέρα μὲν ὅλων ἦν, ἥν τινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι παρασκευήν; τὴν δὲ νύκτα τῇ μεθ' αὐτὴν ἡμέρᾳ λογίζονται, καθ' ἣν οὐδενὶ θέμις ἐστὶν ἐνεργὸν ἔχειν τὴν χεῖρα, ἀλλὰ τιμῶντες διαφερόντως αὐτὴν, ἄγουσιν ἀπραξίαν, id eſt. *Erat tum dies, quam Iudæi Paraſceuen vocant, cuius noctem cum ſequenti die computant, quâ die nulli manum licet operi admouere, ſed eam ſanctiſſimè venerantes ab omni labore feriantur.* Inter hos quoque dies erat feſtiuitatis ſolemne in memoriam Amanis, de quo *l.* 18. *inf.de Iudæis* : hoc verò feſtum *Purim* fuit, id eſt ſortium, quod & *Megilla* vocabant, ab Eſtheris videlicet lectione, qui liber ipſis dicitur *Megilla* : de quo plura *ad eam leg.* Verùm qui de Iudæorum feſtis plura volet, legat is operis Talmudici librum *Seder Moed*, qui totus eſt de ſacris Feſtis, & habet libros duodecim, & Sigonium *de Republ. Hebræorum lib.*6. ¶ De ſententiâ nunc legis iſtius. Ergo Iudæi feſtis ſuis neque facere quidquam, neque à quoquam, etiam à fiſco ſeu fiſci nomine conueniri debere præcipiuntur : vbi *faciendi* verbo Græci & in his Photius, *Nomocanonis tit.*7. *cap.*4. munus corporale rectè intelligunt : ἤτε, inquit, σωματικῶς λειτουργεῖν. De hoc ipſo verò iam olim Auguſti decretum fuit, referente Ioſepho 16. *Antiq. Iudic. cap.* 10. ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν Σαββάτῳ, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ ἀπὸ ὥρας ἐνάτης : vt & Agrippæ, ἵνα σάββασιν μηδεὶς ἀναγκάζῃ Ἰουδαῖον, ἐγγύας ὁμολογεῖν. Quibus locis, vt & apud Plutarchum, eſt vadimonium promittere de iudicio ſiſtendo. Eodem proinde priuilegio hâc parte Iudæi vſi, quo Chriſtiani die Dominico, de quo *l.* 1. *ſup. hoc tit.* ¶ Eſt autem hæc lex propriè de *Iudæis*, ne hi feriatis diebus ſuis vel facere, vel pati quidquam cogantur. Viceuerſâ neque à Iudæis Chriſtianos iis diebus conueniri poſſe Tribonianus in *d.l.*13.*Cod.de Iudæis*, (quæ hinc alioquin deſumpta eſt) addi voluit : *Ita tamen vt nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire, ne Chriſtiani fortè ex interpellatione Iudæorum ab Officialibus, præfatis diebus aliquam ſuſtineant moleſtiam.* In ſummam igitur Iudæus feſto aliquo Iudæorum, neque à quoquam quocunque nomine conueniri, & retrò neque ipſe Chriſtianum conuenire poteſt ex Iuſtiniani ſententia. At non & retrò ſemper Iudæi die Dominicâ non exigi potuêre, imò pro publicis debitis exigi potuiſſe eos, innuere videtur lex 1.*inf.de executorib.* & *l.*10.*inf.de exactionibus*, vbi dicam.

# DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS.

## TITVLVS IX.

IN COD. IVST. *Peculiaris eſt titulus de Pactis, & peculiaris* de Tranſactionibus *lib.*2. *tit.*3. & 4.

## PARATITLON.

PACTA, *Rubr.* & *l.*1. & 4. & *vlt.hoc tit.* ſeu pactiones, *l.*1. & *vlt. l.*9. *inf. de infirm.his quæ ſub Tyr.* item placita, *l.*5. & *vlt.* ſunt conuentiones inter aliquos de negotiis quibuſdam inita. ¶ De his hæ *Regulæ* hoc *tit.* proponuntur : Valere ea, ſi cum legibus conſentiant : *l.*1. non valere, ſi contra ius factæ ſint ; *l.*2.



*l.*2. ſi contra vtilitatem publicam, vt *in ſp. l.* 1. 2. 3. *inf. ſine cenſu.* Bonâ item fide liberóque arbitrio & voluntate confici debere, factáque ita valere, *l.vlt.hoc tit.* Etiam ſub Tyrannis, inita *l.*5. 8. 9. *inf. de infirm.his quæ ſub Tyr.* Non valere verò pacta dolo elicita, *l.*3. vel aliquo cogentis imperio inita, *d. l. vlt.* puta per oppreſſionem, *l.* 2. per vim & metum, *l.*4. ſub quodam potentiæ terrore, *l.*6. per potentiam extorta *l.vlt.inf. de contrah. empt.* non ſubſiſtente causâ, ſed imprudentiâ, *l.*6. Secundò, depaciſci poſt ſententiam non licere : *l.*2. Tertiò, ſecundâ conuentione à prima pactione diſcedi : *l.* 6. ¶ Quod *Formam* pactorum attinet : fiebant ea ſic plerumque, vt pœna ineſſet : *l.* 2. ſeu inſereretur, *l.vlt.* in quam reſtituendam ſeu præſtandam ſe paciſcentes obligabant, ſi aduerſus pacta venirent, *d. l. vlt.* ſi à fide placiti receſſiſſent, *l.* 5. quo caſu alter pœnam rectè petebat, etiamſi literas familiares ad eum poſt fidem ruptam miſiſſet, *d. l.* 5. Fiebant & inuocato nomine Dei omnipotentis, vel iureiurando per ſalutem Principis, & vt loquitur *l.*8. *ſeu vlt.* ſalutem Principum confirmationem initarum eſſe iurabant pactionum : quibus caſibus aduerſus pacta venienti, promiſſa non implenti, infamia inuri, actio tolli, quod ex pacto conſecutus fuerat, eripi ; idque omne alteri, qui intemerati pacti iura ſeruaſſet, addici iuſſa : *d.l.vlt.* ¶ Quæ de pactis dicta ſunt, eadem & de Tranſactionibus dicenda ſunt, *Rubr.* & *l.* 6. 7. *vlt.* de quâ v. & *l* 32. *in f. inf. de petitionib.* Eſt autem Tranſactio, quâ aliqui inter ſe colloquendo, *l.*6. negotium componunt & lis ſopitur, *d. l.*32. veluti hæredes, *l.*7. quæ & inſtrumento fermè fiebat, *d.l.*7.

---

### ¶ LEGIBVS *conſentientes tantùm pactiones valere.*

I. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum" P.V. Inter" cætera, & ad" locum.

PACTIONES" eas valere volumus, ſi cum legibus conſentiant : *& reliqua.* Datum" VI." Non. Feb. Romæ Sabino" & Rufino COSS. [316.]

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Tilianâ edit. & à Cod. Iuſtin, quia ſimiles ibi ſententiæ plures occurrunt. Refert eam veteris conſultationis Auctor *c* 10. Iungenda verò ei lex 1. *inf.de donationib.* (vnde deſumpta eſt lex 25. *Cod. eod. tit.*) & *lex* 2. *inf.de adminiſtr. & periculo tutorum.*

" *Maximus* hic P.V. Romæ fuit ſub Conſtantino M. à Kalendis Septembris A.D. 319. ad Idus Septembres anni 323. Seuero & Rufino Coſſ. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbis : & variæ leges huius Codicis : quas v. in Proſopogr. vnde ſubſcripti huic legi Conſules emendandi veniunt : de quo mox.

" *Inter cætera*, *& ad locum.* De hoc vide *Prolegomena* : v. & *l.*4.*h.t.*

" Veluti donationibus adiectas : de quo mox.

" *Quæ.*

" *Et reliqua.* De hoc quoque vide *Prolegomena.*

" *Datum* pro *redditum.*

" Reponendum III. vt *d.l.*1. & *d.l.*2.

" Reponendum *hîc* & *d.l.*1. & *d.l.*2. *Seuero & Rufino.* i. A.D. 323. quibus Coſſ. vt antea dixi Maximus P.V. fuit, non verò *Sabino & Rufino*, i. A.D. 316. Et certè *d.lex* 25. *Cod.de donationibus*, quæ deſumpta eſt ex *l.* 1. *inf. de donationib.* quam huic coniungendam dixi, exertè præfert *Seuero & Rufino Coſſ.*

## COMMENTARIVS.

LEGIBVS conſentaneas, at non etiam contrarias, pactiones valere iubet Conſtantinus M. *hac l.* quæ ad Maximum P.V. Romæ emiſſa eſt, A. D. 323. (vt iam in *Notis* oſtendi) Quæ quidem lex prolixioris conſtitutionis Conſtantinianeæ membrum eſt; quod vel illa in inſcriptione, *Inter cætera*, *& ad locum* : vt & illa in ſubſcriptione, *& reliqua* (de quibus in *Prolegomenis*,) oſtendunt. Sed enim teſtatum faciunt duo inſuper alia ex eâ conſtitutione apanthiſmata in *l.*1.*inf. de donationib.* & *l.*2. *inf. de adminiſtr. & periculo tutor.* quæ & ipſa ex priore deflorata eſt, quæ proinde huic noſtræ coaſſandæ veniunt : ex quibus etiam diſcimus, quænam ſpecies huic legi aptanda ſit: nempe in pactionibus donationi additis : nam & in *d. l.*1. *de donationib.* ita Conſtantinus, formam donationibus præſcribens ; *Donatio*, inquit, *ſub hâc debet fieri obſeruatione, vt quas* LEGES *indulgent actiones, Conditiones,* PACTIONESQVE *contineat.* Vbi Interpres quoque non malè ; *Quæ omnes donationes ſi modum exceſſerint* LEGE *conſcriptum, vnde poſſint certæ perſonæ de immodica donatione proponere, hoc eſt ſi Quartam ſibi facultatis ſuæ donator non reſeruauerit, non valebunt : ſed præterea illa donatio contra* LEGEM *eſt, ſi quis rem in lite poſitam quæ repetitur, aut [haud] recto ordine donet, aut conditionem contra bonos mores, hoc eſt, cauſam cuiuſlibet criminis donator in donatione conſcribat.* Verùm ad *eam l.* plura.

¶ POST

## ¶ POST REM IVDICATAM *pactum non valere.*

II. * Impp. Valentinianus, & Valens AA. Voluſiano P.V."

POST ſententiam paciſci non licere, iuris † ordine præcauetur": Vnde, cùm ſupplicans, *iniquè ſe oppreſſam", & poſt ſententiam Sacri Auditorij" depactam" eſſe* commemoret, Voluſiane Parens Kariſſime atque Amantiſſime, amotâ pœnâ", quam pacto, contra ius facto, Serenitas Tua ineſſe præuiderit, legum auxilio conſulat ſupplicanti. Dat. IV. Id. Aug. Mediolani.

### NOTÆ.

* Abeſt & *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* quia ſimiles *ibi* & in *Digeſtis* plures occurrunt in eandem ſententiam. Refert eam veteris conſultationis auctor, *cap.* 10. verùm perperàm ibi ex *Corpore Hermogeniani* deſumpta dicitur, qui fortè Librarij, non Auctoris error eſt.

" *Voluſiano* P.V. inſcribuntur anno 365. (de quo poſtea) lex 22. *inf. de curſu publico*: *l.* 18. *de Prætoribus*. *l.* 67. *de Decurionib. l. vn. de ſecundo lapſu*: *l.* 2. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Eidem inſcribitur & anno ſuperiore 364. lex 1. *de condit. in publ. horr.* ſine die & Coſ. pariter lex 1. *Cod. de off. P.V.* Imò & lex 3. *de calcu coctorib.* vbi malè *V.C.* editum. Eiuſdem Voluſiani P.V. mentio in veteri inſcript. *p.* 186. *n.* 6. *p.* 286. *n.* 1. 2.

† Iuris ordinem allegat, id eſt, veteris iuris obſeruantiam, de quâ mox.

" *Præcaueri*, id eſt, antea iam cautum eſſe, vt *l.* 2. *inf. de hæreticis. prædamnatos*, id eſt, ante iam damnatos.

" *Oppreſſum*, in veteri conſultatione.

" *Sacrum Auditorium* Præfecti Vrbis: de quo plenè *ad l.* 11. *inf. de appellationib.* & in Notit. Dignitatum.

" *Depactum*, in veteri Conſultat. De hâc porrò voce v. & *l.* 1. *infr. de poſtulando*: vbi dicam.

" *Parens Kariſſime atque Amantiſſime* De hâc compellatione in *Prolegomenis*.

" *Pœna* pacto inſerta *h.t.* & *l.* 5. & *l. vlt. inf.*

" *Serenitatis* titulus Præfecto vrbis hic tribui videatur; verùm perperam: eſt enim hic titulus Imperatorius, vt etiam Iulianus Patritius teſtatur, *Nouella* 113. quare hîc reponendum *ſinceritas*: quod etiam oſtendit lex 18. *inf. de Prætoribus*, quæ ad eundem Voluſianum P.V. data eſt. Et verò hic Præfecti V. titulus eſt. v. plura in *Notitiâ noſtra dignitatum*.

" Supplendus hic Conſulatus, *Valentiniano & Valente AA. Coſſ.* id eſt, A.D. 365. quo varias alias leges ad hunc Voluſianum P.V. emiſſas occurrere diximus: quóque Valentinianus menſe *Auguſto Mediolani* extitit. v. Chronol. Non verò referenda ad annum ſuperiorem 364. quod etiam Blondellus prodidit, *de primatu p.* 128. quandoquidem Valentinianus menſe Auguſto anni illius, nondum Mediolani erat, verùm in Pannoniâ, vel in Norico. v. Chronol.

### COMMENTARIVS.

POST SENTENTIAM ſeu rem iudicatam, pactum, ſuâ quoque hâc conſtitutione damnat Valentinianus Sen. Quod & alioquin, vt ipſemet ait, *iuris ordine præcauetur*, id eſt, iure iam ſatis antiquo cautum fuerat, iuriſque adeò indubitati & conteſtatiſſimi eſt Principum anteriorum conſtitutionibus & reſcriptis: Quomodo pariter dicitur *l.* 32. *Cod.* de *tranſact. non eſſe opinionis incertæ*; item, *vſitatum hunc legum morem eſſe.* Adeò quidem, vt in propoſitâ facti ſpecie, cùm quidam poſt rem iudicatam pactum ſeſe apud Imperatorem queſtus fuiſſet, ſupplicari ſibi eo nomine nil neceſſe fuiſſe indicet, cùm ſupplicanti iam ſatis *Legum auxilio*, vt rurſum ſubiicit, conſultum eſſe poſſet: Et ſanè huiuſmodi pactum improbant complurimæ leges anteriores. Paulus 1. *ſentent.* 1. *lex* 7. 11. *π. de tranſactionib. lex* 23. §. 1. *π. de condict. indeb. l.* 12. 32. *Cod. Iuſt. de tranſactionibus*: *l.* 4. 5. *Cod. Gregoriano de pactis*: *l.* 7. *eodem Cod. in incertis*: *l.* 3. *Cod. Hermogen. eod. tit.* ¶ Intelligendum verò iſtud, de pacto vel tranſactione decidendi cauſâ initis: donationis quippe cauſâ pactum initum, vel tranſactio facta poſt rem iudicatam omninò valet: Paulus *lib.* 1. *Sentent. tit.* 1. *in fin.* Imò & decidendi cauſa, ſi videl. qui victus eſt adhuc appellauit, vel appellare potuit: *d. l.* 7. *π. de tranſact.* alióve, quo remedio dicta ſententia attemperari potuit, *d. l.* 23. §. 1. veluti reſtitutione in integrum poſtulatâ, *l.* 32. *C. de tranſaction.* vel etiam ſi negetur iudicatum eſſe vel ignorari poſſit. *l.* 11. *π. de tranſaction.* & *l.* 23. §. 1. *π. de condict. indeb.* Et verò hac de cauſâ in *hâc l.* proponitur *ſententia ſacri Auditorij*, id eſt, res iudicata ab eo qui vice ſacrâ cognoſcebat, & nominatim à Præfecto vrbis, à cuius ſcilicet ſententiâ appellandi ius hoc tempore non erat, de quo dicam ad *l.* 11. *inf. de appellationib.* Alioquin vbi litis adhuc alicuius metus poſt ſententiam ſubeſſe poteſt, tranſactio poſt rem iudicatam valet: *d. l.* 11. *π. de tranſactionibus.* Denique, vt iuri huic locus eſſe poſſit, ſententiam & *indubitatam*, & in ſacro auditorio iudicatam ſeu ſupremâ inſtantiâ, oportet. ¶ Illud porrò *hac l.* ſummoperè notandum eſt, quod dicitur, eum qui in *ſp. huius leg.* poſt ſententiam pactus fuerat, *iniquè ſe oppreſſum* commemoraſſe: His enim verbis planè continetur iuris iſtius ratio, cur inquam, poſt rem iudicatam ſeu ſententiam indubitatam in ſacro Auditorio, à quâ appellatum non fuit neque appellari poterat, pactum non valeat: quia ſcilicet ſi tale pactum ponas à priuato initum, vt in *ſp. huius leg.* nonniſi per oppreſſionem extortum id credi poteſt, vtpotè cùm nullo amplius litis metu ſubſiſtente, non tam pactus quis, quàm *depectus*, imò *deceptus* dici debeat: quò proprie pertinet *depaciſcendi* vox: *depaciſci*, eſt turpiter paciſci, de quâ voce vid. quæ dicam ad *l.* 1. *de poſtulando.* Si verò ponas, Adminiſtratorem ciuitatis vel Ordinis alicuius de re iudicata tranſegiſſe, non niſi per *gratiam* id & *ambitiosè* in fraudem ciuitatis & Ordinis factum dicendum eſt, atque adeò nullius momenti eſt, vt oſtendit diſertè lex 12. *Cod. de tranſaction.* 9. & lex 5. *Cod. Gregor. lib.* 1. *tit.* 2. *de pactis* (vnde lex illa 12. deſumpta eſt.) Paciſci denique ſeu pactione remittere indicatum in vltimâ inſtantiâ, ſeu ſupremo iudicio, vel in totum, vel in partem remittere, nemo citra vim, metum, aut oppreſſionem, vel ambitionem & gratiam culpandam, poteſt: cùm nulla ampliùs *paciſcendi ſubſtantia* ſubſit, vt lex 5. eleganter loquitur, id eſt, nulla cauſa, ratióve: At donare, ſeu liberalitate remittere rem ſibi adiudicatam, quiſque rem velut ſuam iam poteſt.

¶ DOLO



## ¶ DOLO *elicitam pactionem, remouendam.*

III. * Idem AA. Pompeio Fauonio"

HÆREDITATEM, quam tibi competere iure confirmas", negotij merito" diſcuſſo, approbatis allegationibus, reſtitui" tibi Legum fonte demanans" ſententia Iudicantis" efficiet": remotâ videlicet pactione, quam dolo patuerit" elicitam. Dat. VIII. Id. Febr. Alleg." Kal. Apr. in Baſilica" Thermarum" Com. ipſis AA. COSS.

### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. quia ſimiles *ibi* plures occurrunt. Et hanc conſtitutionem laudat veteris Conſultationis Auctor *cap.* 10. Eius eadem prope ſententia eſt, quæ Legis *6. inf.*

" Priuatus hic: Paucis verò admodùm priuatis hoc Codice Principum reſcripta inſcribuntur: de quo in *Prolegom.*

" *Confirmas*, pro *affirmas*.

" *Meritum* negotij. v. Gloſſ. *Theodoſ.*

" Pro *reſtitui efficiet*, in veteri conſultatione eſt *reſtituet*: in Cuiac. edit. *reſtitue legum*, &c.

" *Dimanans ſententia ex legum fonte*, id eſt ad legum præſcripta, ſeu ſecundum leges.

" Prætoris aut Præfecti vrbis in *ſp. huius l.*

" Aberat à Cuiac. edit.

" *Patuerit*, rectè: neque mutandum in *paruerit*.

" *Alleg. Non.* Ita habet vetus Conſultatio: vnde officio *Alleg Rom.*

" De hâc ſubſcriptione mox dicam.

### COMMENTARIVS.

DOLO elicitam pactionem infirmari iubet hoc Reſcripto Valentinianus Sen. Quæ alioquin protrita iuris ſententia eſt. Et hæc tamen ſingularis eſt in eo, quod ſpecies eius pertinet ad pactionem ſuper HÆRIDITATE, cum falſo fortè hærede, vel cohærede, initam: In qua eadem ſpecie verſatur lex *6. inf.* & lex *36. inf. π. familiæ erciſcundæ*: *l.* 51. §. 1. *l.* 52. *π. de pactis*: *l.* 65. §. 1. *π. de condict. indeb.* ¶ Obtinet verò, quod hîc ſecundò notandum, hæc ſententia, non tantùm ſi per dolum aduerſarij huiuſmodi pactio inita fuerit, vt *hac leg.* vel per fallaciam aut calumniam hæredem ſe falſò venditantis, vt in *ſp. d. l.* 65 §. 1. ſiue per impudentiam & potentiæ terrorem, vt *l.* 6. *inf.* verùm etiam ſi per errorem & ignorantiam propriam cum eo quem hæredem eſſe putabat, vt *d. l.* 36. *inf. famil. erciſc. l.* 51. §. 1. *l.* 52. *π. de pactis*: Vtpotè nullis, his caſibus, *paciſcendi cauſis* ſubſiſtentibus, ſeu pactione nullam ſubſtantiam habente, vt loquitur d. lex *6. inf.* de quo *ad eam leg.* Ambroſij interim locus hic apponendus *lib.* 3. *offic. c.* 10. *Quid autem loquar de contractibus cæteris, ac maximè de Coëmptione prædiorum, vel tranſactionibus atque pactis? Nonne formulæ ſunt, dolum malum abeſſe, eúmque, cuius dolus fuerit deprehenſus, duplici pœnæ obnoxium fore?* &c. vbi & de venditione dolo facta, quæ doli actione vacuatur. Atenim Symmachi locus ad hanc ſpeciem omninò pertinet, *lib.* 10. *ep.* 52. vbi agit de *Muſa* quadam *annos egreſſa legitimos, quæ in partem rerum paternarum Synnophium quærebatur admiſſum, quem veluti adultæ ſuæ fratrem dolus Acholij curatoris aſciuerat*, ideóque *reſtitutionem in integrum iuris ſuffragio acceperat.* ¶ Et hæc quidem de *huius leg.* ſententia: Cuius tertio loco ſingularis ſubſcriptio ſpectanda ſupereſt. Dicitur ea *Allegata in Baſilica Thermarum Com.* (id eſt, Commodianarum) vbi tria notanda ſunt de Thermis Commodianis primùm ipſis. Harum certè Thermarum meminit quoque Lampridius *in vita Commodi. Opera*, inquit, *eius, præter lauacrum, quod Cleander nomine ipſius fecerat, nulla extant.* Meminit eiuſdem λουτροῦ δημοσίου à Cleandro extructi Herodianus *lib.* 1. *in vita Commodi*: Mentio & in veteribus deſcriptionib. vrbis Romæ, P. Victoris Sex. Rufi Feſti, & Tertij, qui præfixus Notitiæ Imperij, *in regione* 1. Ad has Thermas (quod ſecundum) Commodianas *Baſilicam* fuiſſe docet hæc lex: quomodo & ad alias fuêre, in quibus videl. ius dicebatur: de quibus Baſilicis ad ius dicendum Romæ, vide Vitruuium *lib.* 5. *cap.* 1. ſic & *Secretarium* legimus *Karthagine in Thermis Garſilianis*, vbi & collatio Carthaginenſis habita inter Catholicos & Donatiſtas ſub Honorio poſt conſulatum Varonis A. 411. Ita & Vopiſcus *in Aureliano* refert, Valerianum *publicè apud Byzantium in Thermis ſediſſe.* Ergo (quod tertium) cum hoc reſcriptum Pompeius Fauonius à Valentiniano impetraſſet, id ibi allegauit, vt neceſſe erat, in cognitione, quæ in ea Baſilica tum ſumebatur, à Prætore proculdubio vrbano; vel certè à Præfecto vrbi, cognoſcente inter Pompeium Fauonium & eius aduerſarium.

## ¶ VI-METV *extortam pactionem, nullam eſſe.*

IIII. * Iidem AA. Mamertino PP." Inter" cetera, & ad locum.

PACTA quidem" per vim & metum apud omnes ſatis conſtat caſſata viribus", reſpuenda. Dat. XII. Kal. April. ipſis AA. COSS.

## NOTÆ.

* Et hanc *leg.* recitat, vetus Illa Conſultatio, *d.c.* 10. Abeſt à *Cod.Iuſt.* quia ſimiles *ibi* plures.
" *Mamertinus* iſte PP. Italiæ Illyrici, Africæ fuit ſub Valentiniano, Sen. v. *Proſopogr.*
" *Inter cœtera & ad locum.* De hac inſcriptione v. & *l.* 1. *ſup.*
" Hæc vox relatiua hic à conditoribus omitti debuit.
" *Caſſata viribus*, reſpuenda: Ita hic locus interpungendus eſt. v. Gloſſ. *Theod.* de hâc voce, *caſſata*.

Hæc lex reuerà Interpretatione non eget: v. ſaltem *frag. Cod. Gregor.*

¶ 1. POENAM *pacto adiectam, familiaribus literis poſt fidem non præſtitam, acceptis, remiſſam non ideò videri:* 2. *neque* PRÆSCRIPTIONEM *temporis in* FINALIBVS *controuerſiis locum habere.*

### v. * Iidem AA. ad Valentinianum" Conſularem Piceni".

NON dubium eſt, eum *à fide" placiti" receſſiſſe*, qui quæ promiſerat implere noluit, Valentiniane Kariſſime: Proinde, ſi, aduerſario ſupraſedente" quominus explicaret" ea quæ ſpoponderat, fides placiti vacillat", familiares literæ, quas ad ſe miſſas dicit", ſupplici" magnoperè non oberunt. ¶ Fines* etiam, quos temeratos" adſeuerat, amotâ præſcriptione temporis, hi qui peruaſerunt", vt ratio iuris eſt, redhibere" cogantur. Alleg. IIII. Kalend. Maij, Flauia Feneſtri" in Secretario, ipſis AA. COSS. [365.]

## NOTÆ.

* Et hanc *leg.* recitat veteris Conſultationis Auctor *eodem c.* 10. Abeſt *hac lex* à *Cod.Iuſt.* de quo mox.
" *Valentinum* præfert lex 2. *inf. de exhib. reis: & l.* 4. *inf. quibus equorum vſus*; quæ ad eundem datæ ſunt: Sed lex 17 *inf. de operibus publicis*, præfert quoque *Valentinianum*, vt *hic*. v. de hoc Valentino *Proſopogr.*
" *Fides* placiti *hic* & mox rurſum Symmachus *lib.* 7. *epiſt.* 108. *Aduerſum fidem placiti rupta concordia.* v. plura in Gloſſ.
" *Placitum* id eſt, pactum. v. Gloſſ.
" *Superſedente* habet vetus Conſultatio, & meliùs, id eſt, morante.
" *Explicare*, eſt perficere, exequi, præſtare. " *Vacillare fides placiti.* vid. *Gloſſ.*
" *Supplex*, de quo mox.
" *Exuperio.* hoc ſupplicis nomen hîc addit veteris Conſultationis Auctor. Quod ſi rectum eſt, de eius ſcriptore, fide inde iudicium fieri oportet.
* Fugitiua hæc *huiuſce leg.* pars videri poſſit, & in titulum *finium regundorum* potius coniicienda. Verùm in hunc titulum rectè relatam mox oſtendam.
" *Temerati* fines. v. Gloſſ. *Th.* " *Peruadendi* vox propria. v. Gloſſ.
" *Redhibere*, id eſt, reddere, reſtituere, v. *Gloſſ.*
" *Allegata* dicitur hæc lex in Piceno, prouincia in *Secretario*, vt ſuperior Romæ in Baſilicâ: de quo *in Prolegomenis*, & ad *l.* 1. *ſup. de diuerſ. reſcriptis.*
" De hoc mox *in ipſo Commentario.*

## COMMENTARIVS.

DE FIDE pacti non impletâ, déque FINIBVS temeratis eſt hoc Valentiniani Imp. reſcriptum. Duæ ſcilicet ſunt *huius legis* partes: Quæ quidem eſt Reſcriptum, ſeu reſponſum Valentiniani Imperatoris ad conſultationem Valentini Conſularis Piceni, ſimul & libellum priuati cuiuſdam, conſultationi illi inditum, ſuper duabus exceptionibus, ſeu præſcriptionibus, coràm ſe in quodam negotio ab vno ex litigatoribus oppoſitis: in quibus cùm hæreret Valentinus, ad Imp. Valentinianum referendum duxit: de quo in commune *Relationum* ſeu Conſultationum more peculiaris infra titulus eſt, *lib.* 11. *de Relationibus.* ſcilicet, cùm de finibus agrorum inter duos ageretur, Actórque in pacto intentionem ſuam fundaret, quo videlicet agri olim diuiſi fuerant, quóque conuentum fuerat, vt reus aliquid impleret, fortè, vt de agri parte decederet, idque pœnâ pacto additâ, *ſi à fide placiti recederetur*, à cuius tamen fide à parte rei receſſum fuerat: Contrà reus duabus ſeſe exceptionibus tueretur: Primò quidem, exceptione literarum familiarium poſt fidem fractam ſcriptarum, deinde & præſcriptione temporis: Iudex hîc animi pendens, ad Imp. retulit: Qui neutri præſcriptione deferendum *hac l.* reſcripſit. Primò ſcilicet ait, fide pacti ſemel fractâ, pœnam exinde commiſſam *Familiaribus literis* poſtea ſcriptis, non ideò remiſſam cenſeri; neque ei qui placitis ſtetit, *magnopere obeſſe.* Quod quidem duplicem ſenſum admittere videatur. Primò quidem ſpecies ponenda videatur in *Actore*, qui familiares literas ad fœdifragum miſiſſet: vt proinde hic ſenſus fuerit, non induci ſtatim pœnæ remiſſionem, quod is cui pœna quæſita eſt, eam non ſtatim exegerit, quinimò familiariùs deinceps ad fœdifragum ſcripſerit. Et ita quidem *hanc leg.* intelligendam ſuadere videatur Iudicis hæſitatio: nam ſi fœdifragus ad actorem familiares literas ſcripſiſſe poneretur, nulla hæſitandi ratio ſubeſſe videatur: Atquin aliquam & magnam quidem fuiſſe lex teſtatur. Ergo ſi hic huiuſce legis ſenſus eſſet, tùm ex eâ id efficeretur, ad praxim, non ideò pœnam ſibi commiſſam remiſiſſe cenſeri, qui ad obnoxium ſibi familiares epiſtolas ſcripſit. Familiares certè literæ alicuius ad alium ve-



lut principalem, aut ſororem, non impediunt quominus de ſtatu eorum quæri poſſit; *l. non epiſtolis* 13. *Cod. de probationibus*: *l. iubemus*, *pen. Cod. de liberali cauſa.* Item familiares literæ commendatitiæ obligationem non inducunt, in *ff. l. vn. inf. quod iuſſu*: vbi dicam. Quare vt familiares literæ obligationem, vel probationem plenam non inducunt, ita nec pœnæ petendæ ius extinguere videantur. Iniuria certè diſſimulatione aboletur, ſi non ſtatim quis eam ad animum reuocauerit, *l.* 11 §. 1. *ff. de iniuriis*: & 8. *vlt. inſt. cod.* putà ſi quis eadem familiaritate quâ priùs cum iniuriante vſus fuerit: de quo v. Capellam Toloſanam *deciſ.* 233. & Aufrerij *ibi* notas, & Bellouiſanum 1. *cap.* 3. *num.* 86. Verùm, multum intereſſe videtur inter *iniuriam*, & *pœnam*: illa proculdubio familiaribus literis aboletur: huius, vt videtur, ſemel quæſitæ petitio ſeu exactio haud æquè. Et ita quidem hæc lex alicui intelligenda videatur. Sed tamen verius eſt, in ſpecie huius legis, non actorem, ſed fœdifragum ad eum qui placitis ſteterat, familiares literas ſcripſiſſe, quas is admiſerat, neque reſpuerat: vnde fœdifragus, vel certè hæredes eius, pœnam remiſſam inferebant, atque à iure ſuo illum receſſiſſe intendebant: Expreſſa ſcilicet hæc verba ſunt: *Familiares literas quas* AD SE MISSAS *dicit, ſupplici magnoperè non oberunt.* Ergo qui familiares literas fœdifragi ad ſe miſſas admittit, non ideò quidquam iuri ſuo derogat: atque ideò pœnæ ſibi ſemel commiſſæ petitionem non eò minùs habet. Quod in priori ſpecie contradicendum mihi videtur, vbi videlicet ipſe ad fœdifragum epiſtolas familiares ſcripſit: eo quippe caſu haud improbabiliter pœnæ remiſſio inducatur: Ratio differentiæ hæc fuerit: quod facere nemo poſſit, quin epiſtolam ab alio accipiat; at vt ipſe ne ſcribat, ſibi imperare poteſt: denique voluntatis & motus principium hanc rem diſtinguit. Et hæc de priore exceptione in ſpecie *huius legis.*

¶ Altera exceptio rei quâ is à finibus temeritatis, atque adeò ab actione finium regundorum ſeſe tutabatur, erat *Præſcriptio temporis.* Verùm huic præſcriptioni locum non eſſe definit Valentinianus *hac leg.* quia non obſtante præſcriptione temporis, eos qui fines peruaſerunt, temerarunt, fines redhibere cogi: quæ & ipſa ſententia fuit Valentiniani Iun. *l. quinque pedum*, *inf. tit. finium regund.* Et quidem vtrique id placuit circa omnem finalem quæſtionem, non tantùm intra quinque pedes, vt & Theodoſio Iun. *l. vn. infr. de action. certo temp. fin.* Quid Theodoſius M. *l. vlt. inf. fin. regund?* Is ſanè quoque de ſpatio quinque pedum agens cauit de eo ſpatio SINE OBSERVATIONE TEMPORIS Arbitros iudicare oportere: ſed an ad excluſionem controuerſiæ de loco? ad *eam leg.* dicam. Atque hæc quidem eſt *huius leg.* ſententia & hypotheſis ſingularis: quam Tribonianus fortè totam non intellexit*, & ideo abdicauit.

¶ Supereſt ſingularis *huiuſce legis* ſubſcriptio, *Alleg. Flauia Feneſtri in Secretario*: de cuiuſmodi alioquin ſubſcriptionibus, quibus Leges *Allegatæ* dicuntur, & quidem in *Secretario*, iam *ſuprà* & in *Prolegomenis* ſemel: de *Flauia Feneſtri* nunc tantùm; vbi *Faneſtri* ſcribendum. Nempe, id eſt, quod aliàs *Fanum* Fortunæ, hodie etiam *Fano* dicitur. Quomodo & olim ſimpliciter ſine adiectione *Fanum* dictum, de quo accuratè Cluuerius, *Italiæ antiquæ lib.* 2. *cap.* 5. *p.* 606. Eadem *colonia Faneſtris* dicta, apud Vitruuium *lib.* 5. *cap.* 1. Melam *lib.* 2. *cap.* 4. Frontinum, *de coloniis*: & in veteribus *inſcriptionibus* haud ſemel: indéque oppidani ipſi *Faneſtres* Aggeno *lib. de controuerſiis agrorum.* Et hæc quidem iam notata: At non & illa duo æquè nota: hanc *Flauiam* cognominatam, *Picenique* vrbem hoc æuo fuiſſe. De priore prius. Hanc coloniam olim *Iuliam* Faneſtrem dictam, ex Vitruuio liquet, *d. lib.* 1. *cap.* 1. & ex tribus inſcriptionibus veteribus: at enim nemo *Flauiam* dixit: quod *hac l.* fit. Proculdubio *Flauiæ* nomen ei inditum, obliterato *Iuliæ* nomine, de Flauij Conſtantini M. nomine, vel Conſtantij. Nam & ſic *Flauia Heduorum* vrbs Auguſtodunum, apud Eumenium *in Gratiarum actione*, *inf.* ſic & Flauia Conſtantia, aliæque. Iocularis verò lapſus eſt Gutherij, qui *Flauiam*, *Feneſtri* cuiuſdam vxorem, *hic* ſomniabat. Hactenùs de nomine. Alterum eſt de ſitu huius Flauiæ Faneſtri, nempe hæc lex docet, eam in *Piceno* fuiſſe hoc tempore: quæ in Vmbria olim erat: certè ſub Piceni Conſulari egiſſe, qui & veterem Vmbriam illam adminiſtratione ſua complectebatur, quæ inter Anconam & Ariminum erat: ſic vt Piceni nomine iam Vmbria illa veniret: Non quidem ſub Antoninis iam Imperatoribus, Scæuolæ ætate, quod peſſimè Viri alioquin docti, ſed non iuris, colligunt ex *l.* 41. *ff. de legatis.* 3. vbi *regio Vmbriæ Tuſciæ in Piceno*; mox *Vmbria in Piceno* memoratur: neque enim ibi regio prouinciæ publicæ nomen eſt: verùm regionis agrique priuati: cuiuſmodi regiones nomina pro lubitu Dominorum ſortiebantur, vt ex complurimis aliis diſcere eſt. Neque etiam *Vmbria-Picenum* vt volunt illi, in veteri inſcriptione dicitur, *p.* 1090, *num.* 13. verùm idem Iuridicus fuiſſe indicatur PER FLAMINIAM ET VMBRIAM PICENVM. Hinc etiam quoque probabiliter colligimus *Flauiam Faneſtri* hoc tempore Piceni metropolim fuiſſe: quandoquidem ibi allegata hæc lex dicitur in Secretario Flauiæ Faneſtri, vbi ſcilicet Conſularis ſedens ius dicebat: vel certè niſi metropolis ea fuerit, è primariis ſaltem vnam hanc fuiſſe neceſſe eſt: Ego certè de metropoli ſententiam non muto, eo quoque quod ea medio commodóque ſitu inter Anconam & Ariminum erat: Cæterum quod de *Piceno* hîc dicitur, de Anonario id intelligendum fateantur omnes neceſſe eſt: à quo diuiſum erat Picenum ſuburbicarium, vt appellatione, ſic & adminiſtratione.

¶ POTENTIÆ *terrore extortam pactionem non valere.*

### VI. * Iidem AA. Æliæ Bauoniæ". Inter cætera."

ET" ſub quodam potentiæ" terrore infimos fatigari" ad Iudiciorum" ſpectat inuidiam": Vnde ſi aduerſarium tuum, longè à filij tui ſucceſſione poſitum, hæc in te quæ precibus texuiſti" excogitaſſe conſtiterit, Rector prouinciæ hominis, qui nec paciſcendi nec cōloquendi" de negotio *ſubſtantiam*" habuit, impudentiam ſubmouebit": reddíque faciet quidquid claruerit vſurpatum: *ne impudentia vindicet, quod concedere leges & iura non poſſunt.* Maximè, cum

cùm memores, nec à primâ pactione, quæ ſubſtantiam non habebat, ſecundâ conuentione diſceſſum; &" inaniter reſediſſe, quod non iam pactio, ſed quædam *vſurpatio*", iuſtis non *ſubſiſtentibus cauſis, in moderatione*", doceatur. Dat. III. Kalend. Aug. Mediolani, ipſis AA. COSS.

## NOTÆ.

* Et hanc *leg.* recitat vetus Conſultationis Auctor *d. c.* 10. Eadémque eius ſententia eſt quæ legis 3. *ſup.* Abeſt verò à Cod. Iuſt quia plures *ibi* & apertæ ſimiles.
" *Priuatæ* fœminæ, & ad ſupplicem eius libellum: pariter in *d. l.* 3. *ſup.* v. *Prolegom.*
" *Inter cætera*: v. de hâc formulâ *Prolegom.*
" In veteri conſultatione hæ duæ voces præmittuntur, *Lites trahi*: quod rurſum Auctoris illius fidem arguit: Certè, quædam huic legi præmittenda demonſtrat vox initialis, *Et.*
" V. *l. vlt. inf. de contrah. empt.*
" *Fatigandi* vox *hic* propria. v. Gloſſar.
" *Iudiciorum* id eſt Iudicum. v. Gloſſ. & vt mox dicitur, *Rectorum prouinciæ.*
" *Expectat inuidia*: vitioſè in veteri illâ conſultat. & in *Cuiacij edit.*
" Intexuiſti; inſeruiſti, vel nexuiſti.
" Id eſt tranſigendi: ab antecedenti, conſequens: ſic *l. vlt. Cod. de feriis*: *tranſactiones loquantur.*
" *Subſtantia* hîc & mox rurſum, pro iure, titulo, cauſa: vnde & fine legis, *non ſubſiſtentibus cauſis.*
" *Submoueat* in veteri Conſultat: quomodo & mox *faciat*, pro *faciet*: item, *nec*, pro *ne.*
" *Sed etiam inaniter*: vetus Conſultatio: minus rectè.
" *Vſurpatitiis* inemendatè in veteri Conſultat.
" *Immoderatio.* in veteri Conſultatione. Vnde legam *inmoderatióve*: vel *in moderatione*, pro *apud Moderatorem.*

## COMMENTARIVS.

POTENTIÆ terrore, ſoláque impudentiâ extortum a falſo cohærede pactum ſeu tranſactionem non valere definit hoc Reſcripto Valentinianus Sen. cui ſimile iam fuit eiuſdem reſcriptum *lege.* 3. *ſuprà*, in eadem ſpecie de hæreditate pactoque ſuper eâ inito: vbi & Symmachi locum attuli. Peculiaria tantùm duo habet hæc noſtra. Primùm, quod in eius ſpecie non per ſimplicem aduerſarij dolum vel calumniam, vt *in d. l.* 3. *& in l.* 65. §. 1. *π. de condict. indeb.* extorta fuerat pactio, verùm *potentiæ terrore*, ſeu à potente metu iniecto *infimæ* perſonæ, muliercula inquam, eò adacta fuerat, quod longè grauius, & à parte vim intentantis, & à parte patientis. Alterum, quod ſpecies *huius leg.* pertineat propriè *ad Senatuſconſultum Tertullianum*, ſeu ad matris ſucceſſionem in bonis filij. Ex Conſtantini ſcilicet conſtitutione, quæ his temporibus obtinebat, Agnati cuiuſcunque gradus etiam remotiſſimi cum matre in filij ſucceſſione concurrebant, ſi videl. mater ius liberorum non haberet: At ſi haberet, patruus tantum eiúſque filius & nepos, non vlteriores agnati, cum eâ concurrebant: *l. 1. inf. de legitimis hæredit.* In *huius* igitur *legis* ſpecie quidam ex potentioribus, cùm ſe defuncti adgnatum diceret, cùm tamen reuerà non eſſet, vel certè non eius gradus qui cum matre in ſucceſſione filij eius concurrere deberet, de hæreditate defuncti cum matre eius pactus eſt, cùm paciſcendi ius, cauſam, titulum nullum haberet, & vt hæc lex eleganter loquitur, *ſubſtantiam* ſeu *ſubſiſtentes cauſas nullas.* Qua de re cùm queſta fuiſſet apud Imperatorem mulier ſeu mater, ad eius querelam reſcribit Valentinianus Imp. hâc elegantiſſimâ & æquiſſimâ conſtitutione, huiuſmodi pactum nullius eſſe momenti, datúmque ex eo repeti, condici poſſe, vtpote ſine cauſa datum, nullis ſubſiſtentibus cauſis. Ac maximè, quæ ſententia eſt *huius leg. in fine*, ſi non mulier ſecundâ conuentione & ſpontaneâ iam à priore receſſit: Alioquin enim & ex conuerſo, metus, vis præſumptionem elidit, vitiúmque eluit ratihabitio, & geminata conuentio, nouus denique conſenſus ſiue expreſſus, ſiue tacitus: *h. l.* & *l.* 2. 4. *Cod. de his quæ vi metúſue cauſa.* ¶ Elegantiſſimæ inter hæc duæ Iuris γνῶμαι hîc obſeruandæ ſunt: Prima *ſub quodam potentiæ terrore infimos fatigari, ad Iudiciorum*, id eſt, Iudicum *ſpectare inuidiam*: cui congruit ſimilis, imò gemina *lex* 9. §. 5. *π. de officio Proconſulis. Ad inuidiam eius qui prouinciæ præeſt ſpectat, opprimi aliquem per aduerſarij potentiam.* Altera γνώμη, non permittendum, *vt Impudentia vindicet, quod concedere Leges & iura non poſſunt.*

## ¶ *Inter* HÆREDES *factæ tranſactioni ſtari oportere.*

### VII. Iidem AA. Ampeliæ"

EA quæ *Hæredes* inter ſe tranſactione interpoſitâ compoſuerint, firma illibatáque perſeuerabunt; & ideò ſecundum fidem inſtrumenti competens tibi portio à poſſeſſoribus cum fructibus reſtituetur, per V. C. Proconſulem" Africæ amicum" noſtrum, fide geſtorum diligenti examinatione comprobatâ. Dat. III. Non. Iul. Sirmio", Diuo Iouiano & Varroniano coss. [364.]

## NOTÆ.

* Et hanc *legem* memorat vetus Conſultatio, *eodem cap.* 10. Cæterum hic parachroniſmus admiſſus ab huius Codicis conditoribus: eſt enim hæc lex tempore prior lege 2. 3. 4. 5. 6 *ſup.* & debuit *ſecunda* ordine poni.
" Priuatæ cuidam perſonæ: pariter vt lex 3. *&* 6 *ſup.*
" *Proconſularem*, malè in veteri Conſultatione.

" *Amicum*



" *Amicum noſtrum*: Nota hunc titulum quo Imp. Proconſulem Africæ dignabatur.
" *Sirmij.* Valentinianus hoc tempore cum fratre Valente agit: teſtis Am. Marcellinus *lib.* 26. *p.* 339. Philoſtorgius, *lib.* 8. *c.* 8. v. Chronol. *Theod.*

## COMMENTARIVS.

DE HÆREDVM inter ſe tranſactione ſuper portionibus hæreditariis eſt hoc Valentiniani Imp. reſcriptum ad libellum ſupplicem priuati cuiuſdam perſonæ emiſſum. Quo definit, huic tranſactioni ſtandũ eſſe: conditione *primùm* tamen additâ: inde vi & effectu eius oſtenſis: *Conditio* hæc eſt, ſi hæc tranſactio *fide geſtorum diligenti examinatione comprobata fuerit, ſi fides inſtrumento fiat*: Vbi quæri poteſt, nùm inſtrumenti ita mentio fiat, vt & inſtrumentum præciſè requiratur? Quod non puto; propter generalia etiam verba illa quæ dixi, quæ *ſiue legis* continentur: *Inſtrumenti* ſcilicet mentio fit, quod de his ſcripturæ fieri ſoleant & inſtrumento fermè interpoſito, hæ tranſactiones fiant: non quòd fides geſtorum non aliunde comprobari poſſit. Quod etiam disertè in hac ipſa ſpecie, de pacto inquam, ſeu tranſactione inter hæredes conſtitutum à Diocletiano & Maximiano, *l. pactum* 17. 21. *Cod. de pactis*: *& l. inſtrumentis* 19. *Cod. de fide inſtrum.* vt & in tranſactione cum hærede tutoris: *l. cùm te* 5. *Cod. de tranſactionib.* Effectus porrò (quod *hac leg.* præcipuum) huius tranſactionis legitimè probatæ hic eſt, vt competens ex huiuſmodi tranſactione portio à poſſeſſoribus cum fructibus reſtitui debeat; exinde ſcilicet, ſeu ab eo tempore, quo res præſtari ſecundum conuentionem debuit: vt cæteroquin à tempore moræ poſſeſſor, fructus reſtituit. Quod tralatitij iuris eſt.

## ¶ IVRATAM *aduerſus pactionem, vel tranſactionem venientis, & ſic* PERIVRI ἐν συστατικοῖς συναλλάγματικοῖς *quatuor pœnæ ſeueriſsimæ.*

### VIII. * Impp. ARCADIVS" & Honorius AA. Rufino PF. P."

SI quis" maior annis" aduersùs" pacta vel tranſactiones", nullo cogentis" imperio, ſed libero arbitrio & voluntate confecta", putauerit" eſſe veniendum, vel interpellando Iudicem, vel ſupplicando Principibus: vel non implendo promiſſa ea, quæ" inuocato nomine" *Dei Omnipotentis*, eo auctore ſolidauerit", non ſolùm inuratur" infamiâ, verùm etiam actione priuatus, reſtitutâ" pœná, quæ pactis probatur inſertâ, earum rerum" & proprietate careat, & emolumento, quod" ex pacto" vel tranſactione illâ fuerit conſecutus. Quæ" omnia mox eorum commodo deputabuntur, qui intemerati" pacti iura ſeruauerint. ¶ Eos etiam huius litis" vel iacturâ dignos iubemus eſſe, vel munere, qui Nomina" Noſtra placitis inſerentes *Salutem Principum* confirmationem initarum eſſe iurauerint pactionum. Dat. v. Id. Octob. Conſtantinopoli. Olibrio & Probino COSS. [395]

INTERPRETATIO." *Si quis poſt* XXV. *ætatis ſuæ annum aduerſus pactionem, vel definitionem ſuam, quam nullâ poteſtate" conſtrictus emiſit, ſed voluntate propria feciſſe dignoſcitur, aut interpellare Iudices, aut Poteſtatum" animos contra hoc quod fecit precibus adire præſumpſerit, aut implere neglexerit ea, quæ ſub ſacramenti interpoſitione definitionis" ſuæ ſcriptura teſtatur, non ſolùm ex hoc facto pronuntietur infamis, ſed nec cauſam ipſam agere permittatur, & pœnam quam in pacto conſtituit, cogatur exoluere: Et quidquid partibus ſuis per eandem ſcripturam fuerit deputatum, illis continuò conferatur, qui emiſſæ pactionis definitionem ſine aliqua contrarietate ſeruauerint. Illos quoque præcipimus ſimilis pœnæ conditione conſtringi, qui* Dominorum" *nomina coniurant", placitis inſerentes, definita implere neglexerint: quod illis pro munere conſeruatæ pactionis accreſcat, qui ſacramenta & definita ſeruauerint.*

## NOTÆ.

* Lex *ſi quis maior* 41. *Cod. de tranſactionib.* ad quam *legem* præter alios, Fulgoſium, Cagnolum, prolixè ſcripſit & doctè Alciatus. Repetiit eam Bertazius *in fine tractatus ſui de clauſulis inſtrum.* Meminit *huius leg.* Vetus Conſultatio, *cap.* 2. & Papinianus, *Reſponſorum, tit.* 37.
" *Arcadius* huius l. auctor eſt, vt ex Rufini PP. nomine inſcripto apparet, & ex ſubſcripta Conſtantinopoli, licet pro more Honorij Collegæ in Imperio nomen additum quoque ſit, de quo more ſemel in Proleg.
" *Rufinus* PP. Orientis ſcil. ſub Arcadio: de quo plenè in *Proſopogr.*
" An &, *ſi quæ?*
" *Vigintiquinque* additum Cod. Iuſt. quod etiam Interpres ad *hanc leg.* ſupplet: Quo tamen nil opus erat: *Maior* abſolutè dicitur, qui maior eſt 25. annis.
" *Aduerſum*, ita MSS. quidam.
" *Tranſactiones* φιλικὴ διαλύσεις Chryſoſtomo *de pœniten.* 8.
" *Cogente* Cod. Iuſt. & Cod. Til. præ quo hoc noſtrum præfero: *Cogentis*, veluti *poteſtatis*, vt Interpres ad *hanc leg.* potentiæ terrore, *l.* 6. *ſup.*
" *Confectas* Cod. Iuſt. hoc noſtrum Latinum magis.
" *Putauerit veniendum* cum effectu ſcilicet & ſic *venerit*: qui huius ſæculi ſtylus eſt: idque triplex contrauentionis actus oſtendit.
" *Eas autem.* Cod. Iuſt. quo nil opus erat. *Eáque*; ita Til. In Cuiac. *Et quæ* malè.
" *Inuocato Dei omnipotentis nomine*, ita MSS. nonnulli.

R 3 " *Solida*

cùm memores, nec à primâ pactione, quæ ſubſtantiam non habebat, ſecundâ conuentione diſceſſum; &" inaniter reſediſſe, quod non iam pactio, ſed quædam *vſurpatio*", iuſtis non *ſubſiſtentibus cauſis, in moderatione*", doceatur. Dat. III. Kalend. Aug. Mediolani, ipſis AA. COSS.

## NOTÆ.

* Et hanc *leg.* recitat vetus Conſultationis Auctor *d. c.* 10. Eadémque eius ſententia eſt quæ legis 3. *ſup.* Abeſt verò à Cod. Iuſt quia plures *ibi* & apertæ ſimiles.

" *Priuatæ* fœminæ, & ad ſupplicem eius libellum: pariter in *d. l.* 3, *ſup.* v. *Prolegom.*

" *Inter cætera:* v. de hâc formulâ *Prolegom.*

" In veteri conſultatione hæ duæ voces præmittuntur, *Lites trahi*: quod rurſùm Auctoris illius fidem arguit: Certè, quædam huic legi præmittenda demonſtrat vox initialis, *Et.*

" V. *l. vlt. inf. de contrah. empt.*

" *Fatigandi* vox *hîc* propria. v. Gloſſar.

" *Iudiciorum* id eſt Iudicum. v. Gloſſ. & vt mox dicitur, *Rectorum prouinciæ.*

" *Expectat inuidia*: vitioſè in veteri illâ conſultat. & in *Cuiacij edit.*

" Intexuiſti; inſeruiſti, vel nexuiſti.

" Id eſt tranſigendi: ab antecedenti, conſequens: ſic *l. vlt. Cod. de feriis*: *tranſactiones loquantur.*

" *Subſtantia* hîc & mox rurſum, pro iure, titulo, cauſa: vnde & fine legis, *non ſubſiſtentibus cauſis.*

" *Submoueat* in veteri Conſultat: quomodo & mox *faciat*, pro *faciet*: item, *nec*, pro *ne.*

" *Sed etiam inaniter*: vetus Conſultatio: minus rectè.

" *Vſurpatitiis* inemendatè in veteri Conſultat.

" *Immoderatio.* in veteri Conſultatione. Vnde legam *immoderatióve*: vel *in moderatione*, pro *apud Moderatorem.*

## COMMENTARIVS.

POTENTIÆ terrore, ſoláque impudentiâ extortum a falſo cohærede pactum ſeu transactionem non valere definit hoc Reſcripto Valentinianus Sen. cui ſimile iam fuit eiuſdem reſcriptum *lege. 3. ſuprà*, in eadem ſpecie de hæreditate pactoque ſuper eâ inito: vbi & Symmachi locum attuli Peculiaria tantùm duo habet hæc noſtra. Primùm, quod in eius ſpecie non per ſimplicem* aduerſarij dolum vel calumniam, vt *in d. l. 3. & in l. 65. §. 1. ff. de condict. indeb.* extorta fuerat pactio, verùm *potentiæ terrore*, ſeu à potente metu iniecto *infima* perſonâ, muliercula inquam, eò adacta fuerat, quod longè grauius, & à parte vim intentantis, & à parte patientis. Alterum, quod ſpecies *huius leg.* pertineat propriè *ad Senatuſconſultum Tertullianum*, ſeu ad matris ſucceſſionem in bonis filij. Ex Conſtantini ſcilicet conſtitutione, quæ his temporibus obtinebat, Agnati cuiuſcunque gradus etiam remotiſſimi cum matre in filij ſucceſſione concurrebant, ſi videl. mater ius liberorum non haberet: At ſi haberet, patruus tantum eiúſque filius & nepos, non vlteriores agnati, cum eâ concurrebant: *l. 1. inf. de legitimis hæredit.* In *huius* igitur *legis* ſpecie quidam ex potentioribus, cùm ſe defuncti adgnatum diceret, cùm tamen reuerà non eſſet, vel certè non eius gradus qui cum matre in ſucceſſione filij eius concurrere deberet, de hæreditate defuncti cum matre eius pactus eſt, cùm paciſcendi ius, cauſam, titulum nullum haberet, & vt hæc lex eleganter loquitur, *ſubſtantiam* ſeu *ſubſiſtentes cauſas nullas.* Qua de re cùm queſta fuiſſet apud Imperatorem mulier ſeu mater, ad eius querelam reſcribit Valentinianus Imp. hâc elegantiſſimâ & æquiſſimâ conſtitutione, huiuſmodi pactum nullius eſſe momenti, datúmque ex eo repeti, condici poſſe, vtpote ſine cauſa datum, nullis ſubſiſtentibus cauſis. Ac maximè, quæ ſententia eſt *huius leg. in fine*, ſi non mulier ſecundâ conuentione & ſpontaneâ iam à priore receſſit: Alioquin enim & ex conuerſo, metus, vis præſumptionem elidit, vitiúmque eluit ratihabitio, & geminata conuentio, nouus denique conſenſus ſiue expreſſus, ſiue tacitus: *h. l.* & *l. 2. 4. Cod. de his quæ vi metúſue cauſa.* ¶ Elegantiſſimæ inter hæc duæ Iuris γνῶμαι hîc obſeruandæ ſunt: Prima *ſub quodam potentiæ terrore infimos fatigari, ad Iudiciorum*, id eſt, Iudicum *ſpectare inuidiam*: cui congruit ſimilis, imò gemina *lex 9. §. 5. ff. de officio Proconſulis. Ad inuidiam eius qui prouinciæ præeſt ſpectat, opprimi aliquem per aduerſarij potentiam.* Altera γνώμη, non permittendum, *vt Impudentia vindicet, quod concedere Leges & iura non poſſunt.*

---

## ¶ *Inter* HÆREDES *factæ tranſactioni ſtari oportere.*

### VII. Iidem AA. Ampeliæ"

EA quæ *Hæredes* inter ſe tranſactione interpoſitâ compoſuerint, firma illibatáque perſeuerabunt; & ideò ſecundum fidem inſtrumenti competens tibi portio à poſſeſſoribus cum fructibus reſtituetur, per V. C. Proconſulem" Africæ amicum" noſtrum, fide geſtorum diligenti examinatione comprobatâ. Dat. III. Non. Iul. Sirmio", Diuo Iouiano & Varroniano coss. [364.]

## NOTÆ.

* Et hanc *legem* memorat vetus Conſultatio, *eodem cap.* 10. Cæterum hic parachroniſmus admiſſus ab huius Codicis conditoribus: eſt enim hæc lex tempore prior lege 2. 3. 4. 5. 6 *ſup.* & debuit *ſecunda* ordine poni.

" Priuatæ cuidam perſonæ: pariter vt lex 3. & 6 *ſup.*

" *Proconſularem*, malè in veteri Conſultatione.

" *Amicum*



" *Amicum noſtrum*: Nota hunc titulum quo Imp. Proconſulem Africæ dignabatur.

" *Sirmij.* Valentinianus hoc tempore cum fratre Valente agit: teſtis Am. Marcellinus *lib. 26. p.* 339. Philoſtorgius, *lib.* 8. *c.* 8. v. Chronol. *Theod.*

## COMMENTARIVS.

DE HÆREDVM inter ſe tranſactione ſuper portionibus hæreditariis eſt hoc Valentiniani Imp. reſcriptum ad libellum ſupplicem priuati cuiuſdam perſonæ emiſſum. Quo definit, huic tranſactioni ſtandũ eſſe: conditione *primùm* tamen additâ: inde vi & effectu eius oſtenſis: *Conditio* hæc eſt, ſi hæc tranſactio *fide geſtorum diligenti examinatione comprobata fuerit, ſi fides inſtrumento fiat*: Vbi quæri poteſt, nùm inſtrumenti ita mentio fiat, vt & inſtrumentum præcisè requiratur? Quod non puto; propter generalia etiam verba illa quæ dixi, quæ *fine legis* continentur: *Inſtrumenti* ſcilicet mentio fit, quod de his ſcripturæ fieri ſoleant & inſtrumento fermè interpoſito, hæ tranſactiones fiant: non quòd fides geſtorum non aliunde comprobari poſſit. Quod etiam diſertè in hac ipſa ſpecie, de pacto inquam, ſeu tranſactione inter hæredes conſtitutum à Diocletiano & Maximiano, *l. pactum* 17. 21. *Cod. de pactis*: & *l. inſtrumentis* 19. *Cod. de fide inſtrum.* vt & in tranſactione cum hærede tutoris: *l. ante* 5. *Cod. de tranſactionib.* Effectus porrò (quod *hac leg.* præcipuum) huius tranſactionis legitimè probatæ hic eſt, vt competens ex huiuſmodi tranſactione portio à poſſeſſoribus cum fructibus reſtitui debeat; exinde ſcilicet, ſeu ab eo tempore, quo res præſtari ſecundum conuentionem debuit: vt cæteroquin à tempore moræ poſſeſſor, fructus reſtituit. Quod tralatitij iuris eſt.

---

## ¶ IVRATAM *aduerſus pactionem, vel tranſactionem venientis, & ſic* PERIVRI ἐν συναπτικοῖς συναλλαγματικοῖς *quatuor pœnæ ſeueriſſimæ.*

### VIII. * Impp. ARCADIVS" & Honorius AA. Rufino PF. P."

SI quis" maior annis" aduersùs" pacta vel tranſactiones", nullo cogentis" imperio, ſed libero arbitrio & voluntate confecta", putauerit" eſſe veniendum, vel interpellando Iudicem, vel ſupplicando Principibus: vel non implendo promiſſa ea, quæ" inuocato nomine" *Dei Omnipotentis*, eo auctore ſolidauerit", non ſolùm inuratur" infamiâ, verùm etiam actione priuatus, reſtitutâ" pœnâ, quæ pactis probatur inſertâ, earum rerum" & proprietate careat, & emolumento, quod" ex pacto" vel tranſactione illâ fuerit conſecutus. Quæ" omnia mox eorum commodo deputabuntur, qui intemerati" pacti iura ſeruauerint. ¶ Eos etiam huius litis" vel iacturâ dignos iubemus eſſe, vel munere, qui Nomina" Noſtra placitis inſerentes *Salutem Principum* confirmationem initarum eſſe iurauerint pactionum. Dat. V. Id. Octob. Conſtantinopoli. Olibrio & Probino COSS. [395]

INTERPRETATIO." *Si quis poſt* XXV. *ætatis ſuæ annum aduerſus pactionem, vel definitionem ſuam, quam nullâ poteſtate" conſtrictus emiſit, ſed voluntate propria feciſſe dignoſcitur, aut interpellare Iudices, aut Poteſtatum" animos contra hoc quod fecit precibus adire præſumpſerit, aut implere neglexerit ea, quæ ſub ſacramenti interpoſitione definitionis" ſuæ ſcriptura teſtatur, non ſolùm ex hoc facto pronuntietur infamis, ſed nec cauſam ipſam agere permittatur, & pœnam quam in pacto conſtituit, cogatur exoluere: Et quidquid partibus ſuis per eandem ſcripturam fuerit deputatum, illis continuò conferatur, qui emiſſæ pactionis definitionem ſine aliqua contrarietate ſeruauerint. Illos quoque præcipimus ſimilis pœnæ conditione conſtringi, qui* Dominorum" *nomina coniurant", placitis inſerentes, definita implere neglexerint: quod illis pro munere conſeruatæ pactionis accreſcat, qui ſacramenta & definita ſeruauerint.*

## NOTÆ.

* Lex *ſi quis maior* 41. *Cod. de tranſactionib.* ad quam *legem* præter alios, Fulgoſium, Cagnolum, prolixè ſcripſit & doctè Alciatus. Repetiit eam Bertazius *in fine tractatus ſui de clauſulis inſtrum.* Meminit *huius leg.* Vetus Conſultatio, *cap.* 2. & Papinianus, *Reſponſorum, tit.* 37.

" *Arcadius* huius l. auctor eſt, vt ex Rufini PP. nomine inſcripto apparet, & ex ſubſcripta Conſtantinopoli, licet pro more Honorij Collegæ in Imperio nomen additum quoque ſit, de quo more ſemel in Proleg.

" *Rufinus* PP. Orientis ſcil. ſub Arcadio: de quo plenè in *Proſopogr.*

" An &, *ſi quæ?*

" *Vigintiquinque* additum Cod. Iuſt. quod etiam Interpres ad *hanc leg.* ſupplet: Quo tamen nil opus erat: *Maior* abſolutè dicitur, qui maior eſt 25. annis.

" *Aduerſum*, ita MSS. quidam.

" *Tranſactiones* φιλικῇ διαλύσεις Chryſoſtomo *de pœniten.* 8.

" *Cogente* Cod. Iuſt. & Cod. Til. præ quo hoc noſtrum præfero: *Cogentis*, veluti *poteſtatis*, vt Interpres ad *hanc leg.* potentiæ terrore, *l. 6. ſup.*

" *Confectas* Cod. Iuſt. hoc noſtrum Latinum magis.

" *Putauerit veniendum* cum effectu ſcilicet & ſic *venerit*: qui huius ſæculi ſtylus eſt: idque triplex contrauentionis actus oſtendit.

" *Eas autem.* Cod. Iuſt. quo nil opus erat. *Eáque* ita Til. In Cuiac. *Et quæ* malè.

" *Inuocato Dei omnipotentis nomine*, ita MSS. nonnulli.

R 3 " *Solida*

" *Solidare*, eſt firmare, βεβαιῶσαι.
" *Iuratur*, id eſt *notetur*, quod in Cod.Iuſt.ſubſtitutum: fortè propter *l.2. inf. de pœnis*. Atenim noſtrum illud elegantius, & ad morem priſcum magis.
" *Reſtituta*, id eſt præſtita: Interpres ideò *exoluendi* voce vtitur. v. Gloſſ. Theod.
" *Et rerum proprietate*. ita C.Iuſt. Hoc noſtrum verius.
" *Quasi*
" *Pactione* C.Iuſt. Quaſi verò *pactum* non id ſignet.
" *Itaque*. C.Iuſt. Ita pro more ſuo Tribonianus, periodos longiores per relatiuas voces contextas in plures reſoluens.
" *Intemerata*. Cod.Iuſt. vtrumque rectum: malim tamen *intemerati*, pacti ſcil.
" *Legis*. Cod. Iuſt. Noſtrum hoc rectum eſt: ſic ſuprà, *actione priuatus*: *Lis* eſt res quæ in controuerſiâ eſt: *Varro*.
" *Nomina* Principum, pro ipſis Principibus: ſic *l. vn. inf. ſi quis Imp. maled.* v. & Gloſſ.
" Hanc Interpretationem ſequitur Formularum Secundum legem Romanam Auctor, *form.* 26.
" Dixi *ſup.* ad vocem *cogentis*.
" *Poteſtates*, ſunt Principes.
" Hoc addit Interpres.
" Ideſt Regum.
" *Coniurant*: pro adiurant: iureiurando complectuntur.

## COMMENTARIVS.

De Periurii pœnis aduerſus iuſiurandum, quod pacto vel tranſactioni inſertum eſt, cuiúſque religione firmata eſt pactio, τὸ συνάλλαγμα, eſt hæc ſingularis famoſáque Arcadij Imp. conſtitutio, quam ab aliis licet pluribus illuſtratam, meo marte κατὰ πόδας antequam explico; celebratam quæſtionem de *pœnâ periurij* veteri iure Romano breuiter ἐν παρέργῳ excutere libet. Non iam quæro de Republ. Romana, ſub qua certè Cenſoris ea de periuriis notio fuit, ſic vt de nullâ aliâ re diligentiùs iudicarent quàm de periurio, teſte Cicerone, *lib. 3. de officiis*. Quod pœnam verò attinet, eodem teſte, periurij pœna diuina, exitium; humana dedecus erat: quomodo & alias Cenſoris iudicium nil niſi ruborem damnato adferebat, eodem Cicerone auctore *libris de Republicâ*. De Iuriſconſultorum igitur noſtrorum, & Imperatorum eiuſdem æui, temporibus quæritur. In genere Paulus *in l. 22. π. de dolo*, pœnam periurij memorat, quam in ſp. illâ quam tractabat, ſufficere ait. Vlpianus ſpeciatim, in *l. ſi duo 13. inf. π. de iureiurando*, periurum fuſtibus caſtigandum cum elogio ſcribit. Modeſtinus libro ſingulari de pœnis in *l. vlt. π. ſtellionatus*, exilij ad tempus meminit. Et Alexander tamen Imp. in *l. 2. Cod. de rebus creditis & iureiur.* iuriſiurandi contempti religionem ſatis Deum vltorem habere definit: idémque *l. 2. Cod. ad l. Iul. maieſt.* maieſtatis crimen non ſuſtinere eum, qui ſeruo ſuo iratus eſſe non perſeueret, quod ſemper ſe facturum inconſultè iurauerat. Vera equidem eſt eorum ſententia, qui nullam certam pœnam periurio poſitam fuiſſe aiunt: ſed tamen ἐναντιοφανὲς ita non ſoluitur. Conciliario in procliui: per calorem admiſſo periurio pœnam nón imponi: *d. l. 2. de reb. cred. & d. l. 2. ad l. Iul. maieſt.* imponi iudiciali ſeu in iudicio admiſſo, *d. l. 22. de dolo*: *l. 13. inf. de iureiurando*: vt & ſi in inſtrumento falſum iuſiurandum admiſſum fuerit, *d. l. vlt. ſtellionatus*. In qua ſpecie verſatur quoque lex 4. *Cod. ſi minor ſe maiorem*: Nulla verò lex occurrit de pœna periurij admiſſi aduersùs iuſiurandum quod de re aliqua præſtandâ vel faciendâ, *pacto vel tranſactione* comprehenſum fuerat: etſi hoc caſu iuriſiurandi religionem obſeruandam Alexander quoque Imp. inculcet etiam minori 25. annis *l. 1. Cod. ſi aduerſus venditionem*, atque adeò impleri fidem contractus velit. Hactenùs ſcilicet ſtetit iuriſiurandi de aliquo obſeruando, præſtando, vel faciendo religio. Nulla verò tum adhuc pœna ſtatuta, ſi quis hac parte peieraret.

¶ At enim hâc demum Arcadij nunc conſtitutione periurio huiuſmodi, παρ᾽ ῥοίᾳ inobſeruantiæ pacti iurati variæ & atroces admodum pœnæ imponuntur: cuius hæc ſumma eſt. *Aiurato pacto vel tranſactione legitimè initis recedentem maiorem 25. annis, quatuor pœnis ſubiici: nam & infamia eum notari, & actionem amittere, & pœnam promiſſam luere, & accepta ſibiue data reſtituere; eáque omnia ei qui dictis manſit, adquiri*: ¶ Hæc inquam cauſæ coniectio eſt huiuſce conſtitutionis, quæ *Arcadium* authorem habet, non Honorium, non Theodoſium, quod perperàm nonnulli tradunt: quod ex *Rufini PP.* nomine, ad quem ea lex data eſt, qui vtique PP. Orientis fuit ſub Arcadio; vt & ex vrbis *Conſtantinopol.* vbi hæc lex data, nomine, *Olybrio & Probino Coſſ.* apparet: Quo tempore Theodoſio M. iam defuncto Honorius in Occidente imperabat, Mediolaníque verſabatur. Nunc ad rem. ¶ Hac igitur conſtitutione continetur ius planè NOVVM, quod Arcadius inuexit, pactorum iuratorum ita fidem religionémque multiplici pœna ſancire volens. Nouum, inquam, ob nouas támque multiplices potiſſimùm pœnas: nos de ſingulis videamus.

Prima pœna eſt *Infamiæ*. Certè periurus olim non fiebat infamis ex Edicto Prætoris, etſi infamiâ apud bonos laboraret, humanáque periurij pœna, vt dixi, dedecus eſſet, Cenſoréſque pudorem hactenùs ſuffunderent: Excepto ſi in iudicio peieratum eſſet, vt in ſpecie *d. l. 13. inf. π. de iureiur.* Secunda pœna eſt, quod periurus *actione priuetur*, nempe priſtino omni iure illo & actione quæ pacto & tranſactioni alioquin cauſam præbuerat. Tertia pœna eſt, *pœnæ promiſſæ præſtatio*, quod videl. periurus pœnam in ſtipulatum deductam (quo altero vinculo pactum vel tranſactio ſolidatum firmatúmque fuerat,) ſoluere cogatur. Poſtrema pœna eſt, quod ſi quid ex pacto illo acceperit, reddere teneatur. Qui quidem nouus eſt tot pœnarum concurſus: ac nominatim pœnæ præſtationis, ſimùl & reſtitutionis rei. Quare rectè cenſent, qui etſi quoad obſeruantiam Iuriſiurandi hanc leg. fauorabilem eſſe dicant, attamen quoad pœnas extenſione vel interpretatione non iuuandam eſſe decernunt, velut rigoroſam & duram, quæ in practica non ſeruatur. Etſi ſuas ipſa quaſdam habeat *Extenſiones*, vti retrò ſuas habet & ſuppeditat ipſamet *Limitationes*, ſeu limites certos, intra quos ea coarctanda venit, expreſſis fermè in ea verbis: vlteriùs enim commentationem noſtram non producimus.

¶ De *Limitationibus* priùs videamus, quæque adeò omnia concurrere oporteat, vt huius rigoroſæ conſtitutionis pœnis periurus ſubiiciatur: quæ quidem ſex ſunt in vniuerſum, quorum vnum ſi deficiat, proculdubio & legis diſpoſitio deficit. Primùm igitur habet hæc lex ſignatè locum in Iureiurando quod *inſertum pacto vel Tranſactioni*, ἐν ὁμολογίαις, ſeu ſacramento, ἐν συμβολαίοις γραμματείοις, ἐν συναλλάγμασι, vbi videlicet accepto aliquo



quo à lite mota mouendáue receditur. In his enim fermè iuriſiurandi religio interponi ſolet (non verò adeò in contractibus, veluti depoſiti, mandati, ſocietatis, venditionis, locationis: &c.) Quâ etiam appellatione veniunt ſponſiones, ſtipulationes, nam & his ſacramentum interponi ſolet: V. *Nouellam* Theodoſij 4. *in f.* & Chryſoſtomum *homilia 9. in Acta*. Hùc etiam pertinet Gregorij Nazianzeni locus, *orat. 40. in ſanctum Baptiſma p. 641.* οἱ γὰρ τὰς πρὸς ἀνθρώπους ὁμολογίας ἐμπεδοῦν θεὸς μέσος παραληφθεὶς, πόσος ὁ κίνδυνος, ὧν πρὸς αὐτὸν ἐθέμεθα τῶν Θεῶν συνθηκῶν, τούτων παραβάτας ὀφθῆναι. Secundò requiritur, vt periurus *Maior ſit annis* (26. ſcilicet) vt diſertè *hac l.* dicitur: & quidem vt Bartolus rectè cenſet, verè maior, non qui fictè tantum iuríſue interpretatione pro maiore habetur. Minori proinde etſi periuro ad pœnas *huius leg.* euitandas ignoſcetur: hactenúſque res ſtabit, vt iuriiurando ſtare cogatur, quod vtique iam antea cautum fuit *l. 1. Cod. ſi aduerſus venditionem*, cui ſubiecta eſt quoque *Auth. ſacramenta puberum*, quod ius etiam in Galliâ ſeruatur. Tertiò requiritur, vt pactum, vel tranſactio *libero arbitrio & voluntate nullo cogentis Imperio confecta fuerit*, & ſic ſpontaneâ voluntate inita: ὑπὸ μηδενὸς ἀναγκαζόμενος *Baſil. Nullo cogentis imperio*, id eſt, vt non per potentiam & oppreſſionem pactio vel tranſactio elicita ſit, & vt Interpres hîc non malè, ſi nullâ poteſtate conſtrictus quis tranſegit: cuiuſmodi ſanè poteſtatis abuſu, potentiæque terrore infame ſæculum hoc fuit, & quidem in pactionibus, quod docuit iam lex 6. *ſup.* imò & vel Rufinus ipſe, cui hæc lex inſcribitur, Suida teſte. Quartò requiritur vt *Iuſiurandum* interpoſitum pactúmque ſeu tranſactio iureiurando ſolidata fuerint, tandem vt iureiurando confirmatæ fuerint pactiones ſolemniter inuocato nomine Dei Omnipotentis, vel per ſalutem Principum, de quo duplici iuriſiurandi genere poſteà. In quem morem inuehitur non vno loco Chryſoſtomus: ſic vt hanc ipſam iuriſiurandi ἐν συναλλάγμασι interpoſitionem, haud aliter credituro factam, cuidam neceſſitati adſcribat, & cogentis imperio, quod tamen in *hâc l.* abeſſe debet: v. vel homiliam eius 9. *in acta Apoſtolorum*. Quintò requiritur, vt *aduerſus* huiuſmodi pacta vel Tranſactiones *veniatur facto* ſcilicet aliquo, interpellato inquam aduerſus iuratam pactionem Iudice, vel ſupplicatione Principi aduerſus id oblatâ, vel non implendo promiſſa (de quo triplici contrauentionis genere poſteà:) Id eſt vt ſubſtantiam, ſoliditatem, firmitatem pacti vel tranſactionis impetierit, teſtatâ voluntate fidei fractæ. Neque enim ſi nudam fortè ſolutionem diſtulerit, & moratus fuerit, id ad *hanc leg.* pertinet, quod rectè Petrus Beſueus defendit: Legis enim huius hic vnicus ſcopus eſt, vt intemerati *pacti* IVRA, iureiurando ſolidata confirmata ſeruentur. Quare iam de ea quæſtione iudicium fieri poteſt, num locus ſit in ſp. *huius l.* purgationi moræ; Quod ad euitandas *huius l.* pœnas incunctanter dicendum eſt, non tantùm quia purgatio moræ ex æquitate inducta eſt, *l. ſi ſeruum, π. de verbor. obligat.* & ſic iuſta cauſa excuſat à mora, & in eius ſequelam à periurio: *l. 2. π. ſi quis cautionib. l. vlt. π. qui ſatiſdare cog.* verùm quia id in *hac l.* requiritur, vt ipſa pacti ſubſtantia percellatur facto aliquo. Sextò deſideratur, vt aduerſarius ex ſua parte intemerati pacti iura ſeruauerit: cui & ideò *hac l.* Munus id (vt exertè vocatur) defertur, vt actionis ipſius, vt pœnæ, vt datorum lucrum faciat: & ſic triplici *munere* donetur. Et hactenus quidem Limitationes, huiuſce Legis. In practica ſanè rariſſimè ea practicatur, & quælibet leuis cauſa facit eam ceſſare: Denique in dubio iudicatur illi locum non eſſe, & nunquam recipitur quotieſcunque ceſſat læſio ſeu intereſſe partis, & dolus.

*Extenſiones* retrò ſuas habet, & *Ampliationes* nonnullas continet, quamlibet noua & rigoroſa hæc conſtitutio. Primò quidem *Omnes* Maiores 25. annis *hac l.* comprehenduntur: *ſi quis*, inquit *maior annis*. De cuius verbi latiſſimâ ſignificatione & Iuriſconſultus ipſe, & Interpretes *l. 1. π. de verborum ſignif.* De Muliere & Ruſtico potiſſimùm hic quærunt Interpretes: quam quæſtionem nos hic in medio relinquimus. Hactenùs Ampliatio reſpectu Perſonarum.

Secunda ampliatio eſt reſpectu Negotij: *Aduerſus pacta vel tranſactiones*, inquit lex, id eſt, aduerſus omnis generis συμβόλαια, ſiue in ſcripturam redacta, ſiue non ſcripta, quam in rem Gregorius Nazianzenus *epiſtola* de quâ mox: etſi ſcribi ea fermè mos eſſet, tutiúſque.

Tertia eſt, ratione iuriſiurandi: Nempe, huic conſtitutioni ſuæ locum eſſe vult Arcadius, ſiue inuocato nomine Dei omnipotentis, eóque auctore ſolidatum fuerit pactum vel tranſactio: ſiue paciſcentes Principis nomina placitis inſerentes, ſalutem Principum confirmationem initarum eſſe iurauerint pactionum: id eſt ſiue per Deum, ſiue per Principis ſalutem iuratum fuerit. Hæ ſcilicet duæ iuriſiurandi ſpecies fuêre; hoc quoque æuo: ſic vt non inuocato tantùm Dei nomine, verùm etiam iureiurando per ſalutem Principis pactiones ſolidarentur: cuius poſterioris vis hæc erat, vt indicaretur, futuras eas adeò ratas, vt ſalus Principis eis curæ atque inter vota eſſet: Chriſtiani nempe iam olim per ſalutem Principum, vt Pagani frequentiùs per Genium, iurare non verebantur. Tertulliani in id locus iam notus *cap. π. Apologetici*: Sed *& iuramus*, inquit, *ſicut non per Genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus Geniis*. Per Genium Principis iurare Chriſtiani nolebant: atque hoc inter cætera obſtinationis Chriſtianæ crimen erat, quod præter alios docet primus eiuſdem Tertulliani liber *ad Nationes c. 17.* quem nos primi eruimus. Quare etiam, ſicut Chriſtiani Diis immolare, ita per Cæſaris genium iurare ſub Perſecutoribus iubebantur, cogebantur, vt in agone Polycarpi notat Euſebius, *lib. 4. hiſtor. Eccleſiaſticæ*, *c. 15.* & conſtat ex actis Proconſularibus Martyrum Scyllitanorum: eámque in rem ſolemnis erat hæc formula; *Tantum iura per Genium Cæſaris*: At *per ſalutem* Principis iurare Chriſtiani haud verebantur, quippe quem ſaluum & incolumem votis expeterent omnibus. Ita Syrianum Ducem Ægypti ab Alexandrinis Athanaſij nomine conuentum precibus eorum aſſenſiſſe reperio, idque iureiurando per ſalutem Principis addito, διεβεβαιώσατο μαρτυρόμενος τὴν σωτηρίαν, vt refert Athanaſius *Apol. ad Conſtantium p. 537.* Ita lego Marcellinum Tribunum & Notarium Cognitorem in Edicto ſuo, quo ad Collationem Carthaginienſem Catholicos & Donatiſtas A.D. 411. inuitabat, hoc ſeſe ſacramento velut religioſiſſimo deuinxiſſe: *Per admirabile myſterium Trinitatis, per Incarnationis dominicæ ſacramentum, & per ſalutem Principum*. Et publicè igitur ſeu in publicis actibus hoc ſacramenti genus ſolemne fuit, & in priuatis negotiis, cuius rei exemplum quoque §. 1. *Inſt. de fideicom. hæred.* Cœterùm hoc iuriſiurandi genus ita Patres accipiebant, vt non tam iuſiurandum eſſet, quàm obteſtationis genus quoddam quo hominum & auditorum animi conciliarentur & confirmarentur. Eleganter Baſilius, *in Pſalmum 14.* θεραπεύων

πρὸς

πρὸς τοὺς ἀκούοντας vocauit. εἰσὶ δέ τινες, inquit, λόγοι σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι δὲ ὄντες: ἀλλὰ θεράπεια πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ὡς ὁ Ἰωσὴφ, τὸν Αἰγύπτιον οἰκονομούμενος ΝΗ ΤΗΝ ΥΓΙΕΙΑΝ ὄμνυε Φαραὼ, &c. Id quod *fine huius l.* eleganter deſcribitur: *Qui*, inquit, *Nomina noſtra placitis inſerentes, ſalutem Principum* CONFIRMATIONEM *initarum eſſe iurauerint pactionum.* Validiſſimum ſanè per hæc ipſa tempora Iuriſiurandi genus hoc fuiſſe teſtantur ea, quæ Zoſimus, *lib.* 5. *p.* 822. *& ſeq.* (in A.D. 409.) & Sozomenus, *lib.* 9. *cap* 7. *inf.* narrant, de Iouio PP. Italiæ, eum, vt ſuſpicionem omnem elueret, *per ſalutem Honorij* iuraſſe, alióſque Magiſtratus ad id adegiſſe, *nunquam ſe pacem cum Alaricho facturos.* Zoſimus ait, κατέλαβεν ὅρκοις ὀνώσιον· ὤμνυε δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον, τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς. At Sozomeno Chriſtianè πρὸς τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοὺς ὤμοσε. Addit Zoſimus, cùm æquiores mox pacis conditiones Honorius Alarico offerret, Iouium & cæteros ob iuriſiurãdi religionem obſtitiſſe. εἰ μὲν γὰρ, inquiebant, πρὸς τὸν θεὸν τετυχήκει δεδομένος ὅρκος, ἦν ἂν ὡς εἰκὸς παρεῖδεν, ἐνδιδόντας τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ὀμωμόκεσαν κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν τοσοῦτον ἐξαμαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφύλαττεν ὁ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκονομούντων, Θεοῦ προνοίας ἐστερημένων, id eſt, *Quippe ſi per Deum præſtitum fuiſſet iuramentum, fortaſſe negligi poſſe, permittendo benignitati diuinæ impietatis condonationem: ſed quando per Caput Imperatoris iuraſſent, fas non eſſe ſibi contra tam graue iuſiurandum delinquere.* Vſque adeò cauta mens illorum erat, qui Dei cura deſtituti Rempub. id temporis temperabant. Imò tantùm profecerat hoc ſæculo ſub Chriſtianis Principibus adulatio: haud aliter atque iam olim ſub Gentilibus, & ſæuiſſimis: de quo Taciti, Tertulliani & Minucij loca obuia ſunt. Melius ſaltem hæc *lex*, quâ primo loco periurium per Dei nomen plectitur, mox quæ ſecunda religio eſt, ſecundus titulus Maieſtatis, idem ad periurium per Principum ſalutem ſeu per Principis nomen porrigitur. Sic enim *hac lege* legendum *Nomina noſtra*: ſicut *in l. vn. inf. ſi quis Imperat. maledix.* Ita Tacitus 1. *Annal. Rubrio crimini dabatur, violatum periurio* NOMEN *Auguſti*; Et notum illud.

*Iurandáſque tuum per* NOMEN *ponimus aras.*

Quamuis Græci hîc *Numina* legiſſe videantur: Sic enim vertunt, ἐπὶ τὰς τῆς ἡμετέρας θειότητος τοῖς συμφρόνοις ἐντιθέντες. Etſi ſcio *Numinis* appellationem Principes Chriſtianos ſibi vindicaſſe in reſcriptis iuris, & conſtitutionibus, quod iure damnat Proſper *lib. de promiſſionibus & prædictionibus, cap.* 7. Etſi ſciam quoque frequenti Librariorum errore hæc nomina commutari, *Nominis*, inquam, & *Numinis.*

Quarta Ampliatio eſt reſpectu *Contrauentionis*: nempe nil intereſt, quis contra Pacta vel Tranſactiones iuratas putauerit eſſe veniendum, vno ex his tribus modis, ſiue interpellando Iudicem, ſiue ſupplicando Principibus, ſiue non implendo promiſſa: Quæ triplex contrauentionis ratio notanda eſt: & quidem ſine citatione partis, quod Alexander & alij rectè cenſent, contra Caſtrenſem & Iaſonem: nam & Interpellatio Iudicis & ſupplicatio Principi fit μονομερῶς. Vbi illud quoque nouum æquè, pœnas *hâc l.* conſtitutas, eum ſuſtinere qui reſtitutionem aduerſus pacta ſua iurata à Magiſtratu vel à Principe poſtulauit: non minus quàm qui directò, factóque ipſo promiſſa non impleuerit. Nefas itaque ſupplicare hâc in re ſiue Iudici, ſiue Principi: Quæ ſanè Gregorij quoque Nazianzeni ſententia fuit (qui ante ſeptennium fermè deuixit) *epiſtolâ ad Theodorum* 219. vbi inuehens in eos, qui iuſiurandum tantùm in tabulas ſeu membranas redactum, τοὺς κατὰ τῶν ἀρνῶν (ita enim reſcribo) προκειμένους ὅρκους, ſeu τὸ χρεῶν χειρόγραφον aliquo loco ducebant; at non etiam ἁπλῆν ὁμολογίαν nudum & ſimplex pactum, ſeu ὅρκους ἀγράφους (ita enim reſcribo) δίχα τῶν δερμάτων, ſubiicit mox quæ ad *hanc l.* appoſitiſſima ſunt, diluítque adeò duas obiectiones, quæ pro contrariâ ſententiâ allegabantur: priorem, οὐ μὴν οὐδὲ τὸ βεβιάσθαι φάσκειν, ἱκανὸν, ἡ βία γὰρ ἦν ὁ νόμος ὃν ἔδησεν: in quo à Iuriſconſultis & ab *hâc l.* diſertè abit Baſilius, cùm etiam pactum vi extortum ſeruari vult: poſteriorem, οὐδὲ ἐν τῷ δικαστηρίῳ ὕστερον ὑπερέχειν: αὐτὸ γὰρ τὸ δικάσασθαι παρορκία: Nempe ait, nequaquam idoneam ſatis fore excuſationem, ſi quis dicat *vi* ſeſe adactum, neque ſi quis ad iudicium prouocauerit, iudicióque vicerit aut obtinuerit, vt pactum reſcinderetur: nam & hoc ipſum, inquit, iudicio certare, periurium eſt. Verùm ita pro more ſuo Gregorius Nazianzenus velut Epiſcopus, & Romanis legibus, Chriſtianas, & Eccleſiaſticas paſſim opponens, *epiſt.* 176. 181. 198. 211. εἰσὶ νόμοι Ῥωμαίων, εἰσὶ καὶ ἡμέτεροι, inquit *d. epiſt.* 198, *& ep.* 176. ὁ τοῖς ἡμετέροις ἀπαρέσκει πάντως νόμοις κἂν οἱ Ῥωμαίων ἑτέρως κρίνωσι. Et hæc quidem de *huius leg.* ſententia.

Nunc indaganda nobis venit *Hiſtorica & ſecreta* huius *leg.* ratio, atque adeò cauſa tam atrocis vt vulgò creditur, Conſtitutionis. Videri igitur alicui poſſit, ſpecioſam *hanc leg.* obtentui tantùm ab Arcadio, firmandíſque Rufini ſpoliis latam: atque adeò nec fruſtra fuiſſe Alciatum, cùm *hanc leg.* à Rufino, cui ea inſcribitur, extortam ſubodoratus eſt. Argumenta hæc ipſe Alciato commodare poſſim. Primùm, ex ipſa Rufini, cui hæc lex inſcribitur perſonâ, moribúſque: Nempe & apud Claudianum, *libris in Rufinum*, & apud *Suidam* lego, ſiue ex Eunapij χρονογραφίᾳ, ſiue ex alio quodam vetuſto Auctore, de Rufino inter alia, poſſeſſiones réſque priuatorum ad eum paſſim tranſlatas metu calumniarum litiúmque: quas per emiſſarios ſuppoſitáſque perſonas paſſim intentaret. Inde igitur proceſſerint pacta & tranſactiones illæ, de quibus *hac l.* Secundò, cùm in *hac l.* tot vinculis, tot cautelis munitas proponi videat quis pactiones, tranſactiones, neque pœnali tantùm ſtipulatione, verùm & religione iuriſiurandi, & quidem per ſalutem Principis munitas, tùm ita colligat quis, videri hæc muniendis tantùm iniuſtis pactionibus quæſita: Nam ita fermè euenit, vt & nimia cautela fraudis ſuſpicionem inducat: & Principalis nominis obtentu, atque adeò adulatione in Principem, iniuſtas actiones ſuas multi muniant. Tertium argumentum ſumat quis ex eo, quod Iudices eo nomine interpellatos ex *hac l.* diſcere licet, imò ipſi Principi ſupplicatum, cùm iam aliud ſubſidium non ſuppeteret, de violentiâ querentibus: ſi non apertâ vi, ſaltem potentiæ ratione obiecta, poteſtate denique conſtrictis, vt Interpres *ad hanc l.* rectè. Quartum argumentum duci poſſit ex eo, quod Arcadius tam auidè hunc religionis iuriſque iurandi per nomen Dei ſuámque ſalutem prætextum arripiens, tot extraordinariis & inauditis pœnis periurium iſtud confoſſum eat. Quintum ex eo, quod violentiæ ſuſpicionem inuidiámque amoliri videatur, his verbis, *nullo cogentis imperio confecta.* Sextum quod hæc lex Rufino ipſi tanquam harum cauſarum *Iudici* inſcribitur: de quo præter Claudianum, vetus Auctor apud Suidam iniuriâ affectos eum ipſum Iudicem habuiſſe, qui ipſe reuerà iniuriæ auctor fuiſſet: ὁ ἀδικούμενος ἠδικεῖτο τὸν ἀδικοῦντα κρίνοντα: & mox: δίκαι τε πᾶσι παρ' αὐτοῖς



τοῖς κατ' ἐξουσίαν ἐκρίνοντο. Denique πᾶσαν τὴν ἀρχῆς δύναμιν κατὰ τὴν ἕω Rufino fuiſſe, & ad arbitrium eius Arcadium leges ſanxiſſe, improbúmque legum venditorem fuiſſe, teſtantur paſſim Veteres. Claudianus *lib.* 2. *in Rufinum*: Zoſimus *lib.* 5. *initio*, & Suidas ex eo: Philoſtorgius *lib.* 11. *cap.* 2. de quo iam ad *l. quiſquis.* Poſtremùm & tempora conueniunt: hoc enim illud omninò tempus eſt, quo Tyrannicus Rufini furor ad extrema decurrens impotentiſſimè dominabatur, atque ad ſummum proceſſerat: Imò poſtrema omniũ hæc lex eſt ex iis quæ Rufino inſcribuntur, neque vltra menſem ſupplicium eius dilatum. Quare vt verbo dicat quis, ſpecioſa quidem hæc lex fuerit, atenim re tùm inanis; haud aliter atque cæſo iam Rufino, ſpolia eius in ærarium comportata inani pariter obtentu. *l.* 14. *ſup. de bonis proſcriptorum*: Nàm & ea ipſa *lex* ſpoliatis grauis eſt. Sic igitur his duabus legibus inter ſe collatis conficiatur, & viuo Rufino, & mortuo, ſpoliatis ab eo ſpem omniũ bonorum ſuorum recuperandorum ab Arcadio præciſam. Hæc ſi ita haud prorſus inanibus coniecturis ſeſe habent, tum iudicium fieri poterit de iis & innumeris quæſtionibus, quæ ad *hanc leg.* à Doctoribus, Alciato potiſſimùm & Fachinæo *lib.* 1. *controuerſ.* mouentur: fruſtrà inquam pleraſque omnes moueri, quando horum temporũ rationi adſtricta videatur ſæua admodùm, ſeueráque lex: quare & Tribonianus penſo minùs eam conſilio, tanquam ad perpetuum ius pertinentem in Codicem Iuſtinianeum retulerit: Deníque dura hæc lex odiique irrationabilis verè fuerit.

Verùm re accuratiùs perpenſa: etſi non abnuam, & illam quoque, quam dixi, Rufini Arcadiique cogitationem hîc intercedere potuiſſe; atenim ex Chryſoſtomo peruestigaſſe mihi videor, veram huius legis ſanciendæ occaſionem. Teſtatur Chryſoſt. paucis poſt hanc leg. annis ſcribens, ac nominatim *ſermone* 9. *in c.* 3. *Actorum Apoſtolorum*, in quem abuſum venerint tùm iuramenta, putà vt pacta paſſim conuentionéſque σύμβολα γραμματεῖα iuramento ſancirentur, ſolidarentur; (quod ipſe etiam damnat) eò prolapsâ hominum perfidia, vt iniurata nullo loco cenſerentur: v. *tomum Sauilianum* 4. *p.* 661. 662. 663. Qui alioquin ſcriptor in totum à iuramentis abſtineri volebat; quod argumentum etiam eſt omnium ferè eius orationum περὶ ἀνδριάντων aliarúmque paſſim eius homiliarum. Quare cùm fides pactáque hominum hactenus fermè ſtarent, id eſt ex ſola fermè Iuriſiurandi religione penderent, viſum iure Arcadio *hâc l.* non ſine Epiſcoporum conſilio, vel ſic fidem religionéque Iuriſiurandi inter homines pactáque conuenta, tot propoſitis pœnis ſancire: ne alioquin perfidia iuriſiurandi etiam religionem, quo vno ſepto fides hominum tum tenebatur, perrumperet, infringerétque. Iam igitur apparet, num *hæc lex*, quod fermè volunt Interpretes, nimis rigoroſa & dura ſit: imò apparet quàm iuſta hæc *falx volans* ſit δρέπανον πετόμενον, & ἄφυκτον τῆς τιμωρίας, ſanciendæ fidei & religioni iuriſiurandi.

# DE POSTVLANDO.

## TITVLVS X.

II. COD. IVST. VI. Addatur Titulus proximus *de Errorib. Aduocator.* & *lib.* 8. *de concuſſionib. Aduocator.* & quartus *lib.* 10. *tit.* 15. *de Aduocato Fiſci.*

### PARATITLON.

ADVOCATI (à quibus Aduocatio, *l.* 46. 98. 189. *de Decurionib.*) qui & Togati dicuntur, *l. vlt. de Senatorib. l.* 10. *de Metatis*, *l.* 151. *inf. de Decurionib.* & Scholaſtici, *l.* 2. *inf. de concuſſ. Aduocator.* Cauſidici item *l.* 2. *h. tit.* Defenſores, & Patroni, *d. leg.* 2. Patroni Forenſium quæſtionum, *dict. l.* 46. *de Decurionib.* Cauſarum Patroni; *l.* 4. *de Princip. Agent. l.* 3. *de accuſat.* dicuntur poſtulare, *Rubr. huius tit.* poſtulationem introducere, *dict. l.* 4. id eſt cauſas agere, *l.* 2. *h. tit.* cauſidicinam profiteri, *l. vlt. de cohortalib. & l.* 188. *de Decurionib.* cauſas perorare, *l.* 116. *de Decurionib.* cauſis ſtudere, *d. l.* 116. cauſarum actionibus ſe mancipare, *l.* 87. *de Decurionib.* Aduocatione fungi, *l.* 189. *de Decurionib.* operam dare negotiis perorandis, *d. l.* 46. *de Decurion.* ſuæ opis egentes iure cauſæ tractato defendere, *l.* 1. *h. t.* defenſionem cauſarum ſuſcipere, *d. l. vlt. & d. l.* 2. *de concuſſ. Aduocat.* vnde & *Suſcepti*, pro clientibus, de quo vid. *Gloſſ. Theod.* in Iudiciorum conſpectu, *l.* 1. *h. tit.* quo introducebantur nonniſi ſciente Principe officij, *d. l.* 4. *de Princ. Agent.* in foro & iudiciis Magiſtratuum, *l. vlt. h. tit.* Horum certum Corpus in quoquo foro erat, *l.* 152. *de Decurionib.* Conſortium, *l.* 46. *de Decurion. Nouell. Theod.* 16. Matricula, *ibid.* certo numero, ſeu cœtu, *Nouell. Valent. inter Theodoſ.* 34. Neque Aduocati ad priuatarum tantùm cauſarum defenſionem erant, ſed peculiares quoque Aduocati Fiſci, de quibus *tit. de Aduoc. Fiſci*: vt & cauſarum Eccleſiaſticarum, de quibus Aduocatis ſeu defenſoribus Eccleſiarum eſt lex vlt. *ſup. de denuntiat.* & lex 38. *inf. de Epiſcopis.*

Aduocatorum porro *officium* laudabile, qua cauſa & ipſi Aduocati laudum atque induſtriæ amore duci dicuntur, *d. l.* 116. *de Decurionib.* Cœtus eorum, cœtus honeſtorum,

*l.1.h.tit.* Et Iudæi tamen liberalibus ſtudiis initiati, Aduocati eſſe poterant, *l.24. de Iudæis.*

Prærogatiua Aduocationis, *l.77. de Decurionib.* non vna fuit. Honoraria ſcilicet intra modum his accipere licuit, *l.2. de concuſſ. Aduocat.* ex huiuſmodi profeſſione, vel ipſius occaſione conquirere, *l.vlt. hoc tit.* ſic vt filiif. Aduocati id poſt patris obitum præcipuum veluti peculium caſtrenſe proprio dominio valeant vindicare: *d.l.vlt.* ¶ Inter eos præcipuâ dignatione fuerunt, ſingularibúſque priuilegiis ſupra cæteros fruiti aliquando Aduocati fori Præfectorum prætorio, *l.vlt.inf.de Senatoribus: d.l.188. de Decurionibus: l.vlt.hoc tit. & l.5.Cod.Iuſt.de Aduoc. diuerſ. iudiciorum, l.vlt.de cohortalib.* & Præfecti vrbis, *d.l.vlt. de Senatoribus: d.l.188. de Decurionib. & d.l.5.* ¶ Leges viciſſim his quædam dictæ: Ex conſortio ſuo inter alia Sacerdotes prouinciæ dabant: *l.46. de Decurionibus.* Prohibiti quoque prouinciales functiones, etiam ſponte, ſuſcipere, *d.l.152. de Decurionibus:* Alexandrinis item principalibus etſi aduocatione fungerentur, nihilominus peregrinationis, id eſt, Legationum onus incumbebat, nec cura publica niſi in ſuâ tantùm ciuitate committi poterat, *d.l.189. de Decurionib.* Neque Aduocationis obtentu Curiali nexu, ſeu ciuilibus patriæ muneribus liberari poterant, *l.46.77.87.98.116.188. de Decurionibus: & l.2. Cod.Iuſt. de aduoc. diu. iudicior.* Imò ex ſolo vt dixi Aduocatorum corpore, ſacerdotem prouinciæ per Africam dari voluit Conſtantius, *d.l.46.* Viciſſim, vetiti nonnulli cauſidicinam profiteri vt cohortales, *l.vlt.inf.de cohortalib.* ¶ *Vitia* poſtremùm Aduocatorum quoque Legibus emendata: 1. *Errores* ſcilicet eorum: putà ne litigatoribus ij præiudicent; de quo eſt *titulus, léxque vnica, de erroribus Aduocatorum.* 2. vt & concuſſiones turpéſque depectiones, aduerſus quas eſt *lex 1. hoc tit. & lex 2. de concuſſ. Aduocator.* quâ quidem etiam duûm generum ibi deſignantur. Pœna verò his propoſita, vt ab honeſtorum cœtu, iudiciorúmque conſpectu ſegregentur, *d.l.1.* Et in commune Iudicibus iniunctum, ne iniurias haſce inultas tranſire permittant: *dict. l.2.* Tertia etiam quædam Aduocatorum fraus perſtringitur, *l.4.inf. de Princip. agentium.* Sed & illud quarto loco prohibetur, ne ignorante Principe officij vllam poſtulationem introducant, *d.l.4.* Quintò, ne cauſam ciuilem clientis ſui patiatur neglectis Iudicibus ordinariis ad Militare iudicium transferri, *l.9.ſup. de Iuriſdictione.* Poſtremò, non omnes cauſas ſuſcipere moniti: Inter alia ne reſpectu compendij fœminas ſecuritate forſitan ſexus, in actionem illicitam, putà accuſationem criminalem, irruentes, ſuſciperent, *l. 3. inf. de accuſat.* Tandem idem Aduocatus & Iudex in eodem negotio eſſe non potuit, *l.2. hoc tit.*

---

## ¶ *In* PACTIONES *turpes Aduocatorum, Conſtantini M. conſtitutio.*

### 1. * Imp. CONSTANTINVS Aug. ad Baſſum P.F.P.″

ADVOCATOS, qui conſceleratis″ depectionibus″ ſuæ opis egentes″ ſpoliant atque denudant″, non iure cauſæ, ſed fundorum, pecorum, & mancipiorum qualitate″ rationéque tractatâ, dùm eorum præcipua poſcunt coactâ ſibi pactione tranſcribi, ab honeſtorum″ cœtu, iudiciorúmque conſpectu ſegregari præcipimus. PP.″ VIII. Id. Mar. Conſtantinopoli″, Conſtantino Aug. III.″ & Conſtantio″ COSS.

INTERPRETATIO. *Aduocati, (id eſt, cauſas agentes,) qui per iniquam cupiditatem ſuſceptos″, quorum cauſas agunt″, prius cogunt″ de rebus ſuis taliter ſcriptura intercedente paciſci, vt omnia quæ meliora ſunt in agris, aut mancipiis, aut in pecoribus, ad eos ſub promiſſâ defenſione perueniant. Et ideo qui tam ſcelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehenſi, & à conuentu honeſtorum virorum, & iudiciorum communione″ præcipimus ſegregari.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod.Iuſtin. ſed ſimilis extat ſub eiuſdem Conſtantini M. nomine lex, *ſiqui aduocatorum.5. Cod.eod. tit.* A.D 325. Inſeruit hanc leg. Annalibus ſuis Baronius *A.D.326.num.97.*

″ *P.V.* in MSS. nonnullis. *Baſſo* PP hoc ipſo anno 320. ſi eò hæc lex referenda eſt, inſcribitur lex 3. *inf. de Epiſcopis:* & lex 2. *Cod.Iuſt.de Adſeſſorib.* vbi tamen *P.V.* malè editum. Si verò hæc lex referenda ad A.D.326. tum Pro-Præfectis, id eſt Vicarius accipiendus. v. Proſopogr. Prius magis placet.

″ *Quicunque ſceleratis*, in An.Regio. Neque tamen iſtud ſpernam, *conſceleratis.*

″ *Depectio* eſt *hic*, & *l.2.ſup.de pactis*, turpis pactio: de quo mox.

″ Suſceptos vt Interpres: ad quem mox.

″ *Nudandi* vox *hic* propria, quâ vtitur in eadem re Am.Marcellinus *lib.30.p.451.*

″ *Qualitas* fundorum, mancipiorum, pecorum.

″ *Honeſtorum* cœtus, cœtus Aduocatorum, de quo *mox.*

″ Vox hæc reicula irrepſit vt in aliis multis conſtitutionibus, ex occaſione vocis ſequentis.

″ *Dat.* An.R.

″ ℞. VI. id eſt A.D.320. vel VII. vt habet MS. quidam, id eſt anno 326. Prius prætulerim.

″ *Caſ.* add. in MSS.

″ *Suſceptorum*, in Cuiac. edit. malè. *Suſcepti*, pro *clientibus.* ſic & *l.4. de Princip. agent. in reb.* vbi plura Seruius 6. *Æneid. clientes, quos nunc ſuſceptos vocamus.* Am. Marcellinus *lib. 30. p. 451.* in excurſu de Aduocatis: *ad defendendam cauſam admiſſi quod rarò contingit, ſuſcepti nomen & vim negotij ſub ore diſceptatoris inter ipſos conflictuum articulos inſtruuntur.* Ita apud Symmachum *lib.5. ep.41.* Sæpè apud Auguſtinum. v. plura apud Doctiſſ. Iuretum ad *d.ep.41.*

″ *Acturi ſunt.* ita MSS. quidam.

″ *Conantur* Iuretus *d.loco:* cogunt, rectum eſt, vt in textu, *coacta ſibi pactione tranſcribi.* In Cuiac. *coguntur*, malè.

″ *Communione* iudiciorum ſegregari.

## COMMENTARIVS.

TVRPIBVS Aduocatorum PACTIONIBVS & rapacitati ſeu auaritiæ occurrit hâc elegantiſſimâ conſtitutione Conſtantinus M. & vt ipſemet ait *conſceleratis*, vel *ſceleratis, depectionibus.* Propria voce: eſt enim *depectio* non quælibet pactio, verùm turpis, ſcelerata, & aduerſus iuris ordinem: veluti per oppreſſionem extorta: *l.2.ſup. de pactis*, (*cùm ſupplicans*, inquit, *iniquè ſe oppreſſam & poſt ſententiam ſacri Auditorij depactam eſſe commemoret.*) vt ab accuſatione deſiſtatur, *l.1. inf. de abolition. Si* inquit, *abolitio poſtuletur, cauſa nouæ miſerationis debet inquiri, vt ſi citra depectionem id fiat, poſtulata humanitas præbeatur: ſin aliquid ſuſpicionis extiterit, quod manifeſtus reus depectione celebratâ legibus ſubtrahatur, redemptæ miſerationis vox minimè admittatur.* Etſi *depecti* vox quandoque etiam in bonam partem accipitur, *l.1. de raptu virginum:* Litium ſanè depector eodem ſenſu apud Apuleium *Apoleg.2.* Depectiones igitur *h. l.* ſunt turpes pactiones: & quidem Aduocatorum cum clientibus ſuis. Et hæc quidem in *huius l.* ſpeciecum, (vt legis verba retineam, quibus nil elegantius dicere poſſim,) *Aduocati non Iure cauſæ, ſed fundorum, pecorum, mancipiorum qualitate rationéque tractatâ, ſuæ opis egentium præcipua poſcunt coactâ ſibi pactione tranſcribi:* Hanc verò pactionem Conſtantinus, non tantùm atrocitate verborum confodit, dùm vt dixi, & *conſceleratam depectionem* vocat: quomodo Plinius *lib.5. ep.vlt.* fœdiſſimam pactionem, qua res pulcherrima turpiſſimè vænit, & *ſpoliandi atque denudandi* verbo vtitur, & *ius cauſæ non tractari*, ait; verùm hâc inſuper pœnâ perſequitur, vt Aduocatus aduocatione foróque interdicatur. Pariter, vt ſimile alterum de quota videl. litis eâdem pœnâ proſequitur idem Conſtantinus M. famoſâ leg. *ſi qui aduocatorum 5. Cod. eod. tit.* ſimile, inquam: errant enim grauiter, qui putant & hoc pactum quod *hac l.* proſcribitur, pactum eſſe de quotâ litis. Pactum de quotâ litis eſt, quoties Aduocatus ſuſpenſa lite ſocietatem FVTVRI emolumenti paciſcitur, vt eleganter loquitur Vlpianus in *l.1. §.12. ff. de extraord. cognit.* vbi & pactum *de lite* vocatur. Atenim pactum, quo de *hac l.* agitur, eſt, cùm Aduocati bonorum PRÆSENTIVM clientis præcipuè ſibi tranſcribi adigunt coactâ pactione. Illud verò eſt, cùm ex *ipſis negotiis* quæ tuenda ſuſceperunt Aduocati, emolumenta ſibi certæ partis poſcunt, paciſcuntúrque. Vbi pariter pactum iſtud *deprædationis* & *ſcæuitatis* appellatione proſcribitur: *ſcæuitatis* inquam, nam ita ibi legendum, (non *ſæuitate*): de quâ voce multa in *Gloſſario Theodoſiano:* Vſurpata ea & Ammiano Marcellino *lib.30. p.450.* in eodem argumento, in illa ſuper Aduocatorum ſutelis παρεκβάσει ſeu digreſſione: *quarum artium*, inquit, *ſcæuitate vt Tullius adſeuerat, nefas eſt religionem decipi Iudicantis.* De pacto de quota litis ſeu ex euentu, eſt quoque *lex 6. §. Marius vlt. & lex ſalarium 7. ff. mandati.* Aduerſus hanc fœdiſſimam pactionem de qua *hac leg.* agitur, S. Conſulta olim facta & Edicta commonitoria emiſſa, de quibus Plinius *lib.5. ep. vlt.* vbi oſtendit, & *omnes qui quid negotij haberent, iurare prius quàm agerent, iuſſos, nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe:* vid. & Dionem *lib.54.* Peculiaris quoque infrà titulus eſt *de concuſſionib. aduocat.* Tandem obſeruandum, in ſcholaſticorum ſeu Aduocatorum auaritiam, modum in honorariis excedentium, eſſe alteram Conſtantis legem 2. *inf. de concuſſ. aduocat.* Pœnam porro huic facto vtrique Conſtantinus M. & *hac leg.* & *d. l.5.* imponit, vt Aduocatus ab hac profeſſione, id eſt, aduocatione penitus arceatur, vt dicitur *d. leg.5.* vel vt hæc lex eleganter loquitur, *ab honeſtorum cœtu, iudiciorúmque conſpectu ſegregetur:* vbi *Honeſtorum cœtum* propriè vocat Aduocatorum Ordinem: quomodo & Symmachus *lib.9. ep.28.* eundem *honeſtum Ordinem* dixit: quanquam & cœtus honeſti, quibus Donatiſtæ arceri iubentur *l.54. infr. de hæreticis*, generaliùs accipiendi ſunt. Quod pœnam iſtam attinet interdictionis foro, præter *leg. moris eſt 9. ff. de pœnis*, aliáſque, notum quoque ex Symmacho *lib.5. ep.41. & lib.9. ep.28.* & ex iis etiam quæ congeſſit Doctiſſ. Iuretus *ad eam Epiſtolam.*

His ita conſtitutis, apparet & hanc conſtitutionem in NOVARVM Conſtantini legum, quas ab eo regendis moribus, frangendíſque vitiis conſtitutas, proximo anno 321. ſcribit Nazarius *panegyrico*, cenſum referri poſſe.

## ¶ IVDICEM & ADVOCATVM *in eodem negotio neminem eſſe poſſe.*

### II. * Impp. VALENTIN. & Valens AA. Olibrio PF.V."

QVISQVIS vult eſſe Cauſidicus, ipſam ſolam ſumat in cauſis agendis" perſonam; nec idem in eodem negotio" Defenſor" ſit, & Quæſitor" : quoniam aliquem inter Arbitros, & Patronos oportet eſſe delectum. Accepta" XII. Kal. Septembr. Ipſis AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Quicunque cauſas ſuſcipere vel agere voluerit alienas, hoc ſibi nouerit vindicandum, ne velit in eo negotio, quod ſuſceperit, & Iudicis, & Aſſertoris" habere perſonam.*

## NOTÆ.

* Legis *quiſquis 6. Cod. Iuſt. eod. tit.* principium & finis hinc deſumpta ſunt & interpolata. Forte iungenda huic; lex 19. *quot. appellat.*

" *PF.V.* ita rectè MSS. non vt alij habebant *PF P. Olybrius* enim hic ſub Valentiniano Sen. poſt Prætextatum, Præfecturam vrbis iniit anno 368. inque eâ porrò perſtitit biennio proximo A. 369. & 370. v. *Chronol.* & *Proſopogr.* & Amm. Marcellinum *lib. 28. p. 383. 396.* vbi virtutes eius & vitia notat.

" Quidam tentabat, *agentis* perperàm: *Cauſas agunt* Aduocati: vide ſimiles formulas *in Paratitlo.*

" *Defenſor*, pro Aduocato: vid. *Gloſſ. Theod.* & apud Amm. Marcell. lib. 29. & Symmachum ſæpe, lib. 8. ep. 17. lib. 9. ep. 28. (& *ibi* Iuretus) lib 10. ep. 32. Ideo Tribonianus *hic* vocem *Aduocati* ſubſtituit.

" Loco horum *Defenſor*, *&* *Quæſitor*, habet Codex Iuſtin. *Aduocatus & Iudex.* Hoc noſtrum aptius, de quo mox. " *PP. X.* Cod Iuſt. X V. *d. l.* 19. vbi add. PP. Rom.

" *Supplendum* II. *Coſſ.* id eſt A.D. 368. in quem annum incidit, vt dixi Olybrij Præfectura vrbis.

" *Aſſertor*, pro Aduocato, Patrono, Cauſidico.

## COMMENTARIVS.

IVDEX idem & Aduocatus eodem in negotio eſſe prohibetur, hâc Valentiniani Sen. conſtitutione; quæ data eſt ad Olybrium P.V. Quæ quidem, Valentinianeæ conſtitutionis prolixioris pars eſt, de *Aduocatis vrbis Romæ*, (de quibus alioquin eſt quoque lex 4. *infr. de Princip. agent.*) quæ multis capitibus auctior exſtat, in *l. quiſquis 6. Cod. Iuſt. eod. tit.* quâ varia præterea continentur, quibus Aduocatis vrbis Romæ interdicitur non eo tantùm ſcilicet quod hic continetur, verùm ſex præterea aliis; putà, 1. ne in *Conuiciandi* licentiam prorumpant, §. 1. *d. l. 6.* Item 2. ne vllum cum litigatore contractum ſeu *pactionem* ineant, §. 2. *d. l. 6.* Tertiò ne *aſpernentur*, quod ſibi officij cauſa libero arbitrio cliens obtulerit, §. 3. *d. l. 6.* Quartò ne ex induſtriâ iurgium *protrahant* §. 4. Quintò, ne *Honorati* Romæ Aduocati munere fungentes, compendium aliquod, vel ſtipem, lucrúmque aut pecuniam aliquam exinde capiant: §. 5. Sextò ne denique *ſedendi* eo tempore ius Honorati illi habeant, §. 6. *ſeu vlt.* Quibus adde ſeptimum iſtud quod hic continetur. Quæ quidem omnia viuam illius æui Iuriſprudentiam, ſtylúmque ſpirant, forique Romani ſtatum commonſtrant: & componenda ſeu committenda omnia ſunt cum prolixâ Ammiani Marcellini digreſſione de Aduocatorum vitiis in Oriente ſub Valente A.D. 374. *lib.* 30. vbi inter alia quoque de conuiciandi licentiâ agit.

Eodem igitur in negotio *hac l.* Iudex idem & Aduocatus eſſe prohibetur. *In eodem* negotio ait lex diſertè: In diuerſis quippe cauſis, ſiue ſeparatis penitus negotiis in eodem foro idem Iudicis modò, modò Aduocati perſonam ſuſtinere non prohibetur: & ſic, nil vetat, quominus qui ex numero Iudicum eſt, poſtulare queat: Quomodo & Honoratis idem multò magis licet, *d. l. 6. Cod. eod. tit.* quæ vt dixi huic iungenda eſt. Quod vt iure veteri procul dubio obtinuit, vti conſtat ex Plinij *ep. 4. & 9. lib. 3.* ita etiam nouo iure perſtitit. Quare, manifeſtarius lapſus eſt V.C.L. Cuiacij, qui *paratitlo Codicis tit. de poſtulando*, Ius nouum hâc parte à veteri diſtinguebat: quaſi olim qui ex numero Iudicum erant, prohibiti non fuerint poſtulare; ex *hac* verò *lege* poſtulare non poſſint. Nullum enim hâc parte diſcrimen inter ius Vetus, & Nouum conſtituendum eſt; verùm inter negotia: nempe in eodem negotio nemo vtriuſque perſonam ſuſtinere poteſt: in diuerſis, hanc modò, modò illam ſubire licet. Quod hæc lex apertè definit. Neque aliud etiam ratio huic legi ſubdita ſuadet: quæ vtique iuxta ſpeciem & principium legis exaudienda eſt; quod & Interpres rectè vidit; ibi, *in eo negotio quod ſuſcepit*: vidit quoque Ranchinus 3. *Variarum* 16. ¶ In tantum verò id obtinet, vt etiam qui conſeſsûs tantùm (non & ſuffragij, ſeu voti) ius inter Iudices habent, honorarium ius conſeſsûs eo tempore amittant, quo vel ſuam ipſi cauſam agunt: *l. vn. ſup. de off. Iudicum ciuil.* vel alienam, *d. leg. 6. §. vlt.* Vice verſa, qui ex Aduocato Prouinciæ Rector factus fuit, depoſita adminiſtratione iterum Aduocatus eſſe, ſeu cauſas orare poteſt: *l. ſiquis de Togatis 9. Cod. de aduoc. diuerſ. iudicior.* Et tamen vt verum fatear, tutius fore exiſtimem, ſi Iudices in eodem foro ſeu auditorio, quamuis non in eodem negotio, Aduocati munere non fungantur. Arceri certè à poſtulando Iudicum liberos, fratres, parentibus vel fratribus ſedentibus, etſi ſint quæ ſuadere nonnunquam videantur, acerbum tamen nimis, cuius tamen prohibitionis exemplum teneo in ſenatu Camberiacenſi. Et hæc de Iudicibus, eorúmque liberis.

¶ *Adſeſſoribus* certè Iudicum, quo tempore adſeſſores ſunt, abſolutè interdictum aduocatione pro aliis à Iuſtiniano *l. vlt. Cod. de adſeſſor.* ſed alia ratione, *Ne cùm ad vtrumque munus feſtinant, neutrum ritè peragant.* Suum ſanè negotium tractare poteſt adſeſſor in alieno auditorio, non in ſuo, *l. 5. ff. de offic. adſeſſor.*

Nos ad legem noſtram redeamus, quæ eſt de *eodem negotio*, vbi ſanè dubium nullum eſt durante officio, quem in eodem negotio Iudicem & aduocatum eſſe non poſſe, quæ propria *huius legis* ſpecies eſt. Sed quid ſi Iudex in aliqua cauſa quis fuit, an finito ſaltem officio, in ea poterit eſſe aduocatus? Bartolus, aliique id cenſent, quaſi in *hac leg.* non prohibeatur. Ego cenſeo non tantùm honeſtius eſſe ſi abſtineat, quod & notat Speculat. *de Iudic. deleg. §. ſupereſt videre: verſ. quid ergo*: & *de aduocat. §. 1. verſ. item qui fuit*: & Albericus ad *d. leg. vlt. Cod. de adſeſſ.* verùm (quod verba generalia & ratio *huius legis* ſuadent) id omninò non licere cenſeo, 1. *ipſam* SOLAM *ſumat in cauſis agendis perſonam.* 2. *Nec idem in* EODEM *negotio defenſor ſit, & quæſitor.* 3. *Quoniam aliquem inter Arbitros & Patronos oportet eſſe delectum.* Retrò certè ſiquando inopiâ Iudicum Aduocati ad iudicandam cauſam aliquam adſciſcuntur, priùs ab iis iuſiurandum exigi æquum eſt, quod in ea cauſa patrocinium vel conſilium non præſtiterint. Quod etiam cautum reperio Regum Franciæ conſtitutionibus, Philippi ſexti A.D. 1344. & Franciſci I. an. D. 1535. *cap. 12. art. 10.*

¶ Porrò *Quæſitoris* vox hâc l. quam Tribonianus repudiauit, ſuadere videatur, eius ſpeciem propriè ad Iudicium Criminale pertinere: Erat enim Quæſitor Iudex & Inquiſitor criminis, ſeu qui rebus capitalibus præerat Manilius.

*Quæſitor ſcelerum veniet vindéxque reorum.*

Moſchopulus: Κοιαισίτωρ ὁ ἐπὶ ἐγκλήμασι τιμωρός. Apud Amm. Marcellinum *lib.* 14. Quæſitores ſubditij. Claudian. *lib. 2. in Rufin.*

*—— Quæſitor in alto*
*Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos.*

In *leg.* quoque 3. *infr. de naufragiis*, ſoleri Quæſitor dicitur quæſtiones agitare. Et Symmachus *lib. 10. ep. 51.* Et ipſe *Quæſitorem crimini dedit cum executione vindictæ.* qui alioquin etiam *lib. 4. ep. 70.* & *lib. 10. ep. 4.* Quæſitores vocauit Diſcuſſores operum publicorum; vt & Quæſitores glebæ ſenatoriæ, *lib. 4. ep. 61.* Plura non congero. Quare videatur hæc lex pertinere ad quæſtiones illas criminales, quas apud Olybrium P. V. cui hæc lex inſcribitur hoc ipſo anno agitatas ſcribit Ammianus Marcellinus, *lib. 28. p. 383.* & ad quas pariter pertinent leges aliquot anni proximi 369. & quidem *lex 1. inf. de Quæſtionibus*, quæ eidem Olybrio P.V. inſcribitur. Etſi non nego, *Quæſitoris* vocem pro omni Iudice, Cognitore, *hîc* accipi poſſe: quomodo & cætera quæ de Aduocatorum munere decernuntur *d. l. 6. Cod. eod. tit.* ad quaſcumque tandem cauſas, non Criminales modò, ſed & Ciuiles pertinent. Et certè, qui *initio huius leg.* Quæſitor dicitur, idem *fine leg.* Arbiter vocatur. ¶ Illud certum eſt vt docet inſcriptio *leg.* pertinere hanc leg. ad Quæſitores ſeu Arbitros datos in vrbe Româ; ab ipſo etiam forte Præfecto vrbi, vel aliis Iudicibus qui Romæ erant.



## ¶ *De* PECVLIO *quaſi caſtrenſi Aduocatorum, Theodoſij Iun. lex.*

### III. * Impp. Honorius & THEODOSIVS AA. Euſtaſio PF.P." De re neceſſaria ad locum.

ALTERO beneficio, non ſolùm per Forum Tuæ Magnitudinis, ſed in vniuerſis Iudiciis" valituro, vt filij familias, quicquid ex huiuſmodi profeſſione, vel ipſius occaſione, conquiſierint," id" poſt patris obitum præcipuum, veluti peculium caſtrenſe," proprio dominio valeant vindicare: Sub tali formâ, qua" militantibus, ex iure præcinctis," cinguli prærogatiua detulit. Dat. X. Kalend. Aprilis Conſtantinopoli, DD. NN. Honorio XIII. & Theodoſio X. AA. COSS. [422.]

INTERPRETATIO. *Quicquid viuo patre filius Aduocatus de cauſarum ſuſceptione acquiſierit, ſibi nouerit vindicandum, ſicut caſtrenſe peculium, quod in armis conſtituti filij probantur acquirere, vel illi" qui* iudiciariam *viuis parentibus meruerint* poteſtatem.

## NOTÆ.

* Lex, *Fori tui 4. Cod. de Aduocatis diuerſ. Iudiciorum* hinc deſumpta eſt. Et iungenda huic legi, *lex 2. ſup. de adſeſſoribus.*

" *℞. Euſtathio*: quomodo habent MSS. quidam, habet Codex Iuſtin. *hic*, & *l. 7. Cod. de adſeſſor.* Habent & aliæ leges huius anni 422. Similis error in *l. 1. ſup. de iuriſdict.* De hoc Euſtathio PP. ſub Theodoſio Iun. v. *Proſopogr.*

" Malè hactenus in Til. Cuiac. Pariſ. hæc verba initium contextus legis occupabant: quæ ad inſcriptionem, vt feci, retrahenda ſunt. De hâc verò formulâ, quæ excerpti, ſeu ἀπανθίσματος nota eſt, ſeu deflorati capitis ſingularis, ex prolixiore conſtitutione, plenè ago in *Prolegòmenis*: vid. & *Nouellam Maioriani 2.* Collationem legum Moſaïcarum, *tit.* 14. & Capitolinum *in Maximinis*, *p.* 143. Idem error in Nouellâ Maioriani *de Epiſcopali iudicio.* Similï autem formula vtitur Auguſtinus *lib. 3. adu. Creſconium cap. 27.*

" Hæc pendent *à l. 2. ſup. de adſeſſoribus.* De quo mox.

" Apud vniuerſos Iudices in foro quorumcunque Iudicum.

" *Quæſierint.* Cod. Iuſt. hoc noſtrum elegantius. *in d. l. 2. de adſeſſoribus*, coadunare.

" *Id etiam.* Cod. Iuſt. de quo mox.

" *Ad exemplum militum*: Hæc inſeruit Tribonianus hoc loco: quod factum non oportuit, ſi vltima *huius l.* verba retinere voluiſſet, quæ elegantiora & ad rem magis: de quo mox. " *℞. quam.*

" Eſt qui reſtituebat *procinctus*: vt ad marg. Cuiac. ad additum. Peſſime: de quo mox." Rectè iſtud Interpres: de quo mox.

## COMMENTARIVS.

PECVLIVM, quod filiifamilias Aduocati, cuiuſcumque tandem fori, non tantùm Præfecti Prætorio, ex profeſſione ſuâ, vel ipſius occaſione, adquiſierunt, exemplo militantium, præci-

puum poſt patris obitum habere conſtituit *hac leg.* Theodoſius Iun. A.D.422. Pariter, vt quod filiifamilias Adſeſſores, priore eiuſdem Conſtitutionis capite, quod exſtat *l.2. ſupra, de Aſſeſſoribus*: quæ huic coaſſanda, imò cui hæc ductim ſubiicienda venit: ſic vt hæc ab illa omninò pendeat. *Alterum* ſcilicet, vt diſertè *huius leg. initio* dicitur *beneficium*: Sed ſimile Theodoſius Iun. hoc capite Aduocatis concedit, illi quod illo Adſeſſoribus. Nos de iſto Aduocatorum priuilegio videamus, & quatuor quidem circa id, ſeruato ipſius Legis ordine. Vbi priùs dixerimus, hoc æuo ob Literarum reuerentiam, Seu Literatæ militiæ contemplatione, Theodoſium Iun. *huius legis* & priuilegij authorem, varia priuilegia Aduocatis tribuiſſe. Quomodo, & Valentinianus III. eius in Imperio Collega, vt teſtatur Nouellâ ſuâ inter Theodoſianas *de poſtulando* 34. vbi inter alia hoc ipſum priuilegium tribuit, elegantibus verbis. Nos de hoc Theodoſij Iun. priuilegio videamus, déque *Nouella* 80. inter *Theodoſ.* Primum Aduocatos ipſos reſpicit. Nempè priuilegium iſtud tribuere ſeſe dicit Theodoſius Iun. Aduocatis, *non ſolùm per forum Præfecti prætorio, ſed in vniuerſis Iudiciis.* Quibus verbis indicare videtur, beneficium iſtud, peculij, inquam, quaſi caſtrenſis, Aduocatis fori Præfecti prætorio, iam anteà competiiſſe, nunc verò primùm ad omnes, omnium Iudiciorum Aduocatos id à ſe extendi: quæque adeò *huius leg.* ferendæ occaſio fuiſſe videatur; vel ſimpliciter nihil præcipui hâc in re habere, ſe illos exiſtimare debere, vt alias. Aduocati Præfecti prætorio, ſeu in foro eius aliquamdiu ſingularibus priuilegiis ſuprà cœteros euecti, decoratique fuêre: quod docet *l. vlt. inf. de.* Senatoribus, *l.* 188. *inf. de decurionib. l.5. Cod. Iuſt. de off. Aduoc. diuerſorum Iudiciorum*: & poſt hos Aduocatis in foro Præfecti Vrbis *d. l. vlt. de ſenatoribus, & d. l.*188. *& d. l.5.* Quod de vtriſque etiam teſtatur Valentinianus III. *Nouella de poſtulando inter Theodoſ.*34. Et inter Valentinianeas *Nouella* 10. *cap. In diuerſis. In diuerſis*, inquit, *prouinciis vacuas curias derelinquunt, quæ certatim ad* PRIVILEGIA *cauſidicis Illuſtris Prætorianæ ſedis atque vrbanæ* DELATA *feſtinant.* Quomodo & aliàs qui ſub Præfectis Prætorio erant, præcipuo quodam iure habiti ſunt, de quo ad *l.*11. *inf. de numerariis*, 188. *inf. de decurion.* vid. & Caſſiod. *6. var.*12. Verùm paulatim eadem priuilegia, ad alios quoque Aduocatos porrecta: quomodo & *hac l.* peculij quaſi caſtrenſis beneficium non ſolùm Aduocatis Præfecti Prætorio, verùm etiam reliquis tribuitur. De quo alioquin quaſi caſtrenſi Aduocatorum peculio videnda eſt *lex* 8. *C. de Aduocat. diu. iudicior.* & *d. Nouella Valentiniani III.* inter *Theod.*34. *inf.* vbi hoc priuilegium peculij quaſi Caſtrenſis Aduocatis à Valentiniano III. pariter tribuitur.

¶ Secundum quod in *hâc l.* ſpectandum, *peculium* ipſum, eiúſque materiam reſpicit: nempè, ait lex, *quidquid ex huiuſmodi profeſſione, vel ipſius occaſione conquiſierint*: pariter vt *d. l.2. ſupra de Adſeſſoribus, ſi quid licitis, honeſtiſque lucris coadunare potuerint*: vbi quod ex profeſſione adquiri dicitur, honorarium eſt, quod Græcis συνηγορικόν, de quo *l.2. inf. de concuſſ. Aduocatorum, l.5. qui Aduocatorum* 5. *Cod. de poſtulando, l.1. §.10.11.12.13. π. de extraordin. cognit. &c.* Denique *quod labore proprio adquiritur*, vt loquitur *l*ex vlt. in fin. *infr. de priu. eor. qui in S. P.* Atenim alterum illud quod *ipſius profeſſionis occaſione* ab Aduocatis conquiſitum dicitur, ad omne aliud ſolatij, & emolumenti genus pertinet, quod his extrinſecus tanquam Aduocatis adquiritur. Quo in numero ſunt etiam, tamdiu quæſita illa, *puncti ſolatia*, in Anaſtaſij *l. laudabile* 4. *Cod. de Aduoc. diu. Iudicum.* Ita enim ibi retinenda eſt lectio; neque quomodo Cuiacius tentabat, 13. *obſeru.*1. reponendum, *pacti ſolatia*: Neque, vt Ramiretus, ad Martialem *lib.*1. *ep.*26. qui in Muſambertum incurrit *p.*38. *ſolatia punctis conſequi*, id eſt, ſuffragiis, & communi conſenſu, vt ille vult, *deputata*: Neque etiam quod Muſambertus ipſe voluit, *ſolatia puncti*, oratoriè, pro *punctorum ſolatia.* Neque quod alij Codices habent, vt Cuiacius indicauit, *puncta ſolatia*: Neque quod Gutherius ariolabatur *puncti*, id eſt, manu, vt ipſe ait, Principis notati, ſignatique, quibus Princeps ſolatia conſtituat hùc trahendi: Neque quod alij *puncti ſolatia*, id eſt, adprobati, & admiſſi alicuius, vt contrà, *ex puncti* dicuntur: Neque quod alius, *puncta*, id eſt ſolatia, quo ſenſu dicimus *appunctari*, cui ſolatium eſt conſtitutum: Deſperatiùs illi, qui vocem *puncti* expungunt, vel eius loco publica ſubſtituunt: Denique nec *pacta ſolatia* admittenda, quandoquidem ea ſolatia non à conuentione proficiſcebantur; verùm à liberalitate Principis, vt lex illa 4 manifeſtiſſimè oſtendit: & vt loquitur lex vlt. *inf. de priuil. eorum qui in ſacro Pal.* à donis, meràque dignatione Principis, certo ſcilicet, & ſolemni die, certa quadam ſolemnitate, ac nominatim ſolemni feſtiuitate Kalendarum Ianuariarum, vt teſtatur lex illa, Principes in ſolio ſedentes munera quædam, ſeu donatiuum (διανομὴν, vel νομὰς vocabant, ſequiore ſæculo. *Rogas*, quo numero eſt & *Auguſtaticum*, cuius meminit Marcellinus Comes *in Chronico*:) ſeu Strenas *l.*11. *inf. de palatinis S. L.* elargiri ſolebant Palatinis, *d. l. vlt. inf. de priuil. eorum qui in ſacro palatio*: & *d. l.*11. *inf. de palatinis*: & in his Agentibus in rebus, de quo eſt egregius Am. Marcellini locus *lib.* 16. *p.*68. Militibus, v. *Nouellam Theodoſij* 31. *inf.* Togatis, ſeu Aduocatis fiſci, in foro Præfectorum Prætorio, vt diſertè teſtatur *d. l. laudabile.* Eóque etiam pertinet Theodoreti locus, *lib.3. cap.*16. in *Iuliani* rebus: & Sozomeni *lib.5. cap.*16. qui exertè quoque Kalendis Ianuariis, & Natalitiis Principum, Natalibúſque Romæ, & Conſtantinop. id factum prædicat: ἐπεὶ γὰρ ΚΑΙΡΟΣ παρῆν βασιλέα δωρεῖσθαι στρατιώταις, ἐγένετο δὲ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ἐν ταῖς Ῥωμαίων ἱερομηνίαις, καὶ βασιλέων καὶ βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραις. Caſſiodorus quoque in formula Comitiuæ S. L. *lib.* 6. *var.*7. *Supplicum per te fortunas erigimus, Kalendis Ianuariis affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua eſt.* Hæc igitur illa ſunt, tamdiu à Viris Clariſſimis quæſita, nuſpiam inuenta, *Puncti* Solatia; *Solatia*, id eſt, commoda: *vt l. penult. inf. de palat. S. L.* ac ſæpè etiam *ſolatia* pro commodis publicè ſtatutis, ſeu ſalariis, vt in hoc ipſo Aduocatorum, ſed fiſci, tractatu, *l.*15. *C. de adu. diu. Iudiciorum l.3. & 4. Cod. de adu. diu. Iudicum*: de quo in *Gloſſar. Theodoſ.* Cur autem *puncti*? An ſuffragij approbationis, laudatæque virtutis præmium. Quomodo exertè in hac re *d. Nouella* Theodoſij 31. *Quotannis, menſe Ianuario in ſacro Conſiſtorio, ſignificare nobis procures, vt vniuſcuiuſque, tam induſtria, quàm deſidiâ noſtris auribus intimatâ, & ſtrenui digna præmia conſequantur, & in diſſimulatores competens indignatio proferatur*, &c. *An puncti ſolatia*, quod puncto illo, tantum & momento Kalendarum Ianuariarum, aliorúmque dierum in id ſolemnium hæ διανομαὶ procederent, ſeu fierent? Sane de momento temporis περὶ καιροῦ *punctum* vſurpari notum eſt: vide vel *l.*15. *C. de Agricolis.* Ergo *puncti ſolatium*, quod eo die, & momento temporis, donatiuum illud procederet, *& puncto tempore*, quomodo Lucretius non ſemel *lib.2.*



*lib.2. v.*44. 50. *lib.* 4. *v.*114. *lib.6. v.*201. enallage ſubſtantiui: vnde & Suetonius ſcribit *in vita Tiberij, cap.* 34. Tiberium aliquando prohibuiſſe, *ne ſtrenarum commercium vltra Kalendas Ianuarias exerceretur*: cuius edicti mentio fit quoque apud Dionem *lib.....in anno V.C.* 770. Alterutrum igitur verum. Atque hactenùs de puncti ſolatiis ἐν παρόδῳ: niſi quod illud adhuc obſeruandum, Gothorum Reges eundem morem tenuiſſe, vt ſingulis annis certo die, militibus, aliiſque, donatiuum, ſeu regalia dona elargirentur: v. Caſſiodorum 5. *variar.* 26.27. quibus locis continetur eorum Euocatoria in id. Hæcque commoda, *Donatiui, & Donatiua* dicuntur apud eundem, *lib.4. ep.*14.5. *var.*5.7. 16. *& 7. var.*42.

Tertio loco notandum in *hac l.* ad quod *exemplum* quaſi caſtrenſe Aduocatorum peculium inductum dicatur: *Sub tali formâ, quâ* [γρ. *quam*] *militantibus ex iure præcinctis cinguli prærogatiua detulit.* Quæ verba ita contrahenda putauit Tribonianus, *exemplo militum*, repudiatâ hâc periodo elegantiſſimâ. Neque tamen ex vero, aut ad plenum; *Præcincti* ſcilicet ſunt *hic* cinguli honore præditi, ſiue ij Milites ſiue Magiſtratus ſint: Verus apud Vulcatium Gallicanum; *cum tales inter Præcinctos habeas, quales milites libenter audiunt.* Sic apud Ammianum Marcellinum, *lib.*31. *p.*490. Traianus præcinctus dicitur, quanquam malim *ibi* cum Doct. Valeſio *recinctus.* Traiano enim huic paulò antè dimiſſo, Sebaſtianus ſubſtitutus fuerat in Magiſteriâ armorum ſeu peditum, *p.*488. Theodoretus *lib.4. c.* 29. Si enim alibi *recinctus* dicitur qui militiæ alicui redditur, ab eodem Marcellino *lib.26. p.*339. Rurſum cinctus, *l.*38. §.1. *de teſt. mil.* Ad rem Ζώνη ſeu cingulum, vt militum, ita & Magiſtratuum παράσημον fuit: vt & Ζώνη, & στρατεία pro eodem. Chryſoſtomus, oratione ὅτι χρήσιμος ἡ τῶν γραφῶν ἀνάγνωσις, *tomo Sauiliano* 8. *p.*115. quâ Sacerdotium Apoſtolatus cum Regia & Iudiciaria poteſtate componit. Ἀπὸ τῆς ζώνης δὲ δοκιμάζομεν τὸν ἄρχοντα, ἀπὸ τῆς τοῦ κήρυκος φωνῆς, ἀπὸ τῶν ῥαβδούχων, ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἀπὸ τοῦ ξίφους. ταῦτα γὰρ πάντα ἀρχῆς σύμβολα. Et mox. Εἶδες οἷαι τῶν δικαστῶν τούτων αἱ ζῶναι: αἱ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν ἀσθενεῖς: κἂν γὰρ ἐπιτάξει τις ἐκείνων, ὁ δὲ διάκονος μὴ ὑπηρετήσῃ, διεκόπη τὸ προσταχθέν. & p.117. βούλει μαθεῖν καὶ τὴν ζώνην αὐτῶν: καὶ γὰρ ἐζωσμένους [PRÆCINCTOS] αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ἔπεμψεν, οὐχὶ ἐν δέρματι, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ. Tandem εἶδες ζώνην ἐζωσμένους. Et alibi. οὐκ ἐν τῇ χλαμύδι καὶ τῇ ζώνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ φωνῇ τοῦ κήρυκος ἄρχων, ἀλλ' ἐν τῷ τὸν πεποιηκότα ἀνακτᾶσθαι. Gregorius quoque Nazianzenus *ep. ad Africanum prouinciæ Rectorem* 65. Epiſcopalem poteſtatem à ciuili diſtinguens: ὁ ἄρχων, inquit, κἂν τὴν αὐτόματον ἀρχὴν ἄρχῃ καθάπερ ἡμεῖς, κἂν τὴν μετὰ ξίφους καὶ τελαμῶνος: vbi τελαμὼν eſt cingulum. Beatus Ambroſius ſermone 7. *Non tantùm de his militantibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur, ſed quiſquis* MILITIÆ SVÆ *cingulo vtitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur. Atque ideò hæc ſententia poteſt dici, verbi gratia, militibus Protectoribus, cunctiſque* RECTORIBVS, *& cuicumque qui ſtipendia ſibi decreta conſequitur.* Verùm quid aliunde teſtimonia conquiro; *cingulum* de omni dignitate ciuili, militari, paſſim, vel hoc Codice: *Præcincti* igitur Magiſtratus quoque in diuerſis dignitatibus, & adminiſtrationibus, in actu poſiti, ἔμπρακτοι, quibus opponuntur ἄζωσοι honorarij, qui Sidonio Apollinari ſimpliciter *Cincti lib.4. ep.4. lib. 5. ep.7. l. b.6. ep.*2, v. & Ambroſ. *ſerm.* 14. Theodor. R. apud Caſſiodorum 1. *var.4. lib.6. var.*2. vbi de Patriciatu, *cum fuerit hoc honore præcinctus.* Antea dixerat. *Honor & ipſe cinctus eſt, cùm vacaret nihil iuriſdictionis habens, & Iudicantis cingulum non deponens.* Et *lib.3. var.* 24. vbi de Sirmienſis Pannoniæ Rectore; *proficiſcere illuſtris cinguli dignitate præcinctus.* Idem & *lib.6. var.*12. in formula comitiua primi ordinis vacantis; *security cinguli*, *honore præcinctam dignitatem dixit*, v. & Caſſiodorum *ad Pſal.*29. Hique illi ſunt, quos enumerat Iuſtinianus *in l. vlt. Cod. de inoff. teſt.* vbi de quaſi caſtrenſi peculio agit: *In tali igitur peculio, quod quaſi caſtrenſe appellatur, quibuſdam perſonis licentia conceditur quidem teſtamento, ſed non quaſi militibus, quo voluerint modo, ſed communi, & licito, & conſueto ordine obſeruando, quemadmodum conſtitutum fuerat, in Proconſulibus, & Præfectis legionum* [*fortè regionum*, vt ſic intelligat Præfectum Auguſtalem & ſimiles] *& Præſidibus prouinciarum, & omnibus generaliter, qui in diuerſis dignitatibus vel adminiſtrationibus poſiti à noſtra conſequuntur manu, vel ex publicis ſalariis quaſdam largitates.* Hoc igitur tandem voluit Theodoſius Iun. poſtremis illis *huius l.* verbis, Aduocatos ita eodem exemplo, eadem formâ quaſi caſtrenſe peculium præcipuum & proprium habere, quemadmodum in dignitatibus poſiti habent. Quod & Interpres rectè hic intellexit: *Sicut caſtrenſe peculium quod in armis conſtituti filij probantur adquirere, vel illi qui* IVDICIARIAM *viuis parentibus meruerint poteſtatem.*

Atque vt rem totam & argumentum hoc de *Quaſi Caſtrenſi peculio* clarè exequar, iuris progreſſus hic obſeruandus eſt: Primò *Præcinctis* omnibus. 1. Adminiſtratoribus prouinciarum, Proconſulibus, Præfectis Regionum (nam ita legendum cenſeo) Præſidibus prouinciarum & omnibus generaliter, qui in diuerſis dignitatibus vel adminiſtrationibus poſiti ſunt, & publicum ſalarium à Principe conſequuntur, peculium quaſi caſtrenſe tributum, quod præcipuum haberent, & de quo teſtari poſſent: quod vt Iuſtinianus teſtatur *l. vlt. v. in tali. C. de inoff. teſtam.* ita & hæc Theodoſij Iunioris conſtitutio oſtendit: vbi ſanè (quod modò oſtendi) *militantes, præcincti, & cinguli prærogatiua* nil aliud ſunt, quàm in Dignitatibus & adminiſtrationibus poſiti; quod etiam Interpres agnouit. Et hoc eſt quod Tribonianus profitetur §. *vlt. Inſt. de militari teſtam.* ad exemplum caſtrenſis peculij tam anteriores leges quàm Principales conſtitutiones QVIBVSDAM quaſi Caſtrenſia dediſſe peculia: Vnde apparet, antiquum hoc ius eſſe, & Iuriſprudentum quoque ſcriptis comprehenſum, veteribúſque Conſtitutionibus Principum ante Conſtantinum M. ſancitum: id enim eſt quod per *Anteriores Leges* intellexit Tribonianus: Id rurſum eſt quod Theodoſius Iun. *h. l.* ait, *militantibus* EX IVRE *præcinctis cinguli prærogatiuam peculium velut caſtrenſe detuliſſe*: Ex iure i. veteri Iure, Iuriſprudentia: Id denique eſt quod *l.1. §.15. π. de collat. bonor.* dicitur. *Nec caſtrenſe nec quaſi caſtrenſe peculium fratribus confertur: hoc enim præcipuum eſſe oportere, multis conſtitutionibus continetur*: In tantum vt diſertè de hoc peculij genere teſtari filiosf. (quoſdam ſaltem) potuiſſe, doceat *lex 3. §.5. π. de bonor. poſſeſſ. l.1. § 6. π. ad SC. Trebell.* Quare Tribonianum erroris perperam arguunt hâc parte nonnulli, quaſi Tribonianus Anteriorum Legum appellatione indicauerit Leges anteriores Conſtitutionibus Principum, atque adeò Leges ſpeciales ad populum latas ſub Republ. libera, cuiuſmodi nullæ ſunt: In Iuriſconſultorum itaque ſcriptis videre eſt, iam huius quaſi caſtrenſis peculij (in Dignitate videl. poſitorum) mentionem fieri, *d. l.1. §.15. π. de collat. l.3. §. dari. π. de bon. poſſeſſ. l.1.*

*l.*1. §.6. *π. ad Trebell. l.filiuſf.*7. §. *vlt. π. de donat.* Vt proinde rurſum peccent, qui id quod iis legibus de quaſi caſtrenſi peculio dicitur, vbique à Triboniani manu eſſe putant: quaſi nullum quaſi caſtrenſe peculium fuerit ante nouas Conſtantini M. Theodoſij Iun. & Leonis conſtitutiones: Imò iam olim fuiſſe quaſi caſtrenſe peculium in Dignitate poſitorum, vti hæc lex, ita *d. l. vlt. C. de inoff. teſtam.* & dictæ Leges quatuor euincunt. Quid igitur? Vt Ius paulatim creſcere ſolet, ita vlterius quoque progreſſum hâc parte & quoad perſonas, & quoad ius circa peculium iſtud. Quoad perſonas: Nempe aliis quaſi caſtrenſis peculij prærogatiua conceſſa: Nempe Conſtantinus M. Palatinis omnibus id conceſſit. *l. vlt. inf. de his qui in S. Pal.* ſeu *l.*1. *C. de caſtrenſi omnium Palatinor. peculio.* De quo Palatinorum quaſi caſtrenſi peculio eſt quoque hic Hieronymi locus, *epitaphio Nepotiani fol.*17. *Referret alius, quod in* PALATII MILITIA *ſub chlamyde & candenti lino, corpus eius cilicio tritum ſit: Quod ſtans ante ſeculi poteſtates, lurida ieiuniis ora portauerit: quod adhuc ſub alterius indumentis, alteri militauerit: & ad hoc habuerit cingulum, vt viduis, pupillis, orphanis, miſeriſque ſubueniret:* Mox. *Sub alienis ſignis deuotus miles fuit.* Poſtea, *Baltheo poſito habitúque mutato, quidquid* CASTRENSIS PECVLII *fuit, in pauperes erogauit.* Aduocatis quoque Præfectianis ſeu Præfecti Prætorio id iam ante Theodoſium Iun. conceſſum, *huius legis initio* indicatur; ſcilicet poſteaquàm Præfectorum Prætorio dignitas in immenſum aucta fuit, ſic vt ἀπόρφορ⊛ quædam βασιλεία foret, id Aduocatis Præfectianis tributum: vt cæteroquin ij qui ſub P. P. operam nauarent, priuilegia ſingularia habuêre præ cæteris; veluti Officiales Præfectiani, veluti Numerarij, *l.*11. *inf. de Numerar. l. vlt. C. de caſtr. pecul.* Aduocati, *h. l. & l.*188. *inf. de decurion.* At mox Theodoſius Iun. id priuilegium omnibus Aduocatis omnium Iudiciorum, itémque Adſeſſoribus concedendum credidit *h. l. & d. l.*2. *inf. de offic. Adſeſſor.* Nempe Adſeſſoribus ideò, quòd, vt ipſe ait, conſiliis propriis Adminiſtratores adiuuare conſueuerunt: vt proinde eodem hac parte eos priuilegio frui æquum ſit, quorum ſocij atque participes ſunt, & quædam eorum portio videntur, vt loquitur diſertè *lex* 1. *inf. de his quæ admin. & l. vn. inf. ſi prou. Rect.* Aduocatis verò omnibus ideò, propter militiæ caſtrẽſis & quaſi caſtrenſis cõparationem, de qua v. ſolennem *l. Aduocati.* 14. *C. de aduoc. diu. iudicior.* Imò & idem Theodoſius Iun. poſteà *l. vlt. C. de caſtr. pecul. milit. & Præfectianorum,* Præfectianis Officialibus peculium quaſi caſtrenſe tribuit, exemplo legionis primæ Adiutricis, id eſt, quemadmodum militiæ armatæ præcipuum Principis præſidium in prima illa legione, ita in ciuili militia præcipuum adiumentum Præfectianorum Officialium: Et hæc de perſonis. Nunc, quod vnum ſupereſt, de iure teſtandi ſcilicet; Etſi præcipuum hoc quaſi caſtrenſe peculium tributum fuerit ſuperioribus perſonis, non tamen omnibus iis teſtandi ius in patria poteſtate conſtitutis, ante Iuſtinianum datum eſt: ſed poſt patris tantùm obitum præcipuum habuêre: Hinc adeò *hæc lex* diſertè & *d. l.*2. *ſup. de adſeſſor*: & *Nouella* Valentin. *de poſtulando* 34. *inter Theodoſ.* de Præcipui iure tantùm agunt: Hinc & Iuſtinianus *d. l. vlt. C. de inoff. teſt. & §. vlt. Inſt. de mil. teſtam.* cum dixit conceſſum tam anterioribus legibus quàm conſtitutionibus, quibuſdam perſonis quaſi caſtrenſe peculium fuiſſe, ſubiicit; horum quibuſdam permiſſum fuiſſe etiam in poteſtate degentibus teſtari: ſuâ verò conſtitutione id latius extendente permiſiſſe omnibus in huiuſmodi peculiis teſtari, ſed tamen iure communi: Imò diſertè *d. l. vlt. Sed prior quæſtio erat; ſi omnes, qui quaſi caſtrenſe peculium haberent, teſtari in hoc poſſint, quia non omnibus paſſim, ſed quibuſdam perſonis hoc priuilegij loco conceſſum eſt, quia militibus quidem & veteranis teſtamenta facere in caſtrenſi peculio vndique conceſſum fuerat, ſed militibus quidem in expeditione conſtitutis iure ſuo; veteranis autem iure communi. De aliis autem perſonis omnibus, quæ non per ſpeciale priuilegium hæc acceperunt, ſi poſſint teſtari, dubitatum fuerit, vt putà Viris diſertiſſimis Patronis cauſarum, Viriſque deuotiſſimis memorialibus, & Agentibus in rebus, nec non Magiſtris ſtudiorum liberalium, Archiatris quoque & aliis omnibus; qui ſalaria vel ſtipendia percipiunt publica: In his itaque omnibus ſancimus,* &c. Iuſtinianus igitur tandem omnibus, qui quaſi caſtrenſe peculium haberent, filiisfam. teſtandi ius dedit, *d. l. vlt. & l. vlt. C. qui teſt. facere & d. §. vet. Inſt. de militari teſtam.* Quod quibuſdam tantùm datum fuerat: de quibus accipienda eſt *lex* 3. §.5. *π. de bonor. poſſ. lex* 1. §.6. *π. ad Trebellianum*: niſi ibi quaſi caſtrenſis peculii mentionem de ſuo peculio Tribonianum addidiſſe putemus, propter d. legem *vlt. Cod. de inoff. teſtam.* Quidquid huius poſtremi ſit, illud certum *hac l. & d. l.*2. *ſup. de adſeſſorib.* præcipui tantum ius tribui, at non & teſtandi: quò etiam pertineant illa taxatiuo modo accepta: SVB TALI FORMA *qua*, &c. Nempe ita præcipuum peculium ſuum quaſi caſtrenſe habere aduocatos & Adſeſſores; vt tamen de eo teſtari non poſſint patre ſuperſtite in cuius familiâ ſunt, non magis quàm Præcincti, ſeu Cincti, & in dignitatibus conſtituti, quibus neque ipſis teſtandi ius hoc tempore competierit. Quod poſtea immutatum: qua cauſa Tribonianus, ne ius iſtud & beneficium ſeu priuilegium ad id tempus tantùm referretur, quo pater mortuus eſt, verùm etiam viuo patre de eo teſtandi ius eis competere indicaret, vocem ETIAM complexiuam *hîc* addidit: ibi *id* ETIAM *poſt patris obitum præcipuum,* &c. *valeant vindicare.* Quin & illa eâdem de cauſa inſeruit, *ad Exemplum militum.*

# DE ERRORIBVS
## ADVOCATORVM.
## TITVLVS XI.

II. COD. IVST. XI. *De Errore Aduocatorum, vel libellos ſeu preces concipientium.*

¶ ERRORES



¶ ERRORES *Aduocatorum litigatoribus non præiudicare.*

1. * Imp. Conſtantinus A. Furio Felici.″

ADVOCATORVM errores in″ competenti″ Iudicio litigatoribus non præiudicant. Dat. v. Kalend. Aug. Conſtantino. A. VI. & Conſtantio″ Cæſ. COSS. [320.]

INTERPRETATIO. *Aduocatus, ſi in ſuſcepti″ cauſa aliquid in præiudicium per errorem dixerit, præiudicare ei, à quo adhibitus eſt, nullatenus debet: ſi″ continuò de ipſo errore fuerit reclamatum.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* exſtant enim eandem in ſententiam plures *eod. tit.* & ſpecialiores adhuc.
″ *Felix* hic, an ille qui ſuperiore anno *Præſes Corſicæ* dicitur, *l.*2. *ſup. de temporum curſu*?
″ Abeſt hæc vox in MSS. nonnullis in Til. edit. *ſine*, malè.
″ *ɣ. Conſtantino.*
″ In aliis editionib. *ſuſcepta.* Hoc melius; quòd & Doctiſſ. Iuretus probauit. De hâc verò voce iam *ſuprà ad l.*1. *de poſtul.*
″ Hæc aliunde Interpres attexuit ex *l. vlt. Cod. eod. tit.*

## COMMENTARIVS.

ERRORES Aduocatorum litigatoribus non nocere definit *hâc l.* Conſtantinus M. quam in rem ſunt tres aliæ, anteriorum Principum conſtitutiones, relatæ in *Cod. Iuſt.* ſub *hoc titulo*, quas hâc præteritâ, velut ſpecialiores magis Tribonianus prætulit. Et certè Interpres quoque *hîc* Limitationem addit, *ſi continuò de ipſo errore fuerit reclamatum*: Nempe enim ſi præſens litigator non reclamauerit, ſi non contradixerit ex continenti, error Aduocati nocet *l. vlt. Cod. eod. tit.* vbi *ex continenti* explicatur, id eſt, triduo proximo: quod tamen à Synopſi Baſilicorum abeſt. Et certè legi illi vix congruat: requiritur enim *eâ l.* vt litigator 1. præſens 2. PALAM 3. EX CONTINENTI contradixerit: Atquin quod intra triduum fit, neque à præſente tùm fit, neque palàm, neque ex continenti. Quare, niſi ab alterius quàm à Triboniani manu hoc ſit, ineptum iſtud emblema fuerit. Quod non ita eſt in *ſp. l. vlt. Cod. de iudiciis*: ſunt enim actus quidam, vbi vox *Incontinenti* cum aliquo ſpatio accipi poteſt, & debet: vt *l.*1. §. *item ſi ita* 8. *π. ad leg. Falcid.* verùm hanc quæſtionem nunc non ingredior: videndus Albericus *ad eam leg.* ¶ Additur autem *hac leg. in competenti Iudicio*: indubiè enim, vt acta quæcunque, ita errores Aduocatorum in incompetenti iudicio non præiudicant: Neque de hoc dubium erat, vel eſſe poterat. ¶ Eſt porrò hæc conſtitutio de Erroribus Aduocatorum circa ipſum cauſæ meritum: Aliud enim ab hoc, *erroris* Aduocatorum genus, nempe inconſultus ſermo, cauſidicorum figura, & obliqua dicta, & conuiciandi licentia, de quo Symmachus quoque *lib.*5. *ep.*41. *& lib.*9. *ep.*28. *& l.*6. *Cod. de poſtulando.*

# DE COGNITORIBVS″
## ET PROCVRATORIBVS.
## TITVLVS XII.

II. COD. IVST. XIII. vbi titulus ita ſimpliciter conceptus: *De Procuratoribus*, omiſſa *Cognitorum* mentione, de quo poſteà.
″ De *Cognitoribus* his dico ad *l. vlt.*

## PARATITLON.

COGNITOR eſt præſentis procurator *l. vlt. h. tit.* ſeu ad cognitionem alieni iurgij ſuffragator, *l.*6. PROCVRATOR verò eſt, qui ad agendum negotium mandato vtitur accepto, *l.* 3. ſeu procuratione emiſsâ, *l.*4. procuratione mandatâ, *l.*9. *de infirm. his quæ ſub Tyr.* cui per mandatum cauſa permittitur, id eſt committitur, Interpres ad *l. vlt.* Id verò mandatum in principio quæſtionis inquiri debet, alioquin iudicium non eſt *d. l.*3. Fineſque mandati etiam maritus diligenter cuſtodire debet, *l.*4. Et præſens tamen commune ſibi cum aliis negotium abſentibus aliis agere vel de-

 fendere

fendere ſine mandato poteſt, cautione rem ratam alios habituros vel iudicatum ſolui præſtitâ, *l.*2. ¶ Communia Cognitoribus & Procuratoribus hæc ſunt: vtrique litis miniſtri ordinantur, *l.vlt.* defenſionem ſuſcipiunt, *l.*1.agunt, *l.*2. pro aliis perſonis interueniunt *l.*5. (quanquam ea lex propriè de Cognitoribus eſt) defenſores cauſarum ſunt, *l.*6. Vtrique eſſe prohibentur, fœminæ, *l.*5. & militantes, *d. l.*6. ¶ Poſtremò obſeruandum procurationẽ ſub Tyrannis quoque mandatam valuiſſe, *l.*9. *de infirm. his quæ ſub Tyr.*

---

## ¶ Morte *mandantis* procvratorivm *ad lites mandatum, cauſâ ſemel inchoatâ, non extingui.*

### 1. * Imp. Iulianus'' A. Secundo PF. P.

NVlla dubitatio'' eſt, poſt cauſam in iudicio publicatam'', vtpote dominum litis Procuratorem effectum, etiam poſt exceſſum eius qui defenſionem'' mandauerat, poſſe inchoatam litem'' iurgiúmque finire. Quippe'' cùm & Procuratorem poſſe eum'' inſtituere, & † ad hæredes ſuos inchoata tranſmittere, Veteres'' iuris voluerunt Conditores.'' Lecta apud acta'', pridie Non.Feb. Iuliano A. III. & Salluſtio coss. [363.]

Interpretatio. *Qui Dominus & Procurator de cuiuſlibet rei petitione fuerit inſtitutus, & ſuſceptam litem viuo mandatore per actionem repetendo fuerit conteſtatus, etiam ſi ille qui ei mandatum tale fecerat, de hac luce diſcedat, liceat ei rem, quam repetendam ſuſceperat, ſibimetipſi defenſare'', & alium Procuratorem in hac cauſa, ſi voluerit, qui repetat vt dominus ordinare, atque actionem ad hæredes ſuos ſucceſſoréſque tranſmittere: Quia ſicut in rebus quæ poſſidentur, Procuratores tantum aduerſus pulſantes'' nec non & domini poſſunt firmiter ordinari: Ita in rebus quæ repetuntur, dominos Procuratoréſque facere, iis qui pulſat ac repetit, iure permittitur. Solum'' eſt, vt mandatum ad vicem donationis'' factum, actis habeatur inſertum.*

## NOTÆ.

* Lex, *nulla* 23. *Cod de procuratoribus.* Meminit quoque huius conſtitutionis Symmachus *lib.*10.*ep.*32.
'' *Valentinianus.* in An.Put.malè.
'' De *ſecundo* hoc PP. ſub Iuliano v. *Proſopogr.*
'' His verbis: *Nulla dubitatio eſt*: indubitata conſequentiæ ratio indicatur.
'' *Agitatam* C. Iuſt. Interpres, *conteſtatam*: de quo mox.
'' *Agendam, vel defendendam litem*, ita Tribon. Quo nil opus erat: *Defenſionis* vox vtrumque complectitur: vt & *defenſoris.*
'' *Cauſam*, loco *litem* habet Cod.Iuſt. Atqui vox *litis* propria & antiqui commatis.
'' V. *l.*4.§.*vlt.* ϖ. *de appellat. l. ſi mater*, §. *hoc iure*, ϖ. *de except. rei iud. l. procurator.* ϖ. *de doli except.*
'' Abeſt hæc ſententia à Cod.Iuſt. abrogatur enim *l.vlt.inf.* vbi dicam.
'' *Reum* videtur legiſſe Interpres.
'' *Veteris* C.Iuſt. hoc noſtrum melius.
'' *Conditores* Iuris veteres, ſunt Iuriſconſulti. v.Gloſſ.*Th.*
'' *Lecta* hæc lex apud *acta*. De hoc v. *Prologomena.*
'' *Defenſare* v.Gloſſ.*Th.*
'' De hâc *pulſandi* voce Gloſſ. Cuiaciana editio habet *aduerſus pulſatos manent, non domini, &c.* ad marginem adnotatum, ꝝ. *pulſantes, nam non & domini, poſſunt.*
'' Hoc de peculio ſuo Interpres.
'' v. *inf. de Decurionib.*

## COMMENTARIVS.

MAndatvm Procuratorium ad litem, poſt litem ſemel inchoatam, morte mandantis non extingui, definit hâc lege Iulianus Imp. Hæc inquam principalis ſeu finalis huius conſtitutionis cauſæ coniectio eſt: cùm de hoc in aliqua cauſa dubitatum fuiſſet: Hanc verò deciſionem ſeu concluſionem ſuam Iulianus, duobus argumentis ædificat; ſeu ex duobus principiis repetit: vno quidem generali, quòd videl. Procurator, poſt litem inchoatam dominus litis efficiatur: de quo noti ſunt textus iuris: v. & Symmachum *lib.*10. *ep.*32. Altero verò ſpecialiore, à ſubalternis ſpeciebus ſimilibuſque exemplis: nempe, quod Procurator quoque poſt litem inchoatam poſſit Procuratorem inſtituere, & ad hæredes ſuos inchoatam litem tranſmittere: Quod vtrumque Iuris conſulti veteres voluerint, definierint: v. *l.*8. §.3. ϖ. *mandati l.*11. *in f. Cod. de procur.* cui tamen contraria videtur lex 4. §. *vlt.* ϖ. *de appellat.* His præiudiciis iam ſuam concluſionem Iulianus quam dixi, adſtruit & educit, velut indubitatam. *Nulla* inquit, *dubitatio eſt: vtpote, &c. quippe cum.* Eſt proinde hæc conſtitutio tota Logica, meraque ratiocinatione conſtat, cum aliàs leges iubere non diſputare ſoleant; Ac proinde Dialecticum Iuliani Imp. acumen redolet: quod & aliæ eius conſtitutiones ſpirant: frequentibus etiam gnomis perſperſæ, & exinde conſectariis eductis, veluti *l.*5. *de medicis & profeſſor. Magiſtros ſtudiorum, Doctoréſque excellere oportet moribus primùm, deinde facundia*: SED QVIA &c. *l.*1. *de proximis. In rebus prima militia eſt, ſecundus in literarum præſidiis pacis ornatus*, IDEOQVE.



QVE. Videatur cumprimis lex *pergit* 5. *inf. de ſepulchro violato.* quæ tota merâ ratiocinatione conſtat: videatur & lex vn. *de longa conſuetud. Venientium eſt temporum diſciplina, inſtare veteribus inſtitutis.* IDEOQVE. Et ita quidem hæc lex à nobis diiudicanda diuidendáque venit; quam alij diuiderent, imò diuidunt in ſcholis in quatuor capita ſiue *Concluſiones*, & *Axiomata*: Nos vnicam concluſionem efficimus, verùm tribus argumentis ſuffultam, ſcopo videl. eius vnico ſpectato. ¶ Superiorib. & illud addimus, hanc conſtitutionem ab eo Iuliani animo profectam videri, quem deſcribit incertus Auctor apud Suidam; quo eum ad terminandas lites amotis dilationibus procliuem maximè fuiſſe ſcribit: cuius verba iam ſupra retuli *ad l. vn. ſup. de dom. rei quæ poſc.* Cui rei fidem quoque faciunt aliæ nonnullæ Iuliani conſtitutiones, putà lex 29. 30. 31. *inf. de appellationib. d. lex vn. ſup. de dominio rei quæ poſcitur.* ¶ Nunc ad legem ipſam redeamus: Huius conſtitutionis meminit Symmachus, *lib.*10. *ep.*32. *Succeſſit*, inquit, *aliud, vt obitu Martianæ C. F. mandatum diceretur extinctum: ſed contrà venerabilis* IVLIANI SANCTIO *ſtare Procuratorum iuſſit officia, cauſarum dominis viuentibus inchoata.* Et ſubiicit Symmachus: *Ergo cùm & reparationem ſuperſtite Martiana* [domina] *& conuentionem partis aduerſæ ſuper æſtimandis bonis Liberius* [procurator] *impetraſſet, pronunciauimus, Non periſſe mandatum.* Quod ius etiam Viſigothorum iure probatur *lib.*2. *t.*3. *l.*8. *Antiqua.* ¶ Vnicum ſupereſt, quid ſit *hac l. poſt cauſam in iudicio publicatam.* Tribonianus ſubſtituit *agitatam.* Interpres *conteſtatam hac l. & l. vlt. inf.* inchoata lis *hac ipſa l.* dicitur, vt & apud Symmachum. Quæ omnia effectu ipſo eódem pertinent: Propriè tamen *publicata in iudicio cauſa* eſt denunciata: de qua *ſuo titulo ſup. de denunciat.* etſi nondum conteſtata: poſt denunciationem quippe litis exordium auſpicari olim dicebatur, *l.*4. *d. t. de denunciat.* lis initiata *l. vlt. inf. vnde vi*: *l.*1. *inf. de tutoribus*: inchoata *h. l.* Verùm quia denunciationes ſublatæ iam erant, ideò, *agitatam* ſuppoſuit Tribonianus, *conteſtatam* vetus Interpres. Quod praxim *huius leg.* attinet, v. Manticam, *de Tacitis, lib.*7. *t.*23. *à num.*22. *ad* 30.

---

## ¶ Consors Commvne *negotium conſortibus abſentibus quâ lege agere poſſit.*

### II. Impp. Valentinianus, & Valens AA. Salluſtio PP.''

COmmvne negotium'' &'' quibuſdam abſentibus'' agi'' poteſt, ſi præſentes Rem *ratam dominum habiturum* cauere parati ſunt: vel, ſi quod'' ab his petitur *Iudicatum ſolui* ſatiſdatione firmauerint PP.'' VI. Id.Decem. Diuo Iouiano & Varroniano coss. [364.]

Interpretatio. *Communes cauſas abſentibus conſortibus alij conſortes agere poſſunt, ſi illi qui præſentes fuerint, caueant acceptum eſſe illis qui abſentes ſunt, quidquid fuerit iudicatum. Aut in præſenti fideiuſſorem dederint, vt omnia quæ definita fuerint, implere non differant.*

## NOTÆ.

* L. 2. *Cod. Iuſt. de conſortib. eiuſdem litis.* Refert huius legis verba, ex hoc ipſo libro 2. *Codicis Theodoſiani*, veteris Conſultationis Auctor, *cap.*3.
'' Abeſt à Cuiaciana Edit. & Til. additum ex Cod.Iuſt. de hoc *Salluſtio PP.* ſub Valente. v. *Proſopogr.*
'' *Et*, id eſt etiam.
'' *Poſt litem legitimè ordinatam.* hæc Tribonianus hîc addidit, de quo mox.
'' *In ſolidum agi*: ita Tribon. Neque malè.
'' *Quid.* C.Iuſt.
'' *Agi ſine mandato*: ita Tribon. neque malè.
'' Ita in An.R. & Cod.Iuſt. *V.Dat.* in Til.

## COMMENTARIVS.

COmmvne negotium consors præſens abſentibus aliis agere poteſt, in ſolidum ſcilicet & ſine mandato: (quod vtrumque à Triboniano additum ad clariorem intellectum) præſtita cautione de rato, ſi actor ſit; iudicatum ſolui, ſi reus. *Conſors* ſcilicet de quo *l. vn. ſup. de dominio rei quæ poſcit*, vt pro parte ſua abſentibus aliis agere & conueniri poteſt: *d. l. vn.* ita & retrò, ſi velit, illis conditionibus & cautionibus commune negotium in ſolidum, abſentium quoque nomine exercere. Regulariter alioquin ſine mandato nemo alieno nomine rectè agit, de quo *ad l. prox* 3. exceptis perſonis certis, *l.*35. *de Procurator.* quibus Conſors ex *hac l.* addendus venit: ſub eadem videl. conditione quâ cœteri illi. ¶ Porrò *poſt litem legitimè ordinatam* id fieri oportere addidit Tribon. *Ordinata lis*, non eſt lis conteſtata; verùm cùm conſtituta eſt perſona Actoris & Rei & Iudicis, ſéque partes præmuniunt, *l. Papinianus*, §.1. & 2. ϖ. *de inoff. teſtam.* Itaque, quod *in l.*20. ϖ. *de probationib.* eſt, *ordinabatur*, id in *l. liberis*, §. *vlt.* ϖ. *de liberali cauſa*, eſt *præparabatur.* Et Feſtus rectè partes *ordinato iudicio litem conteſtari.* Sententia igitur hæc eſt; Conſortem cauere poſt litis ordinationem antequam litem conteſtetur: *l.*40. §.3. ϖ. *de procuratorib.* Nos dicamus, ſecundum ius quod *hoc Codice* continetur, poſt denunciationem.

## ¶ MANDATVM *initio litis inquiri oportere, alioquin nullam eſſe ſententiam.*

III. * Imppp. Gratianus, Valentinianus, & THEODOSIVS AAA. Pancratio'' P.F.V.''

IN principio quæſtionis, perſona'' debet inquiri, &'' vtrùm ad agendum negotium Mandato vtatur accepto. Quibus ritè & ſolemniter conſtitutis, poteſt eſſe ſententia: Præteritis autem his, nec dici *controuerſiæ* ſolent, nec poteſt eſſe iudicium, &c. Dat. pridie'' Non. April. Conſtantinop. Antonio & Syagrio COSS. [382.]

INTERPRETATIO. *Cùm primùm ad Iudicem cauſa fuerit intromiſſa, perſonarum firmitas'' requiratur, vt is qui cauſam alterius proſequitur, mandatum eius, cuius cauſam agendam ſuſceperat, proferre procuret.*

### NOTÆ.

* Lex *Licet* 14. *Cod. Iuſt. de procuratoribus*, hinc à Triboniano interpolata eſt: de quâ interpòlatione mox. Refert *huius leg.* verba vetus Conſultationis Auctor *c.* 3.

'' *Pancratio* huic P.V. Conſtantinopol. inſcribitur hoc ipſo anno 382. lex 1. *inf. de habitu quo vti oport. intra vrb.* & anno 379. *l.* 4. *de auro Coronario*, niſi ibi potiùs reponendum Com. R.P. & A. 381. *de ſepulchro viol.*

'' Ita Cod. Iuſt. & An. Put. At in Til. & Cuiac. *P.F.P.* vbi tamen ad marginem adnotata varians, *P.V.* vetus Conſultatio habet *P.P.* malè.

' Procuratoris ſcilicet.

'' Vox hæc *&* omiſſa in *Aniano Regio*. de quo mox.

'' *II. Kal. April.* Cod. Iuſt.

'' *Firmitas* perſonarum.

### COMMENTARIVS.

PERSONAM procuratoris & num Mandatum is habeat, initio ſtatim quæſtionis inquiri oportere definit *hac l.* Theodoſius M. vbi duo inculcari cuipiam videantur: putà vt de perſona procuratoris quæratur, num ei procuratori eſſe liceat? tùm vtrum mandatum acceperit? Quod tamen ipſe non credo: verùm totam hanc legem de mandato vnicè agere exiſtimo. Quod etiam MSS. nonnulli probare videntur, vbi vocula, ET, ibi *& vtrum ad agendum*, &c. abeſt, quæ alterius quæſtionis & rei index fermè eſt; verùm hoc non nitor etiam, ſed, vt dixi *hac l.* nonniſi de vnica re, de mandato inquam exhibendo à procuratore agat puto, voculâ ET, pro, *id eſt*, quod & aliàs fieri ſolet, acceptâ: illiſque quæ de *perſona* procuratoris initio dicuntur, eodem relatis: quomodo & apud Symmachum, loco quem mox laudaturi ſumus. Ergo mandatum initio litis exhiberi iubet *hac l.* Theodoſius M. *in principio quæſtionis*, ait, id eſt, ante litem conteſtatam, vel vt Symmachus loquitur, *lib.* 10. *ep.* 32. in ipſo quæſtionis limine. *In ipſo limine quæſtionis cùm procuratio quam C. F. ſenior Martiana mandauerat, inualida diceretur, defenſio partis aduerſæ negauit* STARE PERSONAM, *cuius procurationem ſuperioris geſta Iudicij non tenerent: Contra*, NON EXACTAM PRIVS MANDATI RECITATIONEM *aiebant*. Ex mox. *Sed quia procuratio legèbatur Prætoris alligata iudicio, hæc* PRÆSCRIPTIO *conquieuit*. Præſcriptio ſcilicet ſeu obiectum caſſæ procurationis, vt idem Symmachus loquitur, *d. epiſt.* ſeu Exceptio procuratoria initio litis opponi debet: Eſt enim ea dilatoria, ex PERSONA deſcendens. ¶ In tantum verò, (qui finis eſt & *effectus* huius rei) hæc exceptio proponi, atque adeò mandatum exhiberi initio quæſtionis oportet, vt eo demùm exhibito, iudicium dici poſſit, ſententiaque ſit: contra non exhibito eo, nec controuerſia dici debet, nec poteſt eſſe iudicium. Finge igitur non propoſitam hanc præſcriptionem initio, cauſámque iudicatam: vtique nulla erit ſententia, ſi appareat eum ſine mandato egiſſe: Quare ne inane caſſúmque iudicium ſit & proceſſus inanis, initio mandatum exigi iubet Theodoſius M. non quaſi non etiam ſententiâ dictâ opponi ea poſſit (*Exceptio enim falſi procuratoris quandocumque obiici poteſt, & iudicium reddit retrò nullum*;) ſed ne litigatores Iudéxque in caſſum laborauerint. Ita enim hæc lex intelligenda eſt, quam ſi rectè cepiſſet Tribonianus in eum quem fecit modum, eam mutare nil adeò neceſſe putaſſet: Cœterum multa in hanc ſententiam ipſam occurrunt in *coll. Carthag. d.* 1. *cap.* 34. 49. 68. 71. 72.

¶ Illud ſub finem addere libet, tres præſcriptiones circa mandatum Procuratorium reſpectu procuratoris ipſius verſari, quas omnes Symmachus *d. epiſtolâ* 32. expreſſit: Prima eſt illa, quam diximus *Caſſæ procurationis*, id eſt, non factæ vel certè reuocatæ: Secunda, *mandati non exhibiti* geſtis non allegati: Tertia, *extincti mandati* per mortem mandantis, quam ibi repellit Symmachus, auctoritate ſanctionis Iulianeæ, id eſt, *Legis I. ſup. h. t.*





## ¶ MARITVM *quoque procuratorem mandati fines ſeruare oportere.*

IIII. * Imppp. THEODOSIVS, Arcadius, & Honorius AAA. Victorio'' Proconſuli Aſiæ.

PROCVRATOR, licet maritus ſit, id ſolum exequi debet, quod procuratio emiſſa præſcripſerit. Dat. XV.'' Kal. Iul. Theodoſio A. III. & Abundantio V.C. COSS. [393.]

INTERPRETATIO.'' *Qui vxoris ſuæ negotium fuerit proſecutus, quamuis maritus ſit, nihil aliud agat, niſi quod ei agendum per mandatum illa commiſerit.*

### NOTÆ.

* *Legis maritus* 21. *Cod. hoc tit.* pars poſterior hinc deſumpta eſt, quam & pro more ſuo Tribonianus eidem Conſtantino tribuit, cuius prior illius legis pars eſt. Refert quoque *huius l.* verba veteris Conſultationis Auctor, *c.* 10. Iungendáque huic *lex* 5. *inf. de reuoc. donat.* Quinimò & iungendam putet quis *legem* 50. *inf. de appellat.*

'' *Victurio* in MSS. nonnullis. *Victorio* huic Proconſuli Aſiæ ſub Theodoſio M. inſcribitur prætereà hoc ipſo anno 393. lex 4. *ſup. de conſtit. Principum*, anno ſuper 392. lex 125. *de Decurion. l.* 8. *de reparat. appell.* & anno prox. ſequ. 394. lex 22. *de hæreticis.*

'' V. *in d. l.* 5. *de reuoc. donat.* & apud veteris Conſult. Auctorem.

'' Hanc Interpretationem formulæ *ſuæ* 20. indidit Formularum ſecundum legem Romanam Auctor.

### COMMENTARIVS.

FINES mandati, etiam *Maritum*, vxoris ſuæ procuratorem, ſeruare oportere definit *hac l.* Theodoſius M. Quæ quidem lex pars eſt prolixioris conſtitutionis Theodoſianæ ad Victorium Proconſulem Aſiæ emiſſæ: cuius pars altera quoque extat *leg.* 5. *inf. de reuoc. donationib.* (quæ & ipſa de marito agit) quæ proinde huic coaſſanda venit. Ex quibus ita inter ſe coniunctis colligo, pertinere omninò hanc legem, imò conſtitutionem integram Theodoſianam, vnde *hæc*, & *d. lex* 5. deſumptæ ſunt, ad *Mutuas petitiones inter maritum & vxorem ſoluto matrimonio*: & *hanc* quidem ad Retentiones ob vtiles impenſas à marito in rem vxoriam factas: *dictam* verò *legem* 5. ad retentiones ob donationem. Notum ex Iuſtiniani *l. vn. §. taceat. Cod. de rei vxoriæ actione*, maritum olim vtiles impenſas in rei vxoriæ actionem non deduxiſſe, id eſt, partem dotis ob illas impenſas non retinuiſſe, niſi, QVATENVS MANDATO ſeu voluntate mulieris eas feciſſet: Cuius rei veſtigium extat quoque *in l. vtilium* 8. *ff. de impenſis in res dotales factis*: Quare, ſi mandati fines exceſſerit maritus, expenſas repetere quas fecit, maiores non poteſt: quas vtique repeteret, ſi mandatum ſecutus, eas feciſſet: Quomodo & cœteroquin mandator omnis & expenſas & pœnas mandati ſui nomine ſufferre tenetur: pœnas inquam, vt in ſpecie *Legis* 50. *inf. de appellation.* quæ & ipſa huic Legi coaſſanda videatur: nam & in *ea l.* agitur de procuratore, cui à parte mandatum fuit, vt ante ſententiam aduersùm ſe latam appellaret: quæ cauſa præiudicialem multam mandator ſoluere tenetur: de quo vide quæ *ad eam l.* plura. Proinde huius legis ſenſus hic fuerit, maritum ſoluto matrimonio ob vtiles impenſas in res dotales factas, retentione dotis vti non poſſe: niſi *Quatenus eas mandato vxoris fecit*. Et hæc quidem de *huius leg.* ſententia, quam Tribonianus poſtremo loco attexuit, ſeu inſeruit Legi *maritus* 21. *Cod. hoc tit.* ſub falſo Conſtantini nomine, qui alioquin prioris partis legis illius, auctor eſt. Tandem obſeruetur, Auctorem *formularum* iuxta legem Romanam exhibere formulam mandati, *qualiter maritus negotium vxoris perſequatur?* *formula* 20. vbi & Interpretationem *huic legi* ſubditam totidem verbis conſignauit.

## ¶ FOEMINAS *nonniſi pro ſe, non pro aliis agere, vel interuenire poſſe.*

V. * Iidem AAA. Rufino PF.P.''

NVLLO pacto Fœminæ, aut ampliùs quàm ſibi competit, agere, aut pro aliis poſſunt interuenire perſonis. Dat. IV. Kal. Octob. Conſtantinopoli, Theodoſio A. III. & Abundantio V.C. COSS. [393.]

INTERPRETATIO.'' *Nulla ratione fœminæ amplius quàm'' ſuas agendi cauſas habeant poteſtatem: Nec alicuius cauſam à ſe nouerint proſequendam.*

### NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* cuius rei cauſam mox edam. Iungendæ porrò huic, *lex vn. inf. de Carbon. edicto* & *lex* 52. *inf. de appellationib.* Imò & lex *vlt. inf. de liberali causâ*, emendato *ibi* die.

'' De *Rufino* hoc PP. Orientis, iam ſupra: plenè, *in Proſopogr.*

" *Interpretatio* hæc ſub *Legis Theodoſianæ* nomine inſerta Concilio Nannetenſi canone 19. quod Concilium habitum videtur anno 658.

" *Quàm ſuas cauſas agendi* : ita MSS. quidam.

## COMMENTARIVS.

FOEMINAS pro ſe tantùm agere, non verò pro aliis agere, vel interuenire poſſe definit Theodoſius M. *hac lege*. Quæ quidem pars eſt prolixioris conſtitutionis Theodoſianæ, *de ordine & proceſſu Iudiciario*: vnde deſumptæ ſunt tres præterea leges *hoc Codice* : putà lex *vn. inf. de Carboniano Edicto : lex 52. inf. de appellationibus : lex vlt. inf. de liberali cauſa* : quæ proinde omnes huic noſtræ coaſſandæ veniunt. Nos de hac noſtra nunc videamus.

¶ Agere igitur pro ſe mulier poteſt *h. l.* ſeu in rem ſuam agere, vt loquitur lex 4. *Cod. eod. tit.* Paulus *lib. 1. Sentent. tit. de cognitoribus. 2. Fœminæ in rem ſuam cognitoriam operam ſuſcipere non prohibentur.* Exempla hæc ſint; veluti ſi de matrimonio eius agatur, ſi ſubiecti partus arguatur, vel adulterij, *l. 1. §. vlt. & l. 13. π. de Carbon. edicto.* Ad quam *ſpeciem* commodè referri poteſt hæc lex arg. *l. vn. inf. de Carboniano Edicto*, quæ inter alias huic, vt dixi, coniungenda eſt. Contrà, pro aliis agere mulier nullo pacto poteſt : *l. 54. π. eod. tit.* ne quidem pro filio impubere ſeu pupillo, *l. alienum 18. Cod. hoc tit. de procuratorib.* quare nec Carboniani Edicti beneficium filio impuberi poſtulare poteſt : argumento rurſùm dictæ *legis vn. de Carboniano Edicto.* Id quod etiam hiſce legis illius verbis indicatur, *Carbonianum Edictum* SVB PERSONIS LEGITIMIS *defertur* &c. Denique in eodem argumento vel quæſtione Carboniani Edicti, *nullo pacto fœminæ* AMPLIVS QVAM SIBI COMPETIT AGERE *poſſunt* : vt *hac l.* dicitur, non vltra, pro iure filio impuberi competente : verùm pro iure & honore ſuo, veluti ſi filius ſubiectus, vel ex adulterio conceptus dicatur, matérque rea poſtuletur : quo caſu & cognitio in tempus pubertatis non differtur, vtpotè matre integrâ fide & maiore conſtantiâ cauſam defenſura recenti tempore, vt eleganter ait Vlpianus *l. 1. §. vlt. π. de Carboniano Edicto*, vid. & *l. 2. 3. §. 6. l. 2. §. 3. l. 13. eod. tit.*

II. ¶ INTERVENIRE pariter fœmina pro aliis perſonis nullo pacto poteſt, vt *hac l.* dicitur. Exemplum poni poteſt in cauſâ liberali, arg. *l. vlt. inf. de liberali cauſa*, quæ & ipſa huic coaſſanda venit: ita vt nec adſertorem ſe præbere in eâ cauſa mulier poſſit: *Interuenire* hîc eſt cognitoriam operam præſtare. Denique mulier, vt nonniſi pro ſe agere, vel poſtulare poteſt, ita nonniſi in rem ſuam cognitor procuratórve fieri : quod & Paulus ſuperiore loco expreſsè ait. Eo pariter omninò ſenſu Vlpianus, famosâ *leg. fœminæ 2. π. de regulis iuris*, definit. *Fœminas ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotas eſſe : nec Iudices eſſe poſſe, nec Magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro aliis* INTERVENIRE, *nec procuratores exiſtere.* Vbi qui *interueniendi* verbum de interceſſione muliebri & beneficio S. C. Velleiani hactenùs accipiunt (& in his quoque Græci & Cuiacius) largiter falluntur : non vno argumento verùm quatuor. 1. Nam & de publicis vel ciuilibus OFFICIIS ibi agitur, cuiuſmodi ſanè non eſt interceſſio fideiuſſoria. 2. Et *Interueniendi* verbum, medio loco inter *poſtulare*, & *procuratores exiſtere*, poſitum, manifeſtè ſatis oſtendit, de cognitoria interuentione ibi agi : quomodo *hic* ſeu *hoc Codice* poſt titulum *de poſtulando*, titulus hic, ſeu tractatus *de Cognitoribus & Procuratoribus* poſitus eſt : pariter vt apud Paulum *in Sententiis* titulus *de Cognitoribus*, titulo *de Procuratoribus* proximè cohæret. Et hâc ipsâ quoque lege de iure *agendi*, & *interueniendi* pro alio ſimul agitur. 3. Eodémque etiam ſenſu *Interueniendi* vox occurrit *l. 11. §. 2. π. de iniuriis* : *l. 10. §. vlt. π. de in ius vocando* 4. Denique hæc huiuſce legis & vocis ſententia, argumento, vt dixi, earum legum quæ huic coaſſandæ ſunt, optimè ſtabilitur : ſunt enim leges illæ omnes *de ordine & proceſſu iudiciario*, ſiue primæ, ſiue ſecundæ inſtantiæ, deque perſonis iudicio interuenientibus, veluti de procuratoribus, actoribus, adſertoribus : quæ cum operâ fideiuſſoriâ nil commune habent. ¶ Cæterùm neque Interpres *huius l.* vim eius adſecutus eſt: cuius tamen Interpretatio laudatur in concilio Nannetenſi, *canone* 8. idque ſub *legis Theodoſianæ* nomine : de quo in *Prolegomenis.* Omiſſa poſtremùm hæc lex à Triboniano videtur, eò quod fœminis interdum causâ cognitâ pro parentibus agere permittitur : *l. fœminas. 41. π. de procuratoribus.*

## ¶ MILITANTES, *Aduocati, vel Procuratores Cognitoréſve eſſe vetantur.*

### VI. * Impp. Arcadius, & HONORIVS AA. † Androniacho" PF. P." Poſt alia.

NEMO militantium" fiat ſuſceptor, defenſórve cauſarum, nec ad cognitionem alieni iurgij ſuffragator accedat, &c. Dat. pridie Non. Iul." Mediolani", Olybrio & Probino COSS. [395.]

INTERPRETATIO. *Militantes non permittuntur legibus lites ſuſcipere alienas, nec Procuratores fieri poſſunt.*

## NOTÆ.

* *Legis, militem 7. Cod. de procuratoribus*, verba quædam hinc mutuata videntur. Iungenda porrò huic *lex vlt. inf. de commeatu*; Imò & lex 7. *inf. de Executoribus.*

" *Andronico* in Til. & Cuiac. vbi tamen ad marg. rectè adnotatum *Andromacho*. Et ita habent Aniani MSS. Reg. Put.

*Androma*



*Andromacho* huic PF. V. vt quoque habent MSS. (alij hic habent PF. P.) inſcribuntur hoc quoque anno 395. lex 9. & 11. *ne inſirm. his quæ ſub Tyr. lex 54. de appellationib.* & anno 401. *lex 3. de indulg. debitorum.* Sed malim vbique reponere *PF P.*

" Sic & *l. 2. ſeu vlt. inf. de commeatu.*

" Iun. *d. l. vlt. de commeatu* : Pridie Id. Iul. *d. l. 7.*

## COMMENTARIVS.

MILITANTES Aduocati & Procuratores eſſe *hâc* Honorij *lege* vetantur; idque etiam per commeatum, *l. vlt. inf. de commeatu*, quæ huic legi coaſſanda venit, ceu eiuſdem Honorianæ conſtitutionis pars : cuius hæc verba ſunt. *Hi qui vacationem temporariam vt ſæpè adſolet, impetrarint, nihil ſibi neceſſitatis vſurpent, nullorum* ACTIBVS *miſceantur : quorum ſi quis poſt exactum diem indultum beneficium morando corruperit, nihil* AGERE *intra prouinciam poſſit* : Quod & aliàs tralatitium eſt compluribúſque aliis Legibus firmatur veluti *l. 5. Cod. de condict. ob cauſam* : *l. 31. Cod. de locato l. militem 7. & l. qui ſtipendia 9. Cod. de procuratoribus, l. 54. π. eod. tit. de procurator. §. 10. Inſt. de exceptionib.* Ambroſij quoque locus hanc in rem ſolemnis, *lib. 1. officiorum, cap. 36. Is qui Imperatori militat à* SVSCEPTIONIBVS LITIVM, ACTV NEGOTIORVM FORENSIVM *venditione mercium, prohibetur humanis Legibus* : vbi nota illa ſignatè à *ſuſceptionibus litium*, quomodo & hâc l. *ſuſceptor cauſarum*, dicitur. ¶ Additur autem *h. l. nec ad Cognitionem alieni iurgij ſuffragator accedat*, quibus verbis cognitor circumſcribitur : de quo plenè ad *l. prox. ſequ.* Grauis certè error eſt eorum, qui *huius l.* hunc ſenſum eſſe putant, prohiberi milites ſuffragij præſtandi cauſa Principem accedere. Et ſic eam de ſuffragiis accipiunt : de quibus *l. 2. infr. ſi cert. pet.* vt ſic hæc exceptio ſit legis illius. ¶ *Rationem* porrò huius interdicti reddit Leo Imp. *d. l. 31 : Cod. de locato*; adumbrat & *d. lex 7. in f. & d. l. 9. in pr. Cod. de procuratorib.* nempe *vtilitatem publicam* hoc non permittere: *inoffenſa diſciplina* hoc fieri ſeu admitti non poſſe. Sed & Theophilus quoque, *ad d. §. 10.* rectè reddit : στρατιώτης γὰρ εἰς τοῖς ὅπλοις σχολάζειν ὀφείλων. Chryſoſtomus quoque de Negotiatione militibus prohibitâ, 1. *ad Timoth.* στρατιώτης πραγματευόμενος πραγματείαις, καθάπερ τις λιποτάκτης κρίνεται. Eſt & altera ratio ne videlicet cinguli militaris terrore obiecto impediant, ne lites ſuo Marte decurrant. ¶ Poſſit verò hæc lex, cùm eam propiùs intueor, vna cum *d. l. vlt. inf. de commeatu, & l. 7. inf. de executorib.* quæ huic legi coniungendæ ſunt, etiam de Militiâ Palatinâ & officiali accipi, déque omni qui militiæ alicuius cingulo vtitur, etſi non armata militia, quique dignitatis ſuæ miles adſcribitur, de quo ad *l. vlt. ſup. de poſtulando* : Nempe Honorius conſtitutione ſuâ ad Andromachum, cuius hæ tres leges partes ſunt, id prolixè egiſſe videtur, vt Palatinorum & Officialium ἀλλοτριοπραγμοσύνῃ occurreret, id eſt, vt ne alienis ſeſe officiis actibúſque immiſcerent : & cinguli ſui terrorem obiicerent. Qui ſanè *militantum* appellatione, quæ hic occurrit, comprehenduntur.

## ¶ MORTVO *Procuratore vel Cognitore poſt litem conteſtatam, litem ad eius hæredes non tranſire.*

### VII. * Imp. THEODOSIVS A. & Valentinianus Cæſar. Aſclepiodoto PF. P.

SI lite conteſtatâ Procuratorem vel Cognitorem, qui litis" miniſter eſt ordinatus, mori contigerit, minime eius quærantur" hæredes : néve ſuperuacua" dominio" cauſæ laboris occaſio protendatur, ſed ſtatim ad eum migrent omnes, qui dominus cauſæ fuerat, actiones. Et ſucceſſoribus Procuratoris nulla ſuper eo petitio relinquatur, niſi tantum expenſarum nomine, vel factorum litis cauſa ſumptuum. Nec ſanè videtur" incongruum Cognitori, cùm manifeſtum ſit, ſi Cognitor, vel" præſentis Procurator, vſus fuerit in iudicio proſperiore fortuna vel eadem reclamante" deuictus, iudicati actionem ſine vlla cunctatione in dominum dari, vel domino. ¶ Et hæc quidem in Actoris perſonâ de litis miniſtro edixiſſe ſufficiat. Cæterùm in rei" quoque" idem licere" non dubium eſt: Quamuis abunde Legum veterum obſeruatione munita ſit : Quæ", ſi in rem quoque ſuam Cognitor vel Procurator quis fuerit ordinatus, ſimili modo nihil noui requirere patiuntur, &c. Dat. XVIII." Kal. Decemb. Conſtantinopoli, Victore v. c. COSS.

INTERPRETATIO. Procurator *eſt, cui per mandatum cauſa committitur. Cognitor eſt, cui ſine mandato cauſam ſuam agendam præſens præſente Iudice litigator iniungit. Si Procurator aut Cognitor tantummodo, non dominus & Procurator effectus, poſt litem conteſtatam quolibet caſu de hac luce diſceſſerit, demandato ſibi negotio ad ſuum nihil tranſmittit hæredem : niſi tantum ſumptuum, vel expenſarum repetitionem, quam auctorem ſuum in ſuſcepta cauſa feciſſe probauerit : Lis verò ad mandatorem redit. Si præſentis Procurator vincatur, aut vincat, in dominum vel domino, non in Procuratorem vel Procuratori actio tribuetur iudicati. Idem eſt & in pulſati poſſeſſoris Procuratore ſeruandum, ſi aut vincatur aut vincat. Et ſi in rem ſuam quis factus fuerit dominus & Procurator, & Procuratorem ipſe pro ſua vtilitate iam fecerit, ſimiliter exitus rei indicatæ dominum reſpiciet, non actorem.*

NOTÆ

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* Iungenda verò ei lex *vn. de actionibus certo tempore fin.* cui ex hâc lege in inſcriptione *Valentiniani Cæſaris* nomen reddendum eſt: quod & temporum ratio firmat.
" *Aſclepiodotus* PP. Orientis ſub Theodoſio Iun. v. *Proſopogr.*
" *Litis*, id eſt actionis: de cognitore quippe & Procuratore Actoris eſt prima *huius l.* pars.
" Ad perſequendam litem, ne moleſtentur litis perſequendæ cauſa.
" Ne *ſuperuacuum*: C. Til. fortè aduerbialiter.
" Ideſt, prætextu dominij cauſæ: quod ſcilicet lite conteſtatâ ad auctorem eorum transferat.
" *Videtur*, id eſt videri debet: Fortè autem hic intercidit vox *id*.
" Forrè. *Cognitor præſentis, vel procurator.*
" *Reclamante* fortuna, id eſt aduerſa, improſpera: MSS. nonnulli *hic* exhibent, *reſtante*.
" *Iure ei quoque*: ita vitiosè in Til.
" Perſona ſcilicet ἀπὸ τῶ κοινȣ̃.
" Fortè *liquere*, vel *dicere*, vel *edicere*.
" Leges ſcilicet.
" X V I I. An. Reg.

## COMMENTARIVS.

MORTVO Procuratore, vel Cognitore, ſiue Actoris ſiue Rei, poſt litem conteſtatam, etſi is dominus litis ſeu cauſæ quoad alios, effectus fuerit, (de quo ad *l.* 1. *ſup.*) ad hæredes tamen eius litem vel cauſam perſequendam non tranſire, verùm ad dominum cauſæ redire oportere, conſtituit *hâc l.* Theodoſius Iun. Inſtitutam ſcilicet à Cognitore vel Procuratore litem hæredes eius exequi neque tenentur, neque poſſunt. Quod tamen iure veteri aliter obtinuiſſe docet *lex* 1. *ſup.* ſic tamen vt inter cognitorem ſeu Procuratorem Actoris & rei veteri iure differentiam hâc parte fuiſſe, manifeſtè hæc lex indicet: vt, videl. ad Procuratoris Actoris hæredes actio tranſiret, non verò ad hæredes Rei: *Cœterùm in rei quoque* [perſonâ] *idem licere non dubium eſt: quamuis abundè Legum veterum obſeruatione munita ſit.* Et dubitandi ratione ſubmotâ decidendi rationem addit ibi: *néue ſuperuacua dominio cauſæ laboris occaſio protendatur*: Nempe, etſi poſt litem conteſtatam Procurator vel Cognitor dominus litis vel cauſæ afficiatur, de quo ad *l.* 1. *ſupr.* attamen, iniquum eſſe *laborem protendi* in hæredes, ſatis ſcilicet eſt ſuperſtitem amici labore rebus amici conſuluiſſe, quàm vt eò hæredes quoque adigantur. Argumento etiam adducto, nempe quod ratione, quam dixi, dubitandi nil obſtante, ſententiâ dictâ, iudicati actio ſine vllâ cunctatione domino detur, vel in dominum: Parem proinde rationem eſſe oportere, ſi lis non quidem cognitione Iudicis, verùm morte procuratoris finita ſit.

¶ Illud verò cum primis hîc obſeruandum, *hanc leg.* ſeu caput hoc prolixioris Theodoſianæ conſtitutionis cohæſiſſe alteri illi, quod continetur in famoſa *l. vn. inf. de actionib. certo tempore finiendis*, ſeu *l.....Cod. de præſcriptione* 30. *vel* 40. *ann.* Quibus inter ſe ſociatis, coniunctíſque apparet, Theodoſio Iuniori *conſtitutione illâ ſuâ* ſtudium id fuiſſe, vti litium protrahendarum ſemina intercideret: id eſt, vt ne lites *protenderentur*, quâ voce etiam vtitur in vtraque lege; Quò ſanè, vt pertinet apertiſſimè *d. lex vnic.* qua ſcilicet per præſcriptionem 30. annorum, etiam vniuerſales in rem, perſonales, & hypothecarias actiones elidi voluit: ita *hac leg.* id agit, *ne ſuperuacua dominio cauſæ laboris occaſio protendatur*, vt disertè ait; verùm *vt ſtatim ad eum migrent omnes, qui dominus cauſæ eſt, actiones.* ¶ Et extenſionem *fine legis* addit: cuius hunc ſenſum exiſtimo: Nempe mortuo quoque Cognitore, vel Procuratore, qui in rem ſuam fuerat ordinatus, ſimiliter ad hæredes eorum litem cœptam tranſire: neque quidquam noui hîc admittendum: Veritatem enim rei (vt hoc explicem) vtrobique prænalere oportere: & ſuperiore caſu, vbi fictione tantum iuris procurator vel cognitor poſt litem conteſtatam dominus efficitur: & hoc, quia reuerà, etſi procurator vel cognitor ab alio datus ſit, de re ipſius agatur: quare illo non tranſire cœptam litem ad hæredes procuratoris: hoc tranſire. Et hoc eſſe puto quod d. cit. *Quæ* [Leges] *ſi in rem quoque ſuam Cognitor vel Procurator quis fuerit ordinatus; ſimili modo nihil noui requirere patiuntur.* Quare erronea eſt hîc Interpretis veteris Interpretatio.

¶ Supereſt nunc vt de *Cognitore* hic ſemel agamus: cuius disertè *hoc Codice* hâc tantum lege præter Rubricam mentio fit: deque eodem accipienda eſt lex *ſuper.* 6. Hunc verò *litis miniſtrum* pariter vt procuratorem vocat hæc lex. Interpres disertè ad *hanc l.* eum ita deſcribit: *Procurator eſt; cui per mandatum cauſa permittitur.* [id eſt, mandatur;] *Cognitor eſt, cui ſine mandato cauſam ſuam agendam præſens præſente Iudice litigator iniungit.* Feſtus iam olim, *Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit coram eo cui datus eſt.* Et Aſconius, in diuinatione: *Cognitor, ſi præſentis cauſam* NOVIT, *& ſic tuetur vt ſuam*: *Ergo cognitorem dixit familiariſſimum Defenſorem.* Et fortè ita quoque *hac leg. verſ. nec ſanè*: cui legendum videatur *ſi cognitor præſentis vel procurator.* Sed nil opus: nam imò fortè ἀπὸ κοινȣ̃ ἀλλήλως hîc & ἐξηγητικῶς dicta cognitor, vel præſentis procurator. De eodem accipienda & illa *lex ſuper* 6. *nec ad cognitionem alieni iurgij ſuffragator accedat.* Propriè verò hic *interuenire* dicebatur, *l.* 5. *ſup. h. t.* vbi dixi. Addit alibi Aſconius *in* 3. *Verrina, Cognitorem dici, maximè cùm de alterius ſtatu agitur*: Quod etiam Donatus in Adelphis agnoſcit: *In tria*, inquit, *diuiſit officium defenſionis ſuæ: in Aſſertoris, principio, eam dico eſſe liberam: in Cognitoris, ciuem Atticam: in fratris, meam Sororem.* Meminit verò eius & Cicero *pro Roſcio*: *Alteri nemo poteſt petere, niſi qui Cognitor eſt factus.* De his etiam eſt apud Paulum *lib.* 1. *ſentent.* titulus peculiaris, titulum *de Procuratoribus* immediatè præcedens, quomodo & *huius Tituli* Rubricâ, Cognitor Procuratori præmittitur. Atenim Iuſtiniani tempore cognitores non fuerunt: quare & Pandectarum & Codicis titulus *de Procuratoribus* tantùm conceptus eſt; Cognitorúmque nomen eraſum in *l.* 28. §. 7. *ff. de pœnis*, quæ alioquin ex Pauli Sententiis *lib.* 5. *tit.* 25. §. 10. deſumpta eſt, vbi cognitoris fit mentio. Iocularis autem eſt nupera Viri docti coniectura, ideò Cognitorum nomen, à Triboniano ſublatum exiſtimantis; quod fortè crederet, Cognitorum, id eſt, Iudicum â Principe delegatorum, ſeu conſtitutorum, dignitati id derogare. Quaſi verò non hâc tempeſtate Iudices *Cognitores* paſſim dicerentur, ſéque citra



dignitatis contemptum ita vocari paterentur. Quaſi verò συνωνυμία vocis, cum contemptu coniuncta eſſet, & non diuerſa planè, longóque diſſita internallo, eodem ſæpè nomine, ſuo tamen ſenſu cenſeantur. Propter ſolemnem quippe actum, proculdubio, aliquem, qui in cognitoribus, coram iudice conſtituendis interueniebat, cognitorum quoque mentio à Triboniano ſublata fuit. Ab his verò cognitoribus, *cognitoria opera* dicitur, Paulo *d. lib.* 1. *tit.* 2. §. 2. de quibus hæc ſpeciatim, Paulus *illo tit.* Cognitores non potuiſſe fieri infames, *d. tit.* 2. §. 1. fœminas in rem ſuam fieri potuiſſe, *d.* §. 2. Neque omittere poſſum, grauiter peccare, qui in Nouella Valentin. 23. *de tributis fiſcal.* inter Theodoſianas, hæc verba, *quoniam decreti antiquitus Cognitoris, ceſſat officium*, de hoc cognitore accipiunt; Cognitor enim qui ibi DECRETVS antiquitus ceſſaſſe dicitur, eſt Proconſul Africæ, vt locus ille apertè oſtendit. Et hæc ſpeciatim de cognitoribus Paulus. In commune verò idem de Procuratoribus, & Cognitoribus, ſequentia habet: In rem ſuam cognitorem, procuratorémue fieri poſſe, qui pro omnibus poſtulat, *d. lib.* 7. *t.* 2. §. 32. ex die accepti Iudicij *duplos fructus præſtari*, ſtipulatione, comprehendi quoque procuratores cognitorúmque perſonas, itémque ſponſores, *lib.* 5. *t.* 9. §. 2. *de ſtipulationibus* 3. Tam procuratorem, quàm Cognitorem, ſi Inſtrumenta litis aduerſario prodiderint, humiliores in metallum damnari, honeſtiores, ademptâ dimidiâ parte bonorum in perpetuum relegari, *lib.* 5. *t.* 25. *ad leg. Cornel. teſtam.* §. 10. vnde deſumpta eſt *l.* 28. §. 7. *ff. de pœnis.* Quintilianus quoque *lib.* 3. *inſtitut. orator. cap.* 6. cognitoris meminit, & quidem illius aduerſus eum, exceptionis; *Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti, Iudicatio eſt, an potuerit.* Denique, & Quintilianus *declamat.* 356. cognitoris meminit, eúmque à procuratore ſeparat. Et ex his tamen nullus eſt, qui, præter vnum iſtud, quod videlicet cognitor præſentis ſit, aliquid nos doceat, cur inquam, cognitor dictus fuerit, quodque vlterius diſcriminis inter Cognitorem, & Procuratorem fuerit? certè *Superiore l.* ità deſcribitur, *ad cognitionem alieni iurgij ſuffragator accedere.* Vndè apparet, dictum eum *à cognitione alieni iurgij.* Ergò *cognitor* dictus litis pro præſente procurator, à cauſæ, *ſeu litis alienæ cognitione*, cui ipſe accedat ſuffragator: *ſuffragator* ſcilicet, id eſt, βοηθός. Quæ formula quoque extat *in l. militem* 7. *Cod. de procuratoribus*, ibi vel *quaſi ſuffragatorem accedere*, quæ hinc mutuata videntur. Errat verò Donellus 18. *com.* 11. qui per *ſuffragatorem*, ibi intelligit, eum qui in criminalibus cauſis ad excuſationes abſentiæ interuenit. De ſuffragatorum genere alia vid. *inf. tit. ſi certum pet. de ſuffrag. cognoſcendi*: verbum hic proprium, haud aliter atque *conſciendi* in X I I. Tab. apud auctorem Libronin. ad Herennium *lib.* 2. & Gellium *lib.* 17. *cap.* 2. *Rem vti pacunt, orato: Ni ita pacunt in comiuo, aut in foro ante meridiem* CAVSAM *conſcito, cum perorant ambo* PRÆSENTES; ergo vt *conſcire*, & *cognoſcere*, atque inde *cognitor* Iudex dicebatur, qui præſentibus partibus cognoſcebat: ita & conſcire, cognoſcere, & cognitor ſuffragator dicitur, qui cauſam pro præſente defendit, & cognitam facit; Gloſſæ Cyrilli συνγιγνώσκω συγγιγνώσκει συνοιδα *conſcio.* Philoxeni; Conſciſcit.

# DE ACTIONIBVS AD POTENTES TRANSLATIS.

## TITVLVS XIII.

II. COD. IVST. XIV. *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actionem in ſe transferre.* Eſt autem *hic Titulus* contra *Actores*, ſeu Creditores; *proximus* verò contra *Reos*.

---

¶ HONORII *Conſtitutio aduerſus Creditores, ſuas in potentes actiones transferentes.*

1.* Impp. HONORIVS, & Theodoſius" AA. Ioanni PF. P."
Poſt alia.

SI quiuſcunque modi cautiones" ad potētum" fuerint delatæ" perſonas, debiti creditores iacturâ multentur: Aperta enim credentium videtur eſſe voracitas", qui alios actionum ſuarum redimant" exactores: &c. Dat. v. Id. Iul. Rauennæ, DD. NN. Honorio XIII." & Theod. X. AA. COSS. [422.]

INTERPRETATIO. *Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant. Quia vbi poteſt eſſe repetitio, poteſtas" ad exigendum non debet à creditoribus inuitari.*

## NOTÆ.

* *L.2. Cod ne liceat potentioribus*. Quænam *leges* huic iungendæ ſint, mox dicam.
" Perperam in *d.l.2.Cod.Iuſt.* inſcripti *Arcadius*, *Honorius*, *&* *Theodoſius*: iam enim ante XIV. annos Arcadius obierat, ann videlicet 408.
" *Ioannes* hic PP. Italiæ fuit ſub Honorio Imp. v. *Proſopogr.*
" *Actiones*, in Cod.Iuſt. vt & mox *actionum*: At *cautionum* vocem retinuit Theodoricus *Edicti c.* 122. & Interpres *ad hanc leg.* Et verò mutari non debuit.
" Sic & *l.vn.inf.tit.prox.potentium tituli*. In Cod.Iuſt. *hic potentiorum*: quod eodem redit: ſic tit. prox. *de his qui potentiorum nomina.*
" Ideſt tranſlitæ, exigendæ ſcilicet vt Interpres notat: vnde *&* *Exactores actionum* mox dicuntur.
" *Voracitas* vocatur propriè & σημαντικῶς, malitia, generaliori voce, *l.vn.inf.de vſuris rei iudic.* dolus in ſimili re, *l.vn.prox.*
" *Redimunt*. C.Iuſt.& in Aniano Regio & Til.edit. De *redemptis*, *&* *redemptoribus*. v.Gloſſ.*Theod.*
" *Poteſtas*, id eſt, in poteſtate aliquâ poſitus. v.Gloſſ.*Th.* ſic quoque ἐξουσία Græcis.
" Vitioſa eſt Conſulum ſubſcriptio in Cod.Iuſtin. quæ hinc emendanda eſt.

## COMMENTARIVS.

ACTIONES ſuo Marte vt decurrerent, exercerentúrque, non verò quæſitis aut redemptis interpoſitiſue potentiorum opibus, nominibus, vel actionibus in eos tranſlatis, aduerſus pernicioſum & voracem ACTORVM ſeu CREDITORVM hâc parte morem, hâc conſtitutione occurrit Honorius Imp. Quæ quidem maioris prolixioriſque Honorianæ conſtitutionis, quâ in vniuerſum variæ admodum CREDITORVM voracitati, EXECVTORVMQVE iniuriæ occurſum iuit, ad Ioannem PP. Italiæ datæ pars eſt: à qua ſex prætereà fragmenta exſtant; putà *lex vn. inf. de pecuniæ ſequeſtr. l. vn. inf. quod iuſſu*: *lex vn. inf. de peculio*: *l. vlt. de executoribus*: *l.2. de pignoribus*, *&* *lex* 17. *Cod. Iuſt. de agricolis*, *quæ die & Conſule caret.* Nempe, 1. Petitam à creditoribus pecuniam, prinſquàm debitor conuictus fuerit, ſequeſtrari prohibet: *d. l. vn. de pec. ſequeſtr.* 2. Creditores qui alienis ſeruis, colonis, conductoribus, procuratoribus poſſeſſionum alienarum pecuniam crediderint non iubentib. dominis, vel fideiuſſoribus non acceptis, eam amittere vult. *d. l.vn. inf. quod iuſſu.* 3. Inuitóque inſcióne domino illos pecuniam mutuam accipieno nexum prædiorum facere, alitérue præiudicium poſſeſſioni imponere vetat: *d. l.2. de pignoribus*, & *l.17. Cod. de agricolis*: relictâ in hos tamen de peculio actione: *l. vn. de peculio*. 4. Denique poſſeſſionem alterius pro alienis debitis ſiue publicis ſiue priuatis conueniri vetat, *l. vlt. inf. de executorib.* Quæ quidem continentia ſeu ſumma eſt ſex illarum legum ex eadem conſtitutione deſumptarum, quæque adeò huic noſtræ coaſſandæ veniunt. Et hoc igitur capite Honorius Imp. *creditorum voracitati* (vt propriè eam vocat) cuidam occurit: creditores ſcilicet quidam, vt debitores ſuos fatigarent, cautionum, ſeu actionum ſuarum exactores potentes aliquos redimebant; *potentes*, id eſt, qui honoribus, & dignitatibus pollebant, præcellebant, quomodo etiam Interpres *hic* rectè accepit *Poteſtatis* nomen. Interpretes Codicis Iuſtinianei, *potentes* ratione officij interpretantur: adde, etiam ſine officio. Neque enim quod poſt Gloſſam Cuiacius quoque putauit, in ſpecie hiſtorica *huius leg. potentes* accipiendi omnes, qui opibus, & gratia pollent, quique in aliquo faſtigio diuitiarum, vel popularis æſtimationis ſunt. *Potentes* ſcilicet, *h. l.* ſunt, δυναστεύοντες huius temporis ſtylo: quanquam & in illis quoque *huius l.* ſanctio iure obtinet, qui terrorem aduerſariis obiicere poſſunt. De quo *terrore* ad *tit prox.* ¶ Id verò quod *hac leg.* damnatur, creditores duplici ratione faciebant, vel enim in potentes actiones transferebant; ceſſione in ius eorum factâ, vt eas ſcilicet proprio iam nomine potentes illi exercerent, & exigerent: vel ita tantum, vt procuratorio nomine, potentiùs tamen exercerent: De vtroque ſatis commodè hæc lex accipi poſſit: priorem ſenſum ingerere videtur Rubrica *de actionibus ad potentes tranſlatis*. Neque eò minus tamen poſteriorem ſenſum quis admittat, tum argumento ſitus huius tituli poſt *tit. de Aduocatis*, *&* *de procuratoribus*; illis tum inductus DEBITI creditores IACTVRA *multentur*: vt & illa, *alios actionum ſuarum redimant exactores*. Quæ ſanè creditorum voracitas ſeu malitia magna erat, qui videlicet potentes vel aduerſarios, vel ſanè procuratores aduerſariis ſuis obiicerent. Eleganter quippe dictum in *l.3. ff. de alienatione iudicij mutandi cauſa*, *Potentioribus pares nos eſſe non poſſe.* Pindarus quoque: χαλεπὰ δ᾽ ἔρις ἀνθρώποισιν ὁμιλεῖν κρεσσόνων. Et Heſiodus, ἄφρων δ᾽ ὅς κ᾽ ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. Itaque res ea variis ſubinde Principum conſtitutionibus repreſſa, putà Diui Claudij primùm, mox Diocletiani & Maximiani, *l.1. C. ne liceat potentior.* idque eâdem pœnâ propoſitâ, iacturæ videlicet litis & debiti. Quod ius etiam probatum Gothorum iure, v. Viſigothicarum *lib.2. t.3. l.9.* & Theodorici Edictum *cap.* 122. ¶ Perperam verò Græci 7. *Synopſ.* Βασιλικῶν *tit.9.* hanc leg. ita acceperunt, quaſi ad eum pertineat, qui cùm mutuum dat, vel alio modo contrahit, ſuo & proprio nomine recuſat vel cautionem accipere, vel nomen, vel inſtrumentum, ſed ſub nomine potentis alicuius cautionem ſiue inſtrumentum conſcribi curat: Quod ab hoc titulo & lege alieniſſimum eſt, vt ſententia eius à nobis iam expreſſa arguit. ¶ Neque minus erronea eſt Interpretum quorundam poſt Bartolum communis ſententia, qui hanc *leg.3.* & interdictionem ad reos quoque pertinere putant, quod, vt poſt Gloſſam Cuiacius rectè 8. *obſ.31.* refutauit, ita præter *Creditorum & cautionis*, hac *leg.* mentionem, & *tituli huius* cum *proximo* mox collationem, vel Rubrica *huius tituli* apertè arguit, *de actionibus ad potentes tranſlatis*, quam ſi Tribonianus non mutaſſet, de verâ *huius l.* ſententiâ nemo dubitaſſet: vnde apparet, quàm vtilis huius codicis inſpectio & cum Iuſtinianeo collatio ſit, ad verum Legum intellectum.





# DE HIS QVI POTENTIORVM NOMINA IN LITE PRÆTENDVNT, aut Titulos" prædiis adfigunt.

## TITVLVS XIV.

II. COD. IVST. XV. Vbi Titulus ita inuerſo more conceptus: *De his qui potentiorum nomine Titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt.* Quod à Triboniano factum ideò quoque quod maius crimen videatur, *Titulos affigere* alienos, quàm *nomina in litem prætendere.* Cæterùm vt ſuperior titulus ad Creditores, ſeu Actores pertinet, ita hic ad *Reos.*

" Potentiorum ſcil. nomine ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

---

¶ HONORII *conſtitutio aduerſus* REOS *potentiorum nomina Titulóſque obtendentes.*

1.*Impp. Arcadius, & HONORIVS AA. Meſſalæ PF. P."

ANIMADVERTIMVS, plurimos, iniuſtarum deſperatione" cauſarum, Potentium titulos, & Clariſſimæ" priuilegia dignitatis, hiis à quibus in ius vocantur, opponere". Atne, in fraudem legum, aduerſariorúmque terrorem, hiis nominibus abutantur & titulis, qui huiuſmodi dolo ſcientes conniuent", adficiendi ſunt publicæ ſententiæ notâ. Quòd ſi nullum in hac parte conſenſum præbuerint, vt libelli aut tituli eorum nominibus, ædibus adfigantur" alienis, eatenus in eos qui fecerint vindicetur, vt affecti plumbo" perpetuis metallorum ſuppliciis deputentur. Quiſquis igitur lite pulſatus", cum ipſe & rei ſit poſſeſſor & iuris, & titulum" inlatæ ſolenniter pulſationis" exceperit, contradictoriis libellis", aut titulis", alterius nomen crediderit inſerendum", eius poſſeſſionis, aut cauſæ, quam ſub hac fraude aut retinere, aut euitare tentauerit, amiſſione multetur: nec repetendæ actionis, etiamſi ei vel" probabilis" negotij merita ſuffragentur, habeat facultatem. ¶ Eos ſanè, qui ſe ſponte alienis litibus inſeri patiuntur, cum hiis neque proprietas, neque poſſeſſio competat, veluti famæ ſuæ prodigos", & calumniarum redemptores" notari oportebit. Dat. v". Kal. Decemb. Mediolani, Stillicone" V. C. COSS. [400.]

INTERPRETATIO. *Cognouimus multos cauſas ſuas per potentium perſonas excuſare vel proſequi", ita vt libellos vel titulos eorum nominibus, qui dignitate præclari ſunt, quo facilius terreant poſſeſſores", in hiis domibus quæ ab eis repetuntur, affigant. Aut certe ſi aliquid repetatur, nomine magnorum & Clariſſimorum virorum prolatis libellis contradictor iis ſe ſpecialiter excuſare. Quod ſi ex eorum voluntate factum fuerit, quorum nomina libelli teſtantur publicè, debet dignitas eorum pro omni vilitate notari. Illi vero qui cauſas ſuas tali fraude agere præſumpſerint, plumbatis cæſi, in metallum damnati perdurent. Vnde quicumque de re conuentus, in qua dominus eſſe dignoſcitur, ſi alterius nomine ſe voluerit defenſare", aut alium alterius nomine inquietare præſumpſerit, cauſam perdat: Et rei, de qua agitur, ſeu poſſeſſionem ſeu repetitionem amittat, quamuis boni meriti negotium poſſit habere.*

## N O T Æ.

* *L. vnica Cod. Iuſt. hoc titulo*: Iungenda verò huic legi *lex 2. inf. de diſcuſſoribus*: *l. 60. inf. de curſu publico*. Fortè & *lex 59. de curſu*, & *lex 5. de locatione fundorum*.
" De hoc *Meſſala* PP. Italiæ ſub Honorio v. *Proſop.*
" De hac *deſperationis* voce mox.
" *Clariſſima*, id eſt Senatoriæ: v. Gloſſ. *Theod.*
" Titulos illorum nomine rebus affigendo, vt rectè Græci, vel famam ſpargendo rem ad potentis perſonam pertinere: vt iidem.
" *Conniuerint*, C. Iuſt. quo nil opus erat.
" *Affigerentur*, C. Iuſt. quo iterùm nil opus erat.
" De *Plumbi*, ſeu *plumbatarum* pœna *ad l. 2. inf. tit. de quaſtionib.*
" *Titulus*, hîc eſt cauſa, ſeu genus litis: ſicut & in causâ tributorum; *Titulus* eſt cauſa, ſeu genus tributi. v. Gloſſ.
" *Pulſatio* eſt conuentio: ſic & ſup. *lite pulſatus*. v. Gloſſ. *Th.*
" *Contradictorij* libelli: de his mox.
" *Inſerendum*: rectè: Cod. Iuſt. *ingerendum*.
" *Vel*: vox hæc abeſt à Cod. Iuſt. quam omitti non oportuit: *vel*, id eſt quantumuis, quamlibet.
" *Probabile* negotium eſt iuſtum, certúmque: v. Gloſſ. Theod. rectè Interpres, *boni meriti negotium*. οἱ καὶ δικαίας ἰσχύος ἐν τῷ πράγματι τούτῳ δικαιολογίας. Græci.
" *Prodigi* famæ: ſic & *l. vlt. inf. de raptu*: *vel matrim. ſanct. ſi quis dicatam Deo virginem* PRODIGVS SVI *raptor ambierit*.
" *Redemptores* calumniarum. Eadem formâ cauſarum continuatores & redemptores in *l. 9. §. 2. ff. de off. Proconſ.* In ſimili caſu redemptor litis, *l. 6. §. vlt. ff. mandati*: redemptores litium alienarum, *l. 22. Cod. mandati*. ἐργολάβον τῆς συκοφαντίας. Græci vid. *Gloſſ. Theod.*
" X V. *C. Iuſt.* pariter vt *l. 59. infr. de curſu publ.*
" *Stilicone* cum vno *l.* in MSS.
" *Et Aureliano*, hoc addendum: quod etiam Cod. Iuſt. habet *d. l. vn. Cod. hoc tit.*
" Erronea Interpretatio: de quo poſteà.

## C O M M E N T A R I V S.

ADuerſus prauum REORVM morem (ſimilem illi, qui in *Actoribus* ſuperiore titulo damnabatur) eſt hic titulus, ſeu hæc lex vnica; *Reorum* inquam, ita enim hic titulus à ſuperiore diſtat, vt initio ſtatim æſtum Interpretum componamus hic tumultuantium; vt expreſſa legis verba oſtendunt: ibi, *his à quibus in ius vocantur opponere*: item ibi; *Quiſquis igitur lite pulſatus, cùm ipſe & rei ſit poſſeſſor & iuris, & titulum inlatæ ſolemniter pulſationis exceperit, contradictoriis libellis, aut titulis, alterius nomen crediderit inſerendum, eius poſſeſſionis, aut cauſæ, quam ſub hac fraude aut retinere aut euitare tentauerit*. Ecce apertis verbis ponitur, *in ius vocatus, lite pulſatus, rei poſſeſſor, pulſationem excepiſſe, poſſeſſionem retinere* hâc fraude, & *cauſam euitare*: Tandem *contradictoriis libellis* hanc fraudem admitti: *Contradictorij* libelli ſunt, quibus reus contradicebat, reſpondebat libello actoris, quem is poſt denuntiationem ſimul dabat, *l. 7. ff. de inoff. teſtam.* Qui & aliàs *refutatorij*: de quibus infra *lib. 11.* Quare manifeſtarius error eſt Interpretis ad *hanc leg.* aliorúmque nonnullorum Codicis Iuſtinianei, cùm de Actore quoque eam accepit. Quid quòd ipſum fraudis genus id demonſtrat, quod vtique Rei admittere ſolebant, *iniuſtarum deſperatione cauſarum*: quâ ſimili formulâ alioquin Symmachus lib. 10. ep. 45. *Difficile eſt, vt bona cauſa ſit, cuius actio in ius alterius* DESPERATIONE *transfertur*. Græci ita rectè vertunt μηδαμόθεν ἐλπίζοντες τὸ νικᾷν. *Diffidentiam negotij* idem Symmachus vocat *lib. 2. ep. vlt. inf.*

¶ De ipsâ nunc fraude illâ, quæ in fraudem legum fiebat, & in aduerſariorum *terrorem*: quam in rem iam nonnulla *ad tit. ſuper.* nempe *terror* aduerſario obiicitur, potentiore oppoſito. Quod etiam indicat Arius Menander *in l. 4. §. 8. ff. de re milit.* ibi; *vt ſub obtentu militiæ pretioſiorem ſe aduerſario faceret*: vbi vox *pretioſiorem* per quamcunque interpretationem ſtare non poteſt. Neque audiendi, qui *ſpecioſiorem*, aut *gratioſiorem* reponunt, ego reſcribam *pertæſiorem*, à *pertæſus*, id eſt moleſtiorem; vel *periculoſiorem*. De hoc eodem *terrore* Heraldus *in l. 1. Cod. ne liceat potentiorib.* verba illa, *hoc propoſito metu*, accipit; & ideo, *poſt propoſitu metu*, ibi reponit.] Malè id enim vult *ibi* Imp. Claudium Imp. *propoſito* iacturæ cauſæ metu, hæc potentiorum patrocinia inhibere voluiſſe. Idem tamen rectè ad προσδικίαν hanc κακοῦ metum, hunc & terrorem à potentiore, locum Senecæ *ep. 14.* affert. In ius vocati ſcilicet ſeu lite pulſati, reique, & poſſeſſores, ſæpe iniuſtarum cauſarum deſperatione, id eſt, cum iniuſtâ ſeſe poſſeſſione tuentes conuentique victoriã ſpectare non poſſent; vt cauſam euitarent, & poſſeſſionem fraude retinerent, in fraudem Legum, aduerſariorúmque terrorem, Potentium, Clariſſimorum, *qui dignitate præclari erant*, vt Interpres ait, titulos his, à quibus in ius vocabantur, litéque pulſabantur, dolo opponebant, nomináque in litem prætendebant: Idque duplici ratione. Primò quidem contradictoriis libellis rem petitam ad Potentem aliquem pertinere adſerebant, quod Græci ἐπιφημίζειν vocabulo exprimebant; Secundò, prædiis ipſis, ſeu fundis poſſeſſionibus ædibúſque *Titulos* potentiorum nominibus affigebant. De quo more inſignis quoque exſtat Auguſtini locus *in enarratione Pſalmi 21.* aduerſus Donatiſtas. *Diuidis*, inquit, *vnitatem*, POSSESSIONES *tuas quæris*: *& quare habent* NOMEN *Chriſti? Quid ad* DEFENSIONEM POSSESSIONIS *tuæ*, TITVLOS *Chriſti poſuiſti? Nonne hoc faciunt in* DOMO *ſuâ, ne domum ipſius inuadat aliquis potens*, [fortè *petens*, id eſt, petitor ſeu actor] *ponit ibi* TITVLOS POTENTIS, TITVLOS MENDACIS [id eſt mendaces] *ipſe vult eſſe* POSSESSOR, *frontem* DOMVS *ſuæ de* TITVLO ALIENO MVNIRI: *vt cùm Titulus lectus fuerit*, CONTERRITVS *quis* POTENTIA *nominis abſtineat ſe ab inuaſione*. Nempè Tituli ædibus, & prædiis affigebantur, legitimorum Dominorum, poſſeſſorum nominibus adnotatis: poſtibúſque nominatim, affixos teſtatur lex 11. *inf. de bonis proſcriptorum*. De Titulis ſpeciatim fiſcalibus, velis Regis ſigniſque, quæ nos *Penonem* vocamus, dicetur *l. 1. inf. de incorporat. l. 11. 20. inf. de bonis proſcript. l. 4. inf. de Aquæductu*, *& Nouella Valentiniani, inter Theodoſianas* 23. quorum meminit etiam Zoſimus, non *vno loco*, & Chryſoſtomus ἀνδριάντων 13. Nos de priuatis potentiorum Titulis agimus, quorum, moríſque adeò, qui *hac l.* damnatur, multa mentio apud Auguſtinum, *enarrat. in Pſal. 21.* etiam his verbis: *Videte fratres, quando aliquis potens inuenerit* TITVLOS *ſuos, nonne iure rem ſibi vendicat, & dicit, non poneret* TITVLOS *meos niſi res mea eſſet*, TITVLOS *meos poſuit, mea res eſt*: *vbi* NOMEN *meum inuenio, meum eſt*. Et Petr. Chryſ. *ſer. 164.* *Dominos prædiorum affixi* TITVLI *proloquũtur*: *ita Nomina ipſa ſæpè functorum merita indicant, teſtantur inſignia*. Auguſt. rurſum in cõcione de geſtis cum Emerito tomo 7. ad hos Titulos alluſit. *In domo illa, id eſt, in te diſcordia habitabat, & in limine Titulos pacis figebat; agnoſco Titulos, ſed quæro habitantem*. Et mox: *Planè laborato, adiuuante Domino, eiicere Diſcordiam malè poſſidentem, & introducere Pacem tanquam legitimum poſſeſſorem*. Ex his interim ſaltem locis id apparet, ius fuiſſe morémque priuato titulum ſuo fundo, de ſuo nomine imponere, quo teſtaretur ſe Dominum eius prædij eſſe. Prohibentur enim tantùm priuati vel Regios titulos, vel alienos Potentiorum ſuis alieníſue fundis imponere. Quare & iamolim Senec. *ep. 96.* *Quidquid id eſt, cui Dominus inſcriberis, apud te eſt, tuum eſt*. Neque id vnquam vetitum priuatis, vt ne ſua prædia ſuis titulis inſignirent; Non ab Honorio *l. 1. Cod. vt nemo priuatus*, &c. Nam quod *initio l.* dicitur, *Regiæ Maieſtatis eſſe, vt Principis tantùm domus, & patrimonia* TITVLORVM *inſcriptione legantur*, id de Titulis Principis accipiendum, ſequentia mox oſtendunt: *omnes igitur intelligant, publico iuri eſſe deputandum, id cui nomen* DOMINICVM *præſcribitur*. DOMINICVM enim *ibi* nomen, eſt Imperatorium, non Domini priuati. *Tituli* proindè *ibi*, & in *ipſa Rubrica*, pro Imperatoriis accipiendi. Ac proinde *illa l. 1.* illud ipſum prohibetur, quod *aliis legibus*, ne quiſquam Imperatorum Titulos ſuis prædiis imponat. Quod & ipſum *Nouella* Valentiniani Tertij, inter *Theodoſianas 21. de tributis fiſcalibus ver. deſideriis verò*, prohibetur: *& l. 2. eod. tit. vt nemo priuatus*: & ab Athalarico 9. *var. 18.* Prohibiti tantùm priuati, Potentiores, vel Potentiorum priuatorum Titulos apponere. Quod & ipſum vetuit Iuſtinianus *Nouell. 30. c. 8.* quomodo etiam Iulianus Anteceſſor rectè explicat *conſt. 22.* & *Nouella 17.* & Iulianus *conſt. 21.* quò & Theodorici Edictum pertinet, *l. 45.* Quare error eſt Viri Doctiſſimi, qui Honorium *d. l. 1.* id vetuiſſe vult, ne vlli priuato liceret Titulos etiam ſuos prædiis ſuis apponere. Et hæc quidem dicta ſint de Titulis, & libellis priuatorum, qui adfigi ſoliti ædibus à priuatis, ac proinde de Titulis & Tabulis priuatorum, à quibus diuerſæ ſunt tabulæ, de quibus *l. 21. ff. quod vi, aut clam*: quod CL. Salmaſius rectè oſtendit à *p. 637.* Diuerſæ item tabulæ, quibus adfixis, vel adpenſis, proſcribebantur ædes alienæ. Item diuerſi tituli bonorum nexorum, de quibus interim vide Harpocrationem *in voce* ὅρος, quò etiam pertinet locus Senecæ *lib. 4. de beneficiis, cap. vlt.* de quibus multa Salmaſius *de modo vſurar. cap. 15.* vt & de Titulis ad adſertorem quærendum dicetur *l. 1. inf. de liberali cauſa*.

Nunc de *huius leg.* Sententiâ. Igitur, fraudem hanc Honorius hâc pœnâ plectit, tum aduerſus reum ſeu poſſeſſorem id facientém, nempè iacturâ litis, ſeu cauſæ, etiamſi is probabilem fortè cauſam tueatur, id eſt, etſi in poſſeſſione ſua iuſtè fundatus ſit: tum aduerſus Potentem, nomen ſuum in id commodantem, qui ſcilicet ſpontè αὐτομάτως nomen ſuum litibus alienis inſeri paſſus eſt, cùm ei neque proprietas, neque poſſeſſio rei in iudicium, vel controuerſiam deductæ, competeret, *quem publicæ ſententiæ nota adfici iubet*, *verſ. atne*: (id eſt, ἀτιμοῦσθαι, vt Græci,) ſeu *notari* (infamiâ ſcilicet) veluti (quod additur *fine l.*) *famæ ſuæ prodigum, calumniarúmque redemptorem* ἐργολάβον συκοφαντίας Græci. Imò & reum id facientem præter iacturam litis, plumbatis cædi vult: de quo pœnæ genere *inf. ad l. 2. de Quæſtionib.* Illud tantum hîc monendum, Græcos, Baſilica inquam, & ſcholion ad ea, quod extulit V. CL. Labbæus amicus noſter vetus, malè plumbata, ſeu plumbea vincula, quibus Reus conſtringebatur *in h. leg.* interpretari, cùm de plumbatarum ictibus id accipiendum eſſe vel vox AFFECTI clarè oſtendat; Nempè, vt *ad finem huius leg.* deſcendamus, quemadmodum idem Imp. Honorius Actorum actiones Marte ſuo decurrere voluit, actionibus ad Potentes transferri prohibitis, *l. vn. ſup. tit. prox.* ita & Reorum quoque defenſiones, ſeu exceptiones *hac l.* quæ prolixioris Honorianæ conſtitutionis pars eſt, vnde ſuperſunt prætereа, ſeu deſumptæ exſtant *lex 2. inf. de diſcuſſorib*: *lex 60. inf. de curſu publico*: fortè etiam lex 59. *d. tit. de curſu publ. & lex 5. inf. de locat. fundorum*: quæ proinde huic coaſſandæ veniunt. Quâ quidem conſtitutione Honorius in vniuerſum prouinciales à variis damnis, prædiſque liberatum iuit, in quo genere eſt & illud quod *hac l.* prohibetur, ſeu vindicatur, puta ſi qui Potentioris nomine, titulóque obiecto ius alicuius infringere laboret, eique timorem incuſſum eat. Quod quidem hoc æuo familiare fuit, vt Potentiorum videl. nominibus, vel inuidia miſeris prouincialibus, terrórque obiiceretur, quod complures Conſtitutiones *hoc Codice* teſtantur: vel publicæ rei; quo in genere ſunt quoque Patrocinia Vicorum, in perniciem publicam, de quo ſunt *infra* duo tituli, *lib. 11. de patrociniis vicorum*, & *lib. 13. de nauibus non excuſandis*, vt & Libanij *Oratio*, quam ineditam primi nos edidimus, περὶ τῶν προστασιῶν. Ab his diuerſa eſt, etſi ad eundem finem collinet, alienatio iudicij mutandi cauſa facta, cui occurſum Edicto Prætoris. Diuerſa quoque eſt ſpecies *legis 4. §. 1. inf. ff. de alienat. iud. mutandi cauſ.* cum quis tanti habuit re carere, ne propter eam ſæpiùs litigaret, hæc enim verecunda cogitatio eius qui lites execratur, non eſt vituperanda; ſed eius tantùm qui cum rem habere vult, litem ad alium transfert, vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubiiciat. Ad quam ſpeciem accedit omninò ea, de quâ Baſilius *ep. 84. ad Sophronium Magiſtrum*, vbi agit de Gregorio Ep. qui ſubſtantiæ ſuæ reliquias ærario, ſeu fiſco cedere paratus erat, vt à litibus redimeretur. ἡδέως ἐξίστασθαι τῶν λειψάνων τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῷ ταμείῳ, ὥστε ὑποδεχθῆναι μὲν αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, τὸν δὲ συνήγορον τοῦ ταμείου λέγειν τὰ πρὸς τοὺς ἐπιφημισμένους, καὶ ἀπαιτεῖν τὰς ἀποδείξεις, διὸ τὸ ἡμέτερον πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀνεπιτήδειον.

# DE DOLO MALO."

## T I T V L V S XV.

II. Cod. Ivst. XXI. " V. & *l.9.inf.de infirm.his quæ ſub Tyr.*

### ¶ *De* Tempore *&* modo *Impetrandæ, exercendæ, finiendæque actionis de dolo.*

1. * Imp. Conſtantinus A. ad Symmachum v.c."

Optimvm" duximus, non ex eo die, quo ſe quiſque admiſſum dolum didiciſſe memorauerit, neque intra anni vtile tempus, ſed potius ex eo die, quo adſeritur commiſſus dolus, intra continuum tempus anni," reis" quibus eſſe decertandi" ius inuenitur, huiuſmodi actionem cauſâ" cognitâ deferri": Ita vt, ſi forte is contra quem res agitur, longius vllo genere diſceſſerit, nec denuntiandi" neceſſitate petitor oneretur, nec eius qui aberit præſentia poſtuletur: Nec tamen aſſiſtere ſi velit quiſquam prohibeatur examini, contra quem decernenda intentio" huiuſmodi fuerit expetita": Ita vt impetrata" doli actione, lis ad ſuum Iudicem tranſlata, intra biennij ſpacium" decidatur, ratione temporis cuſtoditâ, cum legitimè fuerit apud ſuum Iudicem cœpta, exemplo litium ceterarum. Perpetuo vero ſilentio conquieſcat, niſi ex die quo impetrata fuerit actio, intra continuum biennium quod ſequitur", omnis lis fuerit deciſa. Omnes igitur ſciant, neque incipiendæ poſt biennium, neque ante completum biennium ceptæ, poſt biennium finiendæ doli actionis conceſſam licentiam. Dat. VIII. Kal. Aug. Naſſo", Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. coss. [319.]

Interpretatio. Dolus" malus" *eſt, quoties per aliquam ſcripturam vel fraudem ea quæ definita ſunt, per ſcripturæ argumenta mutantur. Vel ſi quis per chartarum ſuppoſitionem, aut ſubreptionem aliquam id quod contra ſe futurum ſit, vt conſentire videatur, inducitur, vel cum hiis ſimilia diſcutiente Iudice probantur admiſſa. Et ideo ille qui queritur dolosè fuiſſe grauatum, intra biennium ſuas & incipiat, & definiat actiones: vltra ſibi nec ad inchoandum, nec ad definiendum tempus nouerit eſſe conceſſum. Nam ſi aut illum, qui dolum admiſiſſe dicitur, aut illum qui pertulit, abſentem eſſe contigerit, à tempore quo apud Iudicem agere cæperit, biennium ad definiendam actionem ſciat ſibi eſſe permiſſum.*

### NOTÆ.

* Lex *optimum vlt. Cod hoc eodem titulô* hinc interpolata eſt.
" *Symmacho* huic, hoc ipſo anno, inſcripta lex 1. *ſup. de denunciat.* quæ in eodem argumento denunciandæ litis verſatur, déque temporum curſu, quam dignitatem is geſſerit, *ibidem* diſquiro.
" *Vicarium* Cod. Iuſt. & in Aniani Codicibus malè: v. quæ dixi *ad d.l.1.*
" *Optimum* duximus: De huius formulæ vi mox.
" *Vtilis.* C. Iuſt. & in MSS. nonnullis iſtud noſtrum quoque rectum: vt mox, *continuum tempus anni.*
" *Biennium* ſubſtituit Tribon.
" *Reis*: an pro petitoribus, vt mox vocantur? An potius reponendum *eis*?
" *Decertare*, id eſt agere: decertatio, pro actione, etiam apud Symmachum *lib. 9. ep. 47. inf.*
" Cauſâ cognitâ actio de dolo dabatur, Edictóque ipſo dari iubebatur, *l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 30. π. de dolo.*
" *De dolo actionem moueri ſiue abſuerit, ſiue præſto ſit is qui dolum ſe paſſum eſſe conqueritur.* Ita Cod. Iuſtin. expunctis omnibus quæ ſequuntur ad vltimum vſque legis verſiculum, qui incipit *Omnes*, &c. Id quod à Triboniano factum propter impetrationes actionum & denunciationes, quarum hic mentio fit, eius æuô abolitas.
" *Deferri*, id eſt petentibus dari: *Petitionis* ſcilicet & *impetrationis* actionis veſtigium hoc eſt, vt mox in illis *contra quem decernenda intentio huiuſmodi fuerit expetita.* De hac impetratione *ſup. tit. 3.*
" *Denunciationis* litis hoc veſtigium, de quâ *ſuo tit. ſup.* 4.
" *Intentio* pro actione. v. Gloſſ. *Theod.*
" Ad *Impetrationem* actionis hoc rurſum pertinet.
" *Spatia* in MSS. quibuſdam.
" *Continuum* tempus eſt, quod continuo ſequitur: contrà *vtile*, quo experiundi Iudiciſque adeundi facultas eſt.
" Conſtantinus Aquileiâ menſe Iulio in Daciam rediit, vbi *Naiſſi* conſtitit.
" *Doli mali* deſcriptio hæc notanda, & diſcutienda.

### COMMENTARIVS.

Impetrandæ exercendæ, finiendæqve actionis de dolo malo Tempora modúmque veteri iure antiquato hâc conſtitutione coarctat Conſtantinus M. Nempe olim actio de dolo



dolo malo *impetrari* poterat intra annum vtilem: Secundò, annus is exinde *computabatur*, ex quo quis dolum admiſſum didicerat: Tertiò, vt ex *hac leg.* colligitur, *denunciari* hanc actionem omnimodo neceſſe erat, etiam abſenti aduerſario. Tandem, *finiendæ* actioni aliud & longius tempus præſtitutum fuiſſe videtur. Verùm hæc quatuor hac Conſtantini M. conſtitutione immutantur, finiendarum litium ſtudio: quod initio indicatum voluit, his verbis: *Optimum duximus*, i. æquiſſimum. Primùm igitur Conſtantinus hanc de dolo actionem *peti* ſeu *impetrari* vult, non intra annum vtilem, verùm intra continuum. Sanè idem Conſtantinus in aliâ quoque ſpecie petendæ reſtitutionis vtilem annum ſuſtulit, *l. 2. inf. tit. prox. de integri reſtitut.* Eo videl. quod incerta ſit ſeu lubrica atque adeò difficilis anni vtilis computatio: quò rurſum pertinent illa; *Optimum duximus.* Secundò, annum hunc continuum exinde computari vult Conſtantinus, ex quo dolus admiſſus dicitur, id eſt, ex die doli admiſſi, non ex die ſcientiæ: ne alioquin hoc obtentu actio hæc infamis alterius capiti perpetuò intonaret imminerétue, cuius tempora Imperator hic præcidi, coarctarique *optimum* duxit. Eo breuiore ſcilicet tempore conſtringenda quæque actio eſt, quò grauior & atrocior ea eſt: optiméque grauis quæque actio breuitate temporis conſtringitur. Tertiò, *denunciandæ* litis huius abſenti neceſſitatem remittit, atque adeò etiam parte abſente hanc actionem impetrare decernique poſſe. *verſ. ita vt*: quod & ipſum breuitatis ſtudio ſancire *optimum duxit* Conſtantinus M. vbi interim caſus hic addendus eſt iis, in quibus denunciationis neceſſitas remittitur, quos in paratitlon *de denunciationibus* congeſſimus: vt & iis quibus actio abſente parte impetrari poteſt: alioquin certè qui præſens eſt, ſi velit iudicio aſſiſtere, poteſt cum actio poſtulatur. *verſ. nec tamen.* Poſtremò, *finiri* hanc actionem de dolo iubet Conſtantinus M. à die impetratæ actionis intra biennium, præciſâ omni vlteriore protrahendæ vlterius huiuſce litis ſpe, ſiue intra id tempus ea cœpta fuerit, ſiue non: id quod & hâc parte *optimum duxit*: Exemplo quoque cœterarum litium, vt hîc dicitur: quibus & ſua fatalia tempora præſtituta ſunt, certique vitæ fines adſignati, vt docet vel lex 18. §. 4. *π. de dolo*: *lex 32. π. de iudiciis.*: Et quidem biennij (quod triennio poſtea immutatum à Iuſtiniano, *famoſa leg. properandum, Cod. de Iudiciis.*) Quod ex *hac l.* clarè diſcimus: ibi *lis intra biennij ſpatium decidatur,* exemplo *litium cœterarum.* Et maius tamen olim ante *hanc leg.* tempus aliquod finiendæ de dolo actioni præſtitutum ex *hac ipſa leg.* colligimus, quod *hac l.* ad exemplum litium cœterarum reducitur. Et hæc quidem ad *huius leg.* intellectum ſufficiant: nam quæ de *petitione* & *impetratione* actionis, vt & de *denunciatione* litis *hîc* ſparſim adduntur, ea ſatis interpretationem accipiunt ex ſuis titulis (*ſuprà 3. & 4. de omiſſa actionis impetratione, & de denunciatione vel editione Reſcripti*: vt & quæ *hic* obiter perſtringuntur de doli actione *cauſâ cognitâ dandâ*, ea aliunde notiſſima ſunt.

# DE INTEGRI RESTITVTIONE.

## T I T V L V S XVI.

II. Cod. Ivst. XXII. *De in integrum reſtitutione*: de qua & ſequentibus titulis viginti duobus.

### P A R A T I T L O N.

Integri restitvtio, *Rubr. & l. 2.* in integrum reſtitutio *l. 1. h. t. & l. 16. de Prætoribus, & l. 2. ſup. de dilationibus* eſt legum, ſeu ſanctionum præſidium, *l. 1. & 2. h. tit.* beneficium, *d. l. 2.* auxilium, *l 9. de infirm. his quæ ſub Tyran.* quo cauſis probatis, interpoſito decreto à Prætore, *d. l. 16. & l. 16. de Prætorib.* cauetur, ſeu proſpicitur, *l. 1.* conſulitur, *l. vlt.* certis perſonis; putà minoribus, *l. 1. 2. vlt. & l. 3. vlt. inf. de ſponſalibus*, ætate videlicet infirmâ lapſis, *l. 3. inf. ad SC. Claudian.* ob iuris ignorantiam, *d. l. 3. & vlt. de ſponſalib.* in his quæ prætermiſerunt, vel ignorauerunt, *l. vlt. h. tit.* Quod ideò ætatis auxilium dicitur, *l. vlt. inf. de teſtam.* iiſque ideò extra ordinem ſubueniri dicitur, *l. 6. ſup. de Iuriſdict.* Quare etſi prætermiſſo primo propriôque Iudice, ad altioris Iudicis notionem directò venerint, pœna non tenentur, *d. l. 6.* ſi tamen venditio à fiſco ſolemniter facta fuerit, prætextu minoris ætatis, ea retractari non poteſt, *l. 1. de fide, & iure haſtæ*: Item errore improuido, vel ſimplici ignorantiâ lapſis, *d. l. 3. ad SC. Claudianum*, putà mulieribus, *l. vlt. h. tit.* partim aduerſus commenta, inſidias, & fraudes aliorum, *l. 1.* partim aduerſus ea, quæ ipſi prætermiſerunt, vel ignorauerunt, *l. vlt. h. t.* veluti ſi omiſſo primo, & proprio Iudice, ad altioris illicò Iudicis notionem proſilierint, *d. l. 6. ſup. de Iuriſdict.* ſi mulier minor donationem, ante nuptias inſinuari non fecerit, *l. 3. inf. de ſponſalibus.* conteſtationem videlicet interponentibus, perſequentibus, exponentibus, *l. 2. h. t.* idque intra ſtatutum tempus, *d. l. 2. h. t. & d. l. 2. ſuprà, de Dilationibus*, *l. 9. de infirm. his quæ ſub Tyran.* Notandum porrò, in integrum reſtitutionis auxilium etiam ſub Tyranno petitum valere, *d. l. 9. de infirm. his quæ ſub Tyr.*

## ¶ Minoribvs, *aduerſus fraudulentas Tutorum alienationes, duplici remedio cautum eſſe.*

### I. * Imp. Constantinvs" A. ad Populum."

IN integrum reſtitutione Minoribus" aduerſus commentitias venditiones, & aduerſus Tutorum" inſidias, Sanctionum † præſidio cautum eſſe non dubium eſt: Ac" ſi quid forte idem" de ſuo in fraudem tutelæ alienaſſe docerentur, fraudatorio interdicto proſpectum eſſe minoribus declaratur." Dat. Id. Mart. Sirmio, ipſo A. VII. & Conſtantino Cæſ. IV. coss. [326.]

Interpretatio. *In annis minoribus conſtitutis multum legibus conſtat eſſe proſpectum. Et ideo aduerſus Tutorum fraudes, vel venditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorſerint, aut quicquid ſub tutelæ nomine iniuſtè egerint, nouerint legis beneficio reuocandum.*

## NOTÆ.

* *L. vlt. Cod. ſi aduerſus vendit.* Quænam leges huic iungendæ ſint, mox dicam.
" *Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans*, perperàm in Cod. Iuſt. vbi & ſubſcriptio vitiata eſt. Rectè verò Conſtantino tribuitur *d. l. 22 & d. l. vlt.* & nominatim quoque *d. l. 3.*
" Vrbis Romæ.
" *Minoribus*, id eſt, pupillis vel adultis, v. quæ notabo *ad l. 2. inf. de tutorib.*
" *Seu Curatorum*: additum C. Iuſt. Et generali tamen *Tutorum* appellatione Curatores continentur.
† Leges veteres obſerua aduerſus commentitias venditiones, & Tutorum inſidias.
* Sequentia omnia recidit Tribon.
" *Ʀ. Iidem.*
" Sanctionibus videlicet.

## COMMENTARIVS.

MInoribvs aduerſus Tutorum Curatorúmve fraudes, commenta, temeritatem, inſidias, enixius-conſultius-melius quàm priſco iure; nouó, prolixóque Edicto ad populũ vrbis Romæ emiſſo, conſultum iuit Conſtantinus M. A.D. 326. Cuius quidem Edicti lex hæc ἀπόμοιρον eſt: vt & tres prætereà conſtitutiones: *Codice Iuſtinianeo* putà famoſa lex, *Lex quæ tutores 22. Cod. de adminiſtr. tutorum, lex vlt. Cod. quando decreto opus non eſt.* (quæ deſumpta & interpolata ex *d. l. 22.*) & *lex pro auro 10. Cod. de vſuris*, quæ ſubſcriptione caret, quæ proinde huic noſtræ coaſſandæ veniunt omnes. Imò & quintum præterea huius Edicti caput fuiſſe puto, illud quod memorat ſimul & abrogat Iulianus Imp. *l. 3. inf. de contrah. empt.* quæ quidem etiam capita omnia eo ipſo ordine quo iam recenſui, ibi poſita fuiſſe videantur. Et hoc quidem quod *hac leg.* continetur, primum omnium quæ memorat & præfatur Imp. in quibuſdam veteri iure Minoribus aduerſus tutores rectè conſultum fuiſſe: Nempe in duobus *hoc capite* rectè conſultum ait: tùm Reſtitutionis beneficio aduerſus commentitias & inſidioſas rerum ad Minores pertinentium venditiones à Tutoribus factas: tum frandatorio Interdicto, ad reuocandas alienationes: quas Tutores de bonis ſuis in fraudem tutelæ fecerunt. Hæc duo inquam rectè veteri iure conſtituta præfatur ſimul & comprobat Conſtantinus *hâc l.* quæ nudam enunciationem, & comprobationem veteris iuris continet. At non & illud, quod de rerum pupillarium venditionibus etſi non commentitiis vel inſidioſis, haud ſatis cautum antiquis legibus fuerat: quas & ideò ceu minorum vtilitati aduerſas abrogat *dictâ l. lex quæ Tutores, de admin. tutor.* Nos hanc Edicti iſtius Conſtantinianei partem imò præfationem nunc expendamus. *Commentitiæ* venditiones *h. l.* initio, dicuntur rerum pupillarium venditiones fraudulentæ: rerum inquam pupillarium; poſterior quippe *huius l.* pars eſt de rerum ad tutores ipſos pertinentium venditione, quas ſcilicet de ſuo in fraudem tutelæ fecerunt.

¶ *Commentitia* vt rem exemplis commonſtrem, rerum pupillarium venditio *hic* fuerit, quæ à tutore fit per ſuppoſitam, ſeu ſubiectam alterius (puta imaginarij emptoris) perſonam, *l. 28. inf. de Epiſcop. & l. 48. inf. de hæreticis. l. 9. ff. de reb. eorum qui ſub tut.* quæque fit ſub imagine alterius perſonæ, vt loquuntur Imperatores *in l. 10. C. de diſtract. pignor.* quæ venditio ſimulata dicitur, *l. 33. inf. de decurion.* ſeu titulus venditionis imaginariæ, *d. l. 58.* veluti ſi tutor cùm ipſe res pupillares emere non poſſet, alium emptorem ſuppoſuerit, vt *d. l. 9. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* vbi pariter *commentum callidum* vocatur: Quò fortè etiam referas legem XII. Tabb. quâ tutoris dolus vindicabatur: Sic enim de eâ Cicero *lib. 3. offic. Si Aquiliana definitio* [doli mali] *vera eſt, ex omni vita ſimulatio, diſſimulatióque tollenda eſt; ita nec vt* EMAT *melius, nec vt* VENDAT, *quicquam* DISSIMVLABIT *vir bonus: atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII. Tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Lætoria.* Atque hoc ſenſu etiam Interpres *commentitias venditiones* hic rectè accepit.

¶ *Inſidiarum* autem nomine non tantùm commentitiæ venditiones *hic* intelliguntur; verùm & aliæ fraudes dolique tutorum in vendendis rebus pupillaribus: putà ſordes & euidens gratia tutorum, *vt l. 7. §. 8. inf. ff. de minoribus.* quæ & colludia vocant *in l. 2. inf. vnde vi.* Et Notæ alioquin omnis generis Tutorum vt & Curatorum fraudes, dolique, & perfidia multiformis quæ in varias ſe frequenter artes vertit; de quibus quatuor loca exſtant apud Symmachum *lib. 5. ep. 52. lib. 6. ep. 6. lib. 7. ep. 65. & lib. 10. ep. 52.* Proditionem vocat *l. 3. inf. de adminiſtr. & pericul. tutor.* Et hæc de priore *huius præfationis* ſeu *legis* parte.

Secunda pars huius legis eſt de Bonis Tutoris ipſius alienatis in fraudem Tutelæ: nempe ſi Tutor *de* ſ*uo* quid in fraudem tutelæ, id eſt actionis tutelæ, Minori competituræ, alienauerit, fraudatorio edicto id reuocatur; cuius interdicti fraudatorij meminit etiam Papinianus, *l. 96. ff. de ſolutionib.* & Valens *in l. 67. ff. ad SC. Trebellianum.* De aliis fraudatoriis interdictis aliæ ſunt leges & tituli: v. vel *l. 1. C. de magiſtr. conu. l. 9. ff. de ſolution.* Et hæc quidem *Legis* iſtius ſeu *Præfationis* ſententia eſt, quâ, vt dixi, ius antiquum memoratur ſimul & firmatur. Atenim quid deinceps eo Edicto Conſtantinus M. aduerſus temerarias bonorum ad Minores pertinentium venditiones ſtatuerit, dicam ad *d. l. 3. inf. de contrah. empt.*



## ¶ *De* Tempore *petendæ in integrum reſtitutionis Conſtantini M. lex.*

### II. * Idem A. ad Baſſum."

PLacvit, poſt completum xx. & v. annum, ex eo" quo viceſimi & ſexti anni dies illuxerit, ad interponendam conteſtationem" in *Vrbe Româ* vſque ad anni triceſimi extremum diem ſpatia prorogari, & intra *centeſimum* Vrbis Romæ miliarium, ſi tamen ab hiis Iudicibus, qui Romæ ſunt", fuerit Iudicandum: Per omnem verò *Italiam* vſque ad finem anni viceſimi & noni: In ceteris omnibus *prouinciis* vſque ad completum annum viceſimum & octauum. Quo tranſacto tempore, manifeſtè omnes ſciant, legum ſibi deinceps præſidia denegari. Quandoquidem conteſtationis neceſſitate depulſa, finiendas integri reſtitutionum decidendáſque cauſas certo genere clauſerimus. ¶ Eandem * autem cuſtodiri temporum conuenit rationem, ſi fortè quis Beneficio Noſtro ætatis veniam fuerit conſecutus, ex eo die, quo Indulgentia Noſtra in iudicio competenti fuerit intimata, eíque adminiſtratio rei propriæ reſeruata", vt" ad perſequendas in integrum reſtitutiones", finiendáſque cauſas iuge" tempus habeat præſtitutum. * Si quando ſanè in Minoris iura ſucceſſerit minor, minimè prohibeatur, cum quintum & viceſimum annum ætatis ſuæ tranſierit, integri reſtitutionis" beneficio vti tempore illibato: Quod ſi maioris fuerit minor iura nactus, quantum ad eas pertinet actiones", quas ex perſona maioris fuerit conſecutus, tantum temporis ad exponendas integri reſtitutiones, decidendáſque cauſas accipere debebit, quantum defuncto, cuius hæres aut bonorum poſſeſſor docebitur extitiſſe, reliquum fuerat. Cum verò maior ſucceſſionem fuerit adeptus minoris, ſiquidem ciuili iure ab inteſtato vel ex teſtamento ſucceſſerit, mox cum creta" fuerit vel adita hereditas; ſi verò honorario iure, ex quo bonorum poſſeſſio fuerit accepta, examinando" integri reſtitutionis negotio, ſolida ſine vlla diminutione tempora ſupputentur, quæ * non pro locis" regionibus" atque prouinciis, in quibus morantur, qui hæredes aut bonorum poſſeſſores ſunt, obſeruari iubemus, ſed in quibus defuncti domicilia collocauerant. Dat. VII." Kal. Aug. Naiſſo PP. Romæ, Non. Octob. Conſtantino A. VIII. & Conſtantio Cæſ. coss. [329.]

Interpretatio. *Iuſtum videtur, vt poſt* XXV. *annum, vbi* XXVI. *annus fuerit ingreſſus, depoſita apud Iudicem conteſtatione petat, qui ſibi voluerit, ea quæ in annis minoribus aut per ſe, aut per Tutores vel Curatores vitio male acta ſunt, ſalua & integra pro ætatis infirmitate reſtitui. In hiis duntaxat prouinciis, vſque ad* XXVIII. *annum, ſi conteſtatus fuerit, integra ei, ſaluo principali negotio, quæ malè amiſerat, reformentur. Nam & qui Serenitati noſtræ pro venia ætatis crediderit ſupplicandum, hoc ſibi nouerit eſſe conceſſum, vt ſine præiudicio indulgentiæ noſtræ, quod in ſequenti lege comprehenſum eſt, vſque ad conſtitutum ſuperius tempus liberum habeat in rerum, quas malè geſſerat, proprietatem reſtitui. Quod ſi forſitan minor annis in illius hæreditate ſucceſſerit, qui & ipſe in annis minoribus ab hac luce diſceſſit, non prohibendus eſt, cum ad* XXVI. *annum peruenerit, vt ſibi vnde illi competebat, reparationem agendarum rerum interpoſitâ conteſtatione requirat. Sin verò minor hæreditatem illius, qui plena & integra ætate defecit, acceperit, mox in integrum fuerit reſtitutus, ea tempora in negotiis proſequatur, quæ defuncto maiori legibus competebant. Cum autem maior minori, ſeu ex teſtamento, ſeu ex quocunque iure ſucceſſerit, cum primum ad eum hæreditas defuncti peruenerit, quicquid pupillo potuit pro integri reſtitutione competere, in illius tranſeat actionem: Ita vt illius prouinciæ forum ſequatur, in qua defunctus minor habitaſſe dinoſcitur.*

## NOTÆ.

* Omiſſum *huius l.* principium in *C. Iuſt.* Nempe, quia abrogatum nominatim Iuſtiniani conſtitutione *l. vlt. C. de temporib. in integr. reſtit.* Cætera de his qui veniam ætatis impetrarunt, & de minoribus in minorum vel maiorum & de maioribus in minorum iura ſuccedentibus referuntur, *l. 5. C. d. t.*
" *PF. P.* Ita in Cod. Iuſtin. Italiæ ſcilicet quod ex ipſa l. ſimul & eius ſubſcriptione colligere licet.

" Ex quo." Implorandum reſtitutionis auxilium.
" An, qui Romæ ſubſunt? Non. Qui Romæ ſunt: An igitur Prætoribus, v. *l.* 16. *inf. de Prætoribus?* Dicam mox.
* *Lex* 5. *C. de tempor in integr. reſt.* hinc deſumpta eſt.
" *Permiſſa*, C. Iuſt. *al. reſerata.* vt etiam in MSS. nonnullis poſtea vidi.
" Hæc vox, *vt*, abeſt à C. Iuſt.
" *Reſtitutionum* C. Iuſt.
" *Iure*, C. Iuſt. malè; vt & Baſilica νομίμως. Verùm ſtudio fortaſſis id ita à Iuſtiniano immutatum, vt ſibi pro more ſuo, quod iam ab alio Imperatore conſtitutum fuerat, vindicaret, puta continui temporis definitionem. *Iuge* porrò, id eſt continuum: vt colligere quoque licet ex *l. vlt. Cod. de tempor. in integr. reſt.*
* Hæc deinceps à Triboniano addita: Ita tamen vt minoribus viginti quinque annis conſtitutis, de his quæ ante impetratam veniam ætatis geſſerunt, auxilium in integrum reſtitutionis denegetur.
" In integrum reſtitutionis, C. Iuſt. & infra rurſum.
" Cauſas, C. Iuſt.
" Hæc vox ſublata eſt à Triboniano propter cretiones ſublatas, de quibus ſuo tit. inf. lib. 4. tit. 1.
" Ac terminando, hoc additum in C. Iuſt.
* Reliqua abſunt eadem ratione, quâ & principium *huius legis.*
" Obſeruandus hic inſignis locus, quo *Loca. Regiones & Prouinciæ* diſtinguuntur, cui reſpondet geminus hic Scriptoris incerti Chriſtiani, *de Menſuris.* Maiores, inquit, Orbem in partes; partes in PROVINCIAS: prouincias in REGIONES: Regiones in LOCA: loca in territoria; territoria in agros diuiſerunt. De locis dicam ad *l.* 11. *inf. de Pratorib. l.* 4. *inf. de Principibus Agent. & l.* 12. *inf. de pœnis.* De regionibus & Prouinciis dicam ad *l.* 10. *inf. de Curioſis.*
" VIII. An Reg.

## COMMENTARIVS.

TEMPVS petendæ in integrum reſtitutioni tùm à minoribus tùm ab iis qui veniam ætatis conſecuti ſunt; denique & ab Hæredibus eorum; *hâc* Conſtantini M. *conſtitutione* aliter & laxius, quàm antea præfinitur. I. MINORIBVS ſcilicet XXV. annis tempus petendæ reſtitutionis, poſt completum XXV. annum Prætoris edicto olim vtilis annus præſtitutus erat, de quo accipio & legem 2. *ſup. de dilationib.* quæ ante triennium lata eſt. Verùm *hac* Conſtantini M. *lege* continuum tempus petendæ reſtitutioni præfinitur; ſublato in hac quoque ſpecie temporis vtilis computatione, quæ & lubrica, & difficilis eſt; quemadmodum idem in actione de dolo mouendâ annum vtilem ſuſtulit, *l. vn. inf. de dolo malo*: Primum hoc. Alterum eſt quod pro locorum differentia varia quoque reſtitutioni petendæ tempora Conſtantinus *hac l.* præfinit. Nam ſi Romæ reſtitutio petatur, vt & ſi intra centeſimum vrbis Romæ milliarium, quinquennium ſtatuit, vbi tamen hæc taxatio additur, *ſi tamen ab iis Iudicibus qui Romæ ſunt, fuerit iudicandum.* Si in Italiâ, quadriennium: in cæteris prouinciis, triennium, id eſt, intra XXVIII. annum: quod etiam ab Interprete hic rectè adnotatum *ad* 1. *Pauli ſent.* 9. §. 3. ¶ Quâ parte complurima notanda veniunt: videlicet quatuor his appellationibus, putà, *vrbis Romæ, Centeſimique miliarij, & Italiæ cæterarúmque prouinciarum* appellationibus, totum Imperium Romanum comprehendi: atque adeò & Italiam à cæteris Prouinciis & centeſimum vrbis miliarium ab Italia diſtinctum fuiſſe: denique Romæ centeſimum ab vrbe miliarium connexum fuiſſe. Erat enim hæc propria vrbis Romæ diœceſis, atque adeò & eorum Iudicum qui Romæ erant (vt *hæc lex* loquitur) ac nominatim Præfecti Vrbis, vt teſtatur Vlpianus *in l.* 1. §. 4. *ff. de officio Præf. Vrbi.* Et Caſſiodorus 6. *variar. in formula præfecturæ vrbanæ* 4. Et Mecænas apud Dionem *lib.* 52. *p.* 547. *& ſeq.* Et Vlpianus rurſum *apud Auctorem Collationis Legum Moſaicarum tit.* 14. *de plagiariis.* Et *lex* 62. *inf. de hæretic.* Ideoque hôc *Vrbis ſolum* vocatur *l.* 20. *inf. de tyronib.* Ob hanc etiam cauſam Senatores vrbis Romæ vltra centeſimum ab vrbe lapidem tutelam gerere non cogebantur, *l.* 21. §. 3. *ff. de excuſat.* Propter eandem cauſam Schiſmatici in vrbe Roma extra centeſimum lapidem relegabantur, *d. l.* 62. vbi dicam pleniùs. Cæterum cùm intra eum tractum plures eſſent regiones, (quæ & ideo *ſolitæ Præfecti Vrbis regiones* vocantur, *l.* 1. §. 13. *ff. de off. Præf. Vrbi.*) ideo *ſuburbicariæ, ſuburbanæ,* & *vrbicariæ* vocabantur, nempe quia vrbi ſubeſſent, & connexæ forent; atque adeò vrbis diœceſim conſtituerent: de quibus videnda lex 9. *inf. de annona & tribut. lex* 12. *&* 14. *inf. de indulg. debitor. lex* 13. *inf. de accuſat. lex* 9. *inf. de extraordin. muner. lex* 3. *inf. quib. equorum vſus. l.* 3. *inf. tributa in ipſis ſpec. l. vn. inf. ſi per obrept.* Videnda & lex 2. *C. Iuſt. vbi Senatores*: Et Symmachus *lib.* 1. *Epiſt.* 84. Et *lib.* 2. *Epiſt.* 74. Et Notitia Imperij *in Comite rerum priuatarum.* Et Nouella Valentiniani *inter Theodoſianas* 44. *l.* 2. vt & Gaius & Theodoſius *in corpore de limitibus.* Et duæ Valentiniani denique Sen. conſtitutiones, quas Baronius ex Bibliotheca Vaticana eruit. ¶ Suburbicariæ igitur regiones & centeſimum miliarium pro eodem ſumuntur, quod euiciſſe mihi videor, primæ diſſertationis *de ſuburbicariis Regionibus, cap.* 4. *&* 5. Et Vindiciæ *primæ cap.* 4. Suburbicariæ proinde Regiones ab Italia ſpecialiter ſic dictâ ſeparabantur, vt conſtat *ex l. vn. inf. ſi per obrept. & l.* 9. *inf. de extraord. mun. & l.* 9. *inf. de annona & tributis.* Et ex *Notitia Imperij*; quomodo *hac l.* centeſimum miliarium ab Italiæ appellatione diſertis verbis diſtinguitur. Sed & apud Dionem *lib.* 52. *Italiæ* quippe appellatio per hæc tempora complectebatur cœteras omnes vltra centeſimum vrbis Romæ Italiæ Prouincias: Duæ ſcilicet erant in Italia generaliter acceptâ diœceſes; vna Romæ & centeſimi miliarij; altera Italiæ ſpecialiter acceptæ, cuius Metropolis erat Mediolanum; vt illius Roma metropolis erat. De Suburbicariis Eccleſiis locíſque, quarum mentio apud Rufinum & veterem Interpretem Vaticanum canone Nicæno VI. alius dicendi locus eſt, imò de aliis iam multi ſcripsêre. Et hæc de centeſimo ab Vrbe miliario, & Italiæ ſpeciali diœceſi.

¶ Sequitur illud, Italiam à cæteris prouinciis hic ſeparari. Nam etſi ab initio prouinciæ nomen Auguſti temporibus & aliquot poſt eum ſeculis tota Italia inauditum fuerit, & regiones tantum in Italia fuerint, non prouinciæ, ideoque Italiam à prouinciis diſtinctam in iure paſſim & apud alios pleroſque Scriptores legimus, à proprio tamen prouinciæ nomine receſſum poſtea fuit, regionumque & prouinciarum nomina commutata deprehendere licet, ſic vt prouincia omnem omnino regionis adminiſtrationem ſignificaret, neque de eo inter harum rerum peritos hodie amplius dubitatur: etſi Cuiacius 27. *obſ. cap.* 2. ſe inde extricare non potuerit: de quo *Vindiciarum cap.* 2. pleniùs; idque euincit *l.* 13. *inf. de accuſation.* & *Nou.* Valentiniani *de Tyronibus.* ¶ Notandum porrò quod *hac l.* dicitur, *& intra centeſimum vrbis Romæ miliarium, ſi tamen ab iis Iudicibus qui Romæ ſunt, fuerit iudicandum.* Ex quo nuperus ſcriptor *Miſcell.* 3. *cap. vlt.* colligebat, hinc patere, nullum tùm fuiſſe in ſuburbicariis regionibus Magiſtratum præter municipales, id eſt, nullum Correctorem, aut Conſularem, aut Præſidem qui de omnibus cognoſceret, & iudicium redderet, ſed ſuburbicariarum regionum Iudices Romæ fuiſſe. Quod inane eſt. Nam imò his verbis indicatur, reſtitutionum cauſas intra centeſimum, nonnullas à Rectoribus per centeſimum conſtitutis iudicatas; alias verò v. g. ſi de Senatore, vel Equite Rom. ageretur, à Præfecto Vrbis & Præfecto Vigilum, &c. vt argumentum præbet lex vn. *inf. de his qui veniam ætatis.* Quinimò & hæc taxatio ad alios quoque Iudices pertinet qui Romæ erant: quique ab Imperatore conſtituebantur, de quib. Symmach. *lib.* 10. *ep.* 30. vbi ea, *officia Intramurana*, vocat.

II. VENIAM ÆTATIS qui impetrauit, de quo *Tit. prox inf.* tempora reſtitutionis ei computantur à die intimatæ à iudicio veniæ.

III. SVCCESSORI ex perſona eius cui ſucceſſit, beneficium reſtitutionis quoque competit. Sed quænam ei tempora ad impetrandam reſtitutionem competere poſſint, *hâc l.* definitur. Igitur ſi Minor minori ſucceſſerit, idem tempus ei, quod defuncto competit, quadriennium videlicet, vel quinquennium, vel triennium à die maioris ætatis: Si Minor maiori ſuccedat, tantum rurſus tempus habet, quantum maiori reliquum fuerat à die maioris ſeu legitimæ ætatis: Denique ſi Maior minori ſuccedat, à die aditæ vel cretæ hereditatis ſolidum quinquennium, quadriennium, vel triennium, pro locorum, regionum atque Prouinciarum diuerſitate habet: ſic tamen vt hac parte non ipſius ſucceſſoris, ſed eius, quod defunctus habuit, domicilij ratio habeatur: Nam ſi in Italia fortaſſis domicilium habuerit minor defunctus, ſucceſſor autem eius qui maior eſt, Romæ domicilium habeat, ad petendam reſtitutionem non quinquennium, ſed quadriennium tantum competet: Defuncti minoris domicilium ſequitur maior heres in petenda reſtitutione ex perſona defuncti. Verùm hæc locorum differentia Iuſtiniano poſtea diſplicuit, qui vbique quadriennium continuum introduxit, numerandum ex die à quo olim vtilis annus currebat, *l. vlt. C. de temporib.* & huius ſuæ conſtitutionis meminit *in l. vlt. C. de repud. heredit.* Neque in hoc tantùm reſtitutionum tractatu locorum differentiam ſuſtulit Iuſtinianus, ſed etiam in caſu *legis vn.* §. *Et cum Lex Iulia. C. de rei vxor. actione*: *legis vn. de vſucapione transformanda*: *legis vn. de ædific. priuatis. legis vlt. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.*



## ¶ MVLIERVM & MINORVM *adæquatio in negotio reſtitutionis in integrum.*

### III. * Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. Iuliano II." Proconſuli Africæ.

ET Mulieribus" & Minoribus in hiis quæ vel prætermiſerint, vel ignorauerint, innumeris auctoritatibus" conſtat eſſe conſultum. Dat. Prid. Non. Mar. Rauennæ, Conſtantio v. c. COS. [414.]

INTERPRETATIO. *Minoribus mulieribus, ſicut & viris, ita in cauſis omnibus ſubuenitur. Maioribus verò mulieribus pro fragilitate ſexus in multis rebus, quas per ignorantiam prætermiſerint, ſicut lex ipſa loquitur; iubet eſſe conſultum; Id eſt, vt ſi fideiuſſores pro quibuſcunque acceſſerint; pro ipſa fideiuſſione non teneantur obnoxiæ. Et ſi in difficilioribus cauſis ius vel leges neſcientes, mandati chartulam pro negotiis ſubſcripſerint, vt earum cui mandauerint negotium exequantur, & ille in charta non ſolum procuratorem, ſed & dominum ſi ſe ſcripſerit, deceptis per hanc fraudem mulieribus ſubuenitur. Reliqui autem contractus, quos firma ætate publicè & ſolennibus ſcripturis geſſerint, in ſua firmitate perdurent.*

## NOTÆ.

* Lex 8. *C. de in integrum reſtitut. minor.* Recitat *hanc leg.* Veteris *conſult.* Auctor, *cap.* 10. Et iungenda huic, *lex vlt. inf. vnde vi*: quæ etiam de *Minoribus* agit.
" Id eſt Secundum, vt in *Anianeo Regio* habetur: ſeu *bis*, vt in *Altero Anianeo.* Abeſt à veteri *Conſult.* Vide quæ dico ad *l. vlt. inf. ad leg. Iul. de ambitu*: Ad eundem Iulianum II. P. C. Africæ, ſunt & aliæ *leges*, quas repete ex *Proſopogr.*
" *Et mulieribus, &*, Omiſſa hæc in C. Iuſt. de quo mox dicam.
" Vſurpantur hæc ipſa verba *l. vlt. C. de iuris & facti ignor.* quâ hæc lex reſtringitur.
" *Auctoritatibus*, ideſt Legibus & Reſponſis Prudentum, ſeu Sententiis ICtorum: vide quæ dixi ad *l.* 8. *ſup. de diuerſ. reſcriptis. & Gloſſarium noſtrum.*
" *Maij* in C. Iuſt. malè.
" Addendum *& Conſtante*, quod & *d. lex vlt.* oſtendit.

## COMMENTARIVS.

MVLIERES & MINORES quando pari paſſu ambulent, quando non, ſi fortè læſi fuerint, *hac l. & l. vlt. inf. vnde vi*: quæ huic eſt coniungenda, ab Honorio Imp. A. D. 414. & quidem per Africam definitur. Scilicet de priore eſt *hæc lex*, quando videlicet mulieres & minores pari iure cenſeantur & defendantur: De poſteriore verò, quando non, *d. lex vlt.*

¶ Vt Minores igitur ſi quid prætermiſerint vel ignorauerint, in integrum reſtituuntur: Si *prætermiſerint*, inquam; veluti ſi prætermiſſo primo prióque Iudice ad altioris Iudicis ilicò notionem

proſilierint, *l.6. inf. de interdict.* Si donationem ante nuptias Minor mulieri inſinuari non fecerit, *l.3. inf. de ſponſalib.* Si inoſficioſi querelam prætermiſerint, *l.1. C. de in integr. reſtit. minor.* Si hereditatem vel bonorum poſſeſſionem omiſerint, *l.1. & 2. C. ſi vt omiſſam hereditat.* aut quod aliud emolumentum, *l.44. π. de minor.* Rurſum, ſi *ignorauerint* minores, reſtituuntur: ius enim ignorare eis permittitur, *l.9. π. de iuris & facti ignor.* veluti ſi edictum de alterutro ignorauerint, *l. vlt. π. de teſtam.* vbi dicam. Ita & hæc omniã de *Mulieribus quamlibet maioribus*, hac leg. generaliter ſtatuuntur. Et id tam Anianus emollit, & Tribonianus penitus omiſit, propter *l. vlt. C. de iuris & facti ignor.* & quia non in omnibus æquo vel pari iure Mulieres, & Minores in his quæ prætermiſerunt, vel ignorauerunt, cenſentur: Mulier non per omnia habenda eſt loco Minoris circumſcripti, *l.32. π. ad SC. Velleian.* In lucro quippe feminis ius ignorantibus ſubueniri non ſolet, *l.3 inf. de ſponſalib. & l.8. π. de iur. & fact. ignor.* Minoribus ſolet; *d. l.3.* Imò neque paſſim in damno verſantibus ſubueniri poſtea voluerunt Impp. *in l. vlt. C. de iur. & fact. ignor.* ſi quid prætermiſerint, vel ignorauerint, *hanc leg.* nominatim (eius verbis incorpatis,) reſtringentes: ſiquidem ſtatuunt, ſi per ignorantiam iuris damnum aliquod paſſæ fuerint, in his tantùm caſibus eis ſubueniendum, in quibus præteritarum legum ſuffragaretur auctoritas: qui caſus certè notantur etiam *in l.9. in pr. π. de iuris & facti ignor.* Non igitur ſubuenitur mulieribus, in quibus delictum obuerſatur, vt in *ſpecie legis, electio, §. neque heredi, π. de noxal. actionib. & legis 110. §. vlt. π. de R.I.*

¶ Et hæc de Mulierum & Minorum exæquatione, quæ *hac l.* fit ab Honorio. Atenim in eo differre idem indicat *d. l.vlt. inf. vnde vi*: quæ huic coniungenda eſt, quod legitima mulieris perſona ſit in iudicio, atque adeò cum eâ initiatum iurgium rectè initiatum videatur, non etiam cum Minore; vbi vide quæ dicam plura.

# DE HIIS QVI VENIAM ÆTATIS IMPETRARVNT.

## TITVLVS XVII.

### II. COD. IVST. XLV.

### PARATITLON.

VENIA ÆTATIS *hoc tit. & l.2. ſupr. de integri reſtit.* & auxilium Imperiale, ſeu beneficium Principale *hâc l. & d. l.2.* indulgentia, *d. l.2.* decretum, *l.1. infr. de tutor. & curator. creand.* quo honeſtate morum præditi adoleſcentes, maiores XX. annis, fœminæ XVIII. ius ætatis legitimæ conſequuntur, *hac l.1.* adminiſtrationem rei propriæ *d. l.2.* (vnde venia ætatis dicitur, adminiſtrandi patrimonij gratia *in d.l.1. infr. de tutorib.*) ſeu ius paternam frugem, vel maiorum patrimonia, vrbana vel ruſtica conuerſatione gubernandi *hac l.* in vniuerſis litibus iuſtam habendi perſonam, *d. l.1. infr. de tutorib.* Et in omnibus contractibus tale tantúmque ius habendi, obtinendi, quantum legitimæ ætati defertur, *hac l.* nulla amplius reſtitutionis ob ætatem minorem ſpe, in his quæ gesſerunt poſt impetratam veniam, excepta tantum prædiorum ſine decreto alienatione: *hac l.* Porrò impetratâ ætatis veniâ, quod facto opus ſit, *hac leg.* edocetur. Exinde, ſeu hoc facto, tempora reſtitutionis in integrum petendæ aduerſus ea quæ ante impetratam veniam minor geſſit, computantur, *l.2. ſup. de integr. reſtit.*

---

### ¶ *De* VENIA ÆTATIS *Conſtantini M. lex.*

1. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Verinum."

OMNES *Adoleſcentes*, qui honeſtate morum præditi paternam frugem vel maiorum" patrimonia, vrbanâ" vel ruſticâ conuerſatione", rectius" gubernare cupiunt, & Imperiali" auxilio indigere cœperint, ita demùm ætatis veniam impetrare audeant, cùm viceſimi anni" clauſa ætas Adoleſcentiæ, patefacere ſibi ianuam cœperit ad firmiſſimæ" Iuuentutis ingreſſum. ¶ Ita vt poſt impetratam ætatis veniam, iidem ipſi principale beneficium allegantes", non ſolùm præſcriptorum annorum numerum probent, ſed etiam teſtibus" aduocatis, honeſtâ aut ſimili aut potiore dignitate præditis, morum ſuorum inſtituta probitatémque animi, teſtimonio" vitæ honeſtioris edoceant. ¶ Quod cum" eâ condicione effecerint,





in alienatione" prædiorum ius tantum ætatis obtinebunt, quantum per annorum dimenſiones ac temporum legis natura" ſingulis quibuſque deferre conſueuit. ¶ *Feminas* quoque, quarum" ætas biennio viros non ſerâ" pubertate præcedit, ſeruato etiam in hoc temporis interuallo, decem & octo annos egreſſas, ius ætatis legitimæ mereri" poſſe ſanximus: Sed eas, quas morum honeſtas, mentíſque ſolertia, & certa fama commendat. Has verò propter pudorem & verecundiam in cœtu publico" demonſtrari teſtibus non" cogimus: Sed perceptâ ætatis veniâ, annos tantum" probare tabulis", vel teſtibus, miſſo Procuratore, concedimus: Vt etiam ipſæ in omnibus contractibus" tale ius habeant, quale viros" habere præſcripſimus. ¶ Ita" vt Senatores, apud Grauitatis tuæ" Officium de ſuis moribus & honeſtate perdoceant: Perfectiſſimi", apud Vicariam Præfecturam: Equites Romani, & ceteri, apud Præfectum Vigilum:" Nauicularij, apud Præfectum Annonæ." Cui" ætati, quoniam inter plenam perfectámque Adoleſcentiam, & robuſtiſſimam Iuuentutem media eſt, *Firmatæ*" ætatis appellationem imponimus: Vt prima" ætas, *Pueritiæ* ſit; ſequens, *Adoleſcentiæ*; *Firmata*, hæc tertia; quarta, *legitima*; quinta, *Senectus* habeatur. ¶ In" ipſis etiam contractibus hâc appellatione conſignanda: vt non nudum nomen venditoris" inſeratur tabulis emptionum: Sed, ab *Illo, qui firmatæ ætatis", & honeſtus vir habeatur, emiſſe Illum* ſignificetur, & *Venditorem eſſe firmatæ ætatis.* ¶ Ita tamen, vt (quia" ſpes adempta perfidiæ eſt) & in vendendis prædiis diligentiores eſſe perſiſtant: qui beneficium meruerunt Principale, nec prædia ſine decreto alienent. Dat. VI." Id. April. Theſſal. PP. III. Kal. Iun. Romæ, Criſpo II." & Conſtantio" II. CC. COSS.

INTERPRETATIO. *Adoleſcentes, qui honeſtis moribus eſſe probantur, & ad gubernandas facultates ſuas idoneam cupiunt habere perſonam, oportet eos primum, antequam ad legitimam" ætatem perueniant, id eſt, vbi vir* XX. *annorum eſſe cœperit, auxilium Principis implorare, & accepto huius rei beneficio, eo ordine apud teſtificationem publicam allegare, vt probent ſe* XX. *annorum impleſſe curricula, & honeſta conuerſatione tranſigere, & ſic prædia ſua in aliena iura cum decreti tamen interpoſitione, transferre, liberam habeant poteſtatem. Feminæ vero, ſicut biennio in pubertate minores ſunt, ita & tranſacto biennio, vbi ad* XVIII. *annum peruenerint, eas tamen, quas morum & honeſtatis commendat* opinio", *non in* publico annos probare ſuos cogendæ *ſunt, ſed miſſo Procuratore per ſcripturam annos eos, quos ſuperius diximus, ſe habere demonſtrent, & ſimilem, quam viri in contractibus habeant facultatem. Ita vt qualis, vel quàm digna perſona ſit, apud talem Iudicem hæc quæ dicta ſunt debeat approbare. Ergo cùm fuerint poſt adoleſcentiam hac ætate firmati, in ipſis quoque ſcripturis, vel venditionum inſtrumentis,* honeſtos *ſe* & firmatos ætate *conſcribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, vt diximus, Principis pro confirmanda ætate meruerint, ne prædia ſua ſine iuſſu Iudicis, vel decreto (quod ex præcepto Iudicum, vel conſenſu Curialium datur) alienare præſumant.*

## NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. Iuſt. eod. tit.* hinc interpolata eſt, & elegantioribus ſententiis mutilata.

" *Præfectum Prætorio* additum C. Iuſt. Malè: *Præfecto vrbi* quippe reponendum. Eidem *Verino* inſcribitur *lex 1. inf. famil. erciſc.* quæ pariter referenda ad annum D.324. Huius Lucrij Verini P.V. meminit vetus Auctor Conſularium, in quibus nomina Præfectorum vrbis ſub ſingulis Conſulibus notentur, cuius verba poſtea apponam.

" Imitatio Poëtica. Horatius: *Paterna rura bobus exercet ſuis.*

" *Auorum*, C. Iuſt.

" *Vrbanâ vel ruſticâ conuerſatione rectius*: hæc ſuſtulit Τριβος.

" *Conuerſatio* eſt adminiſtratio, negotiatio, cuius pars eſt contractus & alienatio, *h.l. & l.2. inf. de ſuariis, l.11. inf. de luſtrali conlat. l.1. inf. de contac. æris: l.2. inf. ſi quis pecun. conſl. l.72. inf. de Decur. l.3. inf. de ſuariis, l.48. inf. de hæreticis, ἀναστροφὴ διαγωγὴ* Gloſſis.

" *Rectius*, pro ſimplici, rectè, pariter vt *l. vlt. inf. vnde vi.*

" *Imperialis* ſcilibet beneficij fuit venia ætatis *h.l. & l.2. ſup. de integr reſt.* quæ & ipſa eſt Conſtantini M. *& l.1. 3.4. Cod. de his qui ven. æt.* Quod Nouella *Leonis 28. in fin.* immutatum: is enim omnibus Magiſtratibus hanc poteſtatem fecit, veniæ ætatis dandæ. Additum autem *hic* à Trib. *ſuper hoc.*

" *Cùm viceſimi anni metas impleuerint.* Ita Cod. Iuſt. ſequentibus inductis, quæ elegantiſſima ſunt, quæque diſcrimen adoleſcentiæ & Iuuentutis continent: de quo mox plura.

" Inde *firmata ætas*, mox vocatur.

" *Per ſe* additum C. Iuſt. non malè.

" *Per ſcripturam*, ita C. Iuſt. malè: de quo mox.

" *Idoneis.* add à Τριβω, quo nil opus erat, ſi ſequentia mox non induxiſſet.

" *Et teſtimonium.* Ita C. Iuſt. quod probandum non eſt.

" Integra hæc ſententia à Tribon. omiſſa eſt: quâ tamen Ætas legitima, & ius illius eleganter admodum deſcribitur.

" Cum decreto tamen, vt *fine l.* conſtat: Quod etiam ab Interprete rectè *hic* notatum.

" Fortè inuerſo more meliùs *lex natura*, vt in loco Tertulliani mox: vel *lex & natura*: MSS. nonulli exhibent, *Leges &.*

" Hæc ſententia omiſſa à Triboniano, vt & voces illæ, *& certa fama.*

" *Non ſerâ*, pro maturiore, vt in Macrobij loco quem mox conſignabo *fœmina maturiùs*, &c. contrà, *à duobus amplius annis*, apud Tertullianum, id eſt ſeriùs.

" *Mereri*, pro impetrare. *v. Gloſſ.*

" *Certa* fama: *h.l.* Interpres *Honeſtatis opinionem* vocat: v. Gloſſ.

" *Cœtui publico*, ita Tribon. inductâ etiam voce *teſtibus*: de cuius mutationis ratione mox.

*Non cogimus*, hîc pro vetamus, vt mox *concedimus*, pro iubemus : & ſup. *non ſerâ*, pro maturiore : *rectiùs*, pro rectè.
*Annos tantum ætatis probari poſſe teſtibus quinque vel inſtrumentis.* Ita Tribon. De cuius mutationis ratione mox.
In MSS. nonnullis, *tabellis* : malè.
*Negotiis*. C. Iuſt.
*Et mares*, C. Iuſt.
Hæc ſententia ita à Triboniano immutata fuit, *ſed Senatores quidem Clariſſimi Viri in hâc Regiâ vrbe commorantes apud Sublimitatem tuam, cæteri verò apud Prætorem, in prouinciis autem omnes apud earum Rectores de ſuis moribus & honeſtate perdoceant.* De cuius immutationis ratione mox.
Ideſt apud te Præfectum vrbi; vt etiam ſubſcriptio Legis docet, & cæterorum Magiſtratuum nomina, quæ *h. l.* memorantur : tandem & ratio, de quâ mox.
De *Perfectiſſimis*, infra ſuo titulo *libro* 6. vt & de Equeſtri dignitate *ſuo tit.*
Ideſt Vicarium V.R.
*Præfectum Vigilum* ſuſtulit poſteà Conſtantinopoli Iuſtinianus, *d. Nou.* 13.
Sequentia omnia abſunt à C. Iuſt. De quo mox.
Et hoc mutuatum à Virgilio *Ecl.* 4.
*Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.*
Omiſſa & hæc ſententia C. Iuſt.
*Vendentis*. MSS. nonnulli.
*Sit*. Add. in MSS.
Et hæc ratio abeſt à C. Iuſt.
*PP.* *V.* vt poſtea quoque in MSS. nonnullis vidi.
V. quæ noto ad *l.* 2. *inf. de liberali* : *l.* 4. *inf. de Nauicul.*
*PP. Criſpo III. & Conſtantino III. Coſſ.* id eſt A.D. 324. pariter vt *l.* 1. *inf. famil. erciſc.* Nam & Conſtantinus hoc anno Theſſalonicæ verſatus eſt, (vbi *hæc lex* data) non illo : vt docet quoque lex 4. *inf. de naniculariis.* Sed & Lucer Verinus (cui hæc lex inſcribitur hoc anno 324. P.V. fuit : teſte Notitia PP. vrbis. *Senero & Ruſino Coſſ. Idibus Septembrib. Lucer Verinus Præfectus vrbi. Criſpo III. & Conſtantino III. Coſſ. Lucer Verinus Præfectus vrbi.* Itaque, vt *huius leg.* ita & *d. l.* 1. ſubſcriptio emendanda venit.
*Conſtantino.* in MSS. quibuſdam.
*Opinio*, id eſt exiſtimatio, fama, v. Sauar. *in Sidon. lib.* 1. *ep.* 5. Caſſiodorum in hâc ipsâ re veniæ ætatis 7. *var.* 41. *Ne cùm* OPINIONI *præſtare volumus, vtilitatem publicam* (vel *ſupplicis*) *lædere videamur.*

## COMMENTARIVS.

De VENIÂ ætatis à Principe minoribus concedenda, & conceſsâ, eſt hæc accurata & diligens admodùm Conſtantini M. conſtitutio, data ad Præfectum vrbis; (nam ad vrbem Romam propriè ſpecies eius pertinet) ſtylo elegantiſſimo, & Poëtico continuata, & elegantiſſimarum iuris obſeruationum pleniſſima: Quam Tribonianus miris modis deformauit, detractis, mutatis, additis quampluriinis. *Ea* igitur *leg.* Conſtantinus M. accuratam formam præſcribit veniæ ætatis, modumque ei ponit, ne aut temerè, aut cum ipſorummet adoleſcentum detrimento ea à Principe concederetur : In quo antiquitas parum cauiſſe videbatur: etſi & olim iam Vlpianus ſcripſerit, *l.* 3. *π. de minoribus. Principes perrarò minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem extra ordinem indulgere ſolitos.* Quinque igitur *hâc l.* præſtat Conſtantinus M.

Primò quidem ÆTATEM definit, à quâ, non ante, venia ætatis impetrari poſſit : nempe in maſculis annum viceſimum ætatis exactum requirit, quia hic adoleſcentiæ iam finis eſt, & Iuuentutis ingreſſus (de quo poſteà) : In fœminis verò octauum decimum : Seruato etiam in hoc argumento veniæ ætatis interuallo, vt ipſe loquitur, (id eſt, proportione ætatum inter maſculos & fœminas) quod in pubertatis æſtimatione iniri ſolet : nempe vt feminarum ætas, biennio viros non ſerâ pubertate præcedat, vt eleganter idem loquitur. De quâ pubertatis æſtimatione, vel Inſtitutione, Noſtri abundè monent. Congruit omninò Macrobij locus *in ſomnium Scipionis*, *Fœminæ maturius biennio legibus liberantur* : & Tertullianus *de Virginib. velandis*, *cap.* 11. *circa f. Tempus etiam Ethnici obſeruant, vt ex lege naturæ iura ſua ætatibus reddant : nam fœminas quidem in duodecim annis, maſculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt.* Quo loco, *ad negotia mittunt*, id eſt, negotiorum gerendorum ſeu conuerſationis poteſtatem faciunt : ſeu vt idem Tertullianus loquitur, *lib. de anima*, *cap.... gerendis rebus attemperant.* Denique curſus muliebris prudentiæ familiaris celerior eſt, quàm virilis. Accius Ægyſtius apud Nonium *cap.* 4. *Melius quàm viri callent mulieres.* Ergo ab hac demum ætate veniam ætatis impetrari poſſe definit Conſtantinus, cùm proculdubio hactenùs citiùs impetrari poſſet, quod adoleſcentum ipſorum damno cedebat. Cœterùm, hanc l. omninò intellexit Caſſiodorus, in formula veniæ ætatis 41. *lib.* 7. *Atque ideò ſi id tempus conſtat elapſum, quo ad hanc veniam accedi* IVRA *voluerunt, nos quoque probabilibus deſideriis licentiam non denegamus : vt in foro competenti ea quæ in his cauſis reuerenda* LEGVM *dictat Antiquitas, ſolemniter actitentur.* Et hæc de primâ *huius leg.* ſententiâ.

Impetratâ verò à Principe ætatis veniâ, quæ iam *ſecunda* huius leg. *pars* eſt, *quid facto opus ſit*, definit Conſtantinus, variis cautionibus inductis, quibus & adoleſecentibus ipſis cautum eſſe poſſit, neque temerè venia ætatis concedatur, aut conceſſa teneat. Igitur *primò* veniam ætatis impetratam *intimari* ſeu *inſinuari* vult in iudicio ſeu foro competenti, & *hâc l.* & *l.* 2. *ſup. de integri reſtit.* quod & hinc habet Caſſiodorus : vt cœteroquin impetrata Principum Reſcripta Iudiciis inſinuari, edi, intimari oportuit : de quo *ſuo tit. Imp. de denunciat. vel edit. reſ.* Secundò, intimato reſcripto, Ætatem probari vult : idque vel Tabulis, vel Teſtibus. Hæc gemina ſcilicet ætatis probandæ ratio eſt : vel Teſtibus, vel Tabulis ſeu inſtrumentis (vt *hîc* mutauit Tεíβ⊙) veluti natiuitatis ſcriptura, *l.* 2. §. 1. *π. de excuſat.* ſeu tabulis (vt *hîc* vocantur) veluti profeſſionibus, *l.* 13. *π. de probation.* tabulis profeſſionum oblatis *l.* 1. *C. ſi minor ſe maiorem dix.* natali profeſſione, *l.* 6. *C. de fide inſtrum.* libris actorum, de quo decantatus Iuuenalis locus & iocus, vbi etiam Scholiaſtes : *propter profeſſionem*, inquit, *quia apud ærarium patres natorum deferebantur, filiorum vel nominum notitiam deuulgare conteſtatione publicâ.* Græci παιδογραφίας vocant. Cœterùm, *Teſtium numerum* non definit *hic* Conſtantinus, vt proinde duo ſufficere videri poſſint : *arg. l. vbi*, *π. de teſtibus.* Quanquam Tribonianus quinque teſtes requirit. *Tertiò*, mores, probitatem animi, vitam honeſtiorem eius qui veniam ætatis impetrauit, probari vult : & quidem à maſculo in ipſo iure teſtibus aduocatis, & talibus quidem qui ſimili aut potiori dignitate præditi ſint. Vbi



Vbi duo ſingularia notanda. 1. Ipſummet adoleſcentem per ſe (quod rectè additum à Trib.) non per procuratorem, ſub iudicis & teſtium oculis morum honeſtatem probare oportere. 2. Teſtes hîc requiri, eiuſdem, vel potioris dignitatis, quod à Tribon omiſſum C. Iuſt. *idoneos* hactenùs requirens. Nempe idonei non videntur hac in re inferioris dignitatis teſtes, ad deponendum de morum honeſtate potioris adoleſcentis. Quare notetur hic caſus quo dignitas in teſte certa requiritur. Aliud verò eſt, quod dicitur *l.* 9 *C. de teſtibus*, ab eodem Conſtantino, *honeſtioribus potius teſtibus fidem adhibendam.* Nempe in concurſu cum ſequioris vitæ teſtibus. Et hæc quidem de Maſculis. *Quarto* quippe *loco*, Fœminas quidem eas veniam impetrare poſſe definit, quas morum honeſtas mentiſque ſolertia, & certa fama commendat; item annos probare tabulis, vel teſtibus oportere: verùm propter pudorem & verecundiam in cœtu publico teſtibus demonſtrari non cogi, ſed miſſo Procuratore annos probare. Quod & ipſum notetur, fœminæ procuratores mittendi libertatem tribui, neque iudicio ſe ſiſtere cogi, propter pudorem & verecundiam ſexus ſcilicet; quâ causâ & compluri ma alia ſingularia iura fœminis tributa : ne videl. *in cœtu publico demonſtrare ſe teſtibus cogantur.* Quibus verbis ſunt qui indicari putant, fœdum illum antiquorum morem, quo mulierum pubertas fœda corporis inſpectione probabatur; de quo eſt etiam Seruij locus *in Virgilium*; Quicquid contrà Cuiacius. Quaſi Conſtantinus M. *hac l.* id mulieribus remittat : idque etiam Iuſtinianus indicare videatur, *initio tituli quib. mod. tut. finitur*; vbi ait, inſpectionem corporis in fœminis, Antiquis impudicam eſſe viſam. Verùm hic error eſt : neque enim Conſtantinus his *huius l.* verbis eò reſpexit : verùm ad pudorem & verecundiam; quibus mulieres cœtui publico ſe miſcere prohibentur, & in cœtu publico teſtium oculis ſubiici, teſtibus demonſtrari : *demonſtrari*, inquam, non (vt illi volunt) fœdo corporis aſpectu, verùm ſolâ corporis præſentiâ : Cui omninò conuenit, quod ſcriptum extat, *l.* 1. §. *ſexum*, *π. de poſtul. l.* 21. *Cod. de procurator.* & quæ *Nou. Leonis* 48. & Harmenopulus. Quodque olim mulieribus Comitiorum nulla communio erat; de quo Gellius.

Tertio *huius leg.* capite definit Conſtantinus M. apud quoſnam MAGISTRATVS adoleſcentes de ſuis moribus & honeſtare perdocere debeant, in vrbe Romà, eò enim propriè pertinet hæc lex, quam Tribonianus interpolatam ad V. Conſt. & omnes prouincias produxit. Quatuor magiſtratibus deſignatis, & quinque adoleſcentum generibus. Nempe *Senatores* adoleſcentes apud Præfectum vrbis : Verinum quippe, cui hæc lex inſcribitur, & *lex* 1. *inf. famil. erciſc.* P.V. fuiſſe iam ex *Notitia Præfectorum Vrbis* oſtendi. Et verò quæ mox ſequuntur de Vicario V. R. de Præfecto Vigilum, & Præfecto annonæ, id quoque oſtendunt. Denique & ratio; quia proprium Præfecti vrbi, negotium fuit, iura Senatorum tueri, vt teſtatur Symmachus *lib.* 10. *ep.* 62. Præfectúſque adeò vrbis, Præſul Senatorum fuit, teſte Caſſiodoro, 6. *var.* 4. de quo dixi iam *ad l.* 4. *ſup. de iuriſdict.* & ad *l.* 3. *inf. de accuſationibus.* Et hæc de Senatoribus : *Perfectiſſimos* verò, de quibus titulus eſt peculiaris *infrà lib.* 6. de moribus ſuis & honeſtate perdocere vult apud Vicarium vrbis Romæ: vbi duo notanda; Primò hoc tempore iam Vicarium vrbis Romæ fuiſſe : Imò fuiſſe eum iam A.D. 313. docet lex 1. *inf. de actorib. & procur. dom. Aug.* de cuius origine & inſtituto *alibi* dixi: Secundò, Vicarium hunc peculiarem Perfectiſſimatus dignitatis vindicem, & Perfectiſſimorum Iudicem in vrbe Roma fuiſſe : quod etiam docet inſcriptio Legis vn. *inf. de perfectiſſimatus dignitate* collata cum inſcriptione *legis* 3. *inf. de ſponſalibus*: vtraque enim eidem *Valeriano agenti* ſcilicet *Vicariam Præfecturam* inſcribitur. Et hæc de Perfectiſſimis qui Vicario vrbis *hac l.* ſupponuntur, vt Senatores Præfecto vrbi; vt mirer Virum doctum ſcribentem *hac l.* Vicario cognitionem de Senatoribus tribui. *Equites* autem Romanos cæteróſque apud Præfectum Vigilum de moribus ſuis & honeſtate perdocere iubet Conſtantinus : nam & ipſe Præfectus Vigilum olim creabatur ex Equitibus ſeu Equeſtri ordine, teſte Dione *lib....* verùm de hoc plura *ad l. vn. inf. de infirm. his quæ ſub Tyrann.* Tandem *Nauicularios*, de quibus ſuis titulis *inf. lib.* 13. apud Præfectum Annonæ id facere iubet : ſub cuius ſcilicet diſpoſitione erant, vt docet quoque lex 2. 3. 12. 36. 38. *inf. de nauicular. l.* 1. 5. *inf. de prædiis nauiculariorum*, *l.* 2. *de naufrag.* Præerat enim Præfectus annonæ omnibus iis qui annonæ Vrbis ſeruiebant, de quo & *tit. de piſtoribus.* Et hæc quidem ita Conſtantinus M. Atenim Tribonianus, traducta hac leg. ad vrbem Conſtantinopol. vbi nullus Vicarius erat, vt alibi oſtendi, & ad prouincias, in vrbe quidem ſoli Prætori & Præfecto vrbis hanc notionem tribuit, etſi Præfectus Vigilum ibi quoque eſſet : Quemadmodum etiam tutoris datio ad hos ſolos pertinebat, *l.* 1. *inf. de tutorib.* Prætori, inquam Vrbano : ſic vt Clariſſimi apud Præfectum vrbi de moribus docerent, cæteri apud Prætorem illum : non verò apud Prætorem plebis, qui in Præfecti Vigilum locum poſtea demùm poſt Codicem Iuſtinianeum inſtitutus fuit : quod tamen Cuiacius cenſuit.

Quarto capite, Differentias nominis *Ætatum* quinque proponit, non extra rem, verùm eo fine, vt iam fidem faciat, veniam ætatis illi demùm ætati rectè tribui, quam ipſe initio præſcripſit. Ergo quinque hominis ætates conſtituit : Primam, *Pueritiam.* Prima ætas pueritia eſt vſque ad pubertatem, quo ſenſu *prima ætas* quoque vocatur *l. penult. C. de impub. & aliis ſubſtit. & l. vlt. Cod. de bonis quæ liberis.* apud Senecam quoque *conſol. ad Marciam cap.* 20. *Intra quatuordecim quædam annos defatigantur, & hæc illis longiſſima ætas eſt, quæ homini prima.*

Secunda ætas *Adoleſcentia* : quomodo etiam vocatur *l. vlt. Cod. de bonis quæ liberis*, & *Nou.* 72. & 115. cùm aliàs prima ætas, Infantia dicatur, videl. Iſidoro 11. *origin. cap.* 2. Infans homo primæ ætatis dicitur : & pueritia ſecunda ætas, Nou. *Iuſtin.* 72. *in prin.* Septimum namque quemque annum ætati ſignum & nomen imprimere Veteres, & quidem Stoici crediderunt : Seneca 7. *de beneficiis*, *cap* 1. Cenſorinus *de die natali*, *cap.* 14. Seneca *ep.* 12. Artemidorus *lib.* 2. *cap.* 75. Plutarchus *lib.* 2. *de placitis Philoſ. cap.* 24. Vnde primam, ſecundam, & deinceps hebdomadam annorum dicere ſolebant, teſte Cenſorino, & Plutarcho *dictis locis*, & Macrobio *cap.* 10. Quod ſumptum ex Solonis elegiis quæ ſunt apud Clementem ϛρωμάτων 6. & Philonem κοσμοποιΐας. Mitto diſtinctionem Serui Tullij apud Gellium 10. *cap.* 28. & illam Vlpiani *l.* 8. §. *modus*, *π. de tranſact.* Ergo Conſtantino Secunda ætas Adoleſcentia cuius terminos ponit ab anno quintodecimo ad viceſimum annum : cui tribuit plenam perfectamque adoleſcentiam.

Exinde tertiam ætatem iam conſtituit *Firmatam* ſcilicet poſt viceſimum annum, quo proinde iam veniam

veniam ætatis adulti conſequi poſſint. Quomodo & Virgil. *Eclog.*4. Firmatam ætatem dixit: *Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.* Quem alioquin Virgilium non vno loco Conſtantinus M. vel Quæſtor eius imitatus eſt *hac l.*

Quartam ætatem conſtituit Conſtantinus, legitimam ſeu robuſtiſſimam Iuuentutem. Firmatam igitur ætatem, quæ veniæ ætatis ſufficit, à legitima ſeparat? Quare & Iuſtinianus poſteà eum, qui veniam ætatis impetraſſet, *Legitimæ ætatis* appellatione non venire expreſsè definiuit ſ: *l. vlt. Cod. hoc eod. tit.* De Legitimâ alioquin ætate dicam ad *l.2.inf.de donationib.*

Quintam iam ætatem, Senectutem facit Conſtantinus; Adeò autem Conſtantino M. firmatæ ætatis modus placuit, vt id ſimùl definiat, vt ſi is qui veniam ætatis impetrauit, contractum aliquem inierit, venditionis fortè aut emptionis, tabulis contractus id expreſsè inſeratur, Emptorem vel venditorem *firmatæ ætatis honeſtúmque virum eſſe.* Vbi notanda tabularum emptionis formula: Quod à Conſtantino M. ideò conſtitutum, vt ne poſteà is qui veniam ætatis impetrauit, reſtitutionem poſtulare poſſet.

Atque id eſt, quò Conſtantinus *quinto huius leg. capite* collineat, nempe vt is qui veniam ætatis impetrauit, *liberos contractus* habeat, vt loquitur Caſſiodorus, & ſi quem deinceps contractum inierit, in integrum reſtitui non poſſe, *l.1. Cod. eod. tit.* ſeu ſpes ei *perfidiæ* adempta ſit, vt *hæc lex* loquitur; quâ ipsâ *perfidiæ* voce in re ſimili vtitur *leg.1. Cod. ſi aduerſus vendit.* & *perfidiam* dicit, cùm quis à contractu ſolemniter ſeu ritè celebrato reſilire, & aduerſùs eum reſtitutionem poſtulare audet. Cui ſimile eſt quod Caſſiodorus *d. formula* habet: *Profeſſio maturitatis acerbum locum denegat actioni, quando multò grauior eſt culpa quàm ſuæ promiſſionis impugnat auctoritas.* Et ſic quidem hâc parte legitimæ ætatis viris comparantur qui veniam ætatis impetrarunt, cùm aliàs quod antea dixi appellatione ſeparentur, vt & hoc altero, quod prædia alienare ſine decreto non magis quàm alij Minores poſſint: quod quidem ter à Conſtantino M. *hac leg.* inculcatur, *verſ. quod cum ea: verſ. vt etiam ipſæ: verſ. vlt. Ita tamen.* Quod Caſſiodorus quoque habet in formulâ veniæ ætatis, *lib.7.form.41. Ita*, inquit, *vt in alienandis ruſticis, vel vrbanis prædiis* CONSTITVTIONVM *ſeruetur auctoritas, ne cùm opinioni ſtare volumus, vtilitatem publicam* [*ſupplicis*] *lædere videamur.* Quod Iuſtinianus ad hypothecam quoque extendit, *l. 3. Cod. h. t.*

¶ Poſtremo loco hìc notandum, Leonem *Nouella ſua* 28. in duobus *huic legi* derogaſſe: primùm in eo quod ætatem ſpectari non vult; ſed prudentiam: Deinde quod à Magiſtratu quoque veniam tribui poſſe definit.

# DE IVDICIIS.

## TITVLVS XVIII.

### III. COD. IVST. I. al. *De Iudicibus.*

### ¶ *De* OFFICIO *Iudicis in cauſis cognoſcendis.*

#### 1.* Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum.″

IVDICANTEM″ oportet cuncta rimari″, & ordinem rerum plenâ″ inquiſitione diſcutere: interrogandi ac proponendi, adiiciendíque patientiâ″ præbitâ ab eo: vt″ ibi actio″ partium limitata″ ſit″, contentiones, non occurſu″ Iudicis, ſed ſatietate altercantium metas compreſſerint, ſæpiùs requiratur, & crebra Interrogatione″ Iudicis frequentetur″, *Num″ quid noui reſideat, quod annecti allegationibus″ in iudiciariâ contentione conueniat*; cum ad alterutrum hoc proficiat, ſiue definienda ſit cauſa per Iudicem, ſiue ad noſtram ſcientiam Referenda″. Nec ad nos mittatur aliquid, quod plenâ inſtructione indiget. Dat. prid.″ Id. Ian. Sirmio, Criſpo II.″ & Conſtantino II. COSS. [321.]

INTERPRETATIO. *Iudex cum cauſam audire ceperit, litigatorum aſſertiones, vel reſponſiones patienter accipiat, & omnia plena diſcuſſione perquirat. Nec prius litigantibus ſua ſententia velit obuiare, niſi quando ipſis peractis omnibus, iam nihil amplius in contentione habuerint quod proponant: & tandiu actio ventiletur, quouſque rei veritas perueniatur″, frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermiſſum fortaſſe remaneat: Quia ſi apud ipſum finienda cauſa eſt, totum debet agnoſcere. Sin verò ita res exigit, vt ad Principis notitiam deferatur, plena diſcuſſis omnibus data relatione debet eſſe ſuggeſtio, &c.*

## NOTÆ.

* Lex *Iudices 9. C. Iuſt. eod. tit.* hinc à Triboniano in pauca cõtracta, neque parum immutata eſt. Infarta & huius l. priora Eleutherij epiſtolæ *p.*210. (qui centum plus annis Conſtantinum præceſſit, vt rectè notauit Contius 1. *Lectionum ſubceſiu.*10.) vnde deſumptus eſt à Gratiano canon *Iudicantem* 11. 30. *q* 5. vt & Iulij epiſtolæ 2. *c.*31. *p.*472. Inſeritur quoque Capitularium *lib.*5. *t.*246. Iungenda autem *huic legi* eſt *lex* VI. *inf. de appellationib.* quæ elegantiſſima pariter eſt, & eodem pertinet quò hæc noſtra.

″ *Maximus*



″ *Maximus* hic integriore nomine *Valerius Maximus*, P.V. fuit hoc anno, vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbis. Sanè in *d. l.* 11. *ſublimis* dicitur, & *cognitionibus Principis vicem repræſentare, & imaginem Principalis diſceptationis accipere*, quod tam Præfecto vrbi, quàm Præfecto prætorio commune eſt.

″ Ita *hanc leg.* immutauit Tribonianus, *Iudices oportet inprimis rei qualitatem plenâ inquiſitione diſcutere, & tunc vtramque partem ſæpius interrogare, Num quid noui addere deſideret, cùm hoc ipſum ad alteram partem proficiat*, &c. vſque ad *referenda.*

″ *Rimandi* vox hac in re propria: de qua mox in *Commentario.*

″ *Plena* Iudicis inquiſitio hìc requiritur. De quo mox in *Commentario.*

″ Vid. *l.9.§.2.ff.de offic. Proconſulis.*

″ *ff.* &.

″ *Actio* partium, id eſt, conteſtatio.

″ Id eſt terminata & finita.

″ Fuerit.

″ *ff.* & *contentiones.*

″ Occurſus Iudicis eſt & dicitur, cùm Iudex litiganti ſilentium imponit, & *metas comprimit*, vt *hac leg.* dicitur. *Obuiare* ait Interpres.

″ Similiter Gellius *lib.4.c.2.* Quanquam aliò pertinent *interrogationes*, de quibus eo loco agit.

″ *Frequentetur*, ideſt, iteretur: *Frequentare* eſt συνεχῶς crebrò & inſtanter quid agere vel dicere. Sic apud Symmachum *literis*, aut *literas*, vel *operam ſcriptionis frequentare*: Ita *fides hiſtorica frequentare* dicitur apud Vopiſcum *in Aureliano*; & Spartianus *in Vero* dixit; *illa frequentantur à nonnullis.* Et apud Vopiſcum rurſus in Aureliano: *Nos bene ſcimus, & poſteri frequentabunt.*

″ *Ne quid noui*: ita Cuiaciana editio, & fortè melius: licet, *Num quid*, habeat Cod. Iuſt. & Til. edit. Et certè id ad veterem formulam magis accedit.

″ Vide Symmachum paſſim.

″ *Ad maiorem poteſtatem.* C. Iuſt. de quo mox.

″ Relationes ad Principem, de quibus *ſuo titulo.*

″ *Prid.* ita rectè Til. & MSS. Cuiac. IV.

″ In C. Iuſt. hi Conſules adnotantur, *Licinio V. & Criſpo Coſſ.*

″ Pro, *ad rei veritatem perueniatur.*

## COMMENTARIVS.

DE OFFICIO Iudicis in cauſis cognoſcendis eſt hæc Conſtantini M. lex INQVISITIONEM cauſæ ſcilicet ſeu rei in iudicium deductæ, inter partes à Iudice pleniſſimam fieri iubet. Triáque hunc in finem Iudici iniungit. Primò vt cuncta *ipſe rimetur*, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutiat: vbi Rimandi vox hac in re propria, Iudiciaria inquam inquiſitione, *hac leg.* & *l.2. infr. ſi vagum pet. mancip. l.2. ſup. de offic. Rect. prou. l.9. infr. de hæreticis.* Saluianus *lib.*2. loquens de Dei iudicio: *Vt probaret*, inquit, *nihil ab eo negligi quem oſtenderet vniuerſa rimari.* Mantius Theodorus *lib.5.p.*121.

*Quæſitor ſcelerum veniet, vindéxque reorum,*
*Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis,*
*In lucémque trahet, tacita latitantia fraude.*

Plena item Iudicis inquiſitio *hìc* dicitur, & requiritur vt plena adſertio litigatorum, *d. l.*11. *de appellat.* plena inſtructio in Relationibus, *d. tit.* plena ſententia, *l.2.3. inf. de ſenten. ex peric. recit.* vid. quæ dicam ad *d. leg.*3. Secundò, vt *partibus patientiam* præbeat interrogandi, proponendi, adiiciendi, quæ ad rem controuerſam pertinent; (quomodo etiam Vlpianus ait *in l.9.§.2.ff. de offic. Proconſ.* circa Aduocatos Proconſulem patientem eſſe oportere), neque occurſu ſuo partibus aliquid allegaturis obuiet: Tandem vt idem ſæpiùs *Interroget* partes, *Num quid noui adiicere velint*: A quo non abludit Plinij locus *lib.6. Ep.2. Equidem quoties* IVDICO, *quantum quis plurimum poſtulat aquæ, do: etenim temerarium exiſtimo diuinare, quàm ſpatioſa ſit cauſa inaudita, tempúſque negotio finire, cuius modum ignores: præſertim cum primum religioni ſuæ* IVDEX PATIENTIAM *debeat, quæ pars magna Iuſtitiæ eſt*, &c. Non abludit etiam Apuleij locus *Apolog. p.*237. Et hæc quidem omnia ita Conſtantinus (quod ipſemet profitetur) non tantùm ad pleniorem ſententiam dicendam, & vt Tertullianus loquitur *lib.1. ad Nation. cap.2.* ad cauſam diſpungendam, ad ſatiandam cognitionem. (quomodo etiam hic *ſatietas altercantium* dicitur) verùm (qui *huius legis* alter, & potiſſimus finis eſt) vt ſi Iudex animi pendeat, atque ad Principem referre neceſſe habeat, plenam inſtructionem mittere poſſit. Præcedere ſcilicet debet ſententiam vel Relationem plena inquiſitio, ac nominatim quidem relationem; ſemiplena quippe relatione Principis fatigari ſeſe noluerunt, de quo *tit. de Relationib. inf.* & *l.*15.69. §.11. *inf. de appellat.* Ac nominatim *d. l.*11. quæ huic noſtræ iungenda eſt; ſunt enim hæ duæ leges, partes prolixioris conſtitutionis Conſtantineæ, quâ Conſtantinus id agit, vt Cognitio Principis ad Iudicum Relationes vel litigatorum appellationes totâ integritate ac libertate procedere poſſit; inter alia, plena relatione ad ſe mitti iuſsâ, contrà refutatoriis inſeri re aliquâ vetitâ, quæ in Iudicio agitata non fuiſſet: In eum igitur finem, ne & partibus iniuria fieret, & plena Relatio ad Principem fieri poſſet, plenam inquiſitionem à Iudice fieri, ſeu cognitionem eius ſatiari, geſtáque omnia tranſmitti iubet Conſtantinus M. *h. l.* & *d. l.*11.

Porrò notandum, Tribonianum hanc leg. validè interpolaſſe: 1. Subductis iis; quæ de interrogandi, proponendi, adiiciendi facultate partibus tributa adiiciuntur. 2. Subductâ mentione Relationis ad Principem (quò potiſſimùm hæc lex ſpectat) atque adeò loco illorum *ad noſtram ſcientiam referenda*, poſitis his *ad Maiorem poteſtatem referenda.* Aduerſus Conſtantini quoque Conſtantinianíque ſæculi mentem: Relationes quippe ad ſe ſólum fieri voluit Conſtantinus, *h. l.* & *l.1.2. inf. de relat.* Imò & *l.1. C. de legib.* datâ A.D. 316. quæ & ipſa Conſtantini M. eſt, & ad has omninò Relationes, quod hactenus ignoratur, pertinet: Ea ſic habet *Imp. Conſtantinus A. Baſſo P.V. Inter æquitatem iúſque interpoſitam interpretationem* NOBIS SOLIS & *oportet & licet inſpicere*: Eſt hæc lex valdè ſolennis, & ideò maximè ſolennis, quia cum aliis legibus vulgò concurrere creditur, quibus & conſuetudo legum Interpres dicitur, & Iudices æquitatem præ oculis habere monentur: Quæ tamen nullo modo cum iis legibus pugnat: Sciuiſſent tantum Antinomiarum vel Ἐναντιοφανῶν ſcriptores dictam l.1. ad *Relationes* pertinere, non adeò ſe torſiſſent: ſcilicet, cum Iudices Iuridicâ ſententiâ quid definire non poſſent, & in controuerſiis altero æquitate, altero iure nitente, Iudicum labaret vel hæreret conſilium, ad Principem referre ſolebant & tenebantur, de quo vide & Symmachum *lib.*10. *Ep.*52. cúmque iam Maiores quoque poteſtates imaginem principalis diſceptationis præferentes:

eu vice ſacrâ iudicãtes vt Præfectus Prætorio (quod docet diſertè lex 2. *Cod. Iuſt. de officio vicarij* : ) Præfectus item vrbi, cui lex illa 1. inſcribitur, huiuſmodi Relationum vſum ſibi vindicarent, Conſtantinus voluit *eâ l.* Relationes ad ſe SOLVM fieri: Relationum ſcilicet ius inter Regalia & reſeruata Principi prorſus eſt, vbi videlicet extrinſeca adhibetur interpretatio, & adhibenda eſt inter Ius & Æquitatem, id eſt, ſi ex nouâ æquitate aliquâ ius ſcriptum infringendum videatur: Nam ea eſt *illius leg.* ſententia. Quare quod *eâ l.* dicit Conſtantinus, NOBIS SOLIS, id ad differentiam ſummorum quamlibet Magiſtratuum dicit: Item quod de Æquitate *ea l.* dicitur, id accipiendum eſt de Æquitate obuerſâ fronte cum iure ſcripto pugnante, quam vtique Iudices præferre iuri ſcripto & aperto non poſſunt, verùm de eâ ad Principem referre neceſſe habent, quò pertinet etiam geminus ille Symmachi locus ad Valentinian. Iun. *lib.* 10. *ep.* 52. cuius hæc verba ſunt. *Facit plerumque ratio aut fortuna cauſarum, vt in controuerſiis alter* ÆQVITATE, *alter* IVRE *nitatur. Tunc humano labante conſilio, deliberatio Cognitoris* AD CLEMENTIÆ VESTRÆ RECVRRIT ORACVLVM. *Quod etiam præſentis negotij qualitas depoſcit.* Et ſub finem: *Facilis in alteram partem eſſe non potui: ſed quod vnum remedium conuenit rebus* AMBIGVIS, *fortunam curioſi luctaminis Auguſtiſſimis legum arbitriis reſeruaui.* Altera alioquin dignitatis ſpecies eſt, quæ in vno forte caſu ob circumſtantias nonnullas iuris ſtricti ſcriptíque temperamentum eſt & æquamentum: cui Iudices ipſos litare idque ſequi oportet: *l. placuit. C. de Iudiciis.*

---

## ¶ *De* CONTINENTIA *cauſæ non diuidendâ.*

### II. * Idem A. ad Severum PF. V.

NVLLI prorſus audientia præbeatur, qui cauſæ continentiam" diuidit", & ex Beneficij" prærogatiua id quod in vno eodémque iudicio poterat terminari, apud diuerſos" Iudices voluerit ventilare: pœnâ" propoſitâ, ſi quis contra hanc ſupplicauerit ſanctionem, atque alium ſuper poſſeſſione, alium ſuper principali" quæſtione Iudicem poſtulauerit", vt * rei quæ petebatur integrâ æſtimatione ſubductâ, quintam portionem Reipublicæ eius Ciuitatis inferat, in cuius finibus" res, de qua agitur, conſtituta eſt. PP". III. Kal. Aug. Iuliano & Paulino" COSS. [325.]

INTERPRETATIO. *Nullus penitus audiatur, qui vnius cauſæ propoſitionem apud duos Iudices partiri voluerit, vt apud vnum de negotio principali proponat, & ab alio ſibi momenti" beneficio rem poſtulet conſignari: Quod ſi quis hoc facere fortaſſe præſumpſerit, eiuſmodi pœnâ ſe nouerit condemnandum, vt nec illud quod repetit vlla ratione recipiat, & quintam portionem facultatum ſuarum, dequantum" ibi poſſederit Reip. ciuitatis illius cedat, in cuius finibus res, de qua agitur, fuerit conſtituta.*

## NOTÆ.

* Lex *nulli* 10. *C. Iuſt. eod. tit.*
" Seueri huius P.V. meminit his ipſis Conſulibus Auctor *Conſularium, ſeu notitia de Præf. vrbis. Paulino*, inquit, *& Iuliano Conſulibus pridie Non. Ianuarij. Achilius Seuerus Præfectus Vrbi.* Ad eundem data eſt ſequente anno lex 1. *infr. vnde vi.* quæ & ipſa de poſſeſſione agit.
" v. *tit. π. de quib. reb. ad eund Iud. eatur.*
" *Diuidat*, C. Iuſt. Tentet quis *diuidi*. Sed nil opus.
" *Beneficij*, id eſt, priuilegij Principalis à Principe impetrati, v. Gloſſarium: Malè enim Codicis Iuſtinianei Interpretes nonnulli *hîc* intelligunt militarem prærogatiuam: Id quod etiam confirmant ſequentia: de quo mox.
" Et peregrinos.
" *Pœna ex officio Iudicis imminente ei, qui contra hanc, &c.* Ita Cod. Iuſt.
" v. quæ noto *ad l. 1. infr. vnde vi.*
* Sequentia omnia abſunt à Cod. Iuſt.
" Fines Ciuitatis *h. l.* vid. *Geograph.*
" Ita in Aniani Codd. in Cod. Til. & Cuiaciano, *Dat.*
" Inuerſo ordine in Aniani Codd. & in Iuſtinianeo, Paulino, & Iuliano.

## COMMENTARIVS.

CONTINENTIAM cauſæ diuidi, & coram diuerſis Iudicibus tractari, *hac l.* famoſiſſimâ, vetat Conſtantinus M. litium fugitans, vexationíſque omnis Oſor; etiam *ex beneficij prærogatiua*, id eſt, ex Reſcripto Principis, quod non tantum hæc huius l. verba apertè ſignificant illa: *Si quis contra hanc* SVPPLICAVERIT *Sanctionem*: & rurſum, *alium Iudicem* POSTVLAVERIT: verùm etiam *principio* ſtatim *legis* indicat, *ex beneficij prærogatiua.* Beneficium ſcil. eſt Reſcriptum Principis aduerſus ius commune, de quo v. *Paratitlon de diuerſ. reſcript.* Vt proinde errent qui de priuilegio fori ex aliquo capite *hanc legem* accipiunt; quo numero eſt quoque Antonius Faber 20. *coniect.* 7. Ad rem: *Continentia cauſæ* eſt vnius cauſæ propoſitio, vt Interpres, quoties vna lis, vna cauſa, plures quæſtiones, plures ſpecies, ſeu plura capita continet inter ſe connexa, ad rem proxima, ſeu connexa: Continentia cauſæ, eſt tenor cauſæ, *συνοχὴ, περιοχὴ.* Ita Scripturæ continentia *in l. 3. infr. de teſtamentis*: id eſt, Scripturæ tenor: ita continentia venditionis *in l. 29. in fin. infr. de petition.* Ita Edicti continentia *in l. 11. C. de liberali cauſa*, & vt Græci illo loco vertunt ἀκολουθία, *Continens* pro *continuo*, & *contiguo*; ita & *continentes* prouinciæ Italiæ, ſunt contiguæ, connexæ. *Continentia* igitur cauſæ, eſt tenor, &
connexitas



connexitas cauſæ; vt ecce ſi lis ſit de proprietate, & poſſeſſione, vna eſt lis, vna cauſa, ſed quæ duo habet capita continua. Diuidere verò *continentiam cauſæ*, eſt id quod in vno eodémque Iudicio poterat terminari, apud diuerſos Iudices ventilare, vt *hâc l.* dicitur; vel, vt Interpres, vnius cauſæ propoſitionem, apud duos Iudices partiri: Continentes porrò huiuſmodi cauſæ ſunt, poſſeſſionis, & proprietatis. Et in vniuerſum Matthæus de Afflictis *deciſ.* 134. *num.* 13. quinque ſpecies huiuſmodi continentiæ cauſæ enumerat: quod & Bartolus attigerat. Igitur non poteſt quiſquam, quiſquis ille ſit (*nulli prorſus*, inquit lex, *audientia præbeatur*) huiuſmodi cauſam ſcindere, ſeu eius tenorem diſtrahere, ne quidem ex Reſcripto Principis, vt ſcilicet alius poſſeſſionis, alius proprietatis Iudex ſit. Poſſeſſionis ſcilicet & proprietatis Iudex vnus eſſe debet, quod etiam D. Gregorius *lib.* 7. *cap.* 100. ex hâc proculdubio lege refert. *Legali inquit prouiſione decretum eſt, tam momenti, quàm proprietatis cauſam in vno, eodémque Iudicio debere cognoſci.* vid. & eundem *cap.* 43. 44. 101. & Caſſiodorum 4. *variar.* 44. vbi cum Interpretatione *huic legi* ſubdita, Momenti cauſam, rectè vocat cauſam poſſeſſionis. Quare etiam Iudex de poſſeſſione tantum petitus, de lite quoque proprietatis, quæ emerſit, cognoſcere poteſt, ſi velit: quò pertinet conſtitutio, cuius meminit Symmachus, *lib.* 10. *Ep.* 4. *Sed hoc cum ad proprietatis cauſam dicerem pertinere, Recitata eſt, inquit, à defenſoribus conſtitutio, quæ Iudicibus tribuit copiam, non imponit neceſſitatem, vt quoties de poſſeſſione Iudicant, continuò ſi caſus tulerit, etiam de Iure cognoſcant.* De *iure*, id eſt, de proprietate, ſeu (vt hæc lex loquitur) ſuper *principali quæſtione*; & Interpres, *ſuper principali negotio*: quo ipſo ſenſu, *principalis cauſa* Symmacho, *d. ep.* 41. *principale negotiũ*, pro cauſa proprietatis ſumitur, in *l. 1. inf. vnde vi. l. 3. inf. ad l. Iuliam de vi: l. 24. inf. quorum appellat.*

¶ Porrò quod *hâc leg.* ſtatuitur, vt idem Iudex ſit poſſeſſionis, & proprietatis, non illud ſignificat, vno eodémque Iudicio, ſeu ſimul poſſeſſionis, & proprietatis cauſam terminari oportere: Imo iure ciuili, poſſeſſionis cauſam priuſquam proprietatis definiri oportuit; Et vt Symmachus loquitur, ipſéque fecit, principalem cauſam futuro examini reſeruari; Et verò quod poſſeſſionis cauſam, Imperator *hac l.* præmittit, haud temerè eſt. Nam etſi continentes cauſæ ſint, poſſeſſionis, & proprietatis, prior tamen ſemper eſt Momenti quæſtio, de quo alio loco. Iure ſanè Canonico ſtatutum, vt poſſeſſorium, & petitorium vno eodémque Iudicio terminari poſſit, *cap.* 3. 4. 5. *de cauſa poſſ.* quod & arbitrio Iudicis relictum eſt, vt ſi velit vtrumque definiat, *cap. ſignificauerunt* 36. *de Teſtibus*, aut ſeparatim *cap.* 1. *de ſequeſt. poſſ. cap. dilectus, de capell. monach.*

¶ Pœna porrò cauſæ continentiam diuidentis, *hac l.* à Conſtantino M. hæc ſtatuitur, vt rei in Iudicium deductæ, & æſtimationis eius quintam partem de ſuo inferat Reipublicæ, in quâ res in Iudicium deducta, conſtituta eſt. Hæc enim huius legis ſententia eſt, fallitúrque Interpres, qui longè aliter *hanc legem* explicauit. At Iuſtiniano pœna arbitraria placuit, ex officio Iudicis imponenda; quæ cauſa illi fuit huius leg. interpolandæ, & poſtremæ huius legis ſententiæ abdicandæ. Cur autem Conſtantinus M. pœnam hanc *Reipublicæ* viribus inferri voluerit, cùm aliàs fiſco multæ inferantur, cauſa hæc videtur, quia continentia cauſæ ita diuiſa, & ad alios Iudices & peregrinos cauſa fortè proprietatis tracta, Iuriſdictionum confuſio fiebat, & ſic hoc facto, non aduerſarius tantum diſtrahitur, quæ communis alioquin ratio eſt, ex qua continentia cauſæ diuidi prohibetur, verùm omninò Reipub. ipſimet iniuriam inferre is videtur, qui extra fines eius Reipublicæ, rei in eius finibus ſitæ Iudicium aliò, ſeu ad alium Iudicem, & peregrinum trahere nititur. Sic alioquin etiam idem Conſtantinus biennio antè, A.D. 323. *l. 5. inf. de Epiſcop.* eos qui Chriſtianos ad Luſtrorum ſacrificia adegiſſent, ſi honoratiores eſſent, graui multa plecti voluit, *quæ rebus publicis vindicaretur.* Sic & aliàs quandoque deſtinatæ ſpeciatim multæ Entechæ populi Romani, *l. 12. inf. de operib. public.* Publicis item operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis, *l. 5. Cod. de modo multarum.* Pauperibus *l. 20. inf. quorum appellat.* Quare tandem, *continentiam cauſæ ex Reſcripto diuidere* in *hac l.* eſt, in vna ciuitate de poſſeſſorio agere, & precibus Principi oblatis, apud alterius ciuitatis Iudicem, de petitorio agere velle: quam ſpeciem Accurſianorum nemo qui ad *leg. nulli* 10. *C. de Iudiciis*, (quæ hinc alioquin interpolata) ſcripſêre, intellexerunt. Denique eſt hæc lex de Iudicibus ordinariis, non verò de Pedaneis, ſeu datis, & peregrinis Iudiciis occurritur. Similis eſt lex 10. 16. *inf. de accuſation.* quibus pariter peregrina Iudicia prohibentur, ad euitandam Iuriſdictionum confuſionem. Quare, grauis error eſt eorum, qui vt de priuilegio fori, ex aliquo capite *hanc leg.* accipiunt (de quo *ſuprà*) ita præſupponunt, iure ciuili, ex priuilegio aliquo fori, cauſam poſſeſſionis in vno foro agitari potuiſſe: in alio verò proprietatis. Id enim Iuriſprudentiæ ciuili incognitum eſt.

# DE * INOFFICIOSO TESTAMENTO.

## TITVLVS XIX.

## III. COD. IVST. XXVIII.

## PARATITLON.

INOFFICIOSVM teſtamentum eſt, nouiſſima voluntas *l.2.* Iudicium, *l.5.& 6.* elogium, *l.4.inf.de legit.hæredit. & l.28.inf.de Iudæis.* iniurendum, *d.l.4.infr. de legit.hæredit.* iniuſtum, *d.l.4.* quo parentes, *l.2.* filij, *d.l.2.4.5.6.* nepotes ex filio, filiáve, *d.l.4.infr.de legit.hæred.* fratres certis caſibus, *l.1.& 3.* nullâ ex iuſtâ cauſâ læſi, *l.2.* perperam, *l.3.* pios liberos, *d.l.2.& 4.* parentes, *d.l.2.* vel fratres lædunt: & fratres quidem germanos tantùm non vterinos, *d.l.1.* turpibus perſonis duntaxat eorum loco inſtitutis, *l.1.& 3.* & agnatione durante, *d.l.1.* parentes autem & liberos quibuſcunque aliis hæredibus inſtitutis, *d.l.1.* & legitimâ portione illis non relictâ, *l.2.& 4.* Breuiter, ſi alieni facti fuerint, *l.3.* ſi ab hæreditate ſemoti, *d.l.4.infr.de hæredit.* ſi præteriti aut exhæredati, *d.l.4.* Hoc igitur nomine his nouiſſima læſis voluntate, *d.l.2.* competit inofficioſi actio, *l.1.2.3.5. & l.9. inf. de infirm. his quæ ſub Tyran. & l.vlt.infr. de teſtam. & l.3. infr. de Apoſtatis*; ſeu querela, *l.4.* petitio, *l.1.* id eſt, inofficioſum teſtamentum arguere licet, *l.6.ſup. de denunciat.* ídque aduerſus inſtitutos hæredes *d.l.1.* & quidem ſine Prætoris auxilio, *l.1.* Item, licet liberam teſtandi inter ſe coniugibus poteſtatem Princeps fecerit, *l.6.h.tit.* intra certa præfinita tempora, *l.2.* id eſt, intra quinquennium; ſcil. *l.5.h.t. & d.l.3.infr. de Apoſtat.* & Interpres *ad l.vn.infr.de inoffic.donat.* vt ſcil. teſtamenta remoueantur, *l.2.* ſibíque ſucceſſio deferatur, *d.l.7.* & præualeant in facultatibus omnibus defuncti occupandis, quos voluerat ad alios pertinere, *l.3.* Ita tamen niſi defuncti voluntatem iam agnouerint, *l.vlt.h.t.& l.vlt. infr.de teſtam.* Porrò vt cæteræ actiones, ita & hæc poſtulabatur, *d.l.9.infr.de infirm.his quæ ſub tyran.* Sic tamen vt à neceſſitate denunciationis & temporum curſu hæc actio exciperetur, *d.l.6.de denunciat.* Hæc tandem actio, etiam ſub Tyrannis poſtulata, profligato Tyranno ſeruabatur, *d.l.9.*

---

### ¶ FRATRIBVS *quando inofficioſi querela competat.*

#### 1. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Lucrium Verinum."

FRATRES" vterini ab inofficioſis" actionibus" arceantur": & germanis" tantummodo fratribus, aduerſus eos duntaxat inſtitutos hæredes", quibus inuſtas conſtiterit eſſe notas" deteſtabilis turpitudinis, agnatione durante", ſine" auxilio Prætoris, petitionis" aditus reſeretur. Dat.Id.April.Sirmio, Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Fratribus vterinis, id eſt diuerſis patribus & vna matre natis, non liceat de inofficioſo contra teſtamentum fratris agere. Sed germanis fratribus prætermiſſis, id eſt vno patre natis, ſi turpibus perſonis, id eſt infamibus fuerit hæreditas derelicta, hoc eſt aut pro libidine meretricibus, aut pro inhoneſto affectu naturalibus aut certè thymelicis, vel de libertis ſuis, agendi contra teſtamentum licentia reſeruatur. Si tamen is ipſe germanus non pro crimine ſuo exilio fuerit deputatus, aut per captiuitatem fuerit ſeruus effectus, aut per emancipationem ſucceſſionis vel actionis iura perdiderit.*

## NOTÆ.

* Lex *Fratres* 27. *Cod. eod. tit.* hinc & ex *lege 3. inf.* interpolata & conflata eſt. Ad *hanc l.* vide Merlinum, *de Legitima. lib.8.t.2.quæſt.13.*

" *Lucrio Verino* huic inſcribitur hoc ipſo anno 319. dignitate pariter omiſsâ lex 1. *infr. de falsâ monetâ*, & lex 1. *infr.de famoſis libellis.* Vicarium ſanè Africæ hoc anno 319.& 318. expreſsè præfert *lex vn. de parricidiis*, quæ & Acc.Karthagine dicitur, pariter *d.l.1.de famoſis libellis.* Huius etiam mentio *in ep. Conſtantini ad Probinum Proc. Afr.* Imò ad eum eiuſdem Conſtantini epiſtola extat. v. *Proſopogr.* Nonnulli MSS hîc malè habent *Lucretium*, vel *Lucritium.*

" *Vel ſorores*, add. C.Iuſt.de quo mox.

" Ita



" Ita quoque ſcriptum, *l.5.infr.& l.3.de Apoſtatis.* At Codex Iuſtinian. *in d.l.27.* habet *inofficioſi.* Quod hic prætulerim: Agitur enim *hâc l.* tantum de actione inofficioſi teſtamenti: non de aliis actionibus inofficioſi.

" *Conſanguinei*: ita Tribon.de Germanis fratribus mox.

" Querela inofficioſi teſtamenti *contra hæredes* ſcriptos propriè inſtituitur: bonorum poſſeſſio contra ipſum teſtamentum, contra *lignum, l.4.in pr.& 19.π. de bonor.poſſ.contr.tab.*

" Vid. *legem 1. infr. de ſecundis nuptiis.*

" *Vel nôn*; hoc additum à Tribon. differentiis videl. agnationis & cognationis iam à Iuſtiniano ſublatis.

* Sequentia omiſſa in Cod. Iuſt.

" Id eſt, poſtulandæ inofficioſi actionis, *l.9.infr.de infirm. his quæ ſub Tyrannis*, de quo *ſuo tit.ſup.de impetratione actionis.*

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. tres ordine conſtitutiones *de inofficioſo teſtamento* ſequuntur: è quibus duæ pertinent ad querelam inofficioſi *fratribus* competentem: tertia, quæ ordine ſecunda eſt, ad competentem *Matri.* Vnde ſcire poſſumus, quis Conſtantini M. ſenſus fuerit, circa querelam inofficioſi teſtamenti. Nos de iſtâ nunc videamus. FRATRES igitur tribus tantum concurrentibus inofficioſi actionem aduerſus fratris teſtamentum monere poſſe, definit *hac l.* Conſtantinus M. quæ emiſſa eſt ad Lucrium Verinum (Vicarium ſcilicet Africæ, vt modò oſtendi) putà Germanos tantùm, non etiam vterinos: Turpi item perſonâ tantùm inſtitutâ: denique agnatione tantùm durante: & Fratres quidem nominatim, non etiam ſorores, quod tamen additum à Triboniano *huic legi*, & *l.21.Cod.eod.* De ſingulis ordine.

¶ Solos igitur fratres *germanos* ad hanc querelam admittit Conſtantinus, non vterinos, ὁμοπατρίους, non ὁμομητρίους: pariter vt Theodoſius M. in ſpecie *l.2.inf.de Apoſtatis.* Germani fratres ſunt, eodem germine nati, vt teſtatur Seruius *in 5.Æneid.* etſi non eâdem matre nati: iidem proinde cum conſanguineis. Quare rectè Interpres ad hanc leg. *germanos* fratres vno patre natos interpretatur; quomodo & *ad l.prox.* conſanguineos vno patre natos: & tamen, quia ex Veteribus nonnulli, & in his quidem Varro eodem Seruio teſte, germanum de eadem genitrice manantem interpretabantur, ideò Tribonianus tollendæ ambiguitati *conſanguinei* appellationem hîc ſubſtituit. Germanos igitur tantum fratres ſeu ὁμοπατρίους ad hanc querelam admiſit Conſtantinus, non vterinos ὁμομητρίους: quos rectè hic deſcribit Interpres: illi ſcilicet legitimi ſucceſſores cenſiti, non verò hi, quod *d.lex* 2. oſtendit. Oſtendit inſignis quoque Ambroſij locus *ep. 66.* ad Paternum: *Vterini fratres, id eſt diuerſo patre, ſed eadem matre geniti, cùm agnationis ius habere non queant, ſed cognationis tantum titulo ſibi connexi ſint, &c.* Cognati igitur erant, non agnati Vterini. Quod quidem agnationis & cognationis diſcrimen hæret etiamnum in Cod.Iuſt. *in ea l. 27.* quæ hinc alioquin ex parte interpolata eſt: At ſecuti poſteà Græci, & in his Thalelæus, hanc fratrum differentiam hâc parte non obſeruauêre.

¶ Secundò, *Turpi* tantum perſonâ à fratre inſtitutâ, fratribus germanis querelam inofficioſi competere vult *hac l.* Conſtantinus: & ſic, ſi *improbum* eſſet teſtamentum: id enim *improbum* propriè dicitur in quo turpes perſonæ inſtitutæ ſunt, teſte Cicerone *in Prætura vrbana.* Iure equidem veteri inofficioſi querela fratribus competebat, vt docet *lex 6.in prin. lex* 8.§.5.24.*π.eod.tit.de inoff.teſtam.l* 21.*Cod. eod.tit.* verùm ita demùm, ſi ſeruus, vel extraneus, aut non municeps inſtitutus fuiſſet, id eſt ſi is inſtitutus fuiſſet qui in commune pro nullo habebatur, vel municipij communionem non habebat: & ſic ſeruus, qui in commune pro nullo cenſebatur: qui extraneus vel peregrinus, qui in ciuitate nullus, id eſt non municeps, vt indicium omninò præbet ἐκ διαστολῆς *lex* 31. §.1. *π. hoc tit. Quantum ad inofficioſi liberorum vel parentum querelam pertinet, nihil intereſt quis ſit hæres ſcriptus, ex liberis an extraneis, vel municipibus.* Atque ſi diceret Iuriſconſultus, quantum ad inofficioſi fratrum querelam multùm intereſſe, quis ſit hæres inſtitutus. Eodem pertinet lex 24. *eod. tit. Circa inofficioſi querelam euenire plerumque adſolet, vt in vna atque eadem cauſa diuerſæ ſententiæ ferantur. Quid enim ſi* FRATRE *agente*, HÆREDES SCRIPTI *diuerſi iuris fuerint? Quod ſi fuerit, pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus deceſſiſſe videbitur.* Nempe in ſpecie *illius leg.* liber cum ſeruo, ciuis cum peregrino, municeps cum non municipe inſtitutus fuerat, præterito fratre. Fallitur enim Accurſius qui ad *eam l.* exemplum apponit ex hâc conſtitutione Conſtantinianeâ, in hæredibus inſtitutis, quorum vnius perſona erat infamis altera inhoneſta: etſi ex Triboniani mente ſpeciem quoque illam hodie poni poſſe fatear. Fallitur item Antonius Faber, qui legem illam à Triboniano, vel imperito interprete corruptam putat. Igitur olim, transferri bona in ſeruos extraneos, non municipes, poſthabitis fratribus æquum viſum non fuit. Atenim Conſtantino iam aliud viſum: ſolam ſcilicet familiæ, vel communis municipij rationem non tantam habendam, vt non frater hæredem extra familiam & municipium quærere ſibi poſſet. Quid igitur; Solam honeſtatis rationem haberi voluit, à qua ſi frater teſtamento ſuo recederet, fratri querelam detulit, tribus vt dixi concurrentibus. Quinam verò illi ſunt, quibus Conſtantinus hic ait, *inuſtas eſſe notas deteſtabilis turpitudinis?* Ipſemet Conſtantinus *l.3. inf.* ita quoque explicat, *cùm infamiæ vitiis hæres inſtitutus adſpergitur: cùm inſtitutus per turpitudinem, aut aliquam leuem notam capere non poteſt.* De iis certè dubitari non poteſt, qui infamiâ iuris laborant, quos vtique turpitudinis vel Infamiæ, vel deteſtabilis turpitudinis notâ inuſtorum appellatione deſignauit *hac l. & d. l.3.* De aliis quæri poteſt, qui infamiâ facti tantùm laborant? De his certè accipio illa *dictæ legis 3. aut aliquam leuem notam.* Interpres ad *hanc l.* huiuſcemodi quatuor enumerat. *Meretrices* ſcilicet addita ratione, *pro libidine*: Pro inhoneſto verò affectu, *Thymelicos* (de quibus *inf.tit. de Scænicis* etiam ex Chryſoſtomo & Ariſtæneto) Theophilus quoque §.1. *Inſtit. eod. tit.* οἱ ἡνίοχοι, μῖμοι, κυνηγοὶ, καὶ οἱ ἀπὸ αἰσχρᾶς μίξεως ἐγνωσμένοι: Nempe *agitatores, mimos, arenarios, & ex turpi vulgarique conſuetudine natos*: τουτέστιν ἀπὸ πορνείας καὶ ἀπὸ ἀθεμιτογαμίας, vt ibi rectè Schol. Item *Libertos, & Natales liberos ſeu ſpurios.* Quod omne ex hac expreſſa Conſtantini M. mente non eſt, verùm ex alia parte *eiuſdem l.3. h.t.* cùm iam de iis dubitari cœpiſſet, vnde etiam habet Tribonianus adſumentum, quod legi 27. *Cod.eod.tit.* hinc alioquin deſumptæ, addidit, ad *quam l.* dicam plenius, & quidem de Naturalibus, ſpuriis & libertis. His omnibus addendi ſunt multò magis *ſerui* non neceſſarij. Verùm de his paulò plenius agit qui de Legitimâ nuper ſcripſit Merlinus *lib.1.t.2.q.13.*



¶ Sequi

¶ Sequitur tertium requiſitum in querelâ fratrum : Nempe *agnatione* tantum durante eam his tribuit *hâc l.* Conſtantinus, non etiam ſi ſoluta ea vel amiſſa ſit : cuiuſmodi amittendæ adgnationis modos tres, Interpres ad *hanc l.* notauit, Exilium, Captiuitatem, Emancipationem : de quo vel Inſtitutiones ſatis docent. Hic proinde amiſſæ agnationis effectus hoc iure notetur : cui ſimilis alter occurrit *l. vn. inf. de hæreditatis petitione.* ¶ Et ita quidem ſub tribus his conditionibus, fratribus querelam relaxat *hâc l.* Conſtantinus, & *l. 3. inf.* & nominatim quidem fratribus, at non & ſororibus : Quod eis tamen poſteà tributum §. *ſorores, Inſt. eod. tit.* vnde *d. l. 27.* additum à Triboniano, *vel ſorores.* ¶ Quare inſpectis his omnibus, eorum ſententiæ lubens accedo, qui ius prorſus nouum hâc conſtitutione inductum à Conſtantino M. credunt : vtpote cùm veteri iure, vt fratrum præteritorum, ita & extraneorum hæredum inſtitutorum diſtinctiones, quæ *hâc l.* inducuntur, non obtinuiſſe ſuadeant lex 1. *ꝟ. hoc. tit. & l. 21. Cod. eod. tit.*

¶ Cæterùm vt tribus illis, quas ediſſerui, conditionibus fratrum querelam coarctauit Conſtantinus *hâc l.* ita viceuerſa quartam *hac eadem leg.* his relaxauit, nempe *auxilij Prætorij*, petendi ſcilicet neceſſitatem, id eſt, vt fratri inofficioſi querelam moturo impetrandæ poſſeſſionis contra tabulas neceſſitas relaxetur : quæ veteri alioquin iure requirebatur, vt teſtatur Valerius Maximus, *lib. 7. c. 7.* & Plinius, *lib. 5. ep. vlt.* de quâ videndus quoque Interpres *ad l. vn. inf. de cretione, vel bonor. poſſ.* Legitimis quippe ſucceſſoribus petendæ bonorum poſſeſſionis neceſſitas relaxata fuit, *l. 1. inf. de legitimis hæreditatibus : & d. l. vn.* Quod beneficium ad fratres quoque *hac l.* extenditur. Neque ideò tamen quod nonnulli opinantur, Centumuirale iudicium hâc parte à Conſtantino M. *hac l.* abrogatum fuit : Centumuirale, inquam, in quo Prætor præſidebat, & à quo bonorum poſſeſſio impetranda erat. Cùm etiam hæc lex non ad vrbem Romam pertineat, verùm ad Magiſtratum Africæ, Lucerium inquam Verinum Vicarium Africæ ea emiſſa ſit ; vbi certè nullum erat Centumuirale iudicium, verùm Romæ tantum.

## ¶. *De* Matris *querela.*

### 11. * Idem A. ad Claudium Præſidem Daciæ.″

Licet″ Legum auctoritas, *Filiorum* potiùs″, quàm Matrum perſonis, voluit laborem incumbere, vt de inofficioſo agentes, intra præfinita″ tempora doceant″, *Nullo ſuo vitio factum, nec offenſionem ſe Parentibus præſtitiſſe, ſed iugiter obſecutos ; vt naturæ ipſius religio″ flagitabat, diſciplinam illæſam, inoffenſámque ſeruaſſe*, vt hiis probatis remoueri″ parentum valeant teſtamenta : tamen ſi *Mater* contra filij teſtamentum inofficioſi actionem inſtituat, inquiri″ dililigenter iubemus, vtrum filius nullâ iuſtâ causâ læſus, matrem nouiſſimâ læſerit voluntate, nec luctuoſam″ ei, nec legitimam reliquerit portionem, vt teſtamento remoto″ matri ſucceſſio deferatur ( ſi″ tamen defuncto conſanguinei Agnati non ſunt ſuperſtites ) an mater inhoneſtis factis, atque indecentibus votis″ filium fortè obſedit, inſidiiſque eum, vel clandeſtinis, vel manifeſtis adpetiit, vel inimicis eius ſuas amicitias copulauit″, atque in aliis ſic verſata eſt, vt *inimica* potiùs quàm *mater* crederetur : vt hoc probato, inuita etiam adquieſcat filij voluntati. Dat. VIII. Id. Febr. Serdicæ″, Criſpo Cæſ. II. & Conſtantio II. CC. Coss. [321.]

Interpretatio. *Quamuis leges filiis, ſi prætermiſſi teſtamento fuerint, maiorem quàm matribus agendi dederint poteſtatem, vt de inofficioſo matris teſtamento proponant, id eſt, ſi quarta debitæ portionis ſuæ filio dimiſſa non fuerit : ita tamen, ſi probare potuerint, quod matris in nullo læſerint pietatem, ſed ſe obſequium, vt decuit, præſtitiſſe : ſic teſtamentum matris, in quo prætermiſſi fuerint, non valebit. Nam ſi mater contra teſtamentum filij, quod inofficioſum dixerit, agat, debet diligenter requiri, ſi contra filium mater nihil egiſſe probatur, aut ſi nullis inſidiis, vel publicè, vel ſecretè eum lædere fortaſſe tentauerit, Ne forſitan conſilium aduerſus filium iuimicis ſuis, quod impium eſt, auxiliúmque præſtiterit. Quod ſi factum non fuerit, poteſt remouere prætermiſſa mater, quia ei quartam de rebus ſuis portionem filius non dimiſit, quod filius fecerat teſtamentum : ſi tamen filio frätres conſanguinei agnati, id eſt vno patre nati, aut eorum filij per virilem ſexum non eſſe probantur. Nam ſi mater, vt ſuperius dictum eſt, pro manifeſtis inimicitiis ſuis prætermiſſa docebitur, inuita adquieſcat læſi filij voluntati.*

## NOTÆ.

* Lex *Liberi* 28. *Cod. Iuſt. eod. tit.*
″ *Daciæ* Præſidem nota : in quâ etiam Daciâ, Serdica erat, vbi data hæc lex : in An. R. pro *Daciæ*, habetur, *Achaiæ.*
″ Immutata penitus hæc ſententia à Triboniano, quæ tamen huius leg. dubitandi rationem continet.
″ *l. 3. l. 5. §. 1. ꝟ. de inoff. teſtam.*
″ *Potius*, abſolutè, non comparatè : & ſic, *filiorum, non Matrum perſonis.*
″ *Quinquennij l. 5. inf.* ″ Doceant, id eſt, probent : vt *infr. de hiis probatis.*
″ Locus hic in Til. valde corruptus erat, *remoueant parentum voluntatem, teſtamenta.*
″ Pietatis religio *l. 18. Cod. eod. tit.* in examine Iudicis.
″ *Formulæ* hinc ſolemnes in hoc iudicio, *Exhæredatum iuſtas offenſionis ſeu offenſæ cauſas præſtitiſſe videri*, vel *non videri, l. 20. 22. 23. Cod. eod. tit.* vel vt Plinius loquitur, *lib. 1. epiſt. 5. iuſtas iraſcendi cauſas.*
″ *Luctuoſa* portio : de hâc mox.
″ *Reſciſſo.* Cod. Iuſt. Sed ſuprà quoque *remoueri valeant parentum teſtamenta.*
″ Omiſſum iſtud à Triboniano : de cauſa mox viderimus.
″ De *votis* his indecentibus matrum mox. Tribonianus vocem, *machinationibus* ſubſtituit.
″ *Copulauit*, id eſt, iunxit, ſociauit.



## COMMENTARIVS.

De matris querela aduerſus teſtamentum Filij, eſt hæc Conſtantini M. conſtitutio : quæ in Codicem quoque Iuſtinianeum relata eſt à Triboniano ; verùm non vnâ ratione interpolata : & inter alia quidem, dubitandi ratione, quam *huius l.* ſeries & filum exhibet, inſuper habitâ, quæ vel præcipua alioquin eius inſerta eſt. Quæſtio erat, de Matre ſiue præterita, ſiue exhæredata à filio, vel etiam cui legitimæ minus relictum fuerat, denique læſa eo teſtamento, & quidem nullâ ingratitudinis causâ expreſsâ, quam hoc æuo exprimi nil neceſſe erat, vti poſtea id neceſſe fuit, *Auth. non licet, Cod. de liber. præter.* Denique cui luctuoſam filius nec legitimam reliquerat portionem : Hîc hæredes ſcripti contendebant pro filio defuncto præſumi, ideóque matrem probare debere nullas iuſtas fuiſſe cauſas filio, cum ſe læderet teſtamento : vel ſaltem in id inquiri oportere. Mater contrà remoto teſtamento velut inofficioſo ſimpliciter ſucceſſionem ſibi deſerri poſtulabat : non aliud enim hîc *inquiri* oportere ſeu ſpectandum, quàm quod filius legitimam portionem ſibi non reliquiſſet. Et tuebatur ſeſe mater *Legum auctoritate* ſeu præiudicio, ſæuáque verborum prærogatiuâ, quod ſcilicet filiorum perſonis qui de inofficioſo querebantur, id laboris, id eſt oneris & probationis incumberet per Leges, vt de inofficioſo agentes docerent ; *Nullo vitio ſuo factum, nec offenſionem parentibus præſtitiſſe, ſed iugiter obſecutos, vt naturæ ipſius religio flagitabat, diſciplinam illæſam inoffenſámque ſeruaſſe* : Atenim nil tale de parentibus, atque adeò de Matre cautum reperiri : nil tale ei indici, vel laboris aut oneris imponi, nil tale proinde inquiri oportere. Et ſic mater differentiam hanc inducere oportebat. Hâc de re Claudius Præſes Daciæ ad Conſtantinum Imp. referendum credidit : Ad eam verò relationem emiſſum eſt hoc Imperatoris Reſcriptum, quo ſtatuitur ; etſi Legibus id cautum non reperiatur, attamen idem quoque videtur inquirendum in Matre, num iuſtas filius cauſas habuit ? Et ſic in ſumma, adæquatur mater filio. Malè enim Bartolus aliíque ſummam *huius l.* ita conficiunt, liberos exhæredatos præſumi ingratos niſi probent ſe gratos : parentes verò præſumi gratos, niſi probentur ingrati : vtroque enim caſu *h. l.* inquiſitio fieri iubetur, & pro teſtatore præſumitur : *Modus* tantum inquiſitionis diuerſus inducitur. Filiis enim hic *labor incumbat*, vt contra ſcriptos hæredes de pietate illæſa fidem facere debeant : Atenim, vbi mater læſa eſt, Inquiſitionem adhuc fieri oportere in matre, inquirique adeò diligenter à Iudice debere, num filius iuſtâ causâ irritatus aduerſus matrem fuerit. Ergo non differentia quædam ſubtilis hîc continetur, quoad præſumptionem ſeu probationem inter matrem & filium : imò contrà in hoc exæquantur : quodque Legibus ῥητῶς de filiis cautum fuerat, id ad matres *hac l.* extenditur ; ſed tantùm in modo agendi differre eos. Quæ cùm ita ſint, apparet, Tribonianum *hanc l.* minùs intellexiſſe, atque ideò cùm eam non intelligeret, variè interpolaſſe. Primò quidem, differentiâ illâ, quam dixi, inter filium & matrem propoſitâ : Secundò : exceptione hac addita, *niſi ſcripti hæredes oſtendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitiſſe* : quæ ſanè exceptio ineptè ſubiicitur, ſi ea *initio huius l.* ſententia fuit, filio probationem incumbere, non verò ſcriptis hæredibus : Adeóne verò ſtulti hæredes, vt ſe probatione onerare velint, cùm filius per Leges probationis onere grauetur, atque adeò eo nil præſtante, proculdubio hæreditas penes ipſos manſura ſit ? Tertiò & illud ineptum, quod vltimam legis ſententiam, particula aduerſatiua efferat. *Si tamen mater*, &c. quæ alternatiuè concipienda erat, vt & *hîc* concipitur : *an mater inhoneſtis factis*, &c. *an*, pro ; *an verò.* Quare iam hæc huiuſce legis ſumma fuerit, *Matre quoque querelam inofficioſi aduerſus teſtamentum mouente, in cauſas ingratitudinis inquiri oportere.* Nunc ſingularia quæ in *hac l.* multa ſunt & elegantia, ſublegamus.

Notari primùm cupio elegantem illam formulam ; *Nullo vitio ſuo factum, nec offenſionem ſe parentibus præſtitiſſe, ſed iugiter obſecutos, vt naturæ ipſius religio flagitabat, diſciplinam illæſam inoffenſámque ſeruaſſe.* Quibus exprimitur non vnâ ratione pietatis parentibus debitæ officium.

Secundò notentur illa de *luctuoſa portione matris.* Luctuoſa nempe portio parentibus eſt ea quæ iis ex liberorum hæreditate debetur : ſic luctuoſa ſucceſſio dicitur *l. vlt. Cod. de inſtitutionibus* : luctuoſa hæreditas Interpreti *ad l. vn. inf. qui petant* : triſtis ſucceſſio. §. 2. *Inſt. de S. C. Tertulliano* triſte lucrum. *l. vlt. Cod. communia de ſucceſſionib.* bonorum ſolatium, *l. 1. infr. de cretione, vel bonor. poſſ.* durum fortunæ ſolatium, l. *ſi qua mulier*, *Cod. ad S. C. Tertull.* propter turbatum videlicet mortalitatis ordinem, præter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem, vt eleganter Papinianus loquitur in *l. nam etſi 15. ꝟ. de inoffic. teſtam.* & Papiniani ipſius monumentum, quod ipſi Papiniano parentes condiderunt, *præter præpoſteritatem naturæ, qua infeliciſſimè parens filio tumulum condit*, vt habet vetus quædam Inſcriptio : malè indicantibus fatis, vt Horatius loquitur : Quam ordinis præpoſterationem, præter Papinianum, notant Seruius, *in 11. Æneid.* & Auſonius, *in Epitaphiis Heroüm cap. 7.* & antiqua inſcriptio : *Mors immatura fecit, vt facerent filio parentes contra ordinem.* Itaque & *retrogradus ordo* dicitur in altera inſcriptione. Luctuoſa igitur portio eſt quæ non naturali ratione debetur, *l. 7. §. 1. ꝟ. vnde liberi : & l. 7. ꝟ. de bonis damnatorum* : ſed ratione tantùm miſerationis ; *d. §. 1.* Baſil. Sel. *orat. de Eliſ.* αὕτη γὰρ ἀκολουθία τῆς φύσεως, ἵνα τὰ τέκνα προπέμπῃ τοὺς τεκόντας. i. *Hæc eſt naturæ, vt filij conuenientia parentes proſequantur.* Omitto innumera alia.

Tertiò notetur limitatio, *ſi tamen defuncto conſanguinei agnati non ſunt ſuperſtites.* Quæ omiſſa à Tribon. Eſt hoc iuris ſcilicet priſci, & SC Tertulliani veſtigium, quo ſcilicet fratres conſanguinei exiſtentes matrem excludebant, quod ius à Iuſtiniano temperatum fuit, *l. vlt. Cod. ad Tertull.* de quo dicam adhuc ad *l. 2. inf. de legitimis hæreditat. & l. 2. infr. de ſecundis nupt.*

Quartò *Cauſæ legitimæ* exhæredandæ matris hæ quatuor notentur : 1. ſi inhoneſtis factis atque indecentibus votis filium fortè obſedit 2. ſi inſidiis eum vel clandeſtinis vel manifeſtis adpetiit 3. ſi inimicis

micis eius ſuas amicitias copulauit 4. ſi denique in aliis ita verſata eſt, vt inimica potiùs quàm mater crederetur, vbi *inboneſta facta & indecentia vota*, quibus filium mater obſediſſe dicitur, variam explicationem recipiunt. Poſſit enim hoc accipi de ſceleſto filij complexu, quo mater filium adigere aſſiduè voluit: poſſit accipi de deuotionibus, defixionibus, & magicis ſuſurris & apparatu, de quibus *ad titulum de maleficis*: poſſit accipi de votis ſceleſtis, quibus filium ſublatum volebat, contra *votum pietatis*, vt eſt in *inſcript. veteri*: etiam fortè mathematicis conſultis: de cuiuſmodi alioquin votis, ſed filiorum, de Matris, alteriúſue proximi fine; Iuuenalis *ſatyra 3. & 6.* Perſius *ſatyra* 1. & Petronius. Hanc verò *votorum* appellationem hic ſuſtulit Tribonianus, & vocem *machinationib.* ſubſtituit. Notanda & inter cæteras exhæredandæ matris cauſas, hæc; *ſi inimicis filij, ſuas amicitias copulauit.* Quod Interpres ita accepit, *ſi conſilium aduerſus filium ſuum inimicis ſuis, quod impium eſt, auxiliúmque præſtiterit.* Ea verò quoque amittendi feudi cauſa iuſta eſt, ſi Vaſſallus cum inimicis Patroni ſui amicitias iungat conſpirétque, vt rectè *hic* Gloſſ. & Bald. *conſ. 250. vol. 2.* & vid. 2. *Feudorum, 57.* Similiter liberti cum inimicis contra Dominos conſpirantes, metalli pœna afficiuntur, *l. 1. §. 10. π. de officio P. V.* Et ſic amicus inimici mei, hac ratione & parte inimicus meus eſt: vbi ſcilicet agitur de perſonis ita naturali vel ciuili nexu coniunctis. Atenim vt Caſtrenſis *hic* rectè ait, ſi de coniungenda tantùm amicitia agatur, ſecus in extraneis qui nullo nobis obſequij vinculo deuincti ſunt: quin alioquin humanæ ſocietatis vinculum hac ratione diſſuas, quæ iubet reſpondere in amore iis à quibus prouocêre.

---

## ¶ FRATRES, *quibuſnam perſonis inſtitutis, de inofficioſo agere poſſint.*

### III. * Idem A. ad Concilium" Bizacinorum."

SERVVS neceſſarius hæres inſtituendus" eſt, quia non magis patrimonium, quàm infamiam" conſequi videtur. Vnde claret, actionem inofficioſi fratribus relaxatam", cùm infamiæ aſpergitur vitiis is qui hæres extitit", omniáque fratribus tradi, quæ per turpitudinem, aut aliquam leuem" notam capere non poteſt inſtitutus: Ita in hac quoque parte, ſi quando Libertis hæredibus inſtitutis fratres fuerint alieni", inofficioſi actione propoſitâ, præualeant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam" ad Libertos voluerat pertinere. Dat. VII." Kalend. Aug. Coloniæ Agrippinæ, Pacatiano & Hilariano COSS. [332.]

INTERPRETATIO. *Si ſeruo pro neceſſitate debiti à domino cum libertate hæreditas fuerit dimiſſa, quia huiuſmodi perſona videtur infamis, germanis fratribus, qui prætermiſſi ſunt, agendi contra teſtamentum datur facultas: vt remota infami perſona, ſalua tamen quam meruit libertate, hæreditatem germani fratres ad ſe debeant reuocare. Nam & ſi prætermiſſis fratribus liberti per teſtamentum hæredes fuerint inſtituti, ſimili modo germani defuncti eos à bonis fraternæ hæreditatis excludent, ſibique omnia quæ reliquerit vindicabunt.*

## NOTÆ.

* *Legis fratres 27. Cod. eod. tit.* poſtrema pars hinc interpolata eſt, & in contrarium planè ſenſum detorta. Iungenda autem huic eſt *lex 1. inf. de libertis, & eorum liberis.*

" Ad *Concilium* Byzacenorum. Similem inſcriptionem v. *l. 15. inf. de appellationib.* dicam in Prolegom.

" Byzacenorum, *d. l. 1.* de Byzacena Africæ prouinciâ, v. & *l. 12. infr. de diu. officiis: l. vlt. infr. de ſuſceptorib. l. 59. 60 inf. de Decurionib. l. 29. inf. de annona & trib. l. 1. infr. de conlat. donat.*

" De huius loci lectione & ſententiâ mox.

" Ex venditione bonorum: de quo mox:

" Huius conſequentiæ vim *in Commentario* eruo.

" *Relaxatam*, id eſt, permiſſam, liberam, licitam, competere, v. *Gloſſ. Theod.*

" *Exiſtit.*

" In hoc reſpondet d. lex 1. *inf de libertis*, quæ huic coniungenda eſt: ibi, *ſi* LEVIS *offenſa contraxerint culpam.*

" *Itaque.* vel, *Item.*

" Id eſt, præteriti, protriti, exhæredati.

" *Qui perperam & non bene merentes maximiſque beneficiis ſuum Patronum adſecuti, inſtituti ſunt.* Ita Tribonianus *d. l. fratres*: de quâ interpolatione mox.

" *d. l. 1. de libertis.*

" *ꝶ. Adrimitinæ*: de quo mox.

## COMMENTARIVS.

FRATRES, haud aliter quàm infami perſona inſtituta, LIBERTIS quoque hæredibus inſtitutis, defuncti fratris hæreditatem per querelam inofficioſi euocare poſſe, definit Conſtantinus M. *hac l.* Quæ quidem lex pars eſt prolixioris Conſtantineæ conſtitutionis de *Libertis* ad Concilium Byzacenorum emiſſæ, redditæque *Colonia Adrimitinæ* cuius pars adhuc altera exſtat in *l. 1. inf. de libertis*, quæ huic noſtræ proinde coaſſanda venit: Dixi redditam *Coloniæ Adrimitinæ*, ita enim repono in ſubſcriptione *huius l. & d. l. 1.* loco *Coloniæ Agrippinæ*. Nam cum certùm ſit, eo anno quo hæc conſtitutio data eſt, id eſt, A. D. 332. Conſtantinum, non in Gallia, verùm longo inde intrruallo, vel

Marcia



Marcianopoli, vel Conſtantinopoli egiſſe, vt docet lex 4. *inf. de liberali causâ*, & *l. 4. inf. de ſponſalib.* denique conſtet, Conſtantinum in Oriente verſatum eo anno, non autem in Gallia (quò poſt Annum Domini 316. nunquam acceſſit) neceſſe eſt hîc aliud quid reponamus. Igitur reſtituendum omninò *Coloniæ Adrimitinæ* (quæ hodie *Macomedia*) nomen: vbi hæc lex *data*, id eſt reddita fuerit. Hæc ſcilicet Byzacenæ prouinciæ, *ad* cuius *concilium* hæc conſtitutio emiſſa eſt, metropolis fuit. Cyprianus quoque, *ep. 45.* nominatim *Coloniam Adrimetinam* appellat. Et in Itinerario Pentingeriano quod circa hæc ipſa tempora ſcriptum eſt; *Colon. Hadrimeto.* In Itinerario Antonini frequens quoque eius mentio, *p. 92. 93. 94.* vbi pariter vocatur *Hadrimetum colonia.* Fit & mentio *in Itinerario maritimo*, *p. 211.* Æthicus *in Coſmographia*, *p. 47.* *Byzacium, vbi eius* METROPOLIS *ciuitas Hadrumetus ſita eſt.* Procopio *Adrametum*, quam Iuſtinianus muro muniuit, & à ſe Iuſtinianam *appellauit, lib. 6. περὶ κτισμάτων.* Caue autem ne hanc confundas, quod faciunt nonnulli, cum *Hadramitto Aſiæ*, prope Pergamum. Quæ cùm ita ſint, probanda non eſt Valeſij ſententia *in geſtis veterum Francorum*, *lib. 1.* qui ex *huius leg. & d. l. 1. inf. de libertis* ſubſcriptione colligebat, Conſtantinum, Gallias, etſi filiis alij poſt alium commiſſas, non raro inuiſiſſe, ac inſpexiſſe; & hoc quidem etiam, Conſulatu, ſeu A. D. 332. Coloniam Agrippinam petiiſſe, & quidem vt ipſe cenſet, vt cum Francorum Regibus colloqueretur, quos ab Agrippinâ Rhenus diuidebat: quæ omnia falſa ſunt. Nunc ad rem, ſeu legem ipſam: cuius ſummam initio expreſſimus. In eâ verò multa obſcura occurrunt. 1. Quæ, inquam ſententia ſit primi verſiculi, qui eſt *de neceſſario ſeruo* inſtituenda. 2. Quæ item *ἀκολουθία* ſequentium, ſeu quo ratiocinationis vinculo cætera, cum illa cohæreant, quæ alioquin verbis illis exprimitur, *vnde claret.* 3. Item quomodo cohæreant illa, *ita in hac quoque parte.* 4. Denique obſcurum eſſe poſſit, num hæc lex de libertis omnibus indiſtinctè accipienda ſit, an verò de ingratis tantum? Hanc vltimam quæſtionem excutere primo loco libet, ex quâ, cæterarum deciſio, vel illuſtratio pendebit. Igitur ità cenſeat quis, de Ingratis libertis hanc leg. accipiendam, & quatuor quidem argumentis. Primùm, *argumento d. l. 1. inf. de Libertis*, quam huic coaſſandam oſtendimus: Agitur quippe *ea leg.* de Libertis ingratis ob leuem etiam offenſam ſub Patroni imperium & ditionem reuocandis, quæ verba etiam huius leg. verbis reſpondent. Secundò, argumento extremorum *huius leg.* verborum: *quas ille* PERPERAM *ad libertos voluerat pertinere.* Tertiò, generali illâ ratione, quâ fratribus querela aduerſus fratris teſtamentum tribuitur, ſi videlicet hæres inſtitutus aliquâ NOTA vel INFAMIA adſpergatur: nota, inquam, vel leui, putà Ingratitudinis. Poſtremò, argumento eorum quæ *initio huius leg.* dicuntur, de ſeruo neceſſario hærede inſtituendo: hoc forte ſenſu; ſcilicet, quemadmodum huiuſmodi hæredi infamiæ conditio quædam implexa eſt (vtpote cùm ex bonorum venditione infamiam conſecuturus ſit, famam ſuam pro defuncto exponendo, diſtractis bonis, non defuncti, verùm ſuo nomine) eique frater ſi velit hæreditatem auocare poteſt, ſaluâ tamen libertate, vt Interpres hîc addit, vtpote cùm licèt in præſens nondum infamis ſit, quo tempore hæreditas ei defertur, futurum tamen eſt, vt venditione ſubſecutâ infamis fiat: *Huiuſmodi perſona*, inquit Interpres, *videtur infamis.* Quare & hac quoque parte, vbi de libertis ingratis quæritur, idem ſtatui oporteat: Nam etſi, quo tempore hæreditas eis defertur, infamiæ nota non adſpergantur, futurum tamen eſt, vt ingratitudinis causâ probatâ, infames fiant. Proinde ſi hæc interpretatio admittitur, harum legum inter ſe coniunctarum ſpecies & ſententia hæc fuerit. Quærebatur, an Liberto hærede inſtituto fratri permittendum eſſet ad auocandam per inofficioſi querelam, fratris hæreditatem, oſtendere, docere, ſeu probare, libertum inſtitutum etiam ex leui aliquâ offenſâ aduerſus defunctum ingratum fuiſſe? Reſpondere igitur videatur Imperator, libertos ingratos iure ciuili exoſiſſimos eſſe: ſic vt ob leuem etiam offenſam in ſeruitutem rurſus reuocari poſſent; *d. l. 1.* (quæ cum hac coniungenda eſt.) Quantò magis hæreditatem eis Patroni ob ingrati vitium auocari poſſe? Proinde permittendum vel illud fratribus, vt probato ingrati vitio per querelam inofficioſi fraternam hæreditatem ſibi vindicent, qui libertos in ſeruitutem reuocare amplius non poſſunt: v. *Nou. Valentin. 6.* ſeu ſaluâ libertate. Itaque ſingulare hoc admodum fuerit. Primùm, vt ingrati actio ei competat, qui libertatêm non contulit: deinde, vt ingrati actio inſtituatur non ad libertatem reuocandam, ſed libertate ſaluâ, ad hæreditatem ſaltem auocandam. Verùm hæc omnia gratis dici puto, eaque mihi ſententia magis probatur, quæ etiam Interpreti placuit, & ad *hanc l.* & ad *l. ſuprà*, hâc lege à Conſtantino M. indiſtinctè, indefinitè, Liberto à patrono ſuo hærede inſtituto, etſi non ingrato, fratrem aduerſus fratris teſtamentum querelam ad auocandam hæreditatem tribui: Primò quidem generalibus *huius leg.* verbis: *ſi quando*, inquit, *Libertis hæredibus inſtitutis fratres fuerint alieni*: &c. Secundò, argumento oppoſitionis quæ fit, ſerui hæredis neceſſarij inſtituti, primis *huius l.* verbis, quorum ſenſum hunc puto, tùm demùm inſtituto quamlibet infami hæreditatem auocari non poſſe, ſi inſtitutus neceſſarius hæres ſit, & per hoc infamis exinde fiat: Illud inquam, quod de Neceſſario ſeruo hærede inſtituto *huius leg. initio* præmittitur rectè intellectum, hanc vt dixi ſententiam omninò confirmat. Rectè, inquam, intellectum: Non vt Interpres & poſt eum Viglius id perperam intellexit contrario planè ſenſu, ſed vt à Triboniano paulò clarius expreſſum eſt *fine d. legis, fratres* 27. Nempe fratrem ſeruo neceſſario hæredi inſtituto, per querelam inofficioſi fratris hæreditatem auocare non poſſe: Ac ſi diceret, ne frater poſſit auocare hæreditatem à Liberto, neceſſe eſt, vt inſtitutus neceſſarius hæres ſit, pérque hæreditatem infamis fiat. Neque placet omninò Græcorum ratio (apud Viglium & Cuiacium *17. obſ. vlt.*) à re pecuniaria deſumpta, hoc ideò inductum, quod fruſtra permitteretur fratri querela inofficioſi teſtamenti, vbi hæreditas ſoluendo non eſt: vera enim ratio eſt, quæ *hac l.* redditur, *quia ſeruus neceſſarius hæres inſtitutus non magis patrimonium quàm infamiam conſequi videtur.* Tertiò, ipſâ Ratione confirmatur hæc ſententia, quod permittendum non ſit, libertum non modo nulla ſanguinis neceſſitate defuncto coniunctum fratri præferri; verùm & qui in fratris familiâ olim ſeruus fuit: Atque ita qui ſerui exinde nota adhuc aſpergitur. Nam & ita Conſtantius, Conſtantini M. filius, donationem bonorum à Patrono liberto factam propter adgnationem liberorum reuocari, & ab eo auocari voluit, famoſiſſimâ *l. ſi vnquam. inf. de reuoc. donationib.* Quæ vtique non auocabatur, ſi alij donatio facta fuiſſet, vt docet Auguſtinus *de vita Clericorum*, de quo pleniùs *ad eam leg.* Iniquum ſcilicet foret, præferri in his bonis libertum Patro-

micis eius ſuas amicitias copulauit 4. ſi denique in aliis ita verſata eſt, vt inimica potiùs quàm mater crederetur, vbi *inhoneſta facta & indecentia vota*, quibus filium mater obſediſſe dicitur, variam explicationem recipiunt. Poſſit enim hoc accipi de ſceleſto filij complexu, quo mater filium adigere aſſiduè voluit: poſſit accipi de deuotionibus, defixionibus, & magicis ſuſurris & apparatu, de quibus *ad titulum de maleficis*: poſſit accipi de votis ſceleſtis, quibus filium ſublatum volebat, contra *votum pietatis*, vt eſt in *inſcript. veteri*: etiam fortè mathematicis conſultis: de cuiuſmodi alioquin votis, ſed filiorum, de Matris, alteriúſue proximi fine; Iuuenalis *ſatyra* 3. & 6. Perſius *ſatyra* 1. & Petronius. Hanc verò *votorum* appellationem hic ſuſtulit Tribonianus, & vocem *machinationib.* ſubſtituit. Notanda & inter cæteras exhæredandæ matris cauſas, hæc; *ſi inimicis filij, ſuas amicitias copulauit*. Quod Interpres ita accepit, *ſi conſilium aduerſus filium ſuum inimicis ſuis, quod impium eſt, auxiliúmque præſtiterit*. Ea verò quoque amittendi feudi cauſa iuſta eſt, ſi Vaſſallus cum inimicis Patroni ſui amicitias iungat conſpirétque, vt rectè *hic* Gloſſ. & Bald. *conſ.* 250. *vol.* 2. & vid. 2. *Feudorum*, 57. Similiter liberti cum inimicis contra Dominos conſpirantes, metalli pœna afficiuntur, *l.* 1. §. 10. *π. de officio P. V.* Et ſic amicus inimici mei, hac ratione & parte inimicus meus eſt: vbi ſcilicet agitur de perſonis ita naturali vel ciuili nexu coniunctis. Atenim vt Caſtrenſis *hic* rectè ait, ſi de coniungenda tantùm amicitia agatur, ſecus in extraneis qui nullo nobis obſequij vinculo deuincti ſunt: quin alioquin humanæ ſocietatis vinculum hac ratione diſſuas, quæ iubet reſpondere in amore iis à quibus prouocêre.

## ¶ FRATRES, *quibuſnam perſonis inſtitutis, de inofficioſo agere poſſint.*

### III. * Idem A. ad Concilium″ Bizacinorum.″

SERVVS neceſſarius hæres inſtituendus″ eſt, quia non magis patrimonium, quàm infamiam″ conſequi videtur. Vnde claret, actionem inofficioſi fratribus relaxatam″, cùm infamiæ aſpergitur vitiis is qui hæres extitit″, omniáque fratribus tradi, quæ per turpitudinem, aut aliquam leuem″ notam capere non poteſt inſtitutus: Ita in hac quoque parte, ſi quando Libertis hæredibus inſtitutis fratres fuerint alieni″, inofficioſi actione propoſitâ, præualeant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam″ ad Libertos voluerat pertinere. Dat. VII.″ Kalend. Aug. Coloniæ Agrippinæ, Pacatiano & Hilariano COSS. [332.]

INTERPRETATIO. *Si ſeruo pro neceſſitate debiti à domino cum libertate hæreditas fuerit dimiſſa, quia huiuſmodi perſona videtur infamis, germanis fratribus, qui prætermiſſi ſunt, agendi contra teſtamentum datur facultas: vt remota infami perſona, ſalua tamen quam meruit libertate, hæreditatem germani fratres ad ſe debeant reuocare. Nam & ſi prætermiſſis fratribus liberti per teſtamentum hæredes fuerint inſtituti, ſimili modo germani defuncti eos à bonis fraternæ hæreditatis excludent, ſibique omnia quæ reliquerit vindicabunt.*

## NOTÆ.

* *Legis fratres* 27. *Cod. eod. tit.* poſtrema pars hinc interpolata eſt, & in contrarium planè ſenſum detorta. Iungenda autem huic eſt *lex* 1. *inf. de libertis, & eorum liberis.*

″ Ad *Concilium* Byzacenorum. Similem inſcriptionem v. *l.* 15. *inf. de appellationib.* dicam in Prolegom.

″ Byzacenorum, *d. l.* 1. de Byzacena Africæ prouinciâ, v. & *l.* 12. *infr. de diu. officiis: l. vlt. infr. de ſuſceptorib. l.* 59. 60 *inf. de Decurionib. l.* 29. *inf. de annona & trib. l.* 1. *infr. de conlat. donat.*

″ De huius loci lectione & ſententiâ mox.

″ Ex venditione bonorum: de quo mox:

″ Huius conſequentiæ vim *in Commentario* eruo.

″ *Relaxatam*, id eſt, permiſſam, liberam, licitam, competere, v. *Gloſſ. Theod.*

″ *Exiſtit.*

″ In hoc reſpondet d. lex 1. *inf. de libertis*, quæ huic coniungenda eſt: ibi, *ſi* LEVIS *offenſa contraxerint culpam.*

″ *Itaque.* vel, *Item.*

″ Id eſt, præteriti, protriti, exhæredati.

″ *Qui perperam & non bene merentes maximiſque beneficiis ſuum Patronum adſecuti, inſtituti ſunt.* Ita Tribonianus *d. l. fratres*: de quâ interpolatione mox.

″ *d. l.* 1. *de libertis.*

″ *R. Adrimitinæ*: de quo mox.

## COMMENTARIVS.

FRATRES, haud aliter quàm infami perſona inſtituta, LIBERTIS quoque hæredibus inſtitutis, defuncti fratris hæreditatem per querelam inofficioſi euocare poſſe, definit Conſtantinus M. *hac l.* Quæ quidem lex pars eſt prolixioris Conſtantineæ conſtitutionis de *Libertis* ad Concilium Byzacenorum emiſſæ, redditæque *Coloniæ Adrimitinæ* cuius pars adhuc altera exſtat in *l.* 1. *inf. de libertis*, quæ huic noſtræ proinde coaſſanda venit: Dixi redditam *Coloniæ Adrimitinæ*, ita enim repono in ſubſcriptione *huius l.* & *d. l.* 1. loco *Coloniæ Agrippinæ*. Nam cum certùm ſit, eo anno quo hæc conſtitutio data eſt, id eſt, A. D. 332. Conſtantinum, non in Gallia, verùm longo inde interuallo, vel Marcianopoli, vel Conſtantinopoli egiſſe, vt docet lex 4. *inf. de liberali cauſâ*, & *l.* 4. *inf. de ſponſalib.* denique conſtet, Conſtantinum in Oriente verſatum eo anno, non autem in Gallia (quò poſt Annum Domini 316. nunquam acceſſit) neceſſe eſt hîc aliud quid reponamus. Igitur reſtituendum omninò *Coloniæ Adrimitinæ* (quæ hodie *Macomedia*) nomen: vbi hæc lex *data*, id eſt reddita fuerit. Hæc ſcilicet Byzacenæ prouinciæ, *ad* cuius *concilium* hæc conſtitutio emiſſa eſt, metropolis fuit. Cyprianus quoque, *ep.* 45. nominatim *Coloniam Adrimetinam* appellat. Et in Itinerario Pentingeriano quod circa hæc ipſa tempora ſcriptum eſt; *Colon. Hadrimeto.* In Itinerario Antonini frequens quoque eius mentio, *p.* 92. 93. 94. vbi pariter vocatur *Hadrimetum colonia.* Fit & mentio *in Itinerario maritimo*, *p.* 211. Æthicus *in Coſmographia*, *p.* 47. *Byzacium, vbi eius* METROPOLIS *ciuitas Hadrumetus ſita eſt.* Procopio *Adrametum*, quam Iuſtinianus muro muniuit, & à ſe Iuſtinianam *appellauit*, *lib.* 6. περὶ κτισμάτων. Caue autem ne hanc confundas, quod faciunt nonnulli, cum *Hadramitto Aſiæ*, prope Pergamum. Quæ cùm ita ſint, probanda non eſt Valeſij ſententia *in geſtis veterum Francorum*, *lib.* 1. qui ex *huius leg.* & *d. l.* 1. *inf. de libertis* ſubſcriptione colligebat, Conſtantinum, Gallias, etſi filiis alij poſt alium commiſſas, non rarò inuiſiſſe, ac inſpexiſſe; & hoc quidem etiam, Conſulatu, ſeu A. D. 332. Coloniam Agrippinam petiiſſe, & quidem vt ipſe cenſet, vt cum Francorum Regibus colloqueretur, quos ab Agrippinâ Rhenus diuidebat: quæ omnia falſa ſunt. Nunc ad rem, ſeu legem ipſam: cuius ſummam initio expreſſimus. In eâ verò multa obſcura occurrunt. 1. Quæ, inquam ſententia ſit primi verſiculi, qui eſt *de neceſſario ſeruo* inſtituenda. 2. Quæ item ἀκολουθία ſequentium, ſeu quo ratiocinationis vinculo cætera, cum illa cohæreant, quæ alioquin verbis illis exprimitur, *vnde claret*. 3. Item quomodo cohæreant illa, *ita in hac quoque parte*. 4. Denique obſcurum eſſe poſſit, num hæc lex de libertis omnibus indiſtinctè accipienda ſit, an verò de ingratis tantum? Hanc vltimam quæſtionem excutere primo loco libet, ex quâ, cæterarum deciſio, vel illuſtratio pendebit. Igitur ità cenſeat quis, de Ingratis libertis hanc leg. accipiendam, & quatuor quidem argumentis. Primùm, *argumento d. l.* 1. *inf. de Libertis*, quam huic coaſſandam oſtendimus: Agitur quippe *ea leg.* de Libertis ingratis ob leuem etiam offenſam ſub Patroni imperium & ditionem reuocandis, quæ verba etiam huius leg. verbis reſpondent. Secundò, argumento extremorum *huius leg.* verborum: *quas ille* PERPERAM *ad libertos voluerat pertinere.* Tertiò, generali illâ ratione, quâ fratribus querela aduerſus fratris teſtamentum tribuitur, ſi videlicet hæres inſtitutus aliquâ NOTA vel INFAMIA adſpergatur: nota, inquam, vel leui, puta Ingratitudinis. Poſtremò, argumento eorum quæ *initio huius leg.* dicuntur, de ſeruo neceſſario hærede inſtituendo: hoc forte ſenſu; ſcilicet, quemadmodum huiuſmodi hæredi infamiæ conditio quædam implexa eſt (vtpote cùm ex bonorum venditione infamiam conſecuturus ſit, famam ſuam pro defuncto exponendo, diſtractis bonis, non defuncti, verùm ſuo nomine) eique frater ſi velit hæreditatem auocare poteſt, ſaluâ tamen libertate, vt Interpres hîc addit, vtpote cùm licèt in præſens nondum infamis ſit, quo tempore hæreditas ei defertur, futurum tamen eſt, vt venditione ſubſecutâ infamis fiat: *Huiuſmodi perſona*, inquit Interpres, *videtur infamis.* Quare & hac quoque parte, vbi de libertis ingratis quæritur, idem ſtatui oporteat: Nam etſi, quo tempore hæreditas eis defertur, infamiæ nota non adſpergantur, futurum tamen eſt, vt ingratitudinis cauſâ probatâ, infames fiant. Proinde ſi hæc interpretatio admittitur, harum legum inter ſe coniunctarum ſpecies & ſententia hæc fuerit. Quærebatur, an Liberto hærede inſtituto fratri permittendum eſſet ad auocandam per inofficioſi querelam, fratris hæreditatem, oſtendere, docere, ſeu probare, libertum inſtitutum etiam ex leui aliquâ offenſâ aduerſus defunctum ingratum fuiſſe? Reſpondere igitur videatur Imperator, libertos ingratos iure ciuili exoſiſſimos eſſe: ſic vt ob leuem etiam offenſam in ſeruitutem rurſus reuocari poſſent; *d. l.* 1. (quæ cum hac coniungenda eſt.) Quantò magis hæreditatem eis Patroni ob ingrati vitium auocari poſſe? Proinde permittendum vel illud fratribus, vt probato ingrati vitio per querelam inofficioſi fraternam hæreditatem ſibi vindicent, qui libertos in ſeruitutem reuocare amplius non poſſunt: v. *Nou. Valentin.* 6. ſeu ſaluâ libertate. Itaque ſingulare hoc admodum fuerit. Primùm, vt ingrati actio ei competat, qui libertatem non contulit: deinde, vt ingrati actio inſtituatur non ad libertatem reuocandam, ſed libertate ſaluâ, ad hæreditatem ſaltem auocandam. Verùm hæc omnia gratis dici puto, eaque mihi ſententia magis probatur, quæ etiam Interpreti placuit, & ad *hanc l.* & ad *l. ſuprà*, hâc lege à Conſtantino M. indiſtinctè, indefinitè, Liberto à patrono ſuo hærede inſtituto, etſi non ingrato, fratrem aduerſus fratris teſtamentum querelam ad auocandam hæreditatem tribui: Primò quidem generalibus *huius leg.* verbis: *ſi quando*, inquit, *Libertis hæredibus inſtitutis fratres fuerint alieni*: &c. Secundò, argumento oppoſitionis quæ fit, ſerui hæredis neceſſarij inſtituti, primis *huius l.* verbis, quorum ſenſum hunc puto, tùm demùm inſtituto quamlibet infami hæreditatem auocari non poſſe, ſi inſtitutus neceſſarius hæres ſit, & per hoc infamis exinde fiat: Illud inquam, quod de Neceſſario ſeruo hærede inſtituto *huius leg. initio* præmittitur rectè intellectum, hanc vt dixi ſententiam omninò confirmat. Rectè, inquam, intellectum: Non vt Interpres & poſt eum Viglius id perperam intellexit contrario planè ſenſu, ſed vt à Triboniano paulò clarius expreſſum eſt *fine d. legis*, *fratres* 27. Nempe fratrem ſeruo neceſſario hæredi inſtituto, per querelam inofficioſi fratris hæreditatem auocare non poſſe: Ac ſi diceret, ne frater poſſit auocare hæreditatem à Liberto, neceſſe eſt, vt inſtitutus neceſſarius hæres ſit, pérque hæreditatem infamis fiat. Neque placet omninò Græcorum ratio (apud Viglium & Cuiacium 17. *obſ. vlt.*) à re pecuniaria deſumpta, hoc ideò inductum, quod fruſtra permitteretur fratri querela inofficioſi teſtamenti, vbi hæreditas ſoluendo non eſt: vera enim ratio eſt, quæ *hac l.* redditur, *quia ſeruus neceſſarius hæres inſtitutus non magis patrimonium quàm infamiam conſequi videtur.* Tertiò, ipſâ Ratione confirmatur hæc ſententia, quod permittendum non ſit, libertum non modo nulla ſanguinis neceſſitate defuncto coniunctum fratri præferri; verùm & qui in fratris familiâ olim ſeruus fuit: Atque ita qui ſerui exinde nota adhuc aſpergitur. Nam & ita Conſtantius, Conſtantini M. filius, donationem bonorum à Patrono liberto factam propter adgnationem liberorum reuocari, & ab eo auocari voluit, famoſiſſimâ *l. ſi vnquam. inf. de reuoc. donationib.* Quæ vtique non auocabatur, ſi alij donatio facta fuiſſet, vt docet Auguſtinus *de vita Clericorum*, de quo pleniùs *ad eam leg.* Iniquum ſcilicet foret, præferri in his bonis libertum Patroni

ni liberi: Inimicum nempe cœteroquin hoc ſæculum valde libertis fuit, & Conſtanticus M. nominatim, etſi non ingratis, de quo dicam ad *d. l. ſi vnquam.* Vt ex his intelligatur multò faciliùs reuocari beneficium collatum in libertos, quàm in alios extraneos. Quare & lex hæc accipienda multò magis fuerit de Orcinis, ſeu de teſtamento manumiſſis libertis, quos ſcilicet testator mera voluntate liberis & hæredes in teſtamento, cùm ſoluendo eſſet, præteritis fratribus inſtituit. Quo caſu certè Græci, *notis ad d. l. 27.* (quæ ex *hac lege* partim deſumpta eſt) notant, præteritum fratrem huic ſeruo, εὐπόρου οὐσίας ὄντος (neque enim locus ille ſollicitandus, vt fecit Cuiacius 17. *obſ. vlt.*) præferri, exemplo ſubſtituti, *l. vlt. C. de neceſſ. hæred. inſt.* Et hac ratione quod ſeruilis conditionis atque adeò notæ calens ſit & recens in his memoria; heri videlicet ſerui, hodie liberi, & vt Perſius loquitur; *heſterni Quirites*. Tandem hoc eſt quod ex veteri iure Conſtantinum retinuiſſe iam anteà oſtendi ad *l. 1. ſup.* leui denique adhuc nota libertos aſpergi fatendum eſt, ac maximè Latinos libertos, quos idem Conſtantinus *l. 3. inf. ad S. C. Claudianum* ſpurios libertorum eleganter vocauit. Quarto loco & hæc ratio addatur, ex fine ſiue ſcopo Conſtantini, qui fuiſſe videtur, vt *blanditiis* & aucupiis huiuſmodi libertorum qui apud patronos in delitiis erant, & ab his nihil non impetrabant, occurreret. Accedat & quinto loco Interpretis ad *hanc l.* & *l. 1. ſup.* præiudicium, qui omninò in hac ſententia eſt, etſi in interpretatione primæ ſententiæ de ſeruo neceſſario hærede, labatur. Sexto loco, Tribonianeæ quoque interpolationis argumento id confirmari poteſt, qui & ipſe admittit, vt Liberto frater hæreditatem auocare poſſit: Duobus tantùm caſibus exceptis (cùm *hac l.* vnus tantùm vt dixi excipiatur.) Primò, ſi libertus ſit neceſſarius hæres inſtitutus. Secundò (quod ſub Conſtantini nomine perperàm allegatur) ſi libertus maximis beneficiis ſuum Patronum adſecutus fuerit, vbi *beneficij* vox retinenda eſt, propriòque ſignificatu accipienda, non verò mutanda in *Veneficiis*, vel accipienda pro maligna fraude, malis artibus & delictis, vt Viris doctis viſum: Nempe enim ſecunda *ibi* exceptio indicatur ſeu ſecundus caſus, quo frater liberto inſtituto fraternam hæreditatem auocare non poteſt. Septimum argumentum peto ab huius ſæculi genio, quod, vt dixi, libertis maximè inimicum fuit, atque in eorum fauorem, ſanguine & neceſſariis fraudandis facta, de facili reuocare inſtituit, vt ex *d. l. ſi vnquam, inf. de reuoc. donat.* liquet. Vid. & *l. 2. inf. de natural. fil.* Poſtremò de eo iure, quod Conſtantinum M. præceſſit id obtinuiſſe, colligi poſſit ex *lege 31. §. 1. π. de inoff. teſtam.* *Quantum* inquit, *ad inofficioſi liberorum vel parentum querelam pertinet, nihil intereſt, quis ſit hæres ſcriptus, ex liberis, an extraneis, vel municipibus.* Ac ſi diceret I. Conſultus, κατ' ἀντιδιαστολήν. quantum ad inofficioſi fratrum querelam attinet intereſſe quis ſit hæres ſcriptus, liberne, an ſeruus, extraneus, & ſic libertus quoque, an ex familia & adgnatus. ¶ At inquies adhuc, *lex 1. inf. de libertis* (quæ huic coniungenda eſt) de *ingratis libertis* nominatim agit? Eſto; Nempe integra Conſtantini M. conſtitutione, quæ in Libertos fuit, duo capita comprehenſa fuerunt: vnum de ingratis libertis; alterum, de libertis indiſtinctè & in commune. Illud, ad reuocationem libertatis, iſtud ad reuocationem bonorum eis in præiudicium ſanguinis relictorum. Ingratitudo menſe requiritur, vt libertas eorum reuocetur: at vt bona eis relicta à germanis fratribus Patroni adimantur, ſufficit vel eorum ſtatus, id eſt, eos libertos eſſe, hodie liberos, nuper ſeruos. Rurſum inquies, ipſum Conſtantinum M. *l. 1. h. t.* Fratri tum demum querelam tribuiſſe, ſi hærede inſtituto iuuſtæ eſſent notæ deteſtabilis turpitudinis, cuiuſmodi libertus non eſt. Nempe hæc tum illi mens fuit, atenim & in hunc cenſum nunc Libertos referri oportere credidit.

¶ Ex *hac* interim quoque *leg.* in illis verbis, *aut aliquem leuem notam*: ſed & argumento nominatim ſpuriorum liberorum (id eſt, Libertorum Latinorum) firmiter defendi hodie poſſe puto, Naturali ſeu *ſpurio* à fratre inſtituto querelam inofficioſi fratri competere: nam & ſic, etſi non infamia prorſus laboret, qui & ad Decurionatum (in defectum legitimorum) admittitur *l. 3. §. 2. l. 6. π. de Decurion.* attamen LEVI NOTA, ſeu leuis notæ macula & infamia facti, quæ ſtat nexa in vulgi pectoribus, de qua *l. 13. Cod. ex quib. cauſ. infam. l. 2. π. de obſequ. par. & patr.* proculdubio adſpergitur, neque integra prorſus & legalis eius perſona eſt, non quidem vllo facto ſuo, verùm ob natales illegitimos de quo eſt quoque Plutarchi locus περὶ παιδ. ἀγωγ. Et verò, qui Principes Remp. inhoneſtis viris liberatam ſemel voluêre, vt de libertate, ita de naturalibus liberis *eadem conſtitutione* de vtriſque cauendum duxere, vt Valentinianus III. quod probat lex *vlt. inf. de libertis & eorum liberis*, collata *cum lege 2. inf. de natural. fil.* Quinimò vel Conſtantini ſectam ſpectanti, cui non hoc probetur, cum illegitimarum coniunctionum & naturalium liberorum odium alibi tam apertè prodat: Imò qui capiendi ius, ſi non omne, ſaltem fratribus exiſtentibus naturalibus ademit: de quo *l. 1. inf. de naturalib. fil.* De quâ in vniuerſum quæſtione videndus Paleothus, *de nothis & ſpuriis, c. 55.* & Merlinus, *de legitimâ, lib. 1. t. 2. quæſt. 13.* Harprectus, *in notis ad Clarum q. 50. n. 1. vſque ad* 18. Theſaurus *deciſ.* 126 *n. 5.* Rota *deciſ. 271. num. 17.*

¶ LEGITIMAM *arbitratu boni viri ſuppleri ſi teſtator iuſſerit, inofficioſi ceſſat querela.*

IV. *Imp. CONSTANTINVS″ A. & Iulianus″ Cæſar Olybrio″.

CVM ſcribit moriens, *Vt arbitratu Boni viri, ſi quid minus filiis ſit relictum quàm modus quartæ, (quæ per ſucceſſionem bonis tantum liberis debetur,) efflagitat, id ipſum ab hærede″ eiſdem in pecuniâ compleatur*, manifeſtum eſt″, nullam iam prorſus nec ſuper teſtamento, nec ſuper donationibus″, querelam remanere; præſertim, cùm vniuerſa eadem″, repellat & reprimat, quæ ad pecuniam rediit, taxatio iuſta. Dat. XIII″. Kal. Iun. Tauro & Florentio COSS. [361.]

INTER



INTERPRETATIO. *Quoties pater filiis per teſtamentum de facultatibus à ſe dimiſſis quartam dari præceperit portionem, & hoc in nummo fieri bonorum virorum arbitrio crediderit committendum, ſeu hoc teſtamento ſiue donatione conſcripſerit, nullam contra voluntatem patris filius habeat actionem, dummodo quartam portionis ſuæ, quam erat″ habiturus de omnibus, quæ tempore mortis ſuæ pater reliquerit, conſequatur in nummo.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* eâ ratione quam mox dicam. Iungenda porrò illi lex vn. *inf. de inofficioſis donationib.* ad quem titulum hæc lex quoque referri potuit, propter illa, *nec ſuper donationibus.*

″ *Conſtantij* nomen & hic, & *d. l. vn.* reponendum eſt, quomodo etiam MSS. exhibent.

″ Abeſt à Til. & Cuiaciana editione.

″ *Olybrius* hic P. V. erat v. *Proſopogr.*

″ Extraneo: nam ſi frater cohæres fuerit, etiam hâc clauſulâ non additâ, ad ſupplementum agitur. Vid. locum Pauli mox.

″ *Manifeſtum* eſt, id eſt, manifeſtum eſſe debet: & vt ait *d. l. vnica*, illud omnino dubitare non conuenit.

″ Inofficioſis ſcil. de quibus *d. l. vn.*

″ Id eſt, querela & ſuper teſtamento, & ſuper donationibus: niſi malit quis *vniuerſam.*

″ Ita quoque ad marg. Cod. Cuiac. al. XII. *Kal. Iul.*

″ *Quarta* definitio recta.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTII Imperatoris (non Conſtantini, vt perperam præfert *huius leg.* inſcriptio, & *l. vn. inf. de inoff. donat.*) hæc lex eſt: quæ pars eſt prolixioris conſtitutionis Conſtantij Imp. ad Orfitum (P. V. ſcilicet) datæ A. D. 361. ſuper Querelâ Inofficioſi: ſiue teſtamenti, ſiue donationis: vt patet ex *hac ipſa leg. ibi, nec ſuper donationibus*: & ex *d. l. vn.* quæ inde deſumpta, huic coaſſanda venit. Eâ verò conſtitutione Conſtantinus querelam inofficioſi in vniuerſum, velut odioſam, coarctatum iuit, non vno genere: nos de *hâc lege noſtra* videamus. Quartam ſcilicet ſeu Legitimam, ſi teſtator arbitratu boni viri ſuppleri iuſſerit, querelam inofficioſi ceſſare oportere, definit *hâc l.* Conſtantius. Quartam, id eſt, quartam portionem eius, quam filius habiturus erat, ex iis quæ tempore mortis ſuæ defunctus reliquit, vt rectè Interpres definit, (eſt enim quarta legitimæ partis, ſeu ab inteſtato ſucceſſionis, *l. 8. 31. Cod. eod. tit. Nouel. 1. cap. 1. §. 6. eod. tit.* & Theophilus *ibidem*) legitimam olim fuiſſe, ſeu νόμιμον μέρος τεταρτημόριον notum eſt: quare ſi quartam illam quis habeat ex iudicio defuncti, querelam mouere non poteſt. Singularis in id iam olim quoque Plinij locus *lib. 5. Ep. 1. Si mater inquam te ex parte quartâ ſcripſiſſet hæredem, num queri poſſis? Quid ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te quam quarta remaneret?* Hæc inquam ita quoque iure veteri obtinebant. Igitur ſi minus quartâ relictum liberis fuiſſet, teſtamentum illi per querelam inofficioſi euertere poterant: vno iam olim caſu excepto; putà ſi fratres cohæredes eſſent, vt teſtatur Paulus *lib. 4. ſentent. tit. 5. §. 7.* Atenim ſecundus nunc, nouúſque *hâc l.* caſus inducitur, putà ſi defunctus aliquid filiis ſuis relinquens adiecerit, caueritque, *ſi id quod reliquit, quartam non impleat, eam arbitratu boni viri ſuppleri, ab hærede in pecunia.* Cui tamen contrarium dicendum videbatur, hâc dubitandi ratione, nempe quod legitima, neque conditionem, neque moram admittat, certámque eam eſſe oporteat: quod in hoc caſu, certa non videatur: imò incerta per conditionem, & moram ei iniectam. Verùm rationem hanc dubitandi refellit Conſtantinus, ratione decidendi ſubiecta, *fine legis*, cuius hanc ſententiam exiſtimo: Hoc caſu ſcilicet patrem ita cauentem, legitimam, & certam quidem reliquiſſe videri, vtpote eâ ad *pecuniam* iuſtâ *taxatione* redactâ, id eſt, legitimâ relictâ, qualem vir bonus arbitratu ſuo taxaret. Certum ſcilicet & aliàs dicitur, purúmque, & præſens viri boni arbitrium, & id quod viri boni arbitrio ſubiicitur: Quam in rem ſolemnis eſt Vlpiani ſententia *l. 1. §. 1. π. de legatis 1. Cum ita legatum ſit pupillo, vel pupillæ, Arbitrio Tutorum, neque conditio ineſt legato, neque mora; cùm placeat in teſtamentis; legatum in alterius arbitrium collatum, pro viri boni arbitrio accipi: quæ enim mora eſt in boni viri arbitrio, quod iniectum legato, velut* CERTAM QVANTITATEM *exprimit, pro viribus videlicet patrimonij?* Quibus omninò reſpondent illa legis noſtræ: *præſertim cùm vniuerſa eadem.* (Nempe & querelam inofficioſi teſtamenti, & inofficioſæ donationis, vt expreſsè ſuperiora teſtantur, & argumentum certiſſimum coniunctionis legis vn. *inf. de inoffic. donat. cum hac lege*) *repellat, & reprimat; quæ ad pecuniam rediit* TAXATIO IVSTA. Relictum igitur quid boni viri arbitrio, ſeu arbitratu, retrò & in inſtanti, certum quoque & præſens creditur, & in hoc caſu noſtro, ex iudicio defuncti filius Quartam ſeu Legitimam habere. Et hæc quidem de *huius l.* ſententia. Atenim Iuſtinianus poſteà, qui querelam inofficioſi non vnâ aliàs ratione accepit, hoc ipſum quod *h. l.* ſtatuitur, non tam immutauit, quàm ampliauit, *l. omnimodò 30. Cod. de teſtamentis*, cuius etiam ſententia repetita §. 3. *Inſt. eod. tit.* Voluit enim is, etſi in teſtamento adiectum non fuiſſet, *Quartam boni viri arbitratu debere compleri*, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μεσιτείᾳ ἀναπληρωθῆναι: attamen ſi quid relictum fuiſſet, ad ſupplementum ſeu expletoria ſemper agi. Quare certo certius eſt (quidquid contra dicat Commentarij in Inſtitutiones nuperus Auctor *p. 520*,) à Triboniani manu ex *d. l. 30.* Vlpiani legi, *ſi non, 25. π. eod. tit.* infartum fuiſſe, quod ibi de Quarta replenda legitur: Vlpiani quippe temporibus, cuius ea lex eſt, ita ius erat, vt querela inofficioſi locus eſſet, ſi minus Quarta relictum proponeretur, vt conſtat ex *l. 8. §. quoniam autem, 8. π. eod. tit.* Ex his iam apparet de progreſſu huius iuris, quomodo & aliàs ius paulatim creſcere ſolet.

¶ Illud verò quoque monendum, quemadmodum *hâc l.* non diſtinguitur, quo titulo minus Quarta relictum fuerit, ita nec Iuſtinianum diſtinguere *in d. l. 30.* vt proinde falſum ſit, quod quidam ſcribunt *dictam legem 30.* ad eum tantùm caſum pertinere, quo teſtator, qui minus Quarta reliquit, Legitimæ tamen titulo id reliquit: & ideò poſt *illam* adhuc *legem*, ſi pater ſimpliciter quid reliquerit, querelæ inofficioſi locum eſſe. Falſum, inquam, nam vt hæc lex generalis eſt & indiſtincta,

ꝺa, ita & illa, quæ ad hanc reſpicit", ratione etiam generali addita; quæ vtique notanda: nempe ait, ſeſe conſtitutionem illam introduxiſſe *ad verecundiam naturæ*. Inuerecundum ſcilicet fuerit, filium iudicium patris ob modicum aliquid quod Quartæ deeſt, euertere ſeu conuellere, eiúſque memoriam ſollicitare, pudorem ſuggillare prægraui & odioſo iudicio, quo is "neglecti officij, pietatíſque violatæ, imò & furoris fermè, improbitatis & dementiæ arguitur: *præſertim* cùm pater filio aliquid relinquendo affectum eius abs ſe non abdicaſſe liquidò probetur: ſic vt mendo potius aliquo, vel errore, quàm odio Legitima minus filio relictum à patre credi par ſit.

---

## ¶ TEMPVS *mouendæ querelæ, quinquennium eſſe, etiam liberorum reſpectu.*

### v. * Imppp. Gratianus, & VALENTINIANVS, & Theodoſius AAA. Hypatio PF. P.

INTRA quinquennium", quod de inofficioſis" actionibus conſtitutum eſt, liberis quoque parentum iudicia" inofficioſa cauſantibus, eadem temporis curricula præſtitura ſunt. Dat. v". Kal. Iun. Pataui, Merobaude II. & Saturnino COSS. [383.]

INTERPRETATIO. *Intra quinque annos à die mortis defuncti, quicunque inofficioſum dicere voluerit teſtamentum, inchoandæ actionis licentiam ſe nouerit habiturum. Quod temporis ſpatium etiam filij ſibi, ſi contra parentum teſtamenta ac voluntatem agere voluerint, agnoſcant eſſe conceſſum. Quo tranſacto, ſi repetitio inchoata non fuerit, omnium perſonarum de inofficioſo intentio conquieſcat. Cæterùm" intra quinquennium inchoata, vſque ad tricennium obtineat actionem.*

### NOTÆ.

* Abeſt & *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* Eſt autem hæc *lex* deſumpta ex *l.3. inf. de Apoſtatis.*

" *Hypatius* hic PF. fuit ſub Valentiniano Iun. cuius meminit quoque Ammianus Marcellinus, *lib.29. pag.420. & 421.* de eo vide *Proſopogr.*

" *Iuge*, additum *d.l.3.*

" *Inofficioſis actionibus.* Ita quoque *d.l.3. & l.1. ſup.* vbi dixi: malim, *inofficioſi.*

" Nota hanc vocem, *quoque*: nam de eo dubitatum.

" *Iudicia*, id eſt teſtamenta: v. Gloſſ. *Theod.* & quæ dicam *ad l. proxim. inf.*

" XII. *d.l.3.* VI. in Ann. And.

" *Ianuar.* in MSS. nonnullis, Reg. & And.

" Hæc de ſuo peculio Interpres.

### COMMENTARIVS.

TEMPVS mouendæ querelæ *Inofficioſi*, liberis quoque aduerſus parentum teſtamenta, quinquennium, neque laxius, præſtitutum eſſe definit Valentinianus Iun. *hac l.* Quæ quidem pars eſt prolixioris Valentinianeæ conſtitutionis, *de Apoſtatis*, cuius pars potiſſimà exſtat *l.3. inf. de Apoſtatis*, vbi & priora *huius leg.* verba continentur; at non & poſteriora, quæ proculdubio integrâ illâ conſtitutione continebantur. ¶ Notiſſimum eſt, tempus ad mouendam inofficioſi querelam vetuſtiſſimo iure, biennium fuiſſe. Id quod etiam ex Plinio diſcimus, *lib.5. ep.1. ad Seuerum*, vbi de inofficioſi querela agens: *cum cæteris*, inquit, *ſubſcripſit Centumuirale Iudicium, mecum non ſubſcripſit*: Et poſt alia: *ſcis te non ſubſcripſiſſe mecum, & iam* BIENNIVM *tranſiſſe, omniaque me vſucepiſſe.* Verùm quinquennio id mutatum poſtea, quod præter *hanc l. & d.l.3. inf. de Apoſtatis*, teſtatur quoque lex 8. §.17. *& l.9. ff. eod. tit.* & *l.16. in f. Cod. eod. tit.* & *lex 2. Cod. in quib. cauſis reſtit. in integr. neceſſ. non eſt*: Quod vtique tempus conſtitutionibus inductum videtur. Idque etiam "iuge fuit, id eſt, continuum (à morte teſtatoris videl. quod & ipſum hic additum ab Interprete) vt dicitur *d.l.3.* In tantum verò quinquennio hæc querela circumſcripta fuit, vt non fratribus tantum vel parentibus id præſtitutum fuerit, verùm & LIBERIS QVOQVE aduerſus parentum teſtamenta: De quo tamen dubitatum fuiſſe hinc colligimus: nempe quod & aliàs querela inofficioſi quæ liberis competit ſingularia plura habeat: neque æquum videatur, tam breui temporis ſpatio liberos coarctari, cùm hi naturali ratione ſeu iure ad parentum bona vocentur, illi verò miſerationis fermè. Quare naturæ ius vt potentius, ita & diuturnius videri: vt alioquin vulgatum inter Interpretes, maiore ratione liberis Legitimam deberi, quàm parentibus: *l.7. §.1. ff. vnde liberi*: *l. vlt. de bonis damnat. l.1. §. benignius de ſucceſſ. dicto*: *l. in ſuis 11. ff. de liberis & poſthumis.* Atque hæc omninò dubitandi ratio *huic legi* occaſionem præbuit. Verùm ea non obſtante parem omnium hac parte rationem, & ſic liberorum eſſe QVOQVE hæc lex iubet, neque vllum hac parte diſcrimen eſſe: atque adeò pietatis læſæ & hac parte vtrobique parem rationem eſſe: vt cœteroquin eſt in hoc tractatu de inofficioſo, & materia officiorum: vt Quintil. *lib.7. cap.4.* has cauſas de inofficioſo vocat; & ne bona ad infames perſonas perueniant.

¶ Abeſt autem hæc lex à C. Iuſtin. ideò fortè, quia liberos indiſtinctè nimis hæc lex poſt quinquennium ab inofficioſi querela ſubmouet, cùm certum ſit, liberis quiquennium non currere pupillaris ætatis, aut adoleſcentiæ tempore, verùm impleta, demum legitima ætate, *d.l.2. C. in quib. cauſis in integr. reſtit. neceſſ. non eſt.* Sed & quia ex magna



magna quoque & iuſta cauſa etiam poſt quinquennium inofficioſi querelam moueri poſſe docet *d. l.8. §.17.*

¶ Notanda autem duo apud Interpretem. Primum, quinquennium iſtud continuò à die mortis defuncti computari, quæ certè Modeſtini Iuriſconſulti ſententia fuit: vt contraria Vlpiani ſententia quinquennium à die aditæ hæreditatis computantis, (vt teſtatur quoque lex 8. §. *ſi conditioni. 10. ff. eod. tit.*) Iuſtiniano placuit in *l.36. §.2. C. eod. tit.* Ante aditam hæreditatem non naſcitur querela. Alterum in Interpretatione notandum, querelam inofficioſi cœptam, præparatam triennio durare.

---

## ¶ LIBERA TESTANDI *facultate à Principe indultâ, non ideò querelam inofficioſi impediri.*

### VI. *. Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. Ioanni PF. P."

ADVERSVS iudicium" omnibus integris atque" ſeruatis, quibus inofficioſi actio, aut de immodicis donationibus", cœperit fortè competere, vel qui ſe præteritum eſſe teſtatur; Nos enim" ita huiuſmodi" inſtitutiones firmandas eſſe cenſuimus", vt competentibus actionibus viam minimè clauderemus. Dat. XII." Kal. Mart. Rauennæ, poſt Conſulatum Honorij VIII. & Theod. V. AA. [413.]

INTERPRETATIO." *Contra voluntatem defuncti ita omnia quæ* ſuperiore lege *ſunt ſtatuta ſeruentur, vt & de inofficioſo agere liceat, & ſi quis ſe præteritum dixerit, audiatur. Sed ita hæc omnia obſeruari præcipimus, vt ſi qua alia propoſitio fuerit de teſtamento, vel donatione, quæ poſſit opponi, in omnibus audiatur.*

### NOTÆ.

* Abeſt & *hæc lex* à *C. Iuſt.* ſiue quia imperfecta, & iuris antiqui & antiquati reliquias in ſe vi ipsâ continet: iuris, inquam, communium liberorum à Principe coniugibus indulti, ad ſolidi inter ſe capacitatem; ſiue quia Iuſtiniani ipſius vt elegantiſſima ita apertiſſima hâc de re conſtitutio exſtat *l. ſi quando 35. C. de inoff. teſt.* Et iungenda huic legi *lex vlt. ſup. de diuerſis reſcript.* & *lex 4. infr. de iure liberorum.* Item *lex omnium 19. C. de inoff. teſtam.* abſque quibus, ſi foret, ſenſus huic nullus conſtaret. Cæterum has ll. Auunculi ſui Honorij, nepos eius Valentinianus III. *Nouella de teſtam.4.* indicat & confirmat.

" Italiæ. v. *Proſopogr.*

" *Iudicium*, id eſt, teſtamentum, vt *ſuprà l.5.* & *l. habeat 4. ſup. de Epiſcopis*, ſeu *inſtitutio*, vt mox vocatur: vel etiam *ſupremum iudicium*, vt in hac eadem ſpecie loquitur Valentinianus, *Nou. de teſtam.4.* deficientis iudicium, *l.9. infr. de infirm. his quæ ſub tyrannis.*

" *Æquè*, ad marg. *Cod. Cuiac.*

" Quæ de capiendi iure lege Iuliâ & Papiâ inter coniuges cauentur, ea ad donationes quoque inter viuos, quæ morte confirmantur, pertinent; *hac l.* & *l.1. infr. de bonis proſcript.* vbi dicam, & *ad l.2. infr. de inoffic. dotib.*

" *Etiam*, ad marg. *Cod. Cuiac.* malè.

" Iure liberorum à Principe impetrato, à coniugibus factas.

" *Conceſſimus.* ita MSS. quidam.

" Al. XVI. vt Til. rectè exhibet, & notatum quoque ad marg. C. Cuiac.

" Al. VIIII. & ita eſt in An. Regio, & aliis, & nonnulla rectè *in d l. omnium 19.*

" Nullius momenti hæc Interpretatio.

### COMMENTARIVS.

LIBERA quamlibet TESTANDI, Coniugibus inter ſe in ſpecie *huius leg.* facultas, ſeu poteſtas, Principis beneficio contra ius commune facta, imò etſi iiſdem precibus Principi oblatis coniuges mutuò ſeſe hæredes inſtituerint, declarauerint, neque id teſtamentum Princeps refutauerit, non ideò tamen querelam inofficioſi id impedit, ex *hâc* Honorij *lege*, quæ pars eſt prolixioris Honorianæ conſtitutionis *de iure teſtandi & quidem inter coniuges*, déque Reſcripto Principis ſuper eo: vnde déſumpta ſunt quoque tria alia capita, ſeu leges, puta lex vlt. *ſupra de diu. reſcriptis. lex 4. inf. de iure liber.* & lex, *omnium 19. Cod. de teſtamentis*, quæ proinde huic noſtræ coaſſandæ veniunt. Vt hoc intelligatur, ſciendum eſt, lege Iulia, & Papia, coniuges ſolidum inter ſe capere ex teſtamento mutuo non potuiſſe, niſi liberis interuenientibus, communibus ſcilicet, vt docet Vlp. *in fragm. tit.16.* & lex 7. *inf. de nauicul.* vel niſi liberorum communium ius impetraſſent: veteri quidem iure, à populo, vt teſtatur Dio. *lib.55.* Poſtea, Principis reſcripto, Vlp. *fragment. tit.16. §.1.* Quò pertinet reſcriptum, cuius mentio fit *in l. vlt. inf. de diuerſ. reſcript.* quæ huic vt dixi coniungenda eſt; quo reſcripti genere, (vt hæc lex loquitur) *inſtitutiones* (coniugum fortè) *firmantur.* Vnde Iſidorus quoque 5. *Orig. Ius liberorum*, inquit, *eſt coniugum ſine liberis inuicem pro loco pignorum, hæreditatis alterna conſcriptio*, de quo dicam plenius, *inf. tit. de iure liberorum.* Nunc finge [illegible] vice, coniuges, orbos, illiberos, ius communium liberorum à Principe petiiſſe, quo ſcilicet ſolidum inter ſe ex teſtamento capere poſſent, quo inſtitutiones mutuæ firmæ eſſent? ſane teſtamentum id optimo iure valet. Vel etiam finge, precibus Principi oblatis coniuges teſtatos mutuis affectionibus (vt loquitur Papinianus, in *l. captatorias 70. ff. de hæredib. inſtituend.*) ſimili affectu, & ſimplici religione (vt loquitur Valent. *Nouel. de teſtam.4.*) *velle ſe ſcilicet mutuo ſibi hæredes eſſe*: Sanè & hæc inſtitutionis, & teſtamenti, quod Princeps non repudiando admiſiſſe eo ipſo videtur, etſi Reſcripto nullo id firmauerit, quod & *Libellaticum* vocare poſſis, forma valet, vt docet d. *lex omnium, 19. C. de teſtam.* (quæ & ipſa huic noſtræ cum aliis

nonnullis coniungenda eſt, ) & *d. Nou. Valentin.* 4. qua illa ipſa lex indicatur & confirmatur; *Iamdudum*, inquit, *quidem Diuus Auunculus noſter teſtamentorum compendia generali lege complexus, formulam iuris antiqui & inanem verborum conquiſitionem non neceſſariam iudicauit, validiſſimam ſtatuens voluntatem, cùm de noſtris altaribus* CONIVGES *petant, vt decedenti priùs ſuccedat ſuperſtes. Sed quoniam Leonius V. SP. munitus veteribus conſtitutis noſtram ſupplex maluit expectare ſententiam, occaſionem nouandæ legis amplectimur, &c.* Atque hæc interim genuina eſt legis, *omnium.* 19. ſpecies & ſententia, quæ hanc ad diem ad ſpeciem ſuam non rectè aptatur, & turbidè tractatur: quam & ideò hac occaſione illuſtrare iuuat. Primum hinc liquet, hypotheſin *eius leg.* propriè eſſe de mutuâ coniugum inter ſe inſtitutione, ſeu ἀλληλοκληρονομία. Secundò liquet, in *illa lege*, verbis his, *inſertum merâ fide, precibus*, indicari inſtitutionem precibus Principi oblatis inſertam, citra ſolemnitatem aliam Iuris, citra inanem verborum conquiſitionem, citra formulam iuris. Et quidem *Mera fide* vt ibi dicitur, ideſt, non vt quidam volunt, ſinceriter, ſeu ſincera fide; non vt alij, fiducia de Principali auctoritate, quâ teſtator ſperet voluntatem ſuam poſthabitis aliorum teſtium vel ſolemnitatum ambagibus, qualemcunque cõfirmandam, ſecurúmque adeò de hærede eſſe. Verùm plena, ſolida fide, quæ plenam fidem meretur, pleniſſima animi conteſtatione, vice omnium ſolemnitatum, ſtabili proinde, vt mox, *ſtabile ſciat eſſe quod fecerit.* Quo ipſo ſenſu merâ fide dicitur in *l. 12. inf. de Cenſitoribus*, quæ eiuſdem Imp. Honorij eſt, & ad eundem Ioannem PP. data: pro pleniſſima, certiſſima fide probatione, & *integra veritate*, vt *ibidem* ſubiicitur: quomodo & *integra fide* eodem *ſenſu* dicitur *l. vnic. ſup. ſi certum pet. de ſuffragiis.* Sic *mero* die, id eſt, ſolido die. Denique *merum* eſt, ſolidum, integrum, perfectum, abſolutum. Sic *merum* gaudium, *mera* cauſa, modeſtia *mera*, Symmacho. Tertiò liquet, quid ſit, quod ait, *inter tot nobiles probatáſque perſonas, etiam conſcientiam Principis tenet*: Et mox; *Qui nobis mediis, & toto iure, quod in noſtris eſt ſcriniis conſtitutum, teſte ſuccedit*: Tandem *fine legis*; *Cum idoneis teſtibus poſſit approbare.* Nempe hîc indicantur preces Principi oblatæ in Conſiſtorio conſidenti inter Conſiſtorianos Comites; in quibus erat & Quæſtor, ſub cuius diſpoſitione erant leges dictandæ, & Preces innoteſcebant: id enim eſt *conſcientiam* Principis *tenete*, ſeu auribus Principis intimari, vt mox *ibid.* dicitur: ſic contrà, *conſcientiam fallere* Principis, *l. vn. de his qui à non domino*: Quæque adeò preces tractabantur & aſſeruabantur in ſcriniis Principis, libellorum & memoriæ. His inquam verbis indicantur, ſcrinium tùm libellorum, cuius Magiſter preces tractabat & cognitiones, tùm ſcrinium memoriæ, eiúſque ſcrinij ſcriniarij, in quo & à quibus preces agitabantur, & precibus reſpondebatur: cuius Magiſter adnotationes omnes dictabat, & emittebat, & precibus reſpondebat, vt teſtatur *Notitia Imperij.* Ergo in his ſcriniis tractabantur & aſſeruabantur preces ſeu ſupplicationes, vnà cum Conſtitutionibus & reſcriptis Imperatorum: *toto iure*, inquit lex, *quod in ſcriniis noſtris eſt conſtitutum.* Quomodo etiam Plinius, *lib.* 10. *ep.* 71. Edicta & Epiſtolas Imperatorum in his ſcriniis ſeruata teſtatur. Sed & Theodoſius Iun. hunc Codicem ſuum in ſacris ſcriniis haberi voluit Nou. *de Theod. Cod. confirm.* Quartò hinc liquet, quid ſibi velint illa; *Si reſcripta noſtra nihil de eadem voluntate reſponderint.* Nempe in ſpecie *illius legis*, Principem ad huiuſmodi coniugum mutuam inſtitutionem precéſque nihil reſcripſiſſe, verùm preces tantum accepiſſe, admiſiſſe, atque ita in ſcrinia eius relatas: Quare ex his liquet, quàm multa in *eius l.* explicatione vulgò peccentur, quámque remotarum quæſtionum nebulæ & formidines capiendis Imperatorum animis ad eam cumulentur: veluti de Principis præſentia, & actibus in eius præſentia factis, de ſolius Principis conſcientiâ, de duobus teſtibus requiſitis ad comprobandum huiuſmodi teſtamenta, quod Fulgoſius, Caſtrenſis, Iaſon, rectè refutarunt; & Mynſingerus *6. obſ. 29.* & Fachin. *lib. 6. cap.* 86. De conſultatione, quomodo de rebus ſuis diſponere debeant; de reſcripto ad conſultationem. Verùm è diuerticulo in viam, imò ad legem noſtram, quæ nil aliud eſt quàm limitatio ſingularis & extraordinarij iuris teſtandi à Principe facti. Finge vxorem impetrato iure communium liberorum, vel teſtamento reciproco ſeu mutuo apud Principem ita condito, precibúſque inſerto, deceſſiſſe, relictis parentibus, vel etiam liberis ex altero coniugio: Quæri potuit, an ius communium liberorum, atque adeò libera teſtandi facultas, ſeu ſolidi capacitas, à Principe, ſeu Principis reſcripto conceſſo facere poſſet, quò minus parentibus, vel liberis querela inofficioſi competeret: Verùm edicit Honorius *hac l.* non poſſe. Cui ſimile planè eſt, quod à Theodoſio Iun. *in l. 2. inf. de iur. liber.* cauetur; *Eos qui ius liberorum habent, ſolidum ex ſuis teſtamentis capere poſſe, Niſi fortè lex alia minuerit derelicta.* Simillimum verò eſt, imò ex *hac l.* traductum, quod Valentinianus III. *l. Nou. de teſt.* 4. de indulto pariter à Principe coniugibus liberorum iure, mutuâ in precibus Principis oblatis inſtitutione, agens, & ſic in eadem ſpecie verſans cauet; *Ne tamen*, inquit, *hoc teſtamenti genus plus iuſto muniiſſe credamur, ſi quis ſibi, vel inofficioſi querelam, vel præteriti competere duxerit actionem, hanc vtramque ſecundum iuris & legum ſtatuta ſeruamus.* Eodémque pertinent quæ in *d. l. 19. C. de teſtam. in f.* pro modo adiiciuntur, *ſi ei* [ hæredi ] *alia nocere non poſſint.* Beneficia ſcilicet Principum ita accipienda ſunt, vt ne ad alterius iniuriam pertineant, *l. 2. §. 10. & 16. π. ne quid in loc. publ. l. nec auo, Cod. de emancip. liber.* & in eodem teſtamentorum argumento, *l. 11. C. Hermogen. de teſtam.* Traianus apud Plinium, *priuilegia iniuriâ priuatorum à me dari non ſolere.* Item vt ne ad Iuris euerſionem, Iuſtinianus *l. ſi quando 35. Cod. de inoffic. teſtam.* quæ hanc in rem expreſſiſſima eſt & elegantiſſima; & vt hæc lex loquitur, *ne competentibus actionibus via claudatur.* vid. quæ dicam *ad leg. 2. inf. vnde vi.* Denique hoc eſt quod Doctores volunt, vitia eſſentialia Principem indefinita & generali appellatione, & conceſſione non confirmare. Item inhabilem ad actum celebrandum diſpenſatum, eâ ſub formâ diſpenſatum videri, vt ſeruare habeat, quæ aliàs regulariter & neceſſariò ad celebrationem explicationémque actus exiguntur; iuxta nobilem textum *d. l. 35.* vid. Menoch. poſt alios, *de recuper. poſſeſſ. remed. 6. n. 23. & ſeqq.* vide & quæ dicit ipſemet, *de arbitrariis, lib. 1. quæſt. 7. à num.* 36.

¶ Et ita quidem hæc lex intelligenda eſt, triplici ſubſidio, partim *legis vlt. inf. de iur. liber.* cui hanc noſtram coniungendam eſſe dixi: quæ alioquin vel ſemiplenum, vel nullum, ſi ſola legatur, ſenſum habet, de quo dicam pleniùs *in Prolegomenis in cap. de errorib. conditorum Cod. Theod.* partim ex *d. Nouel.* Valentiniani III. *de teſtamen.* 4. quâ hoc Edictum repetitur & confirmatur, partim ex *l. omnium.* 19. *C. de teſtam.* quæ huic quoque coniungenda eſt.

¶ Ad quam legem ſimul & ad noſtram vt redea-



mus, notandum præterea primò eas intra hypotheſin quam dixi, putà preces & teſtamenta coniugum (de quibus alioquin integra conſtitutione Honorij actum eſt) non conſiſtere; verùm generaliter accipiendas, & verè conceptas de nouo ſingulari & extraordinario *quibuſcunque* tandem perſonis teſtandi modo, iuréque indulto; precibus, inquam, quibus inſerta huiuſmodi inſtitutio Principi oblatis, intimatis, inque ſcrinia eius relatis: quod quidem teſtandi genus pro omni ſolemnitate cedere vult Honorius Imp. imò omnium teſtamentorum ſolemnitatem ſuperare. ¶ Cui tamen, vt & impetrato iuri liberorum, limitatio *hac leg.* & *d. l. omnium* 19. comprehenſa, ſubiicienda eſt; & verò ſubiecta fuit *hac leg.* relatiuis etiam ad illas verbis, ſine quibus mutilus alioquin eſt *huius leg.* ſenſus. HVIVSMODI, inquit, *inſtitutiones*, nempe de quorum iure actum, *d. l. omnium 19. & d. l. vlt. de iur. liber.*

¶ Secundò notandum ab Honorio ſingulare iſtud teſtandi genus inſtitutum exemplo aliorum teſtamentorum apud acta publica publicatorum, vel etiam coram priuatis ſolemni teſtium numero conditorum, quorum illud etiam hactenus iam receptum fuiſſe hinc colligimus, quò plerique referunt proximè præcedentem *legem 18. C. de teſtam.* quæ eſt *lex 4. inf. eod. tit.* Ergo, quod etiam Valentinianus de *hac leg.* 19. diſertè ait, id ita conſtitutum ab Honorio propter teſtamentorum compendia aduerſus formulas iuris antiqui & inanem verborum conquiſitionem, quam non neceſſatiam iudicauit. Haud aliter ſcilicet atque in hac quoque ipſa ſpecie *d. l.* 19. bonorum poſſeſſionis petendæ neceſſitatem relaxauit. Denique hic idem ille Imp. Honorius eſt, qui antiqui iuris ſubtilitatibus bellum & aliàs indixit, eáſque valere iuſſit & remiſit: vt proinde non aliunde *eius leg.* procatarctica cauſa repeti poſſit, quàm ab Honorij Genio; non verò quaſi afflictiſſimo tum Reipub. ſtatu relaxandæ fuerint ampliùs teſtamentorum ſolemnitates, & facilior teſtandi ratio indulgeri debuerit: aliter atque *legem ſextam infr. de teſtam.* afflictus etiam inter alia tùm Reipub. ſtatus extorſiſſe videtur.

---

## ¶ AGNITA *ſemel defuncti voluntate, querelâ inofficioſi agi non poſſe.*

### VII. * Imp. Theodoſius A. ad Aſclepiodotum PF. P.

SI quis defuncti agnouerit voluntatem, de inofficioſo agere prohibetur. Dat. VII'. Kal. Mart. Conſtantinopoli, Victore" COS.

INTERPRETATIO. *Qui per teſtamentum ſibi aliquid derelictum acceperit aut vendicauerit, & voluerit contra voluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.*

### NOTÆ.

* Hæc lex deſumpta eſt ex *l. vlt. inf. de teſtam.*

' Et hic & *in d. l. vlt.* reponunt omnes manuſcripti Aniani melioris *notæ* VI.

" Add. v. c. vt in MSS.

### COMMENTARIVS.

AGNITA ſemel ſeu APPROBATA defuncti voluntate, querela ceſſat: ſeu qui ſemel agnouit voluntatem defuncti à querelâ inofficioſi excluditur: veluti ſi teſtamento ſibi aliquid relictum acceperit aut vindicauerit, vt rectè Anianus *ad hanc l.* notauit, idque comprobat lex 10. §. 1. *π. de inoff. teſtam.* ſiue ſuo nomine legatum percepit, ſiue eius nomine, qui in eius poteſtate erat, *l. 12. in pr. π. d. tit.* Item ſi cùm hæredem ſcriptum teſtator conditioni parere iuſſiſſet in filij perſona, filius ſciens acceperit, *l. 8. §. 10. π. d. tit.* ſi hæreditatem vel res aliquas hæreditarias ſciens ab hærede emit vel conduxit, *l. 23. §. 1. π. d. tit.* ſi in teſtamento poſt mortem patris conſentire ſe adſcripſerit, *l. 35. §. vlt. π. d. tit.* ſi cauerit vel pactus fuerit, quod contentus eſſet relictâ ſibi parte *l. 35. §. 2. Cod. eod. tit.* ſi legatum petenti ex teſtamento aduocationem præbuit, aut procurationem percepit *l. vlt. in pr. π. d. tit.* Ita Patronus liberti muneribus electis & operis contra tabulas bonorum poſſeſſione repellitur: Quod exemplum ſuggerit *d. lex vlt. inf. de teſtam.* vnde hæc noſtra deſumpta eſt: aliáque præterea, quæ inde repetenda ſunt. Hæc quippe *ſententia* noſtra non ad ſpecialem aliquem caſum, qui deciſionem aut conſtitutionem Imperatoriam tùm deſiderabat, pertinet: verùm huius tantum ſententiæ argumento, deciſio *d. l. vlt.* firmatur; denique hæc ſententia in argumentum adſumitur. Cæterùm hæc *lex* emendatur pro parte *d. l. 35. initio* §. 2.

DE

# DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS.

## TITVLVS XX.

III. Cod. Ivst. XXIX. Concordat Nouella Iuſtin. *de immenſis donationib. in filios factis* 92. vnde deſumpta *Auth. vnde & Cod de inoff. teſt.*

### PARATITLON.

INOFFICIOSÆ Donationes *hoc tit.* quæ dicuntur & immodicæ donationes, *l. vn. huius tit. & l.6. ſup. tit. prox. & l.2. de infirm. his quæ ſub tyran.* quæ ab iiſdem perſonis in earundem perſonarum nexum, à quibus, & in quorum inofficioſa teſtamenta condi *ſuperiore tit.* diximus, fiunt. Quæ & ideo pariter reſcinduntur, *d. l.9.* euacuantur, Interpres *ad hanc l. in fin.* querelâ *hac l. & l.4. ſupra tit. prox.* ſeu actione *h. l. & d. l.6.* ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti, ſic vt actionis vtriuſque vna cauſa ſit & ſimilis, eodémque tempore duret, & ſdem moribus æſtimetur.

---

¶ INOFFICIOSÆ *donationis cum inofficioſo teſtamento adæquatio.*

1. * Imp. Conſtantinus" A. &". Cæſar Olybrio."

ILLVD" omninò dubitare non conuenit, quòd immodicarum donationum omnis" querela ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti Legibus † fuerit inducta, &" ſit in hoc" actionis vtriuſque vel vna cauſa, vel ſimilis æſtimanda"; vel idem" temporibus & moribus". Dat. XIV. Kal. Iun. Tauro & Florentino COSS. [361.]

INTERPRETATIO. *Certum eſt, quod donatio facta de inofficioſo teſtamento querelæ ſimilis iudicatur, contra quam ſimiliter prætermiſſus", etſi ei minus, cui hæc actio competit, quàm quartæ portionis ſuæ modus eſt, dimittatur, intra quinquennium ſuperius conſtitutum agere permittitur. Et ſicut de inofficioſo teſtamento, ita poteſt agere vt donatio euacuetur.*

### NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. Iuſt. eod. tit.* & Iungenda huic *lex 4. ſupr. de inoffic. teſtam* vt ad eam iam monuimus.
" Et *hic*, & *in d. l.4.* reponendum *Conſtantius*, vt rectè etiam in Cod. Iuſt. editum eſt: & præferunt MSS. nonnulli.
" *Iulianus*, hoc addi oportet, & additum ſanè *in d. l.4.* vt & *in d. l. vlt. C. hoc tit.*
" *PF. V.*
" *Non conuenit dubitare*, ita Cod. Iuſt.
" *Omnibus*, in C. Iuſt. Omnis, id eſt, prorsùs quanta quanta ea eſt: Quare nec admitto Ant. Fabri 1. *coniect.* 17. emendationem reponentis, *in omnibus*.
" Quibus? mox dicam.
" *Vt* in *Cod. Iuſt. d. l.4.*
" Nempe de quo agitur *d. l.4.*
" *Exiſtimanda* Cod. Iuſt.
" Excerpta quædam tentant, *de iiſdem temporibus*: quod minus probo. Forte, *vt & iſdem temporibus*, &c. pro *iiſdem*.
" Etiam ab inteſtato, v. *l.3. C. eod. tit. prætermiſſus*, id eſt cuius rationem nullam pater habuit.
" XIIII. *Kal. Iul.* in Cuiac. ed. meliùs, ad marginem, & in Til. edit. XIIII. *Kal. Iun.*
" Ergo in totum immodica donatio reuocatur? De quo tamen quærunt Interpres.

### COMMENTARIVS.

CONSTANTII Imp. hæc lex eſt, eaque pars prolixioris conſtitutionis ad Olybrium (P. V. ſcilicet) datæ A. D. 361. ſuper querelâ, inofficioſæ tam donationis, quàm teſtamenti, vt patet tùm ex *hâc l.* tum ex *l.4. ſup. de inoff. teſt.* quæ ex eadem conſtitutione deſumpta huic coaſſanda venit. Eâ certè cõſtitutione Conſtantius querelam inofficioſi coarctatum iuit, & quidem inofficioſæ donationis ad exemplum omninò prorſus inofficioſi teſtamenti: Quomodo & in vniuerſum inofficioſæ donationis querelam ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti inductam fuiſſe *h. l.* profitetur: ídque





idque firmat & *l.2. Cod. eod. tit.* ſeu conſtituta eſt iuxta formam de inofficioſo teſtamento, *l. 1. Cod. eod. tit.* adinſtar inofficioſi teſtamenti *l.1. & 8. dicto tit.* ad exemplum *l.6. eod. tit.* ſeu literis ad Claudianum Iulianum Præfectum vrbi (quem Capitolinus *in Maximino & Balbino Claudium Iulianum* vocat) introductam primùm fuiſſe ex *l. Titia.* 87. §.3. & 4. *ff. de legat.* 2. diſcere licet: Quod quidem reſcriptum, non minus quàm hæc lex ideò Præfecto V. inſcribitur; quia apud Præfectum Vrbis inſtituebantur querelæ ſeu accuſationes officij malè præſtiti, veluti ſi libertus officia debita non exhibuiſſet Patrono, Patroniue liberis, *l.1. §.10 ff. de off. Præf. V.* vide & quæ dicam ad famoſam *l. ſi vnquam.* 3. *inf. de reuoc. donat.* Sic & querela inofficioſæ donationis inſtituta fuerat apud Claudianum Iulianum Præfectum vrbi, quia noua hæc erat querela, dubitabátque Præfectus vrbi, num eſſet reuocanda donatio, & pro quâ parte, & ob id conſuluit Imperatorem. Ita & in *huius l. & d. l.4.* ſpecie, cùm apud Olybrium P. V. circa inofficioſi querelam de quibuſdam aliis dubitatum fuiſſet, Principem Conſtantium ſibi conſulendum duxit Olybrius: vt cæteroquin in hoc argumento donationum quatuor leges *inf. tit. de donationibus* occurrunt, Præfectis vrbi inſcriptæ: ſed & duæ aliæ puta *l.3. & 4. inf. tit. de reuoc. donat.* de cuius rei cauſis ibi dicam. Itaque *hâc l.* reſcribit Imperator, inofficioſæ donationis querelam omnem inofficioſi teſtamenti querelæ omninò exæquandam & quidem & *in temporibus*, id eſt, vt & poſt mortem donatoris exerceatur, & eodem tempore, quinquennio puta expiret & eliceatur, & *in Moribus*, id eſt, conditione: & ſic nominatim in Quartæ ſupplemento: videlicet vt filius legitimâ minus habens, querela inofficioſi ceſſante ad ſupplementum tantum agat, ſi videlicet vel in cohæredem fratrem immodica donatio collata fuerit, vel ſi pater quartam ſuppleri, etiam in extraneum collata donatione, arbitratu boni viri cauerit: Id enim eſt omninò, quod exaudiri oportebit *huius l.* verbis; *Et ſit* IN HOC *actionis vtriuſque vel vna cauſa, vel ſimilis æſtimanda*: habent enim hæc verba relationem *ad d. l.4. ſup. de inoff. teſt.* cui lex hæc vti dixi, coniungenda eſt. Ad ſupplementum igitur filius aget aduerſus donationem inofficioſam, ſi minus ei Quartâ relictum duobus his caſibus fuerit: Quò pertinet omninò Symmachi locus, *lib.10. Ep. 32. Cœpit*, inquit, *exigere, vt petitor ediceret, ex quibus nominibus propoſitæ deſcenderent actiones: tunc è diuerſo veniens ex Placidiani C. V. nomine, qui Pater adultæ fuit, immodicarum donationum cauſa manaſſe reſpondit*; SVPPLEMENTVM *verò vnciarum ab hærede Placidia, cui ſoror Martiana ſucceſſit, aſſeruit poſtulari.* Extra hos igitur duos caſus ſi effuſum in extraneum patrimonium fuerit immodicà donatione, patérque teſtatus fuerit, immodicæ donationis querelâ non minus quàm querelâ inofficioſi teſtamenti, vniuerſam donationem reuocari *ex hac l.* conſtat, iunctà illi *d. l.4.* Et certè leges omnes quæ de ſupplemento Quartæ agunt, immenſam donationem non in extraneum, verùm in filios vel nepotes factam proponunt, vt putà lex 5.7.8. *Cod. hoc tit.* Et hæc quidem, etiamſi teſtatus fuerit parens, & aliquid reliquerit aliis filiis: Nam ab inteſtato in totum donatio inofficioſa reuocatur in alterum ex liberis facta: quò pertinet Alexandri reſcriptum: vbi non fero *dimidiam partem* accipi, pro Quartæ partis dimidiâ, vt loquitur *d. l.7. Cod. h. t.* Quod tamen voluit Cuiacius 5. *obſ.* 14. Atque ita componi oportet vetus diſſidium Bulgari, Azonis, Hugolini, Martini, & aliorum, de quo alioquin latè vide Molinatum, *tractatu de inoff. donat.* & Antonium Fabrum, 3. *coniect.* 17.

# DE * INOFFICIOSIS" DOTIBVS.

## TITVLVS XXI.

III. Cod. Ivst. XXX.
" Item de iniuſtis dotibus in fraudem Legis Papiæ, de quo eſt pars *legis* 2. *h. tit.*

### PARATITLON.

INOFFICIOSA Dos, eſt immodica dos *l.1.* quâ vel exhauſta eſt omnis hæreditas, *d. l.1.* vel quæ vltra dodrantem conſtituta eſt, *leg.2.* veluti à parente, *l.1. h. t.* vel ab vxore marito, filiis ex priore matrimonio exiſtentibus, *l.2.* Ad eam igitur repetendam, *d. l.2.* filiis conquerentibus, ad exemplum inofficioſi teſtamenti exercendæ actionis copia tribuitur, vt emolumenta debita eis deferantur, *d. l.1.* Quartæ nimirum, *d. l.2.*

## ¶ Constantii *Imp prima conſtitutio de dote inofficioſa.*

### 1. * Imp. Conſtantinus'' A. ad Maximum Præſidem Ciliciæ.''

CVM omnis'' hæreditas'' dote'' dicatur exhauſta, concordare Legibus'' promptum eſt, vt ad exemplum inofficioſi teſtamenti, aduerſus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur''. Dat. XIIII.'' Kal. Ianuar. Sirmio, Datiano, & Cereali coss. [358.]

Interpretatio. *Quoties per dotem ita omnis hæreditas euacuata probatur, vt quarta hæreditatis ipſius non fuerit reſeruata, liceat filiis ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti contra dotem agere, & debitam ſibi portionem ex lege repetere.*

### NOTÆ.

* Lex *vn. Cod. Inſt. eod. tit.*
'' *Conſtantius*, vt etiam Codex Iuſt. rectè habet.
'' *Ciliciæ* Præſidem, nota: cuius ſit mentio quoque, *l. 24. infr. de appellat. l. 5. infr. de ſuſcept.*
'' *Cum omnia bona à matre tuâ dote dicantur exhauſta*: ita Tribonianus; de quo mox.
'' Parentis, qui dotem filiæ dixit.
'' Ita quoque MSS. Iuſtinianei: hodie vulgo, *in dotem.*
'' Ita quoque MSS. omnes Codices Iuſtinianei; at vulgo hodiè, *Leges legibus.* De quo mox.
'' *Conferantur* in Cod. Iuſt.
'' al. III. al. XIII. al. XV.

### COMMENTARIVS.

CONSTANTII Imp. (non *Conſtantini* vt præfert *huius l.* inſcriptio, quomodo etiam vulgò ea allegatur) duæ conſtitutiones de inofficioſis dotibus hoc titulo proponuntur: Nempe, ſicut reſcripto ſuo Alexander Imp. inofficioſæ donationis querelam ad exemplum querelæ inofficioſi teſtamenti, cùm primùm de ea quæri cœpiſſet, conſtituit, innexit: ob *eandem* videlicet *vtilitatem*, id eſt, æquitatis rationem: eò quod non minus inofficioſis donationibus liberorum iura, debitáque ipſis pietas læderentur, quàm per teſtamenta inofficioſa, imò ad eludendam inofficioſi querelam, poſt mortem, à parentibus donationes inter viuos fierent: Ita quoque cùm per immenſas dotes liberorum pariter iura læderentur, atque in præiudicium legitimâ liberorum tenderent, Conſtantius Imp. Maximo (Præſidi Ciliciæ) ſciſcitanti vel conſulenti, ex eadem vtilitatis ſeu æquitatis ratione, *eodem æquitatis auxilio*, vt loquitur *leg. 2. Cod. de inoff. donat.* hac l. 1. reſcripſit, de inofficioſis dotibus idem quod de inofficioſis teſtamentis iudicandum eſſe: ſeu vt ipſe ait, *ad exemplum* (pari formula qua in ſimili *l. 1. Cod. de interdict.* de qua mox) inofficioſi teſtamenti aduerſus dotem immodicam exercendæ actionis copiam tribuendam, & filiis conquerentibus emolumenta debita deferenda. Et ſic quadamtenus recedere videatur *h. l.* & l. prox. à *l. nulla 4. C. de iure dot.* quâ cauetur, nulla lege prohibitum eſſe omnia bona ſua in dotem dare. Quod non ita eſt, nam id nihilominus quoque poſt inductam inofficioſæ dotis querelam fieri poteſt: dum ne proprietas in fraudẽ liberorum alienenetur, ſtipulatione ſeu repromiſſione pactóque dotali: de quo pacto *ad l. prox.* Ergo *ad Exemplum* inofficioſi teſtamenti id nunc induxit. Conſtantius aptato (quod Accurſius rectè dixit) ad hunc nouum caſum eo iure quod Legibus obtinebat in inofficioſo teſtamento. Idque eſt etiam, quod his verbis Imperator indicatum voluit, *Concordare legibus promptum eſt*: vbi Codex Iuſtin. hodie ineptè habet, aduerſus Manuſcriptorum fidem (quomodo etiam id fermè ab Interpretibus vſurpatur) *Leges legibus concordare.* Concordare legibus hîc eſt ὁμονοεῖν, συλλογίζειν, concordantes ſimiléſque caſus legibus aptare, aſſimilare, συμφωνεῖν, συμφρονεῖν, συγγνωμονεῖν, ἀρθμεῖν, συνηρμόσθαι, & ſic quæ officij Iudicis pars eſt, putà vt ipſe velut νόμος ἔμψυχος faciat, legibúſque concordet, ſequendo ſcilicet mentem & æquitatem legis, remque ad æquitatem reducendo: Idque facilè & incunctanter Iudici faciendum venit, quod his verbis indicatum voluit Imp. *promptum eſt*: ideſt, incunctanter. Quæ locutio quoque familiaris Tacito & Symmacho. Quintilianus, *in expedito poſitum*, dixit. Sic Iuriſconſultus eandem formulam vſurpat *in l. vlt. in princ. π. de adimen. leg.* oppoſitè ad id quod difficilius eſt & obſcurũ. Pro quo *in promptu* eſſe quid dicitur in *l. 72. §. 1. de ſolut. l. 19. π. de adquir. poſſeſſ. l. 10. §. vlt. π. de captiuis*: pro facili, quodque in procliui eſt, ſtatímque occurrit & occurrere debet. Ergo, vt omittam alios Scriptores verborum iſtorum; *concordare legibus promptum eſt*, ſenſus hic reuera eſt, à ſimilibus ad ſimilia procedendum eſſe, officio & συμφωνίᾳ Iudicis. Quare idem iam omnino horum verborum ſenſus eſt, qui Pedij *in leg. 13. π. de legib.* *Quotiens*, inquit, *lege aliquid vnum vel alterum* INTRODVCTVM *eſt*, BONA OCCASIO EST: (*promptum eſt*, ait lex noſtra) *cætera quæ tendunt ad eandem* VTILITATEM, *vel interpretatione, vel certè* IVRISDICTIONE *ſuppleri.* Vel vt Iulianus *in l. præced. 12.* *Non poſſunt omnes articuli ſigillatim in Legibus aut Senatuſconſultis comprehendi: ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum* MANIFESTA *eſt, is qui* IVRISDICTIONI *præeſt, ad* SIMILIA PROCEDERE, *atque ita ius dicere debet.* Eadémque ſententia Alexandri Imp. in l. 1. Cod. de Interdictis: *Cum proponas*, inquit, *radicibus arborum in vicina Agathangeli area poſitis creſcentibus, fundamentis domus tuæ periculum afferri, Præſes* AD EXEMPLVM *Interdictorum quæ in Albo propoſita habet Prætor, ſi arbor in alienas impendebit: item ſi in alienum agrum impendebit: quibus oſtenditur, nec arboris quidem occaſione vicino nocere oportere, rem ad ſuam* ÆQVITATEM *redigas.* Vlpiani *in l. 8. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut.* Adde & Pauli *l. ſi in emptione 34. π. de contrah. empt.* Ergo *concordare legibus* dicitur Iudex ſeu Magiſtratus, cùm κατὰ συλλογισμὸν, ſyllogiſmo vel ratiocinatione vt Rhetores vocant, concordantes ſeu ſimiles caſus Legibus aptat, aſſimilat, ex ſcripto ducit quod ſcriptum non eſt, vt ait Quintilianus, Interpretatione ſua, vel Iuriſdictione, ideſt decreto, ψηφίσματι συλλογισμὸς eſt, inquit Hermogenes *partit. ſect. 4. p. 14.* ἀγράφου πράγματος πρὸς ἔγγραφον παράθεσις εἰς ταυτὸν συνάγοντές τινες τὸ ἄγραφον τῷ ἐγγράφῳ: ſic vt promptum id ſit Iudici & facilè protinúſque & incunctanter id facere poſſit. Et ſanè videtur Conſtantius his verbis Maximum (Præſidem Ciliciæ) quodammodo perſtringere, quaſi non debuerit in caſu propoſito *hærere* (quomodo Imperatores ſæpè reſcribere ſolent, etiam Traianus conſultus apud Plinium *lib. 10. ep....*) ſeu dubitare: imò debuiſſe eum Iuriſdictione ſua ſeu officio ſuo hunc caſum *in promptu*, incunctanter decidere, exemplo ſimilis alterius legis, eíque hunc aptare, aſſimilare: *Legibus*, inquit, *concordare promptum eſt*: neque de eo ad ſe Principem referre debuiſſe, cùm manifeſtè in propoſita ſpecie eadem vtilitas verſetur ſeu æquitas, quæ in teſtamento inofficioſo. Neque appoſitum magis ad *d. leg. 12. & 13.* exemplum afferri poſſit quàm ex *hac leg.* vt & ad locum Topicum *à ſimili* in Legibus & ſtatutis interpretandis, applicandis, de quo vid. vel Euerardum *loco 13.* vbi varias tamen addit Exceptiones: & à Pari, *loco 14.* Quare valeat iam Brocardicum illud, quod ex *hac leg.* hactenus educitur, *correctionem legum eſſe vitandam*, & ideo *concordandas*, ideſt conciliandas, ſi fieri poteſt inter ſe leges, in ſpeciem inter ſe pugnantes & enantiophanas. Imò enim eſt hic locus de concordia Iudicis συμφωνίᾳ cum legibus ſeu ἁρμονίᾳ & ſimilibus ſeu concordantibus caſibus ad leges aptandis.

Quare neque Antonij Fabri *99. Error. 3.* interpretatio admittenda eſt, qui hæc verba, prout Cod. Iuſt. hodie leguntur (aduerſus Manuſcriptorum, vt dixi fidem) ita interpretatur: quaſi media quædam via his verbis indicetur inter duas leges vel duo contraria: inter ius videlicet, quod dictat, dotem marito non auferri, qui vxorem aliter ducturus non erat: *l. purè 5. §. pen. π. de doli mali except.* (quique cùm ſuum negotium gerat, nihílque dolo facit, nec decipiendus eſt) *l. 9. §. 1. π. de condict. cauſa data*: & inter ius, vt legitima ex bonis parentum liberis relinquitur: *l. vlt. de bonis damn.* ſic ergo leges legibus concordati hâc conſtitutione, vt dotis conſtitutio quæ omnium bonorum fuit, non quidem tota infirmetur, ſed hactenùs, vt filij legitimam ſaluam habeant, imminuatur. Quæ quidem ratiocinatio, etſi quoad rationes dubitandi & decidendi rectè adferri poſſunt, non tamen verbis illis, *concordare Legibus promptum eſt*, rectè aptantur. Neque enim ea de colliſione pugnâue Legum inter ſe, vel commiſſione rationum accipienda ſunt; imò contra de concordantium ſeu ſimilium caſuum ἁρμονίᾳ, déque officio Iudicis, qui emergente nouo aliquo caſu, ſimilis Legis exemplum aduocare ſeu ſequi eique concordare debet. Nunc ad rem. ¶ Ergo dotem quoque inofficioſam, pariter vt inofficioſum teſtamentum à filiis argui poſſe definit *hâc leg.* Conſtantius Imperator. Sed iam quæritur, in ſpecie *huius leg.* de qua inofficioſa dote, ea accipienda ſit? num de dote inofficioſa à *Parente* filiæ, ſeu *pro filia* data in filiorum necem; an verò *de muliere* quæ *pro ſe* inofficioſam dedit dotem ſecundo marito ſuo, in necem liberorum. De quo ſanè poſteriore eſt manifeſtè poſterior *huius tituli* lex. Sanè nihil in *hac l.* fermè occurrit, quo liquidò hanc quæſtionem decidere poſſimus, quamlibet attentè ſingula eius verba conſideraueris. Quare hic ἐπέχω Tribonianus certè abdicata *l. 2. huius tit.* ad matrem eam referri voluit, hâc interpolatione ſua, *cùm omnia bona à matre* TVA *dicantur exhauſta*, quo in errorem inducti nonnulli id Conſtantino ipſi accepto ferunt. Inſigniore etiam Triboniani facinorène, an errore: quandoquidem *hæc lex* non ad priuatam aliquam perſonam directa eſt, verùm *ad Præſidem Ciliciæ.* Et tamen ſi coniecturæ locus eſt, malim ego hanc leg. accipere de dote à parente filiæ immodica data, quâ omnis hæreditas eius exhauſta fuerit, in necem filiorum; FILIIS, inquit, *conquerentibus emolumenta debita deferantur*: Nempe, mortuo parente filij conqueſti videntur, cùm viderent parentis hæreditatem omnem eâ dote exhauſtam: *exhauſtam*, inquam, dote filiæ inofficioſa data, ſic vt nihil in hæreditate parentis ſupereſſet: quomodo & *legatis exhauſta hæreditas* dici ſolet.

Secunda quæſtio ad *hanc leg.* eſt *quatenus* inofficioſa dos reuocetur? Nempe, non vt tota reuocetur, vt inofficioſum teſtamentum in totum irritum eſt: verum hactenùs, vt filiis conquerentibus DEBITA EMOLVMENTA, vt *hac l.* dicitur, deferantur: Et vt Interpres id explicat, *vt filij debitam ſibi portionem ex Lege repetant*; *ſi* videlicet *Quarta hæreditatis ipſis non fuerit reſeruata.* Quomodo & *l. 2. prox.* definitur, filios ex priori matrimonio, inofficioſam dotem repetere non poſſe, *ſi non vltra* DODRANTEM *conſtituatur*: *conſtituatur*, pacto ſcilicet addito vt maritus vxore mortua eam dotem lucretur, vel potiſſimam partem eius: id enim neceſſariò ponendum eſt, vt *ad eam l.* dicetur. Ex his iam apparet, hodiéque in Praxi *huic l.* locum eſſe poſſe, ſi de patre agatur, qui dotem inofficioſam filiæ dedit, in præiudicium filiorum.

## ¶ Constantii *ſecunda conſtitutio, de dote inofficioſa, vel in fraudem Legis Papiæ, à muliere ſecundo marito data.*

### II. * Idem A. & Iulianus Cæſar Pomponiano.''

DOTE ab vxore marito datâ, filios ex priori matrimonio, ſi neque vltra dodrantem, neque in fraudem legis Papiæ, conſtituatur, de hâc repetendâ nullam conſtat'' habere actionem. Dat. XV''. Kal. Ian. Syrmio'', ipſo Auguſto X. & Iuliano Cæſ. IIII.'' coss. [360.]

Interpretatio. *Si mulier marito ſecundo dotem dederit, & ex priore marito filios habuerit, & non eis tres vncias, id eſt, quartam portionem de rebus ſuis reſeruauerit,*

*dos quæ contra legem Papiam ſecundo marito data eſt, non valebit.* ¶ *Hic de* IVRE *addendum quid ſit lex Papia.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hac lex* à *Cod. Iuſt.* transfuſa eius ſpecie *in l. 1.* propter legem Papiam quæ Iuſtiniano diſplicuit; Sed & antiquata ea per *l. hac edictali 6. C. de ſecund. nupt.*
" Fortè hic *Pompeianus* eſt, quem ἄρχοντα ἐν Νικομηδείᾳ, Rectorem Bithyniæ fuiſſe diſcimus ex Homerio Sophiſta apud Photium *n.* 165. & ex ineditis Libanij *epiſtolis.*
" In MSS. nonnullis inuerſo ordine, *habere conſtat.*
" al. XVI. al. III.
" MSS. nonnulli meliùs III.
" Fortè *Syrimio*, de quo mox.

## COMMENTARIVS.

SECVNDA hæc eiuſdem Conſtantij Imp. conſtitutio eſt de inoſſicioſis dotibus: Et ea quidem nominatim, de dote ab vxore ſecundò nubente marito data, ſeu à MATRE pro ſe data (quam ſpeciem Tribonianus transfudit in *l. 1. ſup.* quam vnicam in Codicem ſuum tranſtulit. Eáque definit, dotem ab vxore marito datam, conſtitutam, filios ex priore matrimonio repetere non poſſe, niſi duobus caſibus: duobus, inquam, non vt Interpres, vnico: duobus videlicet pro vno ſumptis. *Primus* caſus eſt, ſi dos vltra dodrantem conſtituatur, & ſic inoſſicioſa ſit, *arg. Rubricæ* in fraudem Legitimæ, & vt rectè Interpres, ſi filiis ex priori matrimonio tres vncias, id eſt Quartam portionem de rebus ſuis non reſeruauerit. Finge enim quod vtique fingendum eſt, pacto dotali ſeu repromiſſione, conuentum fuiſſe, vt maritus mortua vxore vniuerſam dotem vel penè totam lucraretur, vt in *l. mulier 72. π. de iure dot.* Quæ ipſa conuentio ſæpè in Legibus noſtris præſupponenda eſt, vt *hac leg.* ita & *l. 73. de euictionib. l. vlt. §. 1. π. vt legat. nom. cau.* vt inquam dos tota, vel penè tota, mortua vxore, penes maritum remaneret. Quare hoc caſu, ſi filij dodrantem ſeu legitimam non habeant, de dote repetenda actio his datur. Quod Interpres ita hîc explicat, *dos non valebit.* Vnde colligeret quis, id ita intelligendum; quaſi tota dos à filiis repeti poſſet. Quod ego non admitto: Nam vt cæteroquin dos inoſſicioſa hactenùs reuocatur vt filiis legitima, ſalua ſit, de quo ad *l. 1. ſup.* ita & hoc proculdubio quoque caſu: quò pertinent illa, *ſi neque vltra dodrantem.* Hodie certè *huius leg.* atque adeò *l. vn. Cod. eod. tit.* vſus in Praxi non eſt ampliùs, verùm ſequenda lex *hac Edictali, Cod. de ſecundis nupt.* (De quo tamen vid. Albericum *hîc* poſt Cynum, Iacobum de Rauenna, Iacobum Butrigar.) Certè in Gallia, vbi *d. legi hac Edictali,* locus eſt, ad ſuum modum reducitur: de quo vid. ſingularem ſpeciem & Arreſtum quod memorat Fraxinus *in Arreſtis c. 2.* Et hæc quidem de primo caſu *huius leg.* quo filiis prioris matrimonij dotis repetendæ ius eſt. Quod & ipſum inter ſecundò nubentium ſiue pœnas, ſiue fibulas, ponendum eſt. Quibus ſanè Conſtantius odium ſuum & aliàs indixit: inter alia, adempto his reuocandæ donationis à filiis ob ingratitudinem iure, *l. 1. & 4. inf. de reuoc. donat.* quarum poſterior eo ipſo anno 358. data eſt, quo lex 1. *ſup.*

Secundus caſus, quò repetendæ dotis filiis ex priore matrimonio ius ſeu actio tribuitur: eſt ſi dos ab vxore marito data, conſtituta in fraudem Legis Papiæ ſit. Quem caſum Interpres cum ſuperiore confudit, eundémque fecit: qui tamen idem, quid lex Papia ſit, EX IVRE antiquo ſcilicet ſeu veteris Iuriſprudentiæ, addendum rectè monet. Quomodo & aliis pluribus locis eò ſeſe refert. Cuiacius *paſſim* in fraudem Legis Papiæ dotem ab vxore conſtitui *hac l.* putat: quaſi certa quædam quantitas dotibus ritu antiquo, & quidem Lege Papia, præſtituta fuerit: & quidem, vt non liceret mulieri plus quàm decies centena millia in dotem dare. Quæ ſanè Cuiacij ſententia à viris Doctis iam diu profligata eſt. Nam, quod Iuuenalis dixit, (hæc enim erroris eius cauſa eſt.)

——*Et* RITV *decies centena dabantur*
*Antiquo.*

id rectè explicat vetus Scholiaſtes, nempe ritum antiquum in hoc eſſe, quod dos dicta ſit: nam ſine dote olim vix nuptiæ cenſebantur: non verò de certæ quantitatis modo id accipiendum eſt. In fraudem igitur Legis Papiæ in ſp. *huius l.* conſtituta dos, eſt dos conſtituta in fraudem Legis decimariæ, quæ Legis Papiæ pars fuit: ſcilicet vir & vxor ſi liberos communes nullos haberent, ſolidum inter ſe per eam legem capere non poterant, verùm decimas tantum iis capere ius erat, putà, matrimonij nomine; item liberorum ſuperſtitum ex alio matrimonio, vt & communium liberorum nomine, poſt nonum diem amiſſorum; de quibus legibus Decimariis dicam plenè ad *l. 2. inf. de iure liberor. & l. vlt. inf. de legitim. hæredit. l. 2. inf. de nauicul.* Præter has igitur decimas communium liberorum iure non ſubnixi coniuges, nihil ex bonis alterutrius capere poterant: *Capere,* inquam, id eſt quoquo modo capere, non tantùm hæreditatis aut legati titulo, verùm & mortis cauſa capionis donationiſue. Eóque pertinet, quod Marcellus *lib. 1. ad Legem Iuliam & Papiam in l. 38. π. de mortis cauſa donat.* & Terentius Clemens *lib. 4. in l. 25. π. de donat. inter vir. & vx.* de mortis cauſa donationibus & capionibus tractant: Idque confirmat etiam lex 1. *inf. de bonis proſcript.* Itaque & quod conditionis implendæ causâ datur, modo *hac l.* conceſſo imputatur, vt definit Vlpianus *lib. 8. ad eandem Legem Papiam* in *l. 36. π. de mortis cauſa donat.* Adde; neque donationis inter viuos, quæ morte confirmatur, titulo, *d. l. 1. inf. de bonis proſcript.* Addendum denique ex *hac l.* neque dotis titulo ſeu pacto dotali, quod iam ante annos plures *Notis ad cap. 12. L. Iuliæ Papiæ de maritandis ordinibus* monueram, *p. 33.* Sed & poſtea hoc ipſum probauit doctiſſimus Merillius *libris obſeruationum.*

¶ Vt proinde hæc ſpecies à nobis conſtituenda ſit: Mulier ex priore matrimonio liberos habens, omnia vel pleraque bona ſua ſecundo marito in dotem dedit, ſeu conſtituit, conuenitque, (nam proponendum eſt, vt iam oſtendi,) *vt, etſi communem filium non haberent, dos nihilominus integra apud virum remaneret.* Conuentio hæc, *Repromiſſio dotis* vocatur *l. 72. π. de iure dot.* Sanè hac dote dotalíque pacto prioris matrimonij filiis fraus fit, vtpote quadrante illis, ſeu legitimâ non ſaluâ, Fit & fraus



fraus *Legi Papiæ*, vtpote ſolidum capiente marito, eo caſu, quo ei ex *Leg. Papia* ſolidi capiendi ius non eſt, puta communi filio non interueniente. Quare iam ſi ex *hac l.* ſtatuendum eſt, ne quidem dotis, dotalíſve pacti titulo, plus quàm Lege Papiâ Decimaria præſtitutum erat, virum ex coniugis bonis capere poſſe; alioquin ſi dos huiuſmodi conſtituta fuerit, duplici iure a liberis prioris matrimonij, & quidem iure liberorum reuocari poteſt: ſiue quia legitima illis ſalua non eſt, ſiue quia in fraudem Legis Papiæ dos data eſt. Et quidem hoc poſteriore caſu, non minùs, quàm priore, *vt liberi,* non velut delatores, dotem fiſco caducam reuocabunt (quod credidit doctiſſimus Merillius, *Obſeruat. lib. 3. cap. 6. in f.*) Nam de dote à filiis reuocandâ, non de fiſco nuntianda *hâc l.* agitur. Et ſanè caduca liberi ad tertium vſque gradum hæredes ſibi ex *l. Papia* vindicabant; vt teſtatur Vlpianus *fragm. tit.* 18. & Iuſtinianus *l. 1. in fin. principij, C. de caduc. toll.* Idque eſt, quod *ius antiquum* vocatur, *d. l. vn.* & apud Vlpianum *in fragm. tit. 1. §. 19. & tit. 17. §. 2. & tit.* 18. & apud Celſum *in l. pater meus. 29. in fin. π. de legatis 2.* Quod verò Honorius Imperator poſtea omnibus legitimis hæredibus ius capiendi caduca conceſſit, *lege 30. infr. de petitionibus.* id de bonis vacantibus accipiendum eſt, quam vocem etiam Tribonianus ſubſtituit, *l. 4. Cod. de bonis vacan.* quæ inde deſumpta eſt. Et hæc ad ſenſum *huius leg.* ſufficiant. ¶ De *ſubſcriptione* videndum ſupereſt: vbi & loci adiectio. *Dat. Syrmio.* & Conſulatus *ipſo Auguſto X. & Iuliano Cæſ. IV. Coſſ.* ſuſpecta & inemendata videntur. Sanè cùm hæc lex ſuperiori quæ data eſt. A. D. 358. ſubiciatur, neceſſe eſt hanc tempore poſteriorem eſſe, & ideò ad A. 357. hæc referri non poteſt, quo ſanè anno Conſtantius Syrmij fuit; Ergo poſteriorem tempore eſſe oportet, quod res ipſa quoque clamat: *dicta* quippe *l. 1.* inoſſicioſæ dotis querela *primùm* introducta fuit eo anno 358. de quâ ipsa cùm ſit hæc lex, eam tempore poſteriorem eſſe oportet. Recta proinde videtur MSS. nonnullorum ſcriptura, vbi *Iuliano Cæſ.* III. expreſſum eſt: ſic vt referenda ſit hæc lex ad A. D. 360. quo Conſtantius in Oriente verſabatur Perſico bello illigatus: vnde *Antiochiam* hoc anno exeunte regreſſus eſt, vt in *Chronol.* oſtendi. Quare reponam hîc *Syrimio*, quod prope Antiochiam in Cynegica regione erat; cuius mentio apud Nicephorum & Euagrium: (Σίειμις, σιείμος vocatur) vbi hæc lex data fuerit: quomodo & anno proximo 361. data dicitur *Gyphiræ lex 12. de Prætoribus*, quæ ſanè ipſa ab Antiochia 22. lapide diſtabat: de quo *ad eam leg.*

# DE HÆREDITATIS PETITIONE.

## TITVLVS XXII.

### III. COD. IVST. XXXI.

## PARATITLON.

HÆREDITATIS PETITIO, ſeu diſceptatio, vel hæreditaria controuerſia eſt, quâ hæreditas alicuius, qui munere lucis exceſſit, vindicatur. In Latinis hoc peculiare eſt, vt eorum peculia non vt hæreditaria filiis eorum cedant, verùm ea Patroni vel liberi vindicent.

---

### ¶ LIBERTORVM *qui è Ciuibus Romanis Latini facti fuerunt, hæreditas ad quos pertineat.*

1. *Imp. CONSTANTINVS" A. & Cæſar" ad Maximum PF. V."

SI is qui dignitate Romanæ Ciuitatis amiſsâ Latinus fuerit effectus", in eodem ſtatu munere lucis" exceſſerit, omne peculium eius à patrono, vel patroni filiis, ſiue nepotibus eius, qui nequaquam ius agnationis" amiſerint, vindicetur. Nec ad diſceptationem, veluti hæreditariæ controuerſiæ filiis" liceat accedere; cùm eius potiſſimum ſtatus ratio tractanda ſit, non quem beneficio libertatis indultæ ſortitus acceperit, ſed is in quo munere lucis exceſſerit. Dat. III". Kalend. Febr. Serdicæ, ipſo Auguſto VII". & Cæſ. COSS.

INTERPRETATIO. *Si quis Ciuis Romanus libertus, intercedente culpa, Latinus libertus fuerit effectus, ſi in eadem Latinitate, ſine reparatione prioris ſtatus, ab hac luce diſceſſerit, facultates illius patronus, vel patroni filij, vel nepotes, qui tamen per virilem lineam deſcendunt, & emancipati non fuerint, ſibimet vindicabunt. Nec ſi filios, quos Ciuis Romanus generauit, fortaſſe dimiſerit, aliquid de eius hæreditate præſumant: quia non requirendum eſt, in qua libertate nati fuerint, ſed in qua pater eorum poſitus conditione defecerit.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod.Iuſt. vtpote ſublatis Libertorum differentiis : Eadémque cauſa fuit interpolandæ, *l.3. Cod. pro quib. cauſ. pro præm.* quæ alioquin deſumpta eſt ex *l.1, infr. de rapt. virg.* Quanquam poſtrema pars *legis 2. C. de libertis & eorum lib.* ex ea ipsâ conſtitutione, ex quâ hæc deſumpta videatur : eandem enim inſcriptionem præfert *ad Maximum P.V.* Et fortè iungenda huic *l.3. infr. ad SC. Claudian.* etſi illius inſcriptio ſit *ad populum* : Conſtitutiones nempe ad Magiſtratus ſcriptæ proponi iubebantur populo, maximè illæ quæ *edicti* vim & nomen tenerent. Certè & illa de Latinis pariter aliquid cauet.

'' *Conſtantius* malè in nonnullis MSS.

'' Notanda hæc inſcriptio : qua *Criſpus Cæſar* indicatur, non verò *Iulianus*, vt quidam opinati, qui Conſtantio hanc leg. vindicabant.

'' *Maximus* hic P.V. fuit A.D. 319. 320. 321. 322. 323. v. *Proſopogr.*

'' *Præfectus Vrbi* Patronis ius dicebat : dicam *infr. tit. de liberali cauſa.*

'' *Intercedente culpâ*, vt rectè Interpres hîc addit.

'' Sic etiam *Functus lucis* officio.

'' V. & Ciceronem *lib. 1. de Oratore.*

'' Fortè *legis 1. Cod. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento.* Seneca in Hypolito, *Cur dure munus reddita lucis fugis?* Etiam iis quos cùm Ciuis Romanus eſſet, generauit, vt ab Interprete rectè notatum.

'' vt. *in d. l. 3.*

'' vt. vid. quæ dicam *ad l. 2. infr. ad L. Corn. de falſis.*

## COMMENTARIVS.

LIBERTORVM Ciuium Romanorum (ob ingratitudinem ſcilicet intercedente culpa, vt rectè addit Interpres) in Latinorum gradum regradatorum bona, non liberi eorum etiam ante contractum ingrati vitium ſuſcepti hæreditatis iure vindicare poſſunt, verùm ea Patrono eiúſve liberis peculij iure cedere iubet Conſtantinus M. A.D. 326. *hac leg.* ¶ Quod vt intelligatur, res altius repetenda eſt. Ac primò quidem LIBERTORVM non vnum fuiſſe genus notum eſt, atque adeo neque vnam conditionem : Præcipua erat, quòd *Ciues Romani* liberti & filios ſuos ab inteſtato hæredes habebant, teſte Vlpiano, *in fragm. tit. bonis libert. vlt.* vt & teſtamenti condendi ius; quod non minus notum eſt. Saluiani locus eam in rem alioquin elegans, *lib. 3. ad Eccleſiam Catholicam. In vſu quotidiano eſt, vt ſerui etſi non optimæ, certè non improbæ ſeruitutis Romana à Dominis libertate donente donentur : in qua ſcilicet & proprietatem peculij capiunt, & ius teſtamentarium conſequuntur : ita vt & viuentes cui volunt es ſuas tradant, & morientes donatione tranſcribant.* Et mox : *Domini teſtamenti faciendi arbitrium dant libertis. At Latini* deteriore conditione cùm eſſent, meliore tamen quàm ſerui, mediam inter hos fortunam tenebant, *l. 3. ad SC. Trebellian.* Seruorum liberi & ſpurij liberorum erant, vt *d. lex 3.* loquitur : Nam etſi ſeruitutis neceſſitate ſoluerentur, Patroni tamen priuilegio tenebantur, *d. l. 3.* & vt Tacitus 13. *annal.* loquitur, *velut vinculo ſeruitutis attinebantur* : Siquidem vt liberi vitam peragebant, at cum ſpiritu ſimul vitam amittebant, *§. vlt. Inſt. de ſucceſſ. libert. & l. vn. in fin. pr. C. de Latina libert.* Bona proinde eorum non hæreditatis titulo cenſebantur, ſed peculij : *hac l.* vel quodammodo peculij iure, *d. §. vlt.* Teſtamentum igitur de his condere non poterant: Gaius *Iuſt. tit. 1.* Neque hæredes in iis filias habebant, *hac l.* & Paul. 4. *ſent. tit.* 10. Verùm ea Patronis Patronorúmque liberis peculij iure cedebant, *hac l.* ex lege videl. Iunia Norbanâ ſcil. *d. §. vlt.* Et ſic quaſi locupletes quidem viuebant, ſed quaſi mendici moriebantur; vt Saluianus loquitur *d. lib. 3.* ad hos Latinos reſpiciens : ideoque etiam Vlpian. *in fragm. tit. vlt.* de ſucceſſione libertorum agens, Ciuium Romanorum libertorum nominatim meminit. Denique elegantiſſimus hanc in rem Saluiani locus *d. lib. 3.* ſine religione præteriri non poteſt. *More*, inquit, *illorum veteris, qui ſeruos ſuos non bene de ſe meritos, quia ciuitate Romanâ indignos iudicant, iugo Latinæ libertatis addicunt, quos ſcil. iubent quidem ſub libertorum titulo agere viuentes, ſed nolunt quicquam habere morientes: Negato enim iis vltimo voluntatis arbitrio, etiam quæ ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt. Ita ergo & tu religioſos filios tuos quaſi Latinos iubes eſſe libertos, vt viuant ſcil. quaſi ingenui & moriantur vt ſerui, & iuri fratrum ſuorum quaſi per vinculum Latinæ libertatis adſtricti, etiamſi videntur eſſe arbitrij ſui dum viuant, quaſi ſub illorum tamen poſiti poteſtate moriantur.*

¶ Secundò illud ſummoperè ex *hac l.* notandum, Ciues Romanos, libertos propter ingratitudinem *intercedente culpâ* (vt Interpres loquitur) Latinos effectos, & ciuitatis Romanæ iure in Latinitatem etiam ſub Conſtantino M. deturbatos. Qui locus ſingularis admodum eſt : Quinimò eandem mentem intermicãtem internoſco *fine l. 2. C. de libertis & eor. lib.* quæ ex eadem conſtitutione, ex quâ hæc noſtra lex deſumpta eſt, vt inſcriptio eius arguit, quomodocunque tandem eam Tribonianus interpolauerit : *Sanè ſi is, qui in noſtro conſilio vindictâ liberatus eſt, poſt coërcitionem pœnitentiâ dignum ſe præſtiterit, vt ei ciuitas Romana reddatur, non prius fruatur beneficio libertatis, quàm ſi hoc Patronus eius oblatis precibus impetrauerit.* Viceuerſâ Latinos libertos pro meritis ius ciuium quandoque conſecutos meliore auſpicio (vt loquitur Plautus *in Menæchmis*) ad *l. 1. inf. de rapt. Virginum* fuſiùs oſtendam. Singularis, inquam, hic locus eſt : nam anxiè hactenus quæri ſolet, quænam libertorum ingratorum iure Romano antiquo ante *huius Cod.* tempora pœna fuerit : Itaque & de eo certius aliquid notare nunc animus eſt, tùm ad *huius l.* tum ad *l. 1. inf. de libertis.*

¶ Intellectum ſic primùm ſtatuo; ex *lege Ælia Sentiâ* ingrati liberti accuſationem inductam: quod docet Vlpianus, *lib. 4. ad l. Æliam Sentiam*, vnico fragmento quod ſupereſt *in l. 30. π. qui & ex quibus cauſ. manum.* & Paulus *in l. ſciendum, 70. π. de V. S.* Ex Tacito ſanè *lib. 13. Annal.* etiam ſub Nerone, in commune diſcimus; nil aliud *læſo patrono* CONCESSVM, *quàm vt viceſimum vltra lapidem in oram Campaniæ libertum relegaret.* Quod ab Auguſto inſtitutum Lipſius ſuſpicabatur, argumento Dionis *lib. 55.* vbi ait, Auguſtum conſtituiſſe τὰ δημιώματα, οἷς, νί τε ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερωθέντας, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γενομένοι χρήσονται. Quo loco quærunt Viri docti, cur Libertinorum Campaniæ relegarentur, cùm tamen neque hanc Solam moram in id delectam veriſimile ſit, neque tutum id conſilium fuiſſet, ſi tot perditi homines eò conueniſſent : tandem neque exilio hanc oram opportunam, vt quæ amœniſſima foret? Quare eum locum refringunt, velut Petitus, *in leges Atticas p. 83.* Ego

nil



nil mutari volo, nempe eo loco id exprobrantis vice vel exempli gratiâ ponitur : nempe quod liberti in eam oram amœniſſimam relegationis ſpecie mitterentur. Nempe clariſſimi quoque Proceres Romani per Campaniam fundos habebant, eóque etiam libertos ſuos ingratos ab oculis ſuis non minus quàm filios aut ſeruos relegabant, quaſi hæc indignationis, & comminationis pœna ſufficeret : Quæ tamen pœna tanti non viſa nonnullis delictis libertorum. Obiter tantùm totum illum Taciti locum ita conſtituo. *Nec deerant, qui cenſuerant : Sed Conſules relationem incipere non auſi ignaro Principe, perſcripsêre tamen conſenſum Senatus* [in eo] *ille auctor conſtitutionis fieret, vt inter paucos, & ſententiæ aduerſos : Quibuſdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupiſſe frementibus, vt re iam æquo cum patronis iure agerent, ſententiam eorum confutarent, ac verberibus manus vltrò intenderent, impulchrè vel pœnam ſuam diſſuadentes. Quid enim aliud læſô patrono, &c.* Nempè tria ibi irreuerentiæ libertorum in patronos argumenta proferuntur, 1. Quod æquo cum patronis iure agerent : & vt poſtea dicetur, Actiones inter eos *promiſcuæ*, & pares eſſent. 2. Quod *ſententias* eorum iuſſáque confutarent, ſeu aduerſus iuſſa eorum contumaces ſe præberent. 3. Imò, quòd verbera manúſque his intentarent, vel vltrò, & impulchrè, & inuerecundè, vel vt Patronos à pœna ſui abſterrerent, & quidem adhuc quali? Ad rem. Ex *eâ* certe *lege Ælia Sentia*, ciues Romanos libertos ingratos in latumias miſſos, docet Doſitheus *lib. 3. Sententiar. Hadriani Imp.* cuius hæc verba ſunt : δι' ἐπιστολιδίου αἰτοῦντός τινος, ἵνα τὸν ἴδιον ἀπελεύθερον ἀπολέσῃ, ὃν πρὸ χρόνου κελεύσει ἐπάρχου γαζοφυλακίου κατὰ νόμον Αἴλιον Σέντιον εἰς λιθοτομίας βέβληκε, καὶ νῦν τὴν ἐπίδοσιν αὐτοῦ ᾐτεῖτο Ἀδριανὸς εἶπεν. Τί ζητεῖς ἄνθρωπον ἀπολέσαι, καὶ τὴν ἐπίδοσιν ἀφαιρεῖσθαι, ἀφ' οὗ ἤδη ἐξεδικήθης, ἀναιδὴς εἶ, id eſt, *Petente quodam per libellum, vt ſuum libertum perderet, quem anteâ decreto Præfecti ærarij, ſecundum legem Æliam Sentiam, in latumias miſerat, & modò congiarium huius peteret, Hadrianus reſpondit: Quid quæris hominem perdere, eique congiarium auferre, cùm iam iudicatus ſis? improbus es.* Ciues enim Romani tantùm libertini in tribus vrbanas relati, congiarium de publico ex liberalitate Principis ferebant, quod iam notum eſt. De eodem quoque pœnæ genere accipi poſſit, quod in *l. 6. π. liber. agnoſc.* Commodus reſcripſiſſe proponitur, *Libertum ingratum in poteſtatem Patroni adigi & miniſterium ei præbere cogi.* In ergaſtula igitur liberti quoque damnati : Id quod docet etiam Spartianus *in Hadriano*, cùm ait; *Hadrianum ergaſtula ſeruorum & libertorum tuliſſe.* [ſeu, ſuſtuliſſe.] Quem locum perperam nonnulli ſollicitant. Sic & apud Athenienſes in ἀναγκεῖα pariter vt ſerui ita & liberti ingrati in ſeruitute retracti, detruſique, de quo mox. In *ſeruitutem* certè ciues Romanos libertinos ingratos reuocatos, poſt L. Æliam Sentiam ſtatim, caſu quodam ſingulari, qui à Claudio Imp. inductus fuit, reperio; putà ſi Libertus accuſatores, ſeu delatores Patrono ſubmiſiſſet, qui ei ſtatus quæſtionem facerent, cuius mentio fit, *in L. Diuus Claudius ſcil. π. de iure patron.* Atque ita reſtringenda videantur Suetonij verba, de hoc Claudij facto Agentis, *in eius vita, cap. 75.* qui generaliter alioquin, laxè, & ἀπεριορίστως, vt viri docti iam obſeruarunt, ingratos de quibus patroni quererentur, in ſeruitutem reuocaſſe Claudium ſcribit. Hic, inquam, vnicus caſus tàm expreſſus reperitur. Certè ſub Nerone, quamquam in Senatu efflagitatum fuiſſet, aduerſus libertos malè meritos; *vt reuocandæ libertatis ius Patronis daretur, præualuit tamen ſententia aliter diſſerentium, ſcripſitque Cæſar Senatui, priuatim expenderent cauſam libertorum, quoties à Patronis arguerentur, in commune nihil derogarent* : Arbitrorum igitur, & extraordinariæ cognitionis id eſſe voluit Nero. Poſt hæc deinceps libertos *in ſeruitutem*, quandoque vindictæ gratia redactos, & de ſtatu ſuo periclitatos, & quidem ſub Seuero, & Antonino, item ſub Alexandro Seuero, & vicinis Impp. legimus, *in l. 2. Cod. Iuſt. de operis libert. l. 6. π. de integr. reſtitut. & l. ſi mulier 21. π. quod metus cauſa.* quò referri poteſt. & *l. 98. §. vlt. verſ. nec admiſſum, π. de ſolution.* Vt mirer ſcribentes, & in his Cuiacium 10. *obſ.* 33. atque alios deinceps, nullo Pandectarum loco liquidò comprobari poſſe, libertos ingratos in ſeruitutem reuocari tum potuiſſe. Eò quoque pertinet Græci I. C. fragmentum à P. Pithoco editum, vbi dicitur *Prætorem non permittere manumiſſum ſeruire, niſi aliter lege peregrina confirmatum fuerit.* Vbi Pithocus, non verò fragmenti illius Auctor, ad vocem *peregrino*, vocem ἐκδίκων ad marginem adſcripſit, vnde neſcio quid efficere tentabat Doctiſſ. Petitus *lib. 2. obſeruat. 5.* Loci illius ſenſus hic eſt, etſi peregrinus manumittens ſeruum, Latinum facere non poſſit, quoniam lex Iunia, quæ Latinorum genus induxit, non pertinet ad peregrinos, attamen Prætorem (qui ſcilicet iuris ſtricti ſeueritatem temperare ſolet), *non permittere manumiſſum ſeruire.* Quomodo idem Græcus I.C. paulò antè ſimiliter ſcripſerat, cùm ante leg. Iuniam ij qui Domini voluntate, in libertate erant, manerent ſerui, eóſque manumiſſores auderent in ſeruitutẽ denuò per vim ducere, interueniſſe Prætorem, & nõ permiſiſſe manumiſſum ſeruire. Sequentia ita emendanda, *niſi aliter peregrino, lege confirmatum fuerit*, id eſt, peregrinum tamen non poſſe ſeruum in ſeruitutem reuocare, niſi *ex conceſſis cauſis.* Nempe vocem, vel βεβαιοῦσθαι, vel κυροῦν, vel κυροῦσθαι vſurpauerat Iuriſconſultus, quæ ſignificant auctoritatem alicuius rei facere, dare, ratihabere, adprobare, firmare, decernere, confirmare, authoritate ſuâ aliquid comprobare : Quin, & ἐπικυροῦν νόμον pro legem ſciſcere, rogare. Ad inſtitutum redeamus; Sub Diocletiano, & Maximiano pariter liberti quandoque in ſeruitutem retracti, & ad ſeruiendi neceſſitatem redacti, *l. 30. C. de liberali cauſa, & l. 12. ſeu penult. C. de operis libert.* Imò & Conſtantinus Imp. quoque, cùm ſeruitutis pœnam, ingratis libertis conſtituit, in *l. 1. inf. de libertis*, attamen ſatis indicat, iura quædam de eo antiquiora fuiſſe. Verùm tenebimus, ni fallor, ſi dixerimus, in libertis ciuibus Romanis, ſeruitutis pœnam ordinariam non fuiſſe, verùm certis, & grauiſſimis tantùm de cauſis inflictam, vt ex Claudij Edicto & Neronis oratione, ad Senatum liquidò conſtat. Ex aliis cauſis enim, libertos, 1. vel in ſequiorem gradum libertinitatis, & ſic in Latinorum ſtatum regradatos, vt ex *hâc l.* diſcimus. 2. vel metalli pœnâ affectos. *l. 1. §. 10. π. de offic. Præf. vrb. & l. 1. in f. π. de Iure patron.* inque latumias, ſeu ergaſtula damnatos, quod Doſitheus nos docuit, itémque Spartianus. 3. vel aliâ pœnâ pro modo querelæ, aut ingratitudinis, *d. §. 10.* de quibus vide *l. 6. §. 1. π. de agnoſc. liber. leg. 1. & 7. § . 1. de iure patron.* Itaque quod de regradationis pœnâ hic dicitur, id in ciuibus Romanis obtinuiſſe exiſtimo, non in Latinis (in Dedititiis certè, quorum peſſima, ſeu vltima conditio erat, obtinere nõ potuit.) Proinde quibus ex cauſis ciues Romani, in Latinos regradabãtur, cæteros Libertos in ſeruitutem paſſiuiùs retractos, veriſimile eſt, quemadmodum ante legem Iuniam Norbanam Libertos non iuſtos, citra ingrati vitium manumiſſoribus licebat in ſeruitutem denuò per vim ducere,

vt

vt docet fragmentum ex eodem Doſitheo, & alterum illud à Pithœo erutum, Eoque pertinet Taciti locus, cùm ait: *Manumittendi duas ſpecies inſtitutas, vt relinqueretur* POENITENTIÆ, *aut nouo beneficio locus, quos vindicta Patronus non liberauerit, velut vinculo ſeruitutis attineri; diſpiceret quiſque merita, tardéque concederet, quod datum non adimeretur*; ſed & antiquiſſimum illud Placiti, apud quem inter amicos manumiſſus ſubiicit, *ſed meliori eſt opus auſpicio, liber* PERPETVO *vt ſiem.* Sanè poſt Iuſtiniani quoque tempora, iure Gothico, ita quoſdam manumitti ſolitos, vt à Dominis in ſeruitutem trahi poſſent, docet *lex 9. lib. 5. Viſigoth. tit. 7. & 54. diſtinct. cap. 5.* Proindè non de libertis Latinis quæſitum fuit, an ob ingrati vitium in ſeruitutem reuocari poſſent, qui & citra vitium aliquod olim poſſent: verùm de ciuibus tantùm Romanis. Et tamen vt ciues quoque Romani Liberti in ſeruitutem reuocari poſſent, tandem conſtitutionibus inductum fuit, cùm antea non niſi ex grauiſſimis cauſis reuocarentur. Quò pertinet etiam *lex 2. 3. inf. de libert. & eor. lib. & l. 1. Inſtit. de capitis diminut.* & inſignis Ambroſij locus: *lib. 1. de Iacobo, & vità beata, cap. 3. inf. Ita libertatem*, inquit, *accepiſti, vt meminiſſe manumiſſoris tui debeas, vt Patrono tuo noueris legitimum obſequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas.* Sanè in hoc quoque prælusit vt in multis aliis, Iuri ciuili, Ius Atticum: apud Athenienſes quippe ἀποστασίου δίκη erat; quâ Liberti ingrati in ſeruitutem reuocabantur, τ͂ ἁλόντας δεῖ δούλους εἶναι; cuius meminerunt Oratores veteres, & in his Pollux; *lib. 3. cap. 8. & lib. 8. cap. 1.* & Harpocration *in voce* ἀποστασίου. Suidas *in voce* ἀπόστασις, & *in* ἀποστασίου δίκη, & Ethymologicus, in ἀποστάσιον. Agit quoque de eâ apud Athenienſes actionem ſimul, & formulam, quâ dominus ingratum libertum iure libertatis exuebat, proponit Valer. Maximus *lib. 2. cap. 6. §. 6.* & rurſum *lib. 5. cap. 5. §. externorum 3.* Sed & Donatus cùm ad palliatam Terentij Comœdiam (Andriam ſcilicet, *Act. 1. ſc. 1.*) ſcribit: *An ſecundum ius*, inquit, [*loquitur*] *quod aduerſus libertos ingratos eſt, vt in ſeruitutem reuocentur?* Liberti verò ita in ſeruitutem retracti, in ἀναγκαῖα coniiciebantur, vel etiam vendebantur: quod & Oratores veteres, & Suidas teſtantur. Et hæc de pœnis libertorum ingratorum dixiſſe ſufficiat, & inter alia quidem, de Regradationis pœnâ, cuius aliàs vſus quoque fuit in Eccleſia, & in militia: de quo eſt Hieronymi locus, *epiſt. ad Pammachum, aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum.* De ciuili regradatione dicam *ad l. 1. inf. ad l. Iul. repetund.* Vt ad ſpeciem, & ſententiam *huius l.* tandem reuertamur; finge libertinum, ciuem Romanum, liberis, antequam ingrati vitium contraheret, & regradaretur, ſuſceptis, in Latinorum poſteà gradum, ob ingrati vitium redactum deceſſiſſe; quæritur, vtrum huiuſmodi liberis noceat ſequens patris caſus, ſeu culpa, an verò Patronus, Patronique liberi in Patris etſi Latini poſtea facti peculio ſeu bonis eis præferatur; id eſt, vtrum hac parte attendendum ſit tempus, quo liberi iſti nati ſuſceptique fuerunt ex patre libertino ciue Romano, an verò eius temporis ratio habenda ſit, quo pater iam ob ingrati vitium Latinus factus eſt? Quod poſterius *hac l.* ſtatuitur, atque adeò præferendos patroni liberos liberti liberis, in eius peculio definitur; quod vtique ſingulare eſt. Alioquin enim, quod ad ſtatum filiorum liberti pertinet, filij eo tempore nati quo pater libertate potiebatur, ſtatum ſuum retinent: neque enim illis delicta parentum hàc parte nocère æquum eſt, vt eleganter loquitur *l. 2. C. de libertis, & eorum liberis.* Sed & in commune nota patri adſperſa filium aut filiam non pertingit, & calamitas patris liberis nocere non debet. Quare & Senatorum liberi illi cenſebantur, quorum pater poſtea Senatu motus fuit: quæſita quippe liberis prærogatiua propter caſum Patris liberis auferenda non eſt: *l. 9. ff. de Senatoribus.* Verùm bonorum paternorum hîc alia ratio eſt, quàm honorum & ſtatus: nam quod ad bona paterna attinet, *eius potiſſimùm ſtatus ratio tractanda eſt, non quem beneficio libertatis indultæ ſortitus acceperit* [libertus ſeu pater] *ſed is in quo munere lucis exceſſerit*: vt hîc eleganter loquitur Conſtantinus. Hoc ſcilicet metu libertos in obſequio contineri oportuit, politico ſcemmate, ſeu telum iſtud patronis tribui, quod ſperni nequiret, vt Tacitus in hoc argumento loquitur, *d. loco.* ¶ Cæterùm, quod de Patroni filiis dictum fuit, id ita accipiendum eſt, *niſi agnationis ius amiſerint*, id eſt, vt rectè Interpres explicat, niſi emancipati fuerint: cuius agnationis ſolutæ ſimilem effectum vidimus in *l. 1. ſup. de inoffic. teſtam.* Quare filij, regradati Liberti, emancipatis patroni liberis in vindicandâ patris liberti Latini ſucceſſione, ſiue peculio præferentur.

# DE REI VENDICATIONE.

## TITVLVS XXIII.

III. COD. IVST. XXXI.

" Adde *l. 9. infr. de infirm. his quæ ſub Tyr.*

¶ OCCVPA



¶ OCCVPATORIOS *agros militum, perpetuo iure proprios eorum eſſe.*

1. * Imp. HONORIVS & Theodoſius AA. † Criſpino" Comiti & Magiſtro Equitum.

QVISQVIS armatæ militiæ ſtipendiis communitus, in ſolo publico" vel ædificium aliquod conſtruxerit, vel ſeptis quibuſlibet ſpatia" certa" concluſerit", perpetuo iure, & firmo dominio; eadem ex noſtrâ generali" auctoritate poſſideat: nec per ſubreptionem aliquis poſteà eadem loca à Noſtrâ Clementiâ audeat poſtulare. ¶ Illud quoque" ſancimus, ſi quiſquam Militum ſimili conditione *ante hoc tempus* loca publica poſſidenda detinuit, ac poſtea eadem per alias competitionum" nebulas" detectus fuerit amiſiſſe, reformari" eadem; Ita tamen, ſi probatum fuerit, à nullo antea poſſeſſum ſolum hac" quâ oſtendimus à milite ratione detentum, vel ſi" in alios fortè eorum militum voluntate tranſlatum fuiſſe, quod tenuerat", potuerit perdoceri." Ne quis ſanè poſt hanc definitionem noſtri numinis ſurripiendo" poſtulare audeat hæc ſpatia, de quibus præſens Oraculi" noſtri forma" comprehendit, pœnam xx. librarum auri iubemus adſcribi. Dat. v." Kal. Mar. Rauennæ, Aſclepiodoto & Mariniano COSS. [423.]

INTERPRETATIO. *Quicumque militans in ſolo publico ædificium fortaſſe extruxerit, aut aliquid pro vtilitate ſua crediderit faciendum, per nullius calumniam penitus repellatur, ſed hoc perpetuò in eius iure permaneat: Idem ſi miles noſtris vtilitatibus ſeruiens, ſi locum publicum conſtruxerit, vel ad excolendum fortaſſe tenuerit: ſi hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipſe peruaſor extiterit, ſimili ratione poſſideat. Contra quam rem etiam ſi ſubreptum Principi fuerit, non ſolum impetrata non valeant, verumetiam improbus petitor* xx. *libras auri fiſco cogatur exoluere.*

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſtin.
" Alij *Criſpioni*; ad marg. Til. edit. in An. Reg. & Put. *Caſtino.*
" *Limitaneos* agros accipio, de quibus *ſuo tit.* deque iis eſt & Nouella *Theodoſij* 31. aut vacantes terras; de quibus *l. 3. inf. de veteran.* ſeu vagantes *l. 8. d. t.* rura vicina Barbariæ, vt loquitur Lampridius *Alex. Seuer.*
" Vide & *l. 1. inf. de terris limitan. & l. 9. inf. de Cenſitor.*
" Pro vtilitate ſua ad excolendum ἐπιτειχίζειν.
" Sic vt ſpeciali non egeat.
" Supra de his Honorius egit, quæ nunc primùm militibus occupanda concedit: Deinceps de his agit, quæ iam antea conceſſa fuerant.
" Vide *inf. titulum, de petitionibus & vltrò datis.*
" Vide Gloſſ. Theod.
" *Reformari*, id eſt, reddi, & (vt in eadem re loquitur Theodoſius, *in Nou. 31.*) redhiberi: Hinc *celeris reformatio*, de quo alibi.
" *Oraculum.* v. Gloſſ.
" Occupatoria.
" ℞. *Niſi*: vide *d. Nou. 31. verſicul. In his etiam.*
" ℞ *tenuerant*: vt etiam vidi in MSS Notandum autem hanc exceptionem ab Aniano prætermiſſam.
" *Edoceri*, ita MSS. quidam
" Id eſt, obripiendo, & per obreptionem. vide Gloſſ.
" Forte alluſum ad formas agrorum, de quibus ſcriptores limitum. Quanquam fortè eadem ratione dictum, quâ *forma Iuris*, & *forma legum.*
" xv. An. And.

### COMMENTARIVS.

MILITIBVS loca publica, ſeu agros quandoque Principis auctoritate conceſſos, vt aliunde notum eſt, ita ſpeciali ſuo *titulo* plenè videbimus *lib. 7. tit. 15. de terris limitaneis.* Varia autem olim ratione huiuſmodi agri militibus concedebantur: vel enim limitibus actis inter eos diuidebantur, ex menſuris actis certo terrarum modo Principis adnotatione conceſſo, *l. 9. inf. de cenſitorib.* (qui quidem agri *dati aſſignati* dicebantur: Item *limitati*, de quibus etiam agitur in *l. in agris limitatis, ff. de acquir. rer. dom.*) Alij verò eâ conditione concedebantur, *vt*, ſeu *prout* in cuiuſque militis poteſtatem venirent, prout quiſque agri modum aliquem occupaſſet, vt quiſque virtute colendi occupaſſet, id eſt, vt ædificium in eo conſtruxiſſet, vt ſeptis ſpatia certa incluſiſſet, vt *h. l.* dicitur: Qui & ideo *Occupatorij agri* dicebantur, ſeu *Arci-finales*, quòd videlicet à ſepto ſuo & ſpatio ſeu finibus finalem, id eſt, vicinum arcerent, vt conſtat ex Siculo Flacco *pag. 3. & 4.* Frontino *pag.* 84. 92. 99. 111. 116. Hi igitur occupatorij agri fuerunt, hæc eorum conditio apud Romanos: cuiuſmodi planè ſimiles fundi deinceps fuère collapſo imperio Romano, apud Francos aliáſque Nationes: Non & ibi fundorum genus fuit conceſſum & indultum per occupationem, quod genus *Adſumptus* dicebatur: quod ſcilicet quiſque ſibi eos adſumeret. Capitularia Caroli Calui *tit. 6. c. 20. Aut præreptione in beneficiario iure, aut in Alode adſumptus habetur.* Huiuſmodi genus vulgò vocabatur, *Irripriſio, Adpriſio,*

*priſio, & Purpriſum* : ſed communius *Adpriſio*, quod voci *Adſumptus* reſpondet *ſumere*, & *prendere*, idem. Sic *res perpriſæ*, pro rebus vſurpatis, & occupatis, Capitul. Caroli M. *lib.* 5. *cap.* 140. Caroli Calui *tit.* 39. *cap.* 8. Eadémque vox vſurpata apud Scotos, v. *lib.* 2. *cap.* 75. *Regiam maieſtatem* : & *ibi* Schenæum *in Notis*. Ergo hi fundi occupatoriorũ agrorum ſimiles fuêre : de quibus ſequentia loca notari cupio. Inſtrumentum Caroli M. in gratia militis cuiuſdam, cui nomen *Ioannes*, qui præclarè ſeſe aduerſus Saracenos geſſerat : *Concedimus ei*, &c. *quantum ille cum hominibus ſuis in villa fonte Iocoſa occuparit vel occuparet, vel de heremo traxerit, vel infra ſuos terminos in aliis locis, vel villas, ſeu villaris occupauerit, vel Adpriſionem fecerit*. Et in aliis: *Quicquid ille occupatum habebat, aut Adpriſionem fecerat, vel deinceps occupare & prendere petebat*. Inſtrumentum Caroli Calui in Biterrenſibus Archiuis, quas quidem Apriſiones proprietario iure poſſederunt. Item aliud in gratiam Barcinonenſium. *Omnes eorum poſſeſſiones ſeu Apriſiones inter ſe vendere, concambiare, ſeu donare, poſteriſque relinquere liceat*. Eadémque vox reſtituenda ex MSS. in actis Narbonenſibus, quæ Pithœus in *fragm. hiſtor. Franc.* edidit: vbi malè editum *quam ad portionem vocant*, reponendum enim *adpriſionem* : vbi & occupandi quoque vox occurrit. Et in vita Ludouici Pij *per auunculi ſui impreſſionem* rectiùs *impriſionem*. Et hæc quidem ita quoque notata ab auctore *de l'Inſtruction pour le Franc Alen.* poſt quem vid. & quæ Dominicus *de prærog. allod. cap.* 10. *p.* 86. & *c.* 11. *p.* 91. 92. 93.

Nos ad legem noſtram redeamus. Ad hos igitur occupatorios fundos pertinet hæc lex cuius hæc ſententia eſt, ſi ſolo aliquo publico, ſeu agro à Principe vniuerſaliter militibus conceſſo, milites huiuſmodi agri ſpatium aliquod, quodcumque aut ædificio occupauerint, aut ſeptis colendi animo concluſerint, in perpetuum huiuſmodi ſpatiorum dominos eos manere, ſic vt deinceps peti ab alio poſteà illa non poſſint, *hac l.* competitionum nebulis (vt hæc lex loquitur) ſublatis, de quibus petitionibus, ſeu competitionibus *ſuo tit. lib.* 10. & Nouella Maioriani 6. *de ædific. public.* neque retineri, *l.* 1. *inf. de terris limitan.* cuiuſlibet temporis præſcriptione, *Nouella Theodoſij, de ambitu, & locis limitaneis in ibi redhibendis* 31. quæ de hâc ipsâ re eſt. Duabus tantùm exceptionibus additis. Niſi ſi miles ipſe, peruaſor extiterit, (vt rectè Interpres explicat) id eſt niſi cùm ab alio iam occupatum fuiſſet, miles id peruaſerit. Item niſi (ita enim in *hac l.* legendum eſt) in alios militum voluntate tranſlatum id fuerit, quòd & ipſum cauetur, *d. Nou. Theodoſij* 31. *circa finem* : Et hæc eſt apertiſſima *huius leg.* ſententia, vbi obiter notanda ſunt propria Agrimenſoriæ artis vocabula, quæ hîc occurrunt plurima. Primùm, vox *ſeptorum* ; ſic apud Spartianum quoque. Secundò, vox *ſpatiorum*, quæ vox etiam vſurpatur *in l.* 1. *inf. de terris limitan. & in d. Nou.* 31. pro modo videlicet certo agrorum, vt vocatur in *l.* 9. *inf. de cenſitor. v. & l.* 2. *infr. fin. regund.* iuncta interpretatione. Pro quo *ſortem* quoque dixêre, de quo Dominicus *cap.* 5. *p.* 44. 45. Tertiò, vox *conditionis*, in his verbis, *ſi quiſquam militum ſimiliter ante hoc tempus loca publica poſſidenda detinuit*, vbi *conditio* non eſt certa lex quædam quæ ius aliquod determinet, verùm qualitas agri : Itaque qualitates agrorum dixit Frontinus, quas Siculus Flaccus *conditiones agrorum* vocat. Proinde his verbis intelligitur conditio occupatoria, vt à Siculo Flacco vocatur, *p.* 17. *cap. de quæſtoriis agris*. *Penè itaque iam fit, vt occupatoria conditione recedant* ; Ita enim eo loco lectio retinenda eſt ; & rurſum paulò poſt ; *Ita confuderunt poſſeſſores, vt ad occupatoriorum conditionem reciderint*. Et Hyginius. *Vetuſtas tamen longi temporis plerumque penè ſimilem reddidit occupatorum agrorum conditionem*. Nunc ad *huius l.* hiſtoriam accedamus. Primò, ſi coniecturæ locus eſt, exiſtimare licet, in inſcriptione *huius leg.* pro *Criſpino* reponendum *Caſtino*, vt ita hæc lex ad Hiſpaniam, & milites, in Hiſpania aduerſus Vandalos, hoc tempore conſtitutos, pertineat : ſuperiore quippe anno 422. Caſtinum ex-Comite Domeſticorum, Magiſtrum militum cum magno exercitu, & auxiliis Gothorum, ex Galliâ in Hiſpaniam, contra Vandalos miſſum, teſtatur Hieronymus in *Chronico*, & Idacius de hoc Caſtino v. & Renatum Profuturum Frigeridum apud Gregorium Turonenſem *lib.* 2. *cap.* 9. De eius Caſtini Clade, in Hiſpaniâ, fugáque ad Taraconam videndus idem Idacius : niſi ad Africam potius hæc lex pertinet. Secundò, quicquid huius ſit, illud certum, Honorium *h. l.* militum animos incenſum alicubi iuiſſe, hâc occupatoriorum agrorum conditione, ſiue deinceps occupandorum, ſiue iam occupatorum propoſitâ, eorúmque iure, & poſſeſſione ſtabilitâ, aduerſus nouos competitores, & inuaſores ; *competitionum nebulis*, vt eleganter loquitur, id eſt obtenta petitionis à Principe, *ſublatis* : de quibus petitionibus, ſeu competitionibus *ſuo titulo inf. lib.* 10. & *Nouella Maioriani de ædific. public.* 6.

# DE * FAMILIA HERCISCVNDA.

## TITVLVS XXIV.

## III. Cod. Iuſt. XXXVI. *Familiæ herciſcundæ.*

¶ DIVISIO



¶ Divisio *bonorum à* patre *inter ſuos hæredes, non inter viuos tantùm, verùm etiam Teſtamento imperfecto, facta valet.*

1. *Imp. Conſtantinus A. ad Verinum."

CVM" diuidendæ res erunt", dubitari non poteſt, ab hæredibus ſuis" conſenſum ſine vllâ controuerſiâ commodandum". ¶ Quod vero" ad huiuſmodi ſpectat ſcripturas, in quibus talis defunctorum mens fuiſſe inuenitur, vt de *Teſtamento* intelligatur tantummodo cogitatum", etſi repugnare ius videatur, huiuſmodi quoque conſcriptiones" inter ſuos" duntaxat hæredes, valere oportet : quemadmodum valent ſcripturæ, ſimpliciter inchoatæ, quas nulla ſolennitatis adminicula defendunt, ſolis nixæ radicibus" voluntatis : Licet enim, ſub *Teſtamenti* vocabulo, cœptæ, cùm perfectæ non ſint, neque appellari aliter vllo modo poſſint, euanuiſſe videntur, tamen diſpoſitiones vltimæ, coloratam" iuris imaginem referentes, iuſtiùs in ſe legum procliuem fauorem debent prouocare. ¶ Quamobrem, cùm filiis ac nepotibus, ciuili iure, vel auxilio Prætoris" vt ſuis hæredibus, defuncti ſucceſſio deferatur", etiamſi inceptum", neque impletum teſtamentum eſſe memoretur, vel ſi ab vtilitate" verborum, vel ſolemnitate" iuris inanis ſcriptura eſſe dicatur, conſiderari ſpecialiter voluntatem placet, & obſecundari protinùs cùm res diuidentur, nec retineri amplius, quàm quod ſingulorum perſonis detegatur" adſcriptum. *vt & memoria defuncti non violetur parentis, & occaſiones litium dirimantur.* Dat † IIII." Kalend. Septemb. Criſpo II." & Conſtantino II. coss.

Interpretatio. *Quando facultas patris inter filios vel nepotes diuiditur, ſpecialiter voluntas patris vel aui paterni debet in omnibus cuſtodiri, cuius teſtamentum etiam ſi non fuerit perfectum, aut ſi non legitimo numero teſtium ſubſcribatur, nec geſtis allegetur, tamen ſi agnoſcitur defunctus, de quo ſupradictum eſt, de facultate ſua aliquid ordinaſſe, quicquid" vnumquemque de filiis ac nepotibus cuiuſcumque ſexus habere voluerit, hoc ſibi ſine conſortis repetitione defendat : nec præſumat aliquis, quod alteri conſorti auctor ille dimiſerit. Sed hoc inter filios ac nepotes ex filiis maſculis obſeruetur, quod voluntate auctoris per quancunque ſcripturam probabitur ordinatum.*

## NOTÆ.

* Lex *vlt. C. eod. t.* hinc & ex Theodoſianâ *l. hac conſultiſſima.* 21. §. 1. *Cod. de teſtam.* & duabus Diocletianeis (putà *l.* 16. 21. *C. h. t.*) miro flagitio à Triboniano interpolata eſt ; inſcriptione etiam mutatâ *ad Baſſum PP.* Sanè & illius iam ita interpolatæ ſub Conſtantini nomine meminit Iuſtinianus *initio Nouell.* 107.
" *Verinus* hic an *Vicarius Africæ*, ad quem anno 319. Conſtantinus de Donatiſtis ab exilio relaxandis literas ſcripſit, de quibus Auguſtinus *poſt collationem lib.* 1. *c.* 33. & *Epiſt.* 152. & in *breuiculo collationis die* 3. *cap.* 22. Non : Quid igitur ? Præfectus V. Romæ hic Verinus fuit : vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. *ſup. de his qui veniam ætat.* ex Conſularibus.
* *Prima* huius *leg.* ſententia, de *Diuiſione familiæ inter viuos*, quam recidit Tribonianus, magno legis detrimento.
" Inter viuos ſcilicet, id eſt, cùm Pater ipſemet inter liberos familiam ſuam erciſcere vult : Quare errat Anianus, cùm hanc ſententiam ad teſtamentũ Patris quoque refert, atque ita vnicum *huius l.* caput conſtituit, cùm duo omninò ſint.
" *Filiis & Nepotibus*, Anianus rectè.
" Teſtatori, vel de rebus ſuis ante mortem diſponenti.
* *Alterum* huius *leg.* caput.
" Quod ex ſcripturæ præfatione apparere poterat, de quo mox.
" *Inſcriptio* in Cuiacij edit.
" Imò & inter quoſcunque liberos, non modo ſuos ex conſtitut. Theodoſij *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* Ideo Tribonianus ex eius ſenſu in *l. vlt. C. eod t.* (quam hinc interpolauit) addidit, *vel emancipatos*. Et tamen iam Conſtantino nominatim id tribuere audet Iuſt. *init. Nou.* 107. de quo mox.
" Ita Eumenius, Conſtantini Imp. cuius hæc lex eſt, coætaneus, in Panegyrico, quem ipſimet Conſtantino dixit : *Solis*, inquit, *virtutis nixa radicibus, ad tantum potentiæ robur inualuit.*
" *Coloratam imaginem*, id eſt, adumbratam : *Imago*, eſt veritatis adumbratio.
" *Iuſtius*, pro iuſtè.
" Quinam hi ?
" Defertur, deferetur.
" *Imperfectum*, Cuiacius : malè : ſic ſuprà, *cœptæ, cum perfectæ non ſint.*
" ℞. *à ſubtilitate*, vel *à futilitate*. Fuit enim Conſtantinus M. magnus priſcarum & inanium formularum antiquator : de quo dixi iam ad *tit.* 3. *ſup.*
" Id eſt, ſi teſtamentum non fuerit perfectum, ſi non legitimo numero teſtium ſubſcribatur : vt Anianus rectè notauit.
" *Detegetur*, ita in nonnullis.
" Ita MSS. Cod. & Editiones omnes : Nonnulli MSS. III.
" ℞. III. & *Conſtantino* III. *Coſſ* id eſt A.D. 324. pariter vt *d. l.* 1. *ſup. de his qui ven. ætat.* vbi vide quæ ex Conſularibus notaui.
" Referuntur hæc Aniani verba apud Auctorem veterum formularum ſecundum legem Romanam *formula* 21. cuius hic titulus eſt : *Charta qualiter pater filium vel nepotem de rebus ſuis meliorare poteſt.*

## COMMENTARIVS.

A Patre, inter hæredes ſuos rerum bonorúmque diuiſionem, vt inter viuos ita & teſtamento imperfecto factam, ratam eſſe iubet hac conſtitutione Conſtantinus M. A.D. 324. ¶ Notum



ſcilicet

ſcilicet iam olim diuiſionis arbitrio Patres ( inter viuos ) fungi potuiſſe, vt eleganter loquitur Papinianus, *l. 3. π. h.t.* Cogitatione ſcilicet futuræ ſucceſſionis, officium arbitri diuidendæ hæreditatis præueniendo, vt eleganter quoque loquitur Imp. *in l. ſi cogitatione* 21. *C. hoc tit.* vt ſcilicet occaſiones litium dirimantur; quod *huius l. fine* etiam indicatur: & ( vt *Nouella* pariter Iuſtiniani loquitur 18. *cap.* 7. ) ὅπως ἂν ἀδελφικῆς αὐτοὺς ἀπαλλάξειν ἐρίδος. Verecunda ideò & ſolicita hæc Patris cogitatio litibus occurrentis præcipuum fauorem meruit; id quod etiam his *huius leg.* verbis indicatur, *Iuſtius in ſe legum proclinem fauorem debent prouocare.* Porrò vt non vnâ ratione id parentes facere ſoliti, ita non omnes ſtatim admiſſæ fuerunt: Diuiſio enim inter viuos primùm recepta fuit ratáque, ſiue ſine ſcripturâ, ſiue cum ſcripturâ, quibuſcunque verbis, qualicunque iudicio voluntas patris declarata fuiſſet, vt docet diſertè *d.l.* 16 *&* 21. Quò pertinet *huius l.* initium ab Interprete perperam neglectum, & *lex prox. inf.* Quo ſanè caſu ſuos hæredes conſenſum commodare oportere ait Conſtantinus M. *ſine vlla controuerſia*; id eſt ſic, vt poſt mortem Patris aduersùs eam diuiſionem venire liberi non poſſint. Quod & rurſum conſtituitur *d.l. prox. inf.* Et hæc ita quidem, vt Conſtantinus M. de eo dubitari non poſſe, *huius l. initio*, dicat. Nempe quia id & ante Conſtantinum M. obtinebat, quod oſtendit *lex ſi filia*. 20. §. 3. vbi *ſupremi iudicij diuiſio* à Papiniano vocatur, & *l.* 39. §. 5. *π. hoc eod. tit. l.* 16. 21. *C.h.t.* At non & teſtamento imperfecto diuiſio ita à Patre facta rata ante Conſtantinum erat: verùm & hoc Conſtantinus M. *hac l.* admittit: putà, vt etſi imperfecto teſtamento, & ſolennibus iuris deſtituto, diuiſio in, ſeu, inter liberos ſuos facta fuerit, valeat: putà, ſi cùm pater de teſtamento cogitaſſet, non tamen ſolenniter id perfecerit; *Cogitaſſet*, inquam; id quod ex ipsâ ſcriptura & præfatione colligi poterat: Nam qui teſtabatur, ſolennem hanc formulam fermè præmittebat; *Ego N.* &c. *teſtamentum hoc meum condidi*, vel *feci*, διεθέμην τὴν διαθήκην μου ταύτην, vt eſt in Gregorij Nazianzeni *teſtamento.* Idque eſt, quod hæc l. ait, *licet ſub teſtamenti vocabulo cœpta*, de quo dicam etiam aliquid *ad l. 5. inf. de teſtam.* Voluntas & ſcriptura ſcilicet quæuis Patris, licet ſolennitatibus deſtituta, inter liberos ſuos valet, quocunque modo, quibuſcunque verbis aut indiciis inueniatur, ( vt additum *in d. l. vlt. Cod. h.t.* quam pro parte ex hac interpolauit Tribonianus ) & vt *hac l.* Conſtantinus M. eleganter loquitur; *valent inter ſuos ſcripturæ*, parentum ſcilicet *ſolis nixæ radicibus voluntatis: & coloratam iuris imaginem referentes.* Sanè ius hoc quà ampliatum poſtea à Theodoſio Iun. *Nou. de teſtamentis.* 9. ( vnde lex, *hac conſultiſſimâ*, 21. *C. de teſtam.* deſumpta eſt ) quà coarctatum à Iuſtiniano *Nou.* 18. *cap.* 7. *&* 107. *cap.* 1. ( vbi hæc lex *Conſtantinianea* citatur. ) Inter liberos igitur Patrem voluiſſe ſat eſt: & dummodo naturæ ſolennibus Pater ſatisfaciat, abundè hac parte eſt: Denique pietatis pars eſt, ſuos hæredes inter ſe Parentum voluntates, licet minus ſolemnes, tueri: Contra, memoriam Parentis violat, qui voluntatem eius ad iuris ſubtilitatem reuocat. Idque eſt etiam, quod *fine huius l.* dicitur, *vt memoria defuncti non violetur Parentis.* ¶ Sunt nonnulli qui hunc caſum notant inter eos, quibus ſine iure Prætorio factum teſtamentum, obiectâ doli exceptione obtinet: atque adeò ad hanc ſpeciem referunt ſententiam illam Pauli, quæ extat apud Auctorem Collationis Legum Moſaicarum *tit.* 16. *Sine iure Prætorio*, inquit, *factum teſtamentum, obiectâ doli exceptione obtinebit*: De quo monuit V.C. Petrus Pithœus *ad illum locum.* Verùm huc ea ſententia malè trahitur; cùm Conſtantinus M. *hac l.* primus huiuſce iuris auctor ſit: ſed & ipſo iure teſtamentum hoc valere velit, non obiectâ doli exceptione: denique valere velit, non promiſcuè vt teſtamentum, ſed inter *ſuos*, vt diuiſionem, & cùm de ſolo iure liberorum agitur, præueniendo arbitrum familiæ erciſcundæ, quod & titulus hic oſtendit, ſub quo lex hæc poſita eſt.

¶ Verùm de hac Conſtantini M. conſtitutione penitius pleniùs nunc & accuratiùs videndum nobis eſt. Primò obſeruandum; *Nouum* ius hac Conſtantini M. conſtitutione induci: quod etiam oſtendit Iuſtinianus *initio Nou.* 107. Nempe vt diuiſio à Patre inter liberos ſuos etiam teſtamento imperfecto facta valeat; quæ hactenus non valebat: etſi iam citra teſtamentum diuiſio actu aliquo inter viuos à Patre facta valeret, ſiue ſine ſcripturâ, ſiue cum ſcripturâ, quibuſcunque verbis voluntas eius declarata eſſet, qualicunque iudicio ſuam voluntatem declaraſſet, vt *initio huius leg.* oſtenditur, & docet diſertè *lex filij* 16. *lex, ſi cogitatione.* 21. *C. h. t. lex* 20. §. 3. *l.* 39. §. 5. *π. h.t.* Nondum tamen imperfecto teſtamento facta diuiſio valebat. Verùm id nunc Conſtantinus M. conſtituit; à minus ſolemni alio actu, ad minus ſolemne teſtamentum iure producto. Sic idem Conſtantinus M. iam antea A. 319. etiam Traditionis ſolemnitatem & neceſſitatem remiſerat, *l. 4. inf. de donationib.* in donationibus inter liberos & parentes: ſi nuda tantum voluntas claruerit, quæ non dubium conſilium teneat, nec incertum, ſed iudicium animi tale præferat, vt nulla quæſtio voluntatis poſſit inrepere. Hoc primum.

¶ Secundò notandum, huiuſmodi imperfectum teſtamentum, ſeu diuiſionem imperfecto teſtamento factam, Conſtantinum M. tantum valere velle *inter ſuos hæredes*: quod non ſemel inculcat; initio legis, *ab hæredibus* SVIS; mox, *inter ſuos* DVNTAXAT *hæredes*; tertiò, *cum filiis ac nepotibus ciuili iure, vel auxilio Prætoris, vt ſuis hæredibus.* Vides præciſa & taxatiua verba. Quare lectori fucum facit Tribonianus, cùm in *l. vlt. C. eod. t.* ( quam ex *hac* pro parte interpolauit ) etiam inter emancipatos, quos Prætor ad ſucceſſionem vocat, hanc diuiſionem valere velle iubentem Conſtantinum M. inducit: ſatis inconditè etiam retentis illis initio legis, *inter omnes duntaxat hæredes* SVOS. Quod non adeò mirum, cùm Tribonianus merum imperium in interpolandis anteriorum Principum conſtitutionibus exercuerit. At, quis credat tantum Iuſtiniani ſtuporem, vt iam ſuâ conſtitutione, *Nouella* 107. vbi nullus interpolationi locus, id nominatim à Conſtantino M. conſtitutum dicat, ET HOC, inquit, *in ſuis & emancipatis filiis.* Nempe hæc erroris & impoſturæ efficacia eſt, & ἐνέργεια τῆς πλάνης, vt etiam Auctori ſuo tandem imponat. Si hoc non eſt, quæ tanta ſecuritas dici fingíve poteſt? Quare iam hac parte cautiùs loqui diſcant Noſtri, & in his Antonius Faber 25. error. 1.

¶ Tertiò obſeruandum, nullos omninò teſtes in huiuſmodi diuiſione in teſtamento imperfecto à Patre factâ requiri à Conſtantino M. Quid enim apertius illis, *quas nulla ſolennitatis adminicula defendunt, ſolis nixæ radicibus voluntatis*: & rurſum, *etiamſi ſolemnitate iuris, inanis ſcriptura eſſe dicatur.* Vt mirer Doctores iam olim de eo dubitaſſe, imò teſtes ſaltem aliquos hoc caſu deſideraſſe, quorum ſententiam Cuiacius quoque *conſultatione primâ* ſtatim, Hotomannus *conſ.* 15. Maynardus *lib.* 5. *cap.* 15. ſecuti, quorum errori profligando, *huius leg.* prærogatiuâ nemo adhuc vtitur; etſi aliis alij argumentis



argumentis eum perſtrinxêre, & in his Antonius Faber, 25. *error.* 2. Neque contra facit, ſubdita ad *hanc l.* Interpretatio: ibi, *aut ſi non legitimo numero teſtium ſubſcribatur.* Quibus verbis nonnulli indicari putant, aliquos ſaltem teſtes requiri; Nam imò contrarium *hic* indicatur. Nempe nil obſtare, ſi teſtes non interuenerint, qui alioquin legitimo numero requiruntur. Tandem in hâc quoque ſententiâ fuêre iam olim Doctores *ad l. fin. C. de fideic.* Iaſon, Benedictus, Chaſſaneus in *conſuetudines Burg.* Quibus accedat & *Nouella Iuſtin.* 107. variáque Inclyti Senatus Pariſienſis Conſulta, quæ vide apud le Preſtre *cent.* 2. *c.* 65.

¶ Quartò & ex *huius l.* verbis decidi poteſt, [etſi inanis] illa Quæſtio Doctorum magnâ animorum contentione agitata; Num hæc diuiſio in teſtamento imperfecto valeat iure teſtamenti, an iure inteſtati? Apertè enim *iure inteſtati* valere hæc ingerunt: *Licet enim ſub teſtamenti vocabulo cœptæ cùm perfectæ non ſint, neque appellari aliter vllo modo poſſint, euanuiſſe videri poſſunt, tamen diſpoſitiones vltimæ coloratam iuris imaginem referentes, iuſtiùs in ſe legum proclinem fauorem debent prouocare.* Vides diſpoſitionem vltimam, nec tamen teſtamentum: Ergo ab inteſtato. Neque tamen huc quicquam faciunt illa *d. legis vlt. C. famil. erciſc. licet ab inteſtato ad ſucceſſionem liberi vocentur*, quæ inducit Anton. Faber 25. *error.* 1. quia verba illa, tranſcripta ex *l.* 16. 21. *C. eod. tit.* pertinent ad diuiſionem factam actu aliquo inter viuos, non teſtamento imperfecto, quod illarum legum tempore, Conſtantino antiquiorum, non valebat. Sed quid apertius Nouellâ Theodoſij Iun. *de teſtamentis* 9. vnde lex, *hac conſultiſſima*, deſumpta eſt: *Niſi*, inquit, *teſtator eos ſcribere inſtituerit, qui ab inteſtato ad eius hæreditatem vocantur: Eo enim caſu licet imperfecta videatur ſcriptura; eius voluntatem, non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntatem inteſtati valere cenſemus.*

¶ Quintò ex *huius l.* pariter verbis decidi poteſt quæſtio Doctorum non minori contentione agitata; Vtrum diuiſio & tum valeat, ſi inæqualis à Patre facta proponatur. Nam præterquam quod inanis hæc quæſtio ſit ( quis enim alioquin effectus eſſet fermè confirmatæ huius à Conſtantino M. diuiſionis ) non hæc aperta ſunt verba: *& obſecundari protinus cùm res diuidentur, nec retineri amplius, quàm quod ſingulorum perſonis detegitur adſcriptum, vt & memoria defuncti non violetur Parentis, & occaſiones litium dirimantur.* Quare nec eorum diſtincti probanda, & in his Clari, num inæqualitas ſi magna, an modica.

¶ Sextò & ex *hac l.* defendi poteſt, vt maximè de ſcripto teſtamento imperfecto quæſitum ſpecialiter fuerit in ſpecie *huius l.* etiam in Nuncupatiuis teſtamentis imperfectis ex Conſtantini mente hoc obtinere potuiſſe: quandoquidem ſolius voluntatis rationem habet: *Diſpoſitiones*, inquit, *vltimæ, coloratam iuris imaginem referentes, iuſtius in ſe legum proclinem fauorem debent prouocare*; Item, *conſiderari ſpecialiter voluntatem placet.* Quomodocunque igitur, quocunque actu, dum de voluntate conſtet. Quare errare puto & in his Anton. Fabrum 25. *error.* 4. qui aliter ſenſit.

¶ Septimò & ex *hac l.* liquidò conſtat, Conſtantinum M. in *Naturalibus* liberis non idem ſtatuiſſe: apertè enim, *in ſuis duntaxat* id obtinere voluit; *quibus*, inquit, *ciuili iure vel auxilio Prætoris vt ſuis heredibus defuncti ſucceſſio defertur*: quod rectè tuetur Antonius Faber 35. *Error.* 5. In ſuis, id eſt, qui in poteſtate parentum ſunt, & ab inteſtato ſucceſſuri: cuiuſmodi ſanè nullo modo fuerunt Conſtantini ſæculo naturales.

¶ Octauò & inter liberos *Legitimatos* hanc diuiſionem ex Conſtantini mente valere certum eſt: Nam & hi ſui ſunt: & præterea *hac l.* apertè dicitur, *cum filiis ac nepotibus, ciuili iure vel auxilio Prætoris vt ſuis hæredibus defuncti ſucceſſio deferatur.* Eámque etiam Conſtantinus reddit ſuæ conſtitutionis huius rationem. Et hanc ſententiam etiam rectè tuetur aliis rationibus Antonius Faber 35. *Error.* 6.

¶ Nonò, neque hîc omittere poſſum ſolennem Ant. Fabri errorem, qui paſſim non aliud ius nouum hac parte à Conſtantino M. introductum agnoſcit, quàm quod, cum ſub Diocletiano iam quibuſcunque verbis facta à Patre diuiſio valeret, Conſtantinus M. addiderit, vel *quibuſcunque indiciis.* Malè: nam vti initio diſtinxi, actu inter viuos diuiſionem huiuſmodi factam à Patre admiſerunt iam olim ICti, & Principes Conſtantino antiquiores: at primus Conſtantinus, eam quæ imperfecto teſtamento facta eſſet.

¶ Poſtremo loco nunc apponenda eſt *lex* illa *vlt. C. famil. erciſc.* quam miro flagitio Tribonianus ex *hâc* interpolauit, vt liqueat deinceps, quid Conſtantini in ea ſit, quid non ſit.

## Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum P.P.

*INter [ omnes ] duntaxat hæredes ſuos, [qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur eſſe, vel emancipatos, quos Prætor ad ſucceßionem vocat: ] ſiue cœptum neque impletum teſtamentum, [ vel Codicillus, ſeu Epiſtola ] parentis eſſe memoretur, [ſiue quocumque alio modo ſcripturæ, quibuſcunque * verbis vel indiciis inueniantur relictæ: iudicio * familiæ herciſcundæ ( licet * ab inteſtato ad ſucceßionem vocentur ) ſeruato * Senatuſconſulti auxilio ] defuncti diſpoſitio cuſtodiatur, etiamſi ſolemnitate legum huiuſmodi diſpoſitio fuerit deſtituta. [ Si * verò in huiuſmodi voluntate deſignatis liberis alia ſit mixta perſona, certum eſt, eam voluntatem, quantum ad illam duntaxat perſonam permixtam, pro nullâ haberi.] Dat. Romæ Kalend. * Criſpo II. & Conſtantino Cæſ. I. Coſſ.*

* ex *l.* 16. 21. *Cod. familiæ herciſc.*
* ex *d. l.* 16.
* ex *d. l.* 16.
* ex *d. l.* 16.
* Hoc ipſũ Theodoſianæ conſtitutioni adfuit *in l. hac conſultiſſima* 21. §. *ex imperfecto* 1. *C. de teſtam.*

¶ DIVISIO *bonorum matre iubente inter liberos facta, inque eâ voluntate decedente, omninò valet.*

II. * Idem A. ad Conſtantinum″ PF. P.″

NVLLI″ quidem de bonis vſurpandis″ viuorum, nec diuidendi contra bonos mores″ conceſſa licentia eſt: Sed ſi præcipiente″ Matre bona eius inter ſe liberi diuiſerint, placuit″, omnifariàm, nobis, huiuſmodi diuiſionem durare: ſi modò vſque ad extremum eius viuendi ſpatium voluntas eadem perſeueraſſe doceatur. Dat. † IIII.″ Kal. Iun. Conſtantinopoli″, Conſtantio″ & Maximo COSS. [327.]

INTERPRETATIO. *Licet viuorum bona, vt diuidantur iniuſtum ſit, tamen ſi mater viuens facultates ſuas filiis præceperit & permiſerit diuidendas, & vſque ad exitum vitæ ſuæ in eadem voluntate perſtiterit, diuiſio inter filios facta perduret.*

NOTÆ.

* Hanc l. inter cæteras innuit Iuſtinianus *in l. vlt. C. de pactis.* vbi & eius verba quidem vſurpat, ac nominatim in verſic. *Et in ea vſque.*

″ ℞. *Conſtantium*: vt in An. Put.

″ *Proc.* An. Put.

″ Regulam iuris pro dubitandi ratione proponit, cuius nota vniuerſalis eſt hæc vox, *Nulli.*

″ *Vſurpandi*, vt mox *diuidendi.*

″ Alioquin qui hoc facit, indignus eâ ſucceſſione eſt, *l. 2. §. vlt. π. de his quæ vt indignis.*

″ Præceptum requiritur, non nuda permiſſio. Itaque & Iuſtinianus *in d. l. vlt.* non nudam ſcientiam, ſed *iuſſum* requirit: Quanquam ſcientia tantum requiri videatur *in l. 2. §. vlt. π. de his quæ vt indign.*

″ *Placuit* vox, nota eſt exceptionis ab Imperatore aduerſus Regulam iuris inductæ: de quâ vide Gloſſar.

″ ℞. *III. Id. Iun.* vt in MSS. nonnullis, & add. in marg. C. Cuiac.

″ Irreptitia vox; occaſione ſequentis vocis: *Conſtantinopolis* enim triennio tantùm poſt fundata fuit. Idem error *hoc Codice* reperitur in pluribus aliis *legibus*, veluti *l. 12. inf. de appellat. l. 8. inf. de Decurionib.* quas *leges* omnes quidam Licinio ideò adſcribit, quod hîc *Conſtantinopoleos* nomen repoſitum cenſeat ab *huius Codicis* conditoribus, loco *Byzantij*, quod hoc tempore Licinio parebat.

″ ℞. *Conſtantino* (vt in MSS.) *Cæſare V.*

COMMENTARIVS.

VIVENTIS Matris bona diuidere inter ſe liberi matre iubente poſſunt: adeò vt poſtea matre in ea voluntate decedente, liberi aduersùs eam venire vetentur à Conſtantino M. *hac conſtitutione*, quam inter alias intelligit Iuſtin. *l. vlt. Cod. de pact.*

Regulariter de viuentis hæreditate quid vſurpare, paciſci, vel aliquid diſponere eámque diuidere, equidem nulli licere, contráque bonos mores eſſe, *hac leg.* Conſtantinus præfatur, & notius eſt, quàm vt probatione egeat. Verùm excipitur hac Conſtantini M. conſtitutione hic caſus, pariter vt alter ſimilis *initio leg. 1. ſup.* Si matre fortè præcipiente liberi bona eius inter ſe diuiſerint: adeò vt neque hanc diuiſionem poſt mortem matris aliqui ex filiis fortè eâ non contenti reuocare poſſint, atque ad inteſtati cauſam rem deducere: hoc videlicet prætextu, quod ea diuiſio de viuentis hæreditate facta fuiſſet (viuentis quippe volentis hæreditas eſt *h. l. & l. vlt. C. de pactis*) quæ huius reſcripti emittendi cauſa fuit, ad Conſtantij Præfecti P. eâ de re dubitantis conſultationem; id quod oſtendunt illa verba, OMNIFARIAM *placuit nobis huiuſmodi diuiſionem* DVRARE; Idem indicatur & ſuperiore eiuſdem Conſtantini conſtit. putà *l. 1. ſup. cum diuidendæ res erunt, dubitari non poteſt, ab hæredibus ſuis conſenſum* SINE VLLA CONTROVERSIA *commodandum.*

Additur tamen hæc limitatio, ſi modò mater, quæ hanc diuiſionem præcepit, in eâ voluntate deceſſerit; quod etiam adiectum eſt (& quidem ex *hac leg.*) à Triboniano *in d. l. vlt.* Videlicet ne huiuſmodi pactione cuiquam auferatur libera teſtandi facultas, quæ imminuta debet eſſe & integra: eiúſque libertas nullâ pactione minui tollive poteſt, ne quidem dotali: *l. pactum quod dotali. 15. C. de pactis.* Quod tamen ius in deſuetudinem abiit, & à Leone extinctum eſt: *Nou. 19.* & Moribus hodie fermè noſtris diſplicuit: ac nominatim in pactis dotalibus, ſeu conuentionibus matrimonialibus.

Cœterùm obſeruandum illud, Iuſtinianum *d. l. vlt.* hanc conſtitutionem, ad omnes porrigere, de quorum hæreditate pactum eſt, ſi voluntatem ſuam accomodauerint, & in eâ vſque ad extremum vitæ ſpatium perſeuerauerint generali videlicet conſtitutione, cum lex hæc ſpecialis ſit in *matre*, reuocatâ hypotheſi ad theſin, quò fortè pertinent illa Iuſtiniani: *Quod etiam antè, moribus, legibus, & conſtitutionibus, non eſt incognitum, licet à nobis clarius eſt introductum*; Sed neque illud omittendum, inter hanc *l. & l. 1. ſup.* id intereſſe inter alia, quod hæc lex ſit de diuiſione factâ à liberis præcipiente matre; illa verò de diuiſione facta inter liberos à Patre.





# DE COMMVNI DIVIDVNDO.

## TITVLVS XXV.

## III. COD. IVST. XXXVII.

PARATITLON.

COMMVNE diuiditur, quod integrum in vnum redactum & permixtum, vt Anianus loquitur, in ius diuerſum & diſſociatum trahitur, diuiditur.

¶ CONIVNCTAS *ſeruorum perſonas in locandis per diuerſos fundis diuidi non oportere.*

I. * Imp. Conſtantinus A. Gerulo Rationali″ trium″ Prouinciarum.

IN Sardinia″ fundis Patrimonialibus″, vel Emphiteuticariis, per diuerſos nunc dominos diſtributis, oportuit ſic poſſeſſionum fieri diuiſiones, vt integra apud poſſeſſorem″ vnumquemque ſeruorum″ agnatio″ permaneret: *Quis* enim *ferat liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſegregari?* Igitur, qui″ diſſociata in ius diuerſum mancipia″ traxerunt, in vnum redigere eadem cogantur. Ac * ſi cui propter redintegrationem″ neceſſitudinum ſerui ceſſerunt, vicaria″ per eum qui eoſdem ſuſceperit mancipia reddantur. Et″ inuigilandum, ne per prouinciam aliqua poſthac querela ſuper diuiſis mancipiorum affectibus″ perſeueret. Dat. III. Kal. Maij. Proculo″ & Paulino COSS.

INTERPRETATIO. *In diuiſione patrimoniorum″, ſeu fiſcalium domorum, ſiue priuatorum″, obſeruari ſpecialiter debet, vt quia* iniuſtum eſt filios à parentibus, vel vxores à maritis, *cum ad quemcumque poſſeſſio peruenerit*, ſequeſtrari, *vt mancipia, quæ permixta fuerint, ideſt vxor cum marito ſuo & filiis, datis vicariis, ad vnum debeant pertinere, cui neceſſe fuerit commutare, quod ſollicitudo Ordinantium debet ſpecialiter cuſtodire, vt ſeparatio fieri omnino non poſſit.*

NOTÆ.

* Lex *poſſeſſionum. 12. C. Communia vtriuſque iudicij*: ſub quo tit. à Triboniano collocata eſt. Certè, quod hac l. ſtatuitur, non minus commune eſſe poteſt familiæ herciſcundæ, quàm communi diuidundo iudicio.

″ Rationali trium prouinciarum inſcribitur quoque lex *5. infr. de petitorib. lex 2. infr. de ſuſceptorib.* De eo v. *Notit. Imperij.*

″ *Rationali*, ideo lex hæc inſcribitur, quia de Patrimonialibus fundis in eâ agitur, quorum cura *ad Rationales* pertinebat; de quo *ad l. 1. infr. de domibus ad rem priuatam pertinentibus. & l. vlt. infr. de conlat. fund. patrim.*

″ Id eſt, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ; vt ex *Notitia Imperij* conſtat, & à Cuiacio rectè adnotatum fuit *ad l. 1. C. de ſuſceptor.* De *Sardinia*, certè nominatim hæc lex fidem facit. Habuerunt ſcil. hæ tres Prouinciæ ſuum & peculiarem Rationalem, iunctáque ita trium harum Prouinciarum adminiſtratio fuit, à ſpeciali *Italia* appellatione diſtincta, & à Suburbicariis Regionibus; de quo *ad l. 9. infr. de extraordin. mun.* dicendum erit.

* Omiſſum hoc legis principium Hiſtoricum in C. Iuſt. vſque ad illa verba, *poſſeſſionum fieri diuiſiones*: duplici ratione, ne alioquin hoc ius vel locale, vel non in omnibus pariter poſſeſſionibus obtinere crederetur. Vir doctus perperàm hæc *in Sardinia* ad inſcriptionem retrahebat: etſi ita habeant An. Reg. & Put.

″ Non quod non idem ius vbique obtinere debeat, verùm quia ita caſus tulerat.

″ Idem tamen in omnibus poſſeſſionibus obtinet, *v. l. vn. infr. de inquilin. & colon.*

″ *Succeſſorem*, C. Iuſt. De quo mox.

″ *Vel colonorum adſcriptitiæ conditionis, ſeu inquilinorum proximorum*, hoc addit Tribonianus; optimè: *v. l. vn. inf. de inquilin. & colon.* ″ *Vel affinitas*: Et hoc à Triboniano additum.

″ *Si qui ſic ſociata*: Ita Cod. Iuſt.

″ *Vel colonos diſtraxerint.* Ita in Cod. Iuſt. rectè, vt ſuprà dixi.

* Reliqua à Triboniano ſunt omiſſa, quia præteritum reſpiciunt, & ſic ius perpetuum non continent.

″ Conſolitationem.

″ *Vicaria* mancipia. V. Gloſſariam. ″ *Sed.*

″ *Affectus* ſunt liberi, parentes, fratres, ſorores, coniuges: vt hæc lex oſtendit. v. quæ plura *in Gloſſis*: vocantur & ſuprà, *neceſſitudines.*

″ ℞. *Pub. Optato.* Nullum enim tale par Conſulum & quidem ſub Conſtantino M. occurrit. Et malè omninò qui antehac legum huius Codicis Chronologiam texuerat, hanc legem retulit ad *Acyndinum & Proculum* Coſſ. i. ad A. D. 340. quo etiam tempore non Gerulus, verùm Calepius Rationalis erat trium Prouinciarum, vt docet lex *5. infr. de petitionib.* Quod Blondellus quoque indicauit, cuius tamen emendatio, *de primatu p. 705.* minus placere debet, qui reponebat, *Proculo & Sabino Coſſ.* I. A. D. 316.

″ ℞. *Patrimonialium.*

″ Hoc additum ab Aniano: In omnibus enim poſſeſſionum diuiſionibus, idem obſeruare oportet. Ob quam ipſam rationem Tribonianus inductâ primâ *huius l.* ſententiâ, quæ de Patrimonialibus & Emphyteuticariis tantum loquitur, de poſſeſſionibus indiſtinctè hanc legem concipere voluit.

## COMMENTARIVS.

CONIVNCTÆ ſeruorum perſonæ, neceſſitudines, affectus, in diuerſa trahi, ſeu per diuerſos diſtribui dominos, diuulſo quamlibet & diſtributo per diuerſos dominos fundo, cui ſerui cohærebant, non debent. Et verò cum id in patrimonalium & emphyteuticorum fundorum diſtributione per Sardiniam nominatim eueniſſet, atque eo nomine querelæ ad Conſtantinum M. perlatæ fuiſſent, *h.l.* redintegrari has ſeruorum neceſſitudines iuſſit: vicario inuicem ſeruo alio accepto.

¶ Coniunctæ ſcil. ſeruorum perſonæ in poſſeſſionum diuiſione diſtrahi, diuelli, aut diuidi à ſe inuicem nequaquam debent: *Pietatis intuitus* id non patitur, vt ad rem loquitur ICtus, in *l. vxorem.* 41. §. 2. *π. de legat.* 3. Et vt *h. l.* Conſtantinus M. profitetur: *Quis ferat liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſeparari?* Adde & quæ mox ſequuntur ex *Nouella* Valentiniani. Ita neque teſtator filios à Patre ſeparare, verùm filios ad Patrem pertinere voluiſſe præſumitur. Ideò in ambiguo voluntatis teſtatoris hæc pietatis coniectura paſſim admittitur *l.* 12. §. 7. *π. de inſt. l.* 9. *&* *l* 41. §. 2. *π. de legat.* 3. *& ſimilib.* Ideo quoque hæredi conceditur, vt Patris, matris, vel fratris naturalis æſtimationem legatario officio Iudicis præſtet, non etiam ipſos præſtare cogatur, *l.* 71. §. 3. Sed & nota ſunt, quæ de vſu ædium legato in *l.* 2. 4. §. 1. 5. 6. *π. de vſu & habitat.* tractantur. Eleganter etiam dictum à Senecâ, 9. *controuerſ.* 3. *& in auctione fratres hoſtilis haſta non diuidit.* Quanquam & hæc altera quandoque ratio hîc militat, ne alioquin diuiſi affectus depretientur, ideo Seneca ſubiicit: *Plus quiddam eſt, geminos eſſe, quàm fratres: perdit vterque gratiam ſuam, niſi cum altero eſt.* Quâ alterâ de causâ quoque vno ex fratribus emptis redhibito, alterum quoque redhiberi oportet, ſicut fit pari vel iugo, vel quadriga empto *l.* 34. 35. 38. §. 13. 14. *l.* 39. 40. *π. de ædilit. edicto.* v. & *l.* 22. §. 1. *π. ad Leg. Aquil.* Neque omitti debet Victoris Vticenſis locus *lib.* 1. *de perſecut. Vand.* vbi de Vrbicis, id eſt, vrbis Romæ captiuis egit. *Quæ dum multitudo captiuitatis Africanum attingeret littus,* DIVIDENTIBVS *Vuandalis & Mauris ingentem populi quantitatem, vt moris eſt Barbaris, mariti ab vxoribus, liberi à parentibus ſeparabantur. Statim ſategit vir Deo plenus & carus, vniuerſa vaſa miniſterij aurea vel argentea diſtrahere, & libertatem de ſeruitute Barbarica liberare, & vt coniugia* FOEDERATA *manerent, & pignora genitoribus redderent.*

¶ Cæterùm, ſi verum fateri volumus, non adeò benè hæc lex à Theodoſiani Cod. conditoribus ſub hoc *tit. de communi diuidundo,* collocata fuit: Neque enim ea ad iudicium communi diuidundo, quod priuatis redditur, pertinet; & meliùs in *librum* 10. coniecta fuiſſet. Eſt enim de fundis patrimonialibus & Emphyteuticariis, ad Principem ſeu rem priuatam pertinentibus, per diuerſos dominos (putà conductores) diſtributis, de quibus *ſuis titulis* putà *lib.* 10. *de Locatione fundor. iur. emphyt.* & *lib.* 11. *tit. de conlat. fund. patrim. vel emphyt. & rei priuatæ.* Itaque hoc vult Conſtantinus, ita debuiſſe huiuſmodi fundos à Rationalibus *elocari*, vt ne ſerui agnati, fundis illis adſtricti, ad diuerſos dominos hac locatione, vel ſi quis alius titulus fingi poteſt, peruenirent. At Tribonianus, vt hanc leg. ſuo tit. rectè accommodaret; *titulo*, inquam, *communia vtriuſque iudicij*, loco *poſſeſſorem*, *ſucceſſorem* hîc ſuppoſuit; vt ita aptaretur ea iudicio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo. Certè, Interpres quoque ad *hanc leg.* in priuatorum diuiſionibus & ſeruis id pariter obtinere rectè indicauit: Et diſertè in colonis quoque originariis, ſeu iuris priuati, admiſsâ Vicariorum præſtatione ſimile ius duobus caſibus conſtituitur in *ſp. l. vn. inf. de inquil. & colon.* (vbi Interpres nominatim hanc rationem reddit: *ne ſeparatio fiat coniugij.*) quod etiam Tribonianus legi 11. *Cod. communia vtriuſque iudicij.* quam hinc alioquin deſumpſit, rectè inſeruit. Vt & à Valentiniano III. *Nouellâ de colonis vagis* 9. vbi in duobus aliis caſibus in eodem argumento de Originariis colonis, eandem Vicariorum præſtationem, compenſationem, ſeu commutationem pro liberis & vxore inducit, ad euitandam affectuum diuiſionem additis rationibus: *Ne, quod impium eſt, filij à parentibus diuidantur.* Et mox: *quia in eiuſmodi perſonis ſalua & inconuulſa debet coniunctionis affectio permanere.*

¶ Cæterùm tria neceſſitudinum genera quæ hîc enumerantur, obſerua, quia & ſumma. Quæ & ipſa pariter omninò memorantur *d. l.* 35. *π. de ædil. edicto*:

¶ Tandem perquam ſuaues ſunt hîc Interpretes nonnulli, qui *hanc l.* trahunt ad conciliandos coniugum & fratrum animos.

# FINIVM″ REGVNDORVM.

## TITVLVS XXVI.

III. COD. IVST. XXXIX. In Ann. Put. præfixa vox *De*.

″ Hic titulus integer hinc excerptus extat in corpore *de limitib.* ſeu *finium regundorum.*

## PARATITLON.

FINIVM REGVNDORVM actio ſeu petitio *l. vn. infr. de action. certo temp. fin.* (quæ & finalis cauſa dicitur *l.* 3. *h. t.* finalis controuerſia *l.* 1. *&* 3. finalis quæſtio, *l.* 2. finale iurgium, *l.* 4. *&* 5.) eſt, quâ fines agrorum confinium regi, id eſt, diſterminari, conſtitui poſtulantur. Controuerſia autem hæc finalis duplex *hoc tit.* occurrit. Prima, de ſpatio quinque pedum, quod præſcriptum fuerat inter



inter vicinos fundos, *l.* 3. 4. 5. Veteri ſcil. iure *d. l.* 5. (id eſt, Lege XII. Tab. & L. Manilia,) ita quidem, vt à nullo quacumque prolixioris temporis præſcriptione præſcribi poſſet, *d. l.* 4. *& d. l. vn inf. de action. certo temp. finiend.* ¶ Hos rurſum fines *congruos præſtabat*, id eſt, diſcernebat, *Limes* incluſus, cum ſignis aliquibus eruditâ arte confectis, *d. l.* 4. ex quibus ſcil. poſtea ſi de finibus controuerſia eſſet, probationes ſumerentur, *dict. l.* 4. ¶ Ad hanc autem controuerſiam, *Arbiter* dabatur, *l.* 3. *& l. vlt.* Et in id artis huius periti *d. l. vlt.* id eſt, Agrimenſores ire præcipiebantur ad loca, vt patefactâ veritate ex fideli inſpectione *l.* 1. fideli arbitratione *l.* 4. controuerſia poſtea terminaretur *d. l.* 1. At ſi de maiore ſpatio quàm quinque pedum ageretur, *l.* 3. ſi loca in controuerſiam venirent, *d. l. vlt.* ſi agri modus, *l.* 2. non finalis cauſa propriè, ſed proprietatis erat, *d. l.* 3. & locorum intentio dicebatur, *l.* 4. quanquam & hæc quoque finalis quæſtio, ſeu controuerſia, & finale iurgium dicitur, *l.* 2. 3. *vlt.* Ideoque apud ipſum Iudicem, ſeu Rectorem Prouinciæ terminabantur, *dict. l.* 3. *& l. vlt.* Et cùm antea præſcriptioni hâc parte locus eſſet, id poſteà mutatum *l.* 4. *&* 5. *hoc tit. l.* 5. *ſup. de pactis, l. vn. de action. certo temp. finiend.* ¶ De finibus quoque inuaſis v. *l.* 1. *infr. de accuſationib.*

¶ Cæterùm hoc titulo aliquid deſiderari ex eo apparet, quod ad *tit.* 16. *lib.* 1. *ſentent.* in veteribus exemplaribus annotatur ad hanc Pauli ſententiam, *in eum qui per vim terminos deiecerit, vel amouerit, extra ordinem animaduertitur*; annotatur inquam, idem ſtatui in Cod. Theodoſ. *lib.* 2. *ſub era* 26. vt annotauit Petrus Pithœus *in tit.* 13. *collation. Leg. Moſaic.* Quare niſi *legem* 1. *huius tit.* indicari putemus hîc aliquid deſideretur neceſſe eſt.

---

### ¶ *De* ORDINE *finalis iudicij, Conſtantini M. lex.*

1. * Imp. Conſtantinus A. ad Tertullianum P.V.″ Comitem″ diœceſeos″ Aſianæ.

SI quis ſuper inuaſis″ ſui iuris locis prior detulerit″ querimoniam, quæ finali″ cohæret cum proprietate controuerſiæ, prius ſuper″ poſſeſſione″ quæſtio firmatur; & tunc Agrimenſor ire præcipiatur ad Loca, vt patefactâ veritate huiuſmodi litigium terminetur. Quòd ſi altera pars, locorum″ adepta dominium, ſubterfugiendo moras attulerit, ne poſſit controuerſia definiri ad locorum ordines″, directus″, Agrimenſor dirigatur ad Loca, vt ſi fidelis inſpectio tenentis locum eſſe probauerit, petitor victus abſcedat: etſi″ controuerſia″ eius clarucrit, qui primò detulerit cauſam, vt inuaſor * ille pœnæ″ teneatur addictus, ſi″ tamen ea″ loca eundem inuaſiſſe conſtiterit: nam ſi per errorem aut incuriam domini *Loca* data″ ab aliis poſſeſſa ſunt, ipſis ſolis cedere debent″. Dat. VIII″. Kal. Mart. Gallicano & Symmacho COSS.

## NOTÆ.

* Lex 3. *C. Iuſt. eod. tit.* & lex, *inuaſor.* 5. *C. vnde vi.* (quam repetiit Menochius *de recup. poſſ. remed.*) hinc deſumptæ ſunt, interpolatæ. Aberat à *Cod. Til.* Extat autem integra inter *leges* quæ de *controuerſiis agrorum* inter *Scriptores de limitibus*, collocantur: & ex eâ ſententiam allegat Aggenus Vrbicus *de controuerſiis agrorum, p.* 72. Sed & Boëtius *lib.* 2. *de Geometria*, partem eius vſurpat.

″ Id eſt, *Perfectiſſimum virum*: de quâ dignitate *ſuo tit.* dicam inf. quo etiam titulo Eumenius noſter Præſidem Lugdunenſis primæ cohoneſtat. In Cod. Iuſt. & in MSS. *Corp. de Limitib.* inuerſo ordine melius V.P.

″ V. quæ dicam de his *Comitibus Diœceſeon*, ad *l. vn. inf. de Conſular. & Præſidib.*

″ *Diœceſis* eſt iuncta plurium inter ſe Prouinciarum adminiſtratio, de quibus dicam alibi plenè.

″ Abeſt hæc vox à *l.* 3. *C eod. tit.* Verùm reiecta ab eodem Triboniano in *l.* 5. *C. vnde vi.* & ad interdictum, *Vnde vi*, relatum. Cæterum *inuaſio* propriè eſt rerum immobilium, §. *quod non ſolum*, *Inſt. de vi bonor. rapt.* Inuaſa autem Loca in *huius leg.* ſpecie à vicino præſupponendum eſt.

″ *De finibus detulerit*, ita Tribonianus; non modò fruſtra, ſi ſequentia voluiſſet intacta; verùm etiam malè, mox vt dicam.

″ *Quæ proprietatis controuerſiæ cohæret*, ita Tribonianus.

″ *Poſſeſſionis*, ita Tribonianus.

* Sequentia vel omiſit, vel immutauit Tribonianus.

″ Vox hæc abeſt à *Corpore de limitibus.*

″ *Et directus*; ita rectè in *Corpore de limitibus*: de quo mox.

″ Eſt qui legat, *ſi ex conuerſo.* Nil mutandum; id eſt, ſi querimonia ab eo delata vera eſſe apparuerit: fortè tamen melius. *At ſi.*

″ *Pœna*, in Corpore *de limitibus.*

* *Lex* 5. *Cod. vnde vi*: hinc interpolata eſt.

″ Aliquando ita conſtitutum, vt LOCA abſentium ſquallida, & ſitu diſſimulationis horrentia, Veteranis exercere, etſi non occupare iure dominij liceret, *l.* 11. *inf. de Veteranis.*

″ Abeſt hæc vox à *d. l.* 5. de quo mox dicam.

″ Id eſt, ſine pœna reſtitui poſſeſſio debet: quæ verba paulò clariora horum loco Tribonianus ſubſtituit: *ſeu locis tantùm decedere, eáque dominis vacua relinquere citra pœnam vllam debent.* Malè autem in *Corpore de limitibus* editum

editum eſt, *debet*.

″ Ita etiam editum in *Corpore de limitibus*: at in *l.3.C.h.t.* ita ſcriptum XVI. *Kal. Mar.* & in *l.5. C. vnde vi*: VI. *Kal. Maij*.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. tres ordine circa iudicium finium regundorum conſtitutiones ſequuntur. Vt hæc prima intelligatur, ſciendum eſt, cùm vicinus aliquis, (veluti *miles* in ſp. *huius l.*) inuaſa à *vicino* iuris ſui loca queritur, triplicem hanc controuerſiam, quæſtionem continere: Non enim ea tantùm eſt de *iure* ſeu proprietate vel poſſeſſione, verùm querimonia illa cum proprietate, id eſt, præter cauſam proprietatis, ſeu loci (de quo ad *l.3. inf.*) cohæret inſuper finali quoque controuerſiæ, id eſt, ſecum tacitè trahit finium regundorum actionem, ſeu petitionem. Nam vbi poſſeſſio reformata fuerit, fines poſtea regendi, conſtituendi, declarandi, ad dominorum deinceps diſtinctionem & proprietatem, per Menſorem, erunt. Aggenus Vrbicus, *Commentario in Frontinum*, ſenſum *huius l.* & verba expreſſit ſcribens; *De poſſeſſione fit controuerſia, quoties de totius fundi ſtatu per interdictum; id eſt, iure ordinario litigatur: hoc non eſt diſciplinæ noſtræ iudicium, ſed apud Præſidem Prouinciæ agitur; & ex lege reſtituitur poſſeſſio cui poterit adtinere: In his ſecundum locum habet diſciplina noſtra, ſicut lex ait; Niſi de poſſeſſionis ſtatu quæſtio fuerit terminata, non licet Menſori præire ad loca.* Quemadmodum igitur proprietatis quæſtio, finalis quæſtionis conſequens eſt; ita contrà poſſeſſionis quæſtio, finalem præcedit. Finali proinde quæſtioni cohæret plerumque proprietatis ſeu *de iure* (vt etiam loquitur Symmachus *lib.10. ep.41. in f.*) controuerſia. Quò pertinet etiam Apuleij locus, *lib.6. circa fin. Sic nos diuerſa*, inquit, *tendentes, & in cauſa finali de proprietate ſoli contendentes*. Et rectè Boëtius, *lib. de Geometria*, monet; In his controuerſiis quærendum eſſe priùs originem cauſæ, quibus verbis legis noſtræ verba ſubiicit; hæc inquam, *priùs ſuper poſſeſſione quæſtio finiatur*, vſque ad illa verba, *quod ſi*. ¶ Poſſeſſionis itaque ſeu momenti cauſâ finitâ, Agrimenſor ad loca mittendus erit, qui ſcilicet in re præſenti fines regat & declaret; Quo facto *inuaſionis* atque adeò proprietatis cauſa ſponte fluit & diiudicatur: ita quidem, vt ſi poſſeſſor ſeſe ſubducat, id nihilominus fieri, & interdum pro abſente iudicari poſſit: At ſi victus fuerit, pœnâ inuaſoris tenebitur: niſi fortè aut per errorem, aut incuriam Domini, Loca aliena poſſederit: Alienas quippe poſſeſſiones non vt inuaſor tantùm, neque vi ſemper, ſed & aliter poſſidere quis poteſt, de quo iam dixi ad *l.8. ſup. de Iuriſdict.* & dicam adhuc *ad l.2. inf. vnde vi.*

¶ Et hæc quidem huius difficillimæ legis, & maximè intricatæ, ſententia eſt, quam & ideo variis Emendationibus multi paſſim contaminarunt, cùm tamen vndequaque ſana ſit. Verùm id ab eis factum, ſiue interpunctionum vitio, ſiue quia complurima artis Agrimenſoriæ vocabula ab iis minus intellecta eâ continentur, ac nominatim quia ad *data*, aſſignata Militum loca (de quibus etiam ad *l. vn. ſup. de rei vendic.* egi,) eandem propriè pertinere neſciuerunt. Ad *aſſignata*, inquam, *loca* eam pertinere ex inſcriptione primùm legis colligitur: inſcribitur enim ea *Comiti*, (rei militaris ſcilicet qui militibus præerat) deinde expreſsè ex poſtremis legis verbis, ibi; *Nam ſi per errorem aut iniuriam* LOCA-DATA *ab aliis poſſeſſa ſunt*: 1. Loca *data* ſcilicet, ſunt loca & centuriæ militibus aut veteranis, vel ciuibus aſſignata, vt teſtatur Hyginus *de limitibus*, non vno loco; & hoc nominatim: *Omnes*, inquit, *ſignificationes & formas æreis tabulis inſcribemus* DATA, ASSIGNATA, *conceſſa, excepta, reddita, commutata.* Sed & ICtus in *l. in agris limitatis, 16. in f. ff. de acquir. rer. dom. Agrum*, inquit, *manucaptum* (puto legendum *mancupatum*) *limitatum fuiſſe, vt ſciretur, quid cuique* DATVM *eſſet, quid veniſſet, quid in publico relictum eſſet.* Atque ita quidem noua hac prorſus interpretatione donanda eſt vox *Data*, quam & Tribonianus omiſit, & in quâ interpretandâ Cuiacius 19. *obſ. cap.16.* fruſtra fuit.

2 ¶ Alia nunc *huius leg.* Agrimenſoriæ arti propria vocabula expendemus. Et primò quidem occurrit *Locorum* appellatio, quorum *h. l.* octies mentio fit, vt & *l.3.4.5. Ordines locorum* proprium quoque in limitibus conſtituendis ſignificatum habent, & quidem in adſignatis ſeu datis locis, Aggenus Vrbicus, *pag. 145. Secundum ſigna in formis nominata, locus quicunque erat, reſtituatur, aut artificio ſignorum* LOCA *requirantur; ſi erunt, vt frequenter euenit, turbata, docere nos angulorum poſitiones poterunt, ſic erit, vt & artis ſinceritas ſeruetur, &* ORDO *veteris* ADSIGNATIONIS *non prætermittatur.* Vbi etiam Codex quidam habet, ORDO *veteranis* ADSIGNATVS. Idem Aggenus *pag.77. Propterea hæc* LOCA, *quod* ASSIGNATA *non ſint, relicta appellantur, & extra cluſa, quod extra limitum* ORDINATIONES *ſint, & tamen fine cludantur.* Vnde & collectioni cuidam ex variis Auctoribus *de limitibus* titulus hic adſcribitur, ORDINES FINITIONVM; indeque *ordinati limites, termini ordinati, ordinationes limitum*, paſſim apud Scriptores *de limitibus*. Ad *Locorum* igitur *ordines* hoc loco, eſt in re præſenti: neque id immutandum, quod Leoninus fecit, 2. *Emendat.* per Locorum ordines, etſi eandem ſententiam teneat. Neque eius coniectura diſplicet in *l. in finalibus. ff. fin. regund.* legendum *ordinatim*; Verùm alio ſenſu quàm ipſe facit: Nempe *ordinatim*, id eſt, ordinibus locorum inſpectis, dixerit Papinianus voce Agrimenſoriâ propriâ.

3 ¶ *Directus* quoque vox Agrimenſoriæ arti propria eſt, pro reſtitutâ. *Directuram* dixit Innocentius, (Innocentius, inquam, Agrimenſor ille, cuius, vt primus indicauit Sichardus, meminit Ammianus Marcellinus *lib.19.*) in libello de literis, notis iuris exponendis; *Ipſum terminum*, inquit, *& ipſum locum directura trifinium facit.* Alij *Recturam* vocant, Hygenus inquam, Aggenus, Frontinus, & in lege Tiberij Cæſaris. *Dirigi* ſanè *fines* dicuntur etiam in *l. 2. ff. fin. regund.* In Nouellâ Theodoſij & Valentiniani. *Agrimenſor pro laborum viciſſitudine, ſi limitem* DIREXERIT, *volumus vt per ſingulas poſſeſſionis vncias ſingulos aureos accipiat, pro intentione, quæ inter partes ſopietur.* &c. Aggenus *Comment. in Frontinum*, de rigore agens: *Termini quoque quibuſdam locis poſiti ſunt, vt ab vno ad vnum* DIRIGANTVR *per pedes à* CCCXX. *& ſupra vſque ad* CCCCLXXX. *& infra hoc ſi licet.*

4 ¶ *Fidelis quoque inſpectio* propriè dicitur vt fidelis arbitratio, *l.4. inf.* loco ſcilicet oculis ſubiecto, vt loquitur lex 8. §.1. *ff. eod. tit. Fideles* enim *oculos* dixit etiam Horatius de *Arte poëtica*.

——— *Quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.*

At propriè *fidelis inſpectio* hîc eſt, quæ fit ex fide terminorum: Siculus Flaccus *pag. 5. Vt ſecundum conſuetudinem*



*conſuetudinem regionum & terminorum* FIDEM *conſtent fines.* Vide eundem & *pag.19. cap. de diuiſis & aſſignatis.*

5 ¶ Sed & *Inſpectionis* vocabulo hac in re vtitur Aggenus *in Frontini librum 1. de controuerſiis agrorum pag.79.* INSPECTIO, inquit, *artificis eam finiet.* Indéque Inſpectores, in *lege Baiuariorum tit.11. §.3. & 4.* Tandem Caſſiodori epiſtolam 52. conſuli volo *lib.3.* quæ tota eſt de finali huiuſmodi controuerſiâ, ſigniſque quibus ea definiri ſolet; déque agrimenſoris inſpectione ad Loca, accuratam continet deſcriptionem.

---

## ¶ *De* POENA *rem alienam vſurpantis pendente iudicio finali.*

### II. * Imp. Conſtantinus″ A. ad Baſſum PF. V.″

SI conſtiterit, eum, qui finalem″ retulerit″ quæſtionem″, priuſquam aliquid ſententia determinetur, rem ſibi alienam vſurpare voluiſſe, non ſolum id quod malè petebat, amittat, ſed (quò magis *vnuſquiſque*″ *contentus ſuo, rem non expetat iuris alieni*,) is qui inreptor agrorum fuerit in lite ſuperatus, tantum″ *agri modum* quantum diripere″ tentauit, amittat. Lecta apud acta″. Dat. XII. Kal. Iul. Gallicano & Symmacho COSS.

INTERPRETATIO. *Si quis peruaſor finium fuerit approbatus, eò quod priuſquam aliquid iudicio finiretur, id quod alter tenuerat inuaſiſſet, non ſolum illud quod malè præſumpſit, amittat, ſed vt non vnuſquiſque rem alienam occupet, cum fuerit in cauſa deuictus peruaſor iuris alieni, tantum* ſpatij *reſtituat, quantum præſumpſit inuadere.*

## NOTÆ.

* Lex 4. *C. Iuſt. eod. tit.* Et extat quoque repetita in *collectione legum, de controuerſiis agrorum.* Sed & idem poſtea conſtitutum à Valentiniano Secundo *in l.3. infr. vnde vi*: Vnde deſumpta eſt *lex, ſi quis in tantam 7. Cod. vnde vi.*″ Reſcribendum, *Idem Auguſtus.*

″ Ita habet & Collectio Legum, quas dixi (vbi & ſubſcriptio ita habet, *Lecta apud Senatum*) & Codex Iuſtinianeus. Quanquam non Baſſum, verùm *Petronium Probianum* his Conſulibus Præfectum Vrbi fuiſſe Auctor Conſularium teſtatur. Baſſum verò Gallicano & Baſſo Coſſ. 1. A. 317. Quare haud improbabili coniectura videatur in Coſſ. *huic l.* ſubſcriptis error reſidere: reſcribendúmque *Gallicanum & Baſſum Coſſ.* quibus vt dixi, Auctor de Præfectis vrbi ab Idibus Maij Septimium Baſſum P.V. fuiſſe ait. Et ſanè aliàs quoque circa hos duos Conſulatus error admiſſus. Chronicon quippe Alexandrinum adſignat, anno 317. Gallicanum & Symmachum Coſſ. Sed mendosè pro Gallicano & Baſſo, & eoſdem rurſum anno 330.

″ De loco: Finalis controuerſia *hac l. & l. ſeq & l. vlt.* complectitur cauſam de loco inter confines.

″ *Detulerit*, C. Iuſt. vt *in l.1. ſupra.*

″ Finalis quæſtio. Ita quoque vocatur à Papiniano *l.11. ff. eod. tit. & à* Symmacho *lib.4. ep.72.*

″ Abeſt hæc vox à dicta Collectione.

″ *Tantum*, vox hæc abeſt à Collectione Legum.

″ *Adimere*, ita Cod. Iuſt.

″ Ita quoque Cod. Iuſt. At in Collectione Legum, *Lecta apud Senatum*; Vnde colligitur, Baſſum *Præfectum Vrbi* fuiſſe.

## COMMENTARIVS.

PENDENTE finali iudicio rem alienam ſeu modum agri controuerſum, id eſt Locum, vſurpans, ſeu occupans, eum reſtituere & tantundem de ſuo præſtare iubetur *hâc* Conſtantini M. *lege*.

¶ Species hæc ſit: De finibus ſeu agri modo, de *Loco* breuiter, quæſtionem mihi mouiſti: pendente iudicio locum illum vſurpas, mox in lite ſuperatus es: Non tantùm id quod vſurpaſti reſtitues, ſed & tantundem mihi prætereà præſtabis *hâc l.* ſeu in hâc ſpecie tantum agri modum αὐτπόπιον. Baſilica quoque & Synopſis Baſilicon, ad *hanc l.* διδότω ἕτερον τοσοῦτον τόπον τῷ νενικηκότι, id eſt, *Locum alterum ſimilem*; Αντιτόπιον vocant Græci: de quo Torner. 5. *Quotid.* 15. Quod etiam admittit Interpres *ad l.3. inf. vnde vi*: Theodoricus quoque Rex apud Caſſiodorum, *3. var. 20. Decernimus, vt ſi Fauſtus ea quæ Caſtorius poſſidebat, vel titulis ingrauauit, vel priuatâ vſurpatione detinuit, mox ei prædium, cum alio eiuſdem meriti à peruaſore reddatur.* Idémque fuerit, etiamſi nondum motâ controuerſiâ vſurpaueris: *l 3. inf. vnde vi*: *Nouell. Valentin. inter Theodoſianas* 19. *de inuaſoribus.* ¶ Cui autem αὐτιτόπιον, hoc præſtandum ſit, hîc non exprimitur: verùm facile coniicere licet, eidem αὐτιτόπιον iſtud præſtandum cui agri modus ereptus fuerat: *Tantum*, inquit, *agri modum quantum diripere tentauit, amittat*, vbi vides omnia hæc inter actorem, & reum tranſigi. Et Græci ſuperiore loco teſtantur; τῷ νενικηκότι, inquiunt, & Caſſiodorus, *ei* [Caſtorio] *prædium cum alio eiuſdem meriti à peruaſore reddatur.* Et Iuſtinianus §. *recuperandæ, C. de iuriſdict. l.10. C. vnde vi*: *l. 34. C. de locato.* Alioquin ſi fiſco incorporatam rem aliquam quis inuadat, æſtimationem fiſco rependere iubetur. *l.3. inf. vnde vi.* Et hæc de eo *qui rem malè petebat*, vt hæc lex nominatim loquitur, id eſt de eo qui in lite ſuperatus eſt: cui, vt dixi concinit *lex 3. inf. vnde vi*: *Nouella* Valentiniani *inter Theodoſianas* 19. *de inuaſorib. l.10. Cod. vnde vi*: Caſſiodor. 3. *var.* 20. Nam ſi rem bene petierit, id eſt, agri modum ſeu locum ad eum pertinere pronuntiatum fuerit, dominio tantùm rei ſuæ, quam vſurpauit, cadet, *l. 3. inf. vnde vi.* vnde ſumpta eſt lex, *ſi quis in tantam. C. vnde vi.* quemadmodum & creditor ius crediti ſui amittit: Quò pertinet Decretum D. Marci, quod extat in *l. extat. 13. ff. quod metus cauſa. & l. penult. ff. ad Leg. Iul. vnde vi*: videnda & lex 2. *inf. ſi certum petatur de ſuffragiis.* Occupare ſuâ auctoritate rem etiam ſuam, vel ſibi debitam nemo debet, alioquin re ſuâ cadit: multò minus alienam; Notum eſt illud, *Alieno abſtinendum*, quæ formula in hac

eadem finali controuerſia vſurpatur ab Vlpiano, non veteri illo, verùm recentiore multò Iuriſconſulto *libris opinionum in l.8. π.fin. regund.* Et Siculus Flaccus, in eâdem re *de conditionibus agrorum, p.* 10. *Vt poſſeſſores ſuos fines teneant, non* ALIENOS *laceſſant.* Et Frontinus quoque *in expoſitione menſurarum,* circa finem, *Ideóque monemus, vt vnuſquiſque ſuos fines teneat, non* ALIENOS *laceſſat.* Sed & Phocylides.

Ἀγρῦ γειτονέοντος ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβάσιαι δ' ἀλεγειναί.

Qui loci omnes *huius l.* ſententiæ & verbis apprimè reſpondent: Sed & hic Aggeni, *Commentario in Frontinum, p.*70. vbi de controuerſia de LOCO agens; Præterea, inquit, *cui contributi ſunt viceni, non* CONTENTI *ſuis finibus, tollunt terminos, quibus poſſeſſio eorum finitur, & eos qui inter fundos vnius domini ſunt, ſibi defendunt.* Non adeo abſimilis *l.*15. *inf. de metatis.*

¶ MAGISTRATVS *in controuerſia finali quando ipſe iudicare debeat, quando verò* ARBITROS *dare poſſit.*

III. * Idem A. ad vniuerſos Prouinciales. Poſt alia.

SI finalis″ controuerſia fuerit, tunc demum Arbiter non negetur, cùm intra quinque pedes locum, de quo agitur apud Præſidem, eſſe conſtiterit; cum de maiore ſpatio″ cauſa quædam″ non finalis, ſed proprietatis, apud ipſum Præſidem debeat terminari. ¶ Et * ſi ſocius quid petat à ſocio, ante Præſes iudicet, an præſtari aliquid oporteat, & tunc demum illud per Arbitros reſtituatur, quod conſtiterit eſſe ſoluendum. Dat. Kal. Aug. Baſſo & Albauio COSS.

NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſt.* vt & poſterior pars *legis vlt. huius tit.* quæ huic concordat; de causâ mox viderimus. Coniungendæ autem huic ſunt *lex vn. infr. de litigioſis: lex* 16. 17. *infr. de appellat. lex* 1. *inf. de his qui per metum Iud. non appell.* Quæ omnes leges de Iudicibus, ſeu Præſulibus & appellationibus contra eorum ſententias agunt: Imò & *d. lex vn.* de Arbitris, pariter agit *in fin.* Quinimò & iungenda *lex* 1. *ſupr. de offic. Rector. Prou. l.* 3. *Cod. Iuſt. eod tit. lex* 4. *C. de iuriſdict. omn. iudic.*

″ *Finalis* controuerſia complectitur etiam controuerſiam de loco; quæ ſcil. inter confines eſt, *hac l. & l.*2. *ſupr. & l. vlt. inf.*

″ Id eſt, de loco, non de quinque pedum ſpatio, vt *ad l. prox. inf.* dicam.

″ Fugitiua hæc poſterior *huiuſce leg.* pars eſt; ſicut & poſterior pars *d. l. vn. inf. de litigioſ.* quam huic inter alias plures coniungendam dixi, fugitiua quoque eſt, & vtraque ad titulum *de Iudiciis* referri debuit: quo etiam prior *huius l.* pars referri poteſt: v. quæ notabo ad *d. l. vn.*

COMMENTARIVS.

DE IVDICE & Arbitro finalis controuerſiæ eſt hoc caput Conſtantinianei Edicti: (pariter vt) Theodoſij M. *lex vlt. inf.* Conſtantinianei, inquam, Edicti, *de Iudiciis* accuratiſſimi; cuius leges illas omnes, quas huic coniungendas dixi, capita ſunt. Inter cætera autem eò ad Iudicia pertinentia, & in hac parte quoque cauendum credidit Conſtantinus M. quibuſnam videlicet in cauſis Arbitri ſeu Iudices dandi eſſent: quando viceuerſa ipſi Præſides de causâ cognoſcere deberent. Quò pertinent tria eius Edicti Conſtantinianei capita: putà duo *huiuſce legis*: tertium verò continetur in *d. l. vn. inf. inf. de litigioſis*: quæ huic inter alias coaſſanda eſt.

¶ *Primum huius leg.* caput eſt de Iudice & Arbitro finalium quæſtionum. Controuerſiarum de agris duo genera eſſe ex *hac l.* & *d. l. vlt.* obſeruandum: Vnum eſt de fine: alterum de loco: *Quinque pedum,* (inquit lex ſequens) *præſcriptione ſummotâ* FINALIS *iurgij, vel* LOCORVM *libera peragatur, intentio*: Quanquam ibi LOCORVM vocem ſpeciali ſignificatu accipi oportet. Lex *vlt. huius tit.* id ita effert, vt controuerſiam aliam de ſpatio quinque pedum faciat, aliam de *locis*. Eodem ſenſu quo *lex* 4. Lex noſtra aliam finalem, aliam proprietatis cauſam facit; quæ omnia eodem fermè recidunt; *Materiæ controuerſiarum ſunt duæ,* (inquit Frontinus *de controuerſia agrorum pag.*52.) FINIS & LOCVS, *harum conditio alterutra continetur, quicquid ex agro de his interuenit.* Quanquam & laxius ſumpta finalis quæſtionis ſiue controuerſiæ & iurgij appellatio, etiam quæſtionem de loco ſeu modo agri complectitur *huius l. initio, & l.*2. *ſup. & l. vlt. inf. h. t.*

¶ Controuerſia igitur de finibus propriè eſt intra quinque pedes: de maiore ſpatio controuerſia, eſt *de loco*, ſeu proprietatis. Idem Frontinus, *de rigore controuerſia eſt finitimæ conditionis, quoties inter duos pluréſve terminos ordinatos ſiue quæ alia ſigna, ſecundum Legem Maniliam intra quinque pedes agitur: De fine ſimilis eſt controuerſia, nec dubium eſt, quin ſupra de finis conditione dixerim: nam & eâdem l. continetur, & de quinque pedum agitur latitudine. De loco controuerſia eſt, quicquid excedit præſcriptam latitudinem.*

¶ Quinque pedum ſcilicet ſpatium, ſeu ſemita modica, lata pedes quinque, inter fundos confines olim vacua relinquebatur, de quo ſunt tres leges *huius tituli*: putà *hæc lex*, & *duæ ſequentes* 4. & 5. Ciceronis locus *lib.* 1. *de legib.* de eodem & Siculus Flaccus, Frontinus & Aggenus Vrbicus, Paulus *in ſenten. lib.* 1. *tit.* 16. loco quem Cuiacius ex duobus MSS. reſtituit. Præſcriptum verò id veteri iure ait *lex vlt. infr.* Veteri iure, id eſt, lege XII. Tabularum. In Maniliam poſtea legem id transfuſum fuit: Itaque hoc ſpatium *Maniliæ legi* accepto ferunt Siculus Flaccus *de conditionibus agrorum pag.*9. & Frontinus de limitibus agrorum *cap. de controuerſ. duob. locis*: & Aggenus Vrbicus ad illum Frontini locum ſcribens *pag.*68. Fuit tamen etiam hoc ſpatium ſex pedum, & teſtatur Aggenus Vrbicus *d. pag.*68. *De* FINE, inquit, *lex Manilia, quinque aut ſex pedum latitudinem præſcribit.* Quidam enim exiſtima



exiſtimabant paſſum ſiue gradum Geometricum habere pedes ſex: ſed communis ratio fuit quinque pedum, quam etiam hæ leges ſeruant. *Communis,* inquam, *ratio*: quomodo & quidam volunt apud Siculum Flaccum *pag.*9. legendum, *ſignantur vtrinque, id eſt, ex vtraque poſſeſſione intra pedes quinque, vt legis Maniliæ communem rationem habeant*; communem rationem, loco *commemorationem.* Rationem huius ſpatij hanc reddit Vrbicus. *Quoniam.* inquit, *hanc latitudinem, vel iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri*: Paulus, 1. Sentent. 16. *vt fines terræ per terminos regantur, ne diſſipentur, vt ab vtriſque quinque pedum loco* [vacuo] *teneantur.* Ad verſuram igitur, ſeu verſum peragendum (vt loquitur Plinius *lib.*18.) ſpatium hoc relictum fuit, quod & ideo *limitare iter* Varroni dicitur, *lib.*4. *de ling. Lat. Interfines,* Gloſſis μεθόρια. Alia longè ratio fuit ſpatij quinque pedum quod à riuis & ſpecubus vacuum relinqui oportebat ex veteri Senatuſconſulto, quod extat apud Frontinum *de Aquæductibus.*

¶ Igitur ſi de fine, ſeu de ſpatio quinque pedum ageretur, Præſes *Arbitrum* adigere ſeu dare debebat: Arbitrum, inquam, vnicum; vnde cautè *huius l. initio* dicitur, *Arbiter non negetur*: nempe quia ex Lege Manilia ſinguli Arbitri dabantur, cùm antea ex XII. Tabulis tres dari ſolerent. Cicero 1. *de legibus*, de ſe, Attico, & Quincto loquens; *Controuerſia nata eſt de finibus: in qua quoniam vſucapionem XII. Tabulæ inter quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus: nec Manilia Lege* SINGVLI: *ſed ex his tres arbitri fines regemus.* Quanquam *lex vlt. inf.* plurali numero *Arbitros* dicat. At ſi de loco, ſeu modo & proprietate ſpatij alicuius controuerſia eſſet, Præſes ſeu Iudex ipſe de ea iudicare debebat, non etiam Arbitrum dare poterat, *hac l. & l. vlt. inf. h. tit.* vbi dicam adhuc. Et incertus Auctor *de limitibus* ineditus: *Solent enim quidam per imprudentiam menſores, Arbitros conſcribere aut ſortiri Iudices, finium regundorum cauſa, quando in re præſenti plus quidem, quàm de finium regundorum agatur. Sic fit, vt poſſit iam irritum fieri & reſcindi, quod aut Iudex aut arbiter pronunciauerat, neque vllum commiſſum faciat, qui ſententiam non ſit ſecutus, quando de aliâ re Iudicem aut Arbitrum ſumpſerint.* Verùm hoc iure Iuſtinianeo immutatum fuit, & ideo *lex hæc* in Codicem Iuſtinianei relata non fuit; non magis quàm pars poſterior *legis vlt. hoc tit.* quæ huic concordat.

¶ Altera *huius legis* ſententia (vt antè monui) ab hoc titulo fugitiua eſt: cuius ſenſus hic eſt: In SOCIETATIS iudicio Arbitros ab initio Præſidem dare non oportere; verùm tùm demum, cùm ipſe iudicauerit, an aliquid præſtari oporteat. Quod idem prorſus cauetur de iudicio Tutelæ in *l. vn. inf. de litigioſ.* quam huic noſtræ coniungendam dixi: Quo caſu ſanè Arbitri dati poſt Iudicis examen non tam arbitri, quàm *Executores* putandi ſunt, *d. l. vn. inf. de litigioſis*: vbi dicam plenè: *Arbitri*, inquam, ſeu *commiſſarij*, vt loquimur, ad liquidationem faciendam.

¶ PRÆSCRIPTIONI *longi temporis locum non eſſe in quocunque tandem finalium controuerſiarum genere, ſeu de quocunque* SPATIO *agatur.*

IIII. * Imppp. VALENT. Theod. & Arcad. AAA. Neoterio PF. P. O. K. N.″

QVINQVE pedum præſcriptione″ ſummota″, finalis iurgij″, vel locorum″ libera″ peragatur intentio″. Sola * ſit igitur huiuſmodi legibus″ vna præſcriptio″, quæ improbi″ petitoris refrenare poſſit inuidiam″, ſi″ veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum eruditâ arte præſtiterit: Nec verò prolixioris temporis in huiuſmodi locum habebit vlla præſcriptio, cùm diuturno ocio alienum rus quiſque aſſerat ſe diligentiùs coluiſſe: quando omne huiuſmodi iurgium ſolo præcipimus iure diſcingi″, quo artis huius peritis omne commiſimus″ ſub fideli″ arbitratione″ iudicium. Dat. VII. Kal. Aug. Arcadio″ Auguſto & Bautone COSS. [385.]

NOTÆ.

* Lex *Quinque pedum, Cod. Iuſt. eod tit.* hinc deſumpta eſt, & interpolata: prima quippe tantùm *huius l.* ſententia eò relata eſt; cæteris, quæ & multò plura ſunt, reſecatis: De cuius facti ratione mox dicam. Concordant porrò huic *legi* tres aliæ conſtitutiones hoc Codice: putà *lex* 5. *in fin. ſup. de pactis*: *lex* 5. *infr. prox.* & *lex vn. inf. de actionib. certo tempore finiend.*

″ Id eſt, *Præfecto Prætorio Orientis Kariſſimo nobis*: quod etiam Iuretus notauit ad Symmachum, *lib.* 5. *ep.* 30. De quo inſcriptionis genere, vid. *in Prolegomenis noſtris.*

″ *Præſcriptio* hic eſt determinatio à Lege facta: de quo mox plenè.

″ *Submota*, id eſt, reiecta, repulſa: ſic & *inf. tit prox.* ſequeſtrationis neceſſitate ſubmotâ: & *l.*7. *Cod. Iuſt. de agricolis*, longi temporis præſcriptione ſubmotâ. Sic contrà aliquid ſubmoueri dicitur temporis præſcriptione, *l.*11. *C. de excuſ. tutor.* vel non ſubmoueri: *l.*25. *C. de euictionib.*

″ *Iurgij*, vox *hâc l. duob. locis*, & *l. prox.* hâc in re *propriâ*: de quo mox.

″ *Loca* quid hîc ſignificent, iam dixi ad *l. ſuperior.* & dicam adhuc mox.

″ *Libera* intentio, id eſt, ſine vllo metu temporalis præſcriptionis.

″ *Intentio*, id eſt, actio, petitio: de quo mox.

* Sequentia omnia recîdit Tribonianus. De cuius facti ratione mox.

″ *Legibus*: In corpora finium regundorum, *Legis*: malè.

″ *Præſcriptio*, id eſt, exceptio, quâ actor, ſeu actio repellitur: *intentioni* oppoſita.

″ *Improbi* vox hâc in re propria: de quo mox. ″ *Inuidia* in petitore, & quidem vicino: de quo mox.

″ σύγχυσις hîc magna: vnde hunc locũ aliter atque aliter refingere conati ſunt Viri docti. Sed euoluenda tantùm hîc conſtructio, ita: *Si limes, cum veteribus ſignis incluſus, finem congruum eruditâ arte præſtiterit.* Concilium Hiſpalenſe 2. ita explicat: *Si veteribus ſignis limes præfixus, monſtrauerit reo ius eſſe retentionis.* Singula huius ſententiæ verba *in Commentario* expendemus.

" De hâc *diſcingendi* voce, v. *Gloſſar.*
" Et committimus.
" Sic ſupra *l. 1. fidelis inſpectio.*
" *Arbitrario*, pro arbitrio.
" *PP. Alexandriæ*, Ita MSS nonnulli in corpore ſcriptorum finium regundorum. Sed malè.
" Hæc vox ſupplenda in dicto corpore.

## COMMENTARIVS.

PRÆSCRIBI longo tempore omnem-omnem ſuper finibus controuerſiam, de quocunque tandem ſpatio agatur, non modò ſi de quinque pedum ſpatio, quod veteribus Legibus præſcriptum, determinatum fuerat; verùm & ſi de alio quocunque vlterioréque ſpatio controuerſia ſit, nullo diſcrimine, vetat *hâc l.* Valentinianus Iun. Quæ quidem conſtitutio inter famoſiſſimas vexatiſſimáſque eſt in *Cod. Iuſt.* quia & ibi interpolata, potiſſimáque ſui parte mutilata: Atque inter difficillimas ibi habita: ſic vt, quod refert Accurſius, Petrus quidam Bailardus (de quo etiam plura habet Odoſredus, ad *hanc leg.*) qui ſe iactabat, quod ex qualibet quantumcunque difficili Literâ, ſeu Lege, ſenſum aliquem ſanum trahere poſſet, de *hac l.* rogatus obmutuerit, & reſponderit, *Neſcio.* Non temerè porrò dixi *Valentiniani Iun.* hanc legem eſſe: perperàm enim ea Theodoſio M. à nonnullis tribuitur: Neotherius quippè PP. cui hæc lex inſcribitur, hoc anno 385. in Imperio Occidentis, & ſub Valentiniano Iun. fuit, quod prolixè oſtendo *in Proſopogr.* *Quare* vitium eſt in *Corpore finium regundorum*, vbi ſubſcriptio in MSS. nonnullis habet. *PP. Alexandriæ.*

Ea vt rectè intelligatur, Primò, breuiter & hîc repeti oportet, quod ad *leg. ſuper.* monuimus, *veteri Lege* XII. *Tabul.* mox & *l. Manilia*, iter limitare ſeu quinque pedum ſpatium inter confines agros vſucapi non potuiſſe. De quo vt ſunt tres leges *hoc Codice*; (præter hanc ſcilicet lex ſuperior *ſup.* & proxima *infr.*) Ita de eo ſunt varia loca Ciceronis, *lib. 1. de Legib.* Siculi Flacci, Frontini, & Aggeni Vrbici. De cuius etiam ſpatij ratione iam dixi *ad legem ſuperiorem.* Et hæc eſt illa quinque pedum PRÆSCRIPTIO, quæ *hâc l.* ſubmouetur: *Præſcribere* eſt προγράφειν, προορίζειν, limitare; ita *Præſcriptio* eſt præfixio, limitatio à Legibus facta: Quæ vox hâc in re, propria. Sic & *l. prox. inf.* in hoc ipſo argumento, de quinque pedum ſpatio: *de eo tantum ſpatio, hoc eſt pedum quinque, qui veteri iure* PRÆSCRIPTI *ſunt*: & initio eiuſdem Legis; *Finalibus iuris omnem modum quem* PRÆSCRIPSIMVS. Sic & Aggenus Vrbicus, in hâc ipſiſſimâ re, *p. 68. Lex Manilia quinque aut ſex pedum latitudinem* PRÆSCRIBIT. Sic & Frontinus, *de controu. agr. p. 56.* PRÆSCRIPTVM *agri finem* dixit. Inde & *præſcriptum* ὅρος, ὑπογραφή. Ita Siculus Flaccus, PRAESCRIPTVM *Lege latitudinis* dixit *p. 22. & 23.* loco alioquin corruptiſſimo, quem ita reſtituo: *Ergo Centuriarum, quæ limitibus clauſæ à limitibus excipiuntur, à* PRÆSCRIPTO *Lege latitudinis datæ; incipiant menſuræ oportet: At centuriarum, in his* [limitibus ſcilicet] *à quibus non excipiuntur* PRÆSCRIPTO *Lege latitudinis, ab linea menſurali per limitem omnis modus in menſuram centuriæ cadit.* Ergo *præſcriptio* hoc loco eſt, præſcriptio Legis, ſeu præfixio, determinatio, limitatio à Lege facta, & quidem in ſpatio determinando. A quo multum abit PRAESCRIPTIO TEMPORIS; de quâ mox, alterâ *huius l.* parte. Quare erroneæ ſunt aliorum quorundam explicationes.

Sunt ſcilicet, qui eam vocem ad vſucapionis differentiam ibi poſitam cenſent; quaſi Imp. primis his verbis voluerit, non tantum vſucapionem, verùm etiam præſcriptionem itineris illius limitaris, ſeu quinque pedum inter confines ſeu vicinos prohiberi. Quâ ſane ratione Theodoſius Iun. Imp. poſteà licet cæteras omnes actiones quæ perpetuæ anteà erant, annis 30. continuis extingui voluerit, petitionem tamen finium regundorum excepit. *l. vn. inf. de actionibus certo tempore finiendis.* Quam interpretationem tota *legis* ſeries reſpuit: quâ non ab vſucapione ad præſcriptionem extenſio fit, verùm à quinque pedum ſpatio Legibus olim præſcripto ad controuerſiam de loco, ſeu ad maius ſpatium inter confines vicinum proceditur. Alij ita accipiunt, quaſi ea exceptio hîc damnetur, quâ quidam arbitros reſpuebant finium regundorum, ideò quia ageretur de modico tantum quinque pedum ſpatio. Quæ interpretatio omnium futiliſſima eſt.

Sunt & aliæ, & duæ quidem, interpretationes, quæ etſi ad ſcopum collimenr, attamen in *præſcriptionis* voce interpretandâ labuntur. Prima eſt veterum Interpretum ante Alciatum, qui *præſcriptionis* vocem pro exceptione accipiebant: ita nempe in ſpecie *huius l.* eam exceptionem remoueri, quâ poſſeſſor locorum vicinum ea à ſe vindicantem remouere nitebatur, quod ſpatium illud vltra quinque pedum ſpatium ſitum eſſet, atque adeò, rectè ſe in his ſibi retinendis vſucapionis ſeu præſcriptionis titulo munitum. Quæ ſententia etſi vera ſit, attamen in *præſcriptionis* voce interpretanda erronea eſt. Pariter vt altera illa, eorum qui verba illa prima *huius l.* ita accipiunt, poſſeſſorem non magis tueri ſe poſſe in locis ſibi vindicandis, quàm in quinque pedum ſpatio præſcribendo, vt ita *præſcriptio quinque pedum ſubmoueri* dicatur, quæ locorum præſcriptioni quoque communis eſt. Quid igitur? vt iam dixi, *præſcriptio* hîc pro præſcripto, limitato, præfinito, præfixo, & determinato Lege ſpatio, putà *Lege XII. Tabu.* & *Lege Manilia* accipienda eſt: vt ita ſignificet Imp. nolle ſe amplius in finalibus iurgiis id ſpectari, num de ſpatio tantum quinque pedum Legibus illis præſcripto, præfinito, præfixo agatur; an verò de finali ſpatio aliquo maiore, ſeu de loco.

*Locorum* ſcilicet appellatione, quod ſecundo hîc præhoſcendum, *hac l.* intelligenda eſt, quod etiam Accurſius rectè vidit, portiuncula aliqua fundi: quo etiam ſenſu accipitur in *l. locus 60.* ff. *de verbor. ſig.* paſſim à fundo vel agro ſeparatur, ſeu pars à toto. Et cùm generali quandoque locorum appellatione veniant omnes illæ controuerſiæ, quæ aliquam fundi proprietatis cauſam, cuiuſcunque modi illa ſit, continent, (de quo pleniùs dixi ad *l. 3. ſup.*) & vt Frontinus ait; *duæ ſint controuerſiarum materiæ, finis & locus*, ita ſpeciatim in finalibus controuerſiis, *locus* eſt ſpatium quodcunque vltra quinque pedum ſpatium, de quo inter confines agitur: vnde & apud Agrimenſores *finale iurgium*, & *locorum intentio* hîc ſeparantur. *De loco controuerſia finalis*, à controuerſia de modo, de proprietate, aliiſque id genus diſtinguitur, vt teſtatur Frontinus, *libro de controuerſiis agrorum, p. 52. 53. 54.* & Aggenus Vrbicus *commentario in Frontinum, p. 69.* vbi & iſtud nominatim ad rem noſtram addita

LOCA



LOCA *illa ferè vſucapi, quæ biennio poſſeſſa fuerint.* Ergo obſeruetur, finalem controuerſiam duplicem eſſe, duplex iurgium, vel de quinque pedum ſpatio *Legibus* olim præſcripto; vel de loco, vt *hac l.* & *l. 2. 3. ſup.*

Ad rem ipſam, & ad *huius l.* definitionem. Ergo Valentinianus Iun. hâc conſtitutione ſuâ, in finalibus controuerſiis indiſtinctè præſcriptioni longi temporis locum eſſe noluit, pariter vt Valentinianus Sen. *d. l. 4. ſup. de pactis*: Theodoſius M. *l. vlt. inf.* Theodoſius Iun. *l. vn. inf. de certo temp. finiend.* Accedat his & quod Interpres ad *Nouellam vlt.* Valentiniani III. notat, *fine Interpretationis ſuæ.* Sed Iuſtiniano ſeu Triboniano alia mens fuit, finalem quippe quæſtionem 30. annorum præſcriptione elidi voluit: *l. vlt. Cod. finium regund.* quæ alioquin deſumpta eſt ex *d. l. vlt. inf.* Quæ cauſa illi interpolandæ *huius l.* & *d. l. vlt.* Vnde iam patet, contrario planè ſenſu hanc leg. vbi poſita truncatáque eſt Codice Iuſtin. *in l. quinque pedum*, accipiendam: nempe id proculdubio voluit Iuſtinianus, promiſcuè acceptâ finalis iurgij & locorum appellatione, quinque pedũ, ſeu loci finalis intra quinque pedes ſpatium præſcindi non poſſe: ſic vt quinque pedum præſcriptionem ſubmotam dixerit, quæ temporis præſcriptione excludi non poteſt oppoſitè ad vlterius ſpatium: quod ipſe 30. annis præſcribi voluit. Contrà Valentinianus Iun. *hac l.* vtramque controuerſiam exæquat; ſic vt non magis loca præſcribi longo tempore poſſint, quàm quinque pedum ſpatium. Quam quidem mentem ſuam poſteriore *huius l.* ſententia, quæ poſt abeſt à *C. Iuſt.* elegãtiſſimis & σημαντικοῖς planè verbis plenius aperit: Quæ & ideò ſingula vnà cum iis quæ in priore adhuc ſententia occurrunt, *hîc* expendenda ſunt, quæ alioquin in *Notis*, & in *Gloſſario* illuſtrare ſatis fuiſſet: quia & ad rem pertinent, & Agrimenſoriæ artis planè propria ſunt.

De quinque pedum ſpatio, de *præſcriptionis* voce, de *Locis* iam ſupra diximus: Quartò igitur notanda adhuc in priore ſententia vox IVRGI *finalis*: & mox in alterâ, *huiuſmodi iurgij*: quæ & ipſa vſurpatur *l. proxima*: *Iurgij* ſcil. vox, in his finalibus controuerſiis, atque adeò in agrimenſoriâ, Finibúſque regundis propria eſt. Ita enim quoque *iurgandi* voce hac in re vſa eſt lex XII. Tabul. Teſtis Cicero *lib. 4. de Republica*, de eâ agens: *Admiror*, inquit, *nec rerum ſolum, ſed & verborum etiam elegantiam.* SI IVRGANT, *inquit* [Lex] *beneuolorum concertatio, non lis inimicorum* IVRGIVM *dicitur.* Et idem in ſequentibus. IVRGARE *igitur Lex putat inter ſe vicinos, non litigare.* Quos Tullij locos adnotauit Nonius Marcellus *cap. 5. in verbo, Iurgium & lis 38. p. 430. & 431.* Scriptor eo nomine magni faciendus, quod, etſi inter Grammaticos cenſeatur, egregia tamen nobis paſſim antiquitatis fragmenta, eáque optimæ ſæpè frugis ſeruarit.

Quintò notanda vox INTENTIONIS, ibi, *finalis iurgij vel locorum libera peragatur intentio.* Nam vt maximè *intentionis* vox generaliter actionem, petitionem, vindicationem, perſecutionem omnem denotet, de quo etiam ad *tit. de R. I.* iam diximus; Videndus & Iuretus ad Symmachum *lib. 6. ep. 761.* & *intendere* paſſim dicatur, pro *agere*, attamen & in Agrimenſoriâ, ſeu finium regundorum diſciplinâ propria hæc vox eſt. Aggenius *p. 67.* Et *circuiri agrum ante omnia oportet, de quo* INTENTIO *vertitur, & redintegratio ſuis fundo limitibus, &c.* Auctores incerti *de limitibus, p. 304.* De *quibus poſſeſſionibus* INTENTIO *vertitur, & ſic veritas agnoſcitur*: & *p. 296. Terminis teſtimonia finium intelliguntur, & agrorum* INTENTIO, *& certamen aufertur.* Symmachus quoque qui ſub Valentiniano Iun. *huius leg.* authore ſcripſit, & qu dem illam Epiſtolam anno 386. proximo poſt *hanc l.* vel altero 387. in eadem re *lib. 4. epiſt. 69.* *Vt improbiſſimè inquil nus* LOCORVM INTENTIONE *pellatur*: Vbi pariter *locorum intentio*, pro vindicatione dicitur, quâ quis locum ſibi vindicat, non verò pertinax retentatio, vt Iuretus voluit. Vt nec audiendi ſunt, qui *intentionis* loco, ibi ſubiiciunt vocem *tentionis*, vel *detentionis*, id eſt poſſeſſionis vel occupationis. Obiter etiam notanda vox *peragendi*, & *liberæ* intentionis: quæ vt propriæ in iudiciis voces, ita haud abſimiliter Quintilianus dixit *declam. 205.* *Neque enim vlla præſcriptio inchoata iudicia peragi vetat.*

Sextò notetur vox LEGVM, ibi; *ſola ſit igitur huiuſmodi Legibus vna præſcriptio*: quo loco in *Corpore de Limitibus*, habetur malè, *Regis*, vt & nonnulli perperàm ſubſtituunt vocem *litibus*. *Leges* ſcil. hoc loco ſunt in genere actiones legitimæ ſeu à legibus proditæ. Hoc ſenſu Seneca *3. de benef. cap. 7.* de Ingrati actione agens. *Adiice nunc*, inquit, *quod huic vni* LEGI *omnia fora vix ſufficerent*, ſpeciatim verò *Leges Agrariæ* ſeu *Leges agris limitandis* poſitæ hîc indicantur: cuiuſmodi etiam leges ex pactionibus deſcendebant, Aggenus *p. 68.* *Lex limitum eas prædamnauit.* Incertus Auctor, quem ego Baldum cenſeo, *libello de Coloniis in prouincia Tuſcia*; *Lex*, inquit, *agrorum ex commentariis Claudij Cæſaris, Lex agris limitibus metiundis partis Tuſciæ*, &c. Frontinus *de coloniis, p. 117. Legem poſuerunt menſores agris limitandis, metiendíſve partis Tuſciæ priùs & Campaniæ, & Apuliæ.* Denique huc pertinent Leges Colonicæ, de quibus paſſim Scriptores *de limitibus.*

Septimò obſeruetur vox IMPROBI, ibi: *quæ improbi petitoris refrænare poſſit inuidiam.* Improbi quippe vox, & ipſa hac in re propria, inque actionibus finium regundorum: Neque tantum de petitoribus, vt *hac leg.* verùm etiam de poſſeſſoribus & peruaſoribus finium & agrorum: ſic & *l. 5. ſup. de denunciat. ne peruaſionibus improborum protelandæ cognitioni præbeatur occaſio.* Iuuenalis Satyra 16.

—— *Conuallem ruris auiti*
IMPROBVS, *aut campum, mihi ſi vicinus ademit.*

Sic & improba poſſeſſio: *l. 7. C. de acquir. poſſ.* id eſt, improbitas incubatoris apud Auguſtinum *homil. 30.* v. & Caſſiodorum. Denique *litigatores improbi*, *l. 2. §. quod ſi actor*, *Cod. de iureiur. prope. cal.* §. *hæc autem. Iuſt. de pœn. temp. litig.* Quintil. *decl. 319.*

Octauò notetur vox INVIDIÆ, *ibidem*: Nempe *Inuidia* petitoris, non tantùm in genere de quolibet actore; verùm inuidia, & æmulatio ſpeciatim inter vicinos & poſſeſſores, atque inde iurgium: Quod & diuerbio notum, καὶ γείτονι γείτων. Symmachus *lib. 2. ep. 30.* *Qui in præiudicium vel* INVIDIAM *poſſeſſionis meæ parui agelluli retentionem ceſſit.* Idem *lib. 4. ep. 72.* de finali quæſtione agens, *eam pignori meo exemit* INVIDIAM.

Tùm maximè notentur illa, quæ Agrimenſoriæ artis propria ſummoperè: *ſi veteribus finem cum ſignis limes incluſus congruum erudita arte præſtiterit*: quæ inuoluta iam *ſuprà* euoluimus. Ea ita immutauit Concilium Hiſpalenſe 2. *cap. 2.* & ex eo Barchardus, & Innocentius, 16. *q. 5. c. 6.* *ſi veteribus* [al. *veris*] *ſignis limes præfixus* [al. *præniſus*, vel *peruiſus*] *monſtrauerit, reo ius eſſe retentionis*: vbi initio notandum, quod Nonum *hic* eſt, quod ait de *veteribus* ſignis. Sic ſanè & Papinianus *l. 11.* ff. *eod. tit. finium regund.* dixit; *in finalibus quæſtionibus* VETERA *monumenta, cenſus auctoritatem ante litem inchoatam ordinati ſequendam eſſe.*

Decimò obſeruandus hic locus non tantum de

*Limite,*

*Limite*, id eſt, termino agri: verùm de SIGNIS terminalibus ſeu finalibus ſcilicet, de quibus, quanquam varia ea fuerint, conſulendi ſcriptores finium regundorum: Caſſiodorus quoque 3. *var.* 52. *Aut terminis teſtibus, aut iugis motiũ, aut fluminum ripis, aut arcaturis conſtructis, aliiſque* SIGNIS *euidentibus conſtat eſſe definitum.* Indéque & *ſignandi* vox hâc in re. Virgilius 1. *Georgic.*

*Nec* SIGNARE *quidem aut partiri Limite campum.*

Quem locũ imitatus neſcio quis Vegoia Aruntius, *Cùm Iupiter terram Hetruriæ ſibi vindicauit, conſtituit iuſſitque metiri campos, ſignarique agros.* Ouidius 1. *Metam.*

*Cautus humum longo ſignauit limite menſor.*

Vndecimò notandum quod de *Limite* INCLVSO dicitur, *cum ſignis veteribus*: ſic Siculus Flaccus, loco ſuperiùs quoque laudato: *Ergo centuriæ limitibus* CLAVSÆ, *quæ à limitibus excipiuntur*, &c. Sic Aggenus *p.* 79. *Dumque riuus ille limite* INCLVDITVR. Contra *ager extracluſus* apud Frontinum *p.* 52. & 77. Hygenum *p.* 196. qui ſcilicet vltra limites finitimâ lineâ clauditur: *d. p.* 52. & 77. Et idem Frontinus *p.* 52. *Quidquid inter quatuor limites minus quàm* INTERCLVSVM *eſt, fuerit adſignatum, in hac* [ſubſeciuorum] *remanet appellatione: ideò quod is modus qui aſſignationi ſupereſt, linea* CLAVDATVR, *& ſubſecetur.*

Duodecimò notetur CONGRVI *finis* appellatio, quem præſtari dicitur limes incluſus cum ſignis veteribus, eruditâ arte. Vbi *finis congruus* eſt loco conueniens, aptus: Nempe, pro loci qualitate alij atque alij termini, ſeu limites, alia ſigna in finibus poſita eruditâ arte, de quibus Auctores *de limitib.* paſſim: qui ideò limites finẽ congruum præſtabant.

Decimo-tertiò obſeruetur vox PRÆSTANDI; quæ & ipſa hâc in re propria: *Finem*, inquam, *præſtare*, eſt finem facere, conſtituere. Aggenus *p.* 79. *Nam plerumque via*, &c. *finem* PRÆSTAT: regam *mante verò via vel limite dum à ſe vtrique diſceſſerunt deſit via* FINEM PRÆSTARE, *erit controuerſia, ſed inſpectio artificis eam finiet.*

Quarto-decimò obſeruentur illa, ERVDITA ARTE: Mox & ARTIS *peritis*. Nẽpe vt Agrimenſoriæ ars erudita in ponendis ſignis & limitibus, iiſque internoſcendis; ita & ipſi limites eruditâ arte præſtant finem: De quo, Agrimenſoriæ artis Scriptores paſſim. Caſſiodorus quoque 7. *var.* 52. *Quapropter Agrimenſorem peritiſſimum cui ab* ARTE *nomen eſt, veſtra nihilominus adhibeat magnitudo.* Et mox. *Videant huius* ARTIS PERITI, *quid de ipſis publica ſenſit auctoritas.* Peritiam quoque menſoris dixit Aggenus in *Frontin. pag.* 79. & Artifices idem vocat: *d. p.* & *p.* 81. Platonis locus hùc facit 8. Polit. Τούτων δὲ καὶ ἁπάντων τῶν τοιούτων ἐπιγνώμονες τῷ καὶ δικασταὶ καὶ τιμηταὶ γιγνέσθων ἀγρονόμοι.

Decimo-quintò notetur OTII vox: ibi, *cùm diuturno* OTIO *alienum rus quiſque aſſerat ſe diligentiùs coluiſſe. Otij* ſcil. vox propria poſſeſſioni agrorum ruriſque, eiúſque fruitioni pacificæ, imò & ſeceſſui. Hoc ſenſu ſub eodem Valentiniano Iun. crebrò hanc vocem vſurpat Symmachus. Ergo aduerſus petitorem aſſerere, ſe otio diuturno alienum rus diligentiùs coluiſſe, eſt obtendere diuturnam & pacificam poſſeſſionem, & ſic præſcriptione longi temporis ſeſe tueri.

Decimo-ſextò notetur vox IVRIS, ibi; *Omne huiuſmodi iurgium ſolo præcipimus* IVRE *diſcingi.* Vbi *Ius* quomodo & aliàs poſſeſſioni, quæ facti eſt, opponitur. Alioquin & *Ius ordinarium réſque Iuris* in finium regundorum diſciplina dicebatur, cùm Interdicto ageretur de poſſeſſione vel totius fundi ſtatu, vel de proprietate poſſeſſionis, oppoſitè ad finalem tantùm controuerſiam, profeſſionem menſorum & arbitrorum finium regundorum.

Poſtremò notetur hâc in re FIDELIS *arbitratio*: quomodo & *l.* 1. *ſup. hoc tit. fidelis inſpectio* dicitur. Alioquin & *fides* terminorum, poſſeſſionis, ſignorum, apud Scriptores finium regundorum.

Poſteaquam ſingula verba diſcuſſimus, ad ſententiam Legis redeamus; Igitur quocumque tandem finali ſpatio agatur, prolixioris temporis præſcriptio locum non habet: neque poſſeſſori quidquam aduersùs intentionem petitoris prodeſt, quod aſſerat ſe diuturno otio alienum rus diligentiùs coluiſſe. Quid igitur? vt petitorem repellat, vt refrænare poſſit petitoris inuidiam, neceſſe eſt iure contendat, neceſſe eſt limes incluſus cum veteribus ſignis, congruum finem eruditâ arte præſtet: Hæc SOLA VNAQVE eſt hâc in re *Præſcriptio*, ſeu iuſta exceptio. Atque ita huius conſtitutionis Interpretatione defunctos nos abundè arbitramur: vbi inter alia oſtendimus, quomodo Iuſtinianus ab hac ſententia abierit, atque adeò hanc quoque Legem interpolauerit. Neque enim id à me expectandum eſt, vt quæ circa contrariam Iuſtiniani ſententiam, in Scholis, vel in praxi agitantur, hodie quæſtiones & controuerſiæ à me nunc tractentur: id enim à ſcopo meo prorſus alienum eſt: ſatis enim habemus, ſimpliciter notare in quibus, & quare Iuſtinianus ab huius Codicis conſtitutionibus abierit: non verò quod alienum ab hoc loco eſt, in Iuſtinianei iuris controuerſias excurrere: id enim foret Codicem Iuſtinianeum illuſtrare velle, quod nobis propoſitum non eſt, niſi quatenus id ipſum ad huius Cod. illuſtrationem facit. Neque illud etiam à me quis exigat, vt vltra id quod iam ſupra retuli, omnes aliorum Interpretationes hîc pluribus vel memorem, vel refellam: vt eſt ea, quam Alciatus refutat *in lib. de quinque pedum præſcript.* vt eſt P. Criniti, *lib.* 25. *de honeſta diſcipl. cap.* 4. vt eſt, quæ aliquando Panciroli fuit 2. *variar.* 197. vt eſt ea quam is memorat & amplectitur tandem Iunij Niphij ad Beneſtum ſcribentis: quæ ſanè falſiſſima eſt: Nam etſi is rectè viderit *hac leg.* (quam etiam ex *hoc Codice* non refert, ſed ex Iulio Frontino, inſulſiſſimè) tolli diſcrimen inter ſpatium quinque pedum, & alias partes ſeu alia loca, attamen falſiſſimum omnium eſt, quod ait, ſublatam hanc ab Imp. differentiam ideò, quaſi vellet iam eodem temporis ſpatio vtrumque præſcribi, cùm antea diuerſis temporibus præſcriberentur: Nam imò vtrumque præſcribi vetat *hac l.* Imperator, vt diſertè verba *huius l.* oſtendunt, cùm antea nonniſi quinque pedum ſpatium præſcribi non poſſet.





v. * Imppp. THEODOSIVS, ARCADIVS, Honorius'' AAA. Rufo'' PF. P. O.''

CVNCTIS motionibus'', & machinis amputatis, finalibus'' iurgiis'' omnem'' modum quem'' præſcripſimus'': ac'' de eo tantum ſpatio, hoc eſt, pedum quinque, qui Veteri'' iure præſcripti ſunt, ſine'' obſeruatione temporis, Arbitros'' iuſſimus iudicare: Quòd * ſi Loca in controuerſiam veniant, ſolenniter iudicare'' cognoſcas'', & ſeu ciuilis'' ſeu criminalis'' actio competit'', tribuetur'': ita vt cauſa cognita, & redhibitione'' obnoxius decernatur, nec pœnam conuictus aufugiat''. Dat. prid'' Non. Nouemb. Conſtantinop. Arcadio II. & Rufino COSS. [392.

## NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. Iuſt. eod. tit.* hinc à Triboniano in alium planè ſenſum interpolata. Extat ea quoque in collectione legum *de controuerſiis agrorum*, *p.* 46. Denique concordat huic, *lex* 3. *ſup.*

'' *Honorij* nomen inducendum: Honorius enim nonniſi IV. Id. Iun. ſequentibus Coſſ. Auguſtus creatus eſt, teſte Socrate *lib.* 5. *c.* 24. & Marcellino *in Chronico.* vid. *Chronol. Theodoſ.*

'' Ita quoque in Corpore *de limitibus.* Sed malè: reponendum *Rufino*, quomodo etiam habet Codex Iuſtin. de hoc *Rufino* PP. Orientis, vid. *Proſopogr.*

'' *Molitionibus* in *Cod. Iuſt.* neque ideò melius: de quo mox.

'' *Finalis* iurgij, quæſtionis, controuerſiæ appellatione venit etiam controuerſia de loco, de modo, &c. *hac l.* & *l.* 2. 3. *ſup.*

'' Dixi ad leg. ſuperiorem.

'' Quid ſi, *ordinem modúmque præſcripſimus?*

'' Abundare videtur hæc vox: niſi legamus hîc *iam*: vel *quidem*: & mox, *at*, non *ac.* Quod omninò exiſtimo: vel etiam nullo alio mutato, pro *quem*, repones, *quidem.*

'' *Præſcribimus*, in collectione legum de controuerſiis agrorum; malè: nam & inf. ſimilis vox præteriti temporis, *iuſſimus*, occurrit.

'' XII. Tabularum, quo ſenſu *ius vetus* variis locis exaudiri oportet, de quo dixi *lib.* 1. *XII. Tabb.*

'' *Sine obſeruatione temporis.*

'' Cuiuſcunque ex *hâc l.* Triginta annorum præſcriptionem excepit Tribonianus, quæ cauſa illi interpolandæ huius leg. fuit.

'' V. quæ notaui *ad l.* 3. *ſup.*

* Non tantùm ſuperiorem ſententiam Tribonianus interpolauit, verùm & hanc penitus ſuſtulit, quia promiſcuè in omnibus ferè cauſis Arbitrum dari poſſe Iuſtinianus voluit.

'' *Iudica recognoſcens*, in Corpore *de limitibus*: non melius. Reponendum puto, *Iudicans cognoſcat*: vel *Iudices recognoſcant.* Præſidis quippe & Magiſtratus ſiue Iudicis ordinarij & ſolennis cognitio hæc fuit, *l.* 3. *ſup.* & apertè *hac leg.* Imperator *arbitros*, id eſt, Iudices datos à *Magiſtratibus* ipſis qui *Iudicantes* dicti, diſtinguit. Quâ voce vtitur *lex* 1. *ſup. de Iudiciis*: *lex vlt. ſup. de denunciation. lex* 109. *inf. de Decurion.*

'' Finium regundorum.

'' De termino moto.

'' *Competet*, in Corpore *de limitibus*:

'' Repone, *tribuatur* ſcilicet actio; quanquam & hoc ferri poteſt.

'' Redhibitioni: de hâc voce porrò, v. Gloſſ. Theod.

'' *Effugiat*, in Corpore *de limitib.*

'' XII. in Cod. Iuſtin.

## COMMENTARIVS.

DE IVDICE, ARBITROVE in finalibus controuerſiis dando, addicendo, eſt hæc Theodoſij M. lex: eandem prorſus in ſententiam, cum Conſtantini M. *lege* 3. *ſup.* idémque fatum in *Codice Iuſtinianeo* paſſa, quod illa: Imò hæc alium planè in ſenſum detorta, vt ibi videre eſt. Huius igitur ſententia pariter vt *dictæ legis* 3. ea eſt, quando Iudex in controuerſiis finalibus Arbitros dare poſſit, quando verò ipſemet cognoſcere debeat: nempe ſi de ſpatio quinque pedum agatur, Arbitrum dari poſſe: ſi verò Loca in controuerſiam veniant, Iudicem ſolemniter cognoſcere oportere. Cuius explicatione iam *ſuprà ad d. l.* 3. defuncti ſumus: ibi enim oſtendimus quid per *Loca* intelligendum ſit.

¶ Nos hîc ſingularia tantùm quædam quæ *hîc* occurrunt, ſubnotabimus. Primum eſt, quod Theodoſius *hâc l.* indicat, ſeſe hâc de re iam antea cauiſſe, modúmque præſcripſiſſe: quæ tamen lex alibi non occurrit, nam *d. lex* 3. eſt Conſtantini.

Secundò notanda illa, *cunctis motionibus & machinis amputatis*: vbi Codex Iuſtin. pro *motionibus*, habet *molitionibus*: quæ vox & *hîc* ſubſtituenda videatur: quomodo & *l.* 1. *inf. de prædiis nauicular.* dicuntur *occultæ molitiones*: quod & ſequens vox *machinis* ſuadere videatur. Sed tamen *motionis* quoque vox fortè retinenda: ſecretiore ſignificatu, & Agrimenſoriæ artis; cuiuſmodi plures notabamus *ad l. ſuperiorem*: quo ſenſu & actio *de termino moto*, περὶ ἀποκινηθέντων ὅρων: & fines extra gradum ſuum MOVERI dicuntur, *l.* 9. *in fine princ. ff. de termino moto*: & *l. vlt. eod. tit.* Lex Manilia, *cap.* 5. *Quique termini hâc Lege ſtatuti erunt, ne quis eorum quem eum cito, nêve* COMMOVETO *ſciẽs dolo malo: ſi quis aduerſus ea fecerit, is in terminos ſingulos quos eiecerit locòve* MOVERIT, &c. Hic & mouere poſſeſſionem ſuam, *mouere terminos* vel bodones, & motores apud Vegoiam Arrantium *p.* 265. Si vox *molitionibus* hîc ſubſtituenda eſſet, tùm de ædificiis ſeu operum molitionibus id accipiendum foret: de cuiuſmodi molitionibus ſeu ædificiis vltra decem pedes, v. Symmachum *lib.* 6. *ep.* 9. & *tit. inf. de ædific. priu.*

Tertiò notandum, *Ius vetus* allegari *hac leg.* id eſt Legem XII. tabularum, (quæ eo nomine & alibi ſæpè deſignatur, de quo in δωδεκαδέλτῳ noſtro,) & Legem Maniliam de quibus *ſupra.*

Quartò cùm maximè obſeruetur à Theodoſio M. *hac leg.* definiri quinque pedum ſpatium, nominatim præſcribi non poſſe: *De eo tantùm ſpatio, hoc eſt pedum quinque*, SINE OBSERVATIONE TEMPORIS

PORIS *arbitros iuſſimus iudicare.* Vndè colligi videtur, Theodoſium loci præſcriptionem non ſimiliter inhibere: quod tamen Valentinianus pariter inhibuit ante ſeptennium, *ſuperiore leg. quinque pedum.* Imò & Valentinianus Senior *l.5. ſup. de pactis.* Addatur his Quarta conſtitutio Theodoſij Iun. nempe *lex vn. inf. de act. cert. temp. fin.* vbi à Tricennali præſcriptione quam ea *lex* inuexit, disertè excipit actionem finium regundorum. Verum Iuſtiniano alia mens fuit: In finali quæſtione non longi equidem temporis, ſed triginta tantummodò annorum præſcriptionem locum habere. Eáque interpolandæ *huius legis*, & *legis*, *quinque pedum*, *ſup.* Triboniano cauſa fuit: imò & *d. l. vn.* Interpreti ſanè quoque *Nouellæ* Valentiniani *vlt.* eadem cum Triboniano mens eſt.

Quintò, notetur duplex actio ſeu controuerſia de loco, ciuilis & criminalis: de quo *ad l. cauſas* 8. *ſup. de Iuriſdictione*: de quâ vtraque iuxta Theodoſius magiſtratus ipſos iudicare, actionémque *tribuere*, non verò Arbitros iudicare iubet: à quo receſſum aliquatenus ab Honorio, *d. l.* 8. Vbi obſeruandum ſexto loco actionem tribui ſolitam, ſi ipſe Magiſtratus cognoſceret, non verò ſi Arbitri darentur. Tandem obſeruetur pœna inuaſoris, præter reſtitutionem loci inuaſi.

# SI CERTVM PETATVR DE CHIROGRAPHIS.

## TITVLVS XXVII.

Hic titulus allegatur ab Interprete *l. vn. C. Hermog. de cauta & non num. pec.* A primis Edicti perpetui verbis hic Titulus ita concipitur, vt *hoc Codice*, ita & *Iuſt.* & in *Pandectis*: Scilicet rebus creditis, ex formulâ ſeu actione impetratâ vel certum petebatur, vel incertum: *Certum*, inquam, cùm certam rem, vel quantitatem actione propoſitâ quis complectebatur, hac formula, CENTVM, &c. Incertum verò, cùm hâc formulâ indefinitâ, QVIDQVID *te mihi oportet*, &c. Idque pro variâ contractuum naturâ, quæ hanc diſtinctionem induxit: Quare actiones, quibus certum petebatur, *ſtricti iuris* dicebantur, ideò quia Iudex à Magiſtratu datus de certâ illâ re tantum iudicandum, reúmque in eam quantitatem præcisè vel condemnandum, vel abſoluendum habebat: E contra, actiones quibus incertum petebatur, *bonæ fidei* dicebantur, quia ſcilicet datus à Magiſtratu arbiter ex bonâ fide quantum melius æquius reum in hanc vel illam ſummam, rémue, prout eius iudicio ſeu arbitrio, ſediſſet, vel condemnare, vel abſoluere poterat: Quam in rem ſunt duo loci inſignes, Ciceronis *pro Quinto Roſcio*: & Senecæ 3. *de beneficiis, cap.* 7.

Certum petebatur variis ex cauſis & obligationibus: inter alias. 1. ex pecuniâ fœnori datâ. 2. mutuo datâ. 3. vel ex alio quolibet titulo, in literarum obligationem factâ cautione tranſlato, de quo inſignis eſt ſup. locus: *l. 6. de denunciat. vel editione reſcripti*, id eſt, in Chirographum relato. 4. vel ex ſuffragio: Vnde titulus hic, *Si certum petatur de Chirographis*, & proximus, *Si certum petatur de ſuffragiis*, generali titulo ſcil. expreſſo, mox ſpeciali. Codice verò Iuſtin. tituli ita concepti, *Si certum petatur*, reciſis illis, *de Chirographis*, quia ibi agitur, de omnis generis certi petitionibus: contra, titulus *de ſuffragiis*, reciſis illis, *Si certum petatur*, breuitatis cauſa. Porrò, in MSS. nonnullis additum hîc, *mortuorum.*



ciationibus. 2. Quibus item probationibus chirographo fides fieri poſſit. 3. Intra quæ tempora hæc actio moueri. 4. quis denique proceſſus in hâc actione ſeruandus. 5. quæ tempora. Rem igitur hanc omnem ita diſtinguit Honorius. Vel ex chirographo mortui alicuius debitoris hæredes conueniuntur, vel viuentis chirographum profertur. De vtroque diſtinctis capitibus.

Igitur ſi MORTVI chirographum proferatur, vt ex eo hæredes rectè conueniri poſſint, veteratorúmque adeò calumniis occurratur, petitorem tria facere oportere definit, ſeu tria his iniungit. Primo, vt debitoris hæredes conueniat, ſi inter abſentes res vertatur intra iuge ſeu continuum quinquennium; ſi inter præſentes intra biennium: alioquin ſi id non fecerit actione priuari eum oportere; & ſic præſcriptione temporis ſubmouendum. Quâ parte notanda & notabilis hæc, primò quidem, Præſcriptionis ſpecies, quâ actio ex chirographo defuncti aduerſus hæredes extinguitur: ſimùl & proportio præſcriptionis inter præſentes & abſentes: nempe vt hoc caſu quinquennij præſcriptioni locus ſit, illo biennij.

Alterum notandum, quod de ipſâ conuentione hæredum dicitur: nempe vt intra illud quod dixi tempus actio ex chirographo in tutum redigatur; chirographum ſeu cautionem Iudiciis competentibus publicandum, & exinde hæredes debitoris conueniendos. Qui quidem perpetuandæ actionis modus notandus eſt, per publicationem ſeu inſinuationem apud acta Iudicis competentis, & ſecutam inde conuentionem; Quæ quidem publicatio ſeu inſinuatio inducta, ad præcidendam falſi materiam. Hoc primum. Secundò, vt creditor ex mortui chirographo hæredes rectè conuenire poſſit, & antequam vllâ re hæredes prægrauentur, prius manum defuncti probare eum oportere definit additâ ratione, ex decantatâ iuris regula; (hoc enim, inquit, *toto iure cantatum eſt*) *vt ſcripturam prolator affirmet*, id eſt, vt qui chirographum profert, vel ex eo agere intendit, id verum eſſe prius probare teneatur, & probationibus confirmare. Antequam verò creditor id præſtiterit, ſequeſtrationi locum non eſſe definit, id eſt, non cogendos hæredes debitoris pecuniam petitam ſequeſtrare (quod tamen facere tenetur ipſe debitor ſi conueniatur, *verſ. ſed ſi viuentis*: de quo poſteà.) Nempe, hæredum iuſta ignorantia eſt, neque improbabilis hæſitatio: quibus proinde nihil præiudicij fieri debet, antequam de debito conſtet: eſt enim magnum ſequeſtrandæ pecuniæ præiudicium, vt interim videl. quis pecuniæ ſuæ vſu & poſſeſſione defraudetur: de quo *ſuo titulo infra prox.* Tertium quod creditori debitoris hæredes ex defuncti chirographo conuenienti *hac l.* iniungitur, eſt ipſum probationis genus: quomodo, inquam, defuncti manum probare debeat: *Non ſolâ* ſcilicet *manus collatione*, ſeu comparatione literarum, cui alioquin locus eſſe ſolet; *l. comparationes* 20. (addita *l.* 16. quam Cuiacius reſtituit) *Cod. de fide inſtrumentorum. Nouella Iuſtin.* 50. quæ aliis 49. & 73. & *ibi* Iulianus; Et rationem addit Honorius, *Quid enim aliud falſarius agit, quàm vt ſimilitudinem veritatis imitetur?* Nempe id vult inſufficiens hîc eſſe probationis genus, quod ex collatione manus ſeu comparatione literarum petitur, quando manum ſeu literas facilè falſarius imitari poſſit: In eo enim occupatum eſſe falſarij ſtudium, vt *ſimilitudinem veritatis* imitetur, atque hoc præſidio ad falſam & calumnioſam actionem prorumpat. Atquin Honorio id propoſitum *hac leg.* vt falſariis, quib. fieri poteſt, rationibus, occurrat. Ergo nequidem comparatio literarum fidem plenam facit: vt nec facere voluit Iuſtinianus generaliter in chirographo ſeu δανεισματικῷ συμβολαίῳ trium teſtiũ ſubſcriptione non munito: d. Nouell. 73. (& *ibi* Iulianus) vbi hunc *huiuſce legis* locum omnino citare videtur Iuſtinianus. Ἴσμεν τοὺς ἡμετέρους νόμους, οἳ βούλονται ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν γραμμάτων τὰς πίστεις δίδοσθαι τοῖς συμβολαίοις· καὶ ὅτι τινὲς τῶν αὐτοκρατόρων ἐπιπολασάσης ἤδη τῆς κακίας, τοῖς νοθεύουσι τὰ συμβόλαια, τὰ τοιαῦτα ἐκώλυον· ἓν ἐκεῖνο σπούδασμα τοῖς παραποιοῦσιν εἶναι πιστεύοντες, τὸ πρὸς τὴν μίμησιν τῶν γραμμάτων ἑαυτοὺς ὅτι μάλιστα ἐγγυμνάζειν· διότι μηδὲν ἕτερόν ἐστι παραποίησις εἰ μὴ τῶν ἀληθῶν μίμησις, id eſt, *Nouimus noſtras leges, quæ volunt, ex collatione literarum, fidem dari documentis; & quia quidam Imperatorum ſuperexcreſcente iam malitia eorum, qui adulterantur documenta, hæc talia prohibuerunt: illud ſtudium falſatoribus eſſe credentes, vt ad imitationem literarum ſemetipſos maximè exercerent, eo quòd nihil eſt aliud falſitas niſi veritatis imitatio.* Quid igitur? aliis prætereà multiplicibus documentis ſcripturæ fidem adſtruere petitorem vult; vt exinde iam liquere poſſit, *magnæ ſecuritatis fuiſſe quod ſiluit*, id eſt, non aliundè proceſſiſſe ſilentium eius, ſeu à conueniendo defuncto debitore abſtinuiſſe, quàm quod vndique ſecurus eſſet, vtroque chirographo munitus foret; atque adeò *publicam iudiciorum aditionem, amicitiarum forſitan impediuit affectio*, id eſt, ob id tantum debitorem iudicio non conuenerit, non exegerit, quod amici eſſent. Non igitur ad fidem chirographo adſtruendam, & vt debitoris hæredes petitor conuenire poſſit, præcisè requiritur vt defunctum in iudicio conuenerit: quando multi à iudiciis & iudiciaria conuentione abſtinent amicitiâ ducti, pudori debitorum ita parcentes, ſeu conſulentes. Quid igitur? Triplici probationi locum *hîc* eſſe definit, ſeu tribus rationibus fidem chirographi atque adeò debiti adſtrui poſſe, vel debere: vel enim coràm teſtibus conuenire potuit defunctum, & vt *hic* loquitur, *priuatam ſaltem conuentionem teſtes audierunt.* Hæc igitur prima probationis ſpecies *hîc* eſt per teſtes, qui videl. deponant ſe coràm defunctum à debitore conuentum. Altera probationis ratio, non iam per teſtes, ingenuos ſcilicet, verùm per *libertos & ſeruos*, eodem ſcilicet fine: Multa ſiquidem quod aliunde notum, non modò per ſeruos, ſed & per libertos fiebant, qui internuntij in multis actibus & geruli ſæpè erant: vel de Diuortio, ſeu Repudio per libertos miſſo, res notiſſima. Tertia probationis ſpecies hæc notatur, putà *ſi defunctum ſub mortis vicinitate languentem admonuit.* Nempe enim, & qui publicè debitorem ſuum in iudicio appellare erubeſcit, vel etiam priuatim ſaluum ſanúmque debitorem non conuenit, ſaltem cùm iam debitorem ſub mortis vicinitate languentem nouit, admonere ſolet. His igitur tamque multiplicibus documentis & rationibus, de fide chirographi liquere poteſt, ſeu veritas chirographi probari, Manus collatione, Publica conuentione, Priuata coràm teſtibus, interpellatione: Tandem & admonitione moribundi. Quæ omnia, vt aliis iuris textibus egregiè firmantur, ita ad praxin ſummoperè faciunt, elegantiſſimis etiam ſententiis & verbis adornata. Et hactenùs quidem ſi res inter præſentes tranſacta ſit, hæ inquam probationum ſpecies ad fidem chirographo faciendam deſiderantur.

At quid ſi petitor ABSENS fuerit, id eſt alio loco is quam defunctus, quem debitorem ſuum intendit, cuiúſque hæredes hodie ex chirographo conuenit, conſtitutus chirographum acceperit (nam & chirographum ſeu γραμματεῖον creditore abſente ſcribi potuit, quod iuxta hanc l. docet

Theophilus *tit. de liter. obligat*) & neque publicè eum coràm poſitus conuenerit, neque priuatim coram teſtibus exegerit, neque moribundum admonuerit? *Maioribus*, inquit Honorius, *adſtrui poterit conuentio longinqua documentis*; id eſt, conuentio debitoris è longinquo facta, debebit aliis documentis probari, & quidem maioribus, id eſt, operoſioribus. Quænam verò probationes illæ maiores? *Probare* ſcilicet id poterit *per epiſtolare reſcriptum*, quo defunctus *ſolutionem promiſit*, id eſt, per literas defuncti: quibus ipſe à petitore fortè interpellatus, promiſit ei ſeſe ſoluturum propediem. Per epiſtolam igitur defuncti debitum ita probatur. Neque tamen adhuc hanc probationem ſufficientem eſſe definit Honorius: nempe quia idem ſemper falſitatis metus ſubeſſe poteſt in ementienda videl. defuncti manu, non minus in ipſâ debitoris epiſtolâ, quàm in chirographo ſubeſſe diximus; & vt *hac l.* dicitur, *id ipſum qui cautionem*, id eſt, chirographum *fingit*, ſeu finxit, *imitari potuit*. Quid igitur? *Portitores in medium adduci* vult, *qui alternæ partis ſcripta affirment*, id eſt, qui deponant, qui teſtentur: amœbeas ſeſe inter defunctum & petitorem literas illas portaſſe. Per portitores igitur ſeu gerulos epiſtolæ fidem adſtrui vult: Ita tamen adhuc; vt non nudæ eorum ſimplicíue aſſertioni credatur, verùm ſi in dignitate conſtituti ſint, ſacramentum ſeu iuſiurandum ab his exigatur: alij verò quæſtioni ſubiiciantur (de qua teſtium quæſtione *ſuo titulo infrà*) & vt *hac l.* loquitur, *à quibus tamen verum, vel ſacramento dignitas, vel ſupplicijs terror exploret*. Vbi notandum diſcrimen in materia teſtium. Neque hactenùs etiam probationem conſiſtere vult Honorius, vt ex defuncti chirographo hæredes conuenire poſſint à petitore, qui aliò loci verſabatur quàm defunctus: Imò & *hæreditarij debiti fidem illuminari vult*, id eſt, fidem fieri de ipſomet mutuo, veréque numeratam debitori pecuniam. Et quomodo? duplici ratione: Nempe primùm *cauſis fœnoris adprobatis*, id eſt, expreſſâ, deſignatâ cauſa, tituloque ob quem pecunia mutua ſeu fœnori data fuerit: quod vtique ſingulare eſt, vt videlicet cauſa fœnoris adprobetur, quamlibet chirographo creditor munitus ſit: Deinde *pecuniæ baiulis hinc inde productis*, id eſt, productis iis qui pecuniam à creditore acceperint, & ad debitorem pertulerint, atque adeò qui de numerata reuerà pecunia fidem faciant. Tot ſcilicet tamque multiplicibus documentis chirographi fidem ſeu contractæ inter abſentes mutuæ pecuniæ veritatem adſtrui voluit Honorius, vt hæredes defuncti rectè conueniri poſſent. Alioquin *ſi his ac talibus deſtituatur taciturnitas longinqua documentis*, id eſt, ſi qui longè poſitus debitorem defunctum ſcilicet non conuenit, chirographo fidem ſuperioribus rationibus & probationibus non adſtruxerit, ſeu chirographi fidem non probauerit, hunc ceu veteratorem & calumnioſum non ſolùm petitione ſeu actione priuari iubet, verùm etiam ſeueritate cohiberi, & vt Interpres ait, ſeueritatem legis incurrere. Et hæc de chirographis mortuorum, ex quibus hæredes defuncti conueniuntur; & ſic de primo *huius l.* capite.

Secundum *huius leg.* caput, (quod incipit, ibi, *ſed ſi viuentis*:) eſt de chirographis VIVENTIVM, ex quibus ipſi debitores conueniuntur. Qua parte Honorius Imp. ita diſtinguit: vel de chirographis ante *hanc legem* conſcriptis agitur, & tùm rurſum ſubdiſtinguit; vel enim qui velut debitor ex eo conuenitur, chirographum ſuum eſſe negat, vel pecuniam non numeratam excipit: quæ duo vtique triconum ſuffugia ſunt, manum inquam negare, & pecuniæ non numeratæ exceptionem opponere. Priore caſu, ſi nondum viginti anni inter præſentes, triginta inter abſentes elapſi ſint, iubet Honorius debitorem pendente iudicio pecuniam chirographo comprehenſam ſequeſtrare, litigaturum ex falſo, ſeu de falſo: ſi verò chirographi fides ſub ſilentio Iudiciariæ conuentionis prædictum tempus exceſſerit, id eſt ſi creditor intra id tempus ex chirographo debitorem in iudicio non conuenerit, tunc ſequeſtrationi locum non eſſe pendente iudicio, verùm debitum prius probari oportere, & tunc debitum poſci. Vbi duo ſingularia notanda veniunt. Primò, 20. vel. 30. annorum præſcriptione chirographi vim hoc æuo non extinctam, (quod poſteà demùm à Theodoſio Iun conſtitutum triennio poſt A. D. 424. *l. vn. inf. de act. certo temp. fin.*) verùm meliorem tantùm debitoris cauſam in eo hactenus factam, quod ſequeſtrationis neceſſitate liberaretur, cui priore caſu locus erat, quod ſecundo loco hic obſeruandum: Caſus, inquam, ſingularis; quo ſequeſtratio pecuniâ à debitore fieri debet, quoties videlicet conuentus chirographum de falſo impugnat conuentus intra 20. vel 30. annos, quæ facienda non eſt hoc temporis ſpatio elapſo, vt nec à defuncti hæredibus, vt dictum *ſuperiori capite*. Quinimò & mox anno proximo idem Honorius omnem omninò ſequeſtrationis neceſſitatem prohibuit, *l. vn. inf. tit. prox. de pecun. ſequeſtr. prohibit.*: niſi ab ea lege *huius l.* caſus excipiendus videbatur, vbi videlicet debitor cautione, id eſt, chirographo premitur: cuius etiam rationem hic reddit: *Cauendum enim eſt*, inquit, *ne inficiandi fomitem miniſtremus obnoxiis*. Et hæc quidem aduerſus primam debitorum cauillationem; Quæ vox hîc propria, & retinenda: neque ſubſtituenda vox *cauſationis*. ¶ Altera cauillatio eſt exceptio ἀναργυρίας, ſeu cautæ non numeratæ pecuniæ: vbi Honorius iubet inſpici, vtrùm tempora conteſtationibus iure delata præterierint: id eſt vtrum non quinquennium exceſſerit? nam hæ huic exceptioni metæ poſitæ erant, quod præter Interpretationem *ad hanc leg.* oſtendit quoque *lex* 14. *C. eod. tit. Inſtit. de literar. obligat. lex vnic. C. Hermogen. de cauta & non numer. pecun.* vbi Interpres ad *hanc leg.* ſe refert, ſimul & profitetur ſeſe legem illam ex Hermogeniano adiunxiſſe, vt expoſitioni ſuæ de quinquennio, quam *hîc* addidit, fidem faceret. *Secundùm legem*, inquit, *ex corpore Theodoſiano ſi certum petatur de chirographis, quia de quinquennio habetur expoſitum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adiungendam, quæ tempora, intra quæ conteſtari conuenit de cauta, & non numerata pecunia, ideſt intra quinquennium, euidenter oſtendit.* Id verò quinquennium triennio poſtea mutatum à Iuſtiniano *d. l. 14. & d. tit. Inſtit. de lit. obl. &* §. 2. *de exception.* Et hæc in præteritum.

¶ In futurum verò conſtituit Honorius, vt creditor intra 12. annos debitorem ſuper chirographo conueniat, ídque ab eo renouari faciat. Quod nouandi chirographi ius intra 12. annos ad perpetuandam actionem notandum eſt: quomodo & idém Honorius omne teſtamentum non renouatum decennio infirmari voluit *l. 6. inf. de teſtamentis*: vbi v. quæ dico. Viceuerſa notanda hæc 12. annorum præſcriptio, quâ pecuniæ chirographariæ exactio ſubmouetur, pariter vt exactio dotis cautæ non numeratæ in ſp. *Nouell.* 100. vnde deſumpta *Auth. ſi minor, C. de temp. in int. reſtit.* Vti Viceuerſa rurſum ſi debitor propter abſentiam intra duodcennium conueniri non poſſit, chirographum pro agnito &



*rum.* Malè: nam & de viuentibus agitur poſteriore *Legis* parte, De euidenti *Chirographo, ſup. l. 3. de denunciat.*

---

¶ *Vt ex* CHIROGRAPHIS *priuatis aduerſus hæredes, vel debitores ipſos, agi poſſit, variæ cautelæ inductæ ab Honorio aduerſus calumnioſas partim Veteranorum actiones, partim debitorum cauillationes.*

1. * Imppp. HONORIVS & Theodoſius, & Conſtantius" AAA. Palladio PF. P."

SVPER" chirographis MORTVORVM hanc ſeruari volumus perpetuâ obſeruatione ſententiam, Vt qui" inter abſentes intra hoc iuge quinquennium, inter præſentes vero biennium, Iudiciis competentibus non publicauerit" cautiones", nec conuenerit debitoris hæredes, actione priuetur. ¶ Hic" tamen ſi intra tempora conſtituta proceſſerit, abſque vllo ſequeſtrationis obiectu, priùs manum defuncti probare iubeatur, hoc enim toto iure cantatum" eſt, *Vt ſcripturam prolator affirmet*": Quam tamen aſtrui non ſolà manus collatione conueniet (*Quid* enim *aliud falſarius" agit, quàm vt ſimilitudinem veritatis imitetur?*) ſed aliis multiplicibus documentis, vt probet, magnæ ſecuritatis" fuiſſe quod ſiluit. Nam ſi publicam Iudiciorum aditionem amicitiarum forſitan impediuit affectio, priuatam ſaltem conuentionem teſtes" audierint, libertus aut ſeruus agnouerit": admonere etiam potuit ſub mortis vicinitate languentem. ¶ Quod" ſi ſe forſitan cauſetur abſentem, maioribus aſtrui poteſt" conuentio" longinqua documentis, promiſiſſe" ſolutiones epiſtolari reſcripto. Ac ne idipſum qui cautionem fingit imitetur, producat in medium portitores", qui alternæ" partis ſcripta confirment, à quibus tamen verum vel ſacramento" dignitas, vel ſuppliciis" terror exploret. Et" quamuis ad illuminandam" hæreditarij debiti fidem, & cauſas oporteat fœnoris" approbari, & pecuniæ baiulos" hinc" inde produci. His ac talibus ſi deſtituetur taciturnitas longinqua" documentis, in euidenti eſt, veteratorum' calumnias non ſolum repetitione" priuandas, verùm etiam ſeueritate cohibendas. ¶ 2. Sed * ſi VIVENTIS ante hanc legem facta cautio" proferatur, quam ſuam neget ille qui" petitur, ſequeſtret pecuniam, litigaturus ex" falſo: *Cauendum eſt* enim, *ne inficiandi fomitem miniſtremus obnoxiis*". Quod tamen tunc conueniet cuſtodiri, ſi inter præſentes vtroſque viuentes necdum xx. anni, inter abſentes necdum xxx. doceantur emenſi. Alioqui ſi chirographi fides ſub ſilentio Iudiciariæ conuentionis ſtatutum tempus exceſſerit, probari prius debitum conueniet, tunc repoſci, ſequeſtrationis neceſſitate ſubmotâ. ¶ 3. Sin" verò ſuam quidem manum fateatur obnoxius, ſed *nihil ſibi numeratum pro hac obligatione* cauſetur, tunc chirographi diſcuti oportebit ætatem", vt ſi iure delata conteſtationibus" tempora" debitor taciturnus exegit", cauillationis" iſtius perdat obſtaculum. ¶ De" cætero vero ſancimus, vt omnes deinceps cautiones intra duodecennium vim conteſtationis" accipiant, quam debitor factâ nouatione promittat. Sed ſi mediis temporibus peregrinetur obnoxius", quo nouationi longior obſit abſentia, volumus creditorem ante duodecennium præſtitutum aditi" Iudicis Edictum mereri, auctoritatémque poſtibus debitoris affigere, domeſticas etiam conuenire perſonas: nullus enim per tanta conteſtationum poterit documenta mentiri. Quod ideo ante duodecennium iubemus agitari, vt per interualla temporis longioris inclamatus, aduertat" confutari debere, ſi fides non agnoſcitur petitorum, nec obeſſe iam poſt adſcripta tempora creditori, ſi poſt has conteſtationum" voces longa debitoris abſentia vel redhibitio" proteletur, vel nouatio iuſta ludatur". ¶ Et quamuis neſcire promulgata non liceat, per omnem hunc annum pendere iubemus Edictum. Dat. v. Kal. Aug. Rauennæ, Euſtaſio & Agricola COSS. [421.]

INTERPRETATIO. *De cautionibus mortuorum hoc præcipimus obſeruari, vt ſi debitor abſens defunctus fuerit, & mortuum eum creditor eſſe cognouerit, cautionem ſuam intra quinquennium Iudici non differat publicare. Si verò præſente creditore defecerit, intra biennium defuncti publicet cautionem. Ita tamen, vt manus mortui conferatur, & agnoſci poſſit illius eſſe ſubſcriptio, aut conueniſſe illum dum viueret aliquibus ſcientibus valeat approbare: & cauſas ipſius debiti vnde pecuniam contaxit, exponat. Quod ſi ſupra perſonam mortui deregitur fortaſſe mentiri, non ſolum pecuniam non recipiat, ſed etiam ſeueritatem legis incurrat. Nam de reliquo inter viuorum perſonas hæc obſeruanda decernimus, vt omnes cautiones debitorum intra duodecim annos debeant conteſtari: ita vt à debitoribus renouentur. Quod ſi forſitan*

*ante du odecim annos debitorem peregrinari contigerit, Iudicis mercatur edictum, quod in poſtibus debitoris ſui pro conteſtatione debiti affigere, & homines illius conuenire non deſinat, vt cum fuerit taliter debitum conteſtatum, excuſationem qui peregrinatur longi temporis habere non poſſit. Nec ideo ſe excuſet, quod non renouauerit cautionem.* ¶ *Sanè" ſi debitor ſuam eſſe dixerit cautionem, ſed nihil ſe de ipſa cautione adſerat accepiſſe, tempus debet inſpici cautionis, vt ſi intra quinquennium cautio conſcripta cognoſcatur, & probatum fuerit, quod in cautione continetur acceptum, debitor ſuam impleat cautionem. Si vero quæ in cautione ſcripta ſunt intra quinquennium tradita non probantur, is cuius cautio eſt non teneatur obnoxius: Nam tranſacto quinquennio, ſi de cauta & non conſignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiatur.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *God Iuſtin.* Allegatur ab Interprete *l. vn. C. Hermog. de cautâ & non num. pec.*
" *Conſtantinus.* An. And.
' P. V. An. Put.
" Primvm huius Legis caput, de Mortvorvm Chirographis, tribus ſententiis conſtans.
" *Sententia.*
" Creditor.
" *Publicauerit*, id eſt, inſinuauerit.
" *Cautiones* & hic & infr. ſunt chirographa. v. *Gloſſ. Theod.*
" *Hic tamen.*
' De *ſequeſtratione* dicam ad *tit. prox.*
" *Manus* pro Chirographo, & Chirographis *h. l. & l. quidam* 15. *π. de probat.* Artemidorus. 1. ὀνειροκ. 44. χειρόγραφα ὅτι καὶ αὐτὰ χεῖρες λέγονται. Pollux *lib. 2. cap. 4. ex Hyperide*, ὀνομαζόμενον χειρόγραφον χεῖρα συνόμαντιν εἶποι, ὅτι εἶναι ἑαυτοῦ χεῖρα δυνατὸν ἀρνήσασθαι.
" *Cantatum*: rectè: nam & ſua ſunt Iuriſconſultis carmina & ᾄσματα, vt ſunt Philoſophis. Ita *l. vlt. inf. de pignorib.* Et *Iuris & Legum authoritate decantatur.* Quare non debuit Vir doctus iſtud in *cautum* mutare.
" *Scriptura*, pro chirographi ſcripturâ ſeu chirographo, & chirographi literis.
" *Affirmet*, id eſt, eius fidem adſtruat.
" *Cauſator.* in MSS. quibuſdam.
" Id eſt, adeò ſecurum & certum ſe fuiſſe de fide defuncti, vt ideò eum conuenire ſuperſederit.
" *Teſtis audiuit.* Ita MSS.
" *Agnouit*: ita MSS. quidam.
" Debet.
" Per Epiſtolam.
" Iſtud ex coniectura itâ reſtitutum à Cuiacio. Nam alioquin Til. & Cuiaciana editio habent, *promiſſa ſolutiones, epiſtolare reſcriptum*; Ego reponam, *promiſſæque ſolutiones.*
" *Portitor*, ita portitor Præcepti, *l. 7. inf. de executorib.* Alia exempla collegit Doctiſſ. Sauaro in Sidonium *6. ep. 24. v. & l. 1. inf. de litt. & itin. cuſtod.*
" Amœbeas epiſtolas.
" Ita ex coniectur , nam editiones habent, *ſacra dignitas.* Ego totum hunc locum ita reſtituo: *vel ſacramenti dignitas, vel ſupplicij terror.*
" *Fœnus* hîc non pro vſurâ, verùm pro ipsâ pecunia fœnerata. Sic apud Symmachum, *lib. 1. ep. 19. At nunc Erudiriſſimus Imp. & opum largus & honorum, quaſi pro vſura tibi prima detulerit, ita ſemper ad ſortem fœnoris redit.* Iuuenalis *Satyra 9. viginti millia fœnus pignoribus poſitis.* Sic & Vlpianus *l. 5. §. 10. π. de rebus eorum qui ſubſtitut. Ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quàm quod opus ſit ad ſoluendum æs alienum.*
" Abundat hæc vox, quæ irrepſit, ex ſuperioris vocis occaſione.
" De hâc *Illuminandi* voce v. Gloſſ. & Iuretum in *Symm. lib. 4. ep. 71.*
" Baiuli. v. Gloſſ.
" A creditore ad debitorem.
" *Longinqua*, id eſt, ex longinquo.
" *Veteratores.* v Gloſſ. Theod. & Iuretum, *in Symm. lib. 5. ep. 66.*
" Id eſt petitione.
* *Secundum* caput huius legis, de vivent ivm chirographis.
" *Cautio* hic, & ſup. & inf. pro chirographo; Gloſſæ veteres *cautum* χειρόγραφον. Sic & in *l. lecta, π. de rebus creditis*, item *cautio* ἀσφάλεια. Indéque propriè *caueri* pecunia dicta.
" *Peti aliquis* dicitur, pro, *aliquid ab eo peti.*
" De *falſo.*
" *Obnoxij* hic, & inf. pro debitoribus.
" *Ætas*, id eſt, vetuſtas inſtrumenti, vt vocatur *l. 2. inf. de longi temp. præſcript.* ſic ætas Libri Gellio Ætas vini, papyri, ædificiorum quoque: *L. 1. ne quis in palatio.*
" *Delata*, id eſt, conceſſa, præſcripta.
" *Conteſtationibus*, exceptionibus.
" Id eſt, quinquennium, *l. vn. C. Hermog. de cauta & non numerata pecunia*, quam legem Interpres profitetur, ſeſe collectioni ſuæ, ſeu Codici Alariciano inſeruiſſe, ad huius legis intellectum.
" *Exegit*, id eſt, impleuit, ſeu præteriri ſiuit. al. *cauſationis*,
" Id eſt, vt earum nomine debitor conueniatur.
" *Aditis Iudiciis*, in Cuiaciana edit. verùm iſtud rectum eſt.
" *Auctoritas* pro Iudicis mandato, iuſſu *hîc*, & *l. 17. inf. de palatinis* S. L. v. Gl.
" In Cuiac edit. *conſtitutionum.*
" *Redhibitio*, id eſt, ſolutio. v. Gl.
" *Protelare* eſt differre. v Gl.
" *Ludi*, pro eludi *h. l & l. 5. de denunciat.*

## COMMENTARIVS.

De chirographaria pecuniâ, & actione ſi certum petatur de chirographis, eſt hæc Honorij Imp. conſtitutio, diligentiſſima ſimùl & elegantiſſima: quæque multa habet ad praxin vtiliſſima (quam totam tamen repudiauit Tribonianus:) 1. Cohibentis partim veteratorum qui ſe creditores aſſerunt, calumnioſis actionibus & falſitati, partim debitorum cauillationibus & infi-

ciationibus



& [illegible]nouato haberi iubet, ſi modò creditor cum *in[illegible]*, id eſt, citauerit Edicto à Iudice im[illegible], & poſtibus debitoris affixo, & domeſticis eius conuentis (de quo alioquin more, Edicti poſtibus debitoris affigendi, & in aliis cauſis frequentato, egit Cuiacius 7. *obſ.* 15. nos vocamus *Affiches*,) ad eum effectum videlicet, vt conteſtationis loco cedat, præſcriptionémque impediat. *Nouationis* denique fictæ tacitæque ſpeciem obtineat; fictæ, inquam, iis obſeruatis ſolemnibus, quæ iam indicauimus: Quæ quidem tria ſunt, nempe *Edicti* à Iudice impetratio, quo debitor citetur: Eiuſdem Edicti ſeu *auctoritatis* poſtibus debitoris affixio: Domeſticarum perſonarum conuentio. Hæc, inquam, *conteſtationum documenta*, & *tanta* quidem, hæ *conteſtationum voces* hîc requiruntur. Eo ſcilicet fine, vt per interualla temporis huius longioris *inclamatus*, id eſt citatus, *aduertat*, accedátque ad confutandum chirographum, *ſi fidem* eius *non agnoſcat*, id eſt improbet: Poſt quæ tempora iam creditori *longam debitoris abſentiam* nocere, vel *redhibitionem*; id eſt, ſolutionem *protelari*: *nouationem* denique *iuſtam ludi* ſeu eludi æquum non eſt. Et hæc quidem ita de *Nouatione*, vt ter *hîc* vocatur, id eſt *Renouatione* Chirographi: cum quo nil commune habet, quod tamen Viri docti minùs pensè ſcribunt, *Nouatio* illa per chirographum, ſeu vnius debiti in aliud renouatio, τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον, vel vt Pſeluſ. ἀγωγὴ τὸ χρέος μεταφέρουσα τὸ παλαιὸν εἰς νέον. de quâ meminit Theophilus *Inſt. de literarum obligationib.* vt & Gaius, vel potius Anianus *in fragmentis*, & de quâ dixi ad *l. 6. ſup. de denunciat. vel edit. reſcripti*: In illâ quippe nouationis ſpecie præcedens obligatio, veluti ex vendito, &c. in chirographum & καινοτέραν ἐνοχὴν, priore extinctâ, μετασχηματίζεται, καὶ καινοτέρα τίκτεται: Hic verò eiuſdem tantum Chirographi *renouatio* fit, ad interrumpendam præſcriptionem. Haud aliter atque in teſtamenti materia, *l. 6. inf. de teſtam.* dicitur *recentibus vetuſtas innouari temporibus* id eſt vetus teſtamentum renouari. ¶ Et ſic tenemus iam hâc partitione & μεταφράσει penè, *huius leg.* ſententiam: quæ etſi neque iuri Iuſtinianeo omninò congruat, quam ideò etiam Tribonianus à Codice ſuo abeſſe voluit, eique nominatim refragantur Iuſtiniani *l. vlt. Cod. ſi certum petatur*, & *Nouella* 73. attamen & ſummâ æquitate tùm nixa ea proculdubio fuit, eſt & vbi reduci quandoque vtiliter poſſit: ad *Probationum præſcriptionúmque* & *Falſi* certè materiam quamplurima longè vtiliſſima ſuppeditat: hinc *veteratorum* creditorum *calumniis* retundendis: inde debitorum *inficiandi fomiti cauillationibúſque* reſtinguendis: qui duo *huius l.* fines ſunt circa Chirographorum materiam.

Ex his interim quoque omnibus colligitur, *chirographa*, propriè ita dicta, priuatâ prorſus debitoris, vel alterius pro ipſo ſcriptura, nullis fermè teſtibus adhibitis confecta (quò enim alioquin tot his temporibus ſcrupuloſæ obſeruationes ad illuminandam chirographi veritatem?) Quomodo certè Iuſtinianus poſtea fermè chirographo teſtes adhiberi & interuenire voluit *d. Nou.* 33. & antiquiſſimo iure Græco & Romano in pecuniâ credenda teſtes aduocabantur v. vel Ariſtophanem, ἐν νεφέλαις.

¶ Illud poſtremò in fine *huius legis* ſeu conſtitutionis obſeruandum, quod Honorius iubet hanc leg. per totum hunc annum pendêre, quod & aliàs factum: de quo *ſuo tit. de Conſtit. Princip.*

# DE PECVNIÆ SEQVESTRATIONE PROHIBITA.

## TITVLVS XXVIII.

IV. Cod. Ivst. IV. *eod. Tit.* Eſt autem hic Titulus rectè poſitus ceu ſequela Superioris, cui ideo cohæret, quia in eo agitur de ordinariâ magis certi petitione: Codice verò Iuſtinianeo poſitus eſt poſt titulum proximum, ceu vtrique titulo, & ſpeciei vtrique actionis communis, *Si certum petatur de Chirographis*: & *ſi certum petatur, de Suffragiis.*

## PARATITLON.

Seqvestratio de quâ agitur *hoc tit. & l. vnic. ſupr. tit. prox. & l. 2. infr. de liberali causâ*, eſt, cùm res quâ de agitur, poſſeſſori detrahitur, & idoneo (alij ſcilicet ſequeſtro) in depoſito collocatur, reddenda ei parti pro quâ cognitor iudicauerit, *l. 25. infra, quorum appellationes*: ſeu vt loquitur *l. 2. in fine, infr. de liberali cauſa*, cùm res ab vtroque litigatorum diducuntur, atque in medio iure locantur, intereà dum ad proprietatem eorum vterque contendit. Huic Sequeſtrationi an & quando locus eſſe debeat, definitur, vt *l. vn. hoc tit.* ita & cæteris illis legibus, putà *d. l. vn. ſup. tit. prox. ſi cert. pet. de Chrirogr.* & *d. l. 2.* & *d. l. 25.* hæ enim quatuor tantùm leges de ſequeſtratione occurrunt *hoc Codice.*

¶ Seqvestratio

## ¶ SEQVESTRATIO *pecuniæ lite pendente ex quolibet contractu remiſſa, ſeu prohibita.*

1. * Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. Ioanni PF. P." Poſt alia.

QVOTIES" ex quolibet" contractu pecunia" poſtulatur, ſequeſtrationis neceſſitas" conquieſcat: oportet enim debitorem primò conuinci, & ſic" ſolutioni ſuccumbere": Quam rem, cùm" iuris ratio, tum ipſa æquitas perſuadet, vt probationes ſecum afferat, debitorémque conuincat, pecuniam petiturus. &c. Dat. VII". Id. Iul. Rauennæ, Honorio XIII. & Theodoſio X. AA. COSS. [412.]

INTERPRETATIO. *Quoties ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur ſequeſtrare pecuniam ille qui petitur, quàm ille qui repetit debitorem ſuum certa prius probatione conuincat, & ſic pecuniam, quam ſe dediſſe conuicerit, adhibita approbatione recipiat.*

### NOTÆ.

* Lex *vn. C. eod. tit.* Iungenda huic, *lex vnica ſup. de actionibus ad Potentes tranſlatis: lex vnic. infr. quod iuſſu: l. vn. infr. de peculio: lex 2. infr. de pignoribus: lex 10. infr. de executoribus.* quibus omnibus, vt iam antea monui, creditorum voracitati occurritur. " *Ioannes* PP. Italiæ ſub Honorio vid. *Proſopogr.* Malè alij *Iouiano.*
" *Quotiens.* Codice Iuſtin. " Non mutuo tantùm, verùm alio quocunque.
" De hac *Pecuniæ* appellatione mox dicam. " Ita quoque *ſuperiore titulo, verſ. alioqui ſi.*
' *Et ſic deinde,* Codice Iuſtin. Quod nil opus erat: *Et ſic,* id eſt, & ſic deinde, & ita poſtea.
' *Ad ſolutionem pulſari:* Ita Tribonianus ſatis inconditè. *Ad aliquid pulſari,* nuſpiam legi: *pulſari* enim abſolutè pro conueniri. v. Gloſſ. Theod.
' *Non tantum iuris ratio, ſed & ipſa æquitas:* Ità Tribonianus. Noſtrum hoc elegantius.
" ℞. V. Malè quoque in Iuſtinianeo VI. in Cuiac. VIII.

### COMMENTARIVS.

SEQVESTRANDÆ pecuniæ neceſſitatem, ex quocunque tandem contractu petitæ, lite pendente remittit Honorius Imp. *hac l.* Quæ pars eſt prolixioris conſtitutionis Honorianæ, quâ is multiplici Creditorum voracitati & iniquitati occurſum iuit; vt patet ex *l. vn. ſup. de actionibus ad potent. tranſl. l. vn. inf. quod iuſſu: l. vn. inf. de peculio: l. 2. inf. de pignoribus: l. 10. inf. de executor.* quæ omnes vnà cum hac noſtra vnius & eiuſdem conſtitutionis partes ſunt, atque adeò omnes illæ huic coaſſandæ ſeu coniungendæ veniunt. Nempe Honorius Imp. *integra illa conſtitutione* Actiones ſeu cautiones in potentes transferri à creditoribus vetat eo capite, quod continetur *d. l. vn. ſup. de actionibus,* addita ratione, quod aperta hæc credentium voracitas ſit, qui alios actionum ſuarum redimunt exactores. Item iis nominatim creditoribus occurrit, qui alienis ſeruis, conductoribus, procuratoribus pecunias credebant, *d. l. vn. inf. quod iuſſu: d. l. vn. inf. de peculio: l. 2. inf. de pignorib. l. 10. inf. de executoribus.* Ergo & hoc quoque capite Petitorum, ſeu eorum qui ſe creditores dicerent, iniquitati cuidam occurrit Honorius, qui non probato prius iure ſuo, ſeu lite pendente *pecuniam* ab eo vnde petebatur, ſeu à reo ſequeſtrari volebant: Quam ſequeſtrationis neceſſitatem ei penitus nunc remittit. Contrà petitoribus probationis priùs neceſſitatem iniungit: *Oportet enim,* inquit, *debitorem priùs conuinci, & ſic ſolutioni ſuccumbere:* Item *pecuniam petiturus probationes ſecum afferre, debitoremque conuincere debet.*

¶ Et *Rationem* tùm in iure tùm in æquitate fundat. *Quam rem,* inquit, *cùm iuris ratio, tum ipſa æquitas perſuadet.* Ergo duplicem rationem indicat Honorius: Priorem iuris, alteram Æquitatis. Iuris ratio hæc eſt, vt videl. actor intentionem ſuam ante omnia impleat, ſeu probet: *Æquitas* verò non permittit, vt commodum poſſeſſionis reo auferatur, vel vt ab executione incipiatur, vt denique re ſuâ fortè vel ad tempus ſpolietur is, qui conuictus vel iudicatus non eſt: Sequeſtratio executio quædam eſt poſſeſſioniſque turbatio, quæ ante ſententiam fieri non debet. *l. 58. π. de re iudic. l. 1. Cod. de execut. rei iudic.* Calumnioſiſque adeò actionibus vela laxarentur, ſi rei pecunia réſque ante probationes in medio iure locarentur, vt loquitur *lex 2. in f. inf. de lib. cauſa:* vel vt Græci *ad l. 5. C. quorum appell.* ἐν μέσῳ τῆς δίκης. Denique voracitas hæc nimia foret, creditores ſeſe aſſeuerantium, quâ voce vtitur *d. l. vn. ſup. de actionib.* quam cum hac l. inter cœteras coniungendam docui. Et ita quidem explicandæ ſunt huius l. rationes.

¶ Nunc de ipſa *huius l.* prohibitione. *Pecuniæ* igitur petitæ ſequeſtrandæ lite pendente neceſſitatem reis remittit Honorius *hâc l.* Sed quæritur, quidnam pecuniæ appellatione *hîc* veniat, num quantitas tantum ſiue ſumma ex contractu debita, an verò alia quælibet res mobilis petita? Iſtud cenſent communiter, nempe ſequeſtrationis huius neceſſitatem lite pendente remiſſam in omni re & controuerſiâ. Illud putant Robertus 1. *ſent. Iuris. c. 5.* & Cuiacius *non vno loco.* Ego rem ita compono. Hypotheſin *huius leg.* propriè pertinere ad pecuniam ſeu quantitatem & ſummam ex contractu debitam. Quod apertiſſimè oſtendunt tria. Primò nexus huius tituli cum ſuperiore, qui tanquam pars eſt & ſequela ſuperioris, quo etiam de ſequeſtratione agitur, pariter eodem pertinet, nempe titulus *ſi certum petatur de chirographis:* Secundò argumentum conſtitutionis, Honorianæ totius, vnde hæc lex petita eſt, quæ tota eſt de pecuniæ ſeu quantitatis Creditoribus: Poſtremò id oſtendunt apertiſſima *huius legis* verba, quæ agunt de pecuniæ *ſolutione.* Neque tamen id impedit, quò minus idem & in omni aliâ re & controuerſiâ obtinere debeat. Rationes quippe duæ illæ quas iam expendi & explicaui, in omnibus contractibus & quaſi contractibus æquè obtinent; Namaquod Cuiacius *rationem*



*rationem iuris* hîc ita explicat, quaſi id indicetur, nullum quantitatis corpus ſubeſſe, ſeu quantitatem non poſſe perire, & ideò in quantitate tantum *huius l.* prohibitionem locum habere, iam antea refutatum eſt: Ergo maneat, pecuniæ cuiuſque, ſeu rei ſequeſtrandæ neceſſitatem pendente lite regulariter remiſſam, ante adhuc iudicium redditum.

¶ Atenim poſt iudicium ſemel redditum, ſequeſtrationi ſæpè locus eſt. Hinc adeò, ſi condemnatus ab executore ſententiæ ceu modum iudicationis excedente appellet, ſequeſtratio interim facienda eſt, in ſp. *l. 25. inf. quorum appellat.* Hinc ſi poſſeſſor condemnatus à ſententiâ appellaret, fructus agri & penſiones, mercedes, vecturas medij temporis deponi oportebat: teſte Paulo, *5. ſent. 36. §. 1. & vlt.* & Symmacho, *lib. 10. ep. 46.* *Hinc orta eſt prouocatio: Intereà conſtitutionis memor ſequeſtrari mobilia fructúſque præcepi, ne medij temporis vſurpatio abutatur indebitis.* Imò & ſi petitor appellauiſſet, & fructus à victore poſſeſſore periclitarentur, *l. 21. in f. π. de appellat.* Item poſt iudicium liberale, ad ſeparationem faciendam, *l. 2. inf. de liberali cauſa.* Et ita quidem hâc parte diſtinguendum eſt, inter litem pendentem, & iudicium iam redditum: Nempe pecuniæ ſequeſtrandæ neceſſitas remiſſa eſt illo caſu: hoc verò ſæpè vſurpata, vt proinde ferenda non ſit diſtinctio Roberto-Cuiaciana, vt *hanc leg.* cum *dictis l.* & caſibus componant, inter pecuniam numeratam, & cæteras res mobiles. ¶ Et occurrit tamen hoc ipſo Codice caſus, quo pecunia lite pendente idem Honorius anno ſuperiore ſequeſtrari voluit: nempe *l. vn. ſup. tit. prox. ſi certum pet. de chirogr.* putà ſi cautionem ſeu chirographum creditor proferret, iſque ſuam cautionem negaret: additâ ratione: *Cauendum eſt enim,* inquit, *ne inficiandi fomitem miniſtremus obnoxiis* (id eſt debitoribus.) Quod & ipſum in praxi hodie obtinet, ſi quis ex *cautione* ſuà & inſtrumento conuentus quid excipiat; ſequeſtratione quippe nonniſi priùs factâ, ad excipiendum admittitur. Quam alioquin exceptionem Honorius *h. l.* antiquare videatur, cùm indefinitis & generalibus verbis ſequeſtrationis neceſſitatem reo remittat: EX QVOLIBET, inquit, CONTRACTV *pecunia petatur.*

¶ Ergo regulariter neque pecunia petita, neque alia res mobilis ante iudicium, ſequeſtranda venit. Certis tamen caſibus extra ordinem hodie adhuc ea ſequeſtranda ſæpè venit. Poſſeſſor ſcil. rei mobilis, ſi eius fides ſuſpecta ſit, & non ſatiſdet iudicio ſiſti, iudicatúmvè ſolui, res pendente lite ſi hoc Iudici ſederit, apud officium deponi debet, *l. 7. inf. π. qui ſatiſdare cog.* Item nullâ lite exiſtente dos ſequeſtratur conſtante matrimonio, vel fructus dotalium prædiorum, ſi diſſipentur à maritis, etſi interueniant alia quæ ſunt *l. ſi cum dotem, §. ſi verò dotem, π. ſoluto matrim.* Item, propter pudicitiæ rationem donec res iudicetur, fœminam, prætextatum, eúmque qui proximè prætextati ætatem accedit, interim apud matremf. deponi Prætor iubebat; *l. 3. §. 6. π. de liber. exhib.* cui addatur & caſus *cap. cum locum, de ſponſal.* Hactenùs ergo inter pecuniam numeratam ſeu quantitatẽ ſummámque, & alias res mobiles fuerit, quod illa nunquam lite pendente vel ante iudicium, ſequeſtranda veniat, hæc verò certis caſibus: Hâc ratione (quam *hîc* admitto) quia qui rem aliam petit, ipſum corpus petit, & in id agit; non verò qui pecuniam numeratam petit, quæ functionem in genere ſuo recipit: neque enim ipſa corpora petentur.

# SI CERTVM" PETATVR DE SVFFRAGIIS."

## TITVLVS XXIX.

* IV. COD. IVST. Tit. 3. *De ſuffragio* ſimpliciter, reciſis illis, *ſi certum petatur:* tanquam ſuperfluis; eò quòd ſuperiori titulo generali hic ibi cohæreat velut ſpecialis, & ceu filia matrem ſequatur.
" Dixi ad Rubricam *tit. 27. ſup. ſi cert. petatur, de chirograph.*
" Suffragium eſt non modò auxilium, interceſſio, commendatio, verùm & præmium ſeu remuneratio, ſeu id quod ſuffragij nomine datur ſuffragatori, aut promittitur. Gloſſæ Iuris. σουφράγιον [γρ. σουφραγάτωρ] βοηθός: ὅθεν καὶ τὰ παρεχόμενα ἐπὶ τῷ βοηθῆσαί τινα σουφράγια καλεῖται. Gloſſæ Philoxen. *ſuffragium* δόσις. Agrœcius *ſuffragia, quæ donantur.* vid. & *Nouell. 8. l. vlt. Cod. de ſilentiariis: l. 7. in pr. Cod. de Aduoc. diuerſ. iudic.*

### PARATITLON.

SVFFRAGIVM eſt, quod honorem, vel actum aliquem in Republ. aucupantes, *l. 1.* vel deſideria ſua explicare cupientes, *l. 2.* ſuffragatoribus, *l. 1.* id eſt iis à quibus

bus ferri ſibi ſuffragium poſtulant, 2. ob referendam vicem dant, promittúntve, *l.2.* Suffragium igitur eſt, quod donatur, *l.1.h.t.* promittitur, *leg.2.* Suffragij nomine, vt *infr. lib.prox.tit.5.& 6.* Sponſalia dicuntur quæ ſponſaliorum nomine vel titulo donantur.

---

## ¶ *Ob* HONORVM *ſuffragium ante hoc Edictum data, repeti vel inuadi rurſum vetat Iulianus Imp.*

### I.* Imp. IVLIANVS A. Ad populum.

FOEDIS" commentis quæ" bonorum" merito" deferuntur quidam" occupare" meruerunt", & cùm meruiſſent in Rep. quolibet pacto verſari", repetendam ſibi pecuniam, quam inhoneſtè ſoluerant imprudentius" atque inhoneſtius arbitrantur: alij etiam quæ tunc" donauerant, vel potius" proiecerant" ob immeritas" cauſas, inuadenda denuò crediderint. Sed quia Leges" Romanæ huiuſmodi Contractus penitùs ignorant, omnem repetendi eorum quæ prodigè nephariéque proiecerint, copiam prohibemus. Qui itaque repetere nititur, vel repetiſſe" conuincitur, & quod dedit apud ſuffragatorem" eius manebit, vel extortum reſtituet, & alterum tantùm fiſci viribus" inferre cogatur. Dat. Kal. Feb". Conſtantinop. Mamertino, & Neuita COSS.

INTERPRETATIO. *Aliquanti" pro ſua voluntate ſuffragia dediſſe probantur, & poſtea cum ad militiam peruenerint, ea quæ dederant, repetere vel auferre contra rationem inhoneſtè & illicitè præſumpſerunt. Ideóque prohibemus, vt quicumque aliquid pro præſtandis ſibi quæ petiit dediſſe dinoſcitur, non habeat licentiam repetendi: qui vero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat qui accepit, aut certè ſi ſublatum ei fuerit, reformetur", & aliud tantum ille qui abſtulit fiſco cogatur inferre.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod.Iuſt.* eâ ratione quam mox dicam. Memorat verò hanc leg. Ammianus Marcellinus *lib. 22.* & ad eius hiſtoriam pertinet quæ Libanius ſcribit, *Orat.ad Iulianum Imp.pro Ariſtophane p.222.223.*

" Edictum iſtud eſt ad populum emiſſum.

" *Fœda* commenta: de hâc voce dicam mox.

" *Ea quæ*: & intelligit honores ſeu dignitates & officia. Quod etiam Interpres rectè intellexit & per *militiam* expreſſit.

" *Bonorum*, virorum ſcilicet, quam *bonorum* vocem in hoc ipſo argumento vſurpat Conſtantinus *l.2.inf.de honor. eod.* in eadem re, *bonorum*, inquit, *virorum ſuffragio* & *l.4.inf.de proximis. Bonorum adteſtatio & conſenſus accedat.* Symmachus quoque non vno loco ita abſolutè veluti *lib.4. ep.71. lib.10. ep.32.* & Symmachus pater *lib. 1. epiſt.2.* Libanius *Orat. funebri in Iulianum, pag. 231.* τιμαὶ μὲν αἰχύνας τῶν ἀγαθῶν. Malè qui tentant hic, *honorum.*

" *Nullo alio præter* MERITA *ſuffragante*, vt ex alia eiuſdem Iuliani lege, de quâ mox, refert Am: Marcellinus *lib.20.* ſuffragio, *d.l.1.*

" Ægyptij nominatim in hypotheſi *huius leg.* Porrò Til. & Cuiac. editiones habebant hîc, *quam.*

" *Occupandi* verbum proprium de iis quæ non iure adquiruntur, deferuntur.

" *Meruerunt*, id eſt, impetrarunt; his occupare contigit Lampridius *in Alex.Seuero*, *Turinúſque ab illo qui meruerat fumi venditor ingentia præmia percepiſſet.* Qui locus ſollicitari non debuit: Idem ſanè paulò ante *impetrandi* voce vtitur. verùm de hac voce *merendi* plenè in *Gl.*

" Id eſt, actum aliquem quemcunque tandem Reipublicæ adminiſtrare: quod *Militiæ* appellatione expreſſit Interpres.

" Tentat fortè etiam quis *impudentius.* Sed tamen iſtud non muto.

" Sub Conſtantio Imp.

" ἐπανόρθωσιν hîc nota, ad indignitatem rei augendam.

" *Proiiciendi* verbum hîc & rurſum *inf.* de donato & ſoluto inhoneſtè, prodigè, nefariè, vt *inf.*

" *Immeritæ* cauſæ, ſunt inhoneſtæ, turpes.

" Hodie demùm me imperante.

" An intelligit veteres leges, Calpurniam, Iuliam, ſimiléſque? Dicam mox.

" Fortè *rapuiſſe*, quod ſuadent illa *ſup. inuadenda denuò crediderint*: & infrà, *extortum reſtituet.* Ego nil mutem temerè, *repetiſſe*, id eſt ab eo cui datum fuerat, quâcunque tandem ratione recuperaſſe.

" *Suffragator.* Ammianus quoque Marcellinus, *huius l.* ſententiam exprimens: *Nullum interpellari ſuffragatorem ſuper his*, &c. Suetonius, *Veſpaſiano cap.23. Quendam è charis miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem cùm diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe vocauit: exactáque pecuniâ quantam is cum* SVFFRAGATORE *ſuo pepigerat, ſine mora ordinauit.* Capitolinus *in M. Antonino*, ſuffragatoribus citò non crediderit. Vide & quæ ad *Rubr.* item notaui & in *Gl.*

" *Viribus* rectè. v. Gloſſ. Malè qui mutant, in *iuribus.*

" *4. Kal. Ian.* vt in Aniano optimæ notæ: de quo mox.

## COMMENTARIVS.

DE HONORVM ſuffragiis eſt hoc Iuliani Imp. Edictum, quo is, ob HONORIS ſuffragium ante hoc Edictum ſub Conſtantio Imp. ſuffragatori προξενητῇ, συνηγόρῳ dati repetitionem denegat: imò repetentem vel extorquentem, alterum tantùm fiſco inferre iubet. Sub Conſtantio ſcilicet Imperatore, cuius Imperium Iulianus ſuſcepit, vt & aliàs ſæpè, apud Imperatorem παραδυναστευόντων Palatinorum, Aulicorum ope ſeu ſuffragio quidam ad honores & officia peruenerant, pecuniámque, (quæ & ipſa inde *ſuffragium* dicta) ſuffragatoribus ſuis dederant, quæ cùm ibi iam ſub Iuliano repoſcerent, occuparéntve, Iuliano *hoc Edicto* id prohibere viſum, eâ quoque quam dixi propoſitâ pœnâ, & repetitionis facultate denegatâ. Vt & aliàs ſi iuris ratio quæritur, cùm vtriuſque, dantis (inquam) & accipientis, turpitudo verſatur, potior ſemper eſt accipientis & poſſidentis ratio, ſiue cauſa; *l.3. & 4. & 8. ff. de condict.ob turpem cauſam: & l.2. Cod.eod.tit.* Et vt *hâc l.* dicitur, *inhoneſtè ſolutum inhoneſtius adhuc repetitur.* Inhoneſta ſcilicet eſt honorum nundinatio, ἀργυρολογία τῶν ἀρχῶν, vt Iuſtin. vocat *Nouella* 8. ſeu vt eleganter Iulianus, *Leges Romanæ huiuſmodi contractus penitus ignorant.* Vt omittam priſcas leges Calpurnias, Iulias, &c. quæ tamen non hùc propriè faciunt; Ideò & Conſtantinus *l.2.inf.de honorariis codicillis*, *ab honoribus mercandis per ſuffragia vel quâlibet ambitione quærendis certâ multâ prohibuit.* Pluréſque adeò conſtitutiones hoc Codice eam in rem occurrunt, & vt ne honores vel gradus aliis debitos per ſuffragia alij emercentur. Imò & Iulianus, biennio iam ante hanc leg. latam, eo ipſo die, quo PARISIIS Auguſtus declaratus fuit, de honorum ſuffragiis, imò aduerſus ea, aliquid cauerat: vti refert Ammianus Marcellinus, *lib.20.* vbi Iulianum ita loquentem inducit: *Vt autem rerum integer ordo ſeruetur, præmiáque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio præripiat clandeſtina, id ſub reuerenda Conſilij veſtri facie ſtatuo, vt neque ciuilis quiſquam Iudex, nec militiæ Rector, alio quodam præter* MERITA SVFFRAGANTE *ad potiorem veniat gradum, non ſine detrimento pudoris eo qui pro quolibet petere tentauerit, diſceſſuro.* Sed & Mamertinus, huius ipſius anni Conſul, qui & huic l. ſubſcriptus, ad Iulianum ipſummet, & de eo ſic ſcribit. *At nunc quiſquis prouincias, Tribunatus, Præfecturas, Conſulatus cupit, nihil neceſſe eſt, pecuniam per fas & nefas quærat,* &c. *Fœda* ideo *commenta* hâc l. vocat quoque, cùm ea *quæ honorum merito deferuntur, quidam occupare merentur; occupare merentur*, id eſt, vt occupare poſſint, impetrant. Quare ſæpiùs quoque deinceps ea res repreſſa prohibitáque ab Arcadio *l.1.infr. ad l.Iul.de ambitu*, vbi plura adhuc dicam à Theodoſio Iun. *l.vlt.Cod.ad Leg.Iul.repetundarum*: & *l.vlt. C. eod.* & à Iuſtiniano *Nouellâ* 8. *cap.1.* à Tiberio altero *Nouella*, inter Iuſtinianeas, 161. Adeò ſæpe malum hoc inoleuit, prout ſcilicet Principes libertis, Eunuchis, Palatinis ſuis obnoxij fuêre: quod de Conſtantio teſtatur Ammianus Marcellinus, non vno loco; & *lex 3.inf.de honorar. codicillis*: & in partem quoque *lex Eunuchis, Cod.qui teſtam. facere poſſ.* Imò Libanius diſertè, *in Legatione ad Iulianum*, Antiochenſium nomine hoc anno ipſo 362. ſcribit, *Magiſtratus ſub Conſtantio venales fuiſſe.* Quo teſtimonio quoque paulatim ad huius conſtitutionis argumentum, ferendæque eius cauſam deducimur. Sed quid moramur? Ammianus Marcellinus (cuius teſtimonium Alciatus primus puto ad ſuffragij vocem explicandam rectè notauit *1.Paradoxor.24.* ignarus tamen *huius leg.*) hanc legem eiúſque ferendæ cauſam memorat his verbis *lib.22.p.209. Per hoc idem tempus*, inquit, *rumoribus exciti variis Ægyptij venêre complures, genus hominum controuerſum, & adſuetudine perplexius litigandi ſemper lætiſſimum, maximéque auidum* REPOSCERE *ſi quidquam dederit. Hi omnes denſati in vnum Principem ipſum & Præfectos Prætorio, gracculorum more ſtrepentes interpellabant inconditè, modò non ante ſeptuageſimum annum* EXTORQVENTES, *quæ dediſſe ſe iure vel ſecus plurimi affirmabant.* Et mox. *Vnde velut Æquitate ipsâ dictante* LEX *eſt promulgata, qua cauetur* NVLLVM INTERPELLARI SVFFRAGATOREM *ſuper his quæ eum rectè conſtiterit accepiſſe.* Vbi quod Am. Marcellinus ait RECTE accepiſſe, factum reſpicit magis quàm ius; hoc enim reſpectu non rectè accepta fuit pecunia, vt hæc lex docet. Hæc verò lex non alia eſt, quàm hoc Edictum noſtrum: Cuius etſi Libanius diſertè non meminerit *Orat. ad Iulianum Imp. pro Ariſtophane*, attamen eam ipſam Hiſtoricam cauſam, Ægyptiorum inquam hoc tempore data à ſe repoſcentium, memorat eâ *oratione, p.222. & 223.* cum eodem prorſus elogio ſeu iudicio de Ægyptiis. Καὶ τούτους Αἰγυπτίους, οὓς οὐκ ὀκνοῦντας ὁρῶμεν ὧν ἔδωσαν μνησθῆναι, ἀλλὰ μάλ' εὐχερῶς εἰς πράττοντας ἃ μὴ δέδωκαι, id eſt, *Ægyptios nequaquam lentos in commemorandis quæ dederunt, eſſe; imò potius ea quæ nunquam dederunt acriter exigere.* Quod illud ipſum eſt quod Marcellinus ait, *Ægyptios genus hominum eſſe maximè auidum repoſcere ſi quidquam dederit*: & vt *fine eiuſdem libri 22.* ait, Ægyptios, *controuerſos &* REPOSCONES *acerrimos eſſe.* ¶ Nunc iterùm de Lege ipſa. Vult igitur *hoc Edicto* Iulianus, datum pro honoris ſuffragio ſub anterioribus Imperatoribus (ſub Conſtantio potiſſimùm) repeti non poſſe: & ſi extortum occupatúmue fuerit, reſtitui id, & inſuper tantundem pœnæ nomine fiſco inferri: de qua alioquin duplipœna in interdicto *Vnde vi*, iam aliquid dixi ad *l.2 ſup.finium regundorum*: dicam adhuc *inf. tit. vnde vi.* Ex his iam apparet omnibus, hoc Edictum in præteritum tantum promulgatum, quo ſcilicet tempore honorum nundinatio permiſſa fuerat, atque adeò ſuffragiorum commercium. Atenim in præſens & in futurum vt honorum nundinatio ſub Iuliano prohibita fuit, ita & ſuffragiorum vſus interdictus: ſic vt pactum ſuffragium iam ſuffragatori petere non licuerit, quia nec ſuffragio locus fuit, vbi *bonorum meritis, honores deferuntur*, vt initio *huius leg.* dicitur, indicio ſcilicet Principis, ſuffragio iam locus eſſe non poteſt: *fœdíſque* adeò *commentis*; vbi *fœda commenta* ſunt emendicata ad honores ſuffragia. Quo ipſo ſenſu in *l.26. inf. de decurion. & l.27. eod. tit.* dicitur de his qui dignitates pretio conſecuti ſunt, eos *fœdare honores*: Item, *indebitæ dignitatis infulas familiaris vexatione mercari.* Ideò obſeruandum *hanc leg.* à Cod. Iuſtin. abeſſe, vt non etiam *ſequentem* de deſideriorum ſuffragiis, eò quod hæc lex in præteritum, vt dixi, directa ſit, & ad horum temporum rationem ſpectet: denique quia nec ſuffragiis his tùm vllus locus fuit. Ergo deinceps mercatura honorum & promotionum ſæpe vetita, cum increbeſceret: & quidem pœnis propoſitis. Tandem etiam cohibita, adminiſtrationum nominatim prouinciatum nundinario frequentiſſima ſub Arcadio etiam, quod docet præter *l.quiſquis, C. ſi certum pet.* Syneſius *ep.72. in fin.* & Theodoſio Iun. qui tandem *iureiurando* propoſito & exacto ab Adminiſtratoribus huic modo primus obuiauit, *l.vlt. Cod. ad leg. Iul. repetund.* & poſt eam Iuſtinianus *Nouella* 8. Huius porrò *Legis* argumento vti poſſumus in aliis quoque quæſtionibus, vbi certè inhoneſtè ſoluti repetitio non eſt: non ſoluti verò petitio denegatur.

In hoc ipſo tamen argumento olim Veſpaſianus inter deformia lucra & illud feciſſe memoratur à Suetonio, *cap.23. Quemdam è charis Miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem cùm diſtuliſſet, ipſum Candidatum ad ſe vocauit: exactáque pecunia, quantam is cum* SVFFRAGATORE *ſuo pepigerat, ſine mora ordinauit: interpellanti mox miniſtro, Alium tibi, ait, quare fratrem; hic quem tum putas, meus eſt.* Cum hac verò lege multa communia habet Epiſtola ſeu Edictum Athalarici R. ad Ioannem

nem Papam, & SC quod ibi memoratur, apud Caſſiod. *9. var. 15.16.* aduerſus ſuffragia promiſſa, datáve, ob adipiſcẽdum Epiſcopatũ Romanum: vbi certè *ſuffragij* vox quoque tribus locis occurrit. Omitto alia, de venalitate & ſimoniâ Epiſcopatuum & Eccleſiaſticorum officiorum, de quo eſt alioquin canon Chalcedon. Concil. *l. ſi quemquam; Cod. de Epiſcopis & cler.*

¶ Tandem emendanda nobis venit *huius leg.* ſubſcriptio, vbi dies hic vulgò adnotatus *Kal. Feb.* Reponendum enim, *Kal. Ian.* vt clariſſimis literis in Aniano optimæ notæ legitur: Et ex Ammiano Marcellino quoque colligere licet, vbi ſtatim poſt ea quæ commemorauimus, ſubiicit: *Allapſo itaque Kalẽdarum Ianuariarũ die, cùm Mamertini & Neuitæ nomine ſuſcepiſſent paginæ Conſulares,* &c. Dicam quoque aliquid ad *l. 1. inf. de longi temp. præſcript.* Et hæc quidem de Dignitatibus, Honoribus & Magiſtratibus, quos pro alio PETERE prohibitum à Iuliano. Quod ſcholas ſanè Palatinas attinet, ſuffragandi petendíque licentia nonnullis patuit: vt docet *lex 7. & 8. inf. de Agentibus in rebus.*

## ¶ *De* DESIDERIORVM *ſuffragiis: ſeu de promiſſione, vel traditione ſuffragatori facta ob deſideria apud Principem explicanda, Theodoſij M. conſtitutio.*

II. Imppp. THEODOSIVS, Arcadius, & Honorius AAA. Rufino″ PF. P.

1 SI qui deſideria″ ſua explicare″ cupientes, ferri ſibi à quoquam ſuffragium″ poſtularint″, & ob referendam vicem ſe ſponſione″ conſtrinxerint, promiſſa reſtituant″, cum ea quæ optauerint conſequantur: Si actibus moras nectent″, ad ſolutionem debiti″ coarctandi ſunt ¶ 2. Sed″ ſi quid eo nomine in auro, vel agento, vel in cæteris″ mobilibus, datum fuerit, traditio ſola ſufficiet, & contractus habebit perpetem″ firmitatem: Quoniam collatio″ rei mobilis inita integrâ fide, ac″ ratione cumulatur. ¶ 3. Quod ſi prædia ruſtica vel vrbana placitum continebit, ſcriptura quæ ea in alium transferat emittatur, ſequatur traditio corporalis, & rem fuiſſe completam geſta teſtentur: aliter enim ad nouum dominum tranſire non poſſunt, neque de veteri iure diſcedere. ¶ 4. Quod ſi quis, dum ſolo commonitorio de″ ſuffragio nititur, bona″ duxerit occupanda, reus temeritatis″ ac violentiæ retinebitur″, atque in ſtatum priſtinum poſſeſſio reducetur, eo à petitione excluſo, qui non dubitauit inuadere, quod petere non″ debuiſſet. Dat. III″. Non. Martij Conſtantinop. Arcadio III. & Honor. II. AA. COSS. [394.]

INTERPRETATIO. *Si quis dum neceſſitates ſuas expedire deſiderat, aliquid ſe commodi daturum eſſe promiſerit, perceptis quæ voluit, conſtrictus hoc ſine vlla dilatione implere cogatur. Quod ſi aliquid in auro, vel in argento, vel in ceteris rebus mobilibus obtulerit″, firmum ſine ſcriptura permaneat: quia res mobiles in ſuffragiis ſcripturam penitus non requirunt, ſed ſola traditione firmantur. Quod ſi loca vrbana vel ruſtica dare placuerit, ſcriptura ſequatur, atque traditio, & de completis omnibus, vel re tradita geſta confecta proferantur, nam aliter poſſeſſio ad alterum dominum tranſire non poterit. Sanè ſi quis ſine tali ſcriptura poſſeſſionem alterius crediderit occupandam, reus violentiæ teneatur, & integrum quod inuaſerit reddat, omni ſua repetitione damnata.*

## NOTÆ.

* *Lex vn. Cod. Iuſt. de ſuffragiis.*
″ *Rufinus* PP. Orientis ſcil. ſub Theodoſio M. v. *Proſopogr.*
″ *Deſideria* quid hic propriè ſint, dicam *in Commenario.*
″ *Explicare*, ita rectè quoque C. Iuſt. etſi MSS. ibi nonnulli malè, *explere.* Forte etiam hîc rectè legas *explicari.*
″ *Suffragium* hîc eſt commendatio, interceſſio, auxilium, fauor quem quis alteri præbet alicuius rei obtinendæ cauſa, (non tamen honoris in ſp. *huius l.* vt mox dicam) *Præſidium* dicitur Lampridio, *in v. Alexandri Seueri.*
″ *Sponſio*; mox *placitum* dicitur: item *Commonitorium de ſuffragio.*
″ *Reſtituere*, eſt præſtare: quo etiam ſenſu reſtituendi vox accipitur. *l. 16. 18. inf. de annonâ & trib. l. 3. inf. de vſuris. l. 90 inf. de Decurionib. l. 34 in f. inf. de erog mil. ann.* vid. *Gloſſ. Theod.*
″ *Nectant.* C. Iuſt. Porrò *Moras nectere*, eſt, defugere, detrectare.
″ *Promiſſum* cadit in *debitum.*
″ *Et*, Cod. Iuſt. fortè vtrumque ſtare poſſit. *Sed &.*
″ *Vel cæteris rebus mobilibus*: ita Cod. Iuſt. quo nil opus erat: *mobilia*, ſunt res mobiles.
″ *Perpetuam*, C. Iuſt. At noſtrum hoc elegantius, & huius æui; v. vel Symmachum *lib. 3. ep. 20.* & *lib.* 10. *ep.* 47. vbi perpes cura. vid. *Gloſſ. Theod.*
″ *Collatio*, pro traditione. ″ *pg. hac ratione*: & verò MSS. quædam Cod. Iuſt. ita quoque habent.
″ *Cumulari*, eſt perfici, ad cumulum perduci; de quo vid. *Gloſſ. Th.* & Symmachum paſſim.
″ De hâc *Commonitorij* voce mox in *Commentario.* ″ Abeſt hæc vocula, *de*, à Cod. Iuſt. perperam.
″ *Temeritatis* vox propria de vi, ſeu violentia.
″ *Retinebitur*, pro ſimplici *tenebitur*: vt Interpr. neque ideò tamen ita hîc legendum, quod voluit Donellus. *Retineri*, paſſim pro *teneri.* v. *Gloſſ. Th.*
″ Inducenda hæc vox: quæ etiam abeſt à MSS. nonnullis, & à Cuiaciana editione, & à C. Iuſt. Et verò ſenſus *huius l.* apertus eam omninò reſpuit. ″ III. C. Iuſt. omiſſo loci nomine, *Conſtantinop.*
″ *Commodum*, pro mercede, & ſalario in pecuniâ.
″ *Obtulerit*, id eſt tradiderit: vt mox *ſola traditione*: quod mutari nolo, vt nonnulli faciunt, *in ſola conuentione.*

COMMENTA



## COMMENTARIVS.

DE SVFFRAGIO déque ſuffragatoribus, qui deſideria aliena apud Principem explicant, eſt hæc Theodoſij M. Imp. (nam huic hæc lex tribuenda eſt, etſi pro more tùm recepto Arcadij quoque & Honorij nomina præferat) cõſtitutio, data ad Rufinum PP. Orientis, quâ definitur, ſi quid ſuffragij huius nomine, & *ad referendam vicem* cui promiſſum traditúmve fuerit, quamnam id vim habeat, quámque actionem producat? Idque duplici fine, partim vt ſuffragatoribus, partim ac potiſſimùm quidem, vt miſeris clientibus atque in neceſſitate conſtitutis conſulatur, aduerſus ſuffragatorum voracitatem & temeritatem. Quæ quidem lex, vt multis nominibus ſingularis eſt & famoſa, ita ad generalem tractatum *de ſalario & honorario*, de quibus olim commentabamur, pertinet: eóque multa ex *hac l.* deriuari poſſunt.

¶ Eius conſtitutionis ſententiam, ſingulaſque eius partes prinſquàm illuſtrem, quædam præmonenda ſunt, præter *huius tituli* imò & *legis* cum *ſuperiore* continuationem; cuius ratio iam ſuperiùs à nobis demonſtrata fuit. Vt omittam quæ *de ſuffragij* appellatione notiſſima ſunt, quæque habet etiam Gloſſarium, & nos iam ſup. *ad l. 1.* Primò præſupponendum, *de ſuffragatione, ſeu opera, & officio ſuffragatorum*, hâc tempeſtate, qui quid à Principe Impetratum vellent, aliorum fermè, qui auctoritate, vel gratiâ apud eum valerent, ſuffragationem, interuentum, officium, interceſſionem, commendationem adhibere ſolitos: vt officium ipſum, *ſuffragium* dictum; ità interceſſores ſuffragatores. Quorum exemplum vide quoque Philumeni apud Optatum Mileuitanum *lib. 1.* Certè ex *hac leg.* confici ſatis poſſit, definitio ſuffragatorum: nempe quod ſint *qui deſideria ſua explicare cupientibus ſuffragium ferunt, vt quæ optauerint conſequantur.* Cuius rei, moriſque vſus hoc tempore plurimus fuit, ac penè nimius: haud poſtremâ iſtâ huius ſæculi labe, vbi alienâ gratiâ magis quàm meritis aut iuſtitiâ plerique in Aula Principum nitebantur: & παραδυναστεύοντες apud Principem, atque in ſumma Reipublicæ arce conſtituti, pleraque verſabant. Eò quidem etiam, vt honorum quoque ſuffragia ſæpè crebreſcerent, quæ ſubinde legibus repreſſa: quò pertinent variæ huius Codicis conſtitutiones: & inter alias, Iuliani *d. lex ſuperior 1. h. t.* Quin & Claudiani locus de hoc ipſo Rufino PP. cui hæc lex inſcribitur.

*Illicet ambitio naſci, diſcedere rectum*
*Venum cuncta dari: profert arcana, Clientes*
*Fallit, & indeptos à Principe vendit honores.*

De quo ipſo vide & quæ Zoſimus *initio lib. 5.* & quæ indicat Syneſius *de regno, p. 30.* Vt omittam quæ alij ſcribunt, de venalibus hâc Theodoſij tempeſtate prouinciis & Magiſtratibus. Et de his tamen honorum ſuffragiis, ſeu de honoribus & ſuffragatoribus per ſuffragia mercandis hæc lex accipienda non videtur: de quibus fuit *lex 1. ſup.* & nos plenè diximus *ad l. 1. inf. ad leg. Iul. de ambitu.* Et certè, quod ſecundo loco hîc præmonendum, de *Deſideriis* nominatim explicandis atque in id ſuffragiis, & ſuffragatoribus, *hac l.* agitur; ac proinde in *h. l.* obiectum ſuffragiorum ſunt *Deſideria*, non ambitus honorum. *Deſideria* in commune non dicuntur preces, ἀξιώσεις, ſupplicationes, δεήσεις, quæ Principibus offerebantur: quæque conſequi optabantur, vt *h. l.* dicitur, ſeu *optata*: quomodo paſſim ea vox effertur etiam apud Suetonium ita ſpeciatim pro neceſſitatibus quibuſdam vrgentibus, ad finem ſeu viam, vt loquuntur, *iuſtitiæ*, vel *gratiæ*: ſic etiam in Gloſſis, *deſiderium* ὠφέλεια: item, *ſuis deſideriis* τῇ ἰδίᾳ ὠφελείᾳ. ſic quod huic proximum titulo *de Legatis, infrà, l. 6. 7. 8. 9. 12. 16. & l. 9. 96. de Decurionibus*: & apud Symmachum, *lib. 6. ep. 52.* deſideria non iam priuata, vt in ſpecie *huius leg.* ſed publica dicuntur petitiones, ſeu ea quæ in communi conſilio ciuitatis, prouinciæ, Diœceſeos à Principe pro rerum neceſſitate poſtulari conuenerat, legatíſque adeò ad Principis comitatum miſſis tradebantur, pérque eos explicabantur, vt *hîc* dicuntur deſideria explicari: *Si qui deſideria ſua explicare cupientes, ferri ſibi à quoquam ſuffragium poſtularint*, ſic enim *hîc* rectè legitur, non vt Codices quidam Iuſt. *explere. Explicare*, eſt vel expandere, *etaller*, vel expedire, conficere, peragere, adimplere: quo ſenſu alia multa explicari dicuntur, & in his nominatim deſideria, non *hac* tantum *lege*, ſed *d. l. 7. infr. de legatis.* Et deſideria explicare cupientes dicuntur, quomodo pariter *d. l. 7. cùm deſideria ſua ſingulæ ciuitates cupiunt explicare, non viritim Legatos mittant ad Comitatum noſtrum.* Quænam verò deſideria, ſeu deſideriorum obiecta iuſta ſint, quæ apud Principem explicari poſſint, quæ contra preces Principi offerri non poſſint, non huius eſt loci tractare, de eo actum *tit. de diu. reſcriptis*: Nam quæ *hac l.* mẽmorantur, proculdubio iuſta præſupponuntur, vtpote cùm in eâ, qui deſideria ſua explicari cupiuerant, quæ optauerint conſecuti dicantur: eoque nomine pro ſuffragiis promiſſa, datáve, iure peti, retineríque iudicentur. Vel ex his interim, ac nominatim ex proprio illo vocis *deſideriorum* ſignificatu, etſi *deſideria honorum* quoque dicantur, vt apud Symmachum *lib. 10. ep. 15.* confici ſatis poſſe putamus, neque de *honorum* ſuffragiis nominatim *hanc leg.* accipiendam, & de deſideriis apud Principem tantum explicandis, ſuffragatoribúſque ibi *hac l.* agi: etſi *Principis* nulla expreſſa hîc mentio fiat. Quæ alioquin duæ quæſtiones Interpretes maximè exercitos habẽt, num videl. ad honorum quoque ſuffragia hæc lex ſpectet: eadémque de ſuffragatoribus apud alios quàm Principes, veluti apud Summates, & Optimates, pertineat? Quandoquidem vt dixi, *Deſiderij* vox ἐξαιρέτως effertur, de neceſſitatibus publicis, priuatis, & petitionibus ſuper iis apud Principem: Vnde etiam colligere ſatis licet quinam hi Suffragatores eſſent, ſeu è quo hominum genere, nempè ex Aulicis, Palatinis, gratiâ apud Principes præualentibus, eorum amicis, & comitibus παραδυναστεύουσι; de quibus alibi. Et hæc quidem dicta ſint breuiter de ſuffragiis & ſuffragatoribus, déque obiecto ſuffragiorum, quæ ſunt deſideria.

¶ Sequitur iam quod tertio loco præmonendem eſt, *de Remuneratione*, ſeu ſalario, vel potiùs honorario *Suffragatorum*, nempe ſuffragia illa, quæ modò dixi, & de quibus *h. l.* agitur, non tantùm ellandiri, verùm etiam emercari, beneuolentiámque adeò & interceſſionem, liberalitate aliqua protectare, ad *vicem remunerandam*, ait lex, hâc tempeſtate mos, iúſque fuit: vt ex *h. l.* diſcimus: *Ad referendam* ſcilicet *vicem*, vt *hac l.* dicitur pro ſuffragio, ſeu commendatione, ſolicitatione nonnulla ſuffragantibus ἀντιδώρῳ, & redhoſtimẽti ſpecie, modò promittebantur, modò ſtatim repræſentabantur, ſeu tradebantur: his enim duobus modis pro ſuffragio, certa merces, vel ſalarium conſtituebatur, conuentione inquam, & traditione: conuentione, ſeu *ſponſione*, vt *initio leg.* dicitur; ſiue per ſcripturam,



commo

*commonitorio de ſuffragio* : de quâ voce poſtea : ſiue ſine ſcriptura nuda ſponſione, dummodo, certa, & legitima, nam eò quoque pertinent *ſponſionis* & *promiſſionis* voces. Et certè in ſalario conſtituendo, ſcripturâ nil opus eſſe liquet. Verùm de hâc *ſpondendi* voce plura *ad l.9. ſi Barſatoram, Cod. de fideiuſſoribus*. Et hæc quidem de forma remunerationis, ſeu honorarij. ¶ Quod *materiam* attinet, non pecunia modò, putà aurum, argentum, aliáve quæ mobilia; verùm prædia etiam vrbana, & ruſtica, pro vt res eſſet, pro ſuffragio, ſuffragatoribus quandoque promittebantur, vel tradebantur, huius ſæculi Iuriſprudentia moréque id non improbante. Hæc Suffragatorum hoc tempore cupiditas fuit, quæ & in aliis cernebatur. Quare vt ab vna parte iuſtis ſuffragatoribus Theodoſius M. *hac Conſtitutione* aduerſus clientum ſuſceptorum verſutiam conſulendum credidit, ità & retrò cupiditati, eorum periculis pretia imponentium, vt Quintilianus de Aduocatis *lib.12. cap.17.* loquitur, temeritatique occurrendum putauit, quatuor huius legis capitibus, quæ nunc ordine explicanda ſunt: Quibúſque, & ſic *hac l.* ceu Tractatu inſigni fermè abſoluitur tota materia de *ſuffragiis*.

¶ Primo capite definit Imperator, eos, qui quid ſuffragatoribus promiſerint, ad promiſſa præſtanda teneri, & ſi ſolutionem detrectent, ad ſolutionem debiti coarctari poſſe: & ſic huic petitioni forum aperit ſuffragatoribus, actionémque velut pro debito tribuit, certi videl. condictionem, *ſi certum petatur*, vt docet Rubrica *huius tituli*, *ſi certum petetur de ſuffragiis*; haud aliter, atque *ſuperiore* altero abhinc *titulo*, altera certi petitio continetur, *ſi certum petetur de chirographis*, vbi vide quæ dixi. In honorum ſuffragiis aliter cautum à Iuliano *l.1. ſup.* ibi quippe dati quidem retentio eſt, at non & petitio. Quâ oppoſitione vnicâ abſoluitur æſtus Interpretum, variæque diſtinctiones circa quæſtionem de actione ob ſuffragium, & honorarium competente: ſub hâc tamen expreſſa conditione; hæc actio, ſeu condictio tribuitur, ſi cliens, vel ſuſceptus, *ea quæ optauerit, conſecutus fuerit*; id eſt, ſi per ſuffragatorem voti compos factus fuerit, & vt Interpretatio ad *hanc leg.* habet, *perceptis quæ voluit*. Nempe ſuffragatoribus hactenus fauendum eſt, & verò *h. l.* fauet Theodoſius M. qui rem effectam dedêre, non fumi venditoribus, de quibus ſunt notiſſima iam apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores Loca. Et ſic lex, obligationis vim, & effectam ad euentum ſecundum & proſperum nominatim reſtrinxit: etſi ſint qui hæc eludere conantur. Ergo contra proculdubio Theodoſius M. voluit, ſi ſuſceptus ſpe votóque excideret, condictionem ei competere, *condictione ſcilicet cauſa data, cauſa non ſecuta*. Et hæc quidem ita in ſp. *huius leg.* & pro more huius æui. Etſi non abnuam & illud conueniri non improbo more poſſe, vt pro ſola opera & ſuffragio actúque & ad vicem remunerandam quid detur, etſi cliens deſiderio vel voto exciderit, vt ita conatus in laude ſit, neque *ἀντιδώρῳ* careat, etſi effectu careat. Prima igitur hæc iam fibula notetur, quæ cupiditati ſuffragatorum ponitur.

Sequuntur aliæ circa res ſuffragij nomine traditas, quando videl. dominium earum ad ſuffragatorem tranſeat: vbi res mobiles ab immobilibus ſeparantur ſeu diſtinguuntur. Finge igitur, quod *ſecundum* iam *huius l.* caput eſt, rem mobilem à cliente ſeu ſuſcepto ſuffragatori traditam? Definit Theodoſius Imp. *h. l.* ad tranſlationem dominij ſolam traditionem ſufficere, etiam nullâ ſcripturâ interueniente: contractúmque perpetem firmitatem habere: denique hoc caſu, *collationem*, id eſt, traditionem rei mobilis, *initam*, ſeu factam, *integra fide*, id eſt plenâ perfecta animi conteſtatione (quomodo & integra veritate dicitur *l.12. inf. de cenſitoribus*, merâ fide *l. omnium, 19. C. de teſtam.* de quo v. not. *ad l. vlt. ſup. de inoff. teſtam.*) nullaque circumſcriptione, *hac ratione cumulari: hac ratione*, (nam ita *hîc* reponendum, vt nonnulli iam & in his Cuiacius, rectè monuêre; & Manuſcripti quidam Iuſtinianei habent) id eſt ſola traditione perfici, neque alia re indigere, non ſcriptura, non geſtis publicis. *Cumulari* ea dicuntur, quæ ad plenum & ad ſummum perducuntur, quæ ſuum modum finémque adſequuntur, nullius præterea rei indiga. Et ita quoque hæc verba rectè accepit Interpres *ad hanc leg.* nempe hoc caſu, *oblatum*, ſeu traditam rem mobilem, *firmum* ſine ſcriptura permanere. Ergo caſus hîc notetur, quo ſola traditio cumulatè ſufficit, eâque negotium peragitur, neque ſcriptura requiritur, in honorario & donatione videlicet rei mobilis pro ſuffragio.

Retrò finge, quod Tertium *huius l.* caput eſt, prædium ſiue ruſticum, ſiue vrbanum, pro ſuffragio placito contineri, id eſt, pro ſuffragio in placitum deductum fuiſſe: Conſtituit Imperator, non aliter dominium eius ad ſuffragatorem, ſeu *nouum Dominum* tranſire, & *de veteri iure diſcedere*, id eſt à veteri domino & cliente recedere, quam his tribus concurrentibus, quæ ad formam actus præſcribuntur. Primò *Scriptura* requiritur, quâ prædium in alium transferatur; ſcriptura ſcilicet vt in aliis multis caſibus, & negotiis magni momenti, pro forma ſeu ad formam actus requiritur (de quo alibi, etiam in *Diatriba de Chorepiſcopis*, & ad *l.1. ſup. de mandatis Principum*:) Ita & hoc caſu vbi de prædiis agitur in alium transferendis pro ſuffragio, ſeu ſalario. Secundò requiritur *Traditio corporalis*, Vt dominium eius transferatur, non ficta fortè. Poſtremò requiruntur *geſta* (Iudicialia ſcilicet) ſeu acta publica: quæ *rem completam* fuiſſe teſtentur: id eſt, negotium ritè peractum ſecundum leges: Errant enim, qui eodem referunt hæc verba, quò ſuperiora illa, *cum ea quæ optauerint conſequuntur*: Hæc enim verba indicant complementum geſtorum, non euentum ſuffragij. *Aliter*, ſi horum vnum deficiat, prædium ſuffragatori adquiri non poteſt, ſeu, vt hæc lex loquitur, ad *nouum dominum tranſire non poteſt, neque de veteri iure*, ſeu à veteri domino *diſcedere*: & ſic ratione accipientis & tradentis actus inefficax eſt: vt cæteroquin caſſa ſunt & inutilia, quæ peraguntur non obſeruatâ formâ eſſentiali legibus præſcripta. Præſcripta autem hæc triplex forma, ſummâ ratione, hoc caſu: Non tam facilè ſcilicet, prædiorum pro ſuffragio, ſalario, honorario, alienationes permittendæ fuerunt, vel ſunt, quas miſeri fermè, vel certè in neceſſitate conſtituti, deſideria ſua apud Principem explicare, atque ab eo quid impetratum cupientes, per ſuffragatores, quod ipſi vel explicaturi, vel impetraturi non viderentur, temerè inconſultáque facilitate effunderent, quáſque ſuffragatores à miſeris ínque neceſſitate conſtitutis facilè extorquerent. Nihil eſt, quod inconſultæ facilitati, effuſæque liberalitati magis modum ponat, quàm triplex hæc forma & obſeruatio: *Scriptura*, *Traditio*, & *Geſta publica*. Quæ ſi tria perficiantur, iam de mera fide, & vt hæc lex loquitur, *de integra fide*, non extorta vi, metu, aut neceſſitate, liquere poteſt. In ſummam alioquin effuſis huiuſmodi in neceſſitate conſtitutorum liberalitatibus occurrêre, modúmque



[illegible] poſuêre legum decreta: vid. *l.8. inf. de* [illegible] *ſſorib.* & *l.3. π. de extraord. cognit.* ne q[illegible] de Litium redemptoribus, ergolabis, d[illegible] pacto de quota litis. Certè in donationibus [illegible] lex quoque hic modus poſitus, & fibula [illegible], & quidem rei immobilis: putà ſcriptura *l.* [illegible] *3.8. inf. de donationib.* Traditio corporalis, *d. l.1.4.5. in fin. 6.7.8. d. tit.* & Geſta publica, *d. l.1. in fin. l.3.5.6.8. d. tit. l.1.3. vlt. de ſponſalib. l.9. infr. d. tit.* [illegible] *his quæ ſub Tyrannis*. Et hæc quidem de rei ſiue mobilis, ſiue immobilis, pro ſuffragio donatione, & remuneratione; & quatenus per eam dominium ad ſuffragatorem transferatur. Atque ita quoque de tertio *huius leg.* capite, multiplicíque adeò fibula, quæ huiuſmodi ſuffragatoribus, eorúmque remunerationi ponitur.

Sequitur quarto ſeu vltimo *huius leg.* capite noua fibula. Finge, intra nudæ promiſſionis, ſponſionis, pollicitationis terminos rem ſtetiſſe: atque vt *fine leg.* dicitur, ſolo fortè commonitorio de ſuffragio ſuffragatori dato? *Commonitorio*, inquam, *de ſuffragio*: quomodo hic disertè habetur, & in MSS. Iuſtinianeis; at non & editis, vbi vox, *de*, malè omiſſa eſt: id eſt, ſcripturâ clientis quâ quis ſuffragium ſuſcipere rogatur, eidémque pro labore, ſuffragio, ad referendam vicem, ſi ea quæ optauerit conſequatur, aliquid promittebatur: Duo enim hæc huiuſmodi commonitorio continebantur, mandatum ſcilicet ſuſcipiendi ſuffragij: & *ἀντιδώρου* promiſſio, ſponſio; id quod *Commonitorium de ſuffragio* dicitur, ad differentiam commonitorij ſuper ſeu de alia re, id eſt ſuper ſuffragio præſtando: neque enim audiendi ſunt qui hoc poſtremo loco *ſuffragium* accipiunt pro dono & munere, etſi alibi eo ſenſu id accipi non negem. *Commonitorium* eſt libellus, quo velut memoriali & monitorio negotium aliquod committebatur: *ὑπομνηστικὸν* Gloſſis, *ἐπιστολὴ προστακτικὴ* in *Gloſſario Nomico*: quo implenda quædam mandantur, vt teſtatur quoque Symmachus *lib.1. ep.62. & lib.5. ep.26.* Ammianus Marcellinus quoque qui ſub Theodoſio *huius l.* auctore ſcripſit, *lib.* 28. *Commonitorium*, inquit, *repertum eſt manu ſcriptum Hymetij* [ad Amantium Haruſpicem] PETENTES, *vt obſecrata ritu ſacrorum ſolemnium numina erga ſe Imperatoris delniret*. Horum cōmonitoriorum priuatorū exemplum alterum elegans extat *l. vlt. in fin. infr. de accuſationib.* De Commonitoriis in cōmune dicam ad *l.10. inf. de curioſis*: & ad *l.27. infr. de erogat. milit. ann.* vide & interim quoque Iuretum in Symmachum, *lib.5. ep.22.* Finge ergo, ſuffragatorem ſolo huiuſmodi commonitorio de ſuffragio ſeu ſola ſponſione nixum, quo ſcilicet certa quædam poſſeſſio pro ſuffragio promittitur? Sanè ſuapte auctoritate poſſeſſionem occupare non poteſt: viáque facti moras nectente cliente fortè eam ingredi: quin ſi id fecerit, reus temeritatis & violentiæ *retinebitur*, id eſt, tanquam vim fecerit, punietur: non criminali vt puto actione, quod nonnulli cenſent, in id vocem *retineri* inter alia perperàm vrgentes: verùm hac duplici ratione & ſanctione, quæ hic *ἐξηγητικῶς* ſubiiciuntur: Nam & *poſſeſſio in priſtinum ſtatum reducetur*, id eſt, reſtituetur priſtino domino; & ſuffragator *à petitione excludetur*: *eò quod non dubitauit inuadere quod petere debuiſſet*: Ita enim legendum hic, *debuiſſet*, ſublatâ negatiuâ, *non*, quæ etiam rectè abeſt à Cuiaciana huius Codicis editione, & à Codice Iuſtinianeo. Id quod omnino congruit cum *l.2. ſup. de finibus regund.* vbi dixi, & alioquin tralatitium eſt in iudicio de vi ínque omni inuaſione, quâ quis ſibi ius dicit. Vnde iam apparet, Interpretem *huius leg.* & alios ex recentioribus largiter falli, cùm verba hæc, *ſolo commonitorio*, de ſuffragio interpretantur ſine ſcripturâ; & ſic nudam exhortationem, tacitam conuentionem, nudas preces de ſuffragio ſuſcipiendo: nam imò contrà, vt oſtendi, *commonitorium* eſt *ὑπομνηστικὸν* ſcriptum, & *ἐπιστολὴ προστακτική*.

Atque hæc quidem plana eſt & aperta *huius l.* ſententia. Vnde primò patet malè à Roberto 2. *ſentent.* 21. hanc legem dumis virgultiſque obſitam dici. Patet ſecundò perperam à Duareno 2. *Diſſ. cap.* 21. Aulicam vocari: quaſi in Aulicorum gratiam latam: imò enim Aulicorum cupiditati cohibendæ lata magis ea fuit. Patet tertiò, hanc *leg.* malè accipi *de ſalario Aduocatorum* ab Azone, Accurſio, & ſequacibus, imò & à Recentioribus nonnullis, qui & ideò plures hîc formant quæſtiones de ſalariis Aduocatorum, háncque velut ſedem eius materiæ habent. Vnde & Cynus ſuo tempore ſcripſit hanc *leg.* eſſe intellectam mu tùm in fauorem Aduocatorum: & Iacobus de Rauenna in hanc adductus eſt ſuſpicionem, quaſi ipſimet Aduocati eam gloſſauerint: quam ſententiam iam rectè impugnarunt multi, & in his, Pancir. 2. *var.* 198. qui tamen ipſe in eo errat, quod ad honorum ſuffragia hanc l. refert. Et verò illi ſentētiæ refragātur quæ ſuprà diximus de *deſideriis explicandis*, apud Principem ſcilicet, quod Aduocati munus non fuit, etſi deſideria illi ſcriberent, *vt l.2. Cod. de error. Aduocat.* at non *explicarent*, id eſt, vrgerent, proſequerentur apud Principem. Refragatur & *ſuffragij* appellatio, quæ de munere ſeu operâ Aduocati nunquam vſurpatur; Refragatur ipſa legis diſpoſitio, & quidem in tribus. Nam & Aduocato eiúſque hæredibus ſalarium debetur, etſi cliens voto potitus non ſit, & Aduocatus in cauſa ſuccubuerit, vel defecerit ante finem Iudicij, *l. vlt. inf. Cod. de condict. ob cauſam dat. l. qui operas 38. π. locati*. Neque ea obſeruantia requiritur, quæ hic deſideratur, vt Aduocatus Salarium petere, aut ſeruare poſſit. Imò & ſponſione, vel Commonitorio, aut traditione ceſſante ſalarij exigendi Aduocato ius eſt. Quanquam non diffiteor nonnulla ex his quæ *h. l.* occurrunt, ad ſalaria Aduocatorum porrigi poſſe. Patet quartò, non eſſe hanc *leg.* accipiendam, quod multi malè opinati ſunt, de *honorum ſuffragiis*, de quibus fuit *lex ſuper.* vt rectè iam monuêre Alciatus, Cuiacius, Duarenus, Robertus: & vel ſola vocis *deſideriorum* proprietas refutat, & quod nulla hîc Magiſtratuum, ſeu Iudicum mentio fiat, vel ambitus eorum, tandem & diſpoſitio integra ſcopúſque huius leg. Patet proindè quintò, hanc *legem* non rectè abrogatis legibus accenſeri à pleriſque, etiam à Cuiacio, quandoquidem ea in Codicem quoque Iuſtinianeum relata eſt. Neque ea à Iuſtiniano per Nouellam 8.29. abolita (non magis quàm à Tiberio *Nouella* 161.) quià Nouellæ illæ pertinent ad ſuffragia honorum, *ἀργυρολογίαν τῶν ἀρχῶν*: quam Iuſtinianus improbauit; vndè etiam Codice Iuſtinianeo emiſſa eſt *lex 1. huius tit.* quæ eſt de his honorum ſuffragiis; quæ & ideò quoque omiſſa, quod temporaria tantùm ea eſſet, atque in præteritum ſpectaret. Denique neque hodiè hæc conſtitutio inutilis aut adeò abroganda, ſi modò fumi venditores hinc arceas, & modus aliquis, & iuſtus hac in re ponatur, & Reipublicæ periculum abſit; ne alioquin Principes hoc obtentu obſideantur, venaliſque eorum gratia prorſus fiat, neque quidquam iam iuſtitiæ, ſed omnia pecuniæ peruia relinquantur. His ceſſantibus, cum Aulicis ſuffragantibus, quorum pollucibilis opera fuit, ad vicem remunerandam honorarij genus aliquod inuideatur?

tur.

tur? horúmque beneuolentia aliquâ liberalitate non protelletur. Certè non interiiſſe hanc l. gratulandum nobis eſt, cum tam multa egregia hinc deſumi, & ad alia traduci poſſint.

# DE PIGNORIBVS.

## TITVLVS XXX.

VIII. Cod. Ivst. XIV. Similiter Paulus libris ſententiarum *lib.* 2. *tit.* 5. ſimpliciter titulum *de Pignoribus* inſcripſit. At enim Iuſtinianus, *de Pignoribus & hypothecis*: Certè, *pignorum* appellatione *hoc titulo* non modò pignus rei mobilis contineatur, verùm etiam nexus prædiorum: vt docet *lex* 2. *hoc. tit.* De pignoribus præter leges *huius tit.* vid. *l.* 9. *infr. de infirm. his quæ ſub Tyr. l.* 1. *de Adminiſtr. tutor.*

---

### ¶ De Aratoribvs *ſeruis vel bubus non pignorandis ob fiſcale debitum.*

1. * Imp. Constantinvs A. ad vniuerſos Prouinciales.

Intercessores", à Rectoribus" Prouinciarum dati, ad exigenda debita ea quæ ciuiliter" poſcuntur, non" ſeruos aratores, aut boues" aratorios" pignoris cauſâ de poſſeſſionibus abſtrahunt", ex quo tributorum inlatio retardatur. Si quis igitur Interceſſor, aut Creditor", aut Præfectus pacis", vel Decurio, in hâc re fuerit detectus, à Rectoribus Prouinciarum capitali" ſententiæ ſubiugetur. Dat. IIII". Non. Iunias, Sirmio, Conſtantino A. & Licinio IIII. coss. [315.]

Interpretatio. *Multi pro fiſcali debito ſeruos cultores, aut boues aratorios de poſſeſſionibus cauſa pignoris auferre præſumunt, de quorum laboribus tributa redduntur, & ideo ſi quis creditor vel curampacis", vel curialis, aut quicumque exactor hoc facere præſumpſerit, à Prouinciæ Iudice puniatur.*

## NOTÆ.

* L. *Executores* 7. *Cod. quæ res pignori obligari poſſunt vel non*: ſub quo titulo nùm rectè poſita ſit, mox diſquiram.
" *Edictum* iſtud eſt, ad vniuerſos prouinciales emiſſum.
" *Executores*, ita Tribon. *d. l.* 7. qui tamen idem in ſequentibus vocem *Interceſſoris* retinuit. De his *Interceſſionibus* mox in *Commentario.*
" Interpres explicat pro *fiſcali debito*, rectè: vt in altero Anianeo Codice optimæ notæ *pro tributo* aut *functionibus publicis.*
" Si vocem, *abſtrahunt*, retinemus; tùm hæc vox abundat: quod & ſuadet Interpretatio: ſi verò infr. legimus *abſtrahant*, tùm retinenda eadem eſt.
" Iſtud de *boue aratorio* aberat à Baſilienſi & Tiliana & Pariſienſi editione, verùm & Codices Anianei, & Interpretatio ipſa huic ſubdita, hoc addendum oſtendunt: quid & Codex Iuſtinianeus habet, & Cuiacius quoque indicauit 4. *obſeru.* 20.
" *Aut inſtrumentum aratorium.* hoc additum Cod. Iuſt. Fortè in ſp. *huius l.* id non additum, quod de eo conſtaret: de quo mox.
" De hâc voce iam ſupra ad vocem, *non.*
" Hanc vocem retinet quoque Codex Iuſtin. & Interpretatio huic legi ſubdita, de quo mox.
" Hanc ſcripturam retinuit Interpretatio, cùm *Curam pacis* appellet. De quo *in Comm.* Codex Iuſtin. *in d. l.* 7. *quæ res pignori*: habet, *Præfectus pagi.*
" *Æſtimando à Iudice ſupplicio.* ita C. Iuſt.
" III in Aniani Codicib. optimæ notæ, & in Cod. Iuſt. in quo Conſules ex *hâc l.* emendandi ſunt.

## COMMENTARIVS.

Aratores ſeruos, bouéſque aratorios, pignori capi, ἀγωγίμους fieri, vt Græci loquuti, pro debito ciuili vetat *hac leg.* Conſtantinus M. pariter vt Honorius *l.* 8. *Cod. quæ res pignori*: & Fridericus Imp. *Auth. Agricultores*, quæ ei ſubtexta eſt. Et quidem Conſtantinus M. nominatim pœna capitali propoſita. Ait lex, *ſeruos aratores*, & vt Interpres hìc, *ſeruos cultores*: alia enim mancipia pignori capi potuerunt ex eiuſdem Conſtantini M. conſtitutione, *l.* 1. *inf. de diſtrah. pignor.* vt & *l.* 2. *eod. tit.* Ait lex *Boues aratorios*, quomodo Heſiodus, *lib.* 2. βοῦν ἀροτῆρα vocat, βοῦν ἀρότην Ælianus



Ælianus, 5. *var.* 14. Ait lex *pro ciuil. debito*, & vt ipſa lex loquitur, *pro debitis quæ ciuiliter poſcuntur*, id eſt, ne quidem pro fiſcali debito, vt rectè Interpres: vel vt altera Interpretatio habet in Anianeo Codice optimæ notæ *pro tributo, aut functionibus publicis*: idque confirmant *Interceſſorum* & *Exactorum* nomina, de quibus mox *pour les deniers du Roy*, vt Galli loquuntur. ¶ A Triboniano ad cœtera additum, neque *inſtrumentum aratorium* ἄροτρον pignori capi poſſe, de quo vetus alioquin exſtat lex apud Diodorum *lib.* 2. & Quintilianum, *lib.* 7. *c.* 8. vt Recentiores omittam. Omne igitur inſtrumentum aratorium pignori capi non poteſt: non *mutum*, quod inſtrumentum aratorium propriè dicitur, in quo ſunt plauſtra: non *ſemiuocale*, in quo boues ſunt, quæ Galli vocant, *les vifs namps*, non *vocale*, id eſt, ſerui: ſic enim Veteres inſtrumentum ruſticum diuiſiſſe tradit Varro *de re Ruſtica cap.* 17. Et quis ſcit an non hæc forte huius legis ferendæ cauſa fuerit, vt videlicet liqueret, non tantum inſtrumentum aratorium pignori capi non poſſe, ſed neque ſeruos, aut boues aratorios? His ſane ſimiles memorantur ordinationes Caroli VI. Franciſci I. Henric IV. Regum Francorum quas & Aufrerius retulit, quæ idem ſtatuunt: quarum meminit Guill. Bened. *in cap. Raynutius, verbo, & vxorem, deciſ.* 5. *num.* 343. quæque continentur *Codice Henriciano lib.* 9. *t.* 3. & quidem in eadem ſpecie, ne inſtrumenta ruſtica & *oſtilia*, ſic enim loquitur Aufrerius ad laborandum & cultiuandum deputata caperentur *etiam pro denariis Regiis.* A qua æquitate diſceſſum aliquatenus *conſtitutione* Caroli IX. an. 1572. qui in triennium duntaxat ſecuritatem tribuit pro debitis fiſcalibus. Meminit & ſimilis iuris Speculator *tit. de pr. decret.* §. *reſtat.* Bart. *l.* 1. *C. de colon. Thrac.* Eſt & ſimilis conſuetudo Britanniæ Gallicæ *art.* 239. vbi vide quæ Argentræus. Porrò ſicut ob tributa boues capi Conſtantinus M. *h. l.* vetat, ita & idem hoc ipſo anno 315. paulò antè vetuit boues aratris deditos & culturæ ſeruientes ad curſum publicum abſtrahi, quamlibet deficientibus iis, qui curſu publico deſtinati eſſent, *l.* 1. *inf. de curſu publico*: Quam legem, notandum eſt, ad Sardiniam pertinere, quæ Romæ nutricula erat, de quo dicam *alibi.* ¶ Et hæc quidem omnia eâ *Ratione*, ne ceſſante agricultura, illatio tributorum retardaretur vt *hâc l.* exprimitur. De eorum quippe laboribus (vt Interpres notauit) tributa redduntur. Ideóque etiam ius iſtud probatum, non tantùm iure Burgundionum, *additamento* 1. *tit.* 18. ſed & omni hodie iure. Eadem in ſummam ratione finéque idem Conſtantinus, (& nominatim per eandem Sardiniam Anno 321.) feriarum obſeruationem ruſticis remiſit, *l.* 2. *Cod. de feriis*: Eadem ratione poſtea Valentinianus vetuit, ne Officiales Præſidis ſeruum, vel bouem ruſticum in vſus proprios neceſſarióſque converteret, *l. vn. inf. ne damna Prouincialib.* Eadem ratione finéque, operas à ruſticanis exigi vetitum, ne videlicet ipſas vrbes perderet triſtis abductio ruſticorum, *l.* 1. 2. *inf. ne operæ à collatorib. & d. l. vn. inf. ne damna prouincialib. & l.* 4. *inf. de extraordinariis munerib.*

¶ Verùm ad *leg.* noſtrã redeamus, & ad *Bouem* aratorium: In magna cum iam olim apud veteres æſtimatione fuiſſe notum eſt: nẽpe quia bos ſocius hominum in ruſtico opere eſſet, & Cereris miniſter vt eum vocat Varro, 2. *de re ruſtica, cap.* 5. & Columella *lib.* 6. *in præfat.* vocat eum humani laboris & operis conſortem, participem, laborioſiſſimum hominis ſocium: Æliano dicitur, 5. *variar.* 14. τῷ ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Lege quoque Dei bouem aratorium ſurripiens, grauiùs puniebatur, quàm cæteri fures, *Exodi cap.* 22. imò & Antiqui capite ſanxerant, ſi quis bouem occidiſſet, vt ſcribit Varro, *de re ruſtica, lib.* 2. *cap.* 5. idque nominatim apud Atticos obtinuiſſe idem teſtatur *eodem loco.* Et Ælianus *dicto cap.* qui idem addit, *lib.* 8. cùm in ſacrificiis bos mactabatur, cultro iudicium pronunciari ſolitum, tanquam homicidæ: vide & Pauſaniam *in Atticis*, vbi de ſacerdote quodam agit βουφόνῳ. Sed & apud Phryges pariter morte multabatur, qui aratorium bouem occiderat: teſtis idem Ælianus *lib.* 12. *de animalib. cap.* 34. *Et Stobæus ſerm.* 42. De Romanis quoque teſtis Plinius *lib.* 8. *cap.* 45. iudicio populi Romani in exilium actum quendam, qui bouem aratorium occiderat, *tanquam colono ſuo*, inquit, *interempto*: qui locus in memoriam mihi reuocat locum Ouidij 15. *Metamorphoſ.* Vbi expoſtulans aduerſus eos qui boues immolabant ſic ſcribit.

*Cùmque boum dabitis cæſorum membra palato,*
*Mandere vos veſtros ſcite & ſentite* COLONOS.

Vide & Arnobium *lib.* 7. Et Plutarchum *in Solone.* Eadem denique ratione Valens Imperator legem per Orientem tulerat, teſte Hieronymo *lib.* 2. *aduerſus Iouinianum*, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, vtilitati ſcilicet agriculturæ prouidens. Neque illud omittendum Virgilij:

*Impia quæ cæſis gens eſt operata iuuencis;*

cuius etiam Domitianus recordatus, edicere deſtinauit, *ne boues immolarentur*, teſte Suetonio *in Domitiano.* Sed & Poëtæ fingunt, poſtquam homines boues manducare cœpiſſent, ſæculum tùm æreum illuxiſſe, & Iuſtitiam ad cœlos remeaſſe. Arati verſus ſunt *in Phænomenis.*

Οἱ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
Εἰνοδίην: πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων,
Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν,
Ἔπταθ' ὑπουρανίη.

ad quem locum videndus Theon, vbi & cauſam ſubnectit. De Ægyptiis res nota, boues ab iis adoratos; de quo videndus Diodorus. Verùm hæc iam nimis multa, quia & obuia ſatis.

¶ Nos de hâc *leg.* noſtrâ accuratiùs adhuc videamus. Primò tenendum, hanc *leg.* ſeu eius ſpeciem, propriè non eſſe de pignore conuentionali, verùm de *Iudiciali* pignoris-capione, ἐνεχυρασμῷ: pariter vt Honorij lex de eodem eſt, putà *lex* 8. *Cod. quæ res pignori obligari*: vbi pariter dicitur, *Pignorùm gratiâ aliquid quod ad culturam agri pertinet auferri non conuenit.* Quæ lex ad fiſcalia debita vt dixi pariter pertinet: quod docet eius inſcriptio; inſcribitur enim ea *Probo Comiti S. L.* Quare perperàm Theodoſiani Codicis conditores, & Tribonianus ipſe hanc *leg.* & *d. legem* 8. in eum *titulum* coniecêre, qui eſt de conuentionali pignore.

Secundò, quod iam antea dixi, docuique, eſt hæc lex de pignoris capione, non ob priuata debita, verùm ob *publica & fiſcalia*, próque functionibus publicis. Quod vt duobus iam argumentis adſtruxi, ita (quod Tertium hîc notandum eſt) comprobant Præfectorum pacis, Decurionúmque nomina, de quibus nunc ſigillatim, vt & de Interceſſoribus.

Intercessores in genere ſunt Executores: quare & initio *huius l.* loco, *Interceſſores*, Tribonianus vocem, *Executores*, ſuppoſuit; & Interpres ad *hanc leg.* Interceſſorem, *Exactorem* interpretatus eſt: & in *l. ne quis* 8. *Cod. de offic. Rector. prouinciæ*, παραλλήλως iſta ponuntur *Interceſſorem*, *id eſt*, *Executorem.* Hinc & militaris Interceſſio, *l.* 1. *inf. de lucris officiorum*, quæ executio militaris dicitur, *l. vn. ſup. de off. Iudicum militarium*: ſic & interceſſio in *l.* 4. *inf. de Principib. agentium*: quæ initio legis, *Exe-*

*cutio.* Ambroſius *lib.2. officiorum, c.29. in fin. Interpellante enim eo, qui ſibi illud Imperiali Reſcripto vendicari cupiebat, clerici non tenebant auctoritatem, Honorati quoque &* INTERCESSORES *dati, non poſſe præceptis Imperatoris obuiare ferebant. Legebatur Reſcripti forma, directio Magiſtri officiorum ſtatuta, Agens in rebus imminebat. Quid plura? tradendum erat.* Interceſſores igitur erant Executores, qui à Rectoribus prouinciarum dabantur: & nominatim etiam ad exigenda debita ciuilia fiſcalia, publicáſque functiones. Neque tamen promiſcui; ideò enim hìc iunguntur Præfecto pacis & Decuriones: & quidem primi. Et apud Ambroſium *Honoratis* iunguntur.

Sequuntur *hac leg.* poſt Interceſſorem, tres alij: putà Creditor, Præfectus pacis, & Decurio: quibus pariter vt Interceſſoribus ſeruos aratores, vel boues aratorios pignori capientibus pœna capitis imponitur. Quod CREDITOREM attinet, valde dubito num hæc vox hìc ſtare poſſit, etiamſi eam agnoſcat ſeu retineat quoque Codex Iuſtinianeus, vt & Interpretatio *huic legi* ſubdita: Eſt enim hæc lex aduerſus publicos executores lata, non aduerſus creditorem priuatum, qui neque ipſe Executor eſſe poteſt: aduerſus illos, inquam, qui à Rectoribus prouinciarum ad exigenda debita dabantur, vt diſertè *initio l.* dicitur: quo in cenſu ſtare non poteſt creditor, vt rectè ſtant reliqui Interceſſor, Præfectus pacis, & Decurio. Quare *Curatoris* potius nomen hic ſubſtituam: idque accipiam de *Curatore ad cogendas angarias* creato: cuius mentio fit in *l.1. Cod. quemad. mun. ciuil. indicuntur*: & in *l.1. Cod. ſumptus iniuncti muneris.* ſeu de Curatore curſus publici, quod ſuadere videtur *lex 1. inf. de curſu publico*: vbi pariter hoc ipſo anno, vt iam antea dixi, vetitum, boues aratris deditos & culturæ ſeruientes ad curſum publicum abſtrahere.

Sequitur PRÆFECTVS PACIS: quam ſcripturam quoque Interpretatio *huic l.* ſubdita agnoſcit, cum *Curam pacis* vocat, ſed & Baſilica agnoſcunt, cum εἰρηνάρχην vertunt. At Codex Iuſtinianeus in *d. l.7. Cod. quæ res pignori*: hinc deſumptâ hodie habet, *Præfectus pagi*, (vbi Tribonianus inſuper addidit, *& vici*) vel *pagis*: Quare & hìc ita reponendum videatur, itidemque in *l. 49. inf. de Decurionib.* ad Irenarchas quippe, de quibus erit infrà titulus peculiaris, pertinebat tantùm cura pacis publicæ tuendæ in prouinciis: Erant enim οἱ τῆς δημοσίας εὐταξίας ἐπιστατοῦντες: at non etiam executiones his committebantur, non cura exigendorum debitorum his incumbebat, verùm Præfectis pagorum & Decurionibus: quare videas Præpoſitos pagorum, ſuſceptoribus & Præpoſitis horreorum iungi: *l.1. inf. de erogat. mil. ann. l.49. inf. de Decurionib. & l.8. inf. de ſuſceptoribus.* Quare & *hac leg.* pariter Interceſſoribus & Decurionibus iunguntur. Horum Præpoſitorum pagis fit quoque mentio apud Euſebium *lib.9. hiſtor. Eccl. c.1. circa medium*: πραιπόσιτοι τοῦ πάγου ἑκάστης πόλεως. Iidem & παγάρχοι dicti apud Iſidorum Peluſiotam *l...ep...* imò & *l.1. inf. de his quæ adminiſtrantibus*: in *Nouellis* Iuſtiniani, & in *Edicto* 13. Magiſtri pagorum apud Siculum Flaccum. Verùm de his adhuc pleniùs ad *d. l. 1. inf. de erogat. mil. ann.* & ad *d. l.1. de his quæ adminiſtr.*

¶ ALIENA *veluti domina, poſſeſſio ab actoribus, &c. hypotheca necti non poteſt.*

II. * Impp. Honorius, & Theod. AA. Ioanni PF.P. Poſt alia.

NEXVM" non faciat" prædiorum, niſi perſona, quæ iure potuit obligari": Per ſeruum autem, vel Procuratorem", Colonum", vel Actorem, ſeu Conductorem, præiudicium poſſeſſioni, inuito vel inſcio domino imponi non poſſe, & iuris" & legum auctoritatibus decantatur", &c. Dat. Id." Iul. Rauenn. Honor. XIII. & Theod. X. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Non obliget poſſeſſionem, niſi ille, qui proprius dominus eſſe dinoſcitur: nam neque per ſeruum, neque per procuratorem, ſiue colonum, aut actorem, aut conductorem, ſi res fuerit obligata, præiudicium domino non poterit exhibere.*

NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. ſi res aliena pignori data ſit*: eiuſque pars rectè quoque repetita, *l.17. Cod. de agricolis cenſitis & colonis.* Iungendæ autem huic quinque aliæ: de quo *in Commentario.*

" *Ioannes* PP. Italiæ ſub Honorio. vid. *Proſopogr.*

" *Nexum* facere, & *obligare*, vt mox vocatur; & in *ipsâ l.* & in Interpret. *oppignorare. Necti.* propriè dicuntur quæ tantùm obligantur: Nexúmque idem quod obligatum, oppignoratum, obſtrictum, obnoxium. v. Varronem, Feſtum. Lex XII. Tab. *Qui nexum faciet mancipiúmve uti lingua nuncupaſſet, ita ius eſto*: Gloſſ. *Nexum.* ὑποθήκη v. & *l.1. π. ne vis fiat ei*: &c. Sic & Græcis Italiotis ὑποθήκη, id eſt, ἐνέχυρα θεῖναι, ὑποθέματα ἐνέχυρα. ὑποθηκευμένος, ὑποθεὶς, apud Heſychium. Qui Hebraica callent, notant pignus *chabal* à nectendo vocari: v. Salm. *de modo vſur. c.14. p.580. & c.18. p.838. & 839.*

" *Facit.* Cod. Iuſt. Hoc noſtrum modo Imperatiuo Legi conuenientius.

" *Obligare.* Cod. Iuſt.

" Prædiorum ſcil. *l. vn. inf. de peculio*: quæ huic inter alias iungenda, ſeu poſſeſſionis: *l. vn. inf. tit. prox.* quæ & ipſa iungenda: de quo etiam haud abſurdè accipi poteſt, *lex 1. Cod. ſi res aliena pignori*: verùm, horum Procuratorum multa mentio *hoc Cod.*

" De *Colonis* paſſim *hoc Codice*: dico plenè inf. *Paratitlo, de fugitiuis colonis.*

" *Iure*, Cod. Iuſt. Hoc noſtrum melius. *Iuris auctoritates* ſunt veteres iuris regulæ: de quo ad *l. 8. ſup. de diuerſ. reſcript.*

" *Declaratur.* Cod. Iuſt. Hoc noſtrum elegantius, *Decantatur*, id eſt, pro certo, conſtituto, definito, tralatitio, paſſiuitus noto. Similiter *l. vn. ſup. ſi certum pet. de chirogr. toto iure* CANTATVM *eſt.* Sua ſcilicet ſunt ICtis quoque carmina & ἄσματα, quomodo & Philoſophis; quo ſenſu illud: *Nobis vt carmina dicunt.* In hâc verò ipsâ re *lex. vn. inf. ne colonus, &c.* ait, *dubium non eſt*: & *lex 2. Cod. in quib. cauſis coloni dominos accuſare*: id ſæpiſſimè decretum.

" V. Id. ita MSS. omnes, & leges quæ *huic* iungendæ.





COMMENTARIVS.

PIGNORI ſeu hypothecæ obligare, ſeu nectere fundum, inuito vel inſcio domino non poſſe, Procuratores poſſeſſionum, vel Colonos aut Actores Conductorésue earum, præmiſſa generali regula, definit *hac* quoque *lege* Honorius Imp. etſi id iam aliunde certum eſſet, & vt ipſemet ait, *iuris & Legum auctoritatibus decantatum*, quæ verba iam in Notis illuſtraui. Hâc inquam *leg.* quæ pars eſt Honorianæ conſtitutionis, vnde deſumptæ ſunt quinque præterea leges aliæ, putà *lex vn. ſup. de actionib. ad potentes tranſl. lex vn. ſup. de pecuniæ ſequeſtratione*: *lex vn. inf. quod iuſſu*: *lex vn. inf. de peculio*: *lex vlt. inf. de executorib.* qua conſtitutione in genere Honorius Imp. Creditorum voracitati & iniquitati occurſum iuit, non vnâ ratione; inter alias contractibus initis cum alienis fundorum Procuratoribus, Colonis, Actoribus & conductoribus, quò pertinet hæc lex, & tres poſteriores è ſuperius deſignatis. ¶ Quod autem hic de pignorandi iure illis adempto definitur, idem & de iure alienandi, ſi qua propria haberent, pariter refertur, ſimili formulâ; *non dubium eſt*, *in l. vn. inf. ne colonus inſcio domino.* Denique indubitati id iuris eſt, per perſonas illas *nullum poſſeſſioni domini inſcio vel inuito domino præiudicium imponi poſſe*, vt hâc ipſa *lege* dicitur. Quæ res vlteriorem non requirit illuſtrationem.

¶ Illa modò quatuor hominum genera *hac leg.* notentur, in alienis poſſeſſionibus conſtitutorum, eaſque colentium vel adminiſtrantium; putà, *Procuratores*, *Coloni*, *Actores*, *Conductores*: quorum paſſim mentio fit *hoc Codice*, & apud alios Scriptores. Addantur & quinto loco *ſerui*, qui & ipſi quatuor ſuperioribus ſociantur, *d. l. vn. inf. tit. prox. quod iuſſu*: & *d. l. vn. inf. de peculio.* De *Procuratoribus* certè his alienorum prædiorum, eorúmque cum ſeruis adæquatione dico *infrà ad l.92. de Decurionibus*: vid. & quæ de his Saluianus Maſſilienſis. De *Colonis* pleniſſimè *inf. paratitlo de fugitiuis colonis.*

# QVOD IVSSV.

## TITVLVS XXXI.

### IV. COD. IVST. XXVI.

¶ QVANDO *actione quod iuſſu dominus teneatur.*

I. * Impp. HONOR. & Theod. AA. Ioanni PF". P. Poſt alia.

DOMINOS ita" conſtringi manifeſtum eſt actione Prætoriâ", quæ appellatur, QVOD IVSSV, Si *certam" numerari* præceperint *ſeruo actorive pecuniam.* Igitur in perpetuum Edictali lege ſancimus, Vt qui Seruo, Colono", Conductori, Procuratori, Actorſve" poſſeſſionis pecuniam commodat", ſciat dominos poſſeſſionum, cultorésve terrarum, obligari non poſſe: neque familiares epiſtolas, quibus homines plerunque commendantur" abſentium, in id trahere conuenit, vt pecuniam quoque, quam non rogatus fuerat, impendiſſe ſe pro prædiis" mentiatur; cùm niſi ſpecialiter, *Vt pecuniam commodet"*, à domino fuerit poſtulatus", idem dominus teneri non poſſit; creditáque quantitate multari volumus creditores, ſi huiuſmodi" perſonis, non iubente domino, nec fideiuſſoribus ſpecialiter acceptis, fuerit commodata" pecunia. Dat. VII". Id. Iul. Rauennæ, Honorio XIII." & Theod. X. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Nullus dominum ad reddendum debitum*, ſicut hucuſque fiebat", *adſtringat, niſi ſeruo ſuo, vel actori pecuniam rogante domino præſtitiſſe conuicerit. Et ideò ſi quis ſeruo, colono, conductori", procuratori, vel actori pecuniam non rogante domino dederit, ſciat dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus poſſe teneri. Sed qui non rogante domino pecuniam talibus perſonis crediderint, aut fideiuſſores non acceperint, ea quæ commodata ſunt ſe nouerint perdituros, nec à domino poſſe repoſci.*

NOTÆ.

* *Lex vlt. C. quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt*, ex *hac l.* & *l. vn. inf. tit. prox.* conflata eſt: Quænam autem coniungendæ ſint leges aliæ, iam dixi ad *ſuperiorem titulum.*

" *Ioannes* ſub Honorio PP. Italiæ ſcil. v. *Proſopogr.*

" Id eſt, ita demùm.

" Prætoris Edicto comprehenſa.

" An idem fuerit, ſi incertam? Mox dicam.

" De Colonis *v. inf. de fugit. col.*

" In Cuiac. edit *procuratoriue* omiſſa voce actori.

" *Commodare*, hic, & rurſum infrà, bis, & ſic ter in vniuerſum *hac l.* vt & in Interpretatione, pro mutuum dare;

*commodatum*, & *mutuum* promiſcuè dicuntur, quomodo & apud Græcos χρῆσαι vtrumque contractum demonſtrat. Eſt enim mutuum, commodatum ad abuſum, ſicut commodatum, mutuum ad vſum. Plautus in *Perſa Actu 2. ſc. creditur? commodabo.* Vetus colloquium Schol. χρῆσόν μοι πέντε δηνάρια. *commoda mihi quinque denarios.* Gloſſæ verborum iuris, *commodatum* δανεισμόν; *commodator* δανειστής, Cornelius Fronte *de different. lat. ſerm. commodat mutuam pecuniam, accomodat, aptat* Iſidorus ex vetuſtiore aliquo, *promittere, commodato reſtitutionem dixit*: Sidonius Apoll. 1. *Ep. 24. vt commodata ſumma ſoluatur.* Canone 16. Cod. ſc. *commodare pecuniam*, vid. & *l. 1. Codice de his quæ ex public. conlat.* Cicero pro *Cælio ſent. 32. 33.* vbi errat Lambinus qui aliter accipit, v. & Acron. *in Horat.* videatur & vetus Interpres *Pſalmo 120. Benignus homo qui miſeretur & commodat.* Aurelianenſis Synodus tertia, *cap. 26. ne clericus pecuniam commodet ad vſuras.* At Tribonianus vitandæ obſcuritati, ter hanc vocem, *hac l.* immutauit, & hic quidem ſubſtituit *mutuam dat*: vt *inf.* mox *pecuniam præſtet*, loco *pecuniam commodet*: & inf. *pecunia credita*, pro *commodata.* Diatribæ auctor de *Mutuo*, *p. 26.* obſeruat, Atticos ſimiliter χρῆσαι, & χρησμεύειν, vel χρησιμεύειν dixiſſe, de omni quod vtendum alicui datur, ſiue id mutuum ſit, ſiue commodatum. Plura vide apud eundem *diſquiſ. de mutuo*, *p. 380.* & hic quidem ſubſtituit, *mutuum dat.*

" *Commendant abſentes.* Ita Tribonianus *homines* videlicet pro dominis hoc loco accipiens, cum *homines* ſint in *hac l.* ipſi ſerui actores, & de quibus dicam *infr. ſuo tit. lib. 10. de conductoribus*, *& hominibus domus Auguſtæ.*

" Abeſt hæc vox à Cod. Iuſtiniani, quod factum *non oportuit.*

" *Specialiter*, id eſt expreſsè; non ſufficit ſcilicet commendaſſe.

" *Præſtet*, ità C. Iuſtin.

" *Vel poſtulatum.*

" *Credita* ita Tribonianus.

" Seruis colonis, &c. alienis.

" *XIII*. V. vt eſt in MSS Anianicis, & in Cod. Iuſtin. & in Legibus quas *huic* coniungendas eſſe dixi.

" XVI in An. Reg. malè, in Cuiacij edit. *cultori.*

" *Præſtare pecuniam*, pro mutuam dare, quod & hodie dicimus: ſic quoque in legibus Salicis Francicis, imò & apud Saluianum.

## COMMENTARIVS.

PRætoriâ QVOD IVSSV, actione non teneri dominum definit *hac leg.* Honorius Imper. Si quid citra eius mandatum ſeruo, Colono, Conductori, Procuratori, actori, creditum quaſi pro prædiis fuerit, creditorémque adeò creditã pecuniã omninò amittere, ſi citra mandatum crediturus fideiuſſores non accepit: (nam ſi accepit, fideiuſſores conuenire poteſt) quæ lex, vt ad *ſuperioris tituli leg. 2.* iam oſtendi, prolixæ Honorianæ conſtitutionis pars eſt, quâ Creditorum voracitati potiſſimùm occurrit, qui in necem dominorum ſeu fundorum cum illis contrahebant. Claudicat proinde hic contractus, & fideiuſſio tenet, vbi principalis nullus eſt. Neque inutilis prorſus hic contractus eſt; verùm domini tantùm reſpectu: dominus enim non tenetur, niſi duobus his concurrentibus. ¶ Primùm, ſi nominatim, & vt hæc *lex* loquitur, SPECIALITER CREDI IVSSERIT, φανερῶς, ἰδικῶς. Neque enim ſufficit dominum abſentem per *familiares Epiſtolas* (de quibus alioquin dixi ad *leg. 5. inf. de pactis*,) homines ſuós alteri commendaſſe. Nam qui hoc facit, commendat magis hominem, quàm credi mandat; *l. ſi verò, 12. §. 12. ff. mandati. Commendandi* verbum, ad crediti cauſam trahendum non eſt: Aliud eſt *commendare*, aliud mandare. Ita ſi quis in teſtamento ſcripſerit, *Illum tibi commendo*, non ideò fideicommiſſum his verbis inducitur. Aliud enim eſt perſonam commendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis heredibus inſinuare, *l. 11. §. 2. ff. de legat. 3. l. 12. C. de fideicommiſſ. libert.* Et Paulus 4. *ſentent. tit. 1. §. 6.* Verbum *commendo*, nullam parit neque fideicommiſſi, neque crediti actionem; vt nec qui alium commendat, quaſi idoneum cui pecunia credatur, ideo obligatur. ¶ Alterum quod requiritur, vt dominus actione *Quod iuſſu* teneatur, eſt vt CERTAM [ῥητὴν] pecuniam ποσότητα credi mandauerit: Id enim *hac l.* nominatim exprimitur. Et certè Honorio propoſitum fuit vt dixi hoc Edicto, creditorum voracitati occurrere, vt docuit iam nos exertè *lex vn. ſupr. de action. ad potent. tranſlatis*, quæ *huic* noſtræ inter alias coniungenda eſt. Certam igitur pecuniam exprimi mandato dominico voluit, ne alioquin colluſioni creditorum cum ſeruis, aut actoribus in necem domini locus eſſe poſſet: Et vt lex noſtra loquitur, *impendiſſe ſe pro prædiis mentirentur*; CALLIDITATEM ſerui in ſimili prorſus vocat *lex 3. §. ſed ſi ſic. 9. ff. de in rem verſo.* Quæ ratio non tantum ſuperiori requiſito, verùm & huic quoque aptari debet. Vt proinde fallatur Bulgarus, quique eum ſecuti ſunt, qui pecunia indefinitè à domino credi ſeruo vel actori mandata, dominum actione *Quod iuſſu* teneri in ſolidum putant. Ex ſuperioribus enim conſtat liquidò, abrogatam hac parte *legem primam §. 1. ff. eod. tit. Certa* denique non incerta ſeruorum nomina probat hæc lex.

¶ Cæterùm, quod de pecuniâ prædiis creditâ nominatim *hac l.* cauetur, inde ſic colligi poſſe videtur, humanitatis ratione, ſi quid in morbum aut aliam huiuſmodi rem is cui commendatus eſt, ſeruus impenderit, eius nomine dominum commendantem teneri, & quidem ipſâ actione *quod iuſſu.*





# DE PECVLIO.

## TITVLVS XXXII.

### IV. COD. IVST. XXVI.

¶ HONORII *Lex, de actione de peculio.*

1. * Impp. HONOR. & Theodoſ. AA. Ioanni PF. P. Poſt alia.

HOC QVOQVE" creditoribus non negamus, Vt ſi liber à rationibus fuerit quas regebat" inuentus Actor, Seruus, Procuratórve prædiorum, vtilis actio pateat de peculio, &c. Dat. V. Id. Iul. Rauennæ" Honor. XIII. & Theodoſ. X. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Hoc* ſanè *creditoribus volumus eſſe præſtandum, vt Actor, vel Seruus, ſiue Procurator poſſeſſionis, qui pecuniam à creditore ſuſceperit, ſi nihil de rationibus ſuis domino debuerit, pro pecunia, quam accepit de peculio quod habet creditoribus reddat.*

## NOTÆ.

* Legis *vltimæ Cod. quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt*: poſtrema pars hinc deſumpta eſt. Coniungendæ autem *huic* leges quædam præter *l. vn. ſup. quod iuſſu*, & *l. vlt. ſup. de pignor.* (qui duo tituli hunc proximè præcedunt) nempe *lex vn. ſup. de act. ad pot. tranſl. lex vn. ſup. de pec. ſequeſtr. lex vlt. inf. de executor.* Ita quidem vt *hæc* ſuperiori illi *l. vn. quod iuſſu*, ductim iungenda ſit; quomodo & Tribonianus eam illi ſubtexuit *d. l. vn. quod cum eo.*

" Non tantum illud quod *fine legis vnic. ſup. tit. prox.* creditori conceditur. Tribonianus hoc initium immutauit; de quo mox.

" *Regebat.*

" Abeſt à Cuiac. edit.

## COMMENTARIVS.

QVI SINE IVSSV domini Actori, Seruo, Procuratoríve prædij alieni credit credito ſuo regulariter cadit. Hæc creditorum voracitati pœna propoſita *hâc* Honorij *Conſtitutione* (quâ in vniuerſum creditorum voracitati occurſum iuit, cuiúſque *hæc* noſtra vnà cum *leg. vn. ſup. tit.* pars eſt) confirmatur: Exceptionibus tamen ex iure veteri pariter ſubiectis ſeu repetitis. *Hoc*, inquit, *creditoribus non negamus.*

Primum ſcilicet *fideiuſſores*, ſi qui acceſſerunt, rectè conueniri poſſunt, *l. vnic. in fin. ſup. tit. prox. quod iuſſu*: (quæ huic inter alias iungenda eſt) cui ſtatim ſubiicitur hæc altera exceptio (quæ his verbis indicatur, *Hoc* QVOQVE *creditoribus non negamus*:) ſcilicet etſi creditor aduerſus dominum ipſum actione, *Quod iuſſu*, experiri non poſſit, poteſt tamen de peculio ſaltem agere vtili actione, ſi videlicet Actor, vel Seruus, vel Procurator) idem de colono dicendum, cuius mentio fit & in *d. leg. vn. quod iuſſu*:) liber à rationibus fuerit: Peculium enim ſerui ſemper intelligitur deducto eo quod domino debetur à ſeruo rationibus obnoxio: lex & definitio peculij hæc eſt, *l. 5. §. vlt. l. 9. §. 2. & vlt. ff. de pecul. l. 53. ff. ſoluto matrim.*

Atque ita hæc *lex* cum *leg. vnic. ſup. tit. prox. quod iuſſu*: coniungenda eſt, ductímque ſubiicienda; quomodo etiam fecit Tribonianus in *d. l. vlt. Cod. quod cum eo qui in al. pot. eſt*: Sed tamen vinculo iſto, *Hoc* QVOQVE, omiſſo; quod inſertum magnam vim habet non tantùm ad ſeriem orationis, verùm etiam ad ſenſum. Sanè his coniunctis, copulæ iſtius QVOQVE..... & ratio elucet: quæ alioquin ſi ſola legatur, non habet quò referatur. Nam & hoc exemplum eſt incogitantiæ eorum qui Codicem hunc concinnarunt, de quo *in Prolegomenis.* Vice verſa cùm Tribonianus hoc *huius leg.* initium immutauit, elegantem eius cum ſequente connexionem & συνέχειαν ſuſtulit. Ex hoc interim loco ſatis apparet, Tribonianum non ad manum habuiſſe integras Imperatorum conſtitutiones, cùm Codicem ſuum conficeret; verùm ſecutum & ſectatum cum huius Codicis Theodoſiani ἀποσπασμάτια ſeu ſegmenta, quæ deinde ipſe pro libitu ſuo refinxit, interpolauit.

¶ Illud tandem notandum, etſi Colonorum *hac leg.* mentio non fiat, de quibus tamen eâdem conſtitutione alibi actum, vt docet *lex vlt. ſup. de pignor.* & *l. vn. quod iuſſu*: (quæ *huic* inter alias ſociandæ ſunt) idem tamen in his obtinere: nam & hi quandoque peculium habebant: de quod vid. Paratitlon, *infr. de fugitiuis colonis*, & *tit. ne colonus inſcio domino ſuum alienet peculium.*

# DE VSVRIS.

## TITVLVS XXXIII.

* IV. Cod. Ivst. Tit. 32. Vbi tamen omnes huius tituli Leges abſunt. De cauſis dicam ad ſingulas. Hùc pertinet quoque titulus *libri 4. infr. de vſuris rei iudic.*

### PARATITLON.

1 VSVRÆ: *Rubr. & l. 1. 2. 3. & 4. h. t.* ſeu fœnus, *d. l. 4. & l. 18. Inf. de luſtrali conlat. l. vn. de vſur. rei indic.* (à quo & fœneratores, *d. l. 18.*) quibus opponitur caput ſeu ſumma capitis, *d. l. vn.* ſumma crediti, *l. 1. h. t.* & comparatè ad eam ſunt, & dicuntur acceſſio: *l. vlt. infr. de adminiſtr. & peric tutor.* (indéque creſcentis in dies ſingulos pecuniæ acceſſio, *d. l. 18. infr. de luſtr. coll.*) commodum vſurarum, *l. 1. h. t.* incrementum, *d. l. vlt.* Compendium, Interpreti, *ad d. l. vlt.* ſuperflua pars vſuræ nomine, *d. l. 1. h. t.* Iure ſcil. permiſſa: *l. 2.* ſeu definita, *l. vlt.* quam in ſtipulationem deductam, *l. 3. 4. h. t.* vid, & *l. vn. de vſur. rei iud.* creditores pro ſumma crediti, *d. l. 1. h. t.* pro capite, *d. l. vn.* pro ſorte, *l. 3. & 4.* mutuâ data, *l. 1.* pro debiti quantitate, *d. l. 1.* à debitoribus conſequuntur & accipiunt, *d. l. 1.* quandiu creditores ad recipiendum debitum non conueniuntur, in ſp. *d. l. 1.* (id eſt, quandiu debitores debitum non offerunt,) ſi inquam debitor vel iudicio eam non offerat, vel apud Iudices obſignatam locet, *l. vn de vſur. rei iud.*

2. Modvs porrò vſuris certus, hoc potiſſimùm iure, definitus fuit: vltra quem ſtipulari quidquam, vel cuiquam ſub occaſione neceſſitatis, vel emere ſeu poſcere, aut flagitare non liceret: *l. 2. & 4. h. t.* Senatores quippe nullas aliquando, exceptis minoribus Senatorij Ordinis, vt docet *lex 3. h. t.* mox ſemiſſes tantum vſuras ſtipulari potuerunt; *l. vlt. h. t.* Et regulariter, ex Conſtantini M. conſtitutione, fœneratores pro pecuniâ ſingulas tantùm centeſimas accipere potuêre *l. 1. & 2. h. tit.* pro frugibus verò mutuo datis, tertiam partem ſuperfluam vſuræ nomine non vltrà conſequi potuêre: *d. l. 1.* Pœnâ alioquin quadrupli modum excedenti impoſitâ: *l. 2. h. tit.* atenim *l. vlt. h. t.* non vltra pœna conſtituta, quàm vt quod modum excederet, in ſortem imputaretur.

3. Peculiaris quoque quædam quarundam vſurarum ratio habita: veluti pupillarium, de quibus, *l. vlt. inf. de admin. & peric. tutor.* item rei iudicatæ; de quibus *ſuo tit. inf. lib. 4.* & quæ duplices centeſimæ erant.

4 Tandem & illud obſeruandum fœneratores quoque, qui fœnori ſtudentes creſcentis in dies pecuniæ acceſſione lætabantur, haud aliter ac negotiatores luſtrali collationi obnoxios fuiſſe: *d. l. 18. inf. de luſtr. coll.*

---

### ¶ *De* Modo *vſurarum, Conſtantini M. conſtitutio.*

1. * Imp. Constantinvs A. ad Dracilianum [a], Agentem Vices" P. P.

Qvicvnqve fruges (humidas vel [c] arentes) indigentibus mutuas dederint, vſuræ nomine tertiam partem ſuperfluam [d] conſequantur †: id eſt, vt ſi ſumma crediti" in duobus modiis fuerit, tertium modium amplius conſequantur. Quòd ſi conuentus creditor, propter commodum [e] vſurarum, debitum recuperare [f] noluerit, non ſolum vſuris, ſed etiam debiti quantitate priuandus eſt. Quæ Lex ad ſolas pertinet fruges: Nam pro pecuniâ vltra ſingulas Centeſimas creditor vetatur" accipere. PP. Cæſareæ [g] XV. Kal. Maias, Paulino & Iuliano Coss. [325]

Interpretatio *. *Quicunque fruges humidas, (id eſt vinum & oleum,) vel quodcunque annonæ genus alteri commodauerit", non plus ab eo propter vſuram quàm tertiam partem accipiat, id eſt, vt ſupra duos modios qui accepit tertium reddat. Quòd ſi conuentus fuerit ille qui commodat, & pro maiore vſura noluerit debitum ſuum, adiecto tertio modio, à debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad ſolas fruges præcipimus pertinere. Nam quando pecunia fuerit commodata, niſi vnam tantum centeſimam à creditoribus exigi non" iubemus.*



### NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à *Cod. Iuſtin.* ideò, quia frugum fœnerationi Iuſtinianus centeſimæ modum impoſuit, *l. 16. §. 1. C. h. t.* Qui modus eidem placuit *Nouella 32. 33. 34. cap* 1 vnde deſumpta eſt *Auth. ad hæc, Cod. de vſuris.*

a. in Cuiac edit. malè *Tracilianum*, Draciliano huic inſcribitur quoque anno proximo 326. (verùm dignitate omiſſa) lex 1 *inf. de hæreticis.* Eiuſdem fit mentio in epiſtola Conſtantini M." ad Mazarium Ep. Hieroſolymitanum apud Auctorem *vitæ Conſtantini, lib. 3. cap. 30* (quam etiam refert Baronius anno proximo 326. *n. 31.*) & Socratem *lib. 1. c. 9. p. 250.* Theodoretum *lib. 1. cap. 17.* vbi disertè dicitur, διέπων τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων (malè apud Auctorem illum *vitæ Conſtantini* ὑπάρχων) τὰ μέρη: opponitúrque τῷ τῆς ἐπαρχίας) id eſt, *ſingularis Prouinciæ,* Palæſtinæ ſcilicet) ἄρχοντι. Quem etiam locum eſt aſſecutus Interpres.

" *Agentem Vicarium P F. P.* ita MSS. quidam. Hoc noſtrum melius. Agens vices Præfecti prætorio, pro *Vicario*: de quo ad *l. 4. inf. de proximis*: & mox *in Commentario.*

b. per Orientis diœceſim aliquam: ſicut *huius l.* ſubſcriptio docet, vt & ſubſcriptio *d. l. 1. inf. de hæreticis*: quæ ſic habet *PP. Generaſto*, de quo ad *eam leg.* in quâ & Palæſtina erat, quod ex prædicta Conſtantini M. epiſtola liquet.

c. *Frugum* duæ ſpecies aliæ humidæ, aliæ arentes: *humidæ* ſunt vinum oleum: vt Interpres etiam hîc rectè explicat: *arentes* verò ſunt meſſes, puta frumentum, hordeum, & quodcunque annonæ genus, vt idem Interpres rectè. Dicuntur & *aridi* fructus: *l. 15. infr. de ſuſceptor. & l. vlt. in f. de iure fiſci: l. vlt. C. de ſeruit. & aqua* ξηρὰς καρποὺς vocat Nouella 32. 34. Varro 1. *de re ruſtica, cap. 13. Fructus aridos vt eſt faba, fœnum.* Auguſtinus *ep. ad Victorianum 122.* benè diſtinguit: *Fructus aridos*, inquit, *diripiunt, humidos fundunt.* Eandem fructuum diuiſionem proponunt & qui de menſuris & ponderibus ſcripſerunt, & in his Galenus.

d. *Superfluum* eſt quod ſortem excedit, ſeu ſorti accedit: breuiter, vſura. Alioquin in genere additamenta vſurarum dicuntur: *l. 16 & 23. Cod. eod.* acceſſio & incrementum. v. *Paratitl.* τὸ πλεῖον Græcis, quod τῷ ἴσῳ, id eſt, mutuo opponitur, Ariſtot. 8. *de morib. 15. & 5. Nicom. 3.* πλεονεξία, Baſilio *in Pſalm. 141. ſuperabundantia & abundantia* Hieronymo *loco* quem mox laudabo: Sidonius quoque 4. *Ep. 24 ſuperimpoſitam medietatem* eleganter vocat, cùm ſortem vſura æquat.

" Id eſt conſequi poſſint.

" Summa capitis *l. 1. de vſuris rei ind.*

e. *Commodum* de vſuris propriè Voluſius Mæcianus. *Centeſima quæ commodi aut vſurarum nomine ad ſortem applicaretur*: ſic & Acroni in *Horat. 2. Epodon, commoda fœnoris*, vbi de Alphio fœneratore.

" Huc alludere videtur Papianus *tit. 30.*

f. *reciperare.* in MSS. quibuſdam recipere.

" *vetetur.*

g. *Cæſareæ* propoſita hæc lex. Quænam verò Cæſarea hæc? num Cæſarea Cappadociæ, an Palæſtinæ? De hac id accipiendum, de quâ plura mox: & ad *l. 1. inf. de hæreticis.*

* In Leges Viſigothicas hæc Interpretatio recepta eſt *lib. 5. tit. 5. l. 9.* Media tamen ſententia eius omiſſa, ab illis verbis, *Quod ſi*, ad illa vſque, *Quam rem* Quod cùm Vir doctus non attenderet, tradidit hanc Viſigothorum legem ad exemplar Conſtantinianeæ formatam. Imò enim pura eſt Interpretatio hinc deſumpta, vbi ideò *Antiqua* vocatur.

" *Commodare*, pro mutuo dare: ſic & alibi paſſim.

" *Non iubemus*, pro inhibemus v. *Gloſſ. Th.*

### COMMENTARIVS.

Contantini M. conſtitutio iſthæc eſt *de modo vſurarum*: quâ Chriſtianus Princeps, & quidem inter Imperatores primus, vſuris ſeu fœnebri malo, modum fibulámque impoſitum iuit, A. D. 328. ita quidem vt *Frugum* vſuras maiores longè, pecuniæ verò minores faciat; ſed tamen minores vtraſque quàm hactenus prauè vſurpabantur. Frugum ſcilicet ſeu ſpecierum annonariarum vſuræ iam olim quàm pecuniæ maiores erant. Vnde fraus illa creditorum, qui pecuniâ mutuò datâ, frugum tamen vſuras, *& additamenta* ſtipulabantur: cui fraudi occurritur *l. 16. C. de vſuris.* In tantum verò maiores erant, déque iure eſſe poterant, vt immodicæ nullóque certo modo definitæ eſſent, vt præter hanc *leg.* teſtatur quoque *d. lex 16. & l. oleo 23. C. de vſuris* (vbi *additamenta*, pariter vt *d. l. 16.* propriè de frugum vſuris dicuntur:) & quæ *ibi* rectè Græci notant. Pecuniæ verò centeſima quidem de iure tantum eſſe poterat, ſed tamen mores in poteſtatem ſuam alicubi Leges perduxerant, maioréſque iam in vſu erant: verùm Conſtantinus M. vt veterem & centeſimariam pecuniæ vſuram *hâc l.* firmatam, ita primus frugum vſuris modum præſtitutum iuit: quantum videlicet dimidia pars ſortis eſſet, ſic vt vſura ſorti adiecta tertiam partem totius conſtitueret, ſeu (vt *hâc l.* dicitur, *tertiam partem ſuperfluam*: ſuperfluam, id eſt ſorti accedentem [quomodo & πλεονασμὸν vocat Baſilius,) v. g. *ſi ſumma crediti in duobus modiis fuerit, tertium amplius creditor conſequatur*; vt expreſsè Conſtantinus *h. l.* definit: vel, vt Interpres apertiſſimè quoque, *ſic vt ſuprà duos modios qui accepit tertium reddat.* Eas igitur frugum vſuras tulit Conſtantinus M. quæ dimidiam partem ſortis æquarent: Quas tamen damnauit poſtea Hieronymus *in Ezechielem*: cuius verba mox conſignabo.

¶ Atque hæ ſunt omninò vſuræ illæ ἡμιολίαι, quæ Clericis nominatim interdicuntur hoc ipſo anno 32. Concilij Nicæni *canone* 17. (cuius verba ſub finem *Commentarij* ſternam), vt & *canone* 4. Concilij Laodiceni: vt Thomas Aquinas rectè expoſuit *de vſuris, cap. 2. in f.* rectéque etiam aſſeruit Contius 2. *ſubceſiu. cap. 2. in fin.* & ex parte quoque vidit Doctor Pariſienſis, *tract. de vſuris, q. 1. num. 37.* Franciſcus Balduinus pro certo aſſerere auſus non fuit. Nicæni canonis verba hæc ſunt: Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνειν ἐκ μεταχειρήσεως, [μεταχειρίσεως] ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται, id eſt. *Quoniam plerique qui in canone recenſentur, auaritiam & turpem quæſtum ſectantes, obliuiſcuntur diuinæ ſcripturæ* [*Pſalm.* 14.] *dicentis, pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: & fœnerantes* Centesimas *exigunt, æquum cenſuit ſancta & magna Synodus, vt ſi quis inuentus fuerit, poſt hanc definitionem, vſuras ſumere ex mutuo, vel aliter eam rem conſectari,* [Dionyſius vertit, *ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotiũ tranſigere*] *aut,* Ses-

Cvpla

CVPLA *exigere, vel omninò aliquid aliud excogitare turpis lucri causâ: à clero deponatur, & alienus à canone exiſtat.* Id ita reddidit Rufinus: *Ne quis Clericus aut vſuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem quod ſolet in nouo datum, vel* SESQVIPLVM, *vel etiam duplum recipiat.* Canonis Laodiceni verba ſunt iſta: περὶ τῦ μὴ δεῖν ἱερατικὸς δανείζειν, καὶ τόκυς καὶ τας λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν. Quæ ita rectè Dionyſius Exiguus, & Codex Eccleſiæ Romanæ vertunt: *vel quæ dicuntur ſeſcupla, id eſt, & ſumma capitis, & dimidium ſummæ.* Hemioliæ ſcilicet iſtæ nil aliud ſunt, quàm cùm tertia pars ſorti vſurarum nomine accedit, ſeu vt Dionyſius Exiguus, *cùm ad ſummã capitis dimidium ſummæ accedit.* Quod vel nominis indicio manifeſtè apparet. Heſychius expreſsè ἡμιολία, ἡ δίκροτος ναῦς τὸ ἥμισυ τῦ κεφαλαίυ. Et rurſùm ἡμιόλιος δίκροτος καλεῖται ὃ καὶ ἀριθμὸς καὶ λόγος τὸ ἓν καὶ ἥμισυ. & Suidas, ἡμιόλια τὸ ἥμισυ τῦ κεφαλαίυ. & rurſum ἡμιόλιος ἐστὶν ἀριθμὸς ὁ ἔχων ὅλον καὶ τὸ ἥμισυ αὐτῦ. Indéque & ἡμιολισμὸς apud Harpocrationem, & eundem Suidam. Quin & Gellius quoque *lib.* 18. *cap.* 14. inter vocabula numerorum Græca, quæ paria in lingua Latina non haberent, hemiolion ponit, & definit: *Eſt autem,* inquit, *hemiolios, qui numerum aliquem totum in ſeſe habet, dimidiúmque eius vt tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti.* Idémque addit ita quoque *Epitriton* dici, *qui habet totum aliquem numerum & eius partem tertiam.* Sic ſanè ſpeciatim quoque ὀψώνιον ἡμιόλιον apud Suidam: δίδωσι τὸ ὀψώνιον ςρατεύειν αἱρυμένοις παρ' αὐτῦ ἡμιόλιον τῦ νῦν διδομένυ. Ita & περόνες ἡμιολίαι, *fibulæ hemioliæ* Herodoto *lib.* 5. *p.* 201. vbi agit de Argæis & Æginenſibus mulieribus, νόμον εἶναι παρά σφισι ἑκατέροισι τὰς περόνας ἡμιολίας ποιέεσθαι τῦ τότε κατεςῶτος μέτρυ. Et mox: περόνας ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐφόρεον μέζονας ἢ πρὸ τῦ. Vbi rectè Interpres ἡμιολίας περόνας interpretatur fibulas ſeſcuplas, menſurâ quam tum conſueuerat dimidio maiores. Sic in Muſica quoque Symphonia ἡμιόλιον appellatur ſeſquitertia proportio, quam duo faciunt ad tria collata, teſte Cenſorino, *de die natali, cap.* 10. Hemioliæ igitur vſuræ, vbi tertia pars ſorti accedit. Quod *ſeſcupla* rectè vertunt Interpretes canonum illorum, & Dionyſius Exiguus: Gloſſæ veteres ἡμιόλιον *ſeſcuplum.* Quomodo & *ſeſcuplares*, vel *ſeſcuplarij milites*, Vegetio & Hygino *in Gromatico*, qui ſeſcupla cibaria accipiebant: vt *duplicarij*, ſeu *duplares*, qui duplicem annonam conſequebantur. Poſſis & *ſeſqualtera* exponere: Gloſſæ veteres, *ſeſqualtera* ἡμιολία. Eáque eſt proportio ſeſqualtera, de qua Theonis commentarij ad *lib.* 7. *Euclidis. Ses, & ſeſqui* ſcilicet ἡμιόλιον ſignificat: de quo vid. & quæ Budæus *initio libri de Aſſe.* Hæc cùm ita ſint, canonis Laodiceni Interpretis error eſt, qui ἡμιολίας interpretatus eſt centeſimas, Contrarius Græcorum, Zonaræ, Balſamonis, & Blaſtaris error eſt, cùm *prædicto canone Nicæno* 17. vſuras ἡμιολίας pro ſemiſſibus tantùm vſuris, ſeu dimidia centeſimæ accepêre, quaſi τὸ ἥμισυ τῦ ὅλυ τόκυ, quæ aliàs dimidia Centeſimæ dicitur *l. vlt. Cod. de fiſcalibus vſuris.* Item lapſus eſt Cuiacij, *recitat. ad l.* 20. *Cod. de vſuris*, ἡμιολίας vſuras beſſes interpretatus eſt, quæ & ipſæ, inquit, etſi moderatæ eſſent & leuiores, atque ab aliis vſurparentur, Clericis interdictæ fuerint. Nam imò ἡμιολίαι maximæ omnium vſuræ erant, ſed quæ tamen tolerabiliores multò videbantur, eâ ratione qua de mox plura. Neque melius alij, & in his quoque Hotomannus, & poſtumus Scalig. *de re nummaria p.* 95. cùm ἡμιολίας interpretentur vſuras ſeſqualteras, ſeſquicenteſimas, id eſt, cum 18. in centum annum præſtantur, ac proinde centeſima cum dimidia centeſimæ. Malè, inquam, & ex eodem erroris fonte quo Zonaras, Balſamo, & Blaſtares inducti ſunt, qui ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τῦ τόκυ ſeu κυφότερον τόκον, ἥττονα dixerunt: neq; enim ἡμιολίαι dictæ fuerunt, centeſimæ reſpectu: ecquis enim centeſimam ὅλον dixit? verùm reſpectu ſortis, capitis, ſummæque: quæ ſanè ὅλον eſt & κεφάλαιον, τὸ πᾶν, *ſumma, caput*, ſeu ἀρχαῖον, ac proinde, *hemiolia* vſura eſt, cùm vſura τῦ ὅλυ ſeu τῦ κεφαλαίυ ἥμισυ, ſeu ſortis dimidiam partem conſtituit, quod eſt ἥμισυ τῦ παντὸς, vel cum vſura ſorti iuncta, ὅλον, & ὅλυ τὸ ἥμισυ conficit: non verò vſura ſemiſſis; non beſſalis, non centeſima, non ſeſquicenteſima. Deſcribit porrò eas quoque Chryſoſtomus *homilia* 61. *edit. Sauil. p.* 390. Pariſ. 62. *in Matthæum, p.* 667. vbi agens de diuitum in agricolas immanitate, inter alia hæc ſcribit: Καινὰ δὲ καὶ νῦν τόκων ἐπινοῦσι, καὶ ὐδὲ τοῖς αὐτοῖς ἑλλήνων νόμοις νενομισμένα καὶ δανεισμάτων γραμματεῖα, πολλῆς γέμοντα τῆς ἀρᾶς συντιθέασιν; ὐδὲ γὰρ ἑκατοςὴν τῦ παντὸς, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῦ παντὸς ἀπαιτεῖν βιάζονται. Vbi vides Chryſoſtomum hemiolias vſuras vocare τὸ ἥμισυ τῦ παντός. Sed & alter hic de iiſdem vſuris eiuſdẽ Chryſoſtomi locus videri poſſit, *ſermone* 1. *de Anna*: qui incipit ἐπειδὰν ξένον, *tomo Pariſ.* 2. *p.* 958. καὶ καθάπερ πολλοὶ τῶν γηπόνων ἐν πενίᾳ ζῶντες ἐσχάτῃ, καὶ ἀργύριον ὐκ ἔχοντες ὥστε μόσχον ἢ πρόβατον πρίασθαι, ἐφ' ΥΜΙΣΕΙΑ παρὰ τῶν δεσποτῶν αὐτὰ λαμβάνυσιν ἀπὸ τῶν μελλόντων καρπῶν τὴν τιμὴν ὑπισχνύμενοι καταβαλεῖν, &c. Verùm hic locus ad paniarium potius colonum referendus eſt. Hieronymi certè de his frugum vſuris egregius eſt locus *in Ezechielem, lib.* 6. *c.* 18. *fol.* 206. qui etiam refertur in Concilio Pariſienſi 6. *cap.* 53. quo has hemiolias vſuras graphicè deſcribit ſimul & proſcribit: Qui ad hanc *leg.* & vel maximè facit, quod hæc lex ad Palæſtinam pertinet (mox vt oſtendetur) & ipſe Hieronymus Palæſtinæ incola fuerit: verba eius hæc ſunt; *Solent in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarúmque* SPECIERVM *vſuræ exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, abundantiæ: verbi gratia, vt hyemis tempore demus* DECEM MODIOS: *& in meſſe recipiamus* QVINDECIM, *hoc eſt*, AMPLIVS PARTEM MEDIAM: *Qui iuſtiſſimum ſe putauerit, quartam plus accipiat portionem. Et ſolent argumentari*, & quæ ſequuntur quæ in ratione harum hemioliarum reddenda, mox apponemus. Vbi vides ἡμιολίας graphicè deſcribi non minus quàm *hac l.* nempè cùm vltra ſortem media pars amplius pro vſura datur: eandémque proportionem quæ *hâc l.* obſeruari lex noſtra ait: vbi *duobus modiis datis tertius modius* vſuræ nomine præſtatur. Hieronymus ait, vbi *decem modiis datis quindecim* præſtantur. Atque vt ipſa vſura Græcè *hemiolios* dicta, ita Latinè *ſeſquiplum*, vel *ſeſcuplum*, vt iam antea oſtendi. Dici potuerunt & *ſeſqua*, Gloſſæ *ſeſquas*, ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. & Dydimus, τὸ δὲ σηςερτιος σύνθετόν ἐστι ἀπὸ τῦ ση, καὶ τῦ κυμ, καὶ τῦ ἄς, καὶ ἐστὶν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ. ὅτι ἐστὶν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. Eadem ratione, quod Budæus res notauit *ſeſcunx*, & *ſeſcuncia*, hemioliam rationem ad vnciam habet, & *ſeſquipes* ad pedem.

Atque hæc quidem ita de modo hemioliarum vſurarum aduerſus erroneas aliorum interpretationes, iam olim in ſpecimine huius Codicis ſcripſeram, quod & præſtantiſſimus vir Hannibal Fabrotus *in enarratione ad* 4. *Paratitlorum Cuiacij in Codicem p.* 319. retulit: antequam controuerſia de hemioliis vſuris inter Viros doctos poſteà oriretur. Et deinceps tamen Vir doctus iuris Canonici alioquin peritiſſimus *in diſſertationibus Canonicis, p.* 216. 217. 218. Cuiacij ſententiam defendere conatus, & ipſe hemiolias, beſſes vſuras interpretatus eſt. 1. Quaſi Canonum Nicæni & Laodiceni hic ſenſus ſit, non tantum centeſimas, id eſt grauiſſimas vſuras clericis prohiberi, verùm etiam leuiſſimas & modeſtas, vt ſcirent omninò ſibi fœnerari non licere. 2. Addito ſecundo loco, Latinos errare, qui ad vnam tantùm ſpeciem vſuræ, frugum ſcilicet, verba illorum canonum coarctant, quæ de pecunia dicuntur in illis Canonibus. Ac proinde putat ipſe, ἡμιολίας quoque pecuniæ vſuras fuiſſe. 3. Tertiò, ἡμιολίας ita dictas cenſet, quod ſuperentur à toto, id eſt à centeſimis vſuris, quæ inſtar aſſis ſe habent, in octo & dimidiâ inſuper ſui parte, id eſt in quatuor; Quæ omnia manifeſtiſſimè erronea ſunt. Primum enim, vt iam monui, canonum illorum ſenſus eſt, non tantum pecuniæ numeratæ centeſimas clericis interdici, & ſic non hanc tantum πλεονεξίαν & αἰσχροκερδίαν ex pecuniâ numeratâ, quæ turpior viſa, vtpotè quæ percipitur ex pecunia per ſe ſterili, verùm etiam illam quæ paulò æquior viſa, etſi modo ſuperaret, putà ex frugibus mutuo datis ſeu commodatis, quæ ſanè per ſe ſteriles non ſunt, verùm fœneratæ ſolóque mandatæ progenerant. Et ſic in illis canonibus non proceditur argumentando â maioribus ad minores quantitates ſeu leuiſſimas & modeſtas vſuras, verùm à magis odioſis ad minus alioquin odioſas, vti ſcirent clerici & ab his quoque ſibi abſtinendum, & ſic omni Clericorum πλεονεξίᾳ & αἰσχροκερδίᾳ illis canonibus *negotiatione* occurſum fuit, atque adeò πραγματείᾳ omni, per quam ex mutuo compendium aliquod quærerent: variis ſpeciebus expreſſis, ſiue inquam pecuniâ numeratâ datâ acciperẽt fœnus, τόκυς ἐκ μεταχειρήσεως: ſiue aliter ex negotiatione, ἢ ἄλλως μετερχόμενοι τὸ πρᾶγμα, id eſt, vſuras propriè dictas ſeu quæſtum ex quacunque cauſa ſiue negotio & negotiatione perſequerentur, ſectarentur: denique omni negotiatione quæſtuoſa, vnde vſuræ, acceſſióve quæ alia accederet Clericis interdictum πραγματεία omnino enim eſt πραγματεία, indéque πραγματευταὶ & πραγματεύεσθαι. Eamque ipſam ſententiam cõtinet *canon* 16. Codicis Eccleſiæ Africanæ. *Placuit vt clericus, ſi commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat* [ ſolum ſcilicet ſine fœnore ] *ſi ſpeciem, eandem ſpeciem, quantam dederit, accipiat.* Qui quidem locus emendationem nullam deſiderat; contra quàm Viris doctis viſum & vt *can.* 5. habet: *nec omnino clericorum cuiquam liceat* de qualibet re fœnus accipere. Μετέρχεσθαι τὸ πρᾶγμα eſt ſectari, perſequi negotiationem vſurariam, rémque fœnebrem. Sic apud Firmicum quoque *lib.* 3. *cap.* 8. *& lib.* 4. *cap.* 7. *Menſarum & fœnerationum negotia tractare*: item *fœnorum negotiationibus præpoſiti* dicuntur: πρᾶγμα, πραγματεία paſſim ſpeciali ſignificatu pro vſurariâ negotiatione quacunque: quomodo & apud Lucam *C.* V. πραγματεύσασθαι, pro *pecuniam fœnori occupare.* Cæterùm ideò Patres Nicæni & Laodiceni τόκυς & ἡμιολίας ſeparatim nominandas prohibendáſque credidêre, τόκυς καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας, item τόκυς λαμβάνειν, καὶ ἡμιολίας ἀπαιτεῖν, quod pecuniæ tantum vſuras multi prohiberi putarent. Teſtis huius Hieronymus *d. loco in Ezechielem. Putant quidam vſuram tantum eſſe in pecunia, quod præuidens diuina ſcriptura omnis rei aufert ſuperabundantiam*, vt *plus* non *recipias quàm dediſti.* Quare rectè Interpres canonum illorum qui has duas ſpecies expreſsêre à ſe inuicem diuerſas: & Rufinus omnium diſtinctiſſimè, *Ne quis clericus aut vſuras accipiat, aut frumenti, vel vini ampliationem quod ſolet in nouo datum, vel ſeſquiplum, vel etiam duplum recipi.* Vbi tamen Rufinus hæſitaſſe videtur circa modum hemioliarum. Certè verba eius, ibi, *in nouo datum*, emendari non patior: ſcilicet poſt meſſem hyberno fermè tempore nouum frumentum dari fœnori ſolet, vtpote aptiſſimum. Ad rem; manifeſtarius igitur error eſt Viri illius docti, qui etiam pecuniæ hemiolias cenſuit. Quod tertio loco idem addit de ratione nominis ἡμιολίων, id inaniſſimum eſt; iam enim ſuprà oſtendimus, ἡμιολίας dictas, quod τῦ ὅλυ, τῦ παντὸς, ſeu ſortis, dimidiam conſtituerent, ſeu quod ἡμιολίαι τὸ ὅλον καὶ ἥμισυ prætereà continerent: Duplici enim ſignificatu ἡμιολίαι dictæ vel acceſſione ſeparatæ à toto, vel ſorte, & ſic ἥμισυ τῦ ὅλυ κεφαλαίυ, vel coniunctim & coacervatæ cum ipſo toto, ipſa ſorte: quaſi τὸ ὅλον, & præterea τὸ ἥμισυ, vt ex Gellio, Heſychio & Suida iam oſtendimus. Quod Arabis Interpretis fœdum errorem attinet, qui in *canone Laodiceno*, hemolias interpretatus eſt pro anathemate & maledictione, *ne maledictio*, inquit, *quæ dicitur hemiolia ſit ſuper eum in æternum*, id ne refutatione quidem eget: De eo tamen, vt & complura alia de hemioliis vide apud Cl. Salmaſium, *de modo vſurarum* vt alibi ſparſim, ita & *cap.* 8. *à p.* 311. *ad fin. cap.* Et hæc de ipſis hemioliis, vbi ſcilicet ſi ſumma crediti in duobus modiis fuerit, creditor tertium amplius modum conſequitur: & iure quidem ex hac Conſtantini M. conſtitutione.

*Ratio* porro harum hemeolion ſeu immodicarum iſtarum vſurarum, quæ tolerabiliores eas faceret, quàm pecuniæ alioquin leniores, iam vulgò cognita eſt: nempe, quod fructuum & incertum & inconſtans ſit pretium, & incertus eorum prouentus, ſeu vt loquitur Ambroſius *ep.* 24. *incerti euentus quædam, vt dicitur vulgo, alea*: cùm fieri poſſit, vt crediti tempore conſtent magno, ſolutionis verò paruo. Incerti denique pretij ratio id facit, quod diſertè ait Philippus Imp. *in d. l. cùm* 23. *Cod. de vſuris* Græci aiunt. τὸ ἄδηλον τῶν καρπῶν & inde Synopſ. Baſil. *lib.* 23. *tit.* 3. *de vſuris c.* 6. vbi videndum eſt inſigne σχόλιον. Ob eandem ſanè quoque rationem frugum vſuræ ex nudo pacto peti poterant & præſtari debebant, *l. frumenti* 12. *Cod. de vſuris*: ( quæ etiam lex emendationem non deſiderat: ) quæ alioquin ex nudo pacto pecuniâ creditâ non debebantur, *l.* 3. *Cod. eod.* & Paulus 2. *ſent. tit.* 14. §. 1. Addatur & hæc ratio, quam ita affert Hieronymus. *Et ſolent* [ fœneratores ] *argumentari ac dicere; Dedi vnum modium, qui ſatus fecit decem modios, nonne iuſtum eſt, vt medium modium* [ τὴν ἡμιολίαν ] *de meo plus accipiam, cùm ille mea liberalitate nouem & ſemis de meo habeat.* Imò ea eſt alicubi ſoli fertilitas, vt cum quinquageſimo vel etiã ſeptuageſimo fœnore meſſes reddat, imò & cẽteſimo: quod etiam in Euangelio adumbratur: déque eo vide Herodotum, *lib.* 4. Plinium *lib.* 5. *cap.* 4. *& lib.* 18. *cap.* 17. Hieronymum *ep. ad Euſtochium.* Denique in commune opum quærendarum ratio naturæ magis conſentanea ſemper viſa, quæ eſt ἀπὸ τῶν καρπῶν, quàm pecuniæ, quæ naturâ ſua ſterilis eſt, & Philoſophorum confeſſione, vt Ariſtot. 4. *Ethic.* 1. *&* 1. *Politic.* 6. 7. 10. & Iuriſconſultorum, §. 2. *Inſt. de vſufructu*: *l.* 1. *& toto tit. de vſufr. ear. rer. quæ vſu*: & Patrum, vide Auctorem *operis imperfecti in Matthæum* in *cap. eiiciens*, 11. *diſt.* 88.

Ergò ἡμιολίας frugum vſuras tulit Conſtantinus non maiores; creditorum voracitati ita hac prima ratione occurrens: Imò & hoc altero quoque remedio: Nempe huiuſcemodi frugum creditoris duriore in quibuſdam conditione quàm cæterorum, facta: Nam ſi is conuentus debitum recipere noluerit

luerit, i. ſi dulcedine vſurarum ineſcatus, ſortis ſolutionem recipere detrectet, vult Conſtantinus, vt *Conuentio ſola creditoris*, id eſt, oblatio ſola, vſurarum curſum ſiſtat, quinimò & debito ſuo creditor cadat. Quæ duo admodum ſingularia ſunt: Nam alioquin regulariter oblatio ſola à debitore vſurario facta, ad ſiſtendum vſurarum curſum ex conuentione debitarum non ſufficit, verùm poſt oblationem obſignatio præterea & depoſitio ſortis cum vſuris requiritur, *l.2.6.9.11.19. Cod. de vſuris* (de quo dicam *infr. ad l. vn. de vſur. rei iud.* v. & *l.7. ff. de vſuris.*) Item quam ſortem creditor aliàs non amitteret ob vſuras illicitas, eam amittit hoc caſu ob non receptum videlicet ſibi oblatum debitum.

Cuius rei ratio hæc eſt, quòd pinguius lucrum ad creditorem ex hoc fœnore redeat: Quarè eò ſeueriori lege creditor habendus videatur; Nam & ita quoque oblatio ſola αὐτήχρεων ſiſtit & conſumit, *l.11. C. eod. tit.* quia αὐτήχρησις grauior eſt quàm alia vſura. Ob eandem quoque rationem, cùm poſt rem iudicatam elapſis duobus menſibus iudicato faciendo præſtitutis, debitor duplices centeſimas ſoluere cogatur, ſi tamen creditor intra tres menſes à ſententia pecuniam ex re iudicatâ ſibi debitam exigere neglexerit, nullæ ei vſuræ debentur, *d. l. vn. infr. de vſur. rei iud.* Nempe creditores, qui vſurarum curſum nutrire reperiuntur, iure multantur: quóque maiores eæ ſunt, eò ſeueriùs quoque coërcendi veniunt, vt quorum maior auiditas & voracitas ſit. Contrà eleganter dictum *l.1. inf. de curatorib. Calendarij, Debitoribus commodum eſſe, cumulum debiti minimè nutriri*: Qua formula Perſius quoque dixit, *Satyra 5.*

*Quid petis, vt nummi, quos hic quincunce modeſto*
NVTRIERAS, PERGANT *auidos ſudare deunces.*

Et ita quidem verſiculus, *Quòd ſi conuentus h. l.* accipiendus eſt, quem paulò aliter accepit D. Pariſiens. *tract. de vſur. n.37.*

Et hæc quidem ita Conſtantinus M. *hac lege*. Verùm huiuſmodi quoque tandem frugum, agricolis mutuò datarum, vſuræ ad centeſimarum modum redactæ ſunt à Iuſtiniano, *l. eos qui, 26. §.1. C. h. t.* ibi: *In traiectitiis autem Contractibus, vel* SPECIERVM (ita quoque Hieronymus,) id eſt, καρπῶν vt rectè Græci, FOENORI *dationibus vſque ad centeſimam tantummodò licere ſtipulari, nec eam excedere, licet veteribus legibus hoc erat conceſſum*; quæ cauſa eſt cur *hanc l.* à ſuo Codice abeſſe voluerit Iuſtinianus: qui & in eadem ſententiâ perſtitit, & *Nouell. 32.33.34. cap.1.* vnde deſumpta eſt *Auth.* ſubdita *d. leg. cum non frumentum, 16. C. de vſuris.*

Et hæc quidem de frugum vſuris. Nam quod ad pecuniam attinet, intra veterem *Centeſimarum* modum eas concludit Conſtantinus *h. leg.* Centeſimam ſcilicet vſuram legitimam pecuniæ vſuram olim fuiſſe, vt aliunde notiſſimum eſt: & inter alias, ex *l.4. §.10. ff. de naut. fœn. l.26. C. de vſur.* déque eo accuratè Briſſon. *in ſelectis*, aliique, ita & *hac l. in fin. & l.2. inf.* ea firmatur: de qua etiam videndus Galen. *2. de dogmat. Hippocr. & Plat.* Voluſius Mæcianus, Doſitheus *lib 3.* Chryſoſtomus *homil. 3. in cap. 1. Genes. p. 26. Paris. homil. in Mathæum 76. p. 362. & 61. p.*... Sidonius *lib. 4. ep. 24.* & alij. Exploratum & illud, Centeſimam vſuram fuiſſe quæ in nummos centenos, ſingulos nummos ſingulis menſibus præſtaret: vel vnus Blaſtares adducatur, ἑκατοστιαῖος ὃ λέγεται τόκος τὰ διδόμενα δώδεκα νομίσματα ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ὑπὲρ ἑκάστου χρόνου. Vſuræ quippe olim vt apud Græcos ita & apud Romanos Menſtruæ, vt docet vel *lex, lecta ff. de rebus credit.* atque adeo vt Baſilius eleganter loquitur *in ψαλ. 14. p. 159.* μῆνες τόκων πατέρες fuêre & *p. 162.* & mox; *p. 165.* ἑκατοστολόγοις καὶ δεκατολόγοις & μηνιαίοις ἀπαιτηταῖς comparat dæmonibus qui epilepticos faciunt, dum videlicet pauperes ad Lunæ periodos inuadunt κατὰ τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς: ſi ad annos vt hodie computes, centeſima ἑκατοστολογία eſt, quæ duodecim annua in centum præſtat: quomodo etiam Plinius *lib. 10. ep. 62.* computat. Quomodo δεκατολογία cùm decem in centum menſtrua accipiuntur, quæ fermè frugum vſura eſt: Neque enim hæc vocabula apud Baſilium ad Publicanos pertinent: quod vulgò cenſent. Dicta hæc vſura à Græcis, τόκος ἐπὶ δραχμῇ cum pro mina quot menſibus drachma pendebatur, quod drachma eſſet centeſima pars minæ: item ἑκατοστή, ſeu τόκος ἑκατοστιαῖος. Denique eius exemplum extat quoque in veteri inſcriptione, DONVM DEDIT -X-V. VT EX VSVRIS CENTESIMIS EIVS QVANTITATIS, QVÆ EFFICIT ANNVOS -X-DC. DIE VIII. KAL. OCTOBR. NATALI DIVI AVGVSTI FROGENTVR EX ARK. At poſteà, vno ſemiſſe aucta fuit centeſima, *Centeſimæ* tamen nomine durante, ſic, vt ea in duodecim menſes duodecim ſolidos & ſemiſſem præſtaret; Interpres quippe ad *l.2. inf.* centeſimam definit, eam *quæ per ſingulos ſolidos tres ſiliquas penderet*, vt & Græci *52. Βασιλικῶν tit. 5.* κεράτια τρία τῷ νομίσματι; At ſolidus habebat viginti quatuor ſiliquas, vt teſtatur *Nou. Iuſt.* 30. & Iſidorus, *Siliqua vigeſimaquarta pars ſolidi eſt*; in centum ſolidos itaque trecentæ ſiliquæ annuæ erant, quæ duodecim ſolidos & ſemiſſem conficiunt: Et certè hanc computationem centeſimæ ſequitur quoque Iuſtinianus *Nou. 132.* & Leo *Nou. 83.* & Viſigothorũ leges *lib. 5. tit. 5. l. 8.* Quin & Sidonius Apollinaris *lib. 4. epiſt. 24.* cùm ait; *Centeſimam per biluſtre tempus perductam modum ſortis ad duplam adduxiſſe*: i. vſuram ſorti adæquatam: & paulò poſt, *Superimpoſitam medietatem per vſuræ nomen accreuiſſe*: *vbi caue* ἡμιολίας vſuras accipias; Biluſtri ſcilicet, id eſt, Octennio dicit centeſimam vſuram ſorti exæquari; additis quippe octo ſemiſſibus octies duodenis conficitur ſumma æquans ſortem, i. centum. Atque hic eſt genuinus Sidoniani loci illius ſenſus, quem non ceperunt, alióque traduxerunt viri docti, & in his viri clariſſimi Sauaro & Sirmondus: de quo rurſum aliquid *ad d. l. vn. inf. de vſur. rei iud.* Illud ambigo, vtrùm vſquequaque verum ſit, quod Cuiacius prodidit, *3. Obſeru. 35.* Conſtantini M. iam temporibus hanc poſteriorem centeſimæ definitionem inoleuiſſe, ſic quidem etiam, vt *hac l.1.* id confirmari planè putauerit: hoc argumento, quòd Conſtantini M. mens hæc ſit *h. l.* vt legitimam pecuniæ vſuram, id eſt, centeſimam, acceſſio frugum tribus centeſimis ampliùs excederet: atque ideò idem *quadruplicem centeſimam* frugum ſemper appellat. Hanc enim Conſtantini M. mentem nuſpiam video, quæ hanc proportionem & oppoſitionem vnius centeſimæ & quatuor centeſimarum, (vt alioquin videre eſt apud Ciceronem *6. ad Attic. 1. & 2.*) ſuadeat. Illud enim hactenus Conſtantino M. propoſitum fuit *hac l.* pecuniæ vſuram ad veterem ſingularum centeſimarum rationem reuocare, frugum verò vſuris modum aliquem ponere, quibus nullus ſatis certus hactenùs poſitus erat. Ergò Conſtantinus hîc nullam vſurarum ſingularium & quadruplicium centeſimarum proportionem induxit, verùm vſuris in genere modum poſuit. Quid igitur? ſi coniecturæ locus eſt, aucta mihi videtur centeſimæ ratio ſub Valentiniano Sen. ſub quo etiam auri æſtimatio aucta fuit: de quo plenè dicam, *ad l. vnic. infr. de oblat. votorum*: & *l.13. inf. de ſuſceptorib.* collatâ *l.2. C. de veteris numiſmatis poteſtat.*





Tandem immutata adhuc magis poſteà centeſimæ appellatio fuit; Harmenopulus quippe *lib. 3. tit. 7.* in ſingulas libras, id eſt, in ſeptuaginta duos ſolidos centeſimam ſeu duodecim præſtita refert; idque confirmat etiam Zonaras in *Synodi Nicænæ can. 17.* vbi tamen quod addit, libram auri fuiſſe olim centenariam ſeu centum ſolidorum, erroneum prorſus eſt. Ad legem noſtram redeamus. Ergo pecuniæ ſingulæ centeſimæ quas *ſimplas* vocat *lex vn. de vſur. rei indic.* modum imponit Conſtantinus *hac leg.* Nam & quibuſdam caſibus duplices centeſimæ locum habebant, ſeu duplum fœnus, rei iudicatæ ſcilicet, *l. vn. de vſur. rei indic.*

Hactenus de *legis* huius ſententia: Nunc hiſtorica eius ſectemur: vbi illud primò notari cupio, hanc leg. eodem anno vnico tantùm menſe ante Concilium Nicænum latam fuiſſe, cuius *canone 17.* & vſuræ centeſimæ, & ἡμιολίαι iuxtà, Clericis interdicuntur, vt iam vidimus. Vt ita exinde appareat coniuraſſe hoc tempore Conſtantinum M. & Patres Nicænos poſt eum mox, vt in multis aliis, ita & in coërcendis vſuris, & illum quidem in commune, ceu τῶν ἔξω Epiſcopum modo iis impoſito quibuſcumque creditoribus, ſed tamen intra eum modum fœnerandi licentia tributa: hos verò Clericorum nominatim reſpectu, fœnore quocunque iis interdicto, vt eorum αἰσχροκερδίᾳ modum ponerent; vt non inanis coniectura ſit, cùm hæc *lex* ad Patrum Nicænorum notitiam perueniſſet, eos ab eâ excepiſſe.

¶ Secundò notandum *hanc leg.* ad Syriam *Palæſtinam* propriè pertinere, & ſic Conſtantinum eâ occurſum voluiſſe malo per Paleſtinam gliſcenti: Nam & Cæſarea, vbi hæc lex propoſita dicitur, Cæſarea Palæſtinæ hîc exaudienda eſt; Et Dracilianus (quod Tertiò notandum) cui lex hæc inſcribitur, per Palæſtinam quoque vices Præfecti Prætorio egit; vti docet diſertè Conſtantini M. epiſtola ad Macarium Epiſc. Hieroſolymitanum, apud Authorem *vitæ Conſtantini lib. 3. cap. 40.* Socratem *lib. 1. c. 9. p. 523.* Theodoretum *lib. 1. c. 17.* de quo plura *in Notis* & ad l.1. inf. de hæret. quæ & ipſa Draciliano huic inſcripta eſt, & P. P. dicitur *Generaſto.* Ergo ad Palæſtinam hæc *lex* propriè ſpectat. Quò ſanè pertinet quoque Hieronymi locus quem ſuprà retuli. Eámque cõiecturã iuuat quoque non parum, quòd vrbes Palæſtinæ (& nominatim *Cæſarea*) frumento, vino, oleo abundarent; quod diſertè teſtatur Vetus Orbis Deſcriptio (quam ipſe extuli) ſcripta ſub Conſtantio & Conſtante Impp. *c. 17. §. 12.* vt proinde ibi faciliùs immodicæ vſuræ frugum tolerarentur; vbi maior frugum copia eſſet.

Quartò notandum, præter *hanc l.* alias quoque Conſtantinum M. de *Vſuris* Conſtitutiones promulgaſſe: Quo numero eſt quoque Edictum eius ad Populum, cuius pars continetur *l. 25. de vſur. Cod. Iuſt.* in hæc verba: *Pro auro & argento & veſte, facto chirographo, licitas ſolui vel promitti vſuras iuſſimus*; vbi, ſi quid iudicij mei eſt, ſcripſerat Conſtantinus M. *Centeſimas*, pro quo Tribonianus *licitas* ſuppoſuit: de quâ *leg.* dixi ad *l. ſup.*

Poſtremo loco omittere non poſſum Dignitatis & officij nomen, quod Draciliano huic in inſcriptione tribuitur; nempe *Agentem vices Præfecti Pretorio* vocat ea; quomodo Conſtantinus eum vocat διέποντα τὰς λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη. Quomodo & Magdalianus in Conſtantij & Conſtantis *l. 2. de paganis*, Agens vicem Præfecti Prætorio vocatur. Vbi *Agens vices PP.* idem eſt cum *Vicario*: quique & aliàs *Pro-Præfecto* regere, vel *Pro-Præfectis* agere alibi dicitur. Error enim eſt ſcriptoris qui hæc diſtinguebat, *lib. 2. de officio Domus Auguſtæ, cap. 6.* & in Amm. Marcelinum. Sic quem Alexandrum Sextus Aurelius Victor apud Pœnos *pro-Præfecto gerentem*, vocat; Zoſimus ſic deſcribit: Ἀλέξανδρος τόπον ἐπέχειν τῆς ἐπάρχου τῆς αὐλῆς ἐν Λιβύῃ καθισταμένος. Sic apud Ammianum Marcellinum, *lib. 23* de Alypio, *qui olim Britannias curauerat pro-Præfectis*: *lib. 29. Aſiam rexerat pro-Præfectis*: Et *lib. 27. p. 372. Ciuilem nomine recturum Britannias pro-Præfectis.* Idem *lib. 14. Martinus regens illas prouincias pro Præfectis*: quem mox *Vicariũ* vocat Rutilio Numatiano, *Præfectorum vicibus frænata poteſtas.* Ita *Pro-Præfectis* Diœceſes ſibi creditas temperare, *l. 4. infr. de proximis.* Ad eundem modum *vices agentes Magiſtri militum quidam dicti.* Item agentes vicem Rectoris armaturarum. Cledonij verò *in Arte, pag. 1866.* ſententiam minus probo. *Sæpe quæſitum eſt, vtrum* VICARIVS *dici debeat etiam is cui Magnificentiſſimi Præfecti vices ſuas in ſpeciali cauſa mandauerunt? Nequaquam: nam* VICARIVS *dicitur is qui ordine codicillorum vices agit Ampliſſimæ Præfecturæ: ille verò cui vices mandantur propter abſentiam Præfectorum, non Vicarius, ſed* VICES AGENS; *non Præfecturæ, ſed Præfectorum dicitur tantùm.*

## ¶ *De* POENA *vſurarij, legitimum vſurarum modum excedentis.*

### II. * Imppp. Valentinianus, THEODOSIVS, & Arcadius AAA. Cynegio [a] P.F.P.

QVICVMQVE vltra centeſimam Iure † permiſſam aliquid ſub occaſione neceſſitatis [b] eruerit [c], quadrupli pœnæ obligatione conſtrictus, ſine ceſſatione, ſine requie, protinus ablata redhibebit. † Hi vero, qui anteà pari furore graſſati vſpiam detegentur, in duplum extorta reſtituant. Dat. VIII. Kal. Nouemb. Conſtantinopoli, Honorio N.B.P. & Euodio V.C. COSS. [386.]

INTERPRETATIO. *Si quis plus quàm legitima centeſima continet, id eſt tres ſiliquas * in anno per ſolidum amplius à debitore ſub occaſione neceſſitatis accipere vel auferre præſumpſerit, poſt datam legem ſine vlla dilatione ea quæ amplius accepit conſtrictus quadrupli pœna reſtituat. Ea verò quæ ante legem tali ratione data ſunt, in duplum volumus reformari.*

## NOTÆ.

* Abeſt & *hac lex* à *Cod. Iuſt.* Nempe, quia quadrupli pœna Iuſtiniano diſplicuit. Iungendáque huic, *lex* 1. ſeu *vlt. infr. de fugit. colonis.*

a De hoc *Cynegio* PP. iam dixi ad Lybanium κατὰ τῶν εἰσιόντων, *p.* 25. 31. 32. & dicam alibi plenè, ac nominatim ad *l.* 15. *inf. de accuſationib. l.* 19. *infr. de petitionib.* v. *Proſopogr.*

† Iam inde à Lege XII. Tab. de quâ mox.

b Firmicus *lib.* 2. *c. vlt. Nunquam pecunia fœnus exerceas, nec alienis in* NECESSITATIBVS *miſerum tibi pecuniæ conferatur augmentum:* Hinc quoque fœneratorem Demoſthenes κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν, ait, τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς καὶ ΧΡΕΙΑΣ εὐτυχήματα αὑτοῦ νομίζειν. Hinc non ſemel Chryſoſtomus, *homil. in Matthæum* 6. *p.* 35. & 56. *p.* 362. fœneratores ait ταῖς ἀλλοτρίαις πραγματεύεσθαι συμφοραῖς καὶ πρόσοδον τὴν ἑτέρου δυσημερίαν ποιεῖσθαι. Et Baſilius *homil. in Ψαλ.* 14. *p.* 158. quæ tota eſt in fœneratores ἐπιτασεῖς ἐκ τῶν συμφορῶν τοῦ πλησίου προσόδους ἑαυτῷ καὶ εὐπορίας συνάγειν. Videnda & *Nouella* Iuſtin. 32. 33. & 34.

c De hac *Eruendi* voce, vide Iuret. *in Symmach.* 9. *epiſt.* 1. v. & *l.* 15. *infr. de Agentib.*

† De hac *Redhibendi* voce v. Gloſſ. Theod.

* v. de hoc loco quæ dixi *ad leg.* 1. *ſupr.* Siliqua, eſt 24. pars ſolidi: Centeſima vſura, tres ſiliquæ in anno per ſolidum, Atenim vna ſiliqua poſtea pro ſolido præſtituta *Nouella* 34. *c.* 1. vnde deſumpta *Auth. ad hac, Cod. de vſuris.*

## COMMENTARIVS.

THEODOSII M. hæc lex eſt: qua is quoque fœnebri malo modum ſeu fibulam impoſitum iuit A. D. 386. per Præfecturam Prætorianam Orientis, grauiſſimâ quadrupli ſcilicet pœnâ propoſitâ, & enixis admodum verbis ſtudij ſui in id teſtibus: *ſine ceſſatione*, inquit, *ſine requie, protinùs*: & mox, *qui pari furore graſſati detegentur.* Idque vel ad ſuggeſtionem Cynegij PP. Orientis, cuius ſuggeſtioni actiſque quantum detulerit Theodoſius M. liquet vel ex *l.* 15. *inf. de Accuſationib. l.* 19. *inf. de petitionibus*, & ex Libanio *oratione* κατὰ τῶν εἰσιόντων. vel ad Nectarij Ep. Conſtantinopolitani perſuaſionem, cùm hoc mēſe ipſo Theodoſius poſt victoriam de Grothingis Conſtantinopolim reuerſus fuiſſet: de quo conſule *chronolog.* cuius Nectarij Theodoſius M. aliàs conſilium ſecutus: veluti anno 383. in his quæ narrant Socrates *lib.* 5. *c.* 10. Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 12. cuius etiam fidem, pro typo fidei propoſuit, *l.* 3. *inf. de fide Catholica.* Vltra centeſimam igitur iure permiſſam Theodoſius vſuræ nomine quidquam exigi vetat *hâc l.* ſub pœna Quadrupli in futurum: Dupli in præteritum. *Hâc* inquam *leg.* quæ pars eſt prolixioris conſtitutionis Theodoſianæ, quâ duplici malo tum temporis gliſcenti occurſum iuit: putà fœnebri malo ſeu vſuris immodicis, de quo eſt *hac lex*: tùm fugæ colonorum, eorúmque ſollicitationi & occultationi, ſeu patrocinio & προστασίᾳ; de quo eſt *lex* 2. *inf. de fugitiuis colonis*, quæ ex eadem conſtitutione deſumpta *huic* coaſſanda venit: Imò fortè vni colonorum fugæ, tùm immodicis vſuris quibus miſeri coloni atterebantur repreſſis; tum ſollicitatoribus & ſuſceptoribus eorum ſeu occultatoribus & patronis coërcitis. Quanquam vix putem ipſe colonos iſtos vſuris attritos, etſi aliàs ſuperexigerentur ſæpè, de quo *v. l.* 1. & 2. *C. in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint.* Igitur, cum qui legitimum vſurarum ſeu centeſimæ modum deinceps egrederetur, Quadrupli pœna multari iubet. Quæ ſanè pœna, pariter vt centeſimæ modus, fœneratoribus maius legitimo fœnus exercentibus, antiquo iure propoſita fuit: & quidem iure in XII. Tabulas relato: de quo eſt vulgatus iam Catonis locus *procemio librorum de re ruſtica*: *Maiores noſtri ſic habuêrunt, itáque in Legibus poſuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorem Quadrupli: Quantò peiorem ciuem exiſtimauerint fœneratorem quàm furem, hinc licet æſtimare.* Meminit & Aſconius Pædianus, *in Diuinatione. Alij dicunt Quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores, qui conuicti Quadrupli damnari ſoleant: vt aleæ aut pecuniæ grauioribus vſuris fœneratæ quàm pro conſuetudine.* Sic itaque Theodoſius M. *hac l.* priſco iuri, quod liberâ Republ. iam obtinuerat inſtitit, & quoad modum centeſimæ ſeu vnciarium fœnus, & quoad pœnam immodici fœnoris: Quod proculdubio vtrumque hoc tempore exoleuerat, ab eo verò reductum. Et certè hac potiſſimùm quoque tempeſtate inuecti paſſim Patres & Epiſcopi in vſurarum vſum. Teſtis Ambroſius *ep.* 70. & *libris officiorum*: Teſtes Baſilius & Chryſoſtomus qui in eo multi ſunt. Et hæc ipſa tamen lex pœnáque Iuſtiniano poſtea diſplicuit; qua cauſa & *hanc leg.* à Codice ſuo abeſſe voluit, ſolíque adeò anatociſmo, improbo ſcilicet fœnori hanc pœnam propoſuit: *l.* 20. *Cod. ex quib. cauſis inf.* neque poſtea ea obtinuit: debiti enim hactenus iacturâ fœnus improbum multatum: ὁ δὲ τόκους τόκων δανείζων, ἐκπιπτέτω τοῦ χρέους vt habent Græci in *collectione legum Leonis, Baſilij, & Conſtantini.* Iſtud non omittendum, neque *hac* Theodoſij *leg.* immodico fœnori infamiæ pœnam proponi, quæ etiam neque Edicto neque anterioribus conſtitutionibus continebatur, ſed vſuras vſurarum tantum exigenti à Diocletiano impoſita fuit.

### ¶ De SENATORIBVS *ætate Minoribus vtrum iis vſuræ permittantur.*

III. * Impp. ARCADIVS, & Honorius AA. Eutychiano PF. P.″

FRVSTRA debitores in annis minoribus conſtitutorum″ vſuras ſe reſtituere″ non debere contendunt, quia″ *Senatoriâ* eos″ dignitate præditos eſſe teſtantur″. Vnde ſortem cum vſuris in ſtipulationem deductis reſtituant. Dat. IX. Kal. Decemb. Conſtantinopoli. Cæſario, & Attico COSS. [397.]

INTERPRETATIO. *Sine cauſa Senatoribus in annis minoribus conſtitutis, debitum cum vſuris reddere diſſimulant debitores, propter hoc quod Senatorio genere nati debitum cum vſuris*



*vſuris integris recipere non″ iubentur: & ideo quod cautione per ſtipulationem promiſſum eſt, reformetur.*

## NOTÆ.

* Abeſt & *hac lex* à *Cod. Iuſt.* quia Senatoribus tùm vſuræ non vetitæ.

″ *Eutychianus* PP. Orientis ſub Arcadio fuit: de quo iam *ad l. Quiſquis*, & *ad l. celebrandis.* & plenè *in Proſopogr.*

″ Al. *Conſtitutis*: in Til. & An. Reg. *Conſtituti.* Sed hoc noſtrum legitimum eſt: & illa lectio cum magno veritatis præiudicio.

″ *Reſtituere* hîc, & mox *fine l.* iterùm, pro ſimplici præſtare. vid. *Gloſſ. Theod.*

″ Hoc prætextu, *propter hoc*, vt Interpres, quod Senatoribus fœnore interdictum ſit.

″ Minores creditores ſuos.

″ Aiunt, obtendunt.

″ *Non iubere*, hîc, & in Interpr. *l.* 1. *ſupr.* pro inhibere, vetare, pariter vt in *ipsâ l. vlt. infr. quib. equorum vſus*: vide Gloſſ. Theod.

### ¶ SENATORIBVS *ſemiſſes vſuræ permittuntur.*

IIII. * Imppp. ARCADIVS, Honorius, & Theodoſius AAA. Optato″ P.F.V.

SENATORES ſub medietatem″ centeſimæ vſuræ ad contractum creditæ pecuniæ cenſemus″ admitti. Itaque omnes intelligant, nullum Florentiſſimo″ Cœtui ſociatum fœnus exercentem, vltra medietatem centeſimæ vel iure ſtipulari, vel poſcere poſſe vſuram. Quinetiam ſi quid præter moderatam″ noſtri Numinis definitionem″ fuerit flagitatum, imminuendæ″ ſorti pro huius Legis auctoritate, ceſſurum. Dat. Pridie Id. Iun. Niciæ″, Stillicone II. & Anthemio V. C. COSS. [405.]

INTERPRETATIO. *Senatores, qui pecuniam ad centeſimam præſtare voluerint, non amplius vſuræ nomine quam medietatem legitimæ centeſimæ à debitoribus ſuis accipiant, nec amplius vt caueant, aut ſe cautione conſtringant, qui commodatam ſuſcipiunt pecuniam, fortè cogantur. Nam ſi amplius ab eis fuerit requiſitum, ſciant ſe Senatores hoc quod commodauerint perdituros.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſtin. propter *l.* 26. §. 1. *Cod. hoc tit.*

″ *Optatus* P. V. Conſtantinopol. ſub Arcadio A. D. 405. Meminit Socrates *lib.* 6. *c.* 18. *in fin.* in geſtis anni 404. & Theodorus Diaconus apud Palladium *in Dialogo in v. Chryſoſt.*

″ In mediâ ſeu dimidiâ centeſimæ, *ſub medietate.* ita MSS. quidam.

″ *Cenſemus*, id eſt, iubemus, concedimus: quo ſenſu paſſim in conſtitutionibus v. *Gloſſ. Theod.*

″ *Florentiſſimus* Cœtus, pro Senatorio. v. Gloſſ.

″ *Niciæ* hoc tempore conſtitit Arcadius. vid. *Chronol.* de nomine ipſo Niciæ dixi ad *l.* 3. *ſup. de diu. reſcr.*

″ *Stilicone* vno *l.* in MSS.

## COMMENTARIVS.

ARCADII duæ conſtitutiones ſequuntur de Vſuris, & quidem de SENATORIIS, quatenus videl. eæ Senatoribus licitæ ſint: & hæ, quidem conſtitutiones, octo fermè inter ſe annorum ſpatio diſtantes: Nobis vtraque eadem fideliâ illuſtranda venit, non modò quia eiuſdem Imperatoris Arcadij ſunt, & in eodem argumento verſantur, verùm ne ad alterutram dicta ad alteram quoque repetamus, & quia altera ad alterius illuſtrationem maximè facit. Et à priore quidem initium faciemus. Eâ igitur Arcadius Senatoribus ætate MINORIBVS vſuras permittit. Cuius quidem Legis varias hactenus, ſed nondum veras Interpretationes adferri video: prout etiam varias Lectiones in MSS. Codicibus ea præfert. Putauit Hotomannus conſtitutione aliquâ Senatorum filiis fœneratione interdictum fuiſſe, atque hac ratione in *huius l.* ſpecie debitores illâ conſtitutione ſubnixos vſurarum in ſtipulatum deductarum ſolutionem detrectaſſe, iámque conſtitutionem *hac noſtra* abrogari: Verùm peſſima hæc interpretatio eſt; Quâ enim quæſo ratione filiis Senatorum, ac maximè Minoribus, negatum id vnquam fuiſſet, quod Hotomannus ipſis Senatoribus permiſſum fuiſſe putat? Nulla certè probabilis ratio fingi poteſt; imò inuitâ Iuriſprudentiâ id omne dicitur. Balduinus contrà, de debitoribus Senatoribus id accepit *in Iuſtiniano ſuo, p.* 83. Sic enim putat, cùm quidam debitores, eò quod Senatores eſſent, contenderent, ſeſe nullas vſuras debere, Arcadium reſcripſiſſe, fruſtrà id eos facere. Quæ Interpretatio *huius l.* verbis omninò repugnat: in quâ apertiſſimè Minores ipſi Senatores, non debitores ponuntur, verùm contrà, *creditores*, alij verò *eorum debitores*: quod Interpres etiam *hîc* rectè vidit.

Genuina igitur *huius l.* ſententia hāc ad diem incognita, iſthæc eſt; Minoribus Senatoribus vſuras in ſtipulatū deductas deberi, licet alioquin Senatoribus regulariter fœnus exercere hoc Arcadij tempore omninò non licuiſſet, ex anteriore aliquâ *conſtitutione*: Denique Senatoribus fœnus diffamia erat; de quo inſignis extat Ioannis Chryſoſtomi locus, *homilia in Matthæum* 56. *ſub finem*, *in* ἠθικῷ *editionis Sauilian. tom.* 2. *p.* 362. *Commelin. p.* 508. vbi in fœneratores inuehens: Καὶ τί λέγω τὸν τοῦ θεοῦ νόμον, οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ῥύπον αὐτὸ καλεῖται, εἰ δὲ οἱ κερδαίνοντες ταῦτα ψηφίζεσθε ἐννόησον τίνα ὁ Θεὸς περὶ ὑμῶν οἴσει τὴν ψῆφον; εἰ δὲ βούλει καὶ τοὺς ἔξωθεν νομοθέ-

τας ἔρεϑς, ἀλλ' ὅτι κἀκείνοις τῆς ἐσχάτης ἀναισχυντίας τὸ πρᾶγμα δεῖγμα εἶναι δοκεῖ; τοὺς γοῦν ἐν ἀξιώμασιν ὄντας, καὶ εἰς τὴν μεγάλην τελοῦντας βουλὴν (ἣν σύγκλητον καλοῦσιν) οὐ θέμις τοιούτοις κέρδεσι καταισχύνεσθαι; ἀλλὰ ΝΟΜΟΣ ἐστὶ παρ' αὐτοῖς, ὁ τὰ τοιαῦτα ἀπαγορεύων κέρδη. πῶς οὖν οὐκ ἄξιον φρίκης, εἰ μηδὲ τοσαύτην ἀπονέμοις τῇ τῶν οὐρανῶν πολιτείᾳ τιμὴν, ὅσην τῇ βουλῇ τῶν Ρωμαίων οἱ νομοθέται. id eſt, *Et quid dico legem Dei? non enim & vos vſuras, ſordes appellatis? Quod ſi qui lucrum percipiunt ita cenſent, cogita iam qualis de hoc Dei ſententia ſit. Quod ſi externos vel ſæculi legum conditores interrogare volueris, diſces quod illis quoque extremæ inuerecundiæ ſignum fœnus videtur. Quare in Dignitatibus conſtitutis, & in magnum Conſilium cooptatis, quem Senatum vocant, fas non eſt huiuſmodi lucris fœdari, ſed lex poſita eſt apud ipſos, huiuſmodi lucra prohibens. Quomodò igitur non honore dignum ſi non tantum honorem cœleſti politiæ deferas, quantum* SENATVI *Romanorum* LEGES?

Hinc interim apparet, hanc Chryſoſtomi homiliam hoc ipſo tempore, ante Annum Domini 405. habitam. De huius porrò interdictionis ratione *ad proximam* viderimus, quæ ſeptennio & ſex menſibus poſt *hanc leg.* lata eſt, quàque huic iuri, ab Arcadio quadamtenus derogatum eſt. Ergò quia Senatoribus fœnore interdictum erat hac tempeſtate, ideo dubitatum in ſp. *huius l.* num minoribus ætate ſaltem Senatoribus id liceret, hâc dubitandi ratione: *Quia*, inquit, *Senatoria eos dignitate præditos eſſe teſtantur.* Et tamen definit Arcadius, minoribus Senatoriæ dignitatis fœnus exercere, & exigere permittit; etſi Senatoribus alioquin fœnore interdictum eſſet: Duplici, vt equidem cenſeo, ratione: Primùm ætatis fauore: deinde, quia in Minoribus ratio illa ceſſat, ob quam Senatoribus fœnore interdici aliquando, & hoc quidem tempore placuit: de quâ ad *l. prox.*

Hæc cum ita ſint, deleatur quoque ſubdita *huic legi* interpretatio. Et hæc quidem ad priorem Arcadij conſtitutionem ſeu *legem 3.* dicta ſint. Cuius argumento alibi viderimus, num regula de vſuris, vltra alterum tantùm, ſeu vltra duplum prohibitis, vel ſiſti iuſſis in pupillaribus vſuris fallat? de qua alioquin quæſtione aliis argumentis diſceptant Interpretes. Sequitur nunc *poſterioris*, ſeu *l. vlt. hoc tit.* explicatio.

Eâ igitur iam Arcadius Imp. conſtitutione videlicet ad Optatum P.V. datâ, A.D. 405. octennio fermè poſt legem ſuperiorem, Senatoribus ſemiſſes vſuras ſtipulari permittit, ſortíque vltra ſemiſſes, acceptum imputari iubet. Minores igitur quàm cœteris vſuræ, & quidem dimidiatæ, Senatoribus permittuntur. Et certè illud ſemper in Republ. Romanâ obſeruatum videre licet, vt quò honeſtioris quiſque loci eſſet, & in debitores ſæuire pro dignitate, vel pro cenſu magis poſſet, eò arctior fœnerandi licentia ei pateret. Itaque & Alexander Seuerus Imp. *cùm vſuras fœneratorum ad Trientes contraxiſſet pauperibus conſulens, Senatores ſi fœnerarentur vſuras accipere primò vetuit, niſi aliquid muneris cauſa acciperent: poſtea tamen iuſſit in ſemiſſes acciperent, dono-munere tamen ſublato*, vt refert Lampridius *in eius vita.* Cuius loci ſenſus hic eſt, Senatores eo tempore quo vetiti erant vſuras accipere, aliquid muneris causâ accepiſſe ſeu donum munus: Quomodo & Hieronymus in *cap. 18. Ezechielis*, tradit ſuo tempore quoſdam munera vice vſuræ pro credita pecunia accipere ſolitos, qui eo nomine ſibi blandiebantur, quaſi contra ſcripturam non facerent, quæ vſuram exigere vetaret: verùm cùm hoc nomine illicitum improbúmque fœnus iam agitarent, tegeréntque, vt fermè ſolent huiuſmodi dona-munera, munuſculorum modum egredi, ſatius viſum Alexandro Seuero, dono-munere ſublato, vſuras aliquas in ſemiſſes videlicet Senatoribus concedere: *in ſemiſſes*: ita enim ibi editum, etſi membranæ, & vetus editio exhibeat, *vt ſemiſſes.* Et tamen pro *ſemiſſes* putet quis ibi *ſextantes* legendum, vel *Semunces* vel *Semiſemiſſes*, vel tale aliquid potius quàm *ſemiſſes.* Nam cùm aliorum fœneratorum vſuras Alexander ad Trientes contraxiſſe ibi dicatur, minores vtique Trientibus, Senatoribus indulſiſſe oportet: atquin maiores indulſiſſet, ſi ſemiſſes indulſiſſet, quæ vtique Trientibus maiores ſunt: quod ab eius inſtituto alienum eſt. Quare hoc loco mendum vti dixi, videatur. Et verò id alij reſidere putant in voce, *Trientes*: quandoquidem Imperator, *fœnus publicum Trientarium exercuit*, eodem Lampridio teſte: atquin ridiculum foret exegiſſe eum à fœneratoribus, (quorum is quæſtus vnicus erat,) vt non alia fœnus conditione exercerent, atque ipſe Imperator. Sanè de Antonino Pio, & quidem non Imperatore, ſed priuato, id refert Capitolinus ſiue Spartianus *in eius vita: idem fœnus Trientarium, hoc eſt minimis vſuris, exercuit, vt patrimonio ſuo plurimos adiuuaret.* De Alexandro etiam Lampridius, *Fœnus publicum Trientarium exercuit, ita vt pauperibus pleriſque ſine vſuris pecunias dederit.* Verùm vt reſpondere incipiam, de *publicæ pecuniæ fœnore* id Lampridius diſertè ait: publicæ, id eſt, fiſcalis: non de priuatæ ad Imperatorem pertinentis, quod credidit vir doctus minus pensè. Nam alioquin fiſcalis vſura ſemiſſalis fuit, vt & ciuitatum: vt oſtendit *lex 1. C. de his quibus vt indign. l. 17. §. ſi debitores, π. de vſuris: l. 10. π. de pollicitat.* Quare nihili ſaltem ratio illa, qua in voce *Trientes* vitium reſidere putauit. Quid igitur? videatur, pro, *ad Trientes*, legendum *ad Dodrantes.* Nempe quòd centeſima nimis grauis viſa Alexandro, & ad Dodrantem redacta; Senatorum, ad ſemiſſem; Publica ad Trientem. Dici poſſit, & illud communis & vulgaris fœneratorum vſuræ modum ab Alexandro non acciſum fuiſſe, verùm centeſimam ſemper relictam. Quid igitur? *Penſionem* tantum, id eſt, ſolutionem vſurarum, quæ hactenus menſtrua fuit, id eſt, ſingulis menſibus fiebat, *ad Trientes penſiones contractam*; id eſt, tribus, ſeu quadrimenſtruis ſolutionibus, in anno fieri voluiſſe: & ſic ſingulis quatuor menſibus (quomodo & quadrimenſtruæ tributorum ſolutiones fuerunt, tripertita ſatisfactione, per quaternos menſes, tribus vicibus in anno, *l. 15. 16. inf. de annonâ & trib. l. 11. inf. de exactionib. l. 15. 27. inf. de ſuſceptorib. l. 173. inf. de Decur. & tit. inf. de quadrim. breuib.*) Trientes igitur penſiones, id eſt, tripertitâ ſatisfactione, ſolutione. Quâre Lampridius dixerit, Alexandrum *etiam pauperibus conſuluiſſe.* Nempe, vt vſurarum cumulum non nutriri diu debitorum intereſt: ita ſanè menſtruâ ſolutione vrgeri longè grauiſſimum & amarum erat. Qua cauſa, quod iam protritum, *Triſtes miſero venire Kalendæ*: dictæ Horatio 1. *Satyra 3.* & Plutarchus, *de non fœnerando*: *Nefandos & execrandos ab vſurariis redditos Kalendarum ſeu Neomeniarum dies*, ait: & Baſilius μηνῶν τόκων πατέρας dicit. Sed quid moror? Nihil in Lampridio mutari oportet, nempe cæteris trientes vſuras permiſit, Senatoribus ſemiſſes, ſcilicet dimidiatas Trientes: nam quia trientarium fœnus vulgare erat, eáque fœnoris in commune ratio & computatio, *quatre pour cent*, vtique ſemiſſes reſpectu earum dimidiam partem Trientis conſtituebant, & ſic reuerà Senatoriæ vſuræ erant ſextantariæ, ſeu duorum in centum



centum, *deux pour cent*: Ergo *ſemiſſes*, relatione ad Trientes, non verò ad centeſimas.

Verùm ad legem noſtram redeamus. Eodem igitur exemplo Arcadius nunc Senatoribus minores quàm cæteris vſuras permiſit: & ſemiſſes quidem; quæ vſura & iam olim quoque *ciuilis & modica* dicta à Plinio, *lib. 14. cap. 4.* quomodo & Perſius Quincunces vſuras, *modeſtas* dixit. Etſi alioquin ſemiſſes vſuræ & ipſæ quandoque certo contemplatu leuioribus opponantur: *l. 5. π. de operib. publicis.* Has inquam vſuras Senatoribus Arcadius *hac l. vlt.* permiſit, & hactenus fœnerandi licentiam eis tribuit, cùm aliàs quod iam notaui, per hæc tempora *Senatoribus fœnus diffamiæ eſſet*; quod ſcribit Auguſtinus, *in quæſtionibus veteris Teſtamenti.* Et ſanè hæc ipſa quoque lex ſatis indicat, aliquo tempore Senatoribus fœnore penitùs interdictum fuiſſe: & clarius adhuc *lex 3.* ſuperior: vt ad eam oſtendi: & expreſſiſſimè omnium Chryſoſtomus ſingulari illo quem ſuperiùs exhibui loco, qui proinde ab eo habitus ante A.D. 405. At nunc, vt dixi, Arcadius hac conſtitutione ſua cùm Centeſimæ vſuræ locus eſſet in cõmune Romanis legibus, vt teſtatur quoque Chryſoſtomus *d. homil. 56. p. 362.* ſub medietate Centeſimæ Senatores ad fœnus ADMITTI CENSET. Quo exemplo & Iuſtinianus poſteà cùm mercatoribus beſſes permitteret, cœteris Semiſſes, Illuſtribus & Superilluſtribus Trientes tantum conceſſit, *l. 26. §. 1. Cod. de vſuris.*

¶ Ad Chryſoſtomi locum, & ad *huius leg.* hiſtoriam reuertamur. Eſt ille eò magis notandus de fœnore Senatoribus interdicto: quod ſuperiore anno 404. ipſe Ioannes Chryſoſtomus, Arſacio ei ſuffecto, ab Arcadio in exilium truſus fuit. Optatúſque Præfectus Vrbi, cui hæc lex inſcripta eſt, Chryſoſtomo, eiuſque Sectatoribus, qui ab eius nomine *Ioannitæ* dicebantur, infeſtiſſimus fuit; teſte Socrate *lib. 6. Hiſtor. Eccl. c. 6. inf.* qui quidem paſſim in fœneratores inuehi ſolitus fuerat, fœneratoribúſque bellum indixerat: vt proinde iure optimo inducar vt credam, amoto iam Chryſoſtomo, ſolutíſque velut repagulis, Senatores, id agente Optato, imò & Arſacio Ep. aliquam fœnerandi licentiam impetraſſe. Quomodo & aliàs Arcadium video nonnulla recantaſſe, Arſacio Conſtantinopoli Epiſcopante, quæ antea ſub Ioanne Chryſoſtomo, & ſub Nectario Epiſcopo Arſacij fratre obtinuerant: quod exemplo nuptiarum inter conſobrinos modò vetitarum modò permiſſarum, nuper oſtendebam *ad l. celebrandis, Cod. de nuptiis.*

Ad legem noſtram redeamus. Hactenus tamen Senatoribus hoc ſine vſurarum ſeu fœnerandi ius *hac l.* tribuit Arcadius, vt ſi quid præter hanc *moderatam definitionem*, ſeu vltra hunc modum flagitauerint, id *imminuendæ ſorti cedere*, id eſt in ſortem imputari velit. Quod & aliàs tralatitium eſt, videlicet, vt vſuræ ſupra legitimum modum ſolutæ, ſortem minuant, vt teſtatur Paulus *lib. 2 Sentent. tit. 14. §. 2.* Neque creditores ideò ſortem amittant, quod immodicas vſuras ſtipulati ſint, vel exegerint, *l. pecunia, l. 1. pr. l. vſuras, l. placuit, π. de vſuris: l. eos, §. ſi quis autem, Cod. eod. tit.* Lege Gabinia equidem ſunt qui notarunt ex 5. & 6. *ad Atticum*, eum qui fœneratus eſſet ſupra modum legitimum, ſortis petitionem amiſiſſe. Quibus adde quæ *ad l. 2. ſuprà*, notauimus. Quare erronea eſt interpretatio *huic l.* ſubdita, qua dicitur, Senatores ſi amplius ab eis fuerit requiſitum, hoc quod *commodauerint*, id eſt, crediderint, ſtylo Gothico fermè, perdituros: *Gothico* certè iure, ſecundum quod ea interpretatio accipienda eſt, creditor qui vltra legitimam vſuram quid à debitore credidit poſcendum, ſortem amittit ex edicto Theodorici *cap. 134.*

CODICIS

# CODICIS THEODOSIANI LIBER TERTIVS.

*QVO AGITVR DE TRIBVS:*

I. De Emptione-Venditione.
II. De Nuptiis.
III. De Tutelis.

## HVIVS LIBRI TITVLI.


I. *De contrahenda emptione.*
II. *De commiſſoria reſcindenda.*
III. *De patribus qui filios diſtraxerunt.*
IV. *De ædilitiis actionibus.*
V. *De ſponſalibus & ante nuptias donationibus.*
VI. *Si prouinciæ Rector, vel ad eum pertinentes ſponſalia dederint.*
VII. *De nuptiis.*
VIII. *De ſecundis nuptiis.*
IX. *Si ſecundo nupſerit mulier cui maritus vſumfructum reliquerit.*
X. *Si nuptiæ ex reſcripto petantur.*
XI. *Si quacumque præditus poteſtate nuptias petat inuitæ.*
XII. *De inceſtis nuptiis.*
XIII. *De dotibus.*
XIV. *De nuptiis Gentilium.*
XV. *De fideiuſſoribus dotium.*
XVI. *De repudiis.*
XVII. *De tutoribus & curatoribus creandis.*
XVIII. *Qui petant.*
XIX. *De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum.*


## DE CONTRAHENDA EMPTIONE.

### TITVLVS I.

IV. COD. IVST. XXXVIII. *Cæterùm lex* 5. *h. t. ad* ECCLESIASTICAM *hiſtoriam pertinet.*

### PARATITLON.

EMPTIO-VENDITIO eſt contractus, *l.*1. 2. *&* 7. quo res *l.*1. *&* 2. propria, *l.*6. ſeu familiaris, *l.*4. à domino ſeu proprietario, *l.*2. in alterum, definito pretio, *l.*1.2.4.7.8. *& Interpres ad l.*1. *&* 4. transfertur. De hoc contractu ſequentes Regulæ teneantur. I. Inter perſonas Maiores legitimas, rerum ſuarum adminiſtrationem habentes iniri debere, *l.*4. *&* 7. Non ſunt autem legitimæ, Minores, ſiue viri, ſiue fœminæ, *l.*3. *&* 4. vt nec alij qui adminiſtrandis familiarum ſuarum curis idonei comprobati non ſunt, *d.l.*4.

II. Rem in commercio eſſe debere: ſunt enim quæ vendi, emi ſimpliciter à priuatis,



tis, vel ab aliquibus prohibentur, quantumuis etiam dominis. In adminiſtratione ſcil. aliqua, vel officio publico poſitis adminiſtrationis vel officij tempore, comparare quid prohibiti: vid. *lib.*8. *tit.*15. *de his quæ adminiſtr.* Delator vagum mancipium à ſe delatum, ab alio impetratum, emere non poterat, *l.*1. *infr. ſi vagum pet. mancip.* Piſtores prædia quæ priuato iure poſſidebant, vendere Senatori, officiali non poterant, cùm cæteris poſſent: *l.*3. *de piſtorib.* Nominator, ex ſuſceptorum & præpoſitorum bonis nil emere potuit: *l.*8. *inf. de ſuſceptor.* Popularis vendere Annonas ſuas, ſeu panes gradiles, cæteráque quæ de publico gratuito percipit, non poterat: *l.*7. *de annonis ciuicis*, vt nec Scholaris, *l.*9. *eod.* quod tamen abrogatum, *l.*10. *eod.* *Equi* Palmatij & Hermogenis in curuli certamine debiles facti vendi à factionariis, vetiti: aliud in equis Hiſpani ſanguinis: *l.*1. *de Equis Curulib.* *Euectiones* vendere-emere non licuit, & commercium euectionum interdictum, *l.*4. *&* 41. *de curſu publ.* Fidicinam emere-vendere prohibitum: *l.*10. *de ſcenicis*: Leones vt venari, ita & venundare priuatis, prohibitum: *l.*1. *de venat. fer.* Litigioſa res vendi non poteſt: *l. vnic. de litigioſis.* Pecunias emere nulli licuit, pecunias enim pretium oportet eſſe, non mercem: *l.*1. *ſi quis pecun. conſl.* Purpuræ quoque nundinæ prohibitæ: *l. vlt. de murilegulis.* Reliquiarum martyrum commercium interdictum: *l. vlt. de ſepulch. viol.* Seruos alios quàm Iudæos Iudæi emere prohibiti, *l.*5. *h.t. & l.*2.4. *&* 5. *ne Chriſt. manc. Iud.* Stationes ſuas Principes cornicularij aliis vendere non potuerunt: *l.*10. *de cohortalib.* ſine cenſu vel reliquis fundus vendi non potuit *l.*2. *h.t.* & peculiari infrà *tit. ſine cauſa, &c.* vt & ſine colonis, vid. *Parat. inf. de fugitiuis colonis*: vt & ſine panibus ædes vendi: *l.*1. *de annonis ciuicis.* Curialium prædia & mancipia ſine decreto vendi comparari non poterant: *tit. de præd. curial.* De Nauiculariorum prædiis vide & tit. peculiarem *lib.* 13. Atenim ſolidos vendere licuit: de quo v. *l. vn. ſi quis ſolidi circulum*: *l. vn. ſi quis pec. conſl. l.*1. *de ponderator.*

III. De pretio aliquo in emptione conueniri oportet, aliquo, inquam: nam licet viliore eius obtentu venditio reſcindi non poteſt, *l.*1.4.7.

IV. Bonâ fide & mero conſenſu venditionem emptionem fieri oportet; alioquin ſi aliqua circumſcriptionis violentia, *l.*1. ſi per potentiam extorta ſit venditio, *l.*9. ſi in fraudem publicam inita, *l.*2. *&* 8. rumpitur, *d. l.* 1. infirmatur, *d. l.* 9. V. Arbitratu ſuo quiſque quærere vel probare poteſt emptorem, *l. dudum* 6. excipe ſp. *l.*1. *de Lenonib.* Sed & certis caſibus quis fiſco vel publico vendere cogitur: vt in ſp. *l.* 3. *de metallis. tit. de publ. compar. l.*80.51. *& l. vlt. de operib. publ.* Contrà, neque vilioris pretij obtentu, *d.l.*1.4. *&* 7. neque abſentiæ rei, atque adeo virium eius ignorantiæ prætextu, *d. l.* 4. neque partis tantum diſtractæ velamento, *dict. l.*4. venditio reſcindi poteſt: Poſtremùm, de ſimulatis venditionibus, v. *l.*33. *infr. de Decur.* vt & de commentitiis & fraudulentis tutorum venditionibus, v. *l.*1, *de integr. reſt.* item de his quæ ſub Tyrannis factæ, *l.*9. *de infirm. his quæ ſub Tyr.*

---

### ¶ PRETII VILIORIS *obtentu venditionem reſcindi non oportere.*

1. *Imp. Conſtantinus ad Profuturum PF. Annonæ.''

VENDITIONIS atque emptionis fidem'', nullâ circumſcriptionis violentiâ'' factam, rumpi'' minimè decet: Nec enim ſolâ pretij vilioris querelâ, contractus, ſine vlla culpâ'' celebratus, litigioſo ſtrepitu turbandus eſt. PP.'' Id. Aug. Conſtantino A. V. & Licinio'' COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Cum inter ementem & vendentem res fuerit definito pretio comparata, quamuis plus valeat quàm ad præſens venditur, hoc tantumodo requirendum eſt, ſi nihil fraudis vel violentiæ egit ille qui comparaſſe probatur. Et ſi voluerit reuocare qui vendidit, nullatenus permittatur.*

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. de causâ mox viderimus. Iungenda illi, *l.*1. *infr. de piſtoribus.* Concordant illi *lex* 4. *&* 7. *hoc tit.*

'' *Profuturo*, huic Præfecto annonæ hoc ipſo anno inſcribitur præter *d.l.*1. *de piſtor. l.*2. *infr. de relationibus.* & anno ſuperiore 318. *lex* 3. *Cod. Iuſt. de dilationib.*

'' De huius loci lectione mox.

'' Neque hic locus ſollicitandus, de quo mox.

'' Circumſcriptionis violentiâ, vt *ſup.* vel vt Interpres, fraudis vel violentiæ.

'' *Data.* Ita habent MSS. Codices fermè omnes.

'' *Licinio C. Coſſ.*

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. duæ conſtitutiones ſequuntur: quarum priore venditiones legitimè factæ firmantur: poſteriore contrà fraudulentis venditionibus occurritur. PRETII igitur VILIORIS obtentu factam iure venditionem non ideò infirmari ſeu reuocari oportere definit *hac l.* Conſtantinus, cui coaſſanda venit *lex 1. inf. de piſtoribus*: vti pariter conſtituitur duabus inſuper huius tituli legibus, putà *l. 4. & 7. & l. 4. 8. Cod. de reſcind. vend.* Naturaliter ſcilicet hoc licet, mutuò ſe in pretio decipere, *l. 16. §. 4. ff. de minorib. l. 22. §. vlt. ff. locati*: (vt loquitur Iuſtinianus *Nou. 97.*) μετρικῶς, circumſcriptio hæc iure permiſſa eſt: denique ſubſtantia hæc contractus emptionis & venditionis eſt, *d. l. 8.*

¶ Et quidem indiſtinctè & abſolutè tribus *huius tit. legibus* id definitur, ob ſolam pretij vilioris querelam, ſeu pretij vilioris nomine, ob minorem adnumeratam pretij quantitatem, venditionem non reſcindi. Vt proinde exceptio *legis 2. & 8. C. de reſcind. vend.* hoc iure noſtro (Codicis inquam iſtius Theodoſiani) obtinuiſſe minùs videatur. Eſt enim hæc lex noſtra indefinita, pariter vt *d. lex 4. & 7. inf.* Vt hæc etiam ratio fuiſſe videatur, cur *hanc l. & l. 7.* Tribonianus à Codice ſuo abeſſe voluerit: *& l. 4.* vno verbo addito, *paulò*, ita, *paulo vilioris*, mitigauerit.

¶ Illud ſummoperè notari cupio, hanc leg. *Præfecto Annonæ* inſcribi: Præfectus ſcilicet annonæ negotiatoribus, itémque piſtoribus annonam Vrbis Romæ adiuuantibus, præerat, & de pecunia debita ex negotiatione annonæ cognoſcebat; *l. vlt. ff. quod cum eo qui in aliena poteſt.* idque inter cætera curabat, ne quis annonam flagellaret, *l. vlt. §. vlt. ff. ad Leg. Iul. de annona*: *& l. 13. ff. de accuſat.* id eſt, ne res annonariæ immenſo pretio venderentur, verùm vt iuſto. Itaque & peræquatores victualium rerum in vrbe conſtituebat, vt teſtatur Caſſiodorus, *lib. 6. Epiſt. 6.* Sub eiuſdem diſpoſitione erunt & Piſtores vrbis Romæ, vt oſtendit *lex 3. & 6. inf. de pœnis. lex 4. de canone frumentario vrbis Romæ & lex 1.* (quæ huic noſtræ coniungenda eſt, & argumento reſpondet: nam & de venditionibus poſſeſſionum ad piſtores pertinentium agit) 3. 12. 14. 15. 21. 22 aliæque complures *inf. de piſtorib.* Dubitatum igitur videtur, à Profuturo Præfecto annonæ, nùm ſicut res annonarias immenſo pretio vendi prohibere debebat, eadem quoque ratione viliore pretio vendenti ſuccurrere deberet? Ac maximè ſi à Piſtore fortè Vrbis Romæ poſſeſſiones viliore pretio venditæ fuiſſent? Quod *hac l. & d. l. 1. inf. de piſtorib.* quæ huic, vti dixi, coniungenda eſt, negatur: Vnde ſpecies propria ad *hanc l.* aptanda venit in piſtore, qui poſſeſſiones ſuas viliore pretio vendiderat. Magnus equidem piſtorum vrbis Romæ fauor eſſe debet, annonæ vrbicæ ſeruientium, de quibus erit *inf.* titulus peculiaris, propter annonæ videlicet vrbis Romæ vtilitatem; ſed non tantus vt contractum fide bona initum proptereà, ob vilius inquam pretium, dummodo fraus viſque abſit, infirmari oporteat.

¶ Quod *huius leg.* verba ſeu lectionem attinet: ſunt qui ea ſollicitent duobus locis, atque adeò *huius leg.* initium ita legi velint: *Venditiones atque emptiones, fide nulla circumſcriptionis aut violentiæ facta*: fide factâ, id eſt, non probata aut circumſcriptione, aut violentia. Verùm ſuſtinenda eſt lectio vulgata, *venditionis atque emptionis fidem nulla circumſcriptionis violentia factam*; *Fides* ſcilicet eſt firmitas contractus & ſtabilitas: ſic & placiti fides, *l. 5. ſup. de pactis*: contractus, pacti conuentionis fides, infinitis locis: quorum nonnulla vide quoque in Gloſſario Theod. Ac nominatim *l. 2. Cod. de communium rerum alienat. & l. 1. Cod. finium regundorum.* venditionis fides: *Emptor, quod ſecundum venditionis fidem ad ſe peruenit.* Item, *ſi à fiſco facta ſit venditio*, FIDEM *eius* INFRINGI *minimè rationis eſt.* Qui locus huic noſtro geminus eſt: ſic & fides pactorum, Symmacho, *lib. 9. ep. 40.* fides placiti, eidem *lib. 7. ep. 108.* Quod verò illa attinet *circumſcriptionis violentia*, ſuſtineri quoque poſſit: nam & vis dolo ineſt. Et tamen ſi quis reponat *circumſcriptione aut violentia*, non multùm renitar.

## II. * Idem Aug. ad Gregorium."

QVI comparat, cenſum rei comparatæ cognoſcat": neque liceat alicui rem ſine cenſu vel comparare, vel vendere. Inſpectio autem publica vel fiſcalis eſſe debebit, hâc lege, vt ſi aliquid ſine cenſu vendiderit", & id ab alio deferetur", venditor quidem poſſeſſionem, comparator verò id quod dedit pretium, fiſco vindicante, perdat. ¶ Id * etiam placuit, Neminem ad venditionem rei cuiuſlibet accedere, niſi eo tempore, quo inter venditorem & emptorem contractus ſolemniter explicatur, vt certa & vera proprietas à vicinis demonſtretur: Vſque eò Legis iſtius cautione decurrente, vt etiamſi ſubſellia, vel (vt vulgò aiunt) *ſcamna* vendantur, oſtendendæ proprietatis probatio compleatur: Nec inter emptorem & venditorem ſolemnia" in exquiſitis cuniculis" celebrentur, ſed fraudulenta venditio penitùs ſepulta depereat. Dat. Prid. Non. Feb. Conſtantinopoli, Feliciano & Titiano COSS [337.]

INTERPRETATIO. *Quicunque villam comparat, tributum rei ipſius, ſicuti & ius poſſeſſionis ſe comparaſſe cognoſcat, quia non licet vlli agrum ſine tributo vel ſolutione fiſcali aut comparare, aut vendere. Quod ſi ſuppreſſa fiſcali ſolutione aliquis vendere auſus fuerit, vel comparare præſumpſerit, nouerint inter quos talis fuerit ſecreta tranſactione contractus, quòd & ille pretium perdat qui emptor acceſſerit, & venditor poſſeſſionem amittat, quia iubetur vt vicini rei, quæ venditur, teſtes eſſe debeant & præſentes, in tantum vt etiam de mediocribus rebus ſi quid in vſum venditur, oſtendi vicinis placeat, & ſic comparari, ne aliena vendantur.*

NOTÆ



## NOTÆ.

* Et hæc lex à Cod. Iuſt. abeſt, priore tantùm eius ſententiâ vſque ad, *Inſpectio*, excepta, quam, interpolatam etiam, Tribonianus ſubtexuit: quæ alioquin deſumpta eſt ex *l. 1. inf. eod. tit. lib. 10. tit. 4. legi 2. C. ſine cenſu vel reliquis.*

" *Gregorius* hic, cui pariter inſcribitur dignitate ſimiliter omiſſa anno ſuperiore 336. lex 1. *Cod. Iuſt. de naturalib. liberis*, Præfectus Prætorio nominatim dicitur eodem anno, *l. 3. inf. de annona & trib.* Hic idem Gregorius Præfectus eſt: de quo Optatus Mileuitanus *lib. 3. p. 32.* vbi Donati in eum conuicium memorat. Ex hâc quoque lege de dignitate eius coniectura duci poteſt: quandoquidem de re tributariâ in eâ agitur, cuius cura ad PP. pertinebat Italiæ porrò PP. ſub quo & Africam fuiſſe tum ex dicto Optati loco colligitur, tùm ex ſubſcriptione *d. l. 1. de natur. liber.* vbi *Data* pro Acc vel Propoſ. Karthagine ea dicitur: Nam quod ibi Phœniciarchiæ & Syriarchiæ mentio fit, id à Triboniani procul dubio manu eſt.

" *Cognoſcere* cenſum id eſt agnoſcere *h. l. & l. 4. de cenſitorib.* v. Gloſſ. Theod.

" Aliquis: ſupra enim, *neque liceat alicui.*

" De *Delationibus* erit infrà, *titulus*, *lib. 10.*

* *Secunda* pars *huius leg.*

" Inducenda vox hæc, quæ irrepſiſſe videtur occaſione vocis ſuperioris, *explicatur.*

" *Solemnia* emptionis; & ſic emptio.

" De hâc *Cuniculorum* voce, ad *l. 1. inf. de repudiis.*

## COMMENTARIVS.

FRAVDVLENTÆ (vt *fine legis* disertè vocatur) ſiue in fiſci ſiue in priuati necem, venditioni hac conſtitutione occurrit] Conſtantinus M. In fiſci, inquam, necem; (quæ prior *huius leg.* pars eſt:) Nempe, CENSVM emptorem poſſeſſionis neceſſariò ſequi iubet, non etiam eum in venditione venditorem in ſe recipere: *Cenſum*, inquam, id eſt, tributum, ſeu ſolutionem fiſcalem (vt rectè quoque Interpres) breuiter, publicam penſitationem: quod onus eſt agrorum, non perſonarum; de quo dicendi locus erit ſuo & peculiari *tit. inf. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe, lib. 11. tit. 3.* vbi duæ aliæ eiuſdem Conſtantini M. ſuper hoc conſtitutiones occurrunt; putà *lex 1. & 2.* Nempe fraudulenti partim, partim inopes venditores ſæpe cauebant, ſeſe fundorum onera agnituros: partim voraces emptores captatis aliquorum momentariis neceſſitatibus ſub hac conditione fundos opimos & electos comparabant, vt oſtendit *d. lex 1. inf. ſine cenſu*: Pœnæ porrò quæ *hac l.* imponitur ſeueritas magna eſt: nempe vt ſi fundus venditus eâ lege fuerit, *Ne onus cenſus emptorem ſequatur*, venditione reſciſsâ emptor pretium, venditor poſſeſſionem amittat, vtroque in fiſcum redacto: Alioquin, ex anteriore eiuſdem Conſtantini M. mente, ſeu conſtitutione, conuentione huiuſmodi tantum reſciſsâ, citra vllam pœnam emptor tributa agnoſcere cogitur, *d. l. 1. inf. d. tit. ſine cenſu*: Quæ cauſa etiam eſt, cur Tribonianus hanc *huiuſce leg.* Sententiam & pœnam, prælatâ *dicta l. 1.* in codicem ſuum non retulerit. Verùm, hæc huiuſce Conſtantinianeæ, & Seueræ Conſtitutionis, ratio hæc videatur, quod in eius ſpecie, venditores, & emptores fraudis conſilium participauerant, ideo videlicet, cenſum penes ſe retinentibus venditoribus, vt ità ſui inopiâ, inutilem redderent fiſci conuentionem. At in ſp. *l. 1. & 2. inf. ſine cenſu*: quæ eiuſdem Conſtantini ſunt, & quidem anteriores, non tam fraudis conſilium participaſſe videtur venditor, quàm neceſſitate adactus. Niſi malimus ita credere, in eadem ſpecie Conſtantinum etiam ſeueritatem intendiſſe *hac poſteriore.* ¶ Et hæc de priore *huius leg.* Sententia, ſeu de inhibendis venditionibus, in fraudem fiſci.

Secunda eſt de inhibendis, in fraudem priuatorum. Ergo cum in finem VICINIS præſentibus & aduocatis, déque rei proprietate teſtantibus venditionem emptionem fieri, Conſtantinus M. *hac l.* iubet, non *in exquiſitis cuniculis*, id eſt, in locis abditis, & (vt Petronius loquitur) in re ſimili in *Satyrico*, in quodam angulo. Cuius rei hæc ratio eſt, vt videlicet fraudulentis venditoribus occurratur, vt indicatur *fine huius leg.* Ne fortè (vt rectè Interpres) aliena vendantur & furtiua: quò pertinet omnino locus iſte quem dixi Petronii: *Veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notauimus frequentiam rerum venalium, non quidem pretioſarum, ſed tamen quarum fidem malè ambulantem obſcuritas temporis facillimè tegeret. Quum ergò & ipſi raptum latrocinio pallium detuliſſemus, vti occaſione opportuniſſimâ cœpimus, atque in quodam angulo laciniam extremam concutere, ſi quem fortè emptorem ſplendida veſtis poſſet adducere.* Quanquam ius iſtud è priſco repetitum videtur: Sic enim Pomponius quoque in Syris apud Nonium *cap. 2.* ſcribit, *quidam apud forum præſente teſtibus mihi vendidit*: *nota præſente*, pro, præſentibus. Sed & idem Conſtantinus donationes pariter aduocatâ vicinitate & arbitris adhibitis fieri voluit, quorum ſcilicet fide res poſtea probari poſſet donata, *l. 1. inf. de donationibus.* Huiuſmodi teſtes in nonnullis conſuetudinum Francicarum vocantur, *teſmoins Voiſinaux.* A vicinis igitur probationem proprietatis ſeu poſſeſſionis & donationis deſumi ex *hac l.* notandum eſt. Quomodo & Nuptiarum inde deſumitur, *l. ſi vicinis. 9. C. de nupt.* & filiationis quandoque, *l. filium. 6. ff. de his qui ſunt ſui.* Et placet admodum ratio, quam *lex 11. Cod. Longobardici, titulo, de teſtibus 51, lib. 2.* ſuggerit: *Quia*, inquit, *non eſt credibile, vt de ſtatu hominis, vel de poſſeſſione cuiuſlibet per alios melius veritas cognoſci valeat, quam per illos, qui viciniores ſunt.* ¶ In tantum porrò vicinos adhiberi iubet Conſtantinus, vt etiamſi mediocris res in vſum vendatur (vt rectè Interpres) vicinos adhiberi velit: veluti ſi *ſubſellia* vendantur, quæ vulgò *ſcamna* vocantur. Ergo ſubſellia hic idem quod ſcamna ſunt. ¶ Et hæc quidem ita Conſtantinus, ne furtiuæ alioquin res vendantur, vt iam dixi. Quæ ſanè ſi vendantur, vindicari etiam pretio non refuſo à domino poſſunt. *l. 2. Cod. de furis, & l. 23. C. de rei vindicat.* Ergo fundandæ emptoris ſecuritati id ita cautum.

## ¶ MINORVM *res, vt &* FOEMINARVM *quamlibet mariti conſenſu & ſubſcriptione accedente, ſine decreto alienari non poſſe.*

### III. * Imp. IVLIANVS Aug. ad Iulianum Com. Orientis."

PATRVI" mei Conſtantini" Conſtitutionem † iubemus aboleri, quâ præcepit, *Minores fœminas, conſortio virorum copulatas, ſine decreti interpoſitione venditiones" poſſe celebrare, ſi viri earum conſenſum pariter atque ſubſcriptionem inſtrumentis putauerint eſſe præbendam*: Quoniam abſurdum" eſt, maritos eis interdum inopes obligari: cùm poſſint, venditionis iure ipſo non valente, proprias res recipere ab iis, qui ſe illicitis contractibus miſcuerunt". *Vetus* igitur *ius* reuocamus, vt omnis venditio, quæcunque fuerit à minore, viro, ſiue fœmina, ſine decreti interpoſitione celebrata, nullâ ratione ſubſiſtat. Dat. VIII. Id. Decemb. Antiochiæ, Mamertino & Neuita COSS. [362.]

INTERPRETATIO. *Conſtantini Imperatoris fuerat lege præceptum, vt minores ætate fœminæ, ſi maritos haberent, cum illorum conſenſu poſſent aliqua de facultatibus ſuis vendere. Sed hoc præſenti lege remotum eſt, atque id obſeruandum erit, vt in annis minoribus conſtituti, ſeu viri, ſeu fœminæ, ſi ita neceſſitas exegerit, vt aliquid vendere velint, qui comparare voluerit, auctoritate Iudicis aut conſenſu Curiæ † muniatur: nam aliter à minoribus venditio facta non valebit.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. ideò ſcilicet quia *hâc l.* vetus ius reducitur, quod retinere ſatis habuit Tribonianus.

" *Iuliano* huic Comiti Orientis inſcribuntur hoc ipſo anno *lex* 51. 54. *de Decurionib.* & anno proximo 363. *lex* 12. *ſeu pen. Cod. de exceptionib.* De eodem agunt Am. Marcellinus *initio lib.* 23. *p.* 256 in actis anni 363. Iulianus *in Miſopog.* & *ep.* 10. *ad Alexandr.* & *ep.* 13. ad eum ipſum: & *in Miſopogone p.* 103. Theodoretus, *lib.* 3. *c.* 10. & 11. Philoſtorgius *lib.* 7. *c.* 10. 12. Hic idem forte ad quem extant Libanij epiſtolæ 279. 285. *lib.* 3.

" Sic rurſum eum vocat Iulianus, cum alteram eius conſtitutionem abrogat hoc eodem anno *l. vn. ſup. de dominio rei quæ poſc.* Conſtantino quippe M. frater fuit inter alios Conſtantius, cuius Conſtantij filij duo fuerunt, Gallus & Iulianus hic.

† Cuius duo fragmenta ſuperſunt *in C. Iuſt.* nempe famoſa lege, *lex quæ tutores* 22. *C. de adminiſtr. tutor.* & *l. vlt. C. quando decreto opus*: de quo mox dicam plura. Imò & tertium in *l.* 1. *ſup. de integri reſtitut.* ſeu *l. vlt. C. ſi adu. vendit.* vbi de eo iam aliquid notaui. " Prædiorum, aliarúmque.

" V. *l. vlt. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. neceſſ.*

" *Implicuerunt l.* 10. *inf. de iure fiſci.*

## COMMENTARIVS.

IVLIANI Imp. hæc conſtitutio eſt, Conſtantini M. conſtitutionem veteri iure reuocato, abrogantis, de MINORVM FEMINARVM rebus, prædiiſque quamlibet conſenſu mariti ſubſcriptioneque eius accedente, ſine decreto non alienandis. Minorum prædia ſine decreto alienari iam olim non potuiſſe notum eſt: prædia, inquam ruſtica vel ſuburbana, ex Seueri ſcilicet oratione: Atenim idem, & de vrbanis poſteà Conſtantinus M. conſtituit famosâ *l. lex quæ tutores* 22. *Cod. de adminiſtr. tutor.* quæ proculdubio Conſtantinianeæ conſtitutionis cui *hac l.* derogatur, pars eſt. Imò idem & res alias mobiles, ſeque mouentes diſtrahi vetuit, *d. l.* 22. & *l. vlt. Cod. quando decreto opus non eſt.* Et idem tamen tres caſus ſingulares exceperat, quibus videl. res minorum ſine interpoſitione decreti alienari, vendi poſſent; Idque omne Edicto ad populum vrbis Romæ emiſſo, de quo egi ad *l.* 1. *ſup. de Integri reſtitutione* cuius partes ſunt *d. lex, lex quæ tutores.* 22. *C. de adminiſt. tut. l. vlt. C. quando decreto opus*: & *l.* 1. *inf. de integri reſtit.* Primùm enim res quæ tractu temporis adteruntur, ſeruandóque ſeruari non poſſunt, ſine decreto alienari permiſit, veluti veſtes detritas. Secundò iumenta aut pecora ſuperuacanea minoris ſine decreto quoque alienari permiſit Conſtantinus M. *d. l.* 22. & *l. vlt. quando decret. opus.* Tandem & (quò pertinet hæc lex) eodem Edicto exceperat Conſtantinus M. res *Mulieris* minoris 25. annis, quæ marito nupſerat: huiuſmodi quippe mulieris res ſine decreto vendi permiſit, adhibito tantùm mariti conſenſu, eiúſque in inſtrumento ſubſcriptione; quod ius etiam in Gallia hodie obtinet. Qua parte ſingulare illud fuit, quod *inſtrumentum* in huiuſmodi venditione requireretur, cùm alioquin venditio inſtrumentum non requirat, *l. vlt. C. de contrah. empt.* & *l.* 10. *C. de fide inſtrum.* Eodem inquam, Edicto Conſtantinum id cauiſſe oportet: cuius Edicti partes ſunt quoque, vt dixi, *d. lex* 22. & *d. lex. vlt.* Imò & *lex* 1. *ſup. de integri reſtit.* Hoc ſiquidem Edicto Conſtantinus M. Minoribus pleniſſimè conſultum voluit, & pleniùs quam iure veteri, aduerſus temerarias venditiones rerum pupillarium nominatim à tutoribus factas, vt omnium illarum legum argumentum teſtatur: imò ſicut etiam colligi poteſt *ex d. l.* 1. *de integri reſtit.* ¶ Cœterùm eo Edicto Conſtantinum mulieri Minori aduerſus maritum regreſſum dederat, ipſa venditione ſtante, atque ita emptorem ſecurum eſſe voluerat. Quod *verſiculo huius l. Quoniam*, indicatur.

¶ Et hoc verò poſtremum nunc *hac* Iuliani *lege* aboletur, ſicut idem alteram Conſtantini legem ſuſtulit, *l.* 1. *ſup. de dominio rei quæ poſc.* tam hic quàm illic antiquo, ſeu veteri iure reuocato, & veteris iuris religione ductum (cuius religioſiſſimum fuit etiàm extra religionis negotium) Iulianum, vel exindè



conſtat: v. & quæ notabo ad *l.* 4. *inf. ad SC. Claudianum* & peculiari in Conſtantinum, eiúſque actus, Conſtantiique odio, & vt in vulgato illo, [illegible] & κάτωτα.

¶ Prohibet igitur Iulianus *hac l.* mulierum quoque minorum nuptarum res ſine decreto alienari, non minus quàm aliorum, ea ratione, quæ vt *hac l.* ita & *l. vlt.* . . *in quib. cauſ. in integr. reſtitutio neceſſ. non eſt*, indicatur: Nempe, quod ſatius ſit, ipſo venditionis iure non valente, proprias res recipere minores mulieres ab his, qui ſe illicitis contractibus miſcuerunt, ſeu ab emptoribus quàm aduerſus inopes fortè maritos fruſtrà experiri: Denique quòd ſatius ſit, Minori rem ſuam perſequi & ſeruari, quàm perſonalem actionem tribui; quæ ſæpè inopiâ rei inanis eſt: *Quoniam*, inquit Iulianus *abſurdum eſt, maritos eis interdum* INOPES *obligari*, &c. Et verò Iuliani Conſtitutioni potiùs ſtandum videatur, quàm Conſtantinianeæ, qui per regreſſum minori fœminæ ſatis conſultum putauerat. Pariter vt pupillo in *ſp. l.* 3. *inf. de adminiſtr. tutorum*, vbi ſimiliter Conſtantinus M. regreſſum dat pupillo aduerſus Tutorem, cuius culpa fundus emphyteuticus pupilli in commiſſum cecidit: & æquior videtur anterior eiuſdem Conſtantini M. Conſtitutio, quâ non ideo minoribus fundum eripi voluit, *l.* 2. *Cod. de fundis patrimonial.*

## ¶ PRETIO VILIORE *facta venditio à maiore, etſi partis tantùm prædij, etſi longè poſiti, non ideò infirmatur.*

### IIII. * Imppp. Gratianus, VALENT. & Theodoſius AAA. ad Hypatium PF. P."

QVISQVIS maior" ætate, atque" adminiſtrandis familiarum" ſuarum curis idoneus comprobatus, prædia etiam procùl ſita", diſtraxerit, etiamſi" prædij forte totius quolibet caſu minimè facta diſtractio eſt, repetitionis in reliquum, precij nomine vilioris", copiam minimè conſequatur; neque" inanibus immorari ſinatur obiectis, vt *Vires ſibimet* cauſetur *Locorum incognitas*; qui familiaris rei ſcire vires, vel merita atque emolumenta debuerit". Dat. VI. Non. Maij, Mediolan. Merobaude II. & Saturnino COSS. [383.]

INTERPRETATIO. *Quæcunque perſona iam perfecta ætate domum ſuam regere poteſt, ſi villam, domum, vel quodlibet aliud, habita precij definitione vendiderit, & forſitan poſtea opponere velit, quod minus precij accceperit, quàm res valebat, quia forte agrum, quem vendidit, longe poſitus, ignoraſſe ſe dicat, non ideo venditio poterit reuocari: quia ætas perfecta potuit ſcire quid venderet, aut quo precio res vendenda valere potuiſſet.*

## NOTÆ.

* Lex 15 *C. de reſcind. vend.* hinc interpolata eſt.

" De *Hypatij* huius geminâ Præfecturâ, vrbana & Prætoriana. v. Proſopogr. & Marcellinum, *lib.* 29. *p.* 421. Gregorij Nazianzeni *ep.* 192. Fuit autem hæc Præfectura Italiæ ſub Valentiniano Iun.

" An & mulier? Dicam poſtea.

" Legitima perſona, *l.* 7. *inf.* minoris alia ratio, v. *tit. Cod. ſi aduerſ. vendit.*

* Hæc ſententia abeſt à Cod. Iuſtin. quæ tamen hic rectè adiecta fuit: vt prodigi & furioſi excluderentur: & mulieres: de quo locum Symmachi mox apponam: Neque ſatis omnino expreſſit id Anianus.

" An reponendum *familiarium rerum* vt *ſine leg.* Non. *Familias* dixit Imp. nempe quia in *huius l.* ſpecie venditor in variis prouinciis diuerſa prædia, & ſic *familias* habebat.

" *Poſita*, C. Iuſt.

* Et hanc ſententiam reſecauit Tribonianus: ſicut & ſequentium illarum vocum vice *in reliquum*, has ſubſtituit, *rei vendita*: Sed nec Anianus horum vllam rationem habuit, quæ tamen in *huius l.* ſpecie alteram dubitandi rationem continebant.

" *Paulò vilioris*, ita Tribonianus propter *l.* 2. *C. de reſcind. vend.*

" *Neque enim*, ita C. Iuſtin.

" *Ante debuerat*, ita Tribonianus.

## COMMENTARIVS.

PRETIO VILIORE factam prædij ſui à maiore venditionem non ideò reuocari definit *hac l.* Valentinianus Iun. pariter vt Conſtantinus *l.* 1. *ſup.* & Arcadius *l.* 7. *infr.* A maiore inquam, & adminiſtrandis familiarum ſuarum curis idoneo, vt *hæc lex* loquitur; ſeu, vt vno verbo ait *d. lex.* 7. *inf.* à perſona legitima: Etiamſi (quæ duæ ampliationes ſunt ad duas præterea dubitandi in *huius l.* ſpecie rationes, quas tamen Tribonianus omninò neglexit, Interpres autem earum vnam tantum notauit) etſi inquam, maior dicat; Primùm, ſe prædia procul ſita, quorum *vires*, id eſt, pretium, ignorabat, diſtraxiſſe: Pone, Romæ poſitum prædium aliquod, quod in tranſmarina prouincia, (veluti Africa) vel etiam Aquileiæ aut in Gallia habebat, à Maioribus ſuis ad ſe tranſmiſſum, quódque ſibi nunquam viſum, per ſeruos, libertos, actores adminiſtrabat ſeu exercebat (vt de negotiatione quoque teſtatur *lex.* 10. *ff. qui, & à quib. manumiſſi.*) vendidiſſe, viliori longè pretio, quàm reuera æſtimabatur? Non ideo tamen venditio ita facta reſcinditur: Non poteſt id opponere venditor: debuit enim *familiarum* ſuarum, quas per varias prouincias ſparſas habebat, merita ſcire; *merita*, inquam, & *emolumenta*, ſubductis videlicet penſionibus & fructibus ex rationibus illorum qui prædium exercebant. Ignorantia ſcilicet virium rei familiaris, iuſta non eſt reſcindendæ venditionis cauſa: Contrà

commercij & promiſcui vſus fauor hoc exigit, vt ne inani ignorati pretij rerum ſuarum velamento ſeu obiectu venditiones reſcindantur. Et tamen à fraudis conſilio eandem ignorantiam excuſare certum eſt, *lege* 10. *π. qui & à quibus manum.* & §.3. *Inſt.quib. ex cauſ. manumitt. non lic.* Ignorantia hæc à dolo excuſat. Et tamen ad locationem horreorum à fœminâ factam reſcindendam hac ipsâ ratione vtebatur Symmachus *lib.*4. *Ep.*69. *ad Euſignium, PP. Italiæ*, pariter triennio circiter vel quadriennio poſt *hanc leg.* cuius verba apponere iuuat: *Etiamſi petitio domeſtica & amica ceſſaret, publicus vigor iuſto deſiderio deeſſe non poſſet. Quid enim tam familiare iuſtitiæ, quàm vt* CIRCVMSCRIPTOR *Clariſſimæ & laudabilis fœminæ parentis meæ* ASTVTIÆ *ſuæ priuetur effectu, ne commodis illudat alienis, prouincialium patronorum fretus auxilio? quorum impotentia compulit, vt Muronà litium fugitans, ad iudicium* [tuum] *Prætoriani Culminis conuolaret. Res autem, quâ de agitur, eiuſmodi eſt. Ante plurimos menſes ille à Parente meâ Horrea Aquileienſia, &* CÆ. PROPTER LONGINQVITATEM ITINERIS INCOGNITA, *tenui mercede conduxit: atque ita abuſus eſt, vt paruo licet tempore, iiſdem locis labem conſultò intuliſſe dicatur: Hunc vbi ſæpe conuenit, vt conductione decederet, contemptu hominis & interuentu quorundam frequenter eluſa eſt. Nunc opis indiga, geminum beneficium veſtri fauoris exoptat: primò, vt improbiſſimus inquilinus locorum intentione pellatur: dehinc habitâ deterioratæ rei æſtimatione ſumptum iuſtæ inſtaurationis agnoſcat. Cùm igitur æqua poſcamus, credo conſore, vt meæ petitioni & vtilitatibus parentis fauor veſter arrideat.* Quæ quidem Symmachi Epiſtola *huic l.* rectè aptatur. Nam argumentum ſimile eſt; Eóque ſaltem colore inter alias rationes vtitur ad expellendum inquilinum conductis locis Symmachus: quòd fœminam in mercede circumſcripſiſſet conductor: quódque fœmina tenui mercede loca propter longinquitatem itineris, incognita ſibi, locaſſet: Proinde & hac ratione improbum inquilinum locis conductis decedere cupit. Porrò non iniquam rem vel hac ratione vnà petere viſus eſt Symmachus in ea ſpecie, cùm fœmina locaſſe & circumſcripta proponatur, quæ ſanè adminiſtrandis familiarum ſuarum curis haud ſatis idonea eſt. Itaque huc initium legis omninò pertinet: QVISQVIS *maior ætate, atque adminiſtrandis familiarum ſuarum curis* IDONEVS, &c. *Quiſquis*, ait lex: quo ſanè verbo cùm aliàs vterque ſexus contineatur, propriè maſculi accipiendi hìc ſunt. Item, *Idonei adminiſtrandis familiarum ſuarum curis*: cuiuſmodi ſanè non ſunt mulieres, quæ olim propter conſilij imbecillitatem in perpetua tutela fuerunt, nullámque rem gerere, niſi cum tutore potuerunt. Maneat igitur alibi ſita prædia alibi rectè firmóque iure vendi; pariter vt donari: nam & geſta confici ſuper rebus etiam alibi conlocatis vbicunque ſufficit: *l.*8. *inf. de donationibus*. Et hæc de priore dubitandi ratione in ſpecie *huius leg.* quæ *hac l.* profligatur. Vnde eam in praxi allegare ſolet hic textus ad hoc quod venditor ſcientiam valoris rei ſuæ, & vires ſui patrimonij habere præſumitur. vide ſaltem Menochium 6. *præſ.*23.

¶ Poſterior dubitandi ratio in *huius l.* ſpecie hæc erat, quòd maior *prædij ſui tantum partem diſtraxiſſet*, vt proinde faciliùs factam ita venditionem redintegrationis & conſolidationis fauore reſcindi debere, dicendum videretur; Et tamen neque hæc ratio efficere poteſt, vt facta à Maiore legitimè venditio reuocari poſſit, quia ſcilicet ſponte, ſuóque eam arbitratu fecit. Et tamen certum eſt, aliis caſibus cæteroquin huius redintegrationis ſeu conſolidationis rationem olim habitam, atque etiamnùm haberi de quo dicam *ad l. dudum* 6. *inf.* ¶ Proinde ſic concludamus. Etſi longè viliore pretio, etſi pars prædij, etſi longè poſiti vendita à Maiore fuerit, venditionem non ideo reſcindi. ¶ Aliud foret, ſi quis delatam ſibi hæreditatem procul ſitam, de cuius quantitate nondum certus erat, vel eſſe poterat, emptore falsò ſuadente eam exiguam & minimam eſſe, vendiderit: *l.*4. *C. de hæredit. vendita & l.*9. *π. de dolo malo*, *l.*13. §. *per contrarium.*5. *π. de action. empti*: *l.*42. *π. mandati.* Quæ venditio ſolo ignorantiæ velamento non reſcinditur, ob dolum aduerſarij concurrentem reuocatur. Denique ideò expreſsè *l.*1. *ſupr. Nec enim* SOLA *pretij vilioris querela, contractus* SINE VLLA CVLPA *celebratus, turbandus eſt.*

v. * Iidem AAA." Cynegio" PF.P.

Ne quis omninò Iudæorum Chriſtianum comparet ſeruum, néve ex Chriſtiano Iudaicis ſacramenta adtaminet": Quod ſi factum publica indago compererit, & ſerui abſtrahi debent, & tales domini congruæ atque aptæ facinori pœnæ ſubiaceant: Addito eo, vt ſi qui apud Iudæos, vel adhuc Chriſtiani ſerui, vel ex Chriſtianis Iudæi reperti fuerint, ſoluto per Chriſtianos competenti precio, ab indignâ ſeruitute redimantur. Accepta x. Kal. Octob. Regio", Ricomere & Clearco COSS. [384.]

INTERPRETATIO. *Conuenit ante omnia obſeruari, vt nulli Iudæo ſeruum Chriſtianum habere liceat, certe nullatenus audeat, vt Chriſtianum ſi habuerit ad ſuam legem transferre præſumat. Quod ſi fecerit, nouerit ſe ſublatis ſeruis dignam pœnam tanto crimine ſubiturum: Nam ante legem datam id fuerat ſtatutum, vt pro Chriſtiano ſeruo, ſi inquinatus fuiſſet pollutione Iudaica, ſciret ſibi precium quod dederat à Chriſtianis eſſe reddendum, vt ſeruus in Chriſtiana lege permaneret.*

NOTÆ.

* Repetitam hanc legem, vel potius collocatam ſub ſuo titulo *inf. ne Chriſtianum mancipium Iudæus habeat*, oportuit.

" *Valentiniano*, *Theodoſio & Arcadio* legem hanc tribui oportet, non iiſdem Auguſtis, quibus lex ſuperior tribuitur. v. Chronol. *Theod.*

" *Cynegius*



" *Cynegius* PP. Orientis fuit per ſexennium A. 384. 385. 386. 387. 388. 389. vt docent quamplures ad eum conſtitutiones. De eo & Zoſimus *lib.*4. *p.*762. 769. Plene in Proſopogr.

" *Adtaminare*, id eſt, inquinare: de quâ voce vid. Gloſſ.

" *Regium* hoc, duodecimo à Conſtantinopoli lapide erat: de quo vide vel *Itinerarium Auguſtanum*, ſeu Peutingerianum.

COMMENTARIVS.

CHRISTIANVM mancipium, quicunque tandem Iudæus emere, vel habere, à Theodoſio M. prohibetur. Iudæo Chriſtiani mancipij commercium non eſt: Incapax eius eſt, per conſequentiam ſeu ex rei qualitate, & ex probabili cauſa; quomodo in ſimili loquitur *lex* 114. §. 5. *π. de legat.* 1. Quinimò nec ſeruũ ex Chriſtiano Iudæum factum huiuſmodi Iudaicis ſacramentis adtaminare (id eſt circumcidere) poteſt, alioquin in præteritum (id eſt *huius l.* tempore) ſi Iudæus huiuſmodi ſeruum habeat, redimi is à Chriſtianis, dominíque ſui dominio eripi iubetur: In futurum autem, ſi quid tale factum fuerit, & ſerui his eripiuntur, pretio nullo ſoluto, & pœnæ præterea ſubijciuntur, de quo dicam pleniùs *ſuo tit.* Obſeruandum modò, Interpretem poſtremam *huius l.* ſententiam non intellexiſſe.

¶ Porrò quod ait Theodoſius M. *Ne quis* OMNINO *Iudæorum*, id velle videtur, ne quidem Patriarchis Chriſtianum mancipium habere fas eſſe: quod vtique nominatim proditum à Theodoſio Iun. *l.*22. *inf. de Iudæis.* ¶ Tandem obſeruandum redimendi ius quod *Chriſtianis* Theodoſius M. *h.l.* tribuit, vbi per Chriſtianos, quicunque tandem Chriſtiani, in his verò potiſſimùm Epiſcopi & Clerici intelliguntur, qui hoc æuo paſſim prohibere niſi; imò prohibendi his poteſtas *legibus* data, quæ in iniuriam Religionis fierent, vel inhumaniter admittebantur: cuius rei exempla *in l. vlt. inf. de cuſtod. reor. l. vlt. inf. de lenonib. l. vlt. inf. de poſtliminio*: *l. vlt. inf. de Expoſitis*: de quo ad *illas leges* pleniùs.

¶ *De iure* PROTIMESEOS, *proximis & conſortibus adempto.*

VI. * Iidem" AAA. Flauiano" P.F.P. Illyrici & Italiæ.

DVDVM *proximis conſortibúſque* conceſſum † erat, *Vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines ſuo arbitratu vendenda diſtraherent*: Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, ſuperiore Lege † caſſatâ, vnuſquiſque ſuo arbitratu quærere vel probare poſſit emptorem". Dat. VI. Kal". Iun. Vincentiæ", Taciano & Symmacho COSS. [391.]

INTERPRETATIO. *Prior ordinatio legis fuerat, vt ſi vnus ex conſortibus, quacumque neceſſitate rem vendere voluiſſet, extraneus emendi licentiam non haberet. Sed hoc melius probatur indultum, vt quicunque de rebus ſuis libero vtatur arbitrio, & prætermiſſis conſortibus vel propinquis, cui voluerit vendendi liberam habeat facultatem.*

NOTÆ.

* *Lex dudum.* 14. *C.h.t.* quam vnicâ exceptione & ſententia Tribonianus auxit. Iungenda autem huic, *lex* 2. *ſupr. de conſtit. principum.* Meminit *huius l.* Conſtantinus Porphyrogeneta, *Nouella* 1.

" Iidem ſcilicet Auguſti, quibus & lex ſuperior tribuenda eſt, puta *Valentinianus*, *Theodoſius & Arcadius*, vt etiam rectè in Cod. Iuſt. adnotatum eſt.

" *Flauianus* hic PP. Illyrici & Italiæ, ante decennium, A. 382. 383. eam dignitatem geſſerat: iterum fuit hoc anno 391. 392. v. quæ not. in *Proſopographia*.

" *Præfectum* Prætorio Illyrici & Italiæ nota: de quo dixi ſemel ad *d. l.* 2. *ſup. de conſtitutionib. Principum.*

† De *hâc lege*, mox.

" *Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit.* Hæc exceptio addita à Triboniano: cui & alibi ſimiles exceptiones legibus de ſuo áddere ſolemne eſt.

" *Vincentiæ* data hæc lex: vbi & eodem die data lex 13. *inf. de re militari.*

COMMENTARIVS.

Πρωτοπραξίας ſeu προτιμήσεως ius (: de quo vid. quæ cumulauit Harmenopulus, *lib.*3. *tit.*3. *à num.*112. *ad* 131.) PROXIMIS & CONSORTIBVS antea *Lege* conceſſum, quódque hactenus obtinebat, hac famoſa & quotidiana Valentiniani Iun. ſiue Theodoſij M. conſtitutione adimitur. De veteri equidem iure Moſaico conſtat, quo poterant olim gentiles agnatíque ſuo ære ea retrahere, quæ inops dominus vendiderat, quæque poſteà redimere nequiuerat: de quo Leuitici *cap* 25. Ruth *cap.*4. Hieremiæ *cap.*32. Nos de iure Romano nunc agimus; Quod quidem *dudùm* inoleuiſſe Legéque inductum hæc lex teſtatur. Et id tamen ipſum haud adeò vetuſtum erat. Pandectarum quippe iure, id eſt, ad Gordianorum vſque fermè tempora, id non obtinuit, niſi iis caſibus, de quibus mox. Adeò quidem, vt conſors rem ſuam venditurus, alienaturus, ne denunciare quidem priùs conſorti ſuo teneretur; quò pertinet omninò regula Iuris in *l.*26. *π. de regulis iuris*: qui poteſt inuitis alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. Ad hanc inquam ſpeciem pertinet omninò hæc regula, vtpote deſumpta ex Vlpiani *libro* 30. *ad Sabinum*, quo, vt in commune de ſocietate & conſortibus egit; vt docet *lex* 43. *π. famil. erciſc. l.*3. 21. *π. communi diuid. lex* 7. 9. 11. 14. 16. 19. 21. 23. 31. 35. 45. 47. 51. 55. 57. *π. pro ſocio*: *lex.* 13. *π. de præſcriptis verbis*: *lex* 5. *π. ſoluto matrim.* Ita nominatim egit

de

de arbitro familiæ erciſcundæ ab vno etiam hærede & præſentibus cœteris & inuitis petendo, *d. l.* 43. *π. famil. erciſc.* de diſtrahenda item ſocietate inuito vel abſente altero ſocio, *d. l.* 14. *&* 16. *π. pro ſocio.* Verùm ad rem. Eò quoque pertinet Plinij locus *lib.* 7. *ep.* 11. qui agri hæreditarij quincuncem ſibi delatum vendiderat. *Supereſt vt cohæredes æquo animo ferant, ſeparatim me vendidiſſe quod mihi licuit omninò vendere.* Imò ne Diocletiano quidem imperante ius iſtud obtinuiſſe docet *lex* 3. *Cod. de communium rerum alienat.* *Falſo tibi perſuaſum eſt*, ( ait Imp. *illa l.* ) *communis prædij portionem pro induiſo, antequam communi diuidundo iudicium dictetur, tantùm ſocio, non etiam extraneo poſſe diſtrahi.* Quare Conſtantino M. ius iſtud tribuendum mihi fermè videri ſolet, qui id aliquo Moſaici iuris exemplo in Rempublicam Romanam & Chriſtianam inuexerit: Lege certè aliqua expreſſa id nominatim inductum & conceſſum fuiſſe hæc *lex* teſtatur: *Dudum*, inquit, CONCESSVM *erat*: & iterum expreſſiùs adhuc: *ſuperiore* LEGE *caſſata.* Quam dudum verò, non ait: neque ex eo ſatis ſciri poteſt: quando vox *dudùm* ἐκ τῶ πρός τι eſt, incertúmque limitem habet, & vel paucos retro annos denotare ſæpe ſolet, vt *l.* 3. *inf. de inceſtis nuptiis*: *l.* 4. *inf. de maternis bonis*: *l.* 1. *inf. de ſuperexactionibus*: *l.* 163. *inf. de Decurionib. l.* 6. *inf. de domeſticis*. *l.* 7. *inf. de Senatoribus*: ſic vt de biennio etiam id efferatur: de quo iam dixi ad *l. celebrandis*, *Cod. de nuptiis.* Quare fors etiam ad recentiorem adhuc Principem hoc ius referri poſſit, veluti ad Gratiarum Imp. Verùm Conſtantino M. id tribuere malo: à cuius extremis annis, ad *huius leg.* æram, ſunt 54. anni. Certè vt Conſtantinum M. huius iuris Authorem putem, faciunt adhuc nonnulla ſimilia eiuſdem conſtituta in Conſortium nominatim fauorem. Ita Iulianus in *l. vn. ſup. de dominio* rei quæ poſcitur, vel conſortib. Conſtantini M. conſtitutionem memorat, quæ *ſuper conſortibus promulgata fuerat*, qua ſcilicet *conſortibus* hanc præſcriptionem dilatoriam tribuit, ne conuenirentur, ſi conſortes alios habere ſe dicerent: quam conſtitutionem *ea leg.* abrogat Iulianus. Ita idem Conſtantinus *l. vnic. infr. ſi petitionis ſocius*: petitionis ſocio ſeu conſorte ſiue hærede deficiente, eius partem ad conſortem peruenire voluit. Ita conſortibus fundi patrimonialis idem permiſit, vt pro portione ſua ſinguli tributum ſeu canonem inferre poſſent: neque conſortis mora, ſeu commiſſi vitium conſorti noceret: *l.* 1. *de conlat. fund. patrim.* Ex quibus apparet, quantam Conſtantinus M. conſortij rationem habuerit, quámque variis Conſortes priuilegiis donauerit. Quibus adde & iſtud, quod *hac lege* aboletur. Hactenus de authore huius iuris προτιμήσεως occaſione & ad interpretationem illorum, *dudum conceſſum erat*: item & horum, *ſuperiore lege caſſata*: quod primùm *hac leg.* inquiri oportuit, & ab omnibus tamen Interpretibus prætermiſſum eſt.

Secundo nunc locò de æquitate & Ratione iuris iſtius inducendi videamus. Ea verò *hac ipſa leg.* apertè indicatur, cùm Author *huius leg.* ait, *Honeſtatis colore* id *velatum* fuiſſe: honeſtatis, inquam, εὐπρεπείας colore, ſeu colorata ratione honeſtatis, aduerſus communes ſcilicet iuris regulas, quibus nemo de rebus ſuis aliquid inuitus facere cogitur, vt *hac ipſa leg.* dicitur. Honeſtatis porro color iſthic eſt, quod videl. etſi ſummo iure, ſeu fori iure inſpecto quilibet emptorem arbitratu ſuo quærere vel probare poſſit, attamen honeſtatis leges ſuadeant à proximo & conſorte in emptione proximum & conſortem præferri, ſi modò tántundem pretij, quantum extraneus, offerat, vel oblaturus eſt, offerat arg. *l. ſi in emptionem* 35. *π. de minoribus*: Cum nihil venditori depereat, proximitatis & conſortij ratio iure habenda videtur. *Proximitatis* primum, quia magna eſſe fermè ſolet in rebus, quæ à Maioribus aut cognatione proficiſcuntur, affectio: Intereſt ſcilicet noſtra, res Maiorum in gente & familia ſeruari, de qua affectionis ratione eſt dicta *lex.* 35. déque ea pluribus agunt Doctores *ad l. lex, quæ tutores* 22. *Cod. de adminiſtr. tutor*: *Conſortij* itidem magna eſt ratio: *Conſortes* ſunt, ( de quibus iam aliquid dixi *ad l. vn. ſup. de dominio rei quæ poſcitur*; ) qui alicubi *Perſonniers* vocantur, σύγκληροι, quibus ſors aut patrimonium réſue aliqua communis eſt: quibus vel omnia bona communia ſunt, vel quædam, & quidem pro indiuiſo, de quibus eſt etiam locus apud Sidonium Apollin. *lib.* 4. *epiſt.* 24. & accipienda quoque dicta lex 3. *Cod. de communium rerum alienat.* De conſortio nominatim in rei petitione eſt Symmachi locus, *lib.* 9. *ep.* 117. Imò eſt & eiuſdem alter locus de conſortio ad ius προτιμήσεως, *ep.* 27. quam hic totam exſcribere iuuat: *Symmachus, Leoni. Opto quidem te in tantum copiis pecuniæ familiaris affluere, vt poſſis opima prædia comparare, ſed mallem te ſine amicorum noxa atque iniuria oculum ac deſiderium nouis* EMPTIONIBVS *admouere. Nam ego Poſtumianenſem rem iure optimo, ſine vlla mentione,* CONSORTII *tui, ab antiquiſſimo poſſeſſore mercatus, nunc primùm tua* AMMONITIONE *conuenior, vt propè iam inueterata poſſeſſione decedam. Cuius pretium non eius mediocritatis eſt, vt emiſſe delectet: Adeò cùm poſſim tibi* LEGIBVS *obuiare, & deſiderio eius, cuius res aguntur, obſiſtere, copiam tamen facio, , vt quod argenti dedimus venditori, id homini meo Euſcio, cui ſumma comperta eſt, digneris expendere: ſi tamen præoptas noſtra mercari, quàm tua nexu obligationis ſoluere.* Ergo CONSORTII obtentu retrahere Leo emptionem à Symmacho factam volebat: cui duo opponit Symmachus: nullam ſcilicet emptionis tempore factam conſortij iſtius mentionem: & iamdiu factam hanc à ſe emptionem. Vnde iam hæc colligo. *Primò*, Symmachum hanc epiſtolam ſcripſiſſe, antequam hæc lex lata fuerit. *Secundò*, in emptione fundorum inter alia conſortes quoque nominari ſolitos. *Poſtremò* venditionis tantùm tempore conſortem prælatum, at non poſt peractam ſemel venditionem, & inueteratam poſſeſſionem. Quod & *legibus* nominatim cautum ingerit Symmachus, & verò id ex *hac* quoque *leg.* conficitur. Quæ omnia ſingularia ſunt ad *huius leg.* illuſtrationem, & hactenus à nullo notata. Ad rem: Non igitur ſunt conſortes *hac l.* tantum vel ſignatè ὁμόκηνσοι qui ſcilicet ex bonis quæ ſimul in cenſum relata fuerant, prædia poſſident: fieri enim poteſt, vt bona quæ vnius cùm eſſent, tabulis cenſualibus iuncta poſteà plures in dominos diſtracta fuerint. Ad rem. Ergò ſiue Valentiniani Iun. ſiue Theodoſij M. legem illam abrogantis quaſi inani honeſtatis colore velatam mens eſt, vt nullam omnino hâc in re proximitatis, ſiue conſortij rationem haberi velit. ¶ Et Iuſtinianus tamen, ſiue Tribonianus familiares ſibi, *huic l.* addidit exceptionem, *Niſi lex ſpecialiter quaſdam perſonas hoc facere prohibuerit*, quæ tamen exceptio non ad proximos, aut conſortes pertinet, & ſic ad hypotheſin *huius leg.* verum ad generalem ſaltem illam regulam, & rationem quæ *fine leg.* additur: Nam & olim & deinceps, ( quod in hunc locum diſtulimus, ) προτιμήσεως ius iſtud obtinuit inter conuicanos, *l. vn. Cod. non licere habitatoribus Metrocomiæ* &c. In auctione item bonorum, *l. cum bona* 16. *π. de rebus auth. Iud. poſſ.* Item ex pacto *d. l. qui Romæ* 122. *§. cohæredes* 3. *π. de verb. oblig. l.* 16. *de pactis*, *l.* 75. *de contr. empt. l.* 2. *§.* 5. *de act. empti* In Emphyteuſi, *l. vlt. Cod. de Iure Emphyteutico.* Addita inquam hæc exceptio à Triboniano, quod tamen nuper negare auſus eſt aduerſus Cuiacium, Amaya *ad tit. de prædiis Decur. &c. n.* 25. Tanta ſcilicet tùm viri illius negligentia, vel ſocordia fuit huius codicis conſulendi. Pariter vt Tiraquelli grauis error fuit, negantis *hanc l.* in *hoc Cod. Theod.* reperiri, verùm editam eam fuiſſe ab his quibus Iuſtinianus ſui Codicis curam demandauit: Cùm tamen hæc lex in omnibus Codicis Theod. editionibus extet: etiam in antiquiſſimis Sichardi, & Tilij, quæ tamen imperfectiores erant. Ad *ipſam leg.* redeamus, vel potiùs ad ius ſiue προτιμήσεως, ſiue πρωτοπραξίας quod eâ aboletur. Similiter ſanè poſteà Romani Senioris Lacapeni *Nouella* 2. quam etiam habet Harmenop. *lib.* 3. *t.* 3. *n.* 118. &c. quinque gradus perſonarum conſtituti fuerunt, quibus ius iſtud προτιμήσεως competeret κατὰ τάξιν. Primus gradus eſt cognatorum conſortium, τῶν συγγενῶν ἀναμὶξ κειμένων. Secundus conſortium aliorum ἐχόντων κοινότητα. Tertius eorum, licèt extranei ſint ξένοι venditori, qui ſolùm immixti ſunt, οἱ μόνον ἀναμεμιγμένοι. Quartus ſimul cenſitorum, οἱ συμπεπλεγμένοι ὁμοτελεῖς. Poſtremus qui modo confines ſunt aliqua parte οἱ ἁπλῶς ἔν τινι μέρει συναπτῶς ἡνωμένοι. Et ita quidem vt ſucceſſorio Edicto hâc in re locus eſſet: id eſt vt primis non offerentibus, ſequentis & proximi gradus alij admitterentur. Hac, inquam, denunciandæ venditionis ius *illâ Nou.* continetur, διαμαρτυρίας, προφωνήσεως & exinde προτιμήσεως. Datum igitur hoc προτιμήσεως ius non cognationi ( etſi inter cæteros cognati primi ) verùm *conſortio, permixtioni, & vicinia.* Porrectum & hoc προτιμήσεως ius ad alias ſpecies: ſic aliquando ius fuit, vt pauperes in emendis potentiorum poſſeſſionibus præferrentur: quod abolitum Nouella Nicephori *Phocæ* 3. quam refert idem Harmenop. *n.* 126. etiamſi eſſent ὁμοτελεῖς οἱ ἔχοντες κοινότητα. Sed & proximo id datum in antichreſi rei immobilis præ extraneo: vid. Michaëlis *Nouell.* 1. quam memorat etiam Harmenop. *d. loco n.* 122. vbi vide etiam *ſcholion.* ¶ Ad hoc ſanè, vel ſimile ius reditum poſteà communi fermè conſenſu: inducto *Retractu gentilitio*, vt & *feudali*, vbi ſanè etſi poſſeſſionem ſuam cuique nihilominus vendere liceat, atque adeò emptorem ſuo libitu quærere & admittere, factam tamen venditionem retrahere gentili & domino licet: hinc ſtatuta varia, ne proximus hæreditatem ſuam vendat, niſi oblata ea proximo ſuo: ne quis conſors communem rem aliquam habens, vel quæ aliàs fuerit communis, aut ſub eodem contextu vel tecto, partem ſuam alij vendat, niſi priùs requiſita altera perſona quæ habebit vel habuiſſet, vel eius auctores habuiſſent rem ipſam communem; alioquin in poteſtate huius eſſe rem retrahere: vid. legem Saxonum *t.* 25. Statuta Italici, veluti Bononiæ, Mutinenſe: circa quod vltimum, vtrum primo quoque venditori idem ius competat, ſi emptor eam poſtea rursùm vendiderit, extant publicæ Conſultationes. Plura ad *hanc l.* commentari deſino, quando extant peculiares & prolixi ad eam commentarij, vt & tractatus *de Retractu Gentilitio*, de *Retractu feudali*, & de *Retractu conuentionali*, ¶ Tria tantùm monenda adhuc ſuperſunt: Primò *legem* 2. *ſup. de conſtitutionib. Principum* huic coaſſandam (quæ ſic habet: *Perpenſas Serenitatis noſtræ longa deliberatione conſtitutiones; nec ignorare quenquam, nec diſſimulare permittimus.* ) Ex quâ lege & coniunctione hæc duo conficiuntur: Primò hanc leg. noſtram in Conſiſtorio Principis longa perpensáque deliberatione ſancitam. Et certè deliberationi locus haud exiguus erat, vt tam æquabile, tam & honeſtum ius, quidquid hìc contra dicatur, abrogaretur. Secundò, proximum & conſortem ab extortæ venditionis crimine in hâc ſpecie vacuum non eſſe, ſi proximo & conſorti rem ſuam vendituro ſeſe medium interponat, ſiue ſcienter *hanc leg.* diſſimulando, ſiue etiam ignorando: De quo ad *eam leg.* pleniùs, vt & inde peti poſſunt quæ faciunt ad illuſtrandam *huius leg.* inſcriptionem, de Præfectura inquam Prætoriana Illyrici & Italiæ. ¶ Secundò & illud adhuc notari cupio, datam *hanc leg.* ad *Flauianum PP.* virum eximium, magnæque ſapientiæ, ſed Chriſtianæ Religioni infeſtum: de quo multa apud Symmachum & Hiſtor. Eccl. ſcriptores: qui etiam Eugenio Tyranno anno proximo 392. adhæſit. Vt fortè exinde quoque coniecturam capere liceat huius Flauiani ſuaſu deſcitum à ſuperiore, ( Conſtantini ſcilicet vt opinamur, ) lege, quæ in honeſtate quadam Chriſtiana fundata erat. ¶ Poſtremùm neque illud tranſmittendum, ad hunc Flauianum ipſum, extare Symmachi inter alias plures *lib.* 2. *ep.* 87. de non reſcindenda venditione bonâ fide ſemel perfecta, in alio quodam caſu.

---

### VII. * Iidem" AAA. Remigio PF. P." Auguſtali.

SEMEL, inter perſonas legitimas", initus empti contractus & venditi, ob minorem adnumeratam precij quantitatem, nequeat infirmari. Dat. III. Kal. April. Conſtatinop. Arcadio A. III. & Honorio A. III. COSS. [ 396. ]

INTERPRETATIO. *Cum inter duas quaſcunque perſonas de precio cuiuſcunque rei conuenerit, quamuis vilius quàm valebat res fuerit comparata, nullatenus reuocetur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. eâ ratione quam antea iam notaui ad *l.* 1. *&* 4. *ſup.* quæ huic concordant. Iungenda autem huic lex 8. *ſup. de diu. reſcriptis.*

" Malè: inſcribendi enim ſunt, ARCADIVS *& Honorius AA.* vt præter temporum rationem teſtatur quoque d. *lex* 8. *ſup. de diu. reſcr.*

" *Remigio* huic Præfecto Auguſtali, præter hanc *l.* & *d. l.* 8. nullæ aliæ inſcribuntur.

" Sic quoque perperàm, *d. l.* 8 *PF. P.* inducendum enim Vltimum P. Idem quoque error in *l.* 1. *Cod. de officio Præfecti Auguſt* vbi dicitur *Præfectus Prætorio Auguſtali.* vnde tamen Critici quidam nobis effingebant *Præfectum Prætorio Auguſtali*, vel *Auguſtalem.*

" *Legitimæ* perſonæ, ſunt maiores ætate & adminiſtrandis familiarum ſuarum curis idoneæ. *l.* 4. *ſup. h. t.*

COMMENTARIVS.

PRETII vilioris obtentu legitimè facta venditio reſcindi ex *hâc* quoque Arcadij *lege* non poteſt : pariter vt ex Conſtantini M.*l.*1.*ſup.*& Valentiniani Iun. *l.*4.*ſup.* ad quas leges notata huc arceſſi poſſunt Illud tantum *huic l.* peculiare ſeu proprium, quod illi coaſſanda veniat *lex* 8.*ſup. de diu.reſcriptis* : ex quâ coniunctione coniectura duci poteſt, in ſpecie *huius leg.* Hæredes venditoris venditionem reſcindere voluiſſe, & ſic actionem à defuncto non motam intentaſſe : Quos Arcadius hâc conſtitutione ſuâ duplici argumento repuliſſe videatur : Primò quidem, quod inanis hæc ratio eſſet, ad reſcindendam venditionem, ob vilius videlicet pretium, quæ *huius l.* ſententia eſt: Deinde quod actio ab hærede incipere non poſſet, quæ teſtatori ſeu defuncto non competiit, id eſt, ſi defunctus neque litem conteſtatus eſt, neque preces Principi obtulit.

VIII. * Iidem" AAA. Meſſalæ PF.P." Poſt alia.

HI qui impoſita fugâ", Munera Ciuitatis" Prouinciarúmque", deſtituunt, &" ineundos furtim exiſtimant eſſe contractus, intelligant ſibi nihil hæc profutura eſſe commenta : Et precio emptorem" multandum eſſe quod dederit. &c.Dat.XII.Kal.Septemb.Theodoro V. COSS. [399.]

INTERPRETATIO. *Quicunque debita Curiæ ſeruitia, aut patriæ ſuæ fugientes, res ſuas occultè vendere voluerint, ſciant non poſſe valere quod fecerint, & ſeipſos ad debita ſeruitia reuocandos, & illos qui emerint precium perdituros.*

NOTÆ.

* L.17.*Cod.de reſcind.vendit.*Iungendæ porrò *huic*, ſunt lex 6.*inf.de Quaſtionibus : lex* 161.*inf. de Decurionib. & l.vlt.Cod.Iuſt.de modo multarum.*

" ARCADIO & Honorio hæc lex, pariter vt ſuperior tribuenda eſt,quomodo etiam præfert Codex Iuſtin.*d.l.*17. & leges illæ quas *huic* coniungendas dixi.

" *Meſſala* PP. Italiæ fuit ſub Honorio A D.396.398.399.400.v.Proſopogr.

" *σύγχυσις* : Euolutios in Cod.Iuſt.*hi qui impoſita munera fugâ deſtituunt.*

" *Ciuitatum* Cod.Iuſt.

" Abeſt hæc vox à Cod.Iuſt.

" *Vel* Cod.Iuſt.

" *Fugæ conſcium*, add.à Tribon.*d.l.*17.

COMMENTARIVS.

IN Fraudem MVNERVM CIVILIVM factas venditiones adeò improbat *hac l.* Honorius Imp. vt & munerum refugam non ideò minus muneribus publicis teneri velit, & emptorem pretio multari iubeat, quæ quidem lex pars eſt prolixioris conſtitutionis Honorianæ : vnde tria præterea fragmenta occurrunt, *l.6. inf. de Quæſtionib. l.*161. *inf. de Decurionib. l. vlt. Cod. Iuſt. de modo multarum,* quæ proinde huic coaſſandæ veniunt: Quâ quidem conſtitutione Honorius partim Iudicibus prouinciarum modum impoſuit, circa quæſtiones; quò ſpectat *d. l.6. de quæſtionib.* circa multas; quò pertinet *lex vlt. Cod. de modo multar.* Partim *Curiis ciuitatum* muneribúſque ciuilibus conſultum iuit : tùm Curialibus ab iniuria vindicatis; quò ſpectat etiam *d. l.6. de Quæſtionib.* tùm eorum fraudibus callidiſque conſiliis & molitionibus in perniciem Curiarum ciuiliúmque munerum punitis : cuiuſmodi duæ hæ erant ad fugienda ſcilicet munera ciuitatum, vel prouinciarum, veluti proſecutionis, vt oſtendit *d. l.*161. putà, ad indebita officia irrependo, cui occurritur *d. l.* 161. & prædia ſua furtim alienando, vendendo, vt ita à ciuilib. munerib. excuſarentur : cui occurritur *hac l. furtim*, vel, vt ait *lex* 1.*inf.de prædiis vel mancipiis Curialium*, occultis molitionibus (qua formula alioquin etiam vtitur *d. l.*161.) per ſuppoſitas fraude perſonas, nulla neceſſitate cogente : De qua prædiorum Curialium alienatione ſuo titulo peculiari *inf. lib.*12.*t.*3. *de præd. & mancip. Curial.* Illud intereà obſeruandum, complurimos per hæc Honorij tempora, munerum refugas Curiales extitiſſe : eique adeo rei compluribus legibus occurri ab Honorio oportuiſſe : Idque per Præfecturam Italiæ, vt teſtatur præterea *lex* 157.158.159.160.& *d. l.*161. (huic iungenda) 162.163.165. *inf. de Decurion.* & per Præfecturam Galliarum *lex.*1.2.3. *inf. de his qui condit. propr.* Quid autem curiales hi fuerint, quæ eorum munera, quámque grauia? ſuo *titulo de Decurionib.*

VIII. * Impp.HONOR.& THEODOSIVS AA. ad Populum.

VENDITIONES, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari. Dat. XII. Kalendas Mart. Conſtantinopoli, Honorio X". Theod.VI.A.COSS. [415.]

INTERPRETATIO. *Sciant omnes, quicunque à potentioribus perſonis oppreſſi, aut donauerint, aut vendiderint, poſſe reuocari.*

NOTÆ



NOTÆ.

* *Lex vlt.C.de his quæ vi metúſue cauſâ* ſub quo tit.non malè hæc lex collocata fuit. Potuit non malè etiam referri in titulum *de iis quæ adminiſtrantibus vel officium publicum gerentibus diſtracta ſunt, vel donata.*

" Hinc reſtituenda eſt ſubſcriptio Codicis Iuſtinianei.

COMMENTARIVS.

PER POTENTIAM EXTORTA venditio, donatio, tranſactio, hoc Theodoſij Iun. ad Populum Edicto A.D.415. reuocari iubetur : Quod ius tralatitium cùm ſit, obſcurum tantùm eſt, quânam occaſione Theodos. Iun. id recauere Edicto ſuo voluerit; niſi quod malum iſtud hoc æuo frequens omnino fuit, potentioribus paſſim infirmiores atterentibus. De Tranſactione, ſeu pacto per potentiam extorto, iam diximus ad *l.6.ſupr. de pactis & tranſact.* De Donatione & venditione dicemus, *inf. tit. de his quæ adminiſtrant.* Per *potentiam extorta venditio eſt*, cùm potentiæ terrore (vt loquitur *lex* 6.*ſupr. de pactis.*) extorquetur, cùm potentiores viri humilioribus (hoc ipſo) vim vel metum incutiunt, *l.6. ff. de offic. Præſidis*, id eſt, cùm officium aliquod publicum adminiſtrantes, prouincias regentes, & his ſimiles, cum infimis ſeu humilioribus perſonis contrahunt : Qua de cauſa officium publicum adminiſtrantes durante officio quicquam emere prohibebantur; de quo ſuo titulo: Imò & nuptias contrahere : POTENTATVS ratione (vt eleganter loquitur Papinianus *in l.* 73. *ff. de ritu nupt.*) id eſt, ne per potentiam extorti huiuſmodi contractus viderentur, & vi magis, metúue, ſeu per impreſſionem quàm iure contracti. Itaque non malè Tribonianus *hanc leg.* ſub titulo *de his quæ vi, metúſue cauſa geſta ſunt*, collocauit. Quanquam *hanc l.* non de iis tantùm accipiendam puto, qui in officio publico poſiti ſunt, verùm etiam & fortè potiſſimum de iis qui factionibus, clientelis, & diuitiis potentes ſunt, vel etiam nobilitate generis, atque officio publico perfuncti. Nobilitate, factione freti, vt loquitur Turpilius Thraſyleone apud Nonium *c.*4. *v. factio.* Et verò hac ipſa etiam de cauſa Honorius Theodoſij Iun.in Imperio Collega, Nobiliores natalibus, & honorum luce conſpicuos, & patrimonio ditiores, pernicioſum vrbibus commercium exercere prohibuit, vt inter plebeios & negotiatores facilius eſſet emendi vendendíque commercium, *l.*3.*de commerc.* quam leg. coniungendam exiſtimo cùm *l. vlt. ſup. de offic. Rector. prou.*

# DE COMMISSORIA RESCINDENDA.

## TITVLVS II.

I. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Populum.

QVONIAM, inter alias captiones", præcipuè Commiſſoriæ" legis" creſcit aſperitas", placet, infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoram aboleri. Si quis" igitur tali contractu laborat, hâc ſanctione reſpiret, quæ cum præteritis præſentia quoque depellit", & futura prohibet : Creditores enim re amiſſa" iubemus recipere" quod dederunt. Dat. pridie Kalen. Febr. Sardice", Conſtantino A.VI.& Conſtantio Cæſ. COSS. [320.]

INTERPRETATIO. Commiſſoriæ cautiones *dicuntur, in quibus debitor creditori ſuo rem, ipſi oppignoratam ad tempus, vendere per neceſſitatem conſcriptâ cautione promittit : quod factum Lex iſta reuocat, & penitus fieri prohibet : Ita vt ſi quis creditor rem debitoris ſub tali occaſione viſus fuerit comparare, non ſibi de Inſtrumentis blandiatur, ſed cùm primum voluerit ille qui oppreſſus debito vendidit, pecuniam reuocet", & poſſeſſionem ſuam recipiat.*

NOTÆ.

* Lex *vlt. C.de pactis pignorum, & de lege commiſſoriâ in pignoribus reſcindendâ* : Quam legem rectè Tribonianus ſub eo *tit.* collocauit. Et iungenda huic, *lex vn.inf.de infirm.pœnis cœlibat.* Imò & *lex* 3. *inf. de exaction.* & *lex* 3.*ad SC.Claudinnum* : de quo mox.

" De hac *Captionis* voce, mox.

" *Pignorum* addidit Tribon.*d.l.vlt.* Rectè : de quo mox.

" *Legis*, id eſt, pactionis, ſeu *contractus*, vt mox vocatur, conditionis, conuentionis, pacti : vt periſſologiâ omninò laborent, qui vulgò *pactum legis commiſſoriæ* vocant. Quanquam & Innocentius *cap. ſignificauit ext.de pœnis*, ſecutus Interpretem, errorem ita quoque dicat: Cuiacius quoque *recit.in hanc l.* eam loquendi rationem defendi poſſe putet : quomodo & pactum conuentionis dici ſolet. Neque enim huc quicquam facit, quod etiam dicitur hypotheca & pignus obligatum, *l.*13.§.*pen.l.*19.*ff.de pignoribus.* Imò & pignoris obligatio, *l.*23.§.1.*ff.eod.tit.*

" *Aſperitas* hæc, in quo verſaretur, mox dicam.

" Debitor,

" *Repellit.* Cod.Iuſt.

" Et *miſsâ*. Igitur creditoris ea res facta fuerat ex lege commiſſoriâ ſeu ex contractu : de quo mox plura.
" *Recuperare*. C.Iuſt.non ita rectè. *Recipiendi* vox in mutuo propria , *l.2.π.de rebus creditis*.de quo iam *ibi* dixi.
" *Serdicæ* , C.Iuſt.& *d l.vn.* & paſſim ita quoque hoc Cod.quanquam *Sardicenſis* aliàs Synodus.
" *PP.Kal.April.Romæ*. ſupplendum ex *d.l.vn.*
" Præſter,ſoluat. Et fortè hic legendum *relocet* , id eſt , reddat , reſtituat : quomodò contra pecunia à creditore *locari*, & *collocari* dicitur , quod paſſim notum.

## COMMENTARIVS.

COMMISSORIA lex , *in Pignoribus* ſcilicet quod à Triboniano rectè hîc additum eſt, ( quíque ideo eam rectè retulit in titulum *de pactis pignorum , & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda* ) quod & Interpretatio huic *legi* ſubdita agnoſcit , hoc famoſo Edicto, ſeu celeberrima conſtitutione à Conſtantino M. aboletur , A.D.320. Cuius quidem Edicti tria alia capita habentur hoc Codice : puta *lex vn. inf. de infirmandis pœnis cœlibatus* : *l.3. inf. ad SC.Claudianum* : *l.3. inf. de Exactionibus* : quæ proinde Leges omnes huic noſtræ coaſſandæ veniunt, velut vnius eiuſdémque Edicti prolixioris partes : quod ad populum vrbis Romæ emiſſum , Romæque propoſitum fuit : Quo quidem Edicto Conſtantinus M. varia & iniqua compluríma veterum Legum, veteríſque moris iuga, *Captiones* varias ab vſu , áque Ciuibus Romanis, ſeu populi Romani ceruicibus , *depulſum* ( qua etiam voce hæc lex vtitur ) iuit. *Legum* inquam : quò pertinet *d. l. vn. de inf. pœn. cœl. d. l.3. ad SC. Claud.* Exactorum item & fiſci , *d. l.3. de exaction.* Poſtremò Creditorum priuatorum *hac l.* Idque , tùm ratione ſtatus perſonæ , *d. l.3. ad SC. Claud.* tùm ratione corporis , *d. l.3. de exactionib.* tandem ratione bonorum , quò ſpectat hæc *lex* , *& d. l.vn. de infirm. pœn. cœlib.* Cœlibatus , inquam , orbitatíſque pœnis ſublatis , *dictâ leg. vnic. de infirm. pœn. cœlib.* SC. Claudiano temperato *dicto l. vn. ad SC. Claud.* cohibitis ſuppliciis & tormentis in exactione fiſcalium debitorum , *d.l.3. de exactionib.* Tandem commiſſoriæ legis aſperitate , & captione in fauorem debitorum aduerſus creditores priuatos in pignoribus ſublatâ , *h.l.* Quod quidem etiam Edictum eſt de earum Conſtantini M. legum ſeu conſtitutionum numero , de quibus Publius Optatianus Porphyrius hoc ipſo tempore ad ipſum Conſtantinum ſcribebat , *carmine 6.*

*Permulcens* ASPERA *legum*
*Iuſtitiâ æternâ.*

vbi *Aſpera legum* dixit quomodo hic , *commiſſoriæ legis aſperitas dicitur.* Imò de earum Nouarum Legum cenſu , hoc Edictum eſt, quas *regendis moribus frangendíſque vitiis* latas à Conſtantino M.anno prox. 321. ſcribebat Nazarius Panegyr. *quibúſque* ait , *veterum calumnioſas ambages reciſas* CAPTANDÆ *ſimplicitatis laqueos perdidiſſe.* Denique hoc illud potiſſimùm tempus eſt , quo Conſtantinus M.per quadriennium A.D.319.320.321. 322. mores populi Romani in melius vertere , atque ad pietatem , humanitatem pacémque & concordiam traducere enixè inſtituit variis conſtitutionibus , quas exhibet Chronologia noſtra illorum annorum. Nos de *hac l.* nunc videamus : vbi videndum eſt *initio* : quid in eâ ſit *lex commiſſoria* , quod quidem plurimum hactenus habet obſcuritatis , & de quo ſerram reciprocant, contentioníſque funera inter ſe ducunt etiam hodie Viri Clariſſimi.

Igitur de Lege commiſſoriâ ex hâc l.& Rubricæ ſeu tituli ſitu hæc diſcimus. Primò , *Contractus* ſpeciem eam fuiſſe ; quâ certè *contractus* appellatione hîc deſignatur : eóque etiam ſenſu, *Lex commiſſoria* dicitur , & in Rubricâ abſolutè *commiſſoria* lex ſcilicet,lex inquam , id eſt , pactio : de quo in *Notis*. Secundò diſcimus , contractum hunc fuiſſe inter *creditorem* & debitorem , ſuper mutuaticia ſcilicet pecunia. Id enim propria & peculiari *creditoris* appellatione hîc ſignificatur. Tertiò diſcimus, *Aſperum* hunc maximè contractum fuiſſe : quo ſcilicet miſeri debitores plurimùm *laborabant* , & ſtrangulabantur , vnde & ſublata hac lege commiſſoria *reſpirare* iam iubentur. Quartò diſcimus , *captionem* hac re ſummam debitores paſſos : id eſt, ζημίαν βλάβην damnum , detrimentum rei familiaris. Id enim *captionis* voce ſignificatur hic & alibi vt *l. quotiens aliquid 200. π.de regul.iuris* : *l.22. §.vlt. π.mandati* : *l.6.§.vlt.π.quæ in fraud. creditor.* vel etiam voracitas creditorum: vel denique veteris vſus moríſque captio, cui gemina profligatur *d.l.vn.de infirm.pœn.* Interpres videtur hîc legiſſe *Cautiones.* Quintò diſcimus *ex fine l.* creditores ex hac conuentione rem aliquâ debitoris ſibi adquiſiuiſſe , iíſque adeò commiſſam ( vnde *Commiſſoriæ* nomen , ) quæſitámve: quandoquidem ſublatâ eâ , iubentur creditores RE amiſsâ , id eſt , miſsâ , derelictáque *recipere* , id eſt, retrò accipere ( quæ vox etiam propria in mutuatitia pecunia pariter vt *reddendi* vox ) *quod dederunt*, id eſt , creditam à ſe pecuniam à debitore recipere re debitori inuicem reſtitutâ , & ſic commiſſoriâ *reſciſsâ* , vt habet Rubrica. Tandem ex huius tituli ſitu & connexione cum ſuperiore & cum proximè ſequenti diſcimus , hunc contractum ſi non venditionem propriam fuiſſe , ad venditionis ſaltem ſpeciem acceſſiſſe.

His ita poſitis , iam facilè tenemus in quo contractus ille inter creditorem & debitorem conſtiterit , ſeu quænam hæc lex commiſſoria fuerit & in quo aſperitas eius verſaretur. Nempe vel ſuperiora docent , non eſſe hanc leg. accipiendam de commiſſoria in contractu venditionis , cùm inquam principaliter venditio ita contrahitur ; *Vt ſi ad diem pecunia ſeu pretium conuentum non ſoluatur, res inempta ſit , emptióque committatur , id eſt , reſoluatur , & ad venditorem recurrat.* Ibi enim commiſſoria dicta *à committendo* , id eſt , reſoluendo contractu : Hîc , commiſſoria à *committenda* , id eſt, amittenda re. Item patet,non eſſe accipiendam de ea conuentione, vt venditori rem venditam intra certum tempus luere liceat. Agitur enim in *hac l.* vt dixi de contractu inter creditorem & debitorem. Neque etiam vlla in ſuperioribus illis conuentionibus *aſperitas* verſatur , nulla *captio* , nihil quo venditor *laborare* dici poſſit : imò contrà. Quid igitur ? Talis omninò conuentio neceſſe ſit , quæ inter *Creditorem & debitorem* initur , ſuper *re quadam* debitoris,loco eius *quod dedit* mutuo ſcilicet certo caſu amittenda , & creditori *adquirenda*; quæ proinde ad venditionis ſpeciem accedat : vt ſæpè alius contractus alium ſubintrat. Quod & Salmaſius capere non potuit , *pag.* 218. 219. qui ideò in venditione mancipationem quidem admittebat , at non in pignore. Interpres *huius leg.* Commiſſoriam hanc noſtram ita definit : *Commiſſoriæ cautiones dicuntur, in quibus debitor creditori rem ipſi* OPPIGNORATAM *ad tempus , vendere per neceſſitatem conſcriptâ cautione promittit.* Mox idem indicat creditorem *vi* huius *inſtrumenti* , ſeu cautionis , *poſſeſſionem debitoris ſibi comparaſſe, debitore vendente.* Ergo ex Interpretis huius ſententia commiſſoria lex hæc fuerit , cùm debitor cautione ſeu inſtrumento promittit ſe rem pignoratam creditori , vbi *debito oppreſſus* fuerit , per neceſſitatem, id eſt , vbi cò neceſſitatis adductus fuerit , vt ſuo tempore debitum non exoluat , venditurum : Ita quidem Interpres , ad verum proximè , ſed nondum plenè. Quid igitur ? Commiſſoria *lex* eſt, cùm initio contractus , ita inter creditorem , & debitorem conuênit , vt ceſſante in ſolutione debitore, creditor rem pignoratam ſibi commiſſam habeat, ſine noua deinceps venditione. Vera hæc inquam legis commiſſoriæ in pignoribus deſcriptio eſt. Vbi iam apparet , venditionem quandam in hac conuentione interceſſiſſe , etſi principaliter de pignore ageretur , qua cauſa tit. hic , hoc loco poſitus eſt; Et fortè etiam mancipationem ſeu venditionem imaginariam per æs & Libram; de qua alioquin Vlpianus *tit.19.§.3. Valerius M.6.l.vlt.Cod. de adoptionib. l.vlt. Cod. de Emancipatione lib. §.1. Inſtituto de teſtam. ordinand.* Vnde iam apparet, *Aſperum* hunc omninò cõtractũ fuiſſe,cùm re ſua, ſeu pignore ſuo miſer debitor à creditore abruptè priuaretur , poſt diem ſolutioni adlapſum. Quare cùm huius legis commiſſoriæ aſperitas Romæ *creſceret* , neque iam vnus , aut alter debitor hac conuentione laboraret, non iam proportio quædam eſſet inter mutuam pecuniam datam , & pignus , verùm paſſim itus creditores Romæ haud aliter pecuniam crederent , debitoréſque paſſim , dùm pecuniam in neceſſitates ſuas extricare cupiunt , in has leges venirent , & ſic nullo ſatis iuſto pretio , inuitíque rebus ſuis, & poſſeſſionibus magni ſæpè pretij ſpoliarentur, eam conuentionem eiúſque *memoriam omnem* Conſtantinus M. *hac l.* ſeu hoc Edicto ad populum Vrbis Romæ emiſſo , ibique propoſito , *abolere* inſtituit. In tantum etiam , vt prouidentiam ſuam, vimque adeò huius conſtitutionis , quod notandum , in tria tempora diffundat : *Quæ cum præteritis* , inquit, *præſentia quoque depellit , & futura prohibet.*

¶ Et hæc quidem ad hanc *legem* ſuffectura videbantur , niſi operoſam , & controuerſam hanc materiam Viri Clari feciſſent , hodiéque facerent: qui in varias ſciſſi ſententias , varios etiam errores hac parte admiſere. Certè ex his primò ſatis apparet, Cõmiſſoriam ſublatam à Conſtãtino pertinere ad pignora, non ad venditiones,vt credidit Salmaſſius corrupto textu , & additâ voce *pretium.* Secundò, quæ Cuiacij fuit,& omnium fermè nunc eſt ſẽtentia, nõ admittenda, fiduciam cum hâc lege commiſſoriâ eandem non fuiſſe. Duas olim equidem pignorum ſpecies fuiſſe , & ipſe cenſeo , vnam, quæ *fiducia* dicebatur : cuius multa mentio *ante hanc leg.* apud Ciceronem *Topic. 4. lib.3. de officiis, orat.pro Flacco Liuio , & lib.13. ep.56.* & Liuium, Paulum item qui paſſim ea coniungit , *lib.1. ſent. tit.9. §.18.74. lib.5. ſent. 10. & lib.2. ſenten. tit.4. in rubrica , & tit. de l. commiſſoria 13. cum ſeptem primis §§. & tit.7. §. vltimo, & lib.3. Senten. tit.6.§. 1.& tit.26. §.4.* ( apud quem Interpres non intellexit , quid eſſet *fiducia.* ) item apud Tertullianum *lib. de Idololatria.* Papinianum , Modeſtinum, apud Auctorem *collat. Legum Moſaic. tit.2. n.2. & 10. n.1.* in veteri inſcriptione , vbi *fiduciari Monumentum* prohibetur : Poſt hanc quoque legem , apud Ambroſium *c.12. de Tobia.* in Honorij *l.9. inf. de infirm. his quæ ſub Tyr.* Sidonium Apollinarem, *l.4. ep.24.* In gloſſis Philoxeni , apud Boëtium , in *Topica Ciceronis , lib.4. p.813.* Iſidorum *5. orig.c.21.* apud Interpretem Pauli *ſentent. non vno loco.* In Viſigothicis Legibus , & Longobardicis. Altera verò pignoris ſpecies erat , quæ *pignus* ſpecialiter vocabatur. *Pignus* ſcilicet dicebatur, quod vel obligabatur tantùm , vel cuius ſolam *poſſeſſionem* creditor ad tempus conſequebatur , dominio penes ipſum ſemper debitorem remanente. Denique quod in dominio manebat debitoris , *l.12. π. de diſtract. pign.* & *pignus ſimpliciter deponi* dicitur , id eſt , non contractâ fiduciâ , apud Paulum *2. ſent.5. §.1.* non vt Viri clari , ſine lege commiſſoria. At *fiducia* erat , cum res aliqua ſumendæ pecuniæ mutuæ gratia , non tantùm creditori dabatur , verùm inſuper ei mancipabatur , vel in iure cedebatur , & ſic quodammodo vendebatur , creditórque adeò dominus fiebat ſtatim ab initio ; non poſtea demum ex vi legis & conuentionis commiſſoriæ. Quod apparet ex his quæ tradit Paulus *lib.2. ſenten. tit.13. §.3. & lib.3. tit.6. §.74.* Boëtius manifeſtè in *Topica Ciceronis* , & Iſidorus *d. loco* ( cuius verba Vir clariſſimus perperam reſingit ) & Interpres Pauli *ad* 8. *Sentent. tit.6. §.7.* Hinc adeò debitor Creditori fiduciam vendere non poterat , Paulus *2. ſentent. 13. §.3.* quia ſcilicet in dominio eius ea iam eſſet : cùm contrà pignus à debitore creditori vendi poſſet , quia ( inquit Tryphoninus *l.12. de diſtract. pign.* ) pignus manet in dominio debitoris. Et fallitur Vir Clariſſimus , dùm cenſet , in hypotheca , & pignore idem Iuris fuiſſe , vt creditori cedi non poſſet ante *l.12. de diſtract. pign.* Paulus enim poſt illam *legem* ſcripſit , qui cautè de fiducia ſola agit. Vnde & Interpres , ad *tit. de Interdict.6. lib.5. Pauli ſententiar.* domino creditorem æquat ratione fiduciæ. Hinc , & Creditor debitori fiduciam extraneo vendituro, eam remancipare tenebatur , *d. §.3.* Hinc creditor fiduciam , ſeu rem fiduciæ datam , vni ex hæredibus, vel extraneo legare poterat , *§.6.* Indéque etiam dubitandi ratio , in quæſtione , an creditor ſi rem fiduciariam , ſeu fiduciatam , fecerit meliorem , ob ea recuperanda, quæ impendit , Iudicio fiduciæ , debitorem haberet obnoxium ? id quod negandum videbatur : cò quod creditor fiduciæ dominus eſſet , & mancipio haberet. Et contrà tamen definitum , quia non eſſet dominus incommutabilis , *§.16.* & ſic pignus , & fiducia , hactenus æquiparantur , vt docet *lex.8. π. de pignor. action.* Quæ & in aliis quamplurimis hac ipſa ratione æquiparantur , vt ecce.2. Ancillis legatis à Creditore non continentur fiduciæ nomine ei datæ : Paulus *3. ſentent.6. §. 74.* cuius loci ſenſum non cepit Salmaſius, *confutatione Theſium de Mutuo, p.228.3.* Neque teſtator, ſi rem à ſe legatam poſteà fiduciæ det , non magis voluntatem ſuam mutaſſe videtur , quàm ſi pignori dediſſet; *d. tit.6. §.18.4.* & quidquid Creditor per fiduciarium ſeruum quæſiuit , non ſibi acquirit , ſed ſortem debiti minuit: Paulus *2. ſent.13.§.2.5.* & debitor diſtractis fiduciis à Creditore , aduerſus eum habet actionem hyperochæ nomine , vt ex *Paulo* liquet ; pariter vt diſtracto pignore. Et hæc omnia , eâ, quam dixi, ratione ; quod Creditor quidem dominus eſſet fiduciæ , ſed non *propriè* , perfectè , & incommutabiliter ; vtpote dominio tranſlato , at non & abalienato prorſus, vt proinde huc Iuris regula trahi poſſit , *Non videri id cuiuſquam propriè , & perfectè eſſe, quod ei caſu aliquo auferri poteſt.* Et meliùs adhuc illa : *Non videri rem amittere, quibus propria non fuit.* Ita ſcilicet fiducia mancipabatur , vel in iure cedebatur , vt duæ leges , ſeu conditiones , huic fiduciæ cohærerent , & vna quidem *remancipationis.* Quod vt perperam negant Viri Clariſſimi , ita id exertè teſtatur Paulus *2. ſentent.13.§.3.in fin.* & Boëtius *in Topica Ciceronis, lib.4. p.813.* ſi videlicet debitor ad diem pecuniam ſolueret , & ſic , quod Hotoman-

nus rectè ſcripſit, per fiduciam, pura, & præſens alienatio, vel ſaltem dominij tranſlatio fiebat, ſed ſub conditione reſoluebatur; excepto vno caſu, Papiniani apud Auctorem *collat. Legum Moſaic. tit.* 2. §. 2. cuius proindè ſententia hinc iam educenda eſt, cùm tamen Pithœus plurimùm ibi hæſerit, vt mirer Virum Clariſſimum aduerſus tam expreſſa, non Boëtij tantùm, aut Iſidori, verùm Pauli inſuper teſtimonia negantem, in fiducia contrahenda, non tantùm mancipationis ſed & remancipationis nomina vſurpata; ſtatuentémque inter pignus, & fiduciam, nihil interfuiſſe, niſi quod fiducia rerum immobilium propriè eſſet, quæ nomine *hypothecæ* poſtea expreſſa fuerit. Nam imò *Mancipationis, & Remancipationis*, in fiducia vſus fuit. Et ideò ſcilicet *fiducia*; quæ vox propria mancipationi temporariæ eſt: & *fiducia contrahi* dicitur per ſimulatam & temporariam venditionem apud Boëtium *in Topica*, quæ ſub Mancipationis lege fiebat & Remancipationis titulo temporario, non plenæ, & perfectæ venditionis, & alienationis. Denique *fiducia* eſt, quod vel ipſum nomen oſtendit, πεποίθησις omnis temporaria, quæ pignori ſpecialiter dicto aptari non poteſt; quod nonnulli tamen cenſent, dum aiunt *fiduciæ* appellationem, & vocabulum de vtroque & de pignore & de fiducia ſpecialiter aliquando poni apud Paulum, Ciceronem, & Modeſtinum. Verum equidem eſt, generali *pignoris* appellatione, venire & fiduciam, vnde Tertullianus *lib. de Idololatria*, dixit *ſub pignoribus fiduciati*, vel *fiduciatis*: at non retrò. Eorundem error eſt, cum fiduciam indè ductam putant, quaſi creditor indè fiduciam capiat recipiendæ pecuniæ ſuæ, ſeu debiti recuperandi, quod dilutum omnino eſt: *fiducia* enim *contrahi* dicitur paſſim, vbi res ità in aliquem transfertur, vel alicui mancipatur, vt remancipare poſtea vel eidem, vel alij, cogatur: v. g. *Emancipatio* filij fiduciâ contractâ olim à patre fieri dicebatur, trinâ filij in extraneum venditione, filiæ autem, vel maſculi ſecundi vel tertij gradus, vnicà, ſub remancipationis lege; Gellius *lib.* 5. *c.* 19. *l.* 2. §. 15. *π. ad SC. Tertullianum*, *Vlpianus tit.* 10. *quibus modis patria poteſtas*: *Gaius* 1. *tit.* 6. §. *vlt. &* §. *ſunt autem, Inſtit. de bonorum poſſeſſ.* iuncto §. *vlt. de legitimâ agnatorum ſucceſſione*. Et inde extraneus hic emptor dicebatur fiduciarius, Gaius *d.* §. *vlt.* Quomodo & fiduciarium creditorem vocare poſſis. Indè & fiduciarij quoque *Tutores* ab eadem fiduciâ contractâ in emancipatione, *l.* 4. *π. de legitimis tutor.* Vlpianus *tit.* 11. *de tutelis*, §. 5. *& Inſtitut. de fiduciariâ tutelâ.* Eadem ratione, & fiduciarius hæres dictus, *l.* 46. *&* 67. *in fin. π. ad Trebellianum*, cuius ſcilicet commiſſum eſt fidei, vt reſtituat: fiduciaria hæreditas, *l.* 6. §. 1. *π. de rebus creditis*: *& d. l.* 46. fiduciarium Regnum, apud Hyrtium *de bello Alexandrino*, & Curtium *lib.* 5. quod alij ſcilicet reſtituendum eſt: ſic apud Liuium *lib.* 22. *eam* [Corinthum] *velut fiduciariam dare, vt victori ſibi reſtitueret; ſi quid aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet*; ſic & Cæſar 2. *de bello ciuili*, *legati operam fiduciariam* vocat. Et hæ quidem omnes ſpecies generali *fiduciæ* nomine veniebant: Iudiciúmque fiduciæ hoc nomine dabatur: quod inter ſumma Iudicia, bonæque fidei erat, & ſummæ exiſtimationis, & penè capitis: in hoc enim Iudicio de fide fracta agebatur, ibíque, formula vſurpata, *vt inter bonos bene agier.* vid. Ciceronem *pro Q. Roſcio: & lib.* 3. *de officiis*, *& ep. ad Trebatium.* Paulum apud Auctorem *collat. legum Moſaic. tit.* 20. Indéque etiam Iudicium fiduciæ cum ſocietate, tutela, & rei vxoriæ actione ambulare ſeu coniungi videmus: nam & in his omnibus trāſlatio quædam dominij fit, ſed ſub fiducia reſtituendi; & ſic non abſoluta abalienatio.

Et hæc quidem de primâ conditione ſeu lege fiduciæ in pignoribus, *Remancipationis* inquam quæ in debitoris gratiam addebatur; vnde apparet in ſummam, primò fiduciam non eſſe hypothecam rei immobilis, nam quid hîc *fiduciæ* nomen faciat? Deinde falſum eſſe, quod negant, Mancipationis, & Remancipationis nomen in pignoribus vnquam vſurpatum, ſed in venditionibus tantùm. Et inane eſt, quod Vir Clariſſimus ſcribit, in fiducia mancipationem non factam purè & in præſenti, ſed in diem, cùm fiducia commiſſa eſſet ex lege commiſſoria. Quid enim audio, mancipationem in diem factam? quod ab actibus legitimis alienum eſt, qui nonniſi præſenti die & momento perficiuntur: Et lex commiſſoriæ nihil commune habet cum fiducia. Verùm ſimilis huic error eſt eiuſdem, cùm, quod apud Iſidorum dicitur, *fiduciam transferri in iurecesſione*, de ceſſione bonorum accepit, quæ à miſeris debitoribus & decoctoribus in iure fiebat: ceſſio enim apud Iſidorum, eſt modus transferendi dominij, de quo Vlp. *in fragm.*

Altera lex ſolemnis, & ordinaria in gratiam creditoris in fiducia, hæc erat, vt ſi ad diem debitor pecuniam non ſolueret, iam tùm creditor, non vt Cuiacius & Ant. Faber putarunt, & vulgò hactenus creditur, eam retineret, quantiuis ea pretij eſſet, velut ſibi commiſſam (quæ commiſſoria ſanè lex & conditio eſt:) verùm hactenus, vt iure ſuo ſine vlla denunciatione fiduciam vendere poſſet, auctore Paulo *lib.* 2. *ſentent. tit.* 13. §. 5. Etſi non nego fiduciam quoque ſub lege commiſſoria potuiſſe dari: vndè Cicero pro L. Flacco, *fiduciam* creditori *commiſſam, ab eo teneri, & poſſideri ſcribit.* In pignore ſimpliciter dato ius aliud erat: ceſſante quippe debitore, creditor allapſo die denunciare priùs debitori debebat, an pignus luere vellet, *l.* 78. §. 6. *π. ad SC. Trebell.* Paulus 2. *ſenten. tit. de pignor.* 5. §. 1. quo facto ſi debitor non lueret, diſtrahere pignus, auctore Iudice, poterat; in diſtractione ipſa, multis ſolemnibus obſeruatis: *tit. π. & C. de diſtract. pign. & l.* 1. *Cod. de iure dominij impetr.* ſi emptor non reperiretur, ius dominij creditor à Principe impetrabat, ea tamen adhuc lege vt intra annum debitori id luere liceret, *l.* 63. *in f. π. de adquirendo rer. dominio, & l.* 3. *C. de iure dom. impetr.* poſt annum demùm pleno dominij iure pignus committebatur. Et hæc ita veteri iure.

Ex his iam patet, fiduciæ contractum cum lege commiſſoria non eundem fuiſſe: & retrò, legem commiſſoriam, à fiduciâ ordinariâ, & à mancipatione ſeiunctam fuiſſe. Niſi eo quoque nomine, ſenſúue, fiduciæ, commiſſoriam legem inhæſiſſe quis putet, reſpectu debitoris; quod & ipſum, aliquâ ratione, pignori, non minus rectè aptetur, vbi non ſolutâ pecuniâ, ad venditionem neceſſariò, deuenitur, & ſic res debitoris committitur, eaque debitor priuatur: Quomodo *commiſſum* eſt στερήσιμον omne, quod & Gloſſæ docent, & merces in *commiſſum* cadere dicuntur, & commiſſa, *tit. de publicanis, vectigalib. & commiſſis.* Verùm meminiſſe oportet, in *commiſſoria* lege propriè dicta, non id ſatis eſſe, vt debitor certo caſu, re ſuâ priuetur, verùm requiri, vt *ei ipſi*, cui pignus datum eſt, adquiratur, committatur. Et tamen Cicero quoque pro *L. Flacco c.* 22. fiduciam *commiſſam* dicit, *Abduxiſti Temno Apollonidem, pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupauiſti: Hanc fiduciam* COMMISSAM *tibi dicis, tenes hodiè, ac poſſides. Eum tu teſtem ſpe recuperandi fundi paterni, venire ad teſtimonium dicendum coëgiſti.* Sic & idem Cicero 13. *famil.* 56. ad Thermum ὑποθήκας COMMISSAS dicit. *Philotes Alabandenſis* ὑποθήκας *Cluuio dedit, hæ* COMMISSÆ *ſunt, velim cures, vt aut de hypothecis decedat, eáſque procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam ſoluat.* Nempè lex commiſſoria fiduciæ quandoque addita, non minus quàm pignori, vnde Paulus *lib.* 2. *ſent.* ſub *tit. de lege Commiſſoria*, & de fiducia & de pignore iuxtà agit: Ergo fiducia à Lege Commiſſoria alia eſt; etſi fiduciæ lex commiſſoria quoque quandoque adderetur, vt ſæpè in commune fiduciæ leges aliæ addebantur etiam alienæ ab eius natura, veluti vt ne liceret vendere: vt teſtatur Paulus *ſentent.* 13. §. 5. Rurſum fiducia cum hypothecâ, ſeu cum eo quod nexu obligatur, non traditur, rei videl. immobilis, eadem malè fingitur; Et falſum eſt, in Rubrica *tituli* 4. *lib.* 2. *ſentent.* pignus *depoſitum* dici quod mandatur, ac deponitur apud creditorem; fiduciam verò, hypothecam: nam ibi *depoſitum* propria contractûs ſpecies eſt; & *fiducia* ibi eſt, quæ dabatur Creditori. ¶ Hactenùs oſtendimus quid inter fiduciam, & legem commiſſoriam intereſſet, Nunc ab aliis legibus & captionibus eandem ſeparemus.

Secundò igitur cum hac aſperrima lege commiſſoria nil commune habet ſpecies *legis* 1. *Cod. de pacto pignor.* cùm videl. debitor pactus eſt; *Niſi intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, ſolueret, ceſſurum ſe creditori hypothecam.* Quam tamen commiſſoriam legem ipſiſſimam voluit vir doctus. Male: Neque enim hoc pacto venditio contrahitur, ſeu res debitoris creditori committitur, adquiritur; verùm id tantùm exprimitur, *cedendi* verbo, quod ipſe hypothecam, ſeu pignus vendere ſine denunciatione poſſit. *Cedere hypothecâ*, non eſt conſentire vt creditori committatur, adquiratur, vt creditor eius dominium conſequatur, verùm ita cedere, derelinquere, *abandonner*, creditori, vt debitori luendæ eius poteſtas ampliùs non ſit, vt vendi protinus poſſit: non quomodo Cicero dixit, *hypothecis decedere.* Illud proindè in ea ſpecie pactoque, hactenus creditori præter ius commune, adquiritur, vt citra denunciationem, vendere pignus poſſit, non vt commiſſoria lege eandem ſibi vindicet propriámque faciat. Atque ita quoque de Interpetum, & Pragmaticorum errore patet, qui ſuperfluam hanc pactionem tradunt. Ergo neque in *hac leg.* ſeu ſpecie lex commiſſoria vertitur, etſi ſuo die debitori pareat, & committatur: neque ea lex contraria eſt *huic* Conſtantini *legi*, quod vtrumque vir doctus nuper volebat.

Nequè Tertio loco Commiſſoriæ ſpecies continetur *l.* 16. §. *vlt. π. de pignoribus*, cùm videlicet, ita pignoris, vel hypothecæ obligatio, vel datio, facta eſt, *vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſſideat* (creditor ſcilicet) *rem iuſto pretio tùm æſtimandam.* Neque enim hæc commiſſoria eſt, cum non ſimpliciter res debitoris committatur, & creditori ſimpliciter relinquatur, ſed conditionalis venditio eſt, quanti ea iuſto pretio ſuo die æſtimabitur. At Commiſſoria eſt, cùm debitoris res, ſeu pignus ſimpliciter committitur in vicem debiti, eique pleno, & abſoluto iure adquiritur, ſeu à debitore ad creditorem transfertur. Quare error eſt Doctorum, qui his duabus ſpeciebus contineri aiunt, pactum commiſſorium, *verbis obliquis* conceptum. Vno igitur verbo in commiſſoria, non id tantùm vertitur, quod debitor fiduciam, ſeu pignus amittat; verùm id requiritur, vt creditori ipſi ex *eâ lege* ſuo die, abſolutè pleno iure relinquatur, committatur & adquiratur, cum quo negotium geſtum eſt, & in eum à debitore transferatur. Sic patet, neque fiduciam, neque duas illas ſpecies cum lege commiſſoria quidquam commune habere. ¶ Vt neque quidquam commune habet cum *hac leg.* ſeu cum hac Commiſſoria, Commiſſoria in venditionibus. De qua tamen vir celeberrimus hanc *leg.* noſtram nuper accipiebat: & quidem appoſitâ ſpecie ex *d. l.* 16. §. *vlt. π. de pignoribus*: dicámque adeò Triboniano impingit, quod vocem *pignorum* huic *legi* addiderit. Et duobus quidem inter alia argumentis: Primò horum verborum quæ ex *hac leg.* recitat: *Creditores enim re amiſsâ iubemus recipere* PRETIVM *quod dederunt.* Vimque adeò in voce *pretium* facit, nempe quod in pignore creditor pretium non det: Verùm mirum, Virum doctum hac voce, *pretium*, niti, quæ nuſpiam apparet, neque in vllis Codicis Theodoſiani editionibus, neque in Codice Iuſtinianeo: Imò contrà, perſpicuus illorum verborum ſenſus hic eſt, creditorem, reſciſsâ lege commiſſoriâ, pignus debitori reddere debere, recepta mutuò à ſe datâ pecuniâ. Alterum argumentum deſumit ex ſerie huius tituli, ſitúque, qui in tractatu *de venditionibus* conſiſtit. Sed neque hoc argumentum hîc validum eſt: iam enim ſuprà oſtendimus huius ſitus rationem, nempe quod per Legem commiſſoriam in pignoribus venditionis ſpecies quædam contrahatur, ac proinde hac ratione lex hæc, ad Commiſſoriam in pignoribus, non in venditionibus ſpectet: Ideóque etiam Tribonianus *hanc leg.* in tractatum *de pignoribus* coniecit; & omninò rectè; fiduciæ quippe, vt & legis commiſſoriæ in pignoribus tractatus, in tractatu quoque emptionis venditionis rectè conſiſtit: nam & fiducia creditori mancipatur, ea lege, vt creditori liceret, ceſſante debitore in ſolutione, ſuo iure, ſine vlla denunciatione, fiduciam ſibi commiſſam *vendere*: & lex commiſſoria venditionis ſpeciem continebat. Quod quidem etiam Interpres ad *hanc legem* ex parte vidit. Tandem igitur hic *titulus* pertinet ad Commiſſoriam in pignoribus, pariter vt apud Paulum in Sententiis, *lib.* 2. *tit.* 13. At in *Digeſtis* titulus *de lege commiſſoria* apertè eſt de Commiſſoria in venditionibus.

¶ Quare iam ſic conſtituamus, neque fiduciam à Conſtantino M. ſublatam, atque adeò neque eius vim: neque in venditionibus, ſed in pignoribus tantùm Commiſſoriam legem ab eodem ſublatam. Atque hoc etiam argumento, inter alia, iuri luendi pignoris præſcribi non poſſe cenſeo: nam quæ lex commiſſoria expreſsa conuentione partium prohibetur, cur tacitè ea ex lapſu temporis admittatur? verùm de eo alibi. Sic igitur patet, à Conſtantino M. legem commiſſoriam in pignoribus ſublatam.

¶ De veteri & antiquo iure *Digeſtorum* quæritur, vtrum eo commiſſoria hæc licita fuerit, néne? Sunt certè qui antiquo iure damnatam eam pariter fuiſſe autumant, & cùm in vſum nihilominus poſteà veniſſet, à Conſtantino rursùm damnatam. Quam ſententiam refutare videtur Paulus IC. apud quem *libris ſententiarum* titulus expreſſus extat *de Lege commiſſoria*, veluti licita. Refutare idem videtur hæc lex, quâ Conſtantinus ſatis oſtendit, ſe legem cōmiſſoriam improbare, quæ hactenus probata erat, ſed ideò improbare quod *aſperitas eius creuiſſet*, non quod antea veteri iure damnata fuiſſet. Probare denique videntur reliqua eiuſdem Conſtantinianei Edicti capita, ac nominatim *d. l. vn. inf. de infirm. pœn. cœl.* quo tantum abeſt, vt *vetus* aliquod *ius* deſitum in vſum ab eo reuocetur, vt contrà diſertè vetus lex Papia caducaria abrogetur, veteriſque iuris iſtius imperium velut iugum quoddam ceruicibus impoſitū promiſcuè omnibus ſoluatur: quomodo hac lege commiſſoria in pignoribus

xibus *infirmatur*, *& in poſterum omnis eius memoria aboleatur*: Omnis, inquam, cùm tertio capite eiuſdem Edicti, veteris iuris cuiuſdam, putà Senatuſconſulti Claudiani auctoritas, non aboleatur, verùm aſperitas tantùm eius mitigetur, *l.3.inf. ad SC. Claud.* quæ & ipſa lex *huic* iungenda eſt. ¶ His igitur tribus argumentis conuinci videtur ſententia, de improbatâ iam veteri iure ante *hanc legem*, Commiſſoriâ in pignoribus: Quæ alioquin non ſatis aut rectè conuincitur, eo argumento, quod Legibus *Digeſtorum* venditio pignoris probetur à debitore creditori facta: *l.12.de diſtract.pign. l.20. §.vlt.π.de pign.actione: l.9. π. quibus modis pignus vel hyp.ſolu. l.10.verſ.ſanè C.de diſtract.pign.* itémque in ſolutum datio, *l.13.C.de pign.* & vtrumque quidem ita, vt licet debitor poſteà debitum cum vſuris offerre velit, nõ audiatur: *l.34.π.de pign.act.* Hæ quippe cõuentiones, neque tempore, neque re cum lege commiſſoriâ conueniunt: quandoquidem lex commiſſoriæ initio ſtatim contractus addebatur: at conuentiones illæ poſtea demùm fiebãt & ex interuallo, quæ nihil aſperi continebant, vt lex commiſſoria contractui addita, quo tempore neceſſitas pecuniæ mutuò accipiendæ miſerum debitorem ſtrãgulabat, vt mirer; virum ſubtilem hanc tam perſpicuam rationem differẽtiæ videre non potuiſſe. ¶ Quod verò contraria argumenta attinet, quibus probare nituntur alij veteribus iam Iuriſconſultorum temporibus, commiſſoriam in pignoribus damnatã fuiſſe; ad ea reſponderi poteſt, quod dicitur in decantata *l. Æmilius Larianus 38. in fin.π.de minoribus*, Imperatori legem Commiſſoriæ diſplicuiſſe, id de commiſſoria in venditionibus dicitur: neque tamen adhuc quaſi ab Imp. Caracalla in totum lex commiſſoria in venditionibus improbata fuerit, verùm in ſpecie tantùm illius legis, quæ tam præceps contractui addita fuerat: Non ergo ab Imp. damnata penitus, vt docet lex *4.π.de lege Commiſſoriâ*, non à Paulo legis illius auctore, non ab aliis. Non moueat etiam *lex vlt.in pr. π. de contrah. empt.* vbi pactum hoc inter debitorem & fideiuſſorem admittitur, *vt ſi ad diem debitor eum non liberauerit, & fideiuſſor creditori ſoluerit, prædia obligata empta habeat.* Neque enim inde ſequitur: conuentio illa inter debitorem & fideiuſſorem probatur, ergo lex commiſſoria inter debitorem & creditorem improbata fuit: Item, conuentio illa, vt fideiuſſor prædia obligata empta habeat, hanc interpretationem admittere poteſt, ſuo pretio iuſtóque æſtimando, vt in ſp. *d.l.16.§.vlt.π.de pignorib.* Non moueat denique *d.lex 16. §. vlt. π. de pignoribus*: vbi venditio hæc conditionalis admittitur collata in hanc conditionem, *Vt pignus datum fiat creditoris iuſto pretio tunc æſtimandum*: vnde argumentum ducunt à contrario, ergo improbatum fuiſſe hoc pactum, quo conueniebat ſtatim initio pignoris dandi, vt pignus pleno iure committatur ſua die non ſolutâ pecuniâ. Nam quod venditio & pactio illa *eâ lege* admittitur, non inde infertur, Commiſſoriam improbatam fuiſſe. Id certè fateor, nullam legem occurrere ſiue in *Digeſtis*, ſiue in *Codice* ante hanc Conſtantini legem, quâ Commiſſoriæ huius legis mentio fiat, vel quâ conſtet, probata ea, néene fuerit.

¶ Nos ad *Fiduciam* adhuc redeamus. Ergo fiducia cum lege Commiſſoria malè confunditur: fiducia enim in ſe regulariter non continebat, niſi expreſsè addita fuiſſet; ac proinde non ſublata ea à Conſtantino, cùm Commiſſoria ab eo *hâc leg.* reſcinderetur, aboleretur; quod tamen Cuiacius credidit. Nam & eius fiduciæ inquam deinceps mentio ſit, non tantùm in ſcriptoribus poſt *hanc leg.* & in his apud Ambroſium *de Tobia cap.12.* Sidonium Apollinarem *lib.... ep.....* verùm etiam in Honorij Imp. *l.9.inf.de infirm. his quæ ſub Tyrannis.* Et ſanè fiduciæ contractæ nullum odium, nulla tanta aſperitas fuit. Quare quod de fiducia in *Pandectas* vel *Codicem* nil relatum eſt, id non eâ ratione actum, quod lex commiſſoria à Conſtantino ſublata fuerit, verùm quòd *mancipationum ſolemnia*, quæ in fiducia interueniebant, vnà cum ipſa rerum mancipi, & nec mancipij differentia, vel aliis fiduciariis actibus & mancipationibus; non quidem à Conſtantino M. quod Viri Docti putant, verùm à Iuſtiniano ſublata fuerunt.

Cur autem hæc lex Commiſſoria in pignoribus à Conſtantino M. hoc Edicto ſublata fuerit? *captionis* & *aſperitatis* vocibus ipſe indicat: Nempe hinc odio creditorum, inde fauore debitorum: quod hi neceſſitatis telo adacti in hanc conditionem venirent, cum magâ ſui captione, damnóque rei familiaris, dummodò pecuniam extricarent; illorum aperta voracitas hæc eſſet debitorum res pretioſiſſimas, maioriſque meriti hoc obtentu ad ſe trahentium, miſeróſque debitores rebus poſſeſſionibúſque ſuis pretioſiſſimis denudantium nequidem datâ hyperocha, ſeu vt loquuntur, *pluris valentia*, cùm tamen vendita etiam *fiduciâ*, non minus quàm *pignore* vendito, debitor de ſuperfluo, aduersùs creditorem actionem haberet, teſte Paulo, *lib.2. ſentent. tit.13. §.1.* in quo fiducia, & pignus, cùm in multis diſcreparent, conueniebant, *l.24.§.2.π. de pignorat. action.* Quare non ferenda eorum eſt ſubtilitas, qui aſperitatem in hoc conſtitiſſe putant, quod ſcilicet mancipatione pignus alienaretur, & remancipationis fiduciâ debitores, ad pretioſiſſima quæque mancipanda pellicerentur: Aſperitas enim in eo vertitur, quod creditori res ſeu pignus ſimpliciter nullo iuſto pretio inito, nulla denunciatione præuia, nulla hyperocha præſtita, ipſi creditori committeretur, adquireretur: cùm tamen in aliis illis ſingularibus conuentionibus, quas à lege commiſſoria ſecreuimus, & in quibus de venditione conueniebat in pignore dando, vel caueretur iuſto pretio rem æſtimandam, vel denunciatio adhuc requireretur, & hyperocha ſemper præſtaretur: Quare ideò Conſtantinus *inter alias captiones commiſſoriæ legis præcipuè creuiſſe aſperitatem* dixit: Ac ſi diceret, neque in illis ſuperioribus & ſimilibus ſpeciebus ſuam quandam aſperitatem defuiſſe, verùm hîc PRÆCIPVE eminere: vel certè eam in dies excreſcere, res pretioſiſſimas paſſim debitoribus *hac lege* pignori dantibus. ¶ Et quidem in vrbe Roma, (quod notari cupio) vbi velut in capite mundi luxu celſiùs & acerbiùs dominante (& hoc quidem æuo, de quo vide Amm. Marcellini duos excurſus *lib.14.& lib.28.*) vt luxui ſuo facere quique ſatis poſſent, res ſuas pretioſiſſimas in quaſuis conditiones pignori dabant. Retrò creditores nonniſi hac conditione mutuam dare pecuniam vellent, eò quod debitores, etiam fermè Senatores, cùm adigerentur vt redderent mutuum, ita cothurnati eſſent & turgidi, vt Heraclidæ illi Cteſiphon & Temenus, qui contra mutuum petentes ſoccos & Michenas & Lachetas repræſentauerunt: vt ait Marcellinus.

¶ Illud quoque monendum circa nomen ipſum Legis *Commiſſoriæ*, errare toto cœlo virum doctum qui ex eo commiſſoriæ nomen re ipſa deriuat, quod fiducia per mancipationem creditoris facta, ſoluente debitore remancipetur & recurrat ad dominum, & ſic prior mancipatio reſoluatur, committatur. Nam



Nam vt antea diximus, commiſſoria in pignoribus, ſic dicta, quod ex conuentione pignus creditori committeretur; quomodo *in commiſſum res cadere* dicuntur: aliter atque in commiſſoria in venditionibus: ibi enim à committendo, id eſt, à reſoluendo contractu.

¶ Poſtremùm hinc iam patet, quàm inepta ſit eorum ſententia, qui commiſſoriam in venditionibus & non in pignoribus odioſam fuiſſe volunt: contra quàm hîc apertè dicitur: etſi & illa ſuo caſu haud adeò probabilis ſemper iam olim viſa, vt apparet ex *l. Æmilius Larianus, π. de minoribus.* Et hæc quidem ad *hanc leg.* dicta volui, aduerſus Antonium Fabrum quoque *Decade 21.* eiúſque Cenſorem *tract. de pignorib. lib.1. c.15. & 16.* denique aduerſus nonnulla quæ hanc in partem commentatus eſt Salmaſius: Cuius ſedecim errores hac in re numerare licet: vt cùm ait. 1. in Fiducia non interceſſiſſe mancipationem & remancipationem. 2. Fiduciam eandem fuiſſe cum hypotheca rei immobilis. 3. Legem commiſſoriam nunquam ita fuiſſe; vt creditori abſolutè committeretur. 4. Commiſſoriam additam fiduciæ qui promittebatur eam poſteà mancipandam. 5. Mancipationem quandoque in diem factam. 6. Ceſſionem item in l......malè interpretatur. 7. Tertulliani locum corrumpit. 8. Legem de Commiſſoria reſcindenda, ad Commiſſoriam in venditionibus pertinere. 9. vocem *pretium* falsò addit *in l. vn. de Commiſſ. reſcind.* 10. Boëtij & Iſidori fidem eleuat. 11. Fiduciæ vocis vim non perſpexit. 12. Fiduciæ nomen etiam pignori ſpecialiter dicto aptat. 13. Rationem nominis fiduciæ inanem reddit. 14. Non vidit, cur inter bonæ fidei iudicia iudicium fiduciæ cenſitum fuerit. 15. Commiſſoriam legem malè ſtatuit in *l. . C. de pactis pignorum.* 16. Triboniano dicam impingit, quod vocem *pignoris* huic *leg.* addiderit.

Poſt hæc ita à me longè antè conſcripta incidi in tractatum ſingularem Honorati Leorardi *de vſuris*, vbi *quæſtione 69.* de *hac lege commiſſoria* ex profeſſo tractat aduerſus Antonium Fabrum: & *quæſtione 70.* decem exceptiones quas Interpretes quidam ad *hanc l.* adferunt, profligat, oſtendítque nullo caſu commiſſoriæ huic legi locum eſſe poſſe. Quod & ipſe cenſeo, ob generalem *huius leg.* prohibitionem: *Omnem*, inquit, *memoriam eius aboleri*: generalem etiam rationem, quæ *initio leg.* præmittitur: tandem ob generalem definitionem: *creditores enim, re amiſſa, iubemus recipere quod dederunt.*

# DE" PATRIBVS QVI FILIOS" DISTRAXERVNT.

## TITVLVS III.

### IV. Cod. Ivst. XLIII.

" *Suos* additum Cod. Iuſt vt in *Nouellâ* Valentiniani 11. Concordat porrò huic *titulus* 8. *lib.5.inf de his qui ſanguinolentos emptos acceperint.* Et *titulus* 27. *lib.11.de Alimentis quæ inopes parentes de publico petere debent.* Et *Nouella* Valentiniani, 11. *de parentibus qui filios ſuos diſtraxerunt.*

---

1. * Imppp. Valentinianus, THEODOSIVS, & Arcadius AAA. Tatiano PF.P.

OMNES, quos Parentum miſeranda" fortuna, in ſeruitium, dum victum requirunt, addixit, ingenuitati priſtinæ reformentur": Nec ſanè remunerationem" precij debet expoſcere, cui etiam minimi temporis ſpatio ſeruitium ſatisfecit ingenui. Dat. v. Id. Mart. Mediolani", Tatiano & Symmacho COSS. [391.]

INTERPRETATIO. *Si quenquam ingenuum pater, faciente egeſtate, vendiderit, non poterit in perpetua ſeruitute durare, ſed ad ingenuitatem ſuam, ſi ſeruitio ſuo ſatisfecerit, non reddito etiam precio, reuertatur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. eâ ratione quam mox dicam.
" *Tatianus* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio M. A. 388. 389. 390. 391. 392. 393. de quo *v. Proſopogr.* & inter alios Zoſimum, *lib.4 p 769.774.*
" Paupertatis vel egeſtatis: v. quæ dicam ad *l. vn. infr. de ingen. qui tempore Tyranni*: dum victum requirunt. *h.l.*
" An quolibet poſtulante? arg. *l.2. Cod. de patrib. qui fil. diſtr.*
" Fortè rectiùs *renumerationem*, id eſt, vt Interpretatio recta habet, *non reddito etiam pretio.*
" *Mediolani* hoc tempore conſtitutus erat Theodoſius M. vid. Chronolog. Theod.

## COMMENTARIVS.

FILIOS à patribus ob paupertatem venditos, etiam non refuſo pretio, ingenuitati ſuæ reſtitui iubet *hac l.* Theodoſius M. A.D. 391. Iure Romano parentes filios ſuos etſi regulariter vēdere, vel oppignorare non poſſent, *l.1. Cod. h.t. & l. vlt. π. quæ res pignori*: vendere tamen poterant neceſſitatis ſeu egeſtatis extremæ cauſa, *dum victum requirerent*, vt *hac l.* dicitur. Quod vtique factum vel hoc potiſſimùm æuo Conſtantini M. Theodoſiíque M. eiúſque filiorum: de Cōſtantini ſæculo, teſtis *lex vn. de his qui ſanguinol. lex 2. de alimentis quæ inopes parentes*: de Theodoſij M. *hac lex* cuiuſcunque ſcilicet neceſſitatis cauſa, quod docet Baſilius *homilia in illud, deſtruam horrea mea*: *p.47.* & quæ exinde pro parte deſumpta eſt, *homilia περὶ πλεονεξίας*. Ac nominatim fiſcalis debiti causâ id ſæpè factum: teſtis Libanius *Oratione περὶ τῶν προσταιῶν* (quam habuit is hoc anno, vel certè proximo) *p. 9.* De eodem eſt & Hieronymi locus in *vita Paphnutij. Mihi eſt maritus qui fiſcalis debiti gratia ſæpè ſuſpenſus eſt & flagellatus, ac pœnis omnibus cruciatus ſeruatur in carcere: Tres autem nobis filij fuerunt, qui pro eiuſdem debiti neceſſitate diſtracti ſunt* Factum id & aliàs à parentibus ſi liberis alendis non ſufficerent: ſic quidem vt ſanguinolentos fermè (& à matre rubentes) venderent, *d. l. vn. de his qui ſanguinol.* vnde deſumpta eſt *lex 2. Cod. de patribus qui filios*: & *d. l. 2. inf. de alim. quæ inopes par.* Quod quidem parentibus olim conceſſum, non magis vt ſibi conſulerent, quàm vt liberis: Hactenùs tamen, vt hac venditione filiorum ingenuitati ſeu libertati non præiudicaretur *h. l. & l. 2. inf. de liberali cauſa*: & *d. Nouella Valentiniani* 11. & Paulus *lib. 1. ſent. tit.* 1. §. 1. Libertati ſcilicet vt Conſtantinus ait *in d. l. 2.* in tantum à maioribus impenſum eſt, vt patribus quibus ius vitæ in liberos neciſque permiſſum eſſet, eripere non liceret. Interim quidem *in ſeruitio* erant, vt hæc lex loquitur, ſeruique, ſed ſerui non manebant: de quo adhuc ad *d. l. vn. de his qui ſanguinol.* & ad *d. l. 2. de alim. quæ inop. par.* & ad *l. 2. inf. de poſtliminio.* ¶ Et in eo quidem Imperatorum conſtitutiones congruebant, nempe vt filij ita venditi, in libertatem eriperentur. In modo tantùm variatum. Conſtantinus ſcilicet pretium renumerari voluit, vel alium, ſeu vicarium pro eo ſeruum præſtari: *d. l. vn. de his qui ſanguinol.* quam *legem* hæc noſtra innuere & abrogare videtur, his verbis: *nec ſanè remunerationem*, vel *renumerationem* (vtrouis enim modo legi poſſit) *debet expoſcere.* Id quod Theodoſio M. humaniſſimo Principi *hac l.* diſplicuit: nam & pretij renumerationem remittit, eiúſque loco vel minimi temporis ſeruitium cedere iubet: vt in ſimili caſu, quinquennij operæ vice λύτρου cedunt: *d. l. 2. inf. de poſtliminio.* Quod & ipſum iam olim placuerat Traiano circa Expoſitos, θρεπτοὺς, vt videl. in libertatem adſeri poſſent, non reddito pretio alimentorum: vid. *epiſtolas* Plinij *lib. 10. ep. 67.* Verùm Valentiniano III. poſteà rurſum placuit, venditos equidem filios per obſcœniſſimam famē quæ per totam Italiam deſæuierat, ingenuos manere: verùm emptorem pretium recipere, & quod magis eſt, ſub quintæ adiectione, hoc eſt, vt quinto ſolido vnus adiiciatur: dicam duo: hac ratione vt neque illum rebus afflictis ac deſperatis emiſſe pœniteat, qui amplius recipiat, quàm ad pretium dederat: neque pereat diſtracta libertas: *d. Nouella II.* Iuſtiniano tandem Conſtantini conſtitutio placuit, *l. 2. Cod. de patrib. qui filios*: hâc prætermiſsâ. Et ita quidem, diuerſæ conſtitutiones illæ in hoc argumento conciliandæ ſunt. Vtrique ſanè ſententiæ ſua non deſunt argumenta: Si pretij recuperandi ſpem tollas, vix quiſquam erit, qui rebus adflictis & deſperatis manum auxiliarem porrigat, quæ ratio Valentiniani *Nouella* continetur: contrà ſi pretij renumerandi neceſſitate impingas, relegendæ libertatis ſpem ſæpè tollas; momentaneæque neceſſitatis obtentu, vel luendæ pecunia neceſſitate impacta, rem inæſtimabilem, cuiuſmodi eſt libertas, pretio addicas. Ego prout ſunt tempora réſque, ita quoque ius hoc varium & mutabile eſſe cenſeo: & verò ita mutarunt Principes. Illud omnium æquiſſimum, ne vendi quidem inter Chriſtianos quenquam neceſſitatis obtentu debere, etſi in ſeruitium dari, non ſeruitutem.

# DE * ÆDILITIIS ACTIONIBVS.

## TITVLVS IV.

### ¶ *De* FVGITIVO *ſeruo empto, redhibendo.*

1. * Imppp. Valentinianus, THEODOSIVS, & Arcadius AAA. Nibridio" PF.V."

HABITO ſemel bonæ" fidei contractu, mancipióque ſuſcepto", & precio diſſoluto", ita demùm repetendi" precij poteſtas eſt ei qui mancipium comparauerit" largienda, ſi illud", quod dixerit *fugitiuum*, potuerit" exhibere: Hoc enim" non ſolùm in Barbaris", ſed etiam in Prouincialibus ſeruis iure † præſcriptum eſt. Dat. III. Kal. Iul. Conſtantinopoli, Honorio NP. IX." & Euodio V.C. COSS. [386.]



INTERPRETATIO. *Cum inter emptorem ac venditorem de mancipij precio conuenerit", &" fuerit conſcripta venditio, nullatenus poterit reuocari, niſi forte ille qui emit mancipium, probauerit fugitiuum, & tunc habebit licentiam precium recipere, ſi mancipium reddiderit venditori.*

## NOTÆ.

* Lex 5. ſeu *vlt. Cod. eod tit.*

" *Nebridio*, C Iuſt. & melius.

" Aliàs PP. malè. Nebridio huic P. V. Conſtantinop. ſub hoc eodem Imp. Theodoſio M. inſcribitur hoc ipſo quoque anno 386. *lex vnica inf. de honorat. vehic.* vt & ſine die & Conſule *lex vn. Cod. de offic. Praf. Vigil.* Meminit eius quoque Palladius *in Lauſiaca, in Olympiade, pag.* 139. Nebridio quoque inſcribitur in Cod. Vaticano Libanij *ep. 202. lib. 4.* Forte hic idem quoque eſt de quo Hieronymus *ep. ad Viduam ipſius Saluinam tom. 1. à fol. 33.* vbi honorum CVLMEN, Apparitorum cateruas, honoris infulas ei tribuit. Hic antea Comes R.P. fuerat A. 382. 383.

" Vel *bona fide.*

" *Suſcepto*, id eſt, accepto, ſeu tradito: tum demum ſcilicet de periculo emptionis venditionis agi, quærique poteſt.

" *Diſſoluto*, pro *ſoluto*: quod habet vel ſubſtituit Tribon. Cod. Iuſt.

" Redhibitoriâ agendi.

" *Comparauit.* Cod. Iuſt.

" Mancipium.

" *Poterit.* ita Cod. Iuſt.

" *Et hoc non ſolùm, &c.* ita debuerunt huius Codicis conditores decurtatum hunc locum ex integra lege efformare.

" Fuit hæc dubitandi ratio in *hac leg.*

" *Barbari* ſerui ſunt, non mancipia noſtra ab hoſtibus capta, vt perperam Accurſius voluit, verùm ſerui ab hoſtibus capti: quo ſenſu etiam accipitur *lex vlt. inf. de excuſat. artific.* vid. & *leg. 2. Cod. de Eunuch.* Barbaros autem hic accipe, Gothos, vel Sarmatas, cum quibus Theodoſio M. hoc tempore res fuit. *Prouinciales* igitur contrà, ſerui ſunt apud Romanos nati.

† Noua *ius hoc*, cuius nullum alibi veſtigium extat.

" Deſcendum hoc: quod tamen etiam habet Cod. Iuſt. ita *A. IX.* omiſſo etiam *N.P.*

" Simul & pretium ſolutum fuerit.

" Illud de ſuo peculio addit Interpres.

## COMMENTARIVS.

FVGITIVVM ſeruum qui vendidit, & tradidit, pretiúmque accepit, vitium eius regulariter præſtat; ita quidem vt ſi ſciens conſilióque fraudis vendiderit, non tantum Redhibitoriâ teneatur, ſeu pretium receptâ re reddere, verùm etiam, quanti emptoris intereſt, & ſic damnum inſuper præſtare cogatur, *l. quæro 58. in pr. & §. 1. π. h. t. l. 13. §. 1. π. de act. empt. l. 1. π. de ædilit. edict.* & Paulus *2. ſenten tit.* 17. In quo fugitiui ſerui ratio eadem eſt, quæ furis venditi. Si verò ignorans ſeu bona fide fugitiuum vendidit bonis conditionibus, etſi Redhibitoriâ non teneatur, ſeu pretium reſtituere non cogatur, attamen æſtimatoriâ tenetur, quanti minoris empturus fuiſſet, (quod in fure ſecus eſt) *l. 13. §. 1. π. de act. empt.* Et vnus tamen adhuc caſus *h. leg.* excipitur; quo venditor etiam bonæ fidei Redhibitoriâ tenetur, hactenus ſcilicet vt pretium reſtituat, ita demum *ſi emptor fugitiuum potuerit exhibere*: quibus verbis quid ſignificetur, dubitari non parùm video. ¶ Interpretes ad *hanc leg.* poſitam in *Cod.* Iuſtin. Accurſius, aliíque, *exhibendi* verbum, pro *probandi* accipiunt, húncque locum ita interpretantur, ſi emptor potuerit probare, ſeruum, cùm venderetur, fugitiui vitium in ſe habuiſſe, atque adeò ex veteri ſeu priore priſtinóque vitio non hodie fugitiuum eſſe, Redhibitoriâ agere poſſe. Quæ quidem de probando veteri vitio ſententia, vera eſt; vt docet *lex 3. Cod. eod. tit. lex, emptorem 4. π. de probat. l. 54. & d. l. 58. π. de ædil. edict.* Paul. *2. ſentent. tit.* 17. §. 11. vid. & quæ notabo ad *leg. 6. de deſertorib.* nempe is in hoc argumento *fugitiuus* eſt, qui ex veteri vitio fugit: atque adeò veteris ſeu prioris fugæ vitium, id eſt ſi antè fugit, præſtat venditor, id eſt, ſi *in domo venditoris fugit*, vt loquitur *d. lex* 58. *§. vlt. π. h. tit.* apud priorem dominum, *l. 3. C. h. tit.* non futuræ, ſeu quæ ſecuta venditionem; vid. *leg. 11. π. de euict.*

¶ Verùm id ad præſentem ſpeciem & legem nil facere videtur: Quare Græci, eóſque ſecutus Cuiacius, itémque Interpretatio *huic legi* ſubdita ex parte (quæ tamen & ipſa de probatione agit) *exhibendi* verbum in *hac leg.* accipiunt pro *ſiſtere, reddere*, παραστῆσαι; hoc ſenſu: Tum demùm hoc caſu emptorem Redhibitoriâ agere, ſeu pretium repetere poſſe à vēditore bonæ fidei, ſi fugitiuum ipſum exhibuerit, id eſt, ſtiterit. Verum equidem eſt, *Exhibendi* verbum pro *ſiſtendi*, ſeu *repræſentandi*, accipiendum hîc eſſe; verùm alio planè & ſecretiore ſenſu quàm hactenus fit: Nempe diſtinctè ita res proponenda eſt. Duæ ſcilicet differentiæ *hac leg.* continentur: Prior, inter actionem Redhibitoriam, & æſtimatoriam: Poſterior inter venditorem bonæ fidei, ſeu ignorantem qui ſimpliciter vendidit, vt ait *lex 1. C. eod.* bonis conditionibus, *l. 54. π. eod.* & inter ſcientem ſeu malæ fidei & conſilio fraudis *d. l. 1.* hoc ſenſu: Malæ fidei venditor ſemper & indiſtinctè tenetur actione Redhibitoriâ, id eſt, totum pretium reſtituere debet, imò ſimul etiam quanti intereſt, ſiue adſit, ſiue abſit ſeruus. At ſi *habitus ſemel fuerit bonæ fidei contractus* (vt *hac l.* expreſsè dicitur) vel *bona fide*, id eſt, ſi venditor ignorans ſeruum fugitiuum bona fide ſimpliciter vendidit, regulariter is non tenetur actione Redhibitoriâ, vt ſcilicet integrum pretium ſerui reſtituat, ſed æſtimatoriâ tantùm tenetur, id eſt, illud emptori præſtare debet quanti minoris emiſſet, ſi eum ſciuiſſet eſſe fugitiuum. Quam ad rem textus eſt, vt antea dixi, expreſſus in *l. 13. §. 1. π. de action. empt.* Et tamen excipitur *hac leg.* caſus, quo venditor etiam bonæ fidei Redhibitoriâ tenetur, id eſt, pretium reſtituere cogitur, ſi videl. emptor habeat ad manum ipſum fugitiuum ſeruū, eúmque exhibere poſſit. At cur exhiberi? an ideo quia non aliunde emptor priorem fugam probare poſſit, quàm ſeruum ſiſtendo, ex cuius quæſtione vel reſponſione id probaretur? Ita enim ius erat, vt ſi aliter emptor priorem fugam liquidò probare non poſſet, ſerui reſponſioni crederetur, *d. l. quæro 58. §. vlt. π. de ædil. edict.* & Paul. *2. ſenten.* 17. imò & quæſtioni eo nomine ſubiiceretur, *l. 7. π. de probat.* de quarum *legum* conciliatione, alibi: vid. interim

Merillium 3. *obſeru.* 30. verùm id ad *hanc leg.* non pertinet. Quid igitur? Exhibendi ſerui neceſſitas deſideratur, vel potiùs æquitas hìc admittitur; quia hac ratione, nulla fit iniuria etiam bonæ fidei venditori, ſi ſeruum à ſe venditum recipere cogatur, & ipſe viciſſim pretium reſtituere. Viceuerſa venditori bonæ fidei, niſi ei ſeruus reſtituatur, ſi fugitiuum ſeruum habere non liceat, vt fermè habere non licet, *l.* 13. §. 1. *ꝶ. de act. empt.* maxima fieret iniuria, ſi ſerui pretium integrum reſtituere teneretur: Iuſta ſcilicet ignorantia venditoris & bona fides eum regulariter liberant ab actione redhibitoria, ſed non liberant ab actione quanti minoris; Tranſlato quipe dominio bonâ fide à venditore in emptorem, periculum ad emptorem ſpectat quod etiam *h. l.* indicatur. Sed intrinſeci vitij ratio habetur, quaſi dolo in re ipſâ hac parte verſante, etſi non ſit dolus ex propoſito. Vno verbo: Dolus ex propoſito facit locum actioni redhibitoriæ, ſiue ſeruus fugitiuus venditus abſit, ſiue adſit: ſiue exhibeatur, ſiue non. Dolus in re, actioni æſtimatoriæ, non redhibitoriæ; niſi ſeruus ipſe exhibeatur.

¶ Et hæc quidem de ipſa Theſi. Nunc de hypotheſi. Quærebatur, vtrum id etiam in *prouinciali* ſeruo fugitiuo vendito locum haberet, vt videl. bonæ fidei venditor, non teneatur Redhibitoriâ ſeu integrum pretium reſtituere, niſi qui fugitiuus dicitur, exhibeatur? Et *h. l.* id à Theodoſio affirmatur. Ratio dubitandi, atque adeò differentiæ alicuius conſtituendæ inter ſeruum, fugitiuum Barbarum, & fugitiuum Prouincialem venditum, (quaſi illo quidem, id eſt, Barbaro vendito bonâ fide, venditor Redhibitoriâ non teneatur, niſi emptor ſeruum, quem fugitiuum dicit, ſtiterit: at hoc, id eſt, Prouinciali vendito, indiſtinctè teneri deberet) hæc præcipua inter alias fuiſſe videtur: quod prior dominus ſeu venditor, Barbarum qui vendidit, *iuſtam* ignorantiæ, & ſic bonæ fidei, *cauſam* habeat, vt qui neſcinerit, & neſcire potuerit, vitium iſtud fugitiui; vnde enim id ſcire potuiſſet? cùm fortè Barbarus ſeruus ille nunquam antea ipſi viſus fuiſſet, vel etiam recenter captus aut emptus fortè à Fœderato, vel Dedititio (vt ſuos illi ſeruos habuere: *l.* 16. *de tyronib.*) aut tranſfugiſſet in Romanum ſolum. At qui prouincialem vendit, in prouincia natum, fortè vernam, ſeu vernaculum & domi natum, inter Romanos educatum, vix iuſtam ignorantiæ cauſam habere videatur, qui vtique probabiliter reſcire potuit, num fugitiui vitium in ſeruo reſideret, ſcit enim hoc fermè vicinia, ſciunt conſerui, ſcit fama: Denique ſcitur & aliunde qui cuſtodiendi ſint, *l.* 5. §. 6. *ꝶ. commodati*, *l.* 21. *ꝶ. de rei vind. l. contractus*, 23. *ꝶ. de regulis iuris*. Et hac tamen etiam dubitandi ratione non obſtante, idem in prouinciali, atque in Barbaro ſeruo fugitiuo, vendito, à bonæ fidei venditore, à Theodoſio M. ſtatuitur *h. l.* Imò *iure*. Et ſic æquum ius in omnib. ſeruis ſtatuitur iam *præſcriptum*, id *fine l.* indicatur. Quomodo & *l.* 4. *inf. de excuſ. artificum* idem ius ſtatuitur in vtroque ſeruo Barbaro & prouinciali: ſed contraria argumentatione, à prouincialibus ſeruis, ad Barbaros. Rationem decidendi hanc puto: quod in tanto tot ſeruorum grege, per tot, & diuerſos dominos ſeruis ambulantibus, & quamplurimis fugitiui vitio quod ipſis innatum laborantibus, difficile admodum, imò penè impoſſibile fuerit, frugi ſeruos à fugitiuis dignoſcere, vel certâ relatione reſcire, non modò Barbaros, ſed etiam prouinciales. Ex his iam patet clarè non agi *hâc l.* de probatione prioris fugæ. Et ſic vnâ ſpongiâ deleatur Interpretatio *huic leg.* ſubdita, ſimul & Interpretum Gloſſæ deleantur. Quare ſic tandem ſtatus cauſæ ponatur, caſúſque figuretur. Ego tibi ſeruum vendidi bona fide, ignarus eum fugitiuum: tibique eum tradidi, & pretium ipſe accepi; & ſic perfecta emptio-venditio eſt, ac proinde exinde ædilitiæ actioni locus eſſe poteſt, cui eſſe non poteſt ante perfectam venditionem Nunc finge poſt perfectam ita venditionem ſeruum ſtatim forte fugiſſe? Tibi Emptori vtique aduerſus me aliqua actio competit ſed magno diſcrimine, quia bona fide vendidi. Sed quatenus? Tu emptor prætendebas, tibi à me pretium reſtitui oportere: Ego contra dicebam, id à me iure non peti, niſi ſeruum fugitiuum exhiberes, vt ſic redhibitoriæ vtique locus eſſet, id eſt, ego reddito pretio ſeruum recuperarem, quæ redhibitoriæ vis eſt. Inſtabas, tu emptor, hoc quidem verum eſſe, téque admittere facilè in ſeruo Barbaro vendito, vtpote cuius alioquin recuperandi à me ſpes vlla vix eſſet: verùm in prouinciali aliud dicendum videri, quandoquidem ego facto vel fato aliquo eum facilè recuperare ipſe poſſem: vel etiam, quia vt iam dixi vix probabilis ignorantiæ cauſa in prouinciali vendito eſſe videatur. Et fuit hæc res tractata apud Præfectum vrbi, qui de eo ad Imperatorem cùm retuliſſet, hoc reſcriptum à Theodoſio impetrauit.





# DE * SPONSALIBVS ET ANTE NVPTIAS DONATIONIBVS.

## TITVLVS V.

V. Cod. Ivst. I. De ſponſalibus, & arrhis ſponſalitiis, & proxeneticis. De ante nuptias donationibus peculiaris eſt *tit.* 3. *eiuſdem libri*.

## PARATITLON.

SPONSALIA hoc tit. dicuntur, modò pacta de nuptiis, *l.* 6. 7. ſeu de futuro matrimonio, *l.* 2. pactæ denique nuptiæ, *l.* 4. modò omnis generis liberalitates, *l.* 1. pignora, *l.* 6. *& l. vn. inf. tit. prox.* Arrhæ *d. l.* 6. *& d. l. vn.* arrharum nomine data, *l. vn. inf. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur:* commoda, *l. vlt.* quæ futuri matrimonij cauſa, *d l.* 2. ſponſaliorum titulo, *d. l.* 2. *&* 5. ſeu iure, *l.* 1. 2. *inf. de ſecund. nupt.* futuri coniuges, *l.* 3. ſponſus, vel ſponſa, *l.* 1. *&* 2. mutuò largiuntur, *d. l.* 2. nam & hæc ſponſalia dicuntur, *l.* 6. *& tit.* 6. *inf. & tit.* 10. *inf.* vbi ſponſalia ipſemet Imperator interpretatur arrharum nomine data, quâ ratione & *ſuffragium* dicitur, quod ſuffragij nomine donatur, *tit.* 29. *lib.* 2. *ſupr.*

De priori *ſponſalium* genere ſequentia ex *hoc tit.* notentur. I. Contrahi ſponſalia à filiisfamiliâs & minoribus, patris, tutoris, aut curatoris voluntate, *l.* 4. *&* 6. & patris quidem in tantum, vt mortuo eo tutor vel curator pupillam vel adultam in matrimonium alij coniungere non poſſit, quàm cui Pater eam deſpondit *l.* 7. II. Trahi contracta ſponſalia vltra biennium non poſſe, alioquin vni deſponſatam, alij in matrimonium tradi poſt biennium rectè poſſe, *l.* 4.

Quæ de DONATIONIBVS ante nuptias hoc Codice conſtituuntur, ad quatuor capita referri poſſunt. I. Primum eſt, de earum inſinuatione de quo ſunt *lex* 1. 3. *vlt.* Igitur regulariter donationes inter ſponſum & ſponſam inſinuationem requirunt, *l.* 1. *h. t.* non excipiuntur inſinuatæ donationes factæ fœminis minoribus, *l.* 3. *& d. l. vlt.* vbi & quæ intra ducentorum ſolidorum quantitatem ſunt, *d. l. vlt.* II. Alia ratio eſt traditionis; hanc quippe donationes ante nuptias nunquam requirunt, *d. l. vlt.* III. Tertium caput eſt de lucro, vel reuocatione donationum ante nuptias, non ſecutis nuptiis; de quo agitur *l.* 2. 5. *&* 6. IV. notandum, in ſponſam profectam largitionem ſub Tyranno valere: *l.* 9. *de infirm. his quæ ſub Tyr.*

---

### ¶ *De* INSINVANDIS *quoque donationibus ſponſalitiis.*

1. * Imp. Conſtantinus A. ad Rufinum PF. P.″

PATER noſter † *nullam voluit liberalitatem valere, ſi actis inſerta non eſſet.* Nos etiam inter ſponſos quoque ac ſponſas, omnéſque perſonas, eam ſolam donationem, ex promulgatæ Legis″ tempore valere ſancimus, quam teſtificatio actorum ſecuta eſt. Dat. III. Id. Maij, Sirmio, Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. COSS. [319.]

INTERPRETATIO″. *Ante tempus legis iſtius″, donationes etiam ſine geſtorum teſtificatione valebant. Nunc verò poſt hanc legem, nec nuptialis, nec qualibet alia inter quaſcunque perſonas donatio, de quibuſcunque rebus, valere poteſt, ſi geſtis non fuerit allegata.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à C. Iuſt. Eandem innuere videtur *lex 5. inf de donat.* Et reſtringitur hæc *lex* duobus caſibus *l. 3. & l. vlt. inf.* quæ cauſa fuit, vt puto, huius *legis* in *C. Iuſt.* amittendæ.

" *Conſtantium Chlorum* intelligit, vel certè Maximianum, cuius filiam Conſtantinus M. deſponderat, ſi lex hæc Conſtantini M. eſt: Nam Conſtantini liberi *in l. 6. inf. de donation.* à parente ſuo id conſtitutum aiunt, id eſt à Conſtantino M. quod ipſe Conſtantinus *hâc l.* patri ſuo tribuit. Et certè referenda potiùs hæc lex videtur ad A.D. 351. & Conſtantio tribuenda. v. *Proſop.*

" An huius? an paternæ?

" *Rufino* PP. v. *Proſopogr.*

" Vna fermè litura inducenda, mox vt videbitur. Et certè primam huius interpretationis ſententiam non agnoſcit Codex optimæ notæ.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. quinque Conſtitutiones de ſponſalibus, & ante nuptias donationibus ordine ſequuntur: quibus in vniuerſum Chriſtianus Princeps, & honeſti amantiſſimus (quo elogio eum proſequitur Maiorianus, *Nouella 4. de matrim. Senatorum*) morúmque ſanctiſſimus cenſor, tùm Donationum inter ſponſos leuitati occurrendum putauit: quò pertinet lex 1. 2. 3. 5. tùm Repudiorum inter ſponſos licentiæ, quò ſpectant *lex* 2. & 4. Nempe honeſtatis Chriſtianæ eſt, ne effuſis liberalitatibus per amoris illecebras, quibus facilè ſponſi ſeſe mutuo ſpoliare poſſent, locus ſit: viceuerſa, ne ſponſalia ritè iuréque contracta diſſoluantur. Hâc primâ igitur *lege*, Donationes inter ſponſos INSINVARI apud Acta oportere definit: tractâ videl. generali Patris ſui conſtitutione *de inſinuandis donationibus* ad hanc quoque ſpeciem. Ante hanc ſcilicet quoque conſtitutionem inſinuari donationes omnes oportuit, & quidem ex *Lege*, quam Conſtantinus Patri ſuo *hîc* adſcribit: Quam tamen ipſimet Conſtantino filij eius tribuunt, *l. 6. inf. de donat.* Imò ſibi ipſi quoque Conſtantinus eam arrogat, non tantùm *l. 3.* verùm expreſſiùs adhuc *l. 5. eod. tit.* vt proinde his argumentis videri poſſit hæc lex potiùs tribuenda Conſtantini M. liberis, emendatâ legis ſubſcriptione: Quod ſuadeat & Rufini PP. nomen in *inſcriptione*: qui ſanè ſub Conſtantio & Conſtante fuit: de quo plenè ad *l. 6. inf. de annonâ trib.* etſi tres quoque aliæ *leges* occurrant ſub Conſtantino *ad Rufinum PP.* datæ, verùm nil temerè aſſero. Vt ad ſententiam *leg.* redeamus: Cùm antiquo iure inſinuatio in donationibus non requireretur, paulò ante *hanc leg.* id iuſſum fuit: ſic vt mortis quoque cauſa donationes inſinuari oporteret, ex Conſtantini, ſiue Conſtantij *l. 1. inf. de donationibus*: quod vltimum tamen poſtea abrogatũ, de quo ad *illum titulum* Sed quæri cœpit, num & inter *proximas quoque perſonas*, ac nominatim; an inter ſponſos ac ſpõſas factæ donationes inſinuationem pariter requirerent? Id quod *hac l.* affirmatur & de proximis & coniunctis perſonis repetitur ab eodem Conſtantino (ſi modò Conſtantinus *huius l.* Auctor eſt) *in l. 5. inf. de donat.* Et quidem ſi de illis perſonis quæritur hâc ratione; quod vel maximè inter neceſſarias coniunctiſſimáſque perſonas inſinuatio neceſſaria ſit, ſiquidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus quidnis pro negotij opportunitate confingi poteſt, vel id quod verè geſtum eſt, aboleri; vt loquitur *d. lex 5. inf. de donat.* Nempe, quod lex ait, *Omnéſque perſonas*, id eſt, etiam inter neceſſarias & coniunctiſſimas: ne liberis quidem aut parentibus exceptis, vt expreſsè definit ipſemet Conſtantinus *d. l. 5.* Imò cuiuſcunque quantitatis ſummæ aut æſtimationis quarumcunque rerum donationes eſſent, hac conſtitutione Conſtantinus eas inſinuari voluit, vt rectè etiam Interpres vidit, quod ius in Galliâ etiam hodie obtinet. Imò & rei mobilis facta donatio hac conſtitutione comprehendi videtur, quod item iure Gallico obtinet. ¶ Quomodo autem hæc lex ſeu ſponſalitiæ donationis inſinuandæ neceſſitas poſtea reſtricta fuerit, docent *lex 3. & l. vlt. inf.* & *lex 17. C. de donat. ant. nupt.* quæ ex *d. l. vlt.* deſumpta: *l. 34. 3. alias verò, C. de donat. l. vlt. §. ſimili quoque Cod. de iur. dot. Nou.* 119. *c. 1. & 127. c. 2.* vnde deſumpta *auth. cùm decurſum, C. de don. ant. nupt.* Item quatenus inſinuandæ in vniuerſum donationis neceſſitas acciſa fuerit à Iuſtiniano, docent *lex 34. 35. in fin. l. 36. inf. C. de donat. & §. vlt. Inſt. de donat. l. vlt. C. de don. cauſ. mort.* vid. & Iuliani *Epitomen*: Quatenus à Leone, vid. *Nou.* eius 50. Denique formulam donationis in ſponſam factæ iuxta hanc legem, Vide 14. *formulam* apud Auctorem *veterum formularum ſecundum legem Romanam.* ¶ Cæterùm, quod Ranchinus 2. *var.* 7. putabat, inductâ à patre Conſtantini M. inſinuandarum donationum neceſſitate, abrogatam Cinciam legem, ſeu *modum* eâ *leg.* definitum, ita vt iam ſupra modum Cinciæ legis donare liceret, modò donationes inſinuarentur, id nullo modo probandum eſt. Certè ex interpretatione *huic legi* ſubdita, id non probatur: nam quod ait *de quibuſcunque rebus donationem valere non poſſe ſine actorum teſtificatione*, tantum abeſt, vt aggeres, ſic vt dicam, Cinciæ legis ruptos indicet, vt contrà indicet, quamcunque rem cuiuſcunque generis vel minimam inſinuari oportere. Multò minus ex *l. 4. inf. de donationibus*, vbi per verba illa *cuiuſlibet rei*, intelligi oportet res, ſiue mancipi, ſiue nec mancipi.

### II. * Idem A. ad Maximum Præfectum v.

CVM Veterum † ſententia diſpliceat, quæ *donationes in ſponſam"*, *nuptiis quoque non ſecutis*, decreuit *valere*, ea quæ largiendi animo inter ſponſos & ſponſas iure celebrãtur, redigi ad huiuſmodi conditiones" iubemus, vt ſiue" in poteſtate patris degere, ſiue vllo modo proprij videantur" eſſe iuris, & tanquam futuri causâ matrimonij aliquid ſibi ipſi, vel conſenſu parentum, mutuò largiantur, ſiquidem" ſponte" *Vir* ſortiri NOLVERIT vxorem, id quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum, & ſi quid apud donatorem reſedit", ad ſponſam" ſubmotis



ambagibus transferatur. Quod ſi" matrimonij non contrahẽdi cauſa ab *Sponſa*", vel in cuius agit poteſtate detegatur extitiſſe, tunc ſponſo, eiúſque hæredibus ſine aliqua diminutione redhibeantur". ¶ Quæ ſimiliter obſeruari oportet, & ſi ex parte ſponſæ in ſponſum donatio facta ſit: Nullis cauſis vlterius requirendis, ne" forte mores aut origo dicatur, vel quicquam aliud opponatur, quod ſibi quiſquam non conuenire exiſtimat, cùm longe antequam ſponſalia contrahantur", hæc cuncta proſpici debuerint. Sola igitur indagetur voluntas, & immutata animi ſententia, ad reſtitutionem, ſeu repetitionem rerum donatarum ſufficiat: cùm vniuerſis cauſationibus pulſis, nihil amplius conſtare debeat, niſi vt appareat, qui ſibi contrahendum matrimonium dixerit diſplicere. ¶ Et" quoniam fieri poteſt, vt MORIATVR alter adhuc incolumi" voluntate prius quam nuptiæ contrahantur, congruum duximus, eo in quem fuerat facta donatio, ante matrimonij diem functo, quæ ſponſaliorum titulo vel data, vel vllo genere donata ſunt, ad eum qui donauerat reuocari: Eo etiam qui donauerat ante nuptias mortuo" mox infirmari donationem, & ad eius hæredes ſine aliquâ difficultate detrahi" res donatas. Quod beneficium vſque ad perſonam patris ac matris, filiorum etiam, ſi qui de priore matrimonio fuerint, ſtare decernimus, ſi quocunque modo ex his perſona aliqua defuncto ſucceſſerit. ¶ Quod ſi ex his nulla perſona defuncti hæres erit, ſed ex reliquis gradibus quiſquam ſuccedat, donationes conuenit, etiam non inſecutis ex cauſa mortis nuptiis, conualeſcere, quoniam illis tantum perſonis credimus conſulendum. Dat. XVII". Kal. Nouemb. Prop. VI. Kalendas Septembres, Romæ Conſtantino Auguſto v. & Licinio Cæſ. COSS.

INTERPRETATIO". *Quoties inter ſponſos & ſponſas de futuris nuptiis ſpecialiter fuerit definitum, & donationem ſponſalitiæ largitatis vir in ſponſam ſuam aut ex conſenſu parentum, aut ipſe ſi ſui iuris eſt, propriæ voluntate conſcripſerit, & omni eam ſcripturarum ſolennitate firmauerit, ita vt & geſta legitimè facta doceantur, & introductio locorum, vel rerum traditio ſubſequatur: quicquid tali, & tam ſolenni donatione ad ius dominiúmque ſponſæ tranſierit, ſi vir poſtea ſponte eam quàm depectus eſt, factis ſupra ſcriptis ſolennibus chartis, accipere noluerit vxorem, omnia quæ ſunt tradita non repoſcat. Et ſi quid de nominatis tam ſolenniter rebus & traditis, apud ſe habere dinoſcitur, ad ſponſæ dominium, quam accipere noluit, ſine dilatione aliqua transferatur. Reliqum Legis iſtius opus non fuit explanare, quia ſequentibus legibus vacuatur.*

## NOTÆ.

* *Lex 15. C. de donationibus ante nuptias* hinc deſumpta & interpolata eſt.

† Sponſalium, ſiue ſponſalitiorum mos vetus eſt; at non etiam donationis ante nuptias, §. 3 *Inſt. de donation.*

" De his tantum & nominatim Veteres egiſſe videntur: quia donationes in ſponſum à ſponſâ rarò accidere ſolent, *l. 5. inf.*

" Id eſt, diſtinctiones.

" *Vt ſiue adfinitatis coëunda cauſa, ſiue non ita, vel in poteſtate*, &c. ita Tribonianus.

" Id eſt, ſint.

" *Siquidem ſponſus vel parentes eius ſortiri filium noluerint vxorem*: ita Tribonianus.

" Id eſt, voluntate mutatâ: neque enim cauſa mutationis hîc attenditur.

" *Et heredes eius*; hoc addidit Tribonianus.

" *Quod ſi ſponſa, velis in cuius agit poteſtate cauſam non contrahendi matrimonij præbuerit*: ita Tribonianus, reſectis omnibus quæ ſequuntur, de cuius rei ratione mox dicam.

" *Per condictionem, aut per vtilem actionem in rem*: hoc addidit Tribonianus, & *condictionis* voce intelligit condictionem causa datâ, causâ non ſecutâ.

* *Secunda* huius leg. *pars*, quam Tribonianus omiſit, prælatâ diſtinctione *legis 5. inf.* Itaque & Anianus rectè monet, *hoc ſequentibus legibus vacuari*, id eſt, abrogari.

" Integra, non mutata.

" Sed etſi matrimonium iuris auctoritas impediat, idem videtur dicendum arg. *l. 1. C. de condict. ob cauſam.*

" *&. Retrahi.*

" XVI. in Aniano optimæ notæ, & in C. Iuſt.

" Hanc Interpretationem laudat & ſequitur Auctor formularum ſecundum legem Romanam, *form.* 14 & 17.

## COMMENTARIVS.

CONDITIONEM ſeu NATVRAM donationis ſponſalitiæ ſimpliciter factæ, non ſecutis nuptiis determinat *hâc l.* Conſtantinus M. veteri iure nominatim antiquato: Eo videlicet fine, ne nuptiis non ſecutis tam facilè ea apud donatarium reſideret: Quæ interim altera ratio notanda eſt quâ ſponſalitiarum donationum leuitati is occurſum voluit. Non ſecutis ſcilicet olim nuptiis donationes inter legitimos ſponſos ſimpliciter factæ penes donatarium indiſtinctè manebant: Et hæc eſt Veterum ſententia, quam memorat Conſtantinus *hâc l.* id eſt, veterum Iuriſconſultorum: quo ſenſu paſſim *Veteres* dicuntur: veluti *l. 1. §. veteres. ff. de adquir. poſſ.* &c. Mera nempe hæc olim puráque & irreuocabilis liberalitas cenſebatur non ob cauſam facta, nullâ etiam perſonarum impedimentique ſeu caſus ob quem nuptiæ ſecutæ non ſunt, diſtinctione factâ: duo tantum caſus olim excipiebãtur, ſi videlicet id expreſsè conueniſſet, vt ſi nuptiæ non ſequerentur, propter nuptias data repeterentur, quod omninò ſuadet *lex 7. Cod. de donat. ante nuptias*; vel ſi non ſponſæ, verùm parentibus eius prouocandi matrimonij gratiâ procus munera dediſſet, *l. 2. Cod. de donat. ante nuptias.* At Conſtantino

tino M. ſecus *hâc lege* viſum: nempe donationem inter ſponſos ſimpliciter factam, videri tamen factam contemplatione nuptiarum, & negotium donationi illi ineſſe, tacitam denique nuptiarum cōditionē in ſe habere: vide §. 3. *Inſt. de don. & ibi* Theophili. Et ſic hunc caſū *non adiectæ cauſæ* illi exæquat, quo *adiecta cauſa eſt*. Et id quidē ita Cōſtantino M. placuit, partim aduerſus repudiorum lenitatem, vt ita ſcirent ij per quos ſtetiſſet ne nuptiæ conſummarentur, donationis ſponſalitiæ commodo ſeſe priuandos: contrà, iis per quos non ſtetiſſet, donationis commodum ſeruandum. ¶ His ita poſitis, agi *hâc l.* de ſponſalitiâ donatione ſimpliciter facta, citra vllam conditionem: poſito item corrigi *hâc l.* iuris antiqui iniquitatem, ſeu hanc *leg.* veteris iuris correctoriam eſſe: poſito item, non diſtingui à quo donatio facta fuerit, an à patrefamilias, an verò à filiof. patris conſenſu: ſinéque tandem *huius leg.* perſpecto; de ipſius ſententia videamus: & quando hanc donationem reuocari voluerit Conſtantinus M. & ad donatorē recurrere, quādo non. Nempe & impedimentorum, per quæ nuptiæ ſecutæ non ſunt, & perſonarum diſtinctiones has inducit æquiſſimas: *Impedimentorum*, inquam; ſcilicet nuptiæ ſecutæ non ſunt. Vel ob mutatam ab alterutro ſponſorum voluntatem, vel ob mortem alterutrius: Si ob mutatam voluntatem, quæ prima *huius leg.* pars eſt, iam perſonarum diſtinctionem facit: vel enim donans mutauit, & tùm donatio donatarij commodo cedere debet; idque ſiue donatio re vera tradita fuerit, ſiue apud donatorem ea reſedit, id eſt, penes donatorem remanſit: ita vt ad ſponſam id transferatur (condictione ſcilicet ex hâc lege: *arg. l. vlt. ff. de condict. ex lege*) *ſubmotis*, inquit, *ambagibus*. Si verò donatarius voluntatem mutauit, tum ad donatorem ea recurrere debet. In quæſtione igitur de reſtitutione ſeu retentione ſponſalitiæ largitatis nō impleto matrimonio illud tātum ſuperſtitibus ſponſis attēdi ſpectari, iubet Conſtantinus M. vter ex ſponſis voluntatem mutauerit, renuntiauerit, *diſcuſſerit*: Nihil aliud prætereà attendi vult; Cauſam, inquam, mutandæ voluntatis ſpectari non vult: quam olim tamen ſpectatam hinc apertè colligitur: Veluti ſi ſponſus mores ſponſæ ſuæ, aut originem, vel ſimile quid aliud ſponſalium tempore incognita ſibi fuiſſe hodie dicat. Serum ſcilicet eſt iſtud, mores ſponſæ, vel originem accuſare, quæ deſpondendo eam probauit; ſicut in *l. 13. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de adult.* dicitur, maritum ſerò accuſare mores, quos vxorem ducendo probauit. Prius denique oportuit iſta fieri. Quod quidem à Conſtantino M. conſtitutum, vt ita *Sponſalium* quoque ſanctitatem & vinculum ſeu fœdus ſponſalitium, ſpem denique matrimonij ſanciret: & Repudiorum temeritati ſeu ſponſalium diſcuſſioni obuiam iret. Verùm cùm Iuſtinianus hoc non probaret, aliáſque prætereà matrimonij non conſummandi cauſas attendi vellet, probata conſtitutione Leonis & Anthemij *l. pen. C. de ſponſalib.* hanc ſententiam penitus mutauit & interpolauit.

¶ Et hæc de priore diſtinctionis & legis parte. Altera pars eſt de nuptiis non ſecutis per *Mortem* alterutrius, quæ hac ſententiâ abſoluitur. Si moriatur alteruter è ſponſis, ad donantem vel eius hæredes filios aut parentes donatio remanet. Et hanc verò ſententiam Tribonianus quoque omiſit, prælatâ diſtinctione *legis 5. inf.* quæ cauſa etiam fuit Interpreti, cur eam interpretari noluerit, vt ipſemet profitetur: Notetur interim hîc caſus quo priuilegium fœminis indultum ad exteros hæredes non tranſit, verùm ad filios: pariter vt *l. 12. & ſeq. & l. 18. ff. ſoluto matrim. l. 1. Cod. de priuilegio dotis.* Quod etiam multi traducunt ad eam quæſtionem, verum liberis quoque competat priuilegium mulieris, vt præferantur omnibus creditoribus anterioribus.

¶ Illud igitur in hac ſententiâ ſummoperè notandum, retrahendæ donationis ius ad donatoris tantum præmortui patrem ac matrem filióſque, ex priore matrimonio pertinere, non ad vlterioris gradus vel extraneos hæredes: cui ſimilis differentia inter hæredes filios, & extraneos occurrit in *l. maritum, & l. etiam, C. ſoluto matrim. & l. 1. C. de priuil dot. & Nou. 91. & l. 6. ff. de ſeruitute legata.* Excipe niſi pactione expreſsâ conuenerit, vt penes donatorem & Hæredem eius res donata remaneret, ſi quid alterutri ex coniugibus fatale accidiſſet; hoc enim caſu ſine diſcrimine hæredum mortuo alterutro ab hærede cuiuſcunque gradus; imò & extraneo condicetur, vel vtiliter vindicabitur: Et huc ita referri poteſt *d. lex 7.* eámque vim erit habitura. ¶ Denique eſt hæc Conſtantini M. conſtitutio vna de earum *Nouarum Legum* numero, quibus hoc toto quadriennio, & hoc potiſſimùm Conſtantinus M. populi Romani moribus regendis, frangendíſque vitiis enixè incubuit, quod hoc ipſo anno teſtatur Nazarius *panegyrico*: fidémque prætereà faciunt tot aliæ per hoc quadriennium eius conſtitutiones, quas v. in *Chronol.*

III. *Idem A. Valeriano", agenti Vicariam Præfecturam.

Qvamvis" *in lucro nec" fœminis ius ignorantibus ſubueniri ſoleat*, contra ætatem" adhuc imperfectam" locum hoc non habere retrò Principum ſtatuta † declarant. Ne igitur ſoluta" matrimonij caritate inhumanum aliquid ſtatuatur, cenſemus", Si futuris coniugibus" (tempore" nuptiarum" intra ætatem" conſtitutis) res fuerint donatæ & traditæ": non ideò poſſe eas reuocari, quia actis conſignare donationem quondam maritus noluit". Data IIII. Kalend. Maij, Gallicano & Symmacho Coss.

Interpretatio. *Quanquam & fœminis, quæ per fragilitatem interdum excuſari poſſunt, in aliquibus cauſis, ſi negligentes fuerint, "lex ſubuenire noluerit", hic tamen ſpecialiter voluit eſſe conſultum, vt ſi qua in pupillaribus" annis marito fuerit copulata, & ſponſalitiam largitatem per negligentiam actis non allegauerit, huius legis beneficio, & ſi geſta deſint, inuiolabilem in ſuo dominio donationem nouerit permanere.*





NOTÆ.

" Lex 11. *C. de iuris & facti ignorantia*, priorem *huius l.* Regulam continet: Omiſſa poſteriore eius ſententia à Triboniano, prælatâ ab eo vltimâ ſententiâ *legis vlt. inf.* cuius eadem mens eſt: & quæ hanc confirmat. Sed & de eâ iam dictum aliquid ad *l. 3. ſup. de integri reſtitutione*: Denique *hac l.* reſtringitur. *lex 1. ſup.*

" Hic idem eſt cum Paterno Valeriano, cui inſcribitur ſine die & Conſule Conſtantini M. *lex vn. ff. de perfectiſſimatus dignitate*, vbi cauſas addo.

" Ratio dubitandi ex Regulâ Iuris: quam etiam Papinianus *lib. 1. definit.* proponit *l. 8. ff. de iuris & facti ignor.*

" Nequidem.

" Supplenda hîc vox *tamen*: quemadmodum & Codex Iuſt. habet.

" Vide inf. quæ noto ad voces, *intra ætatem.*

" Per diuortium, vel morte.

" *Cenſemus*, id eſt ſtatuimus, iubemus: de quo vide Gloſſarium.

" Id eſt, ſponſis, &, quidem tum minoribus.

" Ipſo momento adhuc.

" Vel *nuptiarum* appellatione ſponſalia hîc intelligas, vel hæ voces *tempore nuptiarum* loco motæ fuerunt, ita vt poſt vocem *traditæ* collocentur; hunc in modum: *Si futuris coniugibus intra ætatem conſtitutis res fuerint donatæ & traditæ tempore nuptiarum*: Vel denique hæc ſententia, *tempore nuptiarum intra ætatem conſtitutis*, parentheſi includenda fuerit. Quod exiſtimo.

" *Intra ætatem*, hîc idem, quod initio legis *imperfecta ætas* dicitur. *Intra ætatem conſtitutæ*, id eſt, in pupillaribus annis conſtitutæ, vt Anianus rectè interpretatur, ſeu, quod eâdem ratione vulgò dicitur, minores ætate *l. vlt. h. t.* nihil enim intereſt, dicas *intra ætatem*, an *minorem ætate*. Ætas imperfecta intra XXV. annos, vt in *l. vlt. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio.* Ex contrario ætas perfecta annorum XXV. *l. vlt. C. de his qui ven. ætatis*: & *aliis locis quamplurimis*. Quanquam *perfectæ ætati* (quæ ſemper eſt annorum XXV.) nonnunquam opponitur pupillaris, quæ dicitur imperfecta, *§. vlt. Inſt. de Attiliano tutore.* Itaque tam pupillus quàm minor imperfectæ ætatis dicuntur, *l. cum de indebito, §. ſin autem is. ff. de probation. & l. properandum, §. penult. C. de iudiciis.*

" De hoc dicam ad *l. vlt. inf.*

" Superſedit.

" Pupillares anni hoc loco ſunt anni XXV. anni reſtitutionum, vt ex *ipſâ lege* apparet. Neque enim proprio ſignificatu pupillares anni hîc accipi poſſunt: nam in pupillaribus annis nuptiæ non contrahuntur.

COMMENTARIVS.

Minori fœminæ factam donationem ſponſalitiam, etſi non insinvatam ſoluto matrimonio, non ideò minus valere conſtituit *hac l.* Conſtantinus M. A. D. 330.

¶ Inſinuari ſcil. regulariter ſpōſalitiā quoque donationem ſeu donationē in ſponſam collatam, oportere ipſius Conſtantini, (ſi Conſtantini) lege conſtitutum fuerat *leg. 1. ſupr.* Et quidem inſinuari ante nuptias; vt teſtatur *lex vlt. inf. h. tit.* Quare non inſinuata ante nuptias donatio non valet, & ſolutâ matrimonij caritate (per diuortium vel aliter) donator eam donationem reuocare poteſt. Inſinuari autem donationem ante nuptias lex voluerat, non conſtante matrimonio; ſiue ne fraus fieret donationibus inter virum & vxorem prohibitis; ſiue quia mulier maritum iam vix eò pertrahere inuitum poſſet, vt eam donationem inſinuet.

¶ Sed de *Minore* fœmina quæſitum fuit, an & quoque noceret neglecta vel non ſecuta inſinuatio. Et verò *hac l.* à Conſtantino M. reſcribitur 1. factam Minori fœminæ ante nuptias donationem, conſtante matrimonio rectè inſinuari. 2. Et ſi inſinuari eam non fecerit, & minore eâ adhuc conſtituta contractum fuerit matrimonium, nihilominus donationem non inſinuatam valere. 3. Imò & ſi in matrimonio maior annis facta fuerit, dummodo minor adhuc fuerit momento nuptiarum, etſi poſtea maritus eam inſinuare noluerit, donatio valet. Requiritur igitur ex *hac l.* vt minor adhuc ſit mulier momento nuptiarum, *tempore nuptiarum* (ait lex) *intra ætatem conſtitutis*: alioquin ſi vel tempore ſponſalium vel ante nuptias ſaltem maior facta fuerit, neque donationem antè ſibi factam inſinuari fecerit, donatio non valebit. Quod Triboniano diſplicuit: Quâ cauſâ poſtremam legis ſententiam (interpolatâ etiam poſtremâ ſententia *legis vlt. inf.*) abdicauit.

¶ Species igitur *huius l.* hæc omnino fuerit. Minori fœminæ ſponſalium nomine donatio facta fuit: inſinuari eam non fecit: adhuc minore eâ conſtitutâ, matrimonium conſummatum fuit: mox maiore factâ, & fortaſſis etiam maritum de inſinuatione donationis interpellante, donatio inſinuata non fuit; Mox diſſoluta matrimonij caritas fuit, id eſt, diuortio ſolutum matrimonium: *Quærebatur*, an donationem huiuſmodi non inſinuatam ſoluto matrimonio quondam maritus à fœminâ repetere poſſet? Reſcribit Conſtantinus M. inſinuationis omiſſionem huiuſmodi mulieri minori non nocere. *Ratio dubitandi* hæc erat, quod mulier de lucro certaret; Cæterùm mulieri ius ignoranti in lucro non ſubueniri. Quam iuris definitionem ſiue Regulam Papinianus quoque inculcat, *in l. 8. ff. de iur. & facti ignor. Iuris error*, inquit, *nec fœminis in compendiis prodeſt.* Compendium ſeu lucrum eſt donatio ante nuptias: Iuris error ſiue ignorantia eſt, cùm quis eam inſinuari non facit; vel non inſinuatam valere putat. Similiter compendium eſt vſucapio: Iuris error eſt, cùm quis à pupillo ſine tutoris auctoritate rem emit; emptam igitur ita rem mulier vſucapere non poteſt, *l. nunquam, in pr. ff. de vſucap. l. 3. §. ſi pupillo, ff. pro emptore.* Aliud ſimile exemplum occurrit *in l. aſſiduis. C. qui potiores in pignore*: Et verò hæc ita locum obtinent in fœminis maioribus; at, (quæ decidendi ratio eſt) non etiam in *minoribus*, quibus etiam in lucro ius ignorantibus ſubuenitur. Vt minoribus quid indulgetur, quod vt fœminis non indulgetur, de quo dixi etiam ad *l. 3. ſup. de integri reſtitut.*

¶ Hæc autem lex ita demùm quoque videtur obtinere, ſi puella defuncto patre nupſerit, & donationem ſponſalitiam acceperit. Alioquin ſi pater eam elocarit, non idem priuilegium aduerſus maritum ei tribuitur; id enim indicat finis *legis vlt. inf.* *Illa manente lege*, inquit, *quæ minoribus ætate fœminis etiam actorum teſtificatione omiſſâ, ſi patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſtè conſuluit.*

¶ In genere de reſtitutione minorum aduerſus omiſſam inſinuationem donationis, vide Chenu *q. 70. 71.* Le Preſtre *cent. 1. cap. 44.* Charond. 63.

## IIII. *Idem" A. ad Pacatianum Præf.v."

PATRI", aut matri puellæ, aut Tutori, vel Curatori, aut cuilibet eius Affini non liceat, cùm priùs militi" puellam deſponderit, eandem alij in matrimonium tradere. Quod ſi" intra biennium, vt perfidiæ reus in inſulam relegetur. Quod ſi pactis nuptiis tranſcurſo biennio, qui puellam deſponderit, alteri eandem ſociauerit, in culpam ſponſi potius quàm puellæ referatur, nec quicquam noceat ei, qui poſt biennium puellam marito alteri tradiderit. Dat. pridie Id. April. Martianop. Pacatiano & Hilariano COSS. [332.]

INTERPRETATIO. *Si quis aut priuatus", aut militans, poſtquam ſponderit, & cum patre, Tutore, vel Curatore puellæ, vel propinquis de puellæ coniunctione definierit, debet poſt definitionem ſi" ætas permittat intra biennium nuptias celebrare. Quod ſi tarditate aut negligentia ſponſi biennij tempus exceſſerit, & alio" viro ſe puella coniunxerit, abſoluta erit à calumnia, vel ipſa, vel quicunque ſuorum eam tradiderit: quia culpa eſt illius, qui differendo coniunctionem ſuam alteri nubendi locum patefecit. Nam ſi intra biennium data fuerit, quid obſeruetur, euidentius ſequente" lege cognoſcetur.*

## NOTÆ.

* Lex 2 *C eod. tit.* hinc mirè interpolata eſt.

" Rectè. Malè in C. Iuſt. Impp. Conſtantius A. & Conſtans C.

" PF.P. in C. Iuſt. Anno quoque 334. inſcriptæ eidem *lex* 1. *inf. de ſuariis:* & *l.* 2. *inf de Aduocato fiſci:* quibus locis nominatim *PF.P.* vocatur: Quod & verum eſt. Nam & vetus Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi his Coſſ. collocat Præfectum Vrbis Anitium Paulinum. *Pacatiano & Hilariano Conſulibus Anitius Paulinus Præfectus Vrbis fuit.* Et rurſum A. D. 334. *Optato & Paulino Coſſ V Cal. May. Anitius Paulinus Præfectus Vrbi.* Præfectus itaque Prætorio fuit hic Pacatianus, & quidem Italiæ (ſub quo & Illyricum, & quidem totum) vt colligi poteſt *ex d. l.* 1. *inf de ſuariis.* Et ſinè ad Illyricianum militem *hanc l.* non inani coniecturâ traho, mox vt dicam.

" Perſonæ hæ fermè ſunt, à quibus elocatæ ſponſæ: Pater, Mater, Tutor, Curator, Affinis.

" Facti ſpecies hæc erat. Idem verò fore, ſi priuato puella deſponſa *Interpres* putat: De quo mox.

" Quod ſi *feceris*, vel *Quod ſi fiat.*

" Abſunt hæc verba ab aliis Codd. quæ tamen rectè addita ſunt.

" Ita conſtanter omnes Codd. barbariſmo Anianicei ſæculi.

" Puta *l.* 6. *inf.*

## COMMENTARIVS.

VT REPVDIORVM temeritati (pariter, vt *l.* 2. *ſupr.*) & ſic perfidiæ, (vt hæc lex loquitur) ita & viceuerſa TRAHENDIS & differendis nimis diu ſponſalibus, & ſic votis ſponſarum eludendis, intercedit *hâc l.* Conſtantinus M. A. D. 332.

¶ Repudiorum, inquam, temeritati ſeu leuitati: Nempe id, ſub pœnâ in inſulam relegationis, ſtatuit, vt qui ſemel puellam Militi deſponderit, eam alteri in matrimonium tradere intra biennium non poſſit. MILITI inquam: nam hoc diſertis verbis à Conſtantino M. *hâc l.* conſtituitur, non pro facti tantùm contingentia, vt Interpres credidit, qui idem in priuato admittit, verùm quia in priuatis ſeu paganis, quorum neceſſaria non eſt abſentia, vetus ius relinquit. Nempe hactenus ſponſa ſponſum nullo tempore expectare legibus cogebatur, quin nuntium remittere poterat, etiamſi præſente illo conſilium mutare voluiſſet, ac multò minus abſentem, peregrinantem vltrò expectare tenebatur, *l.* 2. *C. de repudiis*: Nam quod *eius l. initio*, de *tribus peregrinationis annis* dicitur; *Libertum eſt filiæ tuæ, ſi ſponſum ſuum poſt tres peregrinationis annos, expectandum ſibi vltra non putet, omiſſâ ſpe huius coniunctionis matrimonium facere, ne opportunum nubendi tempus amittat, cùm poſſet nuntium remittere etiamſi præſente illo conſilium mutare voluiſſet.* Id inquam ex facti contingentia & ſcrupulo mulieris, quæ Principem conſuluerat, accipiendum eſſe, tota lex oſtendit, ac nominatim extrema *legis* verba. At primus Conſtantinus M. militem, etſi vltroneum, excipiendum credidit, quia etſi militia vltronea ſit, attamen Reipub. intuitu neceſſariam abſentiæ cauſam contineat. Igitur & hac ratione Conſtantinus M. paulatim *Repudiorum* leuitati occurrendum putauit. ¶ Militem itaque ſponſum biennium à ſponsâ expectari iubet: poſt biennium, non item ſic, vt iam alterius conditione vti poſſit, & alteri nubere. Trahi ſcilicet ſponſalia etiam ab eo, cuius conditio & profeſſio neceſſariam abſentiam facit, vltra biennium à ſponſo non debent; alioquin ſponſa alteri impunè nubit: intra biennium verò, ſi nubat, ij quibus auctoribus nupſit, in inſulam relegantur *hâc l.*

¶ Perperam autem pleriſque videtur, & mihi olim viſus hic riuulus è lege Iuliâ & Papiâ à Conſtantino M. traductus; Cum quâ tamen nil commune habet hæc lex. Admonendi ſumus, præmia quæ maritis ab Auguſto Iuliis rogationibus, quæ L. Papiam præceſſerunt, indulta fuerant, ad ſponſos quoque pertinuiſſe: Verùm legibus illis fraus, ſtatim vt latæ fuerunt, facta fuit: Sponſi quippe, vt vim & finem earum legum eluderent, ſponſalia aliquando etiam cum immaturis puellis contrahebant, quò diutius videlicet maritorum priuilegiis fruerentur; interim verò τὸ ἔργον τῶν γεγαμηκότων (vt Dio, *lib.* 54. *p.* 609. hac in re loquitur) non complebant. Huic fraudi igitur & imaginariis fraudulentiſque ſponſalibus obuiam itum poſteriore L. Papiâ (& quidem, vt exiſtimo, *tertio eius capite*) quâ videlicet tempus ſponſas habendi, coarctatum fuit, vt Suetonius *in vitâ Auguſti cap.* 34. teſtatur & loquitur: *Cum*, inquit, *immatturitate ſponſarum vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctaret.* Biennium autem huic rei præfinitum fuiſſe Dio *d. lib.* 54 teſtatur. Et hinc igitur factum, vt cum legitimus nuptiarum annus in fœminis duodecimus eſſet, decenni minorem, ſi maritorum præmiis frui quis vellet, fruſtrà ſibi deſponderet, vt ex hoc Legis Papiæ capite idem Dio refert: Quod quidem propalam Lege Papiâ comprehenſum fuiſſe nunc cenſeo, loco *Suetonij* adductus, ibi, *immaturitate ſponſarum*: Tùm etiam argumento ex *Gellio* deſumpto. Huc enim procul dubio pertinet, quod ex Labeone Antiſtio nominatim refert *lib.* 1. *cap.* 12. *virginem veſtalem, minorem quàm annos* VI. [lubens reponam VII.] *maiorem quàm annos decem natam capi fas non fuiſſe.* Nempe quia iam tùm ex L. Papiâ deſponſabilis eſt decennalis virgo. Igitur voluerit L. Papiâ Auguſtus virginem Veſtalem capi, antequam deſponſabilis eſſet. Et verò iam hinc diſcere licet, cur eâdem Papiâ Lege virginum Veſtalium ſortitionis forma præſcripta fuerit; vt idem Gellius refert. Atque ita ſentio. Alioquin contrahendis ſponſalibus nulla certa ætas præfinita erat, auctore Modeſtino *lib.* 4. *differentiarum*, *in l.* 14. *ff. de ſponſalib.* Sponſa quippe & à primordio ætatis intelligens quid agat, fieri poteſt. Sponſalia legitima ſunt etiam à ſeptimo ætatis anno; at priuilegiata ſponſalia, nonniſi à decimo: Nam vt priuilegiis Legis Papiæ frui quis poſſet, ſponſa decem annis minor eſſe non poterat: Vt in commune ſponſalia omnia vltra biennium trahi fraudis conſilio vetabantur: fraudis, inquam, conſilio illo quod dixi: quò pertinet quod Gaius ſcribit *lib.* 1. *ad eam Leg. Iul. & Pap.* ſcribens in *l.* 17. *ff. de ſponſalib.* *Sæpe*, inquit, *iuſtæ ac neceſſariæ cauſæ non ſolum annum, vel* BIENNIVM, *ſed etiam triennium & quadriennium & vlterius trahunt ſponſalia, veluti valetudo ſponſi ſponſæve, vel mortes parentium, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſſitate fiunt.* Iam igitur, cùm hæc ita ſe habeant, liquet, Legem Papiam illam quam dixi, cum hâc Conſtantinianâ nil commune habere. Hæc repudiorum leuitati occurrit: Illa autem repudiorum leuitati non occurrit, quæ paſſim tùm fuere & deinceps, vt docet *lex* 1. *Cod. de ſponſalib. lex* 2. *in f. C. de repudiis*: ſed fraudis conſilio & imaginariis ſponſalibus occurrit. Quare deſinant deinceps Noſtri hæc miſcere. Etſi fateor eadem æquitate niti *hanc l.* quâ nititur id, quod Gaius ſuperioribus verbis ſcribebat. Nos ad hanc noſtram redeamus.

¶ Conſtantinus M. igitur *hac l.* militi deſponſæ poteſtatem facit, poſt biennium à ſponſalibus, alterius conditionis quærendæ, ſeu alteri nubendi, neque vlterius ſponſum expectandi: Nempe, etiam militem ſponſum non vltra biennium ſponſa expectare cogitur. Non eſt ſcilicet tam perpetua & ſine miſſione militia, vt non intra biennium, miles ſponſalia nuptiis mutare poſſit.

¶ Et Tribonianus tamen *in l.* 2. (quam hinc alioquin interpolauit) *C. eod. tit.* hanc legem ad præſentem ſponſum traxit his verbis. *Si ſponſus in eâdem prouinciâ degeret*; nempe indicans præſentem ſponſum biennio expectari: Quod ab hac Conſtantini M. mente alieniſſimum eſt. ¶ Et idem Tribonianus tamen rationem, cur ſponſa vltra biennium expectare non teneatur, rectè ſubiecit his verbis. *Si eius ſpatij ſine decurſo in alterius poſtea coniunctionem puella peruenerit, nihil fraudis ei* [ſponſo] *ſit, quæ nuptias maturando vota ſua diutius eludi non paſſa eſt.* Cui & Aniani quoque interpretatio accedit: Accedat & ratio *legis* 2. *C. de repudiis.*

¶ Cæterum, non inani coniecturâ ductus cenſeo, id quod *hâc l.* de milite dicitur, ad *Illyricianum Militem* nominatim pertinere. Sanè, vt Pacatianum, cui hæc l. inſcribitur, Præfectum Prætorio Italiæ & Illyrici fuiſſe iam *in Notis ad hanc l.* docui, ita hoc ipſo menſe victi *Gothi* à Conſtantino M. in terris Sarmatarum, vt docet Auctor Conſularium Idacio ſubditorum: quare & *Marcianopoli* Conſtantinus M. conſtitit, vnde hæc lex data ab eo.

¶ De tempore, quo *Vxor* maritum Militem abſentem expectare tenetur, vt non hîc prodigè dicendi locus eſt; ita ſciendum vel hoc eſſe, non vt hactenus creditur de eo Conſtantini M. verùm filiorum eius, & vt exiſtimo, *Conſtantij*, quinquennio poſt, *legem vxor.* 7. *C. de repudiis*: quâ duplicatum tempus ſtatuitur: Scilicet ſponſa militis, ſponſum biennio expectare tenetur *hac l.* vxor verò militis, quadriennio maritum expectare certâ ſolemnitate præcedente tenetur *d. l.* 7. quæ & ipſa ad *Illyricianum* militem fortè pertinet.

## V. *Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hiſpaniarum."

SI ab *Sponſo* rebus ſponſæ donatis, interueniente oſculo, ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ hæredes, cuiuſlibet gradus ſint, & quocumque iure ſucceſſerint: vt donatio ſtare pro parte media, & ſolui" pro parte media videatur. Oſculo verò non interueniente, ſiue ſponſus, ſiue ſponſa obierit, totam infirmari donationem, & donatori ſponſo, ſiue hæredibus eius reſtitui. ¶ Quod ſi *Sponſa*, interueniente, vel non interueniente oſculo, ſponſaliorum" titulo (quod raro" accidit) fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hunc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam, ſiue eius ſucceſſores donatarum rerum dominium transferatur. Dat. Id. Iul. Conſtantinopoli. Accepta XIII. Kal. Maij. Hiſpali", Nepotiano & Facundo COSS. [336.]

INTERPRETATIO. *Si quando ſponſalibus celebratis, interueniente oſculo, ſponſus aliqua ſponſæ donauerit, & ante nuptias forſitan ſponſus moriatur, tunc puella quæ ſupereſt, mediam donatarum ſolenniter rerum portionem poterit vendicare, & dimidiam mortui hæredes acquirunt, quocunque per gradum ſucceſſionis ordine venientes. Si vero oſculum non interuenerit, ſponſo mortuo nihil ſibi puella de rebus donatis vel traditis poterit vindicare. Si verò à puella alquid ſponſo donatum eſt, & mortua fuerit, quamuis aut interceſſerit, aut non interceſſerit oſculum, totum parentes puellæ, ſiue propinqui, quod puella donauerat, reuocabunt.*

## N O T Æ.

* *Lex ſi à ſponſo* 16. *C. de donation. ante nuptias.*
″ De Vicariis Hiſpan. *inf.* & alibi *ſuo loco.*
″ *Reſolui*, C. Iuſt.
″ *Donationis*, ita Tribonianus.

## COMMENTARIVS.

CONDITIONEM Donationis ſponſalitiæ, non ſecutis per MORTEM alterutrius nuptiis *hac l.* rurſum determinat Conſtantinus M. aliter iam, quàm *l.* 2. *ſupr.* ſancita nouâ ratione ſponſalium religione & Sanctitate. Non ſecutis ſcilicet nuptiis per mortem alterutrius è ſponſis, quod ſponſus donauit ſponſæ, ad ſponſum, eiúſue hæredes recurrere iubet, niſi interueniente *oſculo* ſponſæ, donatum fuerit; quo caſu, dimidium ad ſponſam eiúſue hæredes pertinere vult: Hæredes, inquam, cuiuſlibet gradus, & quocumque iure ſucceſſerint, cùm *l.* 2. *ſup.* non niſi patri, matri ac filiis hoc ius tribuiſſet. Delibatam ſcilicet quadantenùs & pro parte dimidiâ, ſic vt dicam, ſponſæ pudicitiam, oſculo interueniente, vt inter Romanos, ita inter & Chriſtianos maximè creditum. Cui ſponſus oſculum præbuit, pluſquàm ſponſa cenſeri debet: Sanè Quintilianus etiam, *in Declamat* 276. ait, *vxorem aut maritum tantum oſculo putari*; & iam olim apud Romanos notum, oſculum libatum mulieribus fuiſſe σύμβολον ϗ κοινώνημα τῆς συγγενείας. Ius igitur oſculi auxit ius ſponſalium. Nam & alioquin Tertullianus *lib. de velandis virginibus*, *cap.* 11. ſcribit, *reſignari pudorem ſpiritu per oſculum & dextras*, de quo mox: Neque malè oſcula *libidinis antecœnia* Angelus IC. vocauit. Et notum alioquin illud Ouidij; *Oſcula qui ſumpſit* &c. Omitto alia: Sed quod huc eximiè facit, & vnde ius illud propagatum, & aliàs inter Chriſtianos magna oſculi reuerentia fuit: Nam & *Pacis oſculo* ſeſe ſalutabant paſſim, & orationem nominatim *oſculo obſignari* mos fuit, (extra ieiuniorum dies) Ideo Tertulliano *lib. de oratione*, Oſculum *ſignaculum Orationis* vocatur. Iuſtinus Martyr ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. Denique oſculum inſtar pignoris ac ſymboli communionis ac fœderis inter Chriſtianos erat; vt proinde cui oſculum tuliſſet ſponſus, ea arctiore fœdere & communione ſociata crederetur. Atque huc pertinet Chryſoſtomi locus *homilia de proditione Iudæ. Sanctum oſculum teneamus, quod animas ſociat, reconciliat mentes*, & VNVM CORPVS *oſtendit, quia vnum Corpus videmur eſſe ſortiti: & ideo miſceamus nos in Corpore vno, non in corporum mixtione, ſed* ANIMORVM CHARITATE *deuincti, vt ſic diuinæ menſæ fructibus poſſimus ſatiari.* Imò exertè Tertullianus *lib. de velandis virginib. cap.* 11. de oſculo ſponſalitio: *Si autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtæ ſunt per* OSCVLVM *& dextras, per quæ primum reſignarunt pudorem ſpiritu, per commune conſcientiæ pignus, quo totam condixerunt confuſionem, quantò* &c. Ex hoc igitur oſculi inter Chriſtianos more & ſignificatu deriuatum hoc Conſtantini M. ius, quod *hac l.* continetur, religionem & ſanctitatem ſponſalium ſancientis. Oſculo interim interueniente quandoque ſponſalia contrahi ſolita ex *hac l.* liquet. Imò Alexius *Nou. de ſponſalib.* 3. voluit, ſponſalia ἀντελεῖσθαι μετὰ τῶν συνήθων ἀφιερωτηρίων ἤγουν τοῦ ἀῤῥαβῶνος ϗ τοῦ φιλίου τοῦ μνηστῆρος φιλήματος, perfici & confirmari datâ arrâ & oſculo. De quo vid. & Zonaram & Balſam. in *Synod. Trull. c.* 98. Matthæum monachum *iuris Gr. Rom. tomo* 1. *lib.* 8. *p.* 510. 115. Baſilica apud Cruſ. *in Turcogr. lib.* 4. *p.* 351. Imò quorundam hæreticorum is fuit error, vt dicerent, oſculum mortale eſſe peccatum; quod damnatur *cap. vlt. Clementinarum, de hæretic.* Imò iure Longobardico Vaſallus ob ſolum oſculum vxori Domini latum, fendo priuabatur, *tit. quibus mod. feudum amittitur, cap.* 1. §. 1. Verùm hæc, & his ſimilia his hodie moribus non obtinent, vbi oſcula non tam caro venduntur. In Gallia certè *hac l.* non obſeruatur, de quo *v. Bugnon des loix abregeéz c.* 33. *lib.* 4. Neque illud indiſtinctè quod IC. Itali ſcribunt, ex ſolo oſculo adulterij præſumptionem induci: Alciatus, παρέργων 4. *cap.* 10. & Menochius 5. *præſumpt.* 41.

¶ Illud non prætermittendum, quod *hæc lex* ad HISPANIAS pertineat. Quanquam veſtigium iſtius iuris aliquod etiamnum videmus in conſuetudine Rupellana, *artic.* 46. quâ cauetur, *mulierem poſt mariti obitum inter cætera ſibi habere, quod donato accepit pro iure oſculi*, vulgò (*pour ſon* OVSCLAGE.)

¶ Et hæc de donatione factâ à ſponſo: Nam ſi à ſponſâ quid donatum fuerit, & alteruter ſponſorum deceſſerit, donatio ſemper ad ſponſam vel eius heredes recurrit: nec diſtinguitur, oſculum interuenerit, nec ne. Huius rei ratio hæc, vt mihi quidem videtur, eſt; quia pudor Virginalis, vel muliebris, non admittit hanc diſtinctionem: Nec enim mulier viro, ſed vir mulieri oſculum ferre, & auferre ſeu carpere præſumitur, & oſculum viri gratia non mulieris interuenire. Poſſit & hæc ratio reddi: quod Muliebri ſexui impotenti & ad amores cœco, licet aliàs ad liberalitates non adeò prono (quod & *hac l.* Conſtantinus ipſe indicat; *quod rarò*, inquit, *accidit*) ſuccurri oportere viſum fuerit. Certè Donationes mulierum ſunt de rarò contingentibus: quia auara eſt mulier, inquit Gloſſ. Et auariſſimum genus mulierum: ideo mulier quia donare non facilè ſolet, ſi donet, Velleiano non iuuatur: *l.* 4. §. 1. *π. ad S. C. Velleian.* Non tam ſolemne eſt, vt mulier quid donet, *l.* 33. *de donat. int. vir. & vxor.* propter hanc vt puto tenaciam, citiùs mulieres veniam ætatis ad adminiſtranda bona ſua impetrare poſſunt, quàm maſculi de quo ad *leg. vn. ſup. de his qui ven. ætat.*

¶ Tandem vt hæc lex ad Hiſpaniam, eiúſque Hiſtoriam pertinet, ita duo in eius Inſcriptione & ſubſcriptione eò pertinentia, obſeruanda ſunt. Primò notandum, hanc leg. inſcribi Tiberiano Vicario Hiſpaniarum (de Vicariis Hiſpaniarum agam ad *leg.* 14. *inf. de accuſat.*) Tiberianus verò hic Vicarius primus Hiſpaniarum mihi occurrit, poſt comites. Idémque Tiberianus videtur, qui Comes per Africam fuit An, D. 326. & 327. *l.* 1. *inf. quemadm. mun. ciuil.* & *l.* 15. *inf. de Decurion.* Imò hoc ipſo anno Præfectum P. Galliarum fuiſſe eum ſcribit Hieronymus *Chronico, An. Conſtantini* 30. *Tiberianus vir diſertus Præfectus Prætorij Gallias regit*, vbi malè quidam Codd. habent, *Titianus.*

Secundò notandum *hanc leg.* acceptam dici Hiſpali. Hiſpali morabatur Vicarius Hiſpaniarum, vt ex hac ſubſcriptione apparet. Sanè & poëmate Auſonij, quo ordo Nobilium vrbium continetur, quo loco vulgati *Emeritam* præferunt, vetus liber *Hiſpalis* nomen præfert, ita.





*Clara mihi poſt has memorabere nomen Iberum,*
HISPALIS; *æquoreus quam præterlabitur amnis:*
*Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces:*
CORDVBA, *non: non arce potens tibi* TARRAGO
*certant.*
*Quæque ſinu pelagi iactat ſe* BRACARA *diues.*

Etſi id falſum putet Scaliger *lib.* 1. *Auſon. cap.* 13. & *lib.* 2. *c.* 30. quod non Hiſpalim præterlabitur *æquoreus amnis*; ſed *Emeritam*: Quare & alibi dicat idem Auſonius.

*Emeritæque amnes, latæque fluenta Garumnæ.*

*Ana* enim fluuius, quem *Guadinam* vocant, eam alluit. Prudentius in *Eulalia virgine.*

*Nunc locus Emerita eſt tumulo,*
*Clara colonia Vectoniæ,*
*Quam memorabilis amnis Ana*
*Præterit, & viridante rapax*
*Gurgite mœnia pulchra lauat.*

Æquorei enim amnes dicuntur, quorum oſtia, quia in Oceanum exonerantur, æſtum Oceani patiuntur. Æſtuaria λιμνοθαλάττας vocat Strabo: idem Auſonius ita Garumnam vocat:

*Æquoream liqui te propter, Amice, Garumnam.*

Verùm de Hiſpali omnino Auſonium ſenſiſſe cenſeo: nam & hanc præterlabitur æquoreus amnis *Bætis*, nobiliſſimum Hiſpaniæ flumen quod vulgò *Guadalquiuir.* Et quis vnquam audiuit, aut prodidit, *Emeritam* totius Hiſpaniæ Metropolim fuiſſe? Imò Hiſpalim fuiſſe certiſſimum eſt. Sanè & Ilefonſus *ſupplemento ad Iſidori Chronicon*, Primatis Hiſpaniæ dignitatem Hiſpalenſis olim præſulis fuiſſe teſtatur, donec Theodiſelus Iſidori ſucceſſor, regnante Chintilane Gothorum R. hæreſi infectus, Archiepiſcopatus honore deiectus fuit, Toletúmque ſic dignitas tranſlata, ibíque in hoc æuum permanſit. ¶ Porro illis verbis: Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces, non id innuitur, in ea Vrbe Proconſulis Tribunal fuiſſe (quod vir doctus putauit) qui ſanè eius poëmatis Auſoniani tempore nullus erat, vtpotè cùm ad Vicarium redittum eſſet, vt probaui ad *legem* 14. *inf. de accuſat.* Sed eam primam Vrbem totius Hiſpaniæ eſſe.

---

### VI. * Imppp. Gratianus, Valentinianus, & THEODOSIVS AAA. Eutropio PF. P.

I. PATRI″, matri, Tutori, vel cuicunque ante decimum puellæ annum datis ſponſalibus, quadrupli pœnam remittimus, etſi nuptiæ non ſequantur. Et ſi interea puella deceſſerit, ſponſalia iubemus ſponſo reſtitui. II. ¶ Quòd ſi decimo anno vel vltra, pater quíſve alius, ad quem puellæ ratio″ pertinet, ante duodecim annos, id eſt, vſque in vndecimi″ metas, ſuſcepta crediderit pignora″ eſſe retinenda, deinceps aduentante tempore″ nuptiarum à fide abſiſtens, quadrupli fiat obnoxius. III. ¶ Viduæ autem ratio diuerſa eſt, cui auxilium non ſuffragatur ætatis; ſcilicet vt ea matrimonium non implens, ad quadruplum ex veteri Conſtitutione teneatur. IV. ¶ Duodecimo autem anno impleto, quiſquis de nuptiis paciſcitur, ſi quidem pater, ſemetipſum obliget; ſi mater, curatórve, aut alij parentes, puella fiat obnoxia. Cui quidem contra matrem, Tutorem, Curatorem, cúmve parentem, actio ex bono & ex æquo integra reſeruatur eorum pignorum, quæ ex propriis iuxta pœnam iuris, reddiderit facultatibus, ſi ad conſenſum accipiendarum arrarum ab hiis ſe oſtenderit fuiſſe compulſam. Dat. xv. Kal. Iul. Theſſalonicæ, Gratiano A. V. & Theodoſio A. I. COSS.

INTERPRETATIO. *Pater vel mater puellæ, aut ſi defuerit pater, Tutor, Curator, vel aliquis ex propinquis, ſi antequam decimum annum puella contingat″, de nuptiis pacti fuerint, & ſponſalia ſuſceperint″, ſi poſtea mutata voluntate renuere voluerint, quem prius ſuſceperant″, non addicuntur ad quadruplum, ſed ea tantum, quæ ſunt ſuſcepta, reſtituant: Nam & ſi puella mortua fuerit, hoc tantum quod acceperant reddunt.* ¶ *Sin vero iam puella decimum agens annum vſque ad vndecimum plenum, ſuſceptas arras vel ipſa, vel parentes, Tutores Curatoréſve tenuerint, id obſeruandum eſt, vt ſi fidem placiti mutare voluerint, & illum renuant cuius ſponſalia ſuſcepit, ad quadrupli pœnam ſine dubio teneatur perſona, quæcunque de puellæ nuptiis placitum″ fecit. Quod ſi antequam annus vndecimus impleatur, pignora ſuſcepta reddiderint, nullam de ſuſceptis arris calumniam pertimeſcant:* ¶ *Nam ſi vidua fuerit, nihil per ætatem poterit excuſare, ſi animum alibi″ diuerterit, & priorem ſponſum renuere voluerit. Tunc quæcumque ſuſcepit ſponſaliorum titulo, in quadruplum reddat.* ¶ *Puella vero poſt duodecimum ætatis ſuæ annum, ſi pater de nuptiis illius aliud facere voluerit quàm promiſit, ad quadrupli pœnam & ipſe tenendus eſt. Si pater mortuus eſt, & de nuptiis puellæ mater, Tutor, aut Curator, aut propinquus aliquis definierit, & puella alteri nubere maluerit, ipſa ſponſo priori de propriis facultatibus ſatisfaciat in quadruplum quod accepit: hac tamen conditione ſeruata, vt poſtmodum contra prædictas perſonas agere poſſit, ſi illius arras quem renuit, illis cogentibus inuita ſuſcepit.*

## NOTÆ.

* Lex 3. *Cod. eod. tit.* hinc mirum in modum interpolata eſt, ſeu deformata. Et iungenda huic legi *lex vn. inf. ſi prouinciæ Rector, vel ad eum pertinentes ſponſalia dederint. & lex vn. inf. de vſuris rei iud. & lex 2. inf. ad L. Iul. repetund. & lex 9. de bonis proſcript.* Imò & *lex vn. inf. ſi quacumque præditus poteſt. nupt. petat inuitæ, & lex quacunque inf. de in qua adminiſtr.* vt & *lex 16. C. de teſtam.* Ex quibus *lex vn. ſi prouinciæ Rect.* pariter vt hæc noſtra de arrhis & quadrupli pœna agit. De arrhis enim vna tantum hæc lex *hoc tit.* occurrit, quæ multùm differunt ab alterâ illâ donationis ante nuptias ſeu ſponſaliorum ſpecie, de quâ agitur *in l. 1. 2. 3. 5. & 8. h. tit.*

" Vt *l. 4. ſupr.*

" Et inter alia deſponſatio.

" *Pignora* ſunt arrhæ: Iuuenalis de annulo pronubo;

——— *Et digito pignus iam fortè dediſti.*

Hieronymus in *laudibus virginitatis*: *Humanorum ſponſaliorum pignoribus ſubarratur.*

" Poſt biennium à contractis ſponſalibus. Tempus nuptiarum poſt ſponſalia fatale, eſt biennium, de quo ad *l. 4. ſupr.*

## COMMENTARIVS.

DETRECTANTIS nuptias fœminæ poſt arrhas acceptas pœnam, quadrupli ſcilicet, Theodoſius M. hac conſtitutione temperat, quatuor caſibus & fœminarum generibus diſtinctis. Hac conſtitutione inquam, quæ prolixæ conſtitutionis Theodoſianæ portio eſt, quæ in duobus verſatur, de *Matrimoniorum* libertate & religione, & de *Caducariis* legibus, quæ duæ alioqnin Legis Iuliæ & Papiæ capita fuerunt: Et ita quidem, vt ſimul veteris iuris rigorem alicubi mitiget. Ad libertatem Matrimoniorum ſcilicet ex eâ cõſtitutione pertinet *lex vn. inf. ſi quacunque præditus poteſt. & lex vn. inf. ſi prouinciæ Rector.* (Quibus & argumenti paritate cohærent *lex 6. inf. de his quæ adminiſtrant. lex 16. C. de teſtamentis l. 2. inf. ad L. Iul. repet.*) Ad *religionem* matrimonij *conuenti* aduerſus Repudiorum leuitatem, pertinet hæc lex. Ad mitigationem legum *Caducariorum* pertinet ex eâdẽ conſtitutione *lex 8. & 9. inf. de bonis proſcriptor.* vbi & Legis Papiæ nõminatim fit mentio. Imò tandem & alia parte vetus ius ſectatur, putà *l. vn. inf. de vſuris rei iudic.* Ad rem.

¶ Detrectâtis iam olim nuptias ſponſæ pœna fuit quadrupli *h. l. & d. l. vn. inf. ſi nupt. ex reſcr. & d. l. vn. inf. ſi prouinciæ Rector.* Iam olim, inquam: quâ causâ *pœnam iuris* vocat *hæc lex.* Et rurſum ex veteri conſtitutione eſſe, pariter vt *d. l. vn. inf. ſi nupt. ex reſcript.* quæ huic inter alias coniungenda eſt, dicuntur arrhæ *præcepto legum* cum quadrupli pœnâ reddi. Vt omninò credam, pœnam hanc quadrupli *Lege Iuliâ & Papiâ* inductam fuiſſe. Nam & hæ leges ſæpè in iure ſimpliciter *leges* vocantur, nullò præterea addito. Quinimò & qui Iuriſconſultorum libri, putà Gaij, Marcelli, Mauritiani, Pauli, Terentij, Clementis, Vlpiani *ad leges* libri in veteri indice Græcanico Pandectarum vocantur, non alij ſunt quàm libri ad Leg. Iuliam & Papiam, & ſanè de Lege Papiâ quoque tractat *lex 9. inf. de bonis proſcript.* quæ *huic* coniungenda eſt. Porro quadrupli pœnam hanc mixtam fuiſſe, id eſt in quadrupli ipſas arrhas comprehenſas fuiſſe, ait *lex penult. C. de ſponſalib.* & tamen contrarium euidentiſſimè docet *d. lex vn. inf. ſi nuptiæ ex reſcripto petâtur*, quæ nominatim ait arrharum nomine data, reddi præcepto legum CVM quadrupli pœna. Imminuta autem poſtea fuit hæc pœna, & dupli facta, Leonis & Anthemii conſtitutione, *d. l. penult.* quâ nõminatim hæc quadrupli pœna abrogatur. Et hoc cauſæ eſt, cur Tribonianus non tantùm hanc *legem* interpolauerit, verùm etiam *legem vnicam, ſupr. ſi Rector Prouinciæ: & l. vn. inf. ſi nuptiæ ex reſcripto*; cùm videlicet ſtatutam pœnam, pro quadrupli pœna ſuppoſuit, non tamen ità antiquata eſt, quin poſſit adhuc ex conuentione reduci, & obtinere, *d. l. penult.* eo colore quod quadrupli pœnam ius aliquando probauerit.

¶ At enim quia iniquum videbatur, ſponſam, cui alioquin nihil imputari poteſt: quadrupli pœna ſemper teneri, ideo hâc Theodoſij M. conſtitutione quatuor caſus diſtinguuntur: quorum duobus prioribus, prioribus puella impunè renunciat ſponſalibus. Primus eſt de puellâ *nondum decennali* deſponſa: Huic igitur ſi arrhæ datæ ſint, eâque poſteà, vel qui eam deſponderunt, nuptias detrectent, quadrupli pœna locum non habet; Hâc ſcilicet ratione, quia necdum legitima ætas illa eſt, per eam ipſam L. Iuliam, & Papiam ad ſponſalia contrahenda, quare commodis, ſeu pœnis lex illam multabat. Nempè ſicut hoc caſu legis illius præmia ceſſant, ità & pœnæ ceſſare debent. Præmia autem ceſſare ante decimum annum, præter ea quæ diximus, ad *l. 14. ſupr.* docet Dionis locus *lib. 54.* δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι ἔτι γέ τι ἀπ' αὐτῆς [ἐγγύης] ἀπολαύσοντα, id eſt, *vt omnino decennem deſponderet, ſi quis ſponſalium iſtorum fructum aliquem conſequi vellet.* ¶ Secundus caſus, ſeu altera ſententia eſt de *decennali* iam puellâ. Igitur decimo & deinceps anno ad duodecimum vſque arrhæ datæ ſint, & poſtea puella quíve eam deſponderunt, nuptias detrectent, ij equidem qui eam deſponderunt, quadrupli pœna tenentur, at non ipſa puella, quia ſcilicet eo tempore datæ ſunt arrhæ, quo ipſa necdum vllius iudicij erat. Et hæc de duobus prioribus caſibus, quibus puella impunè conditioni ſeu ſponſalibus renunciare poteſt.

Poſteriores caſus ſunt, quibus ipſa iam mulier renuncians ſponſalibus multatur. Tertius igitur caſus ſeu tertia ſententia *huius leg.* eſt *de Vidua.* Hæc ſcilicet ſi acceptis arrhis matrimonium detrectet, quadrupli pœnâ tenetur: neque ei ætatis auxilium ſuffragatur: ita enim hæc lex accipienda eſt, vt rectè quoque fecit Interpres. Quarta ſeu poſtrema ſententia eſt de *puella iam duodecennali*: vbi diſtinguitur rursùm: vel ſine conſenſu eorum, ad quos eius deſponſatio pertinet, arrhæ datæ fuerunt, & tum quia illegitima ſunt ſponſalia, nulla pœna puella tenebitur, *h. l. & l. penult. C. eod. tit.* At ſi eorum voluntate acceperit, quadrupli pœna tenetur, nullo aduerſus patrem vel tutorem regreſſu: Niſi ſi puella compulſa fuerit ab iis in ſponſi alicuius conditionem conſentire, in quam ſi ſui arbitrij fuiſſet, non conſenſiſſet, vt loquitur Celſus *in l. 22. ff. de ritu nuptiar.* hoc enim caſu aduerſus eos regreſſum habebit: Non debuit ſcilicet filiafamilias, vel pupilla cogi, non magis quàm filius vxorem ducere cogitur: *Nec filium*, (inquit *lex 12. Cod. de nuptiis*) *quidem familiâs inuitum ad vxorem ducendam cogi* LEGVM DISCIPLINA PERMITTIT. Legum, vt exiſtimo, Iuliarum & Papiarum: Sic enim Terentius quoque Clemens *lib. 3. ad L. Iuliam & Papiam* ſcribit, in *l. 21. ff. de ritu nuptiar. Non cogitur filiusfamilias vxorem ducere.* Ex ſuperioribus interim tria Legis Papiæ capita ni fallor, tenemus: de tempore videlicet ſponſaliorum, de arrhis in quadruplum



reſtituendis, & de filiis aut puellis ad matrimonia non cogendis. Præmiis ſcilicet equidem ad matrimonia contrahenda Lex Papia ciues inuitauit, de quibus plenè dixi *in noſtris ad L. Papian. notis*: non etiam vi à quoquam ad ea quem adigi voluit.

---

### ¶ A PATRE *deſponſa filia, mortuo patre conditionem neque ſuo, neque tutoris arbitrio mutare poteſt.*

### VII. *Impp. HONORIVS, & Theodoſius AA. ad Marinianum" PF. P. Poſt alia.

SI pater pactum" de nuptiis filiæ inierit, & humanâ ſorte conſumptus, ad vota" non potuerit peruenire, id inter ſponſos" firmum ratúmque permaneat, quod à patre docebitur definitum": Nihilque permittatur habere momenti, quod cum defenſore", ad quem minoris commoda pertinebunt, docebitur fuiſſe tranſactum: Periniquum eſt enim, vt contra patriam" voluntatem redempti" forſitan Tutoris aut Curatoris admittatur arbitrium: *Cùm plerunque etiam ipſius feminæ aduerſus commoda propria inueniatur laborare conſilium.* &c. Dat. IIII". Non. Nouemb. Rauennæ, DD. NN. Honorio XIII. & Theodoſio X. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Vbi de coniunctione filiæ patris ſententia" fuerit definitum, ſi humano caſu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutare placitum nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiamſi mater, aut Tutor, aut Curator, vel propinqui alium fortaſſe voluerint ſuſcipere quàm pater elegit. Sed patris promiſſio circa ſponſum, quem ipſe ſuſcepit, firma permaneat: Nec ipſi puellæ ſuo conſilio contra voluntatem patris aliud velle vlla ratione permittitur.*

## NOTÆ.

* Lex 4. *Cod. Iuſt. eod. tit.* Iungenda autem eſt huic legi, *lex 3. inf. de dotibus.*

" Ita quoque *in d. l. 3.* In Cod. Iuſt. malè, *Martianum*: ſimilis error in *lege vlt. Cod. ſoluto matrimonio*, quæ deſumpta ex *d. l. 3.*

" *Pactum* in hac lege eſt deſponſatio, vt illo Iuuenalis loco, *Satyra 6.*

*Conuentum tamen &* PACTVM *& ſponſalia noſtra*
*Tempeſtate paras.* ———

Item *Satyra 16.*

*Si tibi legitimis* PACTAM *iunctámque tabellis*
*Non es amaturus.* ———

Et Virgilius. ——— *Et gremiis abducere* PACTAS.

Tacitus *lib. 12. Annal.* PACTVM *inter Claudium & Agrippinam matrimonium* Vide & Nonium *in ſperatam.* Arnobius *4. aduerſus gentes*: *Habent ſperatas, habent* PACTAS, *habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas.* Pacta puella, *l. 7. C. de donat. ante nupt.*

" *Vota.* " *Sponſum & ſponſam*, in C. Iuſt.

" Ita quoque nonnulli Codices Iuſtinianei: vulgo tamen *deſtinatum.* Melius, *definitum*: Neque enim *hac lege* agitur de nudâ matris deſtinatione (de quâ agitur *in l. 36. & 66. π. de ritu nupt. & aliis legibus*, quod plerumque fit teſtamento citra conuentionem) verùm agitur de *pacto*: vt ex initio *legis* conſtat.

" *Defenſore*, id eſt, Tutore vel Curatore. Vide Gloſſ. " *Paternam*, Cod. Iuſt.

" *Redemptus* Tutor eſt prece vel pretio corruptus: ad conditionem videlicet nouam admittendam: quo ſenſu etiam *nuptiæ redimi* dicuntur, *l. 1. inf. de nuptiis* de quo plura dicam in Gloſſario.

" III. in *d. l. vlt.* & in *d. l. 4. Cod. Iuſt.*

" Id eſt, placito, promiſſione; vt mox ipſemet Interpres vocat.

## COMMENTARIVS.

PATRIS PACTVM ſeu deſponſationem filiæ, poſt mortem eius obſeruari oportere, neque Tutorem aut Curatorem aduerſùs Patris arbitrium venire poſſe, nequidem ipsâ muliere pupillâ vel adultâ conſentiente, Honorius Imperator *hac conſtitutione* A.D. definit. Liberorum deſponſationi à Patre factæ adeò ſtandum eſt: ideo nempe quod plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, *l. 22. §. vlt. π. ad L. Iul. de adult.* Patris conſilium Tutoris iudicio potentius eſt, & incorruptum magis. At facilè Tutores redimi poſſunt ad nouam conditionem amplectendam. Item mulieris ipſius plerumque conſilium aduerſus commoda propria inuenitur laborare. Quæ duæ rationes nominatim *hac l.* deſignantur: Et hæc de deſponſatione à patre factâ, de quo nominatim hæc lex eſt.

¶ Idem non omninò obtinet & in nuda deſtinatione à patre factâ. Quæ ſanè ideò diſtinguitur apertè & in *l. tutor 36. & l. non eſt matrimonium 66. π. de rit. nupt.* Nam & Tutori Patris deſtinationem certis quoque caſibus negligere licet, ſi id pupillæ vtilitas exigat. Quod & idem obſeruatur in aliis patris deſtinationibus circa tutelam *l. 3. §. 3. l. 5. §. 9. π. de adminiſtr. tut. l. 8. 10. π. de confirm. tut.* Non temerè igitur à Patris deſtinatione tutor recedet, ſed ſi vtilitas pupillæ id exigat, ob quam videlicet Pater ipſe, ſi victurus hodie eſſet, ſententiam mutaret. Quam in rem videndus eſt quoque Seneca *4. de benefic. 35.*

¶ Tandem obſeruandum *huic l.* coniungendam *legem 3. inf. de dotibus*: quâ pariter Honorius mulieribus conſulit: Nempe vt hâc circa *deſponſationem* patris conditione prælatâ, tutoriæ, & propriæ: ita illâ, circa dotis regreſſum, & recuperationem mortuo marito.

VIII.

VIII. *Impp. THEODOSIVS, & Valentinianus AA. Hierio PF.P.''
Poſt alia.

SI donationis inſtrumentum'' ante nuptias actorum ſolemnitate firmatum ſit, de Traditione, vtrùm nuptias anteceſſerit, an ſecuta ſit, vel penitùs prætermiſſa, minimè perquiratur: In illâ donatione, quæ in omnibus intra ducentorum ſolidorum eſt quantitatem, nec actorum confectione quærendâ: Hæc enim commoda, nec mariti fraude, nec ſucceſſorum eius improbitate, nec ſcrupuloſitate iuris, nec ſi & imperitè vel callidè *rerum offerendarum in dotem* habeat donatio mentionem, denegari vxoribus deceptis non'' patimur, vel hiis qui in earum iura ſuccedunt: Sed à marito, vel ab hæredibus eius exacta reſtitui''. ¶ Illa'' manente lege, quæ minoribus ætate fœminis, etiam actorum teſtificatione'' omiſsâ, ſi patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſtè conſuluit''. &c. Dat. x. Kal. Mart. Conſtantinopoli, Tauro & Felice COSS. [428.]

INTERPRETATIO. *Si donatio ſponſalitia ante nuptias geſtis inſeritur, etiamſi res donata non traditur, non poteſt infirmari. In illa vero donatione, cuius ſumma infra ducentorum ſolidorum precium inuenitur, etiamſi geſta defuerint, nulla fœminis poterit ſub quacunque calliditate aut obiectione calumnia commoueri, ſed qualiſcunque cum die & tempore ſcriptura ſufficiet. Et ideo ſeu illa donatio, quæ ſine traditione geſtis habetur inſerta, ſeu illa, quæ infra ducentorum ſolidorum ſummam conſiſtit, nullis calumniarum argumentis in aliquo vacuentur, ſed à marito, vel ab hæredibus eius fœminis iubentur exacta reſtitui. Illo tamen beneficio legis circa eas fœminas, quæ in minoribus annis defuncto patre nuptæ ſunt, permanente, vt de quantalibet ſumma fuerit conſcripta donatio, etiamſi geſtis allegata non fuerit, omni firmitate ſubſiſtat.*

## NOTÆ.

* Poſtrema tantum *huius l.* ſententia, omiſſis cæteris, extat *in l. 17. C. de donat. ante nupt.* Et iungendæ huic, *lex vn. ſup. de omiſsâ actionis impetrat. lex vlt. inf. de nuptiis: lex vlt. inf. de dotibus: lex vlt. inf. de natural. filiis. lex vlt. inf. de legitim. hæredit.* Iungenda & *lex 2. Cod. de bonis quæ liberis.*

'' *Hierius* PP. fuit Orientis ſub Theodoſio Iun. v. *Proſopog.*

'' Vide de donationis inſtrumento *d. legem vlt. inf. de nuptiis,* quam inter cœteras *huic* coniungendam dixi.

'' *Lege 3. ſupr.* Et verò hæc ſententia eſt, quam ſolam Tribonianus retinuit *in d. l. 17.*

'' In ante nuptias donatione ad eas facta: Hoc additum à Triboniano.

'' Iuſtè conſulitur, vt firma donatio ſit: ita Tribonianus.

## COMMENTARIVS.

SCRVPVLOSAS quaſdam conditiones in donationibus ſponſalitiis antea requiſitas relaxat hâc conſtitutione Theodoſius Iun. excuſſis hâc parte VETERVM legum & ſuperiorum conſtitutionum frenis. Vt cœteroquin in aliis quamplurimis, ſubtilitates, ſolemnitates, ſcrupuloſitates, aſperitates veteris iuris ſuperiorúmque conſtitutionum abrogatum iuit, expreſsâ in id prolixâ conſtitutione, cuius hæc pars eſt: putà in actionibus impetrandis, *l. vn. ſupr. de omiſsâ action. impetrat.* in nuptiis celerandis, *l. vlt. inf. de nupt.* in dotibus promittendis *l. vlt. inf. de dotib.* circa naturales liberos, *l. vlt. inf. de natural. fil.* circa legitimas parentum ſucceſſiones, *l. vlt. inf. de legit. hered.*. Quæ leges omnes *huic* noſtræ iungendæ ſunt, vnà cum *l. 2. C. de bonis quæ liber.* Denique, quod ipſemet Theodoſius Iun. profitetur, *d. l. vlt. inf. de donationibus*, obſeruantiam iuris contrahendam cenſuit.

¶ In duobus igitur, donationibus ante nuptias habenas laxat *hac. l.* Theodoſius. Iun. tum circa *Traditionem* eius tùm circa *Inſinuationem.* Primò ſcilicet *Traditionis* neceſſitatem omninò remittit: quod aliter hactenus obſeruabatur, vt *hæc lex* docet. Idque etiam indicat *lex 3. inf.* his verbis: *Si futuris coniugibus res fuerint donatæ & traditæ.* Donationes ſcilicet ante nuptias ſiue ſponſalia pariter vt aliæ donationes traditionis neceſſitatem olim requirebant, & quidem ante nuptias: hac nempe ratione; ne improuidâ alioquin facilitate atque inani iactatione & pollicitatione, ſuadente amore, ſponſi bonis ſuis temerè euoluerentur. Verùm *hâc* Theodoſij Iun. *lege* id aboletur; ſic quidem vt Traditionis neceſſitatem non tantùm ante nuptias remittat, verùm etiam penitus relaxet, dummodo inſinuata donatio fuerit. Exæquata proinde *hâc l.* donatio in ſponſam collata, donationi inter coniunctiſſimas perſonas factæ: Ex conſtitutione quippe D. Pij donationes huiuſmodi, traditionis neceſſitatem non requirebant, *l. 4. 5. 7. inf. de donationib.* Et Paulus *4. ſent. tit. 1.* Quemadmodum in inſinuationis neceſſitate hæ donationes quoque exæquatæ fuerunt, *l. 1. ſupr.* Et hæc de Traditione.

¶ Secundò, circa *Inſinuationis* pariter neceſſitatem habenas quadantenus laxat Theodoſius Iun. etſi regulariter eam & ipſe requirat. Regulariter ſcilicet Inſinuari ante nuptias donationes oportuiſſe, & quidem ante nuptias ex *l. 1. & 3. ſupr.* didicimus; (quarum poſtrema *huius l. fine*, indicatur & firmatur.) Atque vt donatio ante nuptias exigi poſſit, donationis inſtrumentum actis inſinuatum requiritur (etſi abſque donationis inſtrumento nuptiæ non eo minus conſiſtant, *l. vlt. infr. de nuptiis*: quam *huic l.* inter cæteras coniungendam eſſe dixi.) Verûm duo caſus *hac* Theodoſij Iunioris *lege* notantur, ſeu excipiuntur, quibus donatio ante nuptias ſiue ſponſalia non inſinuata valent. Primus eſt, & nouus quidem reſpectu *Quantitatis*: putà ſi donatio



donatio intra ducentos ſolidos conſiſtat: Cuius conſtitutionis meminit & Iuſtinianus *§. & cum retro: Inſt. de donation.* Verùm id poſtea ab ipſo Iuſtiniano porrectum ad trecentorum ſolidorum quantitatem, *l. ſancimus 34. Cod. de donat.* illo etiam addito, vt id non tantum in donatione ante nuptias (de quâ propriè *hac l.* agitur) verùm etiam in cæteris donationum ſpeciebus obſeruetur, vt ſi trecentos aureos non ſuperent, neceſſe non ſit eas inſinuari. Tandem idem Iuſtinianus ad quingentorum ſolidorum ſummam id porrexit *l. 36.* ſeu *penult. §. vlt. Cod. de donation. & d. §. & cùm retro, Inſt. de donationib.* Quæ cauſa fuit, cur Tribonianus hanc *huius l.* ſententiam à *ſuo Codice* abeſſe voluerit. Cœterùm doctiſſimo Ranchino *2. variar. 7.* accedere non poſſum, qui cenſebat, ſi non iam antea, ſaltem hâc, vel ſimili conſtitutione abrogatum modum Cinciâ lege in donationibus poſitum, imò totam Cinciam legem. Neque enim hæc lex modum quantitati donationum ponit, verùm Inſinuationis neceſſitatem aliquatenus relaxat pro modo videl. ſeu quantitate eius, ratione Perſonarum.

¶ Alter caſus quo donatio ſponſalitia inſinuationis neceſſitatem non requirit, ex *l. 3. ſupr.* hic rurſum inculcatur & confirmatur, vt videlicet Minoribus ætate fœminis, patris auxilio deſtitutis, facta ante nuptias donatio, abſque inſinuatione valeat, ſi videlicet momento nuptiarum minores adhuc ætate ſint: Id enim *d. lex 3.* nominatim exigit: At non etiam Tribonianus, qui abdicatâ *illius l. 3.* Sententiâ, *legis huius* verba in ſuam ſententiam interpolauit: Vt proinde Iuſtinianeo Iure non iam requiratur, an nuptiarum momento minor adhuc fuerit fœmina in quam donatio collata eſt, ſed tantùm, vtrum minor fuerit tempore factæ ſibi donationis. Sic enim habet *lex 17. C. de donat. ante nupt.* quæ hinc interpolata eſt; *Minoribus ætate fœminis etiam actorum teſtificatione in ante nuptias donatione ad eas facta, omiſſa, ſi Patris auxilio deſtitutæ ſint, iuſtè conſulitur, vt firma donatio ſit.* Quod verò ex hoc loco idem Ranchinus *d. loco.* colligebat, indicari eo, ante hanc Legem quoque latam, aliquam legem fuiſſe ſuper modo donationum, qui Inſinuationem non requireret, planè erroneum eſt: id enim hîc indicatur, anteriore aliâ, fœminis hâc parte ſuccurſum fuiſſe ætate minoribus, licet donatio his facta inſinuata non fuiſſet. Et certè quod dixi, indicatur apertiſſimè Conſtantini M. *leg. 3. ſup.*

¶ Et hæc quoque de Inſinuatione. Vbi etiam illud notandum, Inſinuationem ante nuptias fieri oportuiſſe, ne alioquin legibus, quibus donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio prohibitæ ſunt, fraus fieret.

# SI PROVINCIÆ RECTOR,
## VEL AD EVM PERTINENTES'' Sponſalia'' dederint.

## TITVLVS VI.

V. COD. IVST. II. Huic autem titulus eſt geminus; Si quacunque præditus poteſtate nuptias petat inuitæ: cuius tit. *lex. vnic.* huic legi iungenda eſt.

'' προσήκοντες Græcis, id eſt, filij, nepotes, propinqui, participes, domeſtici.

'' *Sponſalitiæ* in Cod. Iuſt.

I. * Imppp. Gratianus, Valent. & THEODOSIVS AAA.
Eutropio P''. P. Poſt alia.

SI quis in poteſtate publicâ poſitus, atque honore prouinciarum adminiſtrandarum, qui parentibus'', aut Tutoribus, aut Curatoribus, aut ipſis quæ matrimonium contracturæ ſunt, poteſt'' eſſe terribilis'', ſponſalia'' dederit, iubemus, vt deinceps'', ſiue parentes, ſiue eædem mutauerint voluntatem, non modò iuris laqueis liberentur, pœnæque'' expertes ſint, quæ quadruplum ſtatuit, ſed extrinſecùs'' data pignora'' lucratiua habeant, ſi ea non putent eſſe reddenda. ¶ Quod ita latè patere volumus, vt non ſolùm circa Adminiſtrantes, ſed & circa Adminiſtrantium filios, nepotes, propinquos, Participes'' Domeſticóſque'' cenſeamus, quibus tamen adminiſtrator operam dederit''. ¶ Impleri autem id poſtea'' matrimonium non vetamus, quod tempore poteſtatis ob'' eas perſonas de quibus locuti ſumus, arris fuerat obligatum'', ſi ſponſarum conſenſus accedat. Dat. xv. Kal. Iul. Theſſalonicæ, DD. NN. Gratiano A. V. & Theodoſio A. I. COSS. [380.]

INTERPRETATIO. *Iudex prouinciæ cuiuſlibet, vel quicunque in adminiſtratione conſtitutus, ſi habeant aliqui adultos filios ſecum, in prædicto honore poſiti, aut propinquos, vel qui*

*qui ipſis in conſortio adminiſtrationis videntur adiuncti, ſi per poteſtatem, aut comminando parentibus, aut terrendo forte Tutores, ſiue Curatores, vel ipſas quoque puellas ſponſaliorum nomine aut arrharum, ad obligandam cuiuſlibet domum aliqua dederint, ſi contra hanc voluntatem aut parentes, aut ipſæ puellæ reſultare voluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita ſuſcepiſſe videntur. Nec pœnam ſibi nouerint quadrupli exigendam, ſed etiam ea quæ ſub terrore viſæ ſunt accepiſſe, in lucrum ſuum ſi voluerint retinebunt, nec conſtringi poſſunt niſi forte ex ſuo arbitrio reddere voluerint. Nam ſi poſt adminiſtrationem, aut parentum, aut puellarum, circa eos qui ſponſalia dederint, voluntas nubendi permanſerit, ſequatur electa coniunctio.*

## NOTÆ.

* Lex vnica *Coſt. Iuſt. eod. tit.* Quæ leges *huic* coniungendæ ſint, dicam mox.
" *Eutropius* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio M. v. *Proſopogr.*
" Hæ ſcilicet perſonæ ſunt, quarum conſenſus in nuptiis requiritur; parentes, Tutores, Curatores, & ipſæ mulieres.
" *Ratio* hæc eſt harum nuptiarum prohibitarum, de quâ mox pleniùs.
" *Terribilis*, qui terrorem metúmque iniicit, parendíque neceſſitatem ingerit.
" *Sponſalia*, id eſt, *arrhas ſponſalitias*, quod hic Tribonianus ſubſtituit, vitandæ ambiguitati, ſpreta huius æui voce.
" Sic inf. à *poſtea*, id eſt, poſt adminiſtrationem finitam: *l. 38. de ritu nuptiarum.*
" *Iuris laqueis*, id eſt, pœnâ quadrupli.
" *Statuta*, ſubſtituit Tribon. quia ſcilicet receſſum à quadrupli pœnâ. v. quæ dixi ad *l. 6. ſup. de ſponſalibus.* Similis immutationis exemplum videbimus *inf. tit. ſi nuptiæ ex reſcripto.*
" *Extrinſecus*, id eſt, prætereа, inſuper.
" *Pignora*, ſuprà *ſponſalia*, ſunt donationes ſponſalitiæ: aliàs arrhæ: vt in illo:
——— *Digito pignus iam fortè dediſti.*
" *Lucratiua* habeant, id eſt, lucrentur, lucrifaciant: Aliâs *lucratiua*, quæ titulo lucratiuo quæſita, ſeu liberalitate: vnde *tit. de impon. lucrat. deſcript.*
" Cautè: *filios*: de quo mox.
" *Participes id eſt conſiliarios.* rectè Tribon. de quo mox.
" De *Domeſticis* his fuit ſuprà *titulo vlt. lib. 1* vbi dixi: v. & *l. 3. inf. ad leg. Iul. repetundarum.*
" *Operam dare alicui* propriè, id eſt fauorem exhibere: vt *l. vn. inf. ſi quacunque prædit. poteſt.* iuuare: vt apud Plautum ſæpè & quidem in conciliandis nuptiis.
" Id eſt, finitâ poteſtate.
" *Ob eas perſonas*: Ad marginem Pariſ. edit. appoſitum ad vocem *ob*, *inter*. Malè: *ob* eas perſonas, vetuſtè & venuſtè dictum; & quidem in hâc ipſâ re vxoriâ & ſponſalitiâ. Plautus *Epidico 5. ſc. 2. v. 37. Dedin' tibi minas triginta ob filiam:* Et *Rudente 3. ſc. 6. v. 23.* ARRHABONEM *accepiſti ob mulierem*: vt hîc, *matrimonium ob eas perſonas* ARRHIS *obligatum.* Omitto alia.
" *Obligatum*, pro *ligatum.*
" Vitioſum hoc Interpretamentum, de quo mox.

## COMMENTARIVS.

De rectoribus provinciarum, & ſponſalibus, ſeu ſponſalitiis donationibus ab his, vel horum interuentu, datis, eſt hæc Theodoſij M. conſtitutio: quâ id definitur in ſummam, mulierem, ſeu ſponſam prouincialem ſponſalia à Rectore prouinciæ ſibi data, vel ab eius filio, nepote, propinquo, Adſeſſore, Domeſtico, interuentu ipſius Rectoris, impunè ſibi retinere poſſe, etſi nuptias ea detrectet. Eſt ſcilicet hæc pars, ſeu caput prolixæ conſtitutionis Theodoſianæ, quâ is Iudicum, ſeu Rectorum prouinciarum nominatim furtis, concuſſionibus, vexationibus, impreſſionibus, enixè admodum occurſum iuit, miſeros prouinciales concutientium: vt & libertati ſanctitatíque ſponſaliorum & matrimoniorum conſultum iuit: ad quem duplicem finem præter *hanc leg.* pertinent *lex 2. inf. ad leg. Iul. repetundarum*: *l. 6. ſup. de ſponſalibus*: *l. vn. inf. ſi quacunque præditus poteſtate*: *l. quicunque inf. de his quæ adminiſtr.* quæ leges omnes ex eadem conſtitutione deſumptæ, vnà cum *l. 8. & 9 inf. de bonis proſcriptor. l. vn. inf. de vſuris rei iudic. l. 3. Cod. de litigioſis*, etſi inſcriptiones nonnullarum varient, huic noſtræ coaſſandæ veniunt: è quibus duæ ad idem quoque cum *hâc leg.* argumentum omninò pertinent, ſimúlque conſiderandæ ductímque explicandæ veniunt: putà *lex 6. ſup. de ſponſalibus*: *& l. vn. inf ſi quâcunque præditus poteſtate.* Pertinent ſcilicet hæ tres leges, ad prohibitas Nuptias inter Rectorem prouinciæ, alióſve ad eum pertinentes, & fœminam prouincialem. Nos ea quæ ad hanc *leg.* noſtram pertinent, illuſtremus; quæ tribus capitibus conſtat.

¶ Præmittendum ſaltem, vt aliis *legibus* innumeris, ita & *hâc* quoque *Lege*, *& d. l. 6. & d. l. vn.* Nuptias inter eum qui officium vel poteſtatem in prouinciâ gereret, & prouincialem mulierem, interdictas fuiſſe: *Ratione* notiſſimâ, quæ & *hâc ipſa leg.* perſtringitur, his verbis: *qui poteſt eſſe terribilis*: & *d. l. vn.* hiſce: *ſi quis occaſione poteſtatis vtatur, & minacem fauorem ſuum exhibere detegitur.* Papinianus egregiè, vt alia omnia, *potentatus* rationem dixit, *l. 63. de ritu nuptiarum*, quem δεσποτικὸν φόβον Philo *de charitate* vocat. Ipſâ ſcilicet poteſtate publicâ, atque honore prouinciæ adminiſtrandæ Rector terribilis eſt, vel vt *hac lex* loquitur, *terribilis eſſe poteſt.* id eſt ſolâ poteſtatis ſuæ vi formidinem & terrorem metúmque & vim iniicit. Neque enim minæ aut vis hîc exigitur, quod Interpres ad *hanc leg.* putauit; verùm ſufficit, vt terribilis eſſe poſſit: quomodo & militares in ſpecie *l. 1. inf. de Salgamo.* vbi dicam adhuc. Certè ſi vim adhibuerit, maior adhuc pœna ei imponitur, *d. l. vn. ſi quâcunque præditus poteſt.*

His ita præmiſſis, de *huius l.* ſententiâ videamus, quæ tribus partibus conſtat. Primâ continetur *Regula*, quâ id conſtituitur, mulierem prouincialem acceptis à Rectore prouinciæ, vel eius interuentu, ſponſalibus, nihilominus pœnitere, nuptiáſque detrectare poſſe, quod & ipſum alioquin definitur *l. 38. in pr. π. de ritu nuptiar.* in tantum vt arrhas acceptas in quadruplum reſtituere non cogatur: quæ alioquin ſponſalibus acceptis matrimonium detrectantis pœna eſt, (de quâ, *leg. 6. ſup. de ſponſalib.* quæ *huic*, vt dixi, inter alias coniungenda eſt) ſeu qui *iuris laquei* ſunt, vt hîc vocantur, vt contra, data huiuſmodi pignora ſi velit, retinere poſſit; & vt hæc lex loquitur, *lucratiua habeat, ſi ea putet non eſſe reddenda.* Arrhas igitur reddet Prouincialis ſponſa, ſi volet: retinebit, ſi malit: Quod quidem veteri iure non obtinebat: Sic enim Paulus *in d. l. 38. Si poſt officium*, inquit, *depoſitum voluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arrhis tantummodo redditis quas acceperat.* Quod igitur illo iure neceſſitatis erat, factum eſt *hac l.* meræ voluntatis. Et ita quidem ſtatuendum eſt *hâc l.* ius vetus abrogari. Quod ſanè paſſim prolixâ illâ conſtitutione, cuius hæc pars eſt, facit Theodoſius M. vt iam oſtendi *ad l. 6. ſup. t. prox. de ſponſal.* (quæ huic, vt dixi quoque coniungenda eſt.) Fruſtrà igitur in concordiam *hæc lex* cum Paulo reducitur: Et perperàm *Cyrillus*, Præſidem à cæteris officium adminiſtrantibus ſeparat, quaſi his arrhæ reſtitui debuerint, iis nō debuerint, quia ſcilicet Præſes magis delinquat: quod rectè iam refutauit Ræuard. *2. var. vlt.* Perperam etiam alij, (& in his Briſſonius *lib. de iure Connub. p. 51.* (qui hâc *leg.* noſtrā de nuptiis contractis & conſūmatis accipiunt, quaſi contra mādata, Prouincialis mulier, officiū adminiſtranti nupta, arrhas retinere poſſit, ſi abire ac recedere à marito velit, quod ei liceat: Sponſa tantùm non poſſit, quia ſponſalibus interdictum non ſit. Perperam, inquam, triplici ratione: Primùm, quia ſi in *huius l.* ſpecie nuptiæ contractæ fuiſſent, procul dubio arrhæ caducæ factæ fuiſſent, cùm & dos ipſa caduca fieret, *d. l. 38. §. 1. & l. 61. 63. π. eod. t.* Secundò apertè *titulus hic* ſeu *hæc lex* ad ſponſam tantùm pertinet; quod & *titulorum* ordo & ſeries ſatis indicat. Denique ſponſalia huiuſmodi, vt *ſup.* docui, non ſimpliciter permiſſa fuerunt, ſed ſub eâ tantum conditione, ſi deſponſam conditionis non pœniteret: adeò vt pœnitentiâ ducta ne quidem arrhas reſtituere cogatur. Itaque contrarium eius, quod Briſſonius putauit, iam verum eſt, atque ita habendum; arrhas videlicet nuptæ non lucro cedere; ſponſæ, ſi eam pœniteat, & velit, cedere. Et hæc de prima *huius leg.* parte ſeu Regula. Additur ſecundâ parte *Ampliatio*: nempe hanc ſanctionem ita latè patere vult, vt ipſemet loquitur, vt non ſolùm circa Adminiſtrantes ipſos ſeu Rectores prouinciarum id obſeruetur, ſi ipſi ſponſalia dederint, verùm & circa Adminiſtrantium filios, nepotes, propinquos, Participes, Domeſticos, quibus tamen Adminiſtrator operam dederit. Nos de ſingulis videamus. Ac primò de *Filiis*, vbi cautè lex ait *Filios*: Filio ſcilicet prouincialem deſpondenti, ducenti, operam dare ſeu conſentire Adminiſtrator prohibetur, vt *hâc l.* ita *& l. 57. π. de ritu nuptiarum*: at idem filiam prouinciali collocare poteſt. *l. 38. §. vlt. π. de ritu nupt.* quod Leo mutauit *Nouellâ 23.* Rationem huius differentiæ Enantiophanes *lib. 49. Baſilic. tit. 2. de ritu nupt.* hanc reddit, quoniam non ita ſolet gener ſocerum reuereri, ſicut nurus: Cuius rationis ſententia hæc eſt, mulierem, ſeu nurum futuram ex verecundiâ muliebri non facilè vim & impreſſionem ſibi factam conteſtaturam, ſeu ex facilitate muliebri faciliùs remiſſuram: nam vt vel commemoramentum ſtupri eas pudere ſolet, vt loquitur Cæcilius apud Nonium *cap. 2.* quod aliàs congruit *legi, vim paſſam, 39. π. ad leg. Iul. de adulter.* ita & impreſſionis ſibi factæ conteſtatio eas pudere ſolet: Ideoque Nurui ſuccurri oportuit: At quia vir, gener inquam, non tam facilè illatæ ſibi vis conteſtationem remiſſurus eſt, ideò Rector prouinciæ generum filiæ ſuæ conciliare non prohibetur. Et verò hæc ipſa ratio eſt, cur tutor pupillam ſuam filio ſuo collocare non poſſit, pupillo ſuo filiam ſuam poſſit: *l. libertum 64. in fin. π. de ritu nuptiarum*: *l. 5. Cod. de interdicto matrim.* Viri denique conſtantia maior eſt, vimque à ſe amoliri facilius poteſt. Alias huius differentiæ rationes reddit Briſſonius *de iure connubiorum, p. 52. 53.* illâ ſuperiore, quam veriſſimam puto, omiſsâ. Et tamen diſcrimen hoc ſublatum poſteà *Nouellâ Leonis 23.* (ſuâ quadam ratione) cuius ſententiam refert Harmenopulus, *lib. 4. tit. 2.* Et hæc quidem quoque de filiis, quibus nepotes, & propinqui iunguntur: Nunc de cœteris.

Idem verò obtinere iubet Theodoſius M. *hâc l.* etſi Adminiſtrator *participibus* ſuis & *domeſticis* ſponſalia contrahentibus, pignoráque dantibus operam dederit, ſeu ſponſalia conciliauerit. *Participes* hâc leg. ſunt, quod Tribonianus rectè interpretatur, Conſiliarij. Conſiliarij ſcilicet ſeu Adſeſſores adminiſtrantium participes ſunt, & dicuntur, vt *hâc l.* ita & *l. omnis 5. inf. de iis quæ adminiſtrantibus*: ſocij, *d. l. 5.* & quædam vniuſcuiuſque portio videtur Adſeſſor. Ita *participatus* & *conſilium* iunguntur *l. 3. inf. de inceſtis nupt.* quam coniunctionem ſuſtulit Tribonianus *l. 6. Cod. de inceſtis nuptiis*, remotâ ſcilicet *Participatus* appellatione. Et Plautus quoque *in milite glorioſo*, dixit, *Conſiliorum ſocium & participem.* Ad hæc ſicut ſuprà, *titulo vlt. lib. 1. Adſeſſores & Domeſtici* iunguntur, ita & hîc *participes & domeſtici*, vt & *l. 6. inf. de his quæ adminiſtrantibus.* Hùc pertinet & quod Libanius *Orat.* κατὰ τῶν εἰσιόντων *p. 83.* adſeſſores vocat τοὺς αὐτὸν θρόνον κατειληφότας, id eſt, tribunal idem cum Magiſtratu ſortitos: & rurſum οἷς ἡ κοινωνία τοῦ θρόνου, vt & quod Sidonius Apollinaris *lib. 1. ep. 3. Vnde te etiam par fuerit priuilegio conſiliorum Præfecturæ ad quam participandam depoſceris* &c. vbi vide etiam nonnulla notata hanc ad rem à Doctiſſ. Sauarone *lib. 1. ep. 3. p. 24.* Et hactenùs de Ampliatione.

Sequitur poſtrema *huius l.* parte *Limitatio* quædam: Nempe ſponſalia durante officio contracta, finito eo impleri poſſe, ſi ſponſa velit: & vt *hæc lex* loquitur, *ſi ſponſæ conſenſus accedat.* Impleri igitur nuptiæ poſſunt poſt finitam adminiſtrationem, velut ex nouo iam conſenſu, qui nullus fuiſſe videtur durante adminiſtratione adhibitus.

# DE NVPTIIS. *

## TITVLVS VII.

### V. COD. IVST. IV.

### PARATITLON.

NVPTIÆ *Rubr. & l.* 1. 2. & 3. (ſeu matrimonium *l.* 2. & 3. coniugium, *d.l.* 2. coniunctio, *d.l.* 1. conſortium, *d.l.* 3.) quænam legitimæ ſint, *huius tituli legibus* definitur. Sunt ſcilicet illæ legitimæ, quas lex nulla impedit: *l.* 3. Impedit autem lex nonnullas nuptias, veluti inter Iudæum & Chriſtianum, *l.* 2. inter impares honeſtate perſonas, *l.* 3. Citra conſenſum patris, propinquorum, tutorum, in ſpecie, *l.* 1. citra amicorum fidem, & frequentiam contractas, in ſpecie, *d.l.* 1. & 3. Decurio item ancillæ, ſeu ſeruæ connubio iungi non poteſt, *l.* 6. *de Decurionib.* Connubiúmque in genere cum ſeruilibus perſonis eſſe non potuit, & ex huiuſmodi contubernio ſerui naſcebantur, *d. l.* 6. De Æquali etiam coniugio, vid. *l.* 1 *de collegiatis*, vt & de colonorum v. *infr. parat. de fugit. col.* At enim citra inſtrumentum dotis aut donationis ante nuptias, & citra pompam, aliámve celebrationem nuptiæ contractæ, non improbantur, *d.l.* 3.

---

### ¶ *De* VIDVÆ *minoris xxv. annis, & quidem Senatoriæ, nuptiis.*

1. * Imppp. VALENT. Valens, & Gratian. AAA. ad Senatum.''

VIDVÆ intra XXV. annum degentes, etiamſi emancipationis libertate gaudent, tamen in ſecundas nuptias non ſine'' patris ſententia conueniant''. In'' oppugnationem ceſſent itaque ſequeſtres'', atque interpretes, taciti nuntij, renuntiíque'' corrupti. Nuptias nobiles'' nemo redimat, nemo ſolliciret, ſed publice conſulatur affinitas, adhibeatur frequentia'' Procerum''. Quod ſi in conditionis'' delectu mulieris voluntas certat'' ſententiæ propinquorum, placet admodum, vt in pupillarum'' coniunctionibus ſanctum eſt, habendo examini auctoritatem quoque Iudiciariæ cognitionis adiungi, vt ſi pares ſunt genere ac moribus petitores'', is potior æſtimetur'', quem ſibi conſulens mulier adprobarit''. Sed ne forte hij, qui gradu proximo ad viduarum ſucceſſiones'' vocantur, etiam honeſtas nuptias impediant, ſi huius rei ſuſpicio proceſſerit'', eorum volumus auctoritatem iudiciúmque ſuccedere, ad quos etiamſi fatalis ſors interceſſerit, tamen hæreditatis commodum peruenire non poſſit. Dat. XVII''. Kal. Aug. Grat. A. II. & Probo V. C. COSS. [371.]

INTERPRETATIO. *Viduæ intra viceſimum & quintum annum ſi fuerint conſtitutæ adhuc viuis parentibus, tametſi emancipatione adquiſierint libertatem, ſi ad ſecundas nuptias venire voluerint, nouerint coniunctionem ſuam in patrum poteſtate, non in propria voluntate conſiſtere. Et eorum electione, non quorumcunque amicorum, aut familiarium ſequendum eſſe conſenſum. Si vero patres mortui ſint, nec ſic quoque ex ſuo ſingulariter arbitrio nubendi habeant poteſtatem, ſed pro honeſtate coniunctionis iudicium ſequendum eſt propinquorum. Quod ſi duo petitores extiterint, conſulendi ſunt quidem parentes, nec prætermittendus eſt etiam Iudex, qui voluntatem fœminæ pro honeſtiore duntaxat parte proſpiciat. Nec illis tantum propinquis præſtet adſenſum, qui ſuſpicione hæreditatis vtuntur, qui forte dum nuptias differunt, pro ſucceſſione hæreditatis mulieris mortem expectare videntur: ſed illorum magis, ſi talis conditio intercedit, electio ſequenda eſt, qui nihil poſſunt de ipſius hæreditate conquirere.*

### NOTÆ.

* Lex *vidua* 18. *Cod. eod. tit.* Hæc verò lex æquè rectè relata fuiſſet *in tit. prox. de ſecundis nuptiis.*
'' De hâc inſcriptione mox.
'' *Sine patris ſententiâ non conueniant*: Ita C. Iuſt. quod præciſam neceſſitatem adhuc magis indicat.
'' *Conuenire* in nuptias. v. Gloſſ. Theod.
'' Abeſt hæc ſententia à Cod. Iuſt. vſque ad ea verba: *Quod ſi*: Quæ tamen *huius leg.* rationem ingerunt.
'' *Sequeſtres* & *Interpretes*, id eſt, pararij & proxenetæ: de quo mox.
'' *Internuntij* vocantur *l. vlt. π. de ſponſalibus.*
'' *Nobiles*, id eſt Senatorias: de quo mox.

'' *Frequentia*



'' *Frequentia*, ſeu fides, *l. vlt. inf.* conſcientia, Interpres ad *eam leg.* teſtimonium: non enim pertinet hoc ad pompam nuptiarum ſine quâ legitimæ nuptiæ ſunt.
'' *Proceres*: de his mox.
'' *Conditionis* vox hâc in re propria, quam cum *conuentionis* voce hîc immutauit Tribonianus: quam tamen aliis locis retinuit, *l.* 36. *π. de ritu nupt. l. vlt. π. de proxeneticis: l. vlt π. de ſponſalibus: l.* 65. *π. de Iudiciis*, & alibi.
'' *Patris repugnat ſententiæ & propinquorum.* Ita Tribonianus: vbi tamen Cuiacius emendabat, *Matris: lib.* 3. *obſeruat.* 5.
'' *Virginum*, ita Tribonianus: de quo & Cuiac. 3. *obſeru.* 5. de cuius rei ratione, mox.
'' *Sancitum*, C. Iuſt. ſancitum autem putà *l.* 1. *Cod. de nuptiis.*
'' *Competitores* C. Iuſt.
'' *Exiſtimetur.*
'' *Approbauerit.* C. Iuſt.
'' *Succeſſionem* C. Iuſt.
'' *Præceſſerit.* C. Iuſt. malè.
'' XVIII. Ita Anianus Opt. notæ.

### COMMENTARIVS.

DE VIDVARVM (Senatoriarum ſcilicet & Nobilium Romæ, vt mox probabo) quæ minores ſunt 25. annis, ſecundis nuptiis eſt hæc Valentiniani Sen. Oratio ad Senatum emiſſa, honeſtati Senatoriarum familiarum conſulentis: *Senatoriarum*, inquam, & Nobilium Romæ quod *huius leg.* arcanum eſt, quod vulgo non animaduertitur: Id quod patet primùm ex eo, quod hæc oratio data eſt ad Senatum Vrbis Romæ: Orationes ſcilicet huiuſmodi ad Senatum, ipſos fermè Senatores tangebant: de quo *in Paratitlo de Conſtitut. Princip.* Secundò, id ingerunt manifeſtiſſimè hæc *huius leg.* verba: *Nuptias* NOBILES *nemo redimat, nemo ſollicitet, ſed publicè conſulatur adfinitas: adhibeatur frequentia* PROCERVM. *Nobiles* ſunt Senatorij: Ita Curia nobilior, pro Senatu, *l.* 105. *de Decur.* Ita apud Ammianum Marcellinum *lib.* 28. *p.* 386. hoc ipſo anno *Nobilitatis decreto Legati* ad Valentinianum Imp. *huius leg.* auctorem miſſi dicuntur, id eſt, Senatus decreto. Apud eundem *lib.* 16. & 28. *Nobilitatis Curia*, pro Senatu: item *Nobilitatis & plebis errata*, id eſt Senatus & populi: Eodem ſenſu dicitur in Theodoſij M. *l.* 1. *inf. de ſecund. nupt.* honeſtior Nobiliſque perſona. Quæ & ipſa lex propriè ad viduas Senatorias pertinet. Sic & *Proceres* qui generaliter aliàs, ἔξαρχοι, πρωτοπολῖται, πρωτάρχοντες, Principes ciuitatis, teſte Chariſio 1. *Inſtitut. Gramm.* & Seruio *ſub finem* 1. *Æneid.* & Gloſſis *Philoxeni*, ſunt hîc Senatores: quo ſenſu Symmachus, *ampliſſimæ Curiæ Proceres*, *lib.* 3. *ep.* 63. & Proceres pari ſenſu dixit *l.* 12. *inf. de Prætoribus*: & apud Symmachum filium *in Auctario, ep.* 6. & 11. Neque Senatores adhuc ſimpliciter, verùm inter Senatores s Illuſtres fermè & potiſſimi: vt *d. l.* 12. *inf. de Prætoribus*: & apud Caſſiodorum 6. *var.* 10. in lemmate: & 6. *var.* 12. & 7. *var.* 7. Neque aliò pertinent tot illi, qui *hâc l.* indicantur in oppugnationem, ſeu ad conciliandas huiuſmodi nuptias interueniſſe: *ſequeſtres ſcilicet interpretes, taciti nuntij renuntiíque corrupti*: per quos nuptiæ huiuſmodi Nobiles redimebantur, ſollicitabantur: etſi in genere hi aliis quoque nuptiis conciliandis interueniebant, nempe Pararij, Proxenetæ, *Sequeſtres*: quomodo Firmicus, *lib.* 6. *cap.* 31. *p.* 175. SEQVESTRES, aut turpium libidinum miniſtros facient, ita vt ex tali quæſtu quotidiana illis vitæ præſidia comparentur: & *Interpretes* ἑρμηνευταὶ, quorum ſalarium ἑρμηνευτικὸν dicebatur, *l. vlt. π. de proxeneticis*: de cuius modo fuit conſtitutio quædam Græca, *Cod. tit. de ſponſalibus*, cuius ſumma extat apud Harmenopulum *lib.* 4 *t.* 3. §. *vlt.* dicuntur hi cõditionis Proxenetæ, *d. l. vlt.* dicuntur & interpoſitæ perſonæ, *l. vlt. π. de ſponſalib.* vbi IC. *plerumque conditiones interpoſitis perſonis expediuntur.* In hoc cenſu fuêre ſeruuli, de quo Hieronymus *ad Furiam de viduitate ſeruanda*, *fol.* 37. item nutrices, de quo mox.

¶ De ipsâ nunc conſtitutione, Nempe cùm Senatoriarum viduarum minorum adhuc nuptias hâc tempeſtate, impares ſubinde & indigni genere inhoneſtis artibus per Sequeſtres & Interpretes tacitos nuntios renuntióſque redimerent, ſollicitarent; cum inſigni Senatoriarum familiarum dedecore, & huiuſmodi minores viduæ ad indigna & imparia matrimonia properarent, huic rei modum imponere, *hâc Oratione ad Senatum emiſſa*, Valentiniano Iun. viſum; hoc videlicet conſtituto, vt vidua Senatoria minor 25. annis, licet emancipata, tamen *in ſecundas nuptias, non ſine patris ſententiâ conueniat*, vel, vt Tribon. ad præciſam neceſſitatem, magis adhuc effert, *ſine patris ſententiâ non conueniat.* Quæ quidem verba, contra quàm nonnulli cenſent, non quid honeſtum ſit, aut paternæ reuerentiæ conſentaneum continent; verùm præciſam neceſſitatem important: adeòque imperatiua ſunt. Quod agnoſcit etiam rectè Interpretatio *huic leg.* ſubdita. Sic vt proinde aliter contractæ nuptiæ, pro nullis ſint: de quo v. Cuiacium 3. *obſeruat.* 5. Hotom. 19. *quæſt. illuſtr.* Briſonium *de iure connub.* alios; Chenu *qu.* 15. etſi certis caſibus aliter iudicatum, vid. *les arreſts de* Bouchel, & Iol. *lib.* 1. *cap.* 85. Quod quidem in ſp. *huius l.* magis adhuc propter familiarum dignitatem ſtatuendum eſt, quod tamen Tribonianus abdicauit. Et hæc de patris conſenſu, in viduæ maioris 25. annis nuptiis: ſi patrem verò non habeat, citra conſenſum quoque propinquorum, adfinium, nuptias contrahere vetatur: *publicè*, inquit, *conſulatur affinitas, adhibeatur frequentia Procerum*: mox, *ſententiæ propinquorum*, &c. Sanè iam olim quoque Seueri conſtitutione id ſancitum fuerat in pupillis, id eſt impuberibus, *l.* 1. *Cod. de nuptiis*, vt ne citra propinquorum (quod etiam Interpretatio huic legi ſubdita rectè agnoſcit) conſenſum nubere poſſent, quod etiam *hâc l.* indicatur, & in argumentum adſumitur: De puellis adultis minoribus 25. annis fortè idem conſtitutum: At enim de *viduis* minoribus adhuc, & quidem emancipatis, nihil dum cõſtitutum: quod *hâc l.* fit, ac nominatim de minoribus viduis emancipatis Senatoriis, ne videlicet vt antea dixi, præter, ſeu contra generis dignitatem, vel in prioris mariti iniuriam impari nuberent, tacitis ac fermè clandeſtinis redemptis ſequeſtribus, Interpretibus, & Internuntiis. Sanè & in Conſtantini *l.* 1. *inf. de raptu virginum*, redempti hi diſcurſus pariter perſtringuntur, ac nominatim *nutricum* fabulæ, & prauæ ſuaſiones: quò pertinet & Chryſoſtomi locus homilia περὶ τοῦ ποίας δεῖ ἄγειν γυναῖκας, *tomo Sauiliano* 8. vbi huiuſmodi proxenetas ſeu μεσίτας perſtringens, οὐ γὰρ, inquit, δεῖ μαστρωποὺς καλεῖν γυναῖκας, καθάπερ οἱ νῦν, οὐδὲ προμνηστρίας, οὐδὲ χρείδια μισθοῦντα, ἀλλὰ τὸν οἰκέτην τὸν ἑαυτοῦ, τούτῳ τὸ πρᾶγμα ἐγχειρίζειν. Eodem pertinet & Hieronymi lo-

cus *ad Furiam de viduitate ſeruanda tomo* 1. *fol.* 37. *Caue Nutrices & gerulas & iſtiuſmodi venenata animalia, quæ de corio tuo ſatiari ventrem tuum cupiunt: non ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit, & ſæpè illud obganniunt:*

*Solâne perpetuâ mœrens carpêre iuuenta*
*Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?*

Sanè & Ammianus Marcellinus hoc ipſo tempore notat, *Marinum quendam cauſarum defenſorem ſupplicio lethali damnatum, auſum Hiſpanillæ cuiuſdam artibus prauis adfectaſſe coniugium.* Quod tamen ad magicas artes magis pertinet, de quo dicam *ad l.* 3. *inf. de maleficis & Mathemat.* Et hæc quidem ita honeſtati Senatoriarum familiarum à Valentiniano Sen. conſtituta. ¶ At enim & retrò, ne hoc obtentu viduæ huiuſmodi cum propinquorum faſtidio depugnandum haberent, nihil viduarum iſtarum arbitrio propinquis deferentibus, vel etiam ob ſucceſſionis ſpem cuilibet conditioni intercedentibus, nuptiáſque impedientibus, duabus conditionibus propinquorum faſtidium refrenare & cohibere Valentiniano viſum. Prima eſt, vt ſi in delectu conditionis mulieris voluntas certet cum propinquorum ſententia, Iudicis arbitrium & examen adhibeatur: Atque in hoc examine, ſi inter pares petitores, ſiue preces, propinqui in hunc, fœmina in illum inclinet, potior ille videri debeat, quem ipſa fœmina adprobauerit. Mulierum ſcilicet affectibus & conſiliis, vt non ſemper, ita nonnunquam cedendum eſt. Et hoc quidem Valentinianus, argumento ducto à pupillâ, ſeu à *d. l.* 1. *C. de nuptiis*, cuius hæc ſunt verba; *Cum de nuptiis* PVELLÆ, inquit, *quæritur, nec inter tutorem & matrem & propinquos de eligendo futuro marito conuenit, arbitrium Præſidis Prouinciæ neceſſarium eſt.* Et poſtea etiam id in Adultis quibuſque conſtitutum ab Honorio, *l. in coniunctione* 20. *C. de nuptiis. In coniunctione*, inquit, *filiarum in ſacris poſitarum, patris expectetur arbitrium. Sed ſi ſui iuris puella ſit, intra quintum & viceſimum annum conſtituta: ipſius quoque adſenſu exploretur. Si patris auxilio deſtituta: matris & propinquorum, & ipſius quoque requiratur adultæ iudicium. Si verò vtroque orbata parente, ſub Curatoris defēſione conſtituta ſit, & inter honeſtos competitores matrimonij oriatur fortè certamen, vt quæratur, cui potiſſimum puella iungenda ſit: ſi puella cultu verecũdiæ propriā noluerit volũtatem depromere coram poſitis propinquis, Iudici deliberare permiſſum, cui meliùs adulta ſocietur.* Secunda conditio hæc à Valentiniano additur, vt ſi fortè propinqui gradu & ordine ſuccedendi proximi, ne ſpes eorum diminuantur, in honeſtorum virorum conditionem conſentire nolint, tum remotiores propinqui à ſpe ſucceſſionis remoti auctoritatem ſuam interponant. Proximiores ſcilicet ordine ſuccedendi ob ſpem ſucceſſionis proximam, proximis ſuis ſæpe ſunt timendi & ſuſpecti, & ex ſpe ſucceſſionis in ſuſpicionem proniores, *l.* 2. *vbi pupillus educari.* Notum eſt illud apud Perſium votum:

*—— Pupillúmve vtinam, quem proximus hæres*
*Impello expungam. ——*

Neque tantùm cita mors proximorum illis in voto eſt, ſed quod potiſſimum, vt illiberes moriantur; eámque ob cauſam quantum in ipſis, oblatas conditiones matrimonij defugere & impedire ſolent. Verùm de eo plura Interpretes ad *tit.* π. *& C. vbi pupillus educari.* & ad *tit. de pupillari ſubſtitutione.*

¶ Notandum interim de Matris conſenſu nihil *hac l.* imò toto hoc Codice Theodoſ. caueri, de quo tamen non minus quàm de propinquorum conſenſu, *d. l.* 1. *& d. l.* 20. cauetur. De eo certè inſignis eſt locus apud Auguſtinum Epiſt. 233. ad Benenatum; *Puella*, inquit, *fortaſſis quæ nunc non apparet, apparebit & mater, cuius voluntatem in trudendâ filia omnibus, vt arbitror, naturâ proponit, niſi eadem puella in eâ iam* ÆTATE *fuerit, vt iure licentiori ſibi ipſa eligat quod velit.*

¶ Et hæc quidem ad *hanc Legem* de conſenſu Patris, &c. in viduæ etiam filiæ nuptiis dicta ſint. Nam de conſenſu in puellæ filiæ nuptiis dicetur ad *l.* 1. *inf. de raptu virginum.*

## ¶ IVDÆO *cum Chriſtianâ connubij ius, propoſitâ adulterij pœnâ, à Theodoſio M. interdicitur.*

II. * Imppp. Valent. THEOD. & Arcad. AAA. Cynegio PF." P.

NE quis Chriſtianam mulierem in matrimonium Iudæus accipiat, neque Iudæam" Chriſtianus coniugio ſortiatur: nam ſi quis aliquid huiuſmodi admiſerit, adulterij vicem commiſſi huius crimen obtinebit: libertate in accuſandum publicis quoque vocibus" relaxata. Dat. Prid. Id. Mart. Theſſal." Theod. XII." & Cynegio v. c. COSS. [388.]

INTERPRETATIO. *Legis huius ſeueritate prohibetur, vt nec Iudæus Chriſtianæ matrimonio vtatur, nec Chriſtianus homo Iudæam vxorem accipiat. Quod ſi aliqui contra vetitum ſe tali coniunctioni miſcuerint, nouerint ſe ea pœna, qua adulteri damnantur, perſequendos, & accuſationem huius criminis non ſolum propinquis, ſed etiam ad perſequendum omnibus eſſe permiſſam.*

### NOTÆ.

* Lex 6. *C. de Iudæis.* Repetitur ea totidem verbis *l* 5. *infr. ad L. Iul. de adulteriis.* Iungenda etiam *huic*, cui videatur, *lex* 5 *C. de inceſt. nupt.* Quod non temerè affirmo.
" *Cynegius* PP. Orientis ſcilicet ſub Theodoſio M. v. Proſop.
" Iudææ coniugium, ita & in *d. l.* 5. *inf. de adulter.* & in *d. l.* 6. *C. de Iudæis.*
" Ita quoque *in d. l* 5. At in C. Iuſt. *huiuſmodi.*
" Vide Gloſſ. *Vox*, de accuſatione propriè hic & *l.* 3. 4. *vlt. inf. ne præter crimen maieſtatis. & l. vn. inf. ad L. Iul. Maieſtatis.* " Indidem data paulò poſt *lex vn. inf. de priuati carc. cuſt.* & paulò ante *lex* 14. *inf. de hæretic.* vide quæ ſcripſi ad Conſularia Theodoſ.
" *Id.* II. vt habet *d. lex* 5. *inf. de adulter.* & Cod. Iuſt. & euincunt Faſti Conſulares.

COMMENTA



COMMENTARIVS.

IVDÆO cum Chriſtianâ, & viceuerſa Chriſtiano cum Iudæâ connubij ius interdicitur *hac* Theodoſij M. *conſtitutione* A. D. 388. quæ totidem verbis repetita extat *l.* 5. *inf. ad Leg. Iul. de adulter.* Hæc *huius leg.* ſententia eſt. Sequuntur ſanctiones duæ, nempe huiuſmodi connubium adulterij vicem obtinere iubetur, id eſt, contrahentes, veluti adulteri damnari, vt rectè Interpres. Quæ cauſa eſt, cur hæc *lex* ſub *tit. de adulteriis*, repetita *hoc Cod.* fuerit: quare vt adulterium, capitali pœnâ plectitur, *l.* 6. *inf. de Iudæis*: Sed &, quod alterum additur, quóque huius facti atrocitas configitur, publica eius eſt accuſatio, *hac l.* ſeu vt loquitur, ea libertas in accuſandum publicis vocibus relaxatur, id eſt, quod & ipſum rectè Interpres, accuſatio huius criminis non ſolùm propinquis, ſed etiam omnibus ad perſequendum eſt permiſſa, inſtar adulterij, *l.* 2. *inf. ad Leg. Iul. de adulteriis.* Vbi obiter notandum, atrocioris delicti ſpeciem facto alicui illegitimo indui, ad configendum id, quod & aliàs Principes fecêre: quod multis exemplis & Legibus *in Paratitlo, de pœnis*. comprobatur.

Plenior verò *huius l.* interdictio eſt, quam Conſtantianæ *legis* 6. *inf. de Iudæis.* vbi Iudæo quidem Chriſtianam ducere interdicitur: at non pariter ῥητῶς Chriſtiano Iudæam. Quod hîc à Theodoſio ex æquo prohibetur.

Cæterùm hûc pertinet omninò Ambroſij locus *lib.* 1. *de Abrahamo, cap.* 9. *p.* 183. *Caue Chriſtiane, Gentili aut Iudæo filiam tuam tradere: caue, inquam, gentilem, aut Iudæam, atque alienigenam, hoc eſt, hæreticam, & omnem alienam à fide tuâ vxorem accerſas ſas tibi.* Paganorum eadem hac tẽpeſtate ratio fuit, Auguſtinus *Epiſt.* 234. *ad Ruſticum. Cùm certiſſimè noueris tradi à nobis Chriſtianam niſi Chriſtiano non poſſe, nihil tamen mihi tale de filio tuo, quem adhuc paganum audio, promittere voluiſti.*

¶ Cum autem huius prohibitionis plures ſint *Rationes*, ea hîc propoſita fuit Imperatori, periculum ſeductionis: quâ ipſâ ratione Iudæus Chriſtiani educationem habere non poteſt, arg. *l. ſpadonem* 15. §. *iam autem.* 6. π. *de excuſat.* Item nec Chriſtianum mancipium Iudæus habere poteſt, de quo *ſuo tit.* pleniùs, & *l. ſup. de contrahenda emptione.*

¶ Porrò exiſtimare quoque quis poſſit *huic legê* iungendam *l.* 5. *C. de inceſt. nupt.* quæ eidem Cynegio PP. inſcribitur, quâ prohibetur quis fratris vxorem ducere, vel etiam vxoris ſuæ ſororem: nec diſſoluto quocunque modo coniugio (quod & ipſum prohibitum antea *l.* 2. *inf. de inceſt. nupt.*) nempe quod inter Iudæos ſolemne fuit, de quibus *hac l.* agitur. Quo etiam argumento *huic l.* dictam *legem* 5. iungendam quis putet: quod ipſe non exiſtimo.

Sed & cùm ſubſcriptam huic legi *Theſſalonicam* video (vbi ſcilicet hoc tempore Theodoſius M. hærebat mox aduerſus Maximum Tyrannum inde profecturus) hinc colligere mihi videor, Acholium Ep. Theſſalonicenſem *hanc leg.* ſuaſiſſe; cuius vtique familiaritate Theodoſius ſummoperè gaudebat, quem συνεργὸν habuit ad fidem & ſanctitatem Catholicam firmandam; denique, vt Ambroſius eum vocat, *murum fidei gratiæ & ſanctitatis.* Eidémque tribuo legem, *cunctos populos. inf. de fide Cathol.* & *leg.* 4. *inf. de quæſtionib.* vbi vide quæ dixi. ¶ Cæterùm, non vnâ hâc conſtitutione Theodoſius M. teſtatum fecit, quantum pudori & verecundiæ in nuptiis ſeu coniunctionibus tribueret, verùm & *d. l.* 5. quâ vt dixi fratris vxorem ducere, vel etiam vxoris ſuæ ſororem inhibuit: & tertiâ famoſâ conſtitutione, de vetitis conſobrinorum nuptiis, de quâ ad Libanium, iam & ad *l. celebrandis* 5. *Cod. de nupt.* Atque adeò tres hæ Theodoſij M. conſtitutiones notandæ, de prohibitis ab eo nuptiis: pudoris eius & verecundiæ hâc parte indices. Quinimò & quarta, quæ hos ipſos Iudæos reſpicit, *l. nemo Iudæorum* 7. *Cod. de Iudæis*, quâ vetat Iudæos morem ſuum in coniunctionibus retinere, vel iuxta legem ſuam nuptias ſortiri, vel in diuerſa ſub vno tempore coniugia conuenire.

III. * Impp. THEOD. & Valent. AA. Hierio PF. P."

SI donationum ante nuptias, vel dotis inſtrumenta, defuerint, pompa etiam, aliáque nuptiarum celebritas omittatur, nullus æſtimet" ob id deeſſe, recte aliàs inito matrimonio, firmitatem, vel ex eo natis liberis iura poſſe legitimorum auferri, ſi inter pares honeſtate perſonas, nullâ Lege impediente, fiat conſortium, quod ipſorum conſenſu, atque amicorum fide, firmatur: &c. Dat. x. Kal. Mart. Conſtantinop. Felice & Tauro COSS. [428.]

INTERPRETATIO. *Si occaſio talis emerſerit, vt nuptiæ ſolennitate debita careant, aut etiam donationes ſponſalitiæ fieri, aut dos celebrari non poſſit, ſed conuenientibus animis ſe matrimonio copulauerint, ſufficiet æqualibus perſonis conueniens electio atque conſenſus, ſic tamen, vt conſcientia intercedat amicorum, & tunc ſi ita res ceſſerit, & coniunctio ſtabilis, & filij legitimi probabuntur.*

### NOTÆ.

* *Lex* 22 *C. eod. tit.* Et iungendæ huic, *lex vn. ſup. de omiſſâ impetratione actionis, & lex vlt. ſup. de ſponſalib. lex vlt. inf. de dotibus: lex vlt. inf. de naturalibus filiis: lex vlt. inf. de legitimis hæreditatib.*
" *Hierius* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio Iun. vide *Proſopogr.*
" *Exiſtimet.*

COMMENTARIVS.

SOLEMNIVM νομίμων Nuptialium, & quatuor quidem, neceſſitatem *hâc l.* remittit Theodoſius Iun. Donationum, inquam, ante nuptias, vt & Dotis inſtrumenta ſeu tabulas, Pompam item nuptialem, aliámque Nuptiarum celebritatem omiſſam, matrimonium aliàs rectè contractum,

tractum, neque infirmare, neque ex eo natis liberis iura legitimorum auferre, *hac conſtitut.* deſinit. De *Tabulis* ſanè dotalibus id iam ſcripſerat Papinianus, *in l. donationes. 31. ff. de donation.* tabulas videlicet non facere matrimonium: vt & Gaius *in l. 4. ff. de pignorib.* Idque etiam ſcriptum extat *l. 9. & 13. C. de nupt.* Donationis verò ante nuptias par ratio. Nam etſi inſinuatio ad eius validitatem regulariter requiratur, quod & ipſe Theodoſius Iun. probauit, *l. vlt. ſup. de ſponſal.* (quæ huic inter alias iungenda eſt,) attamen ad nuptiarum validitatem neceſſaria non eſt. De *Pompâ* denique aliiſque nuptiarum celebritatibus idem à Theodoſio Iun. *hac l.* conſtituitur. *Pompa*, eſt frequentia affinium & amicorum ad ſolennem ſponſæ in domum deductionis ritum, quod veteres *Officium* dixêre: de quo more egerunt quibus hæc ſpecialis cura Ritus nuptiarum excutere. Huius ſanè æui pompam nuptialem, in quibus & cantus, & ſcænici, & feſcennina verba, Lampades, Choreæ; Chryſoſtomus ſubinde exagitat, ac nominatim *Homilia 48. in cap. 24. Geneſ. in fin. & Homil. 56. in pr.* Denique ſolennium horum omnium neceſſitatem præcidit, *h. l.* Theodoſius Iun. vt cæteroquin formarum & formularum veterum complurima antiquauit, *hac ipsâ conſtitut.* cuius partes quoque ſunt *lex vn. ſup. de omiſſâ action. impetr. & lex vlt. ſup. de ſponſal. & lex vlt. inf. de dotib.* Quibus ſanè *legibus* qualiacunque verba ad exactionem dotis ſufficere Theodoſ. Iun. iubet: Item impetrandæ actionis neceſſitatem remittit, ſeu formulas actionum: Item donationis ante nuptias (de quâ *initio huius l.*) traditione non ſecuta inſinuatio *quocunque tempore facta fuerit*, valere iubetur: Imò & certis caſibus, neque inſinuata. Denique Theodoſius Iun. & aliàs quod ipſemet profitetur *l. vlt. inf. de donationib.* obſeruationem iuris contrahendam cenſuit.

¶ Viceuerſâ quatuor conditiones in Nuptiis *hâc l.* requirit Theodoſius Iun. quarum prima eſt, vt inter pares honeſtate perſonas eæ celebrentur, ſeu æquales, vt Interpres habet, *que ce ſoit vn Mariage aduenant, que la fille ſoit* emparagée, *comme en la couſtume d'Anjoux, & du Maine*: Impares ſcilicet nuptiæ legitimæ non ſunt, vt etiam Apuleius *lib. 6.* ſcribit: *Innupta ego, fruſtra filium dicam: impares enim nuptiæ, & præterea in villa, ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri; ac per hoc ſpurius iſte naſcetur.* Cæterum de imparibus nuptiis conſuli poſſunt, quæ ad *leges decemuirales*, & quæ ad *Legem Papiam de maritandis ordinibus*, notari ſolent. Secundum requiſitum eſt, vt *nulla lex huiuſmodi nuptias* impediat: Non enim inter omnes pares honeſtate perſonas connubij ius eſt, veluti inter Iudæum & Chriſtianum, *l. prox. ſupr.* Inter Prouincialem, & officium in Prouinciâ adminiſtrantem, *tit 6. ſupr. & tit. 11. inf.* Inter proximas perſonas *tit. 12. inf.* inter prouinciales & gentiles, *tit. 14. inf.* Tertium requiſitum eſt conſenſus partium; De quo eſt quoque Chryſoſtomi locus *d. Homil. 56. p. 746.* vbi pompam nuptialem damnans Leges quoque aduocat. τοῦτο καὶ οἱ ἔξωθεν ἴσασι νόμοι καὶ αἰτίαν τῶν περὶ ταῦτα ἐκολασκότων λεγόντων, ὅτι συνοικέσιον οὐδὲν ἕτερον συνίστησιν ἢ συνήθεια. Poſtremum, vt nuptiæ amicorum fide firmentur, id eſt, vt Interpres habet, vt conſcientia amicorum intercedat: de quo ad *l. 1. ſup.* Clandeſtinæ proinde nuptiæ his verbis prohibentur: Breuiter igitur in Nuptiis, dummodò honeſtas ſeruetur, dummodò leges non intercedant, duo hæc ſufficiunt, Conſenſus partium, & amicorum fides ſeu interuentus & præſentia. Illud hic omittere non poſſum, quod Ambroſius notat *ad virginem lapſam, c. 6.* de Decem teſtibus in ſponſaliis conficiendis, & nuptiis conſummandis: *Nam ſi inter decem teſtes confectis ſponſaliis, nuptiis conſummatis, quæuis viro fœmina coniuncta mortali, non ſine magno periculo perpetrat adulterium, quid putas fore ſi inter innumerabiles teſtes Eccleſiæ coram Angelis, exercitibus cœli facta Copulæ ſpiritalis per adulterium ſoluitur.* Qui quidem etiam decem teſtium, quibus publicè denuntiandi poteſtas eſſet, numerus quibuſdam legibus & Edicto Prætoris præſtitutus, veluti *c. 5. legis Maniliæ*, & apud Valerium Probum *in notis edicti Prætorij*, de quo v. Briſſon. 2. *ſelect. c. 17.* ¶ Sed quid de εὐλογίᾳ ſeu ἱερολογίᾳ dicemus, quæ hîc non exprimitur? De paganico ritu, vbi ſacrificium & Auſpices adhibitos notum eſt, non quæro: verùm de ſacra benedictione in Chriſtianorum nuptiis. Certè eius hoc Codice nulla mentio occurrit: Neque Theodoſius Iun. id *hâc leg.* requirit: neque Valens Imp. *lex 6. inf. de tyronibus.* Neque etiam vllus eſt hâc de re apud Iuſtinianum locus expreſſus, etſi *l. 24. Cod. hoc tit.* nuptiarum feſtiuitas, & vota requirantur. Et veterem tamen Eccleſiam & in his Africanam eâ vſam colligitur, non ex vno Tertulliani loco. Primus occurrit *fine libri 2. ad vxorem: vnde ſufficiam ad enarrandam tantam felicitatem matrimonij; quod Eccleſia* CONCILIAT, *& confirmat oblatio, & obſignat* BENEDICTIO, *Angeli renunciant, Pater rato habet.* Quo quidem loco Eccleſia matrimonium conciliare dicitur: quia, quod alia loca mox oſtendent, ab Eccleſiaſticis fermè coniuges poſtulabantur, ſupérque matrimonio hi conſulebantur, apud hos matrimonij profeſſio fiebat: benedictione denique Eccleſiaſtici coniuges dabant: Et in ſummam illo loco Tertullianus alludit ad quinque ritus Gentilitios qui in Nuptiis interueniebant: Conciliatores ſcilicet ſeu proxenetas nuptiarum, de quibus ad *l. 1. h. t.* oblationem oſculi & arrarum, obſignationem tabularum, Amicorum teſtiúmque fidem (vt *hâc l.* vocatur) præſentiam, Parentis denique conſenſum ſi de Liberorum nuptiis ageretur: Quibus Tertullianus totidem quæ in matrimonio Chriſtiano interueniebant, opponit: Conciliationem Eccleſiæ ſeu Eccleſiaſticorum, oblationem precum, obſignationem quæ fit benedictione Eccleſiaſticorum, Renunciationem, fidem, teſtimonium Angelorum, Ratihabitionem patris noſtri cœleſtis. Secundus Tertulliani locus exſtat, *lib. de pudicitia cap. 4. Ideò penes nos occultæ quoque coniunctiones, id eſt, non priùs apud Eccleſiam* PROFESSÆ *iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur: nec inde conſertæ obtentu matrimonij crimen eludant.* Vbi *Profeſſæ* rursùm *apud Eccleſiam*, ſunt profeſſæ apud Eccleſiaſticos. Tertius Tertulliani locus eſt, *de monogamiâ, c. 11. Vt igitur in Domino nubas, ſecundum Legem & Apoſtolum, ſi tamen vel hoc curas, qualis es id matrimonium* POSTVLANS, *quod eis à quibus poſtulas, non licet habere? Ab Epiſcopo monogamo, à Presbyteris & Diaconis eiuſdem ſacramenti* (id eſt, monogamis pariter) *à viduis, quam ſectam in te recuſaſti: Et illi planè ſic* DABVNT *viros & vxores quomodo buccellas, Hoc enim eſt apud illos, omni petenti dabis, & coniungent vos in Eccleſiâ virgine, vnius Chriſti vnicâ ſponsâ.* Sic & in Italia vſurpata benedictio, vt diſcimus ex B. Ambroſij loco, *lib. 9. ep. 70. cùm ipſum*, inquit, *coniugium velamine ſacerdotali, & benedictione ſanctificari oporteat, quomodo poteſt coniugium dici, vbi non eſt concordia?* Imò ex epiſtolâ quoque ad Polycarpum, quæ Ignatij dicitur quinta, idem diſcimus: πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι, καὶ ταῖς γαμούσαις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Κύριον καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Id eſt, *Decet autem ducentium & nubentium coniunctionem*



*coniunctionem fieri cum Epiſcopi ſententiâ, vt ita nuptiæ ſecundum Dominum ſint, non autem ſecundum concupiſcentiam.* Eſt & hâc de re Nazianzeni locus *ep. 57.* vbi ait, nuptiis Olympiadis adfuiſſe Epiſcoporum gregem, καὶ παρῆν ἐπισκόπων ὅμιλος: & de ſe mox ſubiicit. ἐπεὶ τῷ γε βούλεσθαι καὶ πάρειμι καὶ συνεορτάζω καὶ τὰς νεῶν τὰς δεξιὰς ἀλλήλαις τε ἐμβάλλω καὶ ἀμφοτέρας τῇ τοῦ Θεοῦ. Id eſt, *nam & ego animo & voluntate adſum, ſimúlque feſtum celebro, iuueniléſque dexteras inter ſe iungo, atque vtraſque Dei manui.* Ex Concilio quoque Carthaginenſi 4. hic locus adfertur, *canone 13. Sponſus & ſponſa, cùm benedicendi ſunt à ſacerdote, à parentibus ſuis vel paranymphis offerantur: qui cùm benedictionem acceperint, eâdem nocte pro reuerentiâ ipſius benedictionis, in virginitate permaneant.* Ex his locis omnibus patet, profeſſionem nuptiarum apud Epiſcopos & presbyteros factam, interueniſſéque adeò in nuptiis Eccleſiaſticas perſonas, benedictioníſque proinde ritum in nuptiis apud veteres Chriſtianos vſurpatum: Nondum tamen ſub facie Eccleſiæ totius, verùm domi. Imò & hæc ipſa benedictio poſtea neglecta, quam ideò reuexit, nuptiáſque adeò huic benedictioni præciſè ſubiecit in Oriente Leo Imp. *Nouellâ 98.* περὶ τοῦ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐρρῶσθαι: (Eiuſdémque idem meminit Nouella 74. περὶ τοῦ μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τοῦ γάμου συμφθάσῃ καιρός.) & *Nouella* Alexij Comneni: vide & Scholiaſten Harmenopuli *lib. 4. t. 4.*

# DE SECVNDIS NVPTIIS. *

## TITVLVS VIII.

## V. COD. IVST. IX.

## PARATITLON.

AD SECVNDAS NVPTIAS tranſire, *l. 2.* migrare, *l. 2.* in ſecundas nuptias conuenire, *l. 4. infr. de reuoc. donat.* in ſecundi matrimonij fœdus innubere, *l. 1. infr. de reuoc. donat.* perdito marito, ſeu defuncto coniuge, *l. 1. h. t.* alteri innubere, *d. l. 1.* intra anni (id eſt, XII. menſium) ſpatium fœminæ prohibentur, *d. l. 1.* alioquin infamiâ notantur, & omnia quæ de prioris mariti bonis conſecutæ ſunt, amittunt; *d. l. 1.* ¶ Imò etſi emenſo tempore ad ſecundas nuptias tranſeant, modis tamen quibuſdam coërcentur. Primò enim fuit hæc ſecundò nubentium pœna, ex Conſtantij mente, vt factam à ſe donationem in filium ob ingratitudinem reuocare non poſſent, *l. 1. & 4. infr. de reuoc. donat.* Secundò, ſi filios ſeu liberos ex priore matrimonio extantes habeant, *l. 2. & 3. h. t.* quidquid ex facultatibus prioris mariti quoquo titulo pleno proprietatis iure adſecutæ ſunt, vel etiam ex ſucceſſione vnius liberorum, ad filios tranſmittere debent: poſſidendi tantum ea in dies vitæ iure, ſeu vſufructu conceſſo, non etiam abalienandi facultate, ſed ſaluâ liberis ex priore matrimonio proprietate, *l. 2. & 3. h. t.* Quod ipſum patribus ſecundas nuptias contrahentibus non imperatur, ſed ſuadetur: *d. l. 2. in fin.* Certè ſi nullos habeant huiuſmodi fœminæ ex priore matrimonio liberos, plenum proprietatis ius in omnibus illis bonis habent, *d. l. 2.*

---

### 1. * Imppp. Grat. Valent. & THEOD. AAA. Eutropio PF. P.″

SI qua ex fœminis perdito marito, intra anni ſpatium alteri feſtinarit innubere″ (parum″ enim temporis poſt x. menſes ſeruandum adiicimus, tametſi idipſum exiguum putemus) probroſis inuſta″ notis, honeſtioris″ Nobiliſque perſonæ & decore & iure priuetur; atque omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel iure ſponſaliorum, vel iudicio″ defuncti coniugis conſecuta fuerat, amittat: Et″ ſciat nec de noſtro beneficio, vel adnotatione, ſperandum ſibi eſſe ſubſidium. Dat. III. Kalend. Iun. Conſtantinop. Eucherio & Syagrio COSS.″ [381.]

INTERPRETATIO. *Mulier, quæ poſt mortem mariti, intra annum alteri viro nupſerit, ſciat ſe infamiæ ſubiacere, & notabilem vſque adeo reddi, vt quæcunque ſponſalitia largitate percepit, vel ſi per teſtamentum ipſi aliquid prior maritus donauit, amittat, & totum illius filiis cedat. Si filij non fuerint, illis profuturum perſonis, qui priori marito gradu proximiori iunguntur, & hoc ſibi per ſucceſſionem poterunt vindicare.*

## NOTÆ.

* Lex 1. *C. eod. t.*
" *Eutropius* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio M.
" *Nubere*, ita Tribonianus; *Innubere* ait Nonius poſitum pro *tranſire*, quod hæ quæ nubunt, ad domos maritorum tranſeunt. Lucilius 6 *Satyrarum*,

*Suam enim inuadere atque innubere cenſent.*

Hac voce rurſum vtitur *lex 1. inf. de reuocand. donation.*
" *Paruum enim tempus*, ita Tribon.
" Paruum & exiguum tempus, annuum.
" Ita in *l. 7. ſup. de inoff. teſtam.* Cui inuſtæ notæ deteſtabilis turpitudinis. Ita quoque fortè legendum *l. 7. inf. de hæretic. ſub perpetuâ iniuſta infamiæ notâ*: non *iuſtæ*: quæ lex eiuſdem Theodoſij eſt, eodem anno & menſe.
" *Infamis* definitionem nota.
" Vltimâ voluntate, teſtamento.
* Sequentia omiſit Tribonianus, vt & Anianus; de cuius rei ratione mox viderimus.
" His ipſis coss. & hoc menſe habita Synodus Conſtantinopolitana.

## COMMENTARIVS.

THEODOSII M. duæ conſtitutiones *initio huius tituli* de ſecundis Nuptiis proponuntur: Hâc priore IMMATVRIS ſecundis viduarum, ac fermè Senatoriarum, nuptiis fibulam imponit; & tempore, & pœnis ſimùl auctis. Quod *Tempus* attinet, anno integro maritum elugeri iubet ab vxore, antequam ad ſecundas nuptias tranſeat: Anno, inquam, integro, id eſt, duodecim menſibus; quod hac Theodoſij M. primùm conſtitutione inductum puto (quod etiam Cuiacius & poſt eum Ræuardus, 1. *variar.* 20. rectè tutatur) cùm hactenus legitimum luctus tempus decem tantùm menſium foret iam inde à Romuli temporibus, (de quo notus eſt *Ouidij* locus,) ſub quo ſcilicet annus quoque decemmeſtris erat. Nam etſi mox à Numa annus duobus menſibus auctus fuerit, non ideò tamen *luctus tempus* auctum fuit, verùm decemmeſtris perſtitit. Teſtatur id Lex Iulia Miſcella, quæ hanc conditionem *ſi iterum non nubat*, remittit intra annum nubenti, quod non faceret ſi integer annus luctu explendus fuiſſet: Vide *Nouellam* 22. *cap.* 43. *& tit. Cod. de indicta viduitate*: Idque nominatim etiam teſtatur Seneca, *libro de conſolatione*: Itaque quod idem Seneca *alibi*, & Liuius *lib.* 2. & Cornelius Nepos, *in lib. de viris illuſtribus*, & Apuleius *lib.* 8. (qui ſub Diuis Fratribus vixit, non poſt Theodoſium Magnum, quod Cuiacius alicubi putauit,) de anno ſcribunt, de Romuleo intelligendum eſt: Propterea etiam Tribonianus *tempus decem menſium*, quod edicto perpetuo comprehenſum fuerat, expunxit, eiúſque loco, & in ipſo edicto, *& in l. 15. Cod. ex quibus cauſis infamia*: hæc verba ſubſtituit: *Tempus quo elugere virum moris eſt*: vt *& in l. 8. 10. 11. ff. de his qui notantur infamia*: hæc verba ſubiecit, *legitimum tempus*. Denique id hæc lex euidentiſſimè teſtatur, quâ Theodoſius apertè profitetur, ſe ad Decem menſes ſeu *poſt decem menſes paruum temporis adieciſſe*. Additum verò hoc duorum menſium tempus à Theodoſio M. non, quod vir doctus cenſebat, propter turbationem ſanguinis, quaſi intra illud tempus turbatio ſanguinis timeretur: Neque quia id tempus Chriſtiani obſeruabant ad Anniuerſaria celebranda: de quo eſt Tertulliani locus *lib. de Coronâ militis*: verùm, quod ex *hâc l.* ſatis colligere licet, ſtudio tantum refrænandæ muliebris libidinis.

¶ Duas autem *pœnas* Theodoſius M. *hac lege* proponit viduis ante annum ad ſecundas nuptias feſtinantibus: Prima eſt *infamia*, quæ etiam edicto perpetuo comprehenſa iam fuerat: *l. 1. ff. de his qui notantur infamia, & l. 15. Cod. eod. tit.* idque ius notiſſimum vocat *lex 1. Cod. de ſecundis nuptiis*, & *lex 4. Cod. ad S.C. Tertyll.* Altera pœna eſt, vt cuius mariti defuncti memoriam hoc facto vidua neglexit, bona quoque omnia quæ ab eo quomodocunque conſecuta eſt, amittat.

¶ Et hæc quidem in tantum, vt ne Principis quidem beneficio has pœnas euitare poſſit mulier: quod tamen Interpres omiſit, & Tribonianus reſecauit; prælatâ *lege ſolet 10. ff. de his qui notantur infamia: vt & l. 4. Cod. ad SC. Tertullianum.* Solet enim à Principe impetrari, & poteſt, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat, quod à Senatu antea impetrari ſolitum Plutarchus *in Antonio* teſtatur, ſi modò prægnans illa non ſit: quemadmodum Caligulam legitimi huiuſce temporis gratiam aliquando feciſſe Dio *lib.* 58. ſcribit, ſub hac nominatim conditione, *ἄν γε μὴ ἐν γαστρὶ ἔχωσι.* Sed & ſi abſque indulgentia Principis vidua nuptias intra annum luctus repetierit, Principi tamen poſtea fas eſt, (vt Caſſiodorus 3. *variar.* loquitur,) *maculoſas notas vitioſæ opinionis abſtergere*, pœnáſque immaturi matrimonij remittere. ¶ Cœterum neque illud prætermittendum, de Senatoriis & Nobilibus fermè viduis hanc Theodoſij M. legem eſſe: quod indicant illa, *honeſtioris* NOBILISQVE *perſonæ & decore & iure priuetur*. Nempe horum potiſſimùm cupiditatibus frænos ſubinde imponi oportuit, aduerſus honeſtatem ad ſecundas nuptias feſtinantium: quod etiam docuit lex Valentiniani Sen. putà *lex 1. ſup. de nuptiis.* Etſi & ad alias quoque viduas hæc lex pertineat.

¶ Neque illud tranſeundum, datam *hanc leg.* à Theodoſio M. tempore Concil. Conſtantinopol. vt nõ dubitem ex Patrũ Conſtantinopolitanorum ſententiâ hanc ipſam leg. à Theodoſio M. ſancitam.

---

## II. * Iidem AAA. Floro PF. P."

FOEMINÆ, quæ ſuſceptis ex priore matrimonio filiis, ad ſecundas" tranſierint" nuptias, quicquid" ex facultatibus priorum maritorum ſponſaliorum iure, quicquid etiam nuptiarum ſolemnitate perceperint, quicquid aut mortis cauſa donationibus factis, aut teſtamenti" iure directo, aut fideicommiſſi, vel legati titulo, vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis" maritorum fuerint adſecutæ, id totum, ita vt perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedenti





coniugio habuerint, tranſmittant, vel ad quemlibet ex filiis (dummodò ex hiis tantum", quos tali ſucceſſione digniſſimos, iudicamus) in quos" contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quidquam eædem fœminæ ex iiſdem facultatibus abalienandi" in quamlibet extraneam perſonam, vel ſucceſſionem" ex alterius matrimonij coniunctione ſuſceptam, præſumant. Atque habeant poteſtatem poſſidendi" tantùm" in diem vitæ, non etiam abalienandi facultate conceſſâ. Nam ſi quid ex iiſdem rebus per" fraudem ſæuioris" animi in alium quemlibet fuerit à poſſidente" tranſlatum, maternarum" redintegrabitur compenſationibus facultatum: quo inlibata ad hos quos ſtatuimus hæredes" bona, & incorrupta perueniant.

¶ Illud" etiam addimus legi", vt ſi aliquis ex iiſdem filiis, quos ex priore matrimonio ſuſceptos eſſe conſtabit, fortè deceſſerit, qui ſorores" vel ſororem, non etiam fratrem relinquens, Senatus conſulti beneficio matri ſimul ac ſororibus ſucceſſionis locum feciſſe videatur, ſeu etiam filia, quæ nullo exiſtente fratre, & ſuperſtitibus matre ac ſororibus tantum, adeundæ hæreditatis locum matri pro dimidia portione ſeruabit, quod ſucceſſionis beneficio mater videbitur conſecuta, in diem vitæ pro ſibi debita portione ſola tantum poſſeſſione delata; omne hiis qui ſupererunt ex priore ſuſcepti" matrimonio filiis" relinquat, nec ſuper iſtiuſmodi facultatibus teſtandi in quamlibet aliam" extraneam perſonam, vel quicquam abalienandi" habeat poteſtatem.

¶ Quòd ſi nullam ex priore matrimonio habuerit ſucceſſionem, vel natus natíve deceſſerint, omne quod quoquomodo percepit, pleni" proprietate iuris obtineat, atque ex" iis nanciſcendi dominij, & teſtandi circa quem voluerit liberam habeat poteſtatem.

¶ Similiter etiam admoneri *Maritos* volumus, & pietatis & Legis exemplo, quos etſi vinculo non aſtringimus, velut impoſitæ ſeuerius ſanctionis, religionis tamen iure cohibemus, vt ſciant id à ſe promptiùs ſperari, contemplatione iuſtitiæ, quod neceſſitate propoſitæ obſeruationis matribus imperatur: ne ſi ita neceſſitas perſuaſerit, circa eorum perſonam ſubſidio ſanctionis exigi ab eis oporteat, quod optari interim" ſperarſque condeceat. Dat. † VI." Kal. Ian. Conſtant. Antonio & Syagrio COSS. [382.]

INTERPRETATIO. *Mulieres, quæ amiſſis maritis ad alias poſtea nuptias legitimo tempore, id eſt, expleto anno, venerint, ſi ex priori marito filios habuerint, quicquid per ſponſalitiam largitatem, vel nuptiarum tempore conſecutæ ſunt, totum filiis conſeruabunt, nec in alias vel extraneas perſonas nouerint transferendum. Quicquid vero prior maritus per teſtamentum, ſeu fideicommiſſum, ſeu legati titulo, vel mortis cauſa vxori donauerit, de his rebus quas tali mulier donatione percepit, ſeu omnibus filiis, ſeu in vnum pro merito ſeruitij, ſi conferre voluerit, liberam habebit facultatem, ita vt ei de bonis prioris mariti à filiis" ipſius quicquam alienare non liceat. Quod ſi præſumpſerit, de propriis facultatibus nouerit compenſandum. Hoc ſpecialius huic legi credidit inſerendum, vt mulieri, cum ad alias nuptias venerit, ſi de filiis quos ex matrimonio priore ſuſceperat, maſculus moriatur, eo caſu vt matrem & ſorores, aut certe ſorôrem ſuperſtitem dimittat, & fratrem non dimittat, qui matrem poſſit excludere, tunc beneficio legu, mater, cum filiabus, vel filia, æquali ſorte ſuccedat. Si vero filia moriatur, & matrem & ſorores tantum dimittat, dimidiam defunctæ filiæ hereditatem mater adquirat, & media ſororibus ſeu vna, ſeu plures ſint, proficiat: Ea tamen ratione, vt dum" aduixerit mater, adquiſitam ex hac filij aut filiæ medietatem tantummodo in vſufructû poſſideat. Et reliquis, ſi ſupererunt ex priore matrimonio, filiis, poſt obitum derelinquat, ad alias perſonas in transferendo nec per teſtamentum, nec per donationem habitura licentiam. Cui mulieri ſi de priore marito filij non ſuperſint, tunc quæcunque, quæ ſub hac occaſione percepit, ſibi velut propriam vindicet facultatem, & in quemcunque voluerit iure tranſmittat.* ¶ *In hac etiam lege ſimilem & patribus mortuis vxoribus condicionem, ſi ad alias nuptias venerint, voluit obſeruari, vt ſi de priore vxore filij vel filiæ fuerint, ex quibus aliqui moriantur, & in ſuam portionem locum patri faciant, poſt illius obitum fratribus vel ſororibus, qui ſupererunt de ipſo coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam poteſtatem ad alias tranſire perſonas.*

## NOTÆ.

* *L. fœmina 3. C. eod. t.* & fortè *huic iungenda* eſt *lex 3. inf. de abolitionibus.* Meminit huius leg. *lex 3. proximè ſequens*: ſed & *lex vn. ſup. tit. proximo*: & Theodoſius Iun. *Nouellâ de paternis ſeu maternis bonis 7.*
" *Florus* PP. ſub Theodoſio M. vid. *Proſopogr.*
" *Poſt tempus luctui ſtatutum*; id additum â Triboniano: quomodo & *l. proximâ, emenſo tempore*, id eſt, vt Interpres ea verba interpretatur, poſt tranſacta luctus tempora. Legitimè igitur ſeu legitimo tempore, id eſt, expleto anno, vt rectè Interpres hic.

" Obſerua ſeptem liberalitatis maritalis in vxorem genera : 1. Sponſaliorum tempore, 2. Nuptiarum ſolemnitate, 3. Mortis cauſa donatione, 4. Hæreditate, 5. Fideicommiſſo, 6. Legato, 7. Donatione, morte ſcilicet confirmatâ.
" *Solemnitas* nuptiarum.
" *Teſtamento.* Cod. Iuſt. *Teſtamenti* iure directo, meliùs.
" *Vt, dictum eſt, priorum maritorum*, ita Tribonianus.
" *Sit*, hoc vinculum amplius in Cod. Iuſt.
" *In quem*: ita Cod. Iuſt & fortè melius.
" *Eadem* fœminæ, pro *eidem*.
" *Alienandum*: Cod. Iuſt. *Abalienandi* vox hîc, & mox; hîc propria magis; *Abalienare*, eſt in fraudem eius, cui res deſtinata eſt alienare.
" *Atque fruendi*: hoc ampliùs Tribonianus pro interpretamento: *Poſſidendi* poteſtas, id eſt, fruendi.
" Abſunt hæc verba à Cod. Iuſt. Quod non oportuit: de quo mox.
" Eſt, qui legat *ſcæuioris*; quæ vox etſi alibi legitima ſit, eam tamen hîc reponi nil neceſſe eſt.
" *Ab ea*, ita Tribonianus: quod eodem redit.
" Sublatâ verborum ambage pompâque, ita Tribonianus, *ex maternis redintegrabitur facultatibus*.
" *Liberos*, ita Tribonianus: Quo nil opus erat: *Hæredes* hîc ſunt liberi.
¶ " SECVNDA primi capitis ſententia, *de bonis quæ ex ſucceſſione vnius ex liberis ad matrem peruenerunt*.
" *Huic legi*: ita Tribonianus, addita ſcilicet voce *huic* quo nil opus erat.
" Tota hæc periodus, vſque ad ea verba, *in diem vitæ*, à Triboniano prorſus immutata eſt. De cauſa mox viderimus.
" *Suſceptis*. Cod. Iuſt. malè.
" *Filiis*, id eſt, filiabus: vid. quæ dicam ad *l. 8. inf. de legitim. hæred.*
" Hæc vox abeſt à Cod. Iuſt.
" *Alienandi* ruſsù in Cod. Iuſt.
¶ " TERTIA primi capitis ſententia, *de muliere nullos liberos ex priore matrimonio habente*.
" *Pleno proprietatis iure* Cod. Iuſt. Et hoc noſtrum tamen rectum eſt: *Proprietas pleni iuris*, eſt pleno iure proprietas.
" *In*, Cod. Iuſt. Et hoc noſtrum tamen legitimum eſt.
¶ " SECVNDVM caput *huius leg. de* PATRIBVS, *ſeu de maritis*, quam Tribonianus penitus omiſit, propter *Nouellam* Theodoſij Iunioris *de paternis ſeu maternis bonis* 7. quâ Theodoſius Iunior Theodoſij Magni Aui ſui conſilium, quod *hac lege* continetur, in legis neceſſitatem tranſtulit.
" *Interim*, v. & *l. 2. inf. de deſertoribus*.
" xv Ita Anianus optimæ notæ.
' *A filiis alienare. v. Gloſſ.*
" *Dum ad vixerit.* vid. Cuiacium 8. *obſ.* 36.

## COMMENTARIVS.

MATVRIS etiam ſeu legitimis & Tempeſtiuis poſt luctus tempus emenſum ſecundis nuptiis, vt ex parte rectè vidit Interpres, fibulæ quædam *hac l.* à Theodoſio imponuntur; Ac nominatim mulieribus eorúmque legitimæ quodammodo intemperantiæ fibulam Theodoſius M. *hac l.* imponit: Non equidem, ne quis erret, ſecundatum nuptiarum odio, vel execratione vllâ, verùm vt liberis prioris matrimonij conſultum eſſe poſſit. Denique Liberorum priorum commodum tota hæc lex ſpectat: Nempe quod aliàs (vt eleganter poſt Baſilium M. D. Ambroſius *in 6. Hexæmeron* ſcribit) mutato concubitu parentes à ſobole deprauentur, & præferant liberos poſterioris copulæ, prioris autem negligant. Dicitur itaque *hæc lex* nonniſi bonis, quæ aut à priore marito, aut ab aliquibus ex priore coniugio liberis, ad matrem peruenerunt. Vult nempe Theodoſius M. *hâc leg.* liberis ex priore coniugio ſuſceptis ea bona, quæ dixi, omnia ſeruari, ſolo vſusfructus titulo penes mulierem ad ſecundas nuptias conuolantem, remanente: Niſi quod electio adhuc mulieri à Theodoſio M. conceditur, vt cui maluerit ex liberis ea bona, quæ diximus relinquere poſſit, *h. l.* & *Nouellâ* Theodoſij Iun. *de paternis, ſeu maternis bonis*, *l. generaliter 5. Cod. de ſecundis nuptiis*, quæ ex *eâ Nouellâ* deſumpta eſt: Satis videlicet, & abundè viſum Theodoſio M. ſi ea bona ad extraneos non deferrentur: iniquum viſum, ſi electionis ius matri, liberorum affectum retinendi, adimeretur. Quod ius tamen poſtea immutatum fuit, adempta etiam huius electionis matri poteſtate, ſiue in ſecundas nuptias venerit, ſiue non; *Nouella*, inquam, *Maioriani de ſanctimonialibus, & viduis* 8. & *Nouella Seueri* 1. quæ illam hâc parte confirmat, *Nouell. Iuſtiniani* 2. & 22. Iuuat hîc apponere Seueri elegantiſſima hanc in rem verba: *Sint ſanè, ſi ita libuerit, pro impenſis obſequiis in filiorum electione liberales, vſumfructum ſuum cui voluerint largiantur, proprietatis commoda cunctis pariter filiis deputata non minuant.* Et argumentatur *ibidem* à vi verborum illorum A FILIIS ALIENARE, quæ in *Lege* aliquâ fuiſſe oportet: *Nam quid eſt aliud à filiis alienare, ſi hoc non eſt, cùm proles numeroſa contigerit prætermiſſis cæteris, vni vel alij prauâ velle intentione largiri?* Ergo Maiorianus, Seuerus, & Iuſtinianus *æquâ lance* filios in hæc bona ſuccedere voluêre, quomodo Maiorianus loquitur: contra quàm *hâc l.* Theodoſius M. Et hæc quidem de bonis quæ à marito ad vxorem ſeu ad matrem peruenêre, vndè deſumpta eſt *Auth. lucra.* De bonis verò quæ vnius è liberis ſucceſſione proueniunt, illud notandum, quod *h. l.* indicatur, ex Senatuſconſulto Tertulliano, fratres conſanguineos, à fratris ſucceſſione matrem excluſiſſe, de quo vid. & *l. 2. inf. de legit. hæredit.* cum ſororibus verò matrem ius liberorum habentem, in filij ſucceſſione concurriſſe, quod etiam docuit *l. 2. ſup. de inofficioſo teſtamento, & lex 2. 7. 8. inf. de legitim. hæreditatib.* Et quidem cum ſororibus concurriſſe in dimidiam partem bonorum, ſic vt mater ſemiſſem, ſorores alterum ſemiſſem caperent, quod etiam à Iuſtiniano primùm confirmatum eſt, *l. vlt. Cod. ad SC. Tertullianum.* Verùm vtrumque ipſemet Iuſtinianus immutauit; Nam & matrem cum fratribus conſanguineis in virilem concurrere voluit *d. l. vlt.* quæ cauſa Triboniano fuit immutandæ huius periodi, illum, quem ſuperiùs notaui, in modum. Et idem *Nouellâ* 22. matrem cum ſororibus, pariter vt cum fratribus, in virilem ſuccedere voluit. Sanè olim multo magis, etiam maternus Auus, matrem ſecundò nubentem liberorum iure non ſubnixam excludebat, de quo eſt inſignis locus apud Libanium *epiſtolâ in MS. Regio, ad Iulianum* 571. qui *hîc* adſcribi meretur, velut inſignem veteris iuris ſtricturam continens, quæ alibi non occurrit: γαμεῖ γυναῖκα Μακεδόνιος, ᾗ παιδίον ἦν ἐκ προτέρων γάμων· τὸ δ' οἴχεται· βουλόμεθα δὴ κληρονόμον αὐτὴν τῆς οὐσίας τοῦ παιδὸς, γενέσθαι τὴν τοῦ παιδὸς μητέρα, πειθόμενοι καὶ τῇ πάππου χρήσασθαι φιλοτιμίᾳ, καὶ τὸν μὲν ΝΟΜΟΝ ἀφεῖναι, πρὸς δὲ τὸν ἔπαινον βλέποντος. Σὺ τοίνυν ὁ ἆθλος πεῖσαι τὸν ἄνθρωπον ὅτι μεῖζον κέρδος μὴ λαβεῖν τὰ τοιαῦτα, ἢ λαβεῖν. ἔστι δ' ἀμφοτέρωθεν πιθανός ἀπό τε τῆς δυνάμεως λέγειν, καὶ τοῦ σχήματος τῆς ἀρχῆς. ἀκούω δὲ τὸν πρεσβύτην εὐφημίᾳ τε χαίρειν, καὶ σκοπεῖν οὐχ ὅτι κτήσεται μᾶλλον ἢ ὅτι ἀκούσεται: μὴ τοίνυν ὀκνήσῃς καὶ καλέσαι καὶ διαλεχθῆναι καὶ καταστῆσαι πρᾶξιν φιλανθρωποτέραν ΝΟΜΟΥ. mox. πόρρω τε γὰρ αἰσχύνης εἰ τῇ τεκούσῃ μὴ χρημάτων, τῷ πατρὶ δ' ἐκείνης αἴτιος γένοιο δόξης, id eſt, *Ducit Macedonius vxorem, cui prioribus ex nuptiis filiolus erat, is verò mortuus eſt: bonorum autem pueri hæredem matrem aui loco fieri volumus perſuaſo auo liberalitate vti, & omiſſâ* LEGE *ad laudem reſpicere. Tuus proinde labor eſt homini perſuadere eiuſmodi res non accipere maius lucrû eſſe, quàm eas accipere: vtrinque autem ad perſuadendum eris idoneus tum ob dicendi facultatem, tum ob imperij vim. Audi verò ſenem & gloriâ gaudere, & conſiderare non tam quid quantùmve adquiret, quàm quomodo audiet. Non itaque pigebit te & vocare & colloqui & diſponere actionem* LEGE *humaniorem*, mox: *porrò enim procul abeſt, ſi diuitiarum quidem matri, illius verò patri gloriæ author fueris.* Vides legem memorari à Libanio: cui tamen obloqui videatur *lex 2. §. 15. ff. ad SC. Tertul. §. 3. Inſt. eod.* verùm vel caſus hic pertinet ad *l. 5. §. 2. ff. eod.* vel peculiare id in matre ſecundò nubente & ius liberorum non habente. Cæterum quæ de vſusfructus iure ad mulierem tantùm, ſecundas nuptias contrahentem, pertinente dicta ſunt, de ea accipi non oportet quæ nullos ex priore matrimonio liberos habet. Plenum quippe proprietatis ius, matrem binubam in iis quæ dixi bonis, obtinere vult Theodoſius M. Nempe cum tota hæc lex liberorum commodum ſpectet, ſanè vbi liberi nulli, nulla fibula matri opus. Et hæc de binubis matribus Theodoſius M. Non eadem eſt Patrum ad ſecundas nupias conuolantium ratio: Suadet equidem Theodoſius Magnus *h. l.* patri, vt ſi nouercam liberis ſuperduxerit, quidquid ex bonis matris eorum quocumque titulo conſecutus fuerit, eis ſeruet; optare id interim, & ſponte mauult Theodoſius, quàm patres vinculo, aut neceſſitate adſtringere, pietatis tantum religionis, iuſtitiæ iure & legis exemplo, eos inuitat, verecundiâ pleniſſimâ, & elegantiſſimâ ſententiâ, vt pudoris, & verecundiæ religioſiſſimus fuit Theodoſius M. Præſumebat ſcilicet Theodoſius M. patres haud tam facilè nouercalibus ceſtiros delinimentis, & inſtigationibus, quàm facilè ſequior ſexus, ſeu matres, mutato concubitu à ſobole deprauantur, ſed & paterni nominis reuerentia, legem hanc ſibi ſtatui vix admittit. Itaque cùm à matre fideiuſſor exigatur, in ſpecie *legis generaliter 5. Cod. de ſecundis nuptiis*, patri tamen remittitur, vt & in ſpecie *legis 1. ff. vſufructuarius quemadmodum caueat*, *l. inter*, *ff. de damno infecto*, *l. 4. §. vlt. ff. de verborum obligation. legis vl. §. proculdubio, Cod. de bonis quæ liberis*: Ita ſecundò nubenti matri, donationem ex ingratitudine reuocare non licet, *l. 1. & 4. inf. de reuoc. donat.* quod non ita in patre conſtitutum. In commune ſane ita; & aliàs ſuadere ſæpè Principes boni, priùs, & interim in experimentum malunt, quod Theodoſius *ſine legis* indicat, & hac priùs via tentant: quâ ſi non ſuccedat, ad leges tandem & neceſſitatem denenire neceſſe eſt. Ita quod Veteres, hæredi & iis qui per poteſtatem coniuncti ſunt, teſtamenti dictionem in teſtamento concedentes ſuadebant, ne hoc iure abuterentur, tandem in legis neceſſitatem quod ab illis ſuaſum fuerat, tranſlatum fuit: *§. 10. Inſtit. de teſtamen. ordinandis.* Suaſionis, & ſuaſoriæ huiuſmodi cùm nulla virtus ſit, & nudis præſumptionibus nitatur, quæ plerumque infirmæ ſunt, in neceſſitatem eas trahi tandem opus eſt. Itaque & hac parte quod Theodoſius Magnus veritus erat de patribus conſtituere, id poſtea nepos eius Theodoſius Iun. allegatâ hac Aui ſui conſtitutione conſtituit, eidem neceſſitati obſtrictis patribus, & ſuaſione iam verſâ in Legem & neceſſitatem, *Nouella Theodoſij* 7. ex qua deſumpta eſt lex *generaliter 5. Cod. de ſecundis nuptiis.* Quæ cauſa eſt, cur ſuaſoriam *huius l.* illam Tribonianus omiſerit *in l. 3.* quæ alioquin ex *hac lege* deſumpta eſt, vt & Interpres *huius l.* obſeruat. Proinde hac parte hodiè non ſunt ſeparandi mares à fœminis, patres à matribus, verùm omnes æquâ lege tenentur, vinculóque Legis ſubiiciuntur. ¶ Huius interim legis ſuaſoria, aliis ſuaſoriis legibus connumeretur: quæ non tam νόμοι ſunt, quam παραινέσεις, & συμβουλαὶ quæ duo quoque Chryſoſtomus rectè diſtinguit, *homil. 17. tit. 5.* & Theophilus *§. 10. Inſt. de teſtam.*



## III. * Impp. HONOR. & Theod. AA. Ioanni PF. P."

NVLLI videatur ambiguum, eorum quæ nuptiarum tempore mulieres accipiunt", etiamſi ad ſecundas nuptias, extantibus ex priore matrimonio liberis, emenſo tempore" fortè migrauerint, in diem vitæ vſumfructum circa eas debere durare, ſaluâ iis proprietate, quibus ius integrum poſt earum obitum Leges† ſacratiſſimæ" reſeruarunt, vt" manifeſtum eſt, quod" delatum ex priori coniugio liberis conſtat. Dat x. Kalen. Iul. Rauenn. DD. NN. Honor. VIII". & Theod. V. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Notiſſimum" valde eſt, has facultates quas tempore nuptiarum mulieres à maritis accipiunt, ſuo dominio vindicare: Et ſi maritum mori contigerit, qui tamen filios derelinquat, & poſt tranſacta luctus tempora legitime ad alias nuptias venerint, in diem vitæ ſuæ donatarum rerum teneant vſumfructum. Poſt obitum vero earum, ad prioris mariti filios omnia reuertantur, nec exinde aliquid matribus viuis filiis in aliorum iura transferre permiſſum eſt.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. quæ tamen hîc non fruſtra locum occupat: de quo mox plura. Memorat *hanc leg.* Papianus, *reſp. tit. 7.*
" *Ioannes* PP. Italiæ ſub Honorio. v. *Proſopogr.*
" A maritis ſcilicet, vt rectè etiam Interpres.

" *Luctus* vt rectè Interpres notat vide *legem* 1.*ſup.*
† Puta *lex* 2.*ſup.*
" *Sacratiſſimæ* leges.v.*Paratitlon' de Conſtitutionib.*
" *Id quod.*
" Poſtrema hæc ſententia corrupta videri poſſit; ſed non eſt: de quo mox.
" 38.VIIII.vt præfert etiam Anianus Codex optimæ notæ,& Faſti Conſulares euincunt.
" Gothicus ſtylus.

## COMMENTARIVS.

VSVMFRVCTVM ſaltem eorum bonorum, quæ à priore marito profecta ſunt, ad mulierem binubam pertinere (ſaluo liberis proprietatis iure) definit *h. l.* Honorius. Quod quidem non fruſtrà ab eo conſtitutum, ſeu repetitum eſt. Nam vt ſuperiorem legem extorſit matrum improbitas per occaſionem ſecundarum nuptiarum, bona in necem communium prioris matrimonij liberorum, abalienantium; ita hanc legem extorſit filiorum iniquitas, qui matribus ſuis ſecundò nubentibus vnà cum proprietate vſumfructum quoque ereptum volebant: Quibus *hâc lege* occurritur, eaque *huius legis* ferendæ cauſa fuit; Neque alia etiam eſt mens Arcadianæ *legis vnicæ inf. tit. prox.* Id verò apparet ex toto filo *huius leg.* tum ex illis nominatim verbis *nulli* VIDEATVR *ambiguum*, &c. ETIAMSI *ad ſecundas nuptias, migrauerint*, mox *in diem vitæ vſumfructum circa eas* DEBERE DVRARE, vbi & argumento à conuerſo vtitur Honorius: *vt* inquit, *manifeſtum eſt, quod delatum ex priori coniugio liberis conſtat*, id eſt; Quemadmodum verò manifeſtum eſt, quidnam iure delatum ſit liberis ex priore coniugio ſuſceptis, ita viciſſim nulli ambiguum videri debet, quid eodem iure, eadémque lege (Theodoſij M. ſcilicet *l. 2. ſuprà*) mulieribus binubis relictum fuerit: vt proindè hoc argumentum ſit, à conuerſo, ſeu contrario, & ab authoritate legis, cuius capita connexa, diuellenda non ſunt. Denique rem, & ſententiam manifeſtam, cum alterâ æquè manifeſta comparat, & quidem ex *eadem lege*. Quare argumenti vim non cepit hìc Interpres, etſi ſententiam teneat. Tribonianus etiam, eam ſuperfluam putauit, atque ideò abdicauit.

# SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER, CVI MARITVS vſumfructum reliquerit.

## TITVLVS IX.

### V. COD. IVST. X.

1.* Impp. ARCAD. & Honor. AA. Aſterio" Com. Orientis.

APERTA definitione ſignamus", longe aliud eſſe quod de rebus ante nuptias à Noſtra Manſuetudine conſtitutum † eſt, aliud quod de iis quæ ex patrimonio proprio vir ſuo arbitrio ad vſumfructum vxori derelinquit: nam in eo vſufructu, quem vir extremâ conſtituens voluntate, de rebus propriis vxor ide miſerit, ſtatim poſt ſecundas nuptias mulieri volumus imminere iacturam, ſecundum eam Legem †, quæ de hoc articulo non dubitatur emiſſa: De* vſufructu vero rerum ante nuptias donatarum; ea ſeruari, quæ Lex ſaluberrima" anterior plenâ definitione decreuit. Dat. XVI. Kal. Mart. Conſtantinop. Honorio A. IIII. & Eutichiano COSS. [398.]

INTERPRETATIO. *Clara interpretatione has duas ſententias explanauit, vt præter ſponſalitiam donationem, ſi maritus moriens de patrimonio ſuo vſumfructum reliquit vxori, iuxta voluntatem eius relicta poſſideat, ita vt ſi mulier poſtea alio viro nupſerit, mox vſumfructum ex teſtamento adquiſitum filiis eius refundat, à quo vſumfructum fuerat conſecuta: vſumfructum vero de ſponſalitia largitate vſque ad obitum ſuum ſicuti ſuperius alia lex locuta eſt, merito retinebit. Vnde hæc ipſa poſt obitum matris, ad illius mariti filios, qui donauit, proprietas reditura eſt.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. prælatâ alterâ illâ, & anteriore quidem, quam hæc ipſa memorat & comprobat, ibi *ſecundum eam legem quæ de hoc articulo non dubitatur emiſſa*, putà *l. vn. eod. tit.*
" *Aſterio* huic Comiti Orientis inſcribitur ſuperiore anno 397. *lex* 36. *inf. de operib publ. & lex* 7. *inf. de Aquaductu.* quæ duæ leges inter ſe coniungendæ ſunt: Meminit eius & Sozomenus *lib.* 8. *c.* 2. de eo plura *in Proſopogr.*
" Vide *legem* 90. *inf. de Decurionib & l.* 5. *inf. de annonâ & trib.*
† Arcadij hæc lex non extat: verùm Theodoſij M. patris in eandem ſententiam *lex* 2. *ſup. tit. prox.*
† Non extat *hæc lex* hoc Codice: ſed extat *l. vn. C. eod. tit.* cui ſubtexta vltima *huius l.* ſententia è Triboniano.
* *Legi vn. C eod. tit.* hæc ſententia à Triboniano addita.
" Intelligit fortè *legem* 2. *ſup. tit. prox.*





## COMMENTARIVS.

DIFFERENTIAM *hac l.* conſtituit Arcadius Imp. quoad mulierem ſecundò nubentem, inter ſponſalitiam largitatem mariti, & inter ea quæ idem maritus vſusfructus titulo vxori teſtamento reliquit. VSVMFRVCTVM ſcilicet rerum *ante nuptias donatarum* matribus quamlibet binubis ſeu ſecundò nubentibus (aduerſus liberorum prioris matrimonij molitiones) tuetur ſeu conſeruat *hac conſtitut.* Arcadius Imp. pariter vt Honorius frater ſimili occaſione conſeruare neceſſe habuit, *l. vlt. ſup. tit. prox. de ſecund. nuptiis.* Nempe poſteaquam ſemel proprietas donationis iſtius matribus binubis adempta fuit, etiam adimendi vſusfructus occaſionem liberi auidè arripuerunt; Vt fermè euenire ſolet, vt ij quibus leges conſultum eunt, eorum inexplebili auiditati fauces aperiantur. Ratio tamen *dubitandi* ex eo oriebatur, quod Arcadius cum Theodoſio patre, *l. vn. Cod. eod. tit. ſi ſecundo nupt.* conſtituiſſet, vſumfructum, quem maritus vltimâ voluntate vxori reliquiſſet, relictis liberis ei ſecundò nubenti auferri oportere. Quare, & de vſufructu rerum ante nuptias donatarum, idem dicendum, iam nonnullis videbatur, & hunc videlicet ei adimi oportere. Verùm *hâc Conſtitut.* Arcadius, hæc duo *vſusfructus* genera miſceri non oportere definit, verùm longam, & latam inter ea intercedere differentiam; Scilicet ea, quæ maritus vſusfructus titulo vxori teſtamento relinquit, alio iure cenſeri debet, quàm quæ pleno proprietatis iure à marito vxori ſemel donata fuerunt, etiãſi lex ea ad vſumfructũ aliquo caſu poſtea reducat, vt eſt donatio ante nuptias. Donatio enim hæc pleno proprietatis iure fit, ſed ſuſceptis poſtea liberis, vi & poteſtate iuris, ad vſusfructus titulum reducitur. Itaque ſi ſecundò nubat mulier, liberis ex priore matrimonio ſuſceptis, diuerſo iure hæc bona cenſentur. Vſumfructum quippe donationis ante nuptias, mulier ad ſecundas nuptias conuolans retinet, *l.* 2. *ſup. tit. prox. & l.* 3. *eod. tit.* at ex iis quorum vſumfructum maritus illi teſtamento reliquit, nihil retinet. ¶ Et ita quidem aptiſſimè cohæret hic *titulus* cum *ſuperiore*. Et Iuſtinianus tamẽ hoc ius ſeu diſcrimen iſtud poſtea abrogauit *Nouell.* 22. *cap.* 32. Vſumfructum quippe ſecundò nubenti mulieri, vt & marito, earum rerum quas coniux coniugi vſusfructus tantùm titulo reliquiſſet, ad ſecunda vota feſtinanti ſeruari voluit: atque adeò ſecundas nuptias hoc pœnæ genere ſoluit.

# SI* NVPTIÆ EX RESCRIPTO PETANTVR.

## TITVLVS X.

### * V. COD. IVST. Tit. VIII.

1.* Impp. HONOR. & Theod. AA. Theodoro PF. P.

QVIDAM vetuſti" iuris ordine prætermiſſo, obreptione" precum nuptias quas ſe intelligunt non mereri", de" nobis æſtimant poſtulandas, *Se" habere puellæ conſenſum* confingentes: Quapropter tale ſponſaliorum" genus præſentis Legis definitione prohibemus. Si quis igitur, contra hanc definitionem, nuptias precum ſubreptione meruerit, amiſſionem bonorum, & pœnam deportationis ſubiturum ſe eſſe non ambigat: Et amiſſo iure matrimonij, quod prohibitâ vſurpatione meruerit, filios ſe iuſte" hac ratione ſuſceptos non habiturum, nec vnquam poſtulatæ indulgentiæ adnotationiſve Principis" indulto efficacem ſe veniæ effectum meruiſſe". Exceptis" hiis, quos Conſobrinorum, hoc eſt quarti" gradus, coniunctionem, lex † Triumphalis memoriæ Patris" noſtri exemplo indultorum, ſupplicare non vetauit: Exceptiſque his, qui parentum ſponſionem de nuptiis filiarum impleri deſiderant, vel ſponſalia", hoc eſt arrarum data nomine, reddi ſibi præcepto legum cum quadrupli" pœna depoſcũt. Nos" enim peti de nobis nuptias ſupplicatione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum, vel ipſis adultis puellis, aut mulieribus impetrari: Nam ſi negato coniugio, quod fuerat ante promiſſum, lis aliqua Legum præcepto, naſcatur, de iure nos conſuli non vetamus. Dat. Kal. Feb. Rauennæ DD. NN. Honorio VIII. & Theod. III. AA. COSS. [409.]

INTERPRETATIO. *Fit aliquoties à quibuſdam, vt obliti ſeueritatem legum, obrepere Principis audeant Maieſtati, & coniugia ſibi expetant ex præcepto, quæ conſequi non merentur, vt de conſenſu parentum, vel puellæ mentiantur: qua de cauſa huiuſmodi audaciam interdicit. Quicunque ergo ſub tali obreptione matrimonium ſe obtinere putauerit, & amiſſione bonorum, & exilij relegatione ſe nouerit eſſe damnandum: nec matrimonium quod taliter quæſierit, habiturum, nec filios tali ordine & ambitione ſuſceptos legitimos appellandos: nec etiam per ſupplicationem huius præſumptionis veniam promereri. His vero quos in tertium &*

*quartum gradum originis coniunctio præſumptiua copulauerit, quia notabile eſt, tamen ſi ſupplicauerint, veniam relaxauit. Nec his interdici, vt præceptum expetant Maieſtatis, qui parentum placito copulantur. Illi vero qui pactu ſibi viuis parentibus puellis, ab ipſis puellis poſt parentum obitum contemnuntur, præcepti tenore, in quadruplum arrharum nomine data vel donata recipiant: nam de reliquo ſi ante definita non fuerint, per ſupplicationem coniugia poſtulari omni ſeueritate prohibuit. Cæterum ſi cum parentibus puellæ, aut cum ipſa puella quis de nuptiis pactus fuerit, & vnus ex his voluerit de placito eius reſilire, nos ab eo qui diſpicitur conſuli non vetamus. Reliqua" pars legis iſtius alibi iam habetur expoſita.*

## NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. eod. tit.* hinc interpolata eſt.
" *Theodorus* hic PP. Italiæ fuit ſub Honorio A.D. 408. & 409. v. *Proſopogr.*
" *Vetuſtum iuris ordinem* vocat, parentum de nuptiis filiarum ſponſionem, vt probat verſiculus. *exceptiſque his:* item verſiculus *nos enim:* Vt & conſenſum ipſius puellæ *ibi, ſe habere, &c.* & verſiculo, *nos enim.*
" *Subreptione*, infrà, *verſiculo, ſi quis.*
" *Mereri*, id eſt, impetrare à parentibus non poſſe: vt *fine l.* vide *Gloſſ.*
" *A nobis*, Cod. Iuſt.
" *Sæpè* Cod. Iuſt. Precibus hoc fermè inſerebant: *Quòd de puella voluntate ſecuri ſatis aduerſos tantum experirentur parentes, itaque Principes authoritatem ſuam interponerent.*
" *Sponſaliorum* vox pro *nuptiis*: antecedens pro conſequenti.
" *Filios ſe ex hac coniunctione ſuſceptos non habiturum.* Cod. Iuſt. omiſsâ inter alia voce, *iuſta.*
" Abeſt hæc vox à Codice Iuſtin.
" *Non ambigat.* ἀντὶ τοῦ κρινεῖ.
" Abeſt & hæc ſententia integra à Codice Iuſtinianeo, ideò quia conſobrinorum matrimonia ſine vlla reſcripti impetrandi neceſſitate prorſus legitima Iuſtiniano viſa ſunt: de quo mox.
" Graduum computationis iure Ciuili ſingulare exemplum: Conſobrini igitur quarto gradu ſunt. Anianus tamen ita ſcribit, *quos in tertium & quartum gradum, &c.*
† Theodoſij M. lex de quâ mox.
" *Sponſalitia* Cod. Iuſt.
" *Cum ſtatuta*, ita Tribonianus: Cauſam huius immutationis & geminum eius exemplum repetere licet *ex l. vn. ſupr. ſi prouincia Rector.*
" Reliqua deſunt à Cod. Iuſtin.

## COMMENTARIVS.

PRINCIPIS interuentu, auctoritate, Reſcripto, an & quando nuptiæ contrahi vel conſummari poſſint, vel non, hac vt accuratâ, ita æquiſſimâ Honorij conſtitutione definitur. Et verò ità in ſummam diſtinguit Imp. Vel quæritur de nuptiis extorquendis Reſcripto Principis, conſenſu eius, cum quâ matrimonium contrahi poſtulatur, non accedente; vel quæritur de impedimentis legis, aut hominis, inter conſentientes auctoritate Principis amouendis, & de eo quod ſemel placitum fuit, inter volentes conſumando. ¶ RESCRIPTO ſcilicet Principis nuptiæ peti non poſſunt, citra parentum, aut puellarum conſenſum: Suâ nempe ſponte matrimonia decurrere oportet, & ſuo Marte, non Principis authoritate extorqueri: alioquin qui huiuſmodi reſcriptum impetrauerit, Reſcripto necquiquam nititur, (vtpotè obreptitio) quin, bonis ſuis mulctatus deportatur; filios iuſtos non ſuſcipit, veniæque ſpes ei omnis in poſterum præciditur. Has ſcilicet quatuor pœnas huic facto proponit Imp. Ad eam verò interdictionem pertinet etiam quod Priſcus Panitas *in exemptis*: οὐ θέμις παρὰ Ῥωμαίοις ἄκουσαν γυναῖκα κατεζεῦχθαι ἀνδρί. ¶ Et hæc quidem ita obtinent, vbi conſenſus parentum aut puellæ deficit: Nam vbi ſemel conſenſus interuenit, ex Reſcripto Principis nuptiæ vt impleantur peti poſſunt: peti enim poteſt ea quam pater deſpondit, item peti poteſt quadruplum arrarum datarum: de quo plenè dictum *ad l. 6. ſup. de ſponſalib.* Inter promiſſas igitur nuptias, & non promiſſas, hâc parte differentia eſt: Illæ, vt *impleantur*, reſcripto peti poteſt, hæ vt ſpondeantur, non poteſt. *h. l.* ¶ Item, nuptiæ nonnullæ aliàs non ita legitimæ conſenſu partium reſcripto Principis impetrari poſſunt: Veluti, cum tutore & curatore ſunt permiſſæ nuptiæ ex reſcripto Principis, ſi mores hominis is probauerit, neque interuerſorem rationum eum eſſe agnouerit, *l. penult. Cod. de interdicto matrimonio.* Item, cum ea quæ mihi eſt impar dignitate, etiam permittitur connubium ex Principis Reſcripto *l. 23. Cod. de nuptiis & l. vlt. ff. de Senatoribus*, qua de re extat quoque formula apud Caſſiodorum, *lib. 7. formula* 40. Item, quod vnum exemplum hîc apponitur, cum *Conſobrinæ*: Quas quidem nuptias Theodoſij M. patris ſui conſtitutione prohibitas fuiſſe Honorius *hac leg.* ait, & tamen eundem eas impetrari non vetuiſſe addit. Quam coniunctionem quarti gradus vocat, ex latere videl. ſeu linea tranſuerſali: eámque Principis indulgentiâ legitimam fieri. De aliis coniunctionibus quarti gradus non idem dicitur, licet ex tranſuerſo veniant, quia aliquam ſimilitudinem aſcendentium & deſcendentium obtinent.

De hac verò ipſa Theodoſij M. conſtitutione paulò prolixius nunc agere nobis libet, eaque omnia quæ ad eam ſpectant hâc occaſione in vnum congerere, de quâ etiam nonnulla habet Eminentiſs. Baronius *in Annalibus Eccleſiaſticis* A.D. 390.

Ante omnia verò, cùm ea ipſa Theodoſij M. conſtitutio nuſpiam hodie exſtet, veterum de eâ teſtimonia hic κατὰ λέξιν apponenda ſunt: Quæ quidem ſex occurrunt quà Scriptorum, quà Imperatorum, qui intra quadraginta quatuor fermè annorum ſpatium ab eâ latâ illius meminêre: Vnde nonnulla poſtea conficiemus, quæ à ſuſceptâ materia haud adeò aliena videbuntur. Antiquiſſimus igitur & coætaneus quidem Scriptor occurrit Libanius Orator Antiochenus, *Oratione*, quam nos primi edidimus, ὑπὲρ τῶν γεωργῶν περὶ τῶν ἀγγαρειῶν, quámque is ad ipſummet Theodoſium ſcripſit: Ibi, poſt exempla anterioris cuiuſdam Imperatoris, imò & poſt alterum ipſiuſmet Theodoſij exemplum, quibus illi veteris conſuetudinis moriſque recepti ratione inſuper habita, leges nihilominus ſalutares tulêre, ſubiicit. Μὴ δ' ἔστωσαν ἀνεψιῶν γάμοι γέγραφας, ἐν ἐξουσίᾳ πολλῇ τοῦ πράγματος ὄντος, καὶ τῶν φαινομένων δικαίων ἰσχυρότερος ὁ τοῦ ἔργου χρόνος δυνατὸς εἶναι,



i. *Edixiſti etiam ne Conſobrinorum nuptiæ eſſent, cùm id paſſim liceret: neque iis, quæ tibi iuſta videbantur, temporis obſeruantia validior fuit.* Meminit eiuſdem Theodoſianæ conſtitutionis Ambroſius Mediolanenſis ex Liguriæ Conſulari Epiſcopus ab A.D. 374. ad Cæſarium & Atticum COSS. id eſt, A.D. 397. *epiſtolâ ad Paternum* 66. ad eiuſdem Paterni conſultationem. *Sed ſi diuina*, inquit, *te prætereunt, ſaltem Imperatorum præcepta, à quibus ampliſſimum accepiſti honorem, haudquaquam præterire te debuerunt: Nam* THEODOSIVS *Imperator etiam patrueles fratres & conſobrinos vetuit, inter ſe coniugij conuenire nomine, & ſeueriſſimam pœnam ſtatuit, ſi quis temerare auſus eſſet fratrum pia pignora: Et tamen illi inuicem ſibi æquales ſunt, tantummodo quia propinquitatis neceſſitudine & fraternæ ſocietatis ligantur vinculo, pietati eos voluit debere quod nati ſunt.* Eandem Conſtitutionem indicat, ſimul & temperat, Auctoris tamen nomine non expreſſo, Theodoſij filius Arcadius Orientis Imp. anno poſt mortem patris altero A.D. 396. (conſtitutione ad eundem Eutychianum PP. cui & lex *celebrandis* inſcribitur, data,) *l. 3. inf. de inceſtis nuptiis*: *Manente*, inquit, *circa eos ſententiâ qui poſt latam dudum* LEGEM *quoquomodo abſoluti ſunt aut puniti, ſi quis inceſtis poſthac Conſobrinæ ſuæ vel ſororis aut fratris filiæ vxoriſve, vel eius poſtremò cuius vetitum damnatúmque coniugium eſt, ſeſe nuptiis funeſtarit, deſignato quidem* LEGE *ſupplicio, hoc eſt ignium & proſcriptionis careat, proprias etiam quamdiu vixerit teneat facultates: ſed neque vxorem neque filios*, &c. Honorius item, alter Theodoſij filius, Occidentis Imper. paternam conſtitutionem expreſsè memorat *hac leg.* A.D. 409. *Exceptis his*, inquit, *quos Conſobrinorum, hoc eſt quarti gradus, coniunctionem* LEX *Triumphalis memoriæ Patris noſtri, exemplo indultorum, ſupplicare non vetuit.* Succedit Victor, non ille quidem Sex. Aurelius Victor elegantiſſimus ſcriptor, quem V. C. Andreas Schottus edidit, quíque ſub Conſtantio & Iuliano vixit, verùm poſterior alter, quem Victorinum alij vocant: Is, cúmque ſecutus Paulus Diaconus, *Hiſtoriæ miſcellæ lib.* 13. de hâc Theodoſij conſtitutione ita ſcribit: *Tantum pudori tribuens & continentiæ, vt Conſobrinorum nuptias vetuerit, tanquam ſororum.* Sequitur tandem B. Auguſtinus, *libro de Ciuitate Dei* 15. (quem librum ſcripſit is circa A.D. 428. vt colligere eſt ex *lib. 18. cap. 54.*) *cap. 16.* quo quidem loco agens de Connubiis, quæ etſi licita aliquando eſſent, more tamen melioréque conſuetudine abhorrebantur; *Experti ſumus*, inquit, *in connubiis Conſobrinorum etiam noſtris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quàm varò per mores fiebat quod fieri per Leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, & nondum prohibuerat* LEX *humana: verùmtamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, & quod fiebat cum conſobrinâ penè cum ſorore fieri videbatur, quia & ipſi inter ſe propter tam propinquam conſanguinitatem Fratres vocantur & penè germani ſunt.* Et mox. *Verùm quis dubitat hoc tempore etiam Conſobrinorum prohibita eſſe coniugia?* Et hactenùs quidem teſtimonia de lege Theodoſiana.

Nunc ſingularia quædam circa eam conſtitutionem quærere libet. Primò quæri poteſt, *quonam Imperij ſui anno* eam Theodoſius tuliſſe videatur, quod quidem per ſedecim annos is obtinuit, ab A. D. 379. ad A. D. 395: Arcadius equidem filius eius, altero poſt mortem patris anno 396. eiuſce Legis mentionem faciens, *d. l. 3. de inceſtis nuptiis*, eam Legem DVDVM latam ait. Quamdudum verò lata ea fuerit, ex eo ſatis ſciri non poteſt, quando dictio DVDVM ἐκ τῶν πρός τι eſt, incertúmque limitem habet: Et verò Arcadius ipſe diuerſimode eâ vtitur in aliis conſtitutionibus ſuis. Sic eodem anno 396. in *l. 4. inf. de maternis bonis.* agens de *l. 3. eod. tit.* quæ lata eſt anno Domini 389. id eſt, ante octennium, eadem voce vtitur: *Quam Legis, inquit,* DVDVM *latæ ſanctio comprehendit.* Sic idem A. 397. *l. 1. infr. de ſuperex. actionib. pœnam Diui Valentiniani ſanctione dudum definitam* ſcribit. Sic & anno 399. in *l. 163. de Decurionibus*, agens de *l. 121. eod. tit.* quæ data eſt anno 390. *iuxta legem*, ait *dudùm latam.* Et idem tamen alibi, citeriùs eam vocem vſurpat: Ita A. 395. *l. 6. inf. de domeſticis*, agens de Theodoſij patris ſui *l. 5. eod. tit.* quæ data eſt anno 395. hâc ipſa voce vtitur: *Diuale*, inquit, *præceptum, quod ſupplicantibus Domeſticis* DVDVM *deuotiſſimis laborioſos prætulit otioſis*, &c. Sic & A. D. 397. agens in *l. 7. de Senatoribus*, de ſuimet conſtitutione *l. 5. eod. tit.* quæ data eſt anno 395. ait, DVDVM *præcepimus.* vide & quæ noto ad *l. vn. inf. de manum. in Eccl.*

Aliunde igitur ſubſidia conquiramus. Ambroſius in hâc inquiſitione aliquid iuuare videatur, *dicta epiſt. 66.* quâ Theodoſianæ conſtitutionis vt dixi meminit. Eſt ea ſcripta ad *Paternum*, in ampliſſimo honore conſtitutum. Is verò proculdubio Paternus eſt, ad quem alioquin data extat eiuſdem Theodoſij M. conſtitutio Conſtantinopoli A. D. 393. putà lex 14. *inf. de metallis*: & ad quem ipſum extant nouem Symmachi epiſtolæ *lib.* 5. Eum verò Comitem S. L. fuiſſe colligere licet ex *d. l. 14.* vt & ex Symmachi *epiſtolis tribus*, 62. 63. 65. Inde igitur iam conficias, eam conſtitutionem ſaltem à Theodoſio M. latam ante A. D. 393 niſi ad Paternum eam epiſtolam datam putemus, ſed ſub Honorio demùm. Vlterius igitur & ad certiora adſurgamus. Libanium primum Theodoſianæ Legis meminiſſe ſuperiùs oſtendimus, eâ quã dixi & eduxi ad Theodoſiũ ipſũmet Oratione ὑπὲρ τῶν γεωργῶν περὶ τῶν ἀγγαρειῶν Illud modò vidẽdum, quo anno eam Orationẽ Libanius ſcripſerit, vt ita poſtea de cõſtitutionis Theodoſianæ, quã ibi velut recenter latã memorat, æra liquere poſſit. Quatuor igitur characteriſmos in id ſuppeditat eâ Oratione Libanius. Primùm ſcilicet ait, eo tempore annonæ difficultate per Orientẽ & Antiochiæ quidem laboratum; de quo agit idem & *Oratione aduerſus Icarium p.* 462. (quæ illi περὶ ἀγγαρειῶν in quamplurimis παράλληλος eſt) vt & *de vitâ ſuâ p.* 64. 69. Hæc porrò fames Antiochiæ fuit, durauitque ſub tribus Comitibus Orientis anno 382. 383. 384. vt prædictis locis idem teſtatur: ſub Philagrio, inquam, qui ſanè Comes Orientis fuit A. 382. vt docet *lex 41. inf. de curſu publico*; ſub Proculo, qui Comes Orientis fuit eodem anno 382. & 383 vt docet *lex 90. inf. de decurionib. lex 14. inf. de cohortalibus: lex 103. inf. de decurionib.* imò & *l. 22. de operibus publicis*: cuius eiuſdem meminit idem Libanius non vno loco, etiam *Oratione ad Icarium p.* 455. 456. 458. & in *ſupplemento* MS *eius Orationis* quod penes me eſt: Tandem & ſub Icario qui poſt Proculum Comes Orientis fuit v. & Libanium *de vitâ ſuâ p.* 69. Secundò memorat Libanius eadem Oratione περὶ ἀγγαρειῶν, *dict. p.* 36. & continuo quidem filo, alteram Theodoſij M. conſtitutionem, *Ne quis ad munera ferarum inuitus ſeu neceſſitate cogatur.* Κἂν τοῖς ἐπαίνοις τοῖς περὶ σοῦ τῶν μεγάλων καὶ τοῦτο ἐστιν, ἐπὶ τὰς τῶν θηρίων λειτουργίας ἀνάγκαις ἤγετό τις πρότερον, συγγνώμης τοῦτο ἐποίησας, οὔτε κωλύων βουλομένους, οὔτε ἕλκων ἄκοντας, &c. id eſt. *Sed & maximarum laudum tuarum numero iſtud eſt: Ad publica ferarum munera neceſſitate quis antea tenebatur, id verò tu indulgentiæ feciſti, nec prohibens*

*hibens volentes, neque trahens nolentes.* Id verò conſtitutum à Theodoſio M. A.D. 383. *d. l. 103. de decurionibus*, Conſtitutione datâ ad Proculum, illum ipſum de quo modò dixi, Comitem Orientis, in hæc verba: *Voluntate propriâ vnuſquiſque Syriarchiæ munus ſuſcipere debet, non neceſſitate impoſitâ.* Syriarchia ſcilicet munus erat ferarum exhibendarum per Syriam, & nominatim Antiochiæ, de quo alibi plenius. Cuius eiuſdem Theodoſianæ conſtitutionis meminit idem Libanius, *Oratione ad Tiſamenum p. 447.* Idque ipſum rursùm conſtituit idem Theodoſius fine menſis Aprilis anni 385. *l. 109. inf. de decurionibus*, quæ data eſt ad Cynegium PP. *Nec cogi*, inquit, *ad Agonotheſiam volumus inuitos.* Tertiò meminit Libanius Oratione illâ περὶ τῶν ἀγγαρειῶν Immunitatis Decurionum à tormentis quæ his antea tributa fuerat, quámque tum conſtitiſſe docet *d. p. 36.* quæ ſanè ſtabilita quoque fuit à Theodoſio M. menſe Septembri A.D. 364. *l. 4. inf. de tabulariis.* Certè idem Libanius quoque *Oratione aduerſus Icarium p. 464.* latæ ſuper eâ re à Theodoſio conſtitutionis, & recenter quidem, meminit. Atenim infracta mox ea immunitas aliquatenus ab eodem Theodoſio A.D. 385. *l. 15. Cod. Theod. de accuſationibus*: & A.D. 387. *l. 117. de decurionib.* & A.D. 392 *l. 16. 127. eod. titulo.* Tandem oſtendit eâ Oratione Libanius, eo tempore Theodoſium repellendis hoſtibus occupatum fuiſſe. Quod quidem ego de Scythicis gentibus accipiam, Scyris, inquam, Carpo-Dacis, Hunnis; Grothingis, quibuſcum Theodoſio res fuit, etiam A.D. 384. quo is ex vrbe Conſtantinopolitana Heracleam Thraciæ ideò profectus eſt menſe Iunio, vbi & Iulio menſe conſtitit: quod docent nos ſubſcriptiones nonnullarum *legum hoc Cod.* nempe *l. 8. de Palatinis S. L. l. 106. de decurionibus*: *l. 11. de murilegulis. l. 1. de expenſis ludorum*, cui & iungenda eſt *lex vn. Cod. de Senatuſconſultis.* Fuit & anno 385. & 386. de quo videndus vel Zoſimus *lib. 3. p. 759. 762.* &c. Vt proinde ex his omnibus conficiatur, eam Orationem περὶ ἀγγαρειῶν à Libanio ſcriptam A.D. 384. vel 385. idque ſementis tempore, argumento eorum quæ *ibidem* ſcribit *p. 48.* Ac proinde ante id tempus lata à Theodoſio M. conſtitutio de vetitis Conſobrinorum nuptiis, & recenter tamen, pariter vt altera de inuitis ad ferarum munera non cogendis: nam id proculdubio voluit Libanius, qui disertè *ibidem p. 37.* NOVARVM Theodoſij conſtitutionum meminit: ἐλαύνων γὰρ δὴ οὐ τοὺς πολεμίους, καὶ νόμοις ἡμῖν θεὶς ἐν ποιοῖς τοὺς ἀρχομένους, ὧν ἕκαστος λύει τὸ πάλαι κείμενον, εἰκότως ἀμείνων δήπου δεικνύμενος. Quare definire iam licet, eam Theodoſij M. conſtitutionem de Conſobrinorum nuptiis latam circa initium Anni Domini 384. vel 385. Et quidem, vt exiſtimare licet, emiſſa ea fuit ad Cynegium PP. qui ab eo anno D. 384. menſe iam medio Ianuario Præfectus Prætorio reperitur in *l. 5. inf. de auro coronario*: *l. 23. de operibus publicis*: *l. 13. de hæreticis.* Nam & ad eundem Cynegium PP. ſine die tamen & Conſule, extat altera quoque Theodoſij M. conſtitutio, vel potius interdictio ſimilis, purà *lex fratris vxorem 5. Cod. de inceſtis nuptiis*, quâ is pariter *licentiam ſubmouet, Fratris vxorem ducendi, vel duabus ſororibus coniungendi*: Quam quidem legem ipſam (quod ſecundò notandum) illi de quâ nunc agimus cohæſiſſe puto, atque adeò vtramque vnius eiuſdémque Conſtitutionis partem conſtituiſſe coniicio, non inani argumento: imò neque argumenti tantum ſimilitudine, vel vicinitate, verùm etiam expreſſo ſatis Arcadij filij ipſius teſtimonio: Is quippe Theodoſianæ conſtitutionis de Conſobrinorum nuptiis ſummam memorans, eandémque temperans, ſic ſcribit: *Manente circa eos ſententiâ, qui poſt latam dudum* LEGEM *quoquomodo abſoluti ſunt, aut puniti, ſi quis inceſtis poſthac* CONSOBRINÆ *ſuæ, vel* SORORIS *aut* FRATRIS *filiæ*, VXORISVE, *vel eius poſtremùm cuius vetitum damnatúmque coniugium eſt, ſeſe nuptiis funeſtarit, deſignato quidem* LEGE *ſupplicio, hoc eſt ignium & proſcriptionis, careat, proprias etiam quamdiu vixerit teneat facultates: ſed neque vxorem, &c.* Quæ cùm ita ſint, hinc ſimul liquet, quæ tertia iam circumſtantia circa Theodoſianam Conſtitutionem notanda venit, eiuſce ſuaſorem fingi non poſſe Ambroſium Epiſc. Mediolanenſem, quod quidam ariolantur, quandoquidem ea lex condita promulgatáque fuit, antequam Theodoſius Imperator in Occidentem profectus fuiſſet. Et hæc quidem de circumſtantiis nonnullis Conſtitutionis Theodoſianæ. Nunc quæ eius Conſtitutionis continentia, qui contextus fuerat, accuratius paulò videndum eſt.

Primùm, quod prohibitionem ipſam attinet, vetitæ eâ Lege *Patruelium fratrum & Conſobrinorum nuptiæ*, vt Ambroſij locus apertè indicat. Scilicet; à Conſobrinorum appellatione patrueles fratres *eâ l.* diſtincti à Theodoſio: quia *conſobrinorum* appellatio diuerſo ſenſu effertur: modò generaliſſimo, modò generaliore, tandem & ſpeciali: Speciali notione apud Grammaticos conſobrini ſunt, ex fratre & ſorore nati, à quibus & ſororini diſtinguuntur. Ita Donatus Hieronymi præceptor exertè, *in Hecyram Actu 3. ſc. 3. Conſobrinus quaſi Sororinus: Sobrini ſunt ex duabus ſororibus: conſobrini ex fratre & ſorore.* Et mox, *Cùm de fratre natus eſt alter & alter ex ſorore, conſobrini, cùm ex fratribus Patrueles dicuntur.* Item Donatus, *in Andriam Actu 4. ſc. 5. Sobrini ſunt, vt alij putant de ſororibus nati, vt ſint ſobrini quaſi ſororini.* Apud Iuriſconſultos noſtros Conſobrini ſunt ex duabus ſororibus nati: Patrueles, ex duobus fratribus: Amitini, ex fratre & ſorore, de quo textus ſunt notiſſimi. Generaliſſimo ſenſu *Conſobrini*, pro omnibus iis qui ſiue ex duobus fratribus nati, ſiue ex fratre & ſorore, ſiue ex duabus ſororibus. At generaliore paulò ſignificatu *Conſobrini*, qui ex fratre & ſorore: vel qui ex duabus ſororibus nati: Et hoc iam ſenſu in Theodoſij M. conſtitutione ipſâ Conſobrini à Patruelibus fratribus diſtincti. Etſi alioquin qui *Theodoſianam l.* memorant, *Conſobrinos* tantum vocent, Arcadius in *l. 3. inf. de inc. nupt.* & *l. celebrandis*, & Honorius *hac l.* & Victor alter, & Auguſtinus. ἀνεψιοὶ Græcis, quâ voce vtitur Libanius quoque Theodoſij conſtitutionem exprimens. Inter hos igitur omnes Theodoſius connubium ex æquo interdixit: vti contrà Arcadius *d. l. celebrandis*, inter hos omnes exertè connubium legitimum eſſe voluit.

Secundò, *Rationem* quoque ipſam prohibitarum inter Conſobrinos nuptiarum Theodoſius M. conſtitutione ſuâ expreſſiſſe videtur: Victor alter enim, Theodoſium conſobrinarum nuptias vetuiſſe ait, *tanquam ſororum.* Ad quam alioquin mentem Auſonius *in Parentalibus ep. 28.* de Iulia Idalia Conſobrina,

*Quæ genita eſt mihi penè ſoror,*
*Filia nam fuit hæc amitæ.*

Ambroſius item, vbi de *hâc* Theodoſij *leg.* agit, *Tantummodò quia* inquit, *propinquitatis neceſſitudine & fraternæ ſocietatis ligantur vinculo, pietati eos voluit* (Theodoſius) *debere quod nati ſunt.* Tandem & Auguſtinus: *quod fiebat cum conſobrinâ, penè cum ſorore fieri videbatur, quia & ipſi inter ſe propter tam propinquam conſanguinitatem fratres vocantur, & penè germani ſunt.*

Tertiò



Tertiò notandum, Theodoſij M. conſtitutione ſeueriſſimam *Pœnam* comprehenſam fuiſſe, vt diſertè prodit Ambroſius, *d. ep. 66. Et ſeueriſſimam*, inquit, *pœnam* [Theodoſius] *ſtatuit, ſi quis temerare auſus eſſet fratrum pia pignora.* Vbi *ſeueriſſima pœna* eſt ſummum ſupplicium, & quidem ignis cum bonorum proſcriptione. Quam pœnam *eâ* Theodoſij *l.* diſertè comprehenſam fuiſſe Arcadius Imper. filius eius teſtatur *d. l. 3. infra de inceſtis nuptiis*: *Deſignato*, inquit, LEGE *ſupplicio, hoc eſt ignium & proſcriptionis.* Quo magis mirari libet ἀβλεψίαν eorum, qui è Gothico iure ea verba, *hoc eſt ignium & proſcriptionis*, illi legi infarta exiſtimant: cùm alioquin etiam ignis pœna hoc iure vſurpetur, vt *l. vn. inf. de parricid.* & paſſim alibi. Has ſanè pœnas Arcadius *eâ l. 3.* altero poſt patris mortem anno aboleuit, confiſcationis tantum bonorum certis caſibus pœnâ indictâ. Et hæc quidem *calumniarum fomenta* ſunt, quæ l. *celebrandis* abolentur, bonorum inquam proſcriptionis, confiſcationiſque, quæ Theodoſij Arcadiique lege conſtitutæ fuerant, atque adeò delationis petitioniſque horum bonorum vſus: De proprio autem huius *calumniarum* vocis, & συκοφαντίας ſignificatu, plura *ad d. l. celebrandis.* Quid verò in ſimili memoret & aboleat Iuſtinianus; vide *Nouell. 2.* Quod verò Baronius ſcribit A.D. 390. num. 73. Theodoſium ideò ſeueriſſimâ lege hanc diſciplinam ſanxiſſe, quia Conſtantij conſtitutione, lege inquam 2. *inf. de inceſtis nuptiis*, decreta effrœnis libido violaſſet, id minus admitto, quandoquidem vt nulla de vetito conſobrinorum coniugio ante Theodoſium lex extabat, ita lex *illa* 2. nominatim lata fuerat aduerſus nuptias cum fratris vxore, duabúſque ſororibus, non verò cum conſobrino.

Quemadmodum neque illud eiuſdem Baronij admitto, quod cenſet, Gentilibus ſignatè hoc coniugij genere Theodoſij conſtitutione interdictum, cùm Chriſtiani iam ſatis ipſi ab hiſce nuptiis abſtinerent: Generalem enim eam fuiſſe oportet, cohibendis etiam Chriſtianis, quorum multi eas nuptias lege diuina interdictas negabant, quod Auguſtinus certè ſenſit, contra quam Ambroſius: imò & Athanaſius *in ſynopſi ſacræ Scripturæ*, ad *lib. Numer. ſub finem* ſcribit, factum πρόσταγμα κυρίου καὶ νόμον, νόμιμον τὸν γάμον τῶν πρὸς ἀνεψιοὺς συζυγίαν. Et verò generalia ſunt verba hâc parte ſcriptorum omnium, qui Theodoſianam legem commemorauêre.

Illud tandem quæri poteſt, quod ad *hanc l.* propriè facit, vtrùm in Theodoſij conſtitutione hæc *Exceptio* addita fuerit, *Præterquàm ſi huiuſmodi nuptiæ ex Reſcripto petitæ fuerint?* Quod quidam aſſerunt. Certè Ambroſius *d. ep. 66.* ſupplicari, nuptiáſque has à Principe impetrari potuiſſe teſtatur: *Sed dicis, alicui relaxatum: Verùm hoc Legi non præiudicat: Quod enim* [non] *in commune ſtatuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum videtur.* Teſtatur idem & Symmachus, *ep. 11. lib. 10.* ſeu, *ep. 14.* Iuretiani Auctarij, quæ eam in rem tota eſt. Fidem facit & hæc Honorij Imp. *lex*, quæ data eſt anno 409. Idque deinceps quoque Gothico iure à Romanis deriuato, obtinuit, vt patet ex Caſſiodori ſuper eo formulâ *7. var. 46.* Atenim Honorius, *h. l.* de hâc veniâ ſeu Indulgentiâ ita loquitur: *Exceptis his, quos Conſobrinorum, hoc eſt quarti gradus coniunctio tenet*, LEX *Triumphalis Patris noſtri exemplo Indultorum, ſupplicare non vetuit.* Vbi quod ait, *Exemplo indultorum*, id eſt, exemplo aliorum actuum quorundam, & negotiorum in commune quidem vetitorum, quorum tamen nomine Principi ſupplicare licet: ſunt enim alia de quibus ſupplicare fas non eſt, de quo v. vel *tit. Cod. de precib. Imp. offer.* Id quod etiam legibus ſæpè exprimi ſolitum, ad atrocitatem facti augendam: veluti à Theodoſio M. ipſomet, in *l. 24. in fi. inf. de hæreticis*, quæ A.D. 388. ad Cynegium PP. quoque data eſt: *His etiam illud nectimus, vt ſupra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi Serenitatem noſtram aditus denegetur.* Et ab Arcadio *l. 10. C. Iuſt. de vectigalibus. Neque vllam contrariam ſupplicantium ſuper his moleſtiam formidari.* Et *l. 162. inf. de Decur. Intercludi iuſſimus licentiam ſupplicandi.* An igitur & Theodoſium id *ſuâ lege* complexum Honorius ſuperioribus verbis indicare voluerit? Certè ait is, patrem ſuum ſupplicare Lege NON VETVISSE. Quæ ſanè verba id expreſſè ingerunt, Theodoſium *lege ſuâ* neque id vetuiſſe, neque etiam permiſiſſe. Et verò quis ſibi perſuadeat, Theodoſium eâdem Lege, poſt confoſſam tantâ pœnarum atrocitate Conſobrinarum coniunctionem, illicò eadémque conſtitutione ſupplicandi ſibi nihilominus eáſque nuptias à ſe petendi poteſtatem feciſſe? Tandem (quod *tertium* hanc ad rem argumentum habeo) non Theodoſiana lege id expreſsè permiſſum fuiſſe, oſtendunt ſatis Ambroſius & Symmachus *dictis locis*: qui cum huius Indulgentiæ meminêre, non Legem, verùm EXEMPLA tantum in id allegant. Symmachi en verba: *per Epiſtolam ſummis precibus obſecrauit, vt impetratâ ſacri auctoritate Reſcripti filia eius fratris ſui filio copuletur, quod multis eſſe conceſſum manifeſta teſtantur exempla.*

Et hactenùs de Theodoſij M. conſtitutione, quam *hâc l.* Honorius Imp. probauit: vt & Arcadius *l. 3. inf. de inceſtis nuptiis*: qui idem tamen eam poſteà improbauit, *l. celebrandis, Cod. de nuptiis*: De quo ad *d. l. 3.* pleniùs. ¶ In commune verò id ex *hâc l.* notandum vetitas quaſdam olim nuptias, hactenùs tamen, niſi ex indulgentiâ Principis: Exemplum quoque præter ſuperiora in Senatore libertinam vxorem ducente, *l. 31. ff. de ritu nupt.* (quod Conſtantinus poſtea prohibuit, *l. 1. C. de natur. lib.*) Aliæ enim ita vetitæ, vt ex Reſcripto præcedente Principis legitimæ eſſent. Alia vero & aliena ab hoc obſeruatio eſt de illegitimis & inceſtis nuptiis iam contractis, quibus quandoque ex ſingulari quadam ratione à Principibus venia data: etiam ciuitatibus & prouinciis integris, vt Iuſtinian. *Nouell. 12. 139. 154.* & Iuſtini *Nouella 3. l. 57. § 1. ff. de ritu nupt.*

# SI * QVACVNQVE PRÆDITVS POTESTATE, NVPTIAS PETAT INVITÆ.

## TITVLVS XI.

### V. COD. IVST. VII.

1. * Impppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Neoterio″ PF. P.

SI quis Ordinariâ″, vel quâlibet″ prædiτus poteſtate, circa nuptias inuitis ipſis″ vel parentibus″ contrahendas (ſiue pupillæ, ſiue apud patres virgines ſiue viduæ erunt, ſiue & ſui iuris viduæ, denique cuiuſcũque ſortis) occaſione poteſtatis″ vtatur, & minacem *fauorem*″ ſuum inuitis iis quorum vtilitas agitur, exhibere, aut exhibuiſſe detegitur, hunc″ & multæ librarum auri decem obnoxium ſtatuimus, & cùm honore abierit, peractam dignitatem vſurpare prohibemus. Tali ſcilicet pœnâ, vt ſi circa honorem eum quo malè vſus eſt vindicandum ſtatuti″ noſtri ſanctioni parere noluerit, ſemper″ eam prouinciam, in quâ ſibi hoc vſurpauerit, habitare per iuge biennium non ſinatur. ¶ Qui″ tamen contra latentem malitiam parum quaſdam domos, vel quoſdam parentes, intelligimus″ muniendos, iubemus, vt quicumque iis″, & quæcunque erit latentibus per Iudicem promiſſis, miniſve tentata″ ad eius″ matrimonium cui aſpernatur præſtare conſenſum, confeſtim conteſtatione propoſitâ, cum ſua ſuorúmque domo ad iuriſdictionem eius deſinat perinere: Curaturis hoc vniuſcuiuſque ciuitatis vindicibus″, & eiuſdem Iudicis Apparitoribus. Equidem″ ſi hæc prauitas Ordinarij Iudicis erit, vniuerſa eius domus ratio, atque omnia vel ciuilia, vel criminalia negotia, quandiu idem in adminiſtratione fuerit, Vicario competant. Sin autem Vicarius, vel ſimilis″ poteſtatis, vim eiuſmodi contrahendo matrimonio molietur, viciſſim Ordinarius Iudex interceſſor exiſtat: Sin erunt vterque ſuſpecti, ad Inluſtrem Præfecturam ſpecialiter talium domorum, quandiu idem″ adminiſtrauerit, tutela″ pertineat. Dat. xv. Kalend. Iul. Theſſalonicæ, Gratiano A. v. & Theod. A. I. coss. [380.]

INTERPRETATIO. *Si aliquis de hiis Iudicibus, qui prouincias adminiſtrant, vel etiam hiis quibus ciuitates, vel loca commiſſa ſunt, per potentiam inuitis parentibus virgines, aut etiam viduas, ſi ſui iuris ſint, per poteſtatem ad nuptias ſuas addixerint: aut ſi pupillæ ſint, & earum vtilitatibus obuiantes per terrorem, aut per quorumcumque conludium addicantur, vt his perſonis, de quibus loquitur, inuitè iungantur, quicumque hoc præſumpſerit, decem pondo auri ſe nouerit condemnandum, & in ea Prouincia, in qua Iudex fuerit, dignitate amiſſa biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex iſta aduerſus eiuſmodi homines parentibus, vel ipſis mulieribus, quæ in ſuo iure ſunt, vel qui minorum ætates tuentur indulſit, vt conteſtationes ad alios Iudices, vel ciuitates proximas deferant, & eorum patrociniis defendantur. Vt ſi in eadem prouincia ſit alia poteſtas, vtpote ſi ſint duo Iudices, vnus priuata, & alius dominica iura gubernans, ſi ab altero ſub hac conditione quacunque perſona prematur, alterius tutela debeat defenſari, aut certè ad magnificam poteſtatem, quæ Principis auribus hoc poſſit intimare, recurrat.*

## NOTÆ.

* Lex *vn. C. Iuſt. eod. tit.* Quænam autem leges *huic* coniungendæ ſint, dixi iam ad *l. vn. ſupr. ſi Prouinc. Rector.*
″ *Theodoro* C. Iuſt. Malè. In cæteris fermè *Legib.* quæ *huic* coniungendæ ſunt, *Eutropio PP.*
″ Iudex poſtea vocatur.
″ *Quaiibet*, id eſt, quâ aliâ.
″ *Earum*, additum Cod. Iuſt.
″ Ratio hæc huius prohibitionis, de quâ dixi ad *l. vn. ſupr. ſi Prouincia Rector.*
″ *Faruorem*: Cod. Iuſt. malè. Metum & vim fauor potentium continet, blando vis latet imperio. *Fauori* huic & interceſſioni ineſt vis & permixta neceſſitas [Greek]. Interim ex hâc voce liquidò conſtat, *h. l.* agi de nuptiis alterius quàm eius qui in poteſtate eſt.
″ *Licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine*, hoc additum à Triboniano, de quo mox.
″ *Et noſtra ſtatutis parere noluerit.* Ita Tribonianus.
″ Abeſt hæc vox à Cod. Iuſt.
″ Suſtineri poteſt: quanquam apertius legatur, *quia*. Cœterum hic locus ita à Triboniano immutatus eſt, *illo videlicet adjiciendo vt & in poteſtate adhuc conſtituto liceat perſona quam huiuſmodi ambitu circumuenire tentauerit, confeſtim conteſtatione propoſita cum ſua ſuorúmque domo iuriſdictionem eius euitare.*
″ Præuidemus, hâc ratione nondum ſatis muniri poſſe.

″ *Tentata*



″ *Tentata*: de hac voce dicam ad *l. 2. inf. de raptu, vel matrim. ſanction.*
″ An Iudicis, an alterius? Dicam mox.
″ *Defenſoribus*, ita Tribonianus: non malè: Ciuitatis cuiuſque *vindices* ſunt defenſores, de quibus *ſuo tit. ſupr. lib. 1.*
″ *Et quidem* ita in Cod. Iuſt. non melius. *Equidem*, pro enimuerò.
″ Spectabilis, veluti Proconſules, Comes Orientis, Præfectus Auguſtalis.
″ *Ibidem* Cod. Iuſt. malè.
″ *Tuitio* Cod. Iuſt. Hoc tamen rectum.

## COMMENTARIVS.

POTENTATVI, officium in prouinciâ gerentium, veluti nuptias inuitarum extorquentium, occurrit hac conſtitutione Theodoſius M. A. D. 380. pariter vt *l. vn. ſup. ſi prouinciæ Rector.* quæ *huic* coniungenda eſt vnà cum tot illis, quas iam ad eam indicaui. Et in ſummam, occurſum iuit prolixâ conſtitutione ſuâ (cuius hæc pars eſt) Theodoſius M. officium publicum gerentibus, nihil non à miſeris prouincialibus potentatus ratione extorquentibus; putà nuptias, quò pertinet *hæc l.* & *d. lex vn.* donationes, aliáque quò ſpectat *lex 6. inf. de his quæ adminiſtr. l. 2. inf. ad Leg. Iul. repetund. lex 16. C. de teſtam.* quæ huic omnes iungendæ ſunt, atque etiam argumento rectè reſpondent. ¶ Officium igitur ſiue poteſtatem quamcunque in Prouinciâ gerens, non tantum ipſe Prouincialem vxorem ducere, filióve, aſſeſſoribus, aut domeſticis ducturis operam præbere prohibetur: (de quo dictum fuit *d. l. vn. tit. 6. ſup.*) ſed & aliis ducturis quibuſcunque minacem fauorem ſuum inuitâ muliere vel eius parentibus exhibere à Theodoſio M. *hac l.* prohibetur. Breuiter: Quacunque præditus poteſtate nuptias petere prohibetur *hac l.* non tantum pro ſe aut domeſticis; ſed & pro alio, inuitæ ſcilicet. Pro alio dixi: Nam in eo differt *hic tit.* ſiue *hæc l.* à *tit. 6. ſupr.* ſeu *l. vn. ſi prouinciæ Rector.* (quæ *huic* iungenda eſt.) Et labitur Interpres, cùm *hanc l.* accipit de nuptiis, quas ſibi ipſis conciliant poteſtate præditi. Quod ſolâ FAVORIS voce refutatur. ¶ Rurſum *inuitæ* dixi: Volentis enim non prohibetur: quâ parte rurſum hic *titulus* à *titulo ſexto ſupr.* differt; vt oſtendit *lex 6. Cod. de nuptiis.* ¶ Pœna igitur hæc & duplex quidem *hac l.* ſancitur, vt ſi huiuſmodi matrimonium *inuitæ* poteſtate præditus pro alio extorſerit, decem libris auri mulctetur, & cum poteſtatem depoſuerit, eam dignitatem vſurpare prohibeatur, quod alioquin facere poterant, qui honeſta adminiſtratione ſe commendaſſent. Poteſtate functis dignitas nihilominus ſeruabatur. Alioqui ſi poteſtate depoſitâ dignitatem antè geſti magiſtratus vindicauerit, biennio ei Prouincia quam adminiſtrauit, interdicitur. Et hæc quidem, ſi nuptiæ ſecutæ ſint. Et ſic de primâ *huius l.* parte. Quinimo (quæ ſecunda iam huius legis pars eſt) etſi poteſtate præditus optato nondum potitus fuerit, id eſt, etſi *inuitam* ad matrimonium euentu ipſo non adegerit, tamen ſi mulierem latentibus promiſſis, vel minis ſaltem *tentauerit*, non impunè id omnino feret. *Tentaſſe* hac parte crimine non vacat; quemadmodum & virgines ſacras matrimonij cauſa attentare, vel inuitare etiam [ad libidinem ſcilicet] ſcelus eſt: *l. 2. ſup. de raptu vel matrimonio ſanctualium*, vt & alienum matrimonium ſolicitare, & interpellare: *l. 1. ff. de extraordin. criminib.* ambire, *l. 1. inf. ad L. Iul. de ambitu.* Quanquam, ſi de pœnæ genere & modo quæritur, non ſemper pari ſorte, qua ſcelus, ſceleris voluntatem leges puniunt; de quo dicam plenè ad *d. l. 1. ſup. ad leg. Iuliam de ambitu.* Itaque & hac in re alia pœna *conatui* infligitur, quam eandem tamen poſtea Iuſtinianus infligi voluit, quæ cauſa Triboniano fuit interpolandæ huius ſententiæ. ¶ *Remedium* porrò aduerſus *conatum* hunc *hâc l.* iſtud proponitur, vt liceat ei quæ promiſſis aut minis tentatur, impreſſionem & violentiam à Rectore ſibi factam conteſtari: *Conteſtari* inquam, id enim hactenus Prouincialibus durante Rectoris adminiſtratione licet: conteſtatio patet, non accuſatio. Huius autem conteſtationis hic effectus erat, vt in huiuſmodi perſonam quæ attentata fuiſſet, & in eius domum iuriſdictionem nullam haberet is, qui attentaſſet. Qui ſcilicet occaſione poteſtatis ſuæ abutitur, eum in modum, poteſtate, iure decidit. ¶ Itaque ſi *Ordinarius Iudex*, id eſt, Rector Prouinciæ, id attentauerit, attentatæ tutela ad *Vicarium* totius diœceſeos, vel *ſimilem poteſtatem* (id eſt Proconſulem, & Præfectum ſpectabilem, qui ſub adminiſtratione ſua plures prouincias habet) pertinet: Et viciſſim ſi Vicarius id attentauerit, Ordinarius Iudex ei rei intercedet: ſi vterque ſuſpectus erit, Præfecti prætorio partes ſuccedent. Hi ſcilicet, qui in Imperio Romano erant, Magiſtratuum, quibus Prouinciarum cura mandata erat, gradus tres erant: *Iudices Ordinarij ſeu Clariſſimi* (putà Præſides, Conſulares,) *Spectabiles* (id eſt Vicarij, Proconſules, Comites, & Præfectus Auguſtalis) Denique *Illuſtres*, vt Præfecti Prætorio. Ex his igitur apparet, ad Vicarium pertinuiſſe tutelam eorum qui oppreſſionem paterentur à Rectore prouinciæ; & viciſſim: at Præfecti Prætorio proprium fuiſſe ab vtrorumque iniuriis Prouinciales vindicare. De *Tuitione Ciuili* interim hic locus notetur; de qua eſt & *lex vn. inf. de quinquennij præſcriptione.* De militari quippe tuitione iam dixi ad *l. vn. ſupr. de officio iudicum militarium.* Iniungitur denique huius rei exequendæ cura ciuitatis cuiuſque *Vindicibus*, id eſt Defenſoribus; quam vocem *hîc* Tribonianus ſubſtituit: De quibus conſulendum eſt *paratitlon Tituli de defenſoribus ciuitatum, ſupr.* Et quomodo ab his Vindicibus differant alij, quorum Iuſtinianus meminit in Nouellis tractat. Cuiac. *3. obſ. 4.* Tandem ex *h. leg.* & cæteris fermè, quas *eidem* coniungendas docui, liquet Theodoſij M. ſtudium hoc tempore enixum, vt potentatui, concuſſionibus Iudicum prouincialium occurreret: de quo dicam plenè ad *l. 2. inf. ad Leg. Iul. repetund.* quæ & ipſa *huic* iungenda eſt, etſi inſcriptio variet.

# DE * INCESTIS NVPTIIS.

## TITVLVS XII.

V. Cod. Ivst. V. Vbi Titulus paulò plenior ita extat: *De inceſtis & inutilibus nuptiis.*

## PARATITLON.

INceſtæ nuptiæ, *Rubr. & l.* 3. 4. *h. t.* ſeu illicitæ, *d. l.* 3. quæ & vetitum ſeu damnatum coniugium dicuntur, *d. l.* 3. contubernium, *l.* 4. ſunt, ſi quis filiam fratris, vel ſororis, vxorem fecerit; *l.* 1. *&* 3. Si fratris vxorem, nuptiis fratris ſolutis, *l.* 2. *&* 3. ſi prioris vxoris ſororem, poſt eius mortem, aut diuortium; *l.* 2. *&* 4. Et viciſſim ſi fœmina cum mariti prioris fratre nuptias contraxerit, *l.* 4. Item nuptiæ inter Conſobrinos, *l.* 3. Inceſtarum autem nuptiarum effectus hi ſunt, vt neque vxor ſit, neque dos, verùm fiſci commodis ea ipſa cedat, *l.* 3. neque legitimi liberi ex hoc conſortio procreentur, *l.* 2. *&* 4. non in ſacris patris ſint, non paternam vt ſuam ſuſcipiant hæreditatem, *d. l.* 4. Sed ſpurij ſint, *l.* 2. Item, vt huiuſmodi vxori vel filiis ex eâ editis maritus nihil donare poſſit, *l.* 3. vt huiuſmodi coniuges teſtamento extraneis nihil relinquere poſſint, *l.* 3. Capitali denique pœnâ eos teneri voluerat *lex* 1. & forte aliæ *leges* ſimiles, quas pœnas tollit *lex* 3.

---

### ¶ *De inceſtis nuptiis cum* Fratris *vel* Sororis *filia Conſtantij lex.*

1. * Impp. Constantinvs" & Conſtans AA. ad Prouinciales Fenices.

SI quis", filiam fratris, ſororiſve, faciendam crediderit abominanter vxorem, aut in eius amplexum, non vt patruus aut auunculus, conuolauerit, capitalis ſententiæ pœnâ teneatur. Dat. prid. Kal. Apr. Antiochiæ, Conſtantino" & Conſtante AA. coss. [339.]

Interpretatio. *Quicumque hominum cum fratris filia, vel ſororis inceſtam coniunctionem ſe habere crediderit, capitale periculum ſe nouerit ſubiturum, & Spurios" eſſe conuenit qui de tali coniunctione naſcentur.*

## NOTÆ.

* Abeſt à pleriſque Aniani Breuiariis, & Tilianâ Editione. Item abeſt *hac lex* à Cod. Iuſtin. quia plures *ibi* ſimiles occurrunt.

" *Al.* Constantivs: vel *Conſtantinus*, Constantivs *&* *Conſtans*; quemadmodum, & in ſubſcriptione pro *Conſtantino* reponendum *Conſtantio*.

" Conſtantio.

" Hoc aliunde ab Interprete additum, putà ex *l.* 2. *infr.*

## COMMENTARIVS.

COnstantii duæ de inceſtis nuptiis conſtitutiones *hic* habentur, Priore Fratris, aut ſororis filiam, patruo vel auunculo vxorem ducenti, vel in eius amplexum ruenti, per Syriam, Phœnicem Prouinciam nominatim: quò etiam hoc ipſo anno, & menſe, pertinet *lex* 4. *infr. de maternis bonis*. Imò & *l.* 1. *Cod. Iuſt. de formulis*, A. D. 339. capitalem pœnam imponit, ipſe in Syria Antiochiæ conſtitutus, quò ex eâdem Phœnice paulo ante digreſſus, vt oſtendit *lex* 25. *ſuprà, de Decurionib. lex* 9. *Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. lex* 4. *hoc Cod. de maternis bonis*. De quo iure quia id ſæpè admodum variauit, paulo pleniùs nobis videndum eſt. Igitur cùm & antiquiſſimo iure, non minus fratris, quàm ſororis filiam vxorem ducere nefas eſſet, poſtea tamen diſcrimen inductum fuit, inter fratris filiam, & ſororis filiam, videlicet vt illam patruo ducere liceret, hanc auunculo non liceret. Quod quidem Claudius Imperator Agrippinæ amore correptus primus impetrauit, quo ſcilicet iuſtæ inter patres fratrúmque filias nuptiæ in poſterum SC. ſtatuerentur, quæ ad id tempus inceſtæ habebantur, vt Tacitus *lib.* 12. *Annalium*, & Suetonius *in vita Claudij cap.* 26. diſertè teſtantur. Seneca *in Octauia, actu* 1. & vetus Schol. Iuuenalis. Hoc exemplo poſteà Domitiano fratris Titi filia in matrimonium oblata fuit, vt idem Suetonius, *in eius vita* ſcribit *cap.* 22. Verùm paulo poſt hoc diſcrimen, iure veteri reſtituto, ſublatum fuit; Nerua quippe mox ſanxit, μὴ ἀδελφιδῆν γαμεῖν, quod Xiphilinus



Xiphilinus ex Dione notat: ἀδελφιδῶν, id eſt, non tantùm ſororis, ſed & fratris filiam ne ducere ius eſſet. Præter Pollucem, Heſychium, & Gloſſas Cyrilli, Moſchopulus ὁ ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς υἱὸς καὶ θυγατὴρ αὐτοῦ ἀδελφιδῆ. Quanquam V. C. Petrus Pithœus *ad coll. ll. Moſaic. tit. de inceſtis nuptiis*: conſtitutionem D. Neruæ ad fratris potiùs filiam pertinuiſſe putat, nam & hæc ἀδελφιδῆ dicitur. At poſt Neruam diſcrimen illud rurſum reductum, putà, vt fratris equidem filiam ducere liceret, ſororis non liceret: Quod Vlpianus, Antonini Caracallæ coæuus diſertis verbis teſtatur, non in iis tantum *Regularum* fragmentis, quæ Anianus nobis ſeruauit, *tit.* 5. §. 6. verùm & apud Licinium Ruſinum, *tit. de inceſtis nupt.* 6. *Inter cognatos*, inquit, *ex tranſuerſo gradu olim quidem matrimonia contrahi non poterant: nunc autem ex tertio gradu licet vxorem ducere, ſed tantum fratris filiam, non etiam ſororis.* Idémque euincunt complures Digeſtorum leges, quæ nuptiarum inter auunculum & ſororis filiam prohibitarum ſignatè meminerunt, putà, *lex, ſororis, lex, etiamſi concubinam*, π. *de ritu nupt. l. ſi adulterium*, §. 1. *l. miles*, §. 1. π. *ad Leg. Iul. de adult.* Itaque & quod in Gaij *Inſtitutionibus* de nuptiis cum fratris filiâ prohibitis extat, Aniani procul dubio facinus eſt. Et ſtetit hoc ius etiam deinceps ſub Diocletiano & Maximiano. Extat enim apud Licinium Ruſinum *d. t.* 6. Edictum illorum Impp. datum, (id eſt, propoſitum,) Damaſco Phœnices ex *lib.* 5. *Codicis Gregor.* deſumptum, A. D. 295. vnde & deſumpta lex, *nemini.* 17. *C. de nuptiis.* quo matrimonium cum ſororis filiâ, non etiam cum fratris filiâ prohibetur. Secuti tandem ſunt Chriſtiani Principes. Certè, etſi Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 48. ſcribat, Conſtantinum M. coercuiſſe τὰς ἀκολάστους καὶ καταβεβλακευμένας μίξεις περὶ τοῦτο μὴ κωλυομένας: & addat, id ex *legibus* ab eo latis facilè intelligi: nulla tamen huiuſmodi Conſtantini M. conſtitutio hodie extat; Filij certè eius *Conſtantij* hæc lex eſt, quâ is veteri ſcilicet iure reducto, non minus fratris, quàm ſororis filiam vxorem ducere prohibet: Et quidem ſub capitali pœnâ. Inceſtæ itaque ciuili iure deinceps indiſtinctè, ſiue auunculi, ſiue patrui, cum nepte nuptiæ fuerunt, vt teſtatur Ambroſius *Epiſt.* 66. *& lex* 3. *inf. h. t. & lex vlt. C. de inceſtis nupt. &* §. *fratris.* 3. *Inſt. de nupt.* v. & Firmicus *lib.* 3. *matheſ. c.* 7. *p.* 67. *lib.* 4. *c.* 1. *p.* 86. Ideò Tribonianus quoque *in l. nemini* 17. *C. de nupt.* (quæ alioquin ex illo, quo dixi, Diocletiani Edicto deſumpta eſt) hæc verba inſeruit, *præterea fratris filia, & ex eâ nepte*, ex hac partim conſtitutione, partim ex æui ſui vſu. Neque tantùm eâ capitali pœnâ inceſtum hoc coniugium Conſtantius perſequitur, ſed & inceſtum quoque complexum extra nuptias, quod illis verbis indicatur, *aut in eius complexum, non vt patruus, aut auunculus, conuolauerit.*

¶ Sanè notari illud maximè cupio, emiſſam hanc à *Conſtantio* conſtitutionem *ad Prouinciales Phœnices*, ad quos Edictum quoque illud, quod dixi, Diocletiani, potiſſimùm pertinere antea probaui: Prouinciæ nempe *Perſis* viciniores, (aduerſus quos bellum hoc ipſo tempore parabat Conſtātius) corruptos ab iis mores facilè imbibebant, à Romanis legibus diuerſos. Et cæteroquin vagos Syrorum concubitus arguunt & aliæ leges veluti *lex* 18. *Cod. de adulter.* cui iungenda *lex* 5. *Cod. de donat. ante nupt.* Et ſanè obſeruandum hoc quaſi altero pedato à Conſtantio Phœnicum mores & ritus circa coniugia componi: Vagos enim iam antea *Heliopolitanorum* Phœniciæ concubitus (ad quos Heliopolitanos pariter hoc ipſo vt videtur anno & menſe pertinet *lex* 4. *inf. de maternis bon.* quæ *PP. Heliopoli* dicitur) Conſtantinum M. compeſcuiſſe auctor eſt ſcriptor vitæ Conſtantini *lib.* 3. *n.* 56. & inſigni loco Socrates *lib.* 1. *cap.* 14. Ἑτέραν δὲ ἐκκλησίαν ἐν ἡλίου πόλει τῆς Φοινίκης κατασκευασθῆναι προσέταξε, δι' αἰτίαν τοιαύτην. οἱ ἡλιουπολῖται, τίνα μὲν ἔσχον ἐξ ἀρχῆς νομοθέτην, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· ὁποῖον δὲ ἦν τὸ ἦθος, ἐκ τῆς πόλεως δείκνυται. νόμος γὰρ ἦν παρ' αὐτοῖς τὰς γυναῖκας κοινὰς εἶναι ἐκέλευε. καὶ διὰ τοῦτο, ἀμφίβολα μὲν ἦν παρ' αὐτοῖς τὰ τικτόμενα. γονέων γὰρ καὶ τέκνων διάκρισις οὐκ ἦν. τὰς γὰρ παρθένους τοῖς παριοῦσι ξένοις πορνεύειν προεξεδίδοσαν. καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχαίου κρατοῦν παρ' αὐτοῖς, λῦσαι ἐσπούδασε. νόμῳ γὰρ σεμνῷ τὴν αἰσχρὰν ἀνελὼν τὴν μῖξιν, τὰ γένη ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκειν παρεσκεύασεν. ἐκκλησίας τε κτίσας, καὶ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι παρεσκεύασε, καὶ κλῆρον ἱερόν. οὕτω τὰ ἡλιουπολιτῶν κακὰ μετριώτερα ἀπειργάσατο: id eſt, *Alteram verò Eccleſiam in Heliopoli Phœniciæ ædificari mandat, idque tali cauſâ adductus. Heliopolitani quem olim habuerint legiſlatorem, non habeo quidem dicere: ſed quomodo moratus ille fuerit, ipſi mores ciuitatis apertè declarant. Nam vxores apud illos communes eſſe lex patria iubet: & propterea de liberis nihil certi poſſe ſciri. Etenim parentum & liberorum nulla diſtinctio eſt. Virgines etiam peregrinis, qui eò aduentant, conſtuprandas tradunt. Illud inſtitutum iam apud illos inueteratum, Imperator primus abrogare laborauit. Nam ſublato illo turpitudinis flagitio, lege quadam ſacrâ & ſeuerâ ſanciuit, vt genera ac familiæ ſe inter ipſas agnoſcerent. Eccleſiis denique extructis, Epiſcopum deſignandum, & ſacrum Clerum conſtituendum accurat. Sic ergo Heliopolitanorum ſtatus, malis illis perpurgatis, ad modeſtiam ab eo traductus eſt.* Memorat & Sozomenus, *lib.* 5. *cap.* 2. Tandem & *legem* 1. *inf. de lenonib.* quâ lupanaribus iam ab eodem Conſtantio modus quidam adhibetur, ad eandem Syriam propriè pertinere cenſeo. Eodem pertinet apertiſſimè eiuſdem Conſtantij *lex* 7. *inf. quorum appellat.* quâ adulterij, vel Raptus conuictis appellandi ius denegatur.

¶ Illud quoque notari cupio, *hanc l.* à Conſtantio datam ad Prouinciales Phœniciæ: quorum mores, ipſe nuper admodùm, introſpexerat, hoc anno, & fine ſuperioris, in Phœniciâ conſtitutus, modò Emeſæ, modo Laodiceæ, modò Heliopoli; vt docet ſubſcriptio *legis* 25. *inf. de decurionib. legis* 9. *Cod. qui admitti ad bon. poſſ. l.* 4. *inf. de maternis bonis.* Quò ſcilicet conceſſerat repellendis Latronum Arabum incurſionibus: de quo v. quæ Iulianus *Orat.* 1. *p.* 37. 38. *in* 4. Neque dubium mihi ad Beriitiorum Iuriſconſultorum ſuggeſtionem, *hanc legem* latam, pariter vt *legem* 1. *Cod. Iuſt. de formulis*, quæ menſe Ianuario huius ipſius anni data ad Præſidem Phœniciæ, & legem 4. *inf. de maternis bonis*, quæ & ipſa data Heliopoli ad Dionyſium Comitem Phœnices.

## ¶ *De illicitis nuptiis cum* FRATRIS *vxore, & cum vxoris* SORORE, *Conſtantij lex.*

II. *Impp. CONSTANTINVS" & Conſtans AA". & Iulianus" Cæſar, ad Voluſianum Vicarium Vrbis."

ETsi licitum Veteres" crediderunt, nuptiis fratris ſolutis, ducere fratrem vxorem: licitum etiam, poſt mortem mulieris, aut diuortium, contrahere cum eiuſdem" ſorore coniugium: abſtineant" huiuſmodi nuptiis vniuerſi": nec æſtiment, poſſe legitimos liberos ex hoc conſortio procreari; nam ſpurios eſſe conuenit, qui naſcentur. Dat." Prid. Kal. Maij, Romæ, Arbitione & Lolliano COSS. [355.]

INTERPRETATIO. *Fratris vxorem ducendi, vel vni viro duas ſorores habendi penitus licentia denegatur, nam ex tali coniugio procreati filij, legitimi non habentur.*

### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. prælatâ *leg. 5. Cod. de inceſt. nupt.* in eandem Theodoſij ſententiam. Concordat ei quoque Theodoſij Iun. *lex 4. ſiue vlt.* & ex parte *lex 3. infr.*

" *al. Conſtantius.*

" *al.* & Conſtans Cæſar, 1. Gallus.

" *Voluſianus* Vicarius Vrbis *hic.* PV. *l. 6. C qui teſtam. fac. PP. l. 2. de his qui per metum. l. 26. de appell. l. 12. quorum appellat.*

" Hebræi: *Deuteron. 25. verſ. 5. & Ruth. cap. 4. verſ. 7.* Ægyptij, *l. pen. C. de inceſt. nupt.* Imò & Romani veteres.

" Mulieris.

" Ita interpungendus hic locus, qui hactenus nouam ſententiam inchoabat.

" Etiam Iudæi, quorum cauſa fortè etiam hæc lex lata videtur. Erant enim & in Vrbe Româ hac tempeſtate Iudæi: De quo plura mox.

" Id eſt, accepta vel reddita? *Mediolani* quippe hoc tempore ſubſiſtebat Conſtantius. Vide Conſularia Theodoſ. Niſi quis putet hanc leg. referendam ad A.D. 357. quo ſanè anno Conſtantius Romam ingreſſus eſt IIII. Kal. Maij, id eſt, biduo ante ſubſcriptum *huic l.* diem: de quo vide conſularia Theodoſ. Fidem facit & ſubſcriptio *legis 5. infr. de Numerar.* Iuuat & Iuliani Cæſaris nomen *huic l.* inſcriptum, qui vt A.D. 355. initio nondum Cæſar fuit; ita ſanè fuit iam inde à menſe Nouembri eius anni.

### COMMENTARIVS.

EAdem duobus fratribus ſucceſſiuè nubere, IDEMQVE duas ſorores ſucceſſiuè ducere: vel (quod idem valet) frater fratris ſui vxorem ducere, & idem vxoris ſuæ ſororem ducere prohibetur à Conſtantio Imp. *hâc l.* A.D. 355. pariter vt à Theodoſio M. *l. fratris 5. Cod. eod. tit. de inceſtis nuptiis:* ab Arcadio, *l. 3. h. t.* à Theodoſio Iun. *l. vlt. h. t.* à Zenone, *l. pen. Cod. eod.* & Anaſtaſio *l. vlt. Cod. eod.* Et ſic ſex omninò hâc de re & interdictione conſtitutiones extant: ſic quidem, vt hæc noſtra ad vrbem Romam pertineat; eſt enim ea data *ad Vicarium Vrbis*, vbi proculdubio huiuſmodi coniunctiones ſeu nuptiæ adhuc vſurpabantur: quo tempore Liberius Epiſcopus Romanus erat, quo fortè inſtante hæc lex à Conſtantio lata fuit? Cæteræ omnes leges Orientem ſpectant. Adeò nuptiæ hæ ibi ſubinde percrebuêre, vt toties eas interdici oportuerit: Quibus adde & Baſilij Cæſarienſis Ep. epiſtolam 197. de quo mox plenè. ¶ Et vtrarúmque quidem nuptiarum illarum par & ſimilis ratio habita: vt expreſsè teſtatur *d. l. vlt. h. t.* & Baſilius *d. epiſt.* Vnde & de vtriſque ferme ſimul agitur *h. l. & d. l. vlt. h. t. & d. l. 5. Cod. eod.* & quidem indiſcretè, modò prius de vna, mox de altera: de priore coniunctione prius *h. l.* & *d. l. 5.* prius de poſteriore, *l. vlt. h. t.* modò de vnica tantum, *l. 3. h. t. l. pen. & vlt. C. h. t.* Baſilij quoque epiſtola præcipuè occupata eſt in hac poſteriore ſpecie, *de duabus ſororibus non ducendis.* Quare & nos initium inde ducemus, etſi pleraque, quæ de hiſce nuptiis dicuntur, de prioribus illis pariter accipienda ſint. ¶ Duas ergo ſorores eidem ducere fas non eſt: quod & Conſtantinus *h. l.* & Theodoſius M. *d. l. 5.* & Theodoſius Iun. *l. vlt. h. t.* interdixêre: Theodoſius M. inquam, honeſtatis in coniunctionibus amantiſſimus, qui & ideò conſobrinorum quoque nuptias inhibuit, de quo Diatriba *ad l. celebrandis*, & *comm. ad l. prox.* & fortè eadem conſtitutione ad Cynegium PP. datâ, & ad Nectarij Ep. Conſtantinopolitani ſuggeſtionem: & Baſilius magno niſu eas damnauit *epiſtolâ* in id expreſſâ 197. ad Diodorum Tarſenſem Epiſc. occaſione ſumptâ ex epiſtolâ quadam, ſeu ſcripto, quod ſub Diodori iſtius nomine circumferebatur, quo huiuſmodi nuptiæ probabantur argumentis: quæ ideò is refutare inſtituit, apertiſſimè vocans huiuſmodi coniunctionem ἄθεσμον κοινωνίαν, ἀσελγὲς ἐπιθύμημα, & ἄγος, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτο. Nempe, qui huiuſmodi duarum ſororum nuptias probabant, ſoluto priore matrimonio, ſiue morte ſiue diuortio, vt hæc lex docet, duobus argumentis potiſſimùm nitebantur. Primò, auctoritate eius quod continetur *Leuitici c. 18. v. ſororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius illâ adhuc viuente*: vel vt Græca habent. Γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ ἀντίζηλον, ἀποκαλύψαι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς ἐπ' αὐτῇ τῇ ζωῇ αὐτῆς. Inde ſcilicet à contrario colligebant, mortuâ vxore, ſororem eius ducere licere, ὅτι συγχωρεῖται λαμβάνειν τελευτησάσης. Verùm hanc collectionem & argumentationem τοῦ ἀκολούθου ἐπιφοράν, ſeu ἔννοιαν τοῦ ἀκολούθου refutat ibi Baſilius: vt & alterum illud ex Sacra Scriptura, quo nubendi indiſtinctè ſoluto matrimonio poteſtas ſit. Et ipſe quatuor argumentis has nuptias confodit. Primò quidem morem opponit, qui legis vim habeat; ἔθος νόμου δύναμιν ἔχον, & quidem morem à ſanctis Viris traditum, διὰ τὸ ὑφ' ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς θεσμοὺς ἡμῖν παραδοθῆναι. Huiúſque moris vim & effectum



effectum hunc eſſe, quod hæ nuptiæ, nec nuptiæ habeantur, neque quis (nota Canononem de quo mox) ad Eccleſiam admittatur, niſi ſoluto priùs huiuſmodi coniugio. Quare etſi nihil aliud afferri poſſet, ſuffecturum hâc in re morem iſtum. Secundum argumentum deſumit ex affinitate quæ per nuptias contrahitur: quod διὰ τῆς γυναικὸς ἡ ἀδελφὴ πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς οἰκειότητα μεταβαίνει: atque ideò quis non magis ſororem vxoris ſuæ, quàm ſuam ducere poſſit: Eóque tertio loco trahit illud, ſeu regerit *eodem* Leuitici *cap.* οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου, ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην αὐτῶν; oſtenditque id περιεκτικὸν eſſe ſeu complecti quoque hanc coniunctionem. Vrget & nominum confuſionem σύγχυσιν (præſuppoſito quod liberi quoque ſint ex priore ſorore) quod videlicet ex huiuſmodi concubitu ſeu coniunctione, eadem & matertera & mater fiat: eidem liberi ex vtroque matrimonio & fratres & conſobrini. Quare tandem morem hunc quo improbatæ hæ nuptiæ; in partibus ſuis retineri contendit: etſi alibi nuptias huiuſmodi retineri ferat. Vnde apparet, non omnium tùm temporis eundem hâc parte ſenſum fuiſſe, non eundem morem: Et verò ipſemet Conſtantius *h. l.* diſertè profitetur, veteres crediddiſſe has nuptias licitas eſſe. Quæ res fecit, vt non Patres tantùm, verùm etiam Imperatores, Epiſcoporum proculdubio inſtinctu, haſce nuptias damnare neceſſe ſubinde habuerint: quod eæ nuptiæ percrebeſcerent. Et verò percrebuêre & obtinuêre alicubi per Orientem poſt Baſilium, vt fidem faciunt poſteriores Theodoſij M. & Theodoſij Iunioris leges in has nuptias, poſt Baſilium latæ. Imò & per Occidentem inſigni exemplo Honorij Imp. qui duas Stilichonis filias ſorores ſucceſſiuè in matrimonio habuit: teſtis Zoſimus, Marcellinus Comes *in anno* 408. Paulus Diaconus *lib.* 14. & Zonaras *tomo 3. Annal.* Et hæc quidem de interdictis nuptiis duarum ſororum.

Interdicuntur pariter nuptiæ cum fratris vxore & *h. l. & l. 3. & l. vlt. inf. & l. 5. pen. & vlt. Cod. eod.* & damnantur à Baſilio pariter *d. ep.* 197. eadem affinitatis ratione, οὐδὲ τῇ γυναικὶ ἔξεσται τοῖς οἰκείοις τοῦ ἀνδρὸς συνοικεῖν; κοινὰ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων τῆς συγγενείας τὰ δίκαια. Etſi non tantùm hoc anno hæ nuptiæ inualeſcerent, verùm etiam iam olim, quod *h. l.* expreſsè dicitur, Veteres crediderint huiuſmodi nuptias licitas eſſe. Quod verum de Hebræis certo caſu, ſi frater illiberis deceſſiſſet, vt notiſſimum; non ſi liberos ex ea habuiſſet: *Leuit.* 20. & de Ægyptiis pariter, quod Hebræorum inſtituto proximum, ſi fratrum coniuges poſt mortem fratris manſiſſe virgines dicerentur: quod & certis Legum conditoribus placuiſſe Zeno teſtatur, *l. pen. C. h. t.* Verùm & de Romanis, vt oſtendit Briſſonius *de iure connubiorum*, quem non exſcribo, variis exemplis ex Liuio, *lib.* 1. Dionyſio Halicarn. *lib.* 4. Apuleio *in Apologia.* Quod Canones attinet, huiuſmodi nuptiæ inter Chriſtianos *Canonibus* damnatæ ſub Conſtantino M. iam Conſtantij noſtri patre: vt docet *canon. 2. Concilij Neocæſar.* pariter vt & ſuperior Baſilij locus, aliique Canones, de quibus mox. Quibus vt & Principum conſtitutionibus non obſtantibus ſæpè nuptiæ hæ permiſſæ & indultæ etiam Reſcriptis, vt teſtatur *d. l. vlt. Cod. eod. tit.* Retentúſque proculdubio mos hic tenaciter, à Iudæis potiſſimùm, qui per orbem Romanum erant: vt haud adeò abſurdum ſit credere, in hos fermè *legibus iſtis* actum. Certè Theodoſius M. *lege lata* prohibuit, ne Iudæi morem ſuum in coniunctionibus retinerent, nec iuxta legem ſuam nuptias ſortirentur. Et argumentum præbet coniunctio *legis 2. ſup. de nuptiis* ſeu *l. 5. inf. de adulteriis*, cum *l. fratris 5. Cod. de inceſt. nupt.* Theodoſius quippe cùm *d. l. 2. & 5.* Iudæis cum Chriſtianis connubij iure interdixiſſet *d. l. 5.* addit, ne fratris vxorem, néve vxoris ſuæ ſororem ducere liceat: quod & ipſum Iudæos reſpiciebat. ¶ Verùm quidquid huius ſit, prohibitæ hæ nuptiæ penitus *d. l. 5.* quocumque tandem modo diſſoluto matrimonio, *d. l. 5.* ſiue morte ſiue diuortio, *h. l. & l. vlt. inf.* etſi manſerit virgo mulier, *d. l. pen.* quo caſu tamen procliuiùs id nonnulli permittendum credebant, ſiue legis Moſaicæ exemplo, ſiue quia nulla reuera συγγένεια, οἰκειότης (quam in hac re vrget Baſilius) contracta hoc caſu eſſet. Nunc de pœnis harum nuptiarum: de Canonicis iam dixi ex Baſilio; vide & *d. canonem 2. Concilij Neocæſar. & can. 19. Apoſtolicum: can. Eliberinum 61.* Imperatorum conſtitutionibus, & hæ nuptiæ tanquam inceſtæ haberi iuſſæ, *l. vlt. h. t.* & liberi ex huiuſmodi nuptiis ſuſcepti, ſpurij eſſe iubentur, & ſuccedendi incapaces definiuntur *h. l. & l. vlt. inf.* De quâ inceſtarum nuptiarum pœna, nota iam ſunt omnia. Non ergo Capitis pœna his caſibus impoſita, vt in *ſp. l. 1. ſup.* quæ etiam aboletur *l. 3. prox. inf.* Et certè in praxi, vt video, virgindemiæ & exilij pœna huiuſmodi coniunctionibus imponitur.

## ¶ *De* POENIS *inceſtarum nuptiarum Arcadij lex.*

III. Impp. ARCAD. & Honor. AA. Eutichiano PF. P."

MAnente" circa eos ſententiâ, qui poſt latam dudum legem" quoquomodo abſoluti ſunt aut puniti, ſi quis inceſtis poſthac conſobrinæ" ſuæ, vel ſororis aut fratris filiæ", vxoriſve", vel eius poſtremò cuius vetitum damnatúmque coniugium eſt, ſeſe nuptiis funeſtarit, deſignato quidem *Lege* ſupplicio" (hoc eſt ignium", & proſcriptionis) careat, proprias etiam quandiu vixerit teneat facultates: Sed neque vxòrem, neque filios" ex eâ editos habere credatur, vt nihil prorſùs prædictis, ne per interpoſitam quidem perſonam, vel donet ſuperſtes, vel mortuus" derelinquat: Dos, ſi qua fortè ſolemniter" aut data, aut dicta", aut promiſſa fuerit, iuxta *Ius antiquum*", fiſci noſtri commodis cedat: Teſtamento ſuo extraneis nihil derelinquat: ſed, ſiue teſtato ſiue inteſtato legibus ei & iure ſuccedant, ſi qui forte ex iuſto & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc eſt, de deſcendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de aſcendentibus, pater, mater, auus, auia: de latere, frater, ſoror, patruus, amita: Teſtandi ſanè ita demum habeat facultatem, vt hiis tantum perſonis

ſonis pro iuris ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas ſuccedere Imperialis præcepti tenore mandauimus: Ita tamen, vt hæreditate defuncti penitùs arceatur, ſi quis ex *iis* quos memorauimus, in contrahendis inceſtis nuptiis participatum", atque conſilium iniſſe monſtrabitur: ſucceſſuro" in locum illius, qui poſt eum gradum proximus inuenitur. ¶ Id" ſanè, quod de Viris cauimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum ſe conſortio" commaculauerint, cuſtodiatur: Memoratis verò perſonis non extantibus, fiſco" locus pateat. Ad" cuius legis nexum & conditionem pertinere iubemus, ſi qui forte iamdudùm, hoc eſt ante promulgationem huiuſce legis, illicitis memoratarum nuptiarum ſceleribus commaculati, quoquo modo latere potuerunt. Dat. VI". Kal". Decemb. Conſtantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Poſt prioris legis ſententiam, quæ de talibus perſonis lata eſt, id præcipit obſeruari, vt diſtrictione legis ſupplicio & proſcriptione liberi quiſque" ille aut ſororis aut fratris filiam, aut certe vlterioris gradus conſobrinam, aut fratris vxorem ſceleratis ſibi nuptiis iunxerit, huic pœnæ ſubiaceat, vt de tali conſortio ſeparetur. Atque etiam ſi † filios habuerint, non habeantur hæredes, ſed infamia ſint notatæ vtrinque perſonæ, ita vt poſſidere tantum proprias facultates Principis beneficio videantur. Cæterum nullum præſumant ſibi ſubire contr...um donandi atque teſtandi facultate ſubmota: ſed nec ipſis fœminis, quas taliter ſortiti ſunt, aliquid conferant, his ſi etiam tempore nuptiarum ſibi dederint, reuocetur ad fiſcum: aut etiamſi filios habuerint, non per ſuppoſitam, aut per aliam perſonam, aut per commentitiam donationem ad illos quicquam ex eorum facultate perueniat, ſed ipſis mortuis ad legitimos hæredes quoſcunque gradus admittit, vſque ad certum originis locum ab inteſtato ipſi ſuccedunt. Teſtandi etiam eis in his tantum perſonis, quibus lege conceſſum eſt permiſſa poteſtas, ita vt ex his quos elegerint ſcribant hæredes, ita tamen, vt ſi qui in tali conſortio conſenſum cum his habuiſſe docentur, hæreditate excluſi, aliis in proximo gradu venientibus locum faciant: Nam ſi deſunt perſonæ propinquorum, quos ad ſucceſſionem vocat lex, tunc in eorum facultatibus fiſcus accedat.*

## NOTÆ.

* *Lex ſi quis 6. C. eod tit.* hinc interpolata eſt, & ſex locis mutilata.
" *Eutychianus* PP. Orientis fuit ſub Arcadio: de quo dixi iam ad *l. Quiſquis*: & ad *l. celebrandis*. vid & *Proſopogr.*
" *Prima* hæc ſententia abeſt à Cod. Iuſt. vſque ad ea verba, *ſi quis*: vt & ſequentes aliæ nonnullæ. Itaque ſic *huius legis* initium effinxit Tribonianus, *Si quis inceſti vetitique coniugij ſeſe nuptiis funeſtauerit, proprias quamdiu vixerit*, &c. Idque duabus de cauſis, partim quia pleraque illorum verborum quæ immutauit, vel omiſit, momentaneum ius continent, & ad illius temporis hiſtoriam pertinent, partim quia ius antiquatum continent.
" Dubium eſt, quam *legem* hîc intelligit Arcadius? Credat aliquis, *legem primam h. t.* innui: ſed Theodoſianam legem accipio: de quo mox.
" Verſiculus hic vt dixi abeſt à Cod. Iuſt. Ac nominatim abeſt id quod de conſobrina additum; de quo plenè dixi *ad l. vn. ſup. ſi ex reſcripto nuptiæ petantur.*
" Vide *legem 1. ſup.*
" Vide *l. 2. ſup & l. 4. inf.*
" De quo paulò poſt.
" De *Ignis ſupplicio* ſunt *hoc Codice* prætereà viginti leges vid. *Paratitl. de pœnis.*
" Vide *legem 2. ſup. & l. 4. inf.*
" *Moriturus*, Cod. Iuſt. meliùs.
" Dicam ad *l. vlt. inf. de dotibus.*
" Expunxit hæc Tribonianus, de quo dicam *ad d. l. vlt.* vbi eâdem de cauſa idem facinus admiſit.
" Id eſt Leges Caducarias.
" Abdicauit hoc Tribonianus contentus ſequenti verbo, *conſilium*: de *participatu* dixi *ſup. ad leg. vn. ſi Prouinciæ Rector.*
" *Succeſſorium* edictum ita in bonorum poſſeſſionibus, de quo Titulus *in Pandectis*, *& Codice.*
" *Ea ſanè cuſtodiantur*: Ita Tribonianus.
" *Conſortium* eſt quælibet coniunctio, non tantum illicita, quod hîc putant nonnulli.
" *Noſtro fiſco*: ita Tribonianus.
" Hæc tota ſententia à Triboniano abdicata eſt; quia ſcilicet in præteritum cauet.
" VII. In nonnullis Aniani ſcriptis.
" *VI. Idus*, Ita Cod. Iuſt. & in editione Codicis Theodoſiani Pariſiana Anno 1566.
" Hæc ſententia vſque *Atque etiam*, inſerta *canoni 21.* Concilij Turonenſis 2. ſub Chamberto R. An. 567. niſi quod pro *aut certè vlterioris gradus conſobrinam*, ibi habetur, *aut certè gradu conſobrinam.*
† Hæc ſententia inſerta Capitular. *lib. 4. c. 367.* &c.

## COMMENTARIVS.

POENAE inceſtarum nuptiarum, quibus & nuptiæ *inter Conſobrinos*, vt & cum ſororis fratriſve filia vel vxore, connumerantur, hâc Arcadij Imp. conſtitutione data A.D. 396. temperantur: Temperantur, inquam, abrogatâ videl. ſæuiſſimâ ſanctione, quâ ignis proſcriptioniſque pœna inceſtis nuptiis præſtituta fuerat: Eâ nempe Theodoſij conſtitutione, cuius pars fuerat fàmoſa illa de vetitis conſobrinorum nuptiis, lex (de quâ, déque pœnâ *eâ l.* ſancitâ dixi *ſup.* plenè ad *l. vn. ſi nuptiæ ex reſcripto pet.*) & fortè *lex 5. Cod. de inceſtis nuptiis.* In ſolo igitur pœnæ genere paternæ conſtitutioni *hâc l.* derogat Arcadius: iiſdem ſemper nuptiis interdictis ac nominatim inter conſobrinos. Cui poſtremò tamen obſtare videtur *lex celebrandis, Cod. de nuptiis*: quæ eundem Arcadium auctorem habet, quâque nuptiæ inter conſobrinos legitimæ eſſe iubentur. Quare ideò quoque nonnulli



*dictæ legi, celebrandis*, ſtatus controuerſiam mouent, cùm eam pugnare videant cum hâc eiuſdem Arcadij *leg.* & *d. l. vn. ſup. ſi nuptiæ ex reſcripto*, (quæ ipſa quoque eorundem Arcadij & Honorij nomina præfert) Quâ vtraque Conſobrinorum coniugia ab Imperatoribus illis improbantur: Vt proinde minimè conſentaneum videatur, vt *d. lex celebrandis* ab iis edita ſit: Quî enim, inquiunt, par eſt credere, duos iſtos Principes, qui primo (imò ſecundo) Imperij ſui anno conſobrinarum nuptias Patris exemplo interdixerant *h. l.* ſuam ipſorum legem poſt nouem annos reſcidiſſe, atque iterum quarto póſt anno velut immemorem ſui Honorium contrariam huic *legem vnicam, ſi nuptiæ ex reſcripto petantur*, condidiſſe, quâ paternam legem de vetitis conſobrinarum nuptiis mutato rurſus conſilio comprobauit. Præcipuum iſtud contrariæ ſententiæ patronorum argumentum eſt, ex multiplici errore conflatum, dum neque Imperatores ipſos ſatis diſtinguunt, neque temporum rationem quam præ ſe tamen ferunt, exactam habent. Enimuerò, è tribus illis legibus quæ Arcadium & Honorium Impp. ex æquo inſcriptos præferunt, putà A.D. 396. *hæc lex 3.* A. 404 *lex, celebrandis*: Anno verò 409. *lex vn. ſup. ſi nuptiæ ex reſcripo*: duæ Arcadium Orientis Imp ſignatè auctorem habent, putà *d. lex 3.* & *d. l. celebrandis*: tertia, Honorium Occidentis Imp. putà *d. l. vn.* Nam vt maximè vtriuſque Imperatoris nomina præferant tres illæ leges, pro more videl. tùm recepto, quo Imperatorum omnium qui eodem tempore imperabant, diuiſis tamen Imperij partibus, nomina, conſtitutionibus ab vno latis ex æquo inſcribebantur, attamen ſuos reuera ſingulóſque Imperatores auctóres eæ habent: quod ex eorum partim nominibus quibus inſcriptæ ſunt leges illæ, partim ex loci ſubſcriptione vbi eæ datæ ſunt, colligere licet: Arcadius inquam auctor eſt *d. legis 3. & d. l. celebrandis*, quæ vtraque data eſt ad Eutychianum PP. Orientis ſcilicet de quo iam dicere memini ad *l. Quiſquis ſup. ad leg. Corn. de ſicariis*: ſeu, *Cod. ad l. Iul. maieſtatis*, quæ & ipſa eidem Eutychiano PP. inſcribitur: quin *d. lex 3.* data Conſtantinopoli: Honorium verò auctorem, habet A.D. 409. *d. lex vn. ſi nuptiæ ex reſcripto*, vtpote data ad Theodorum PP. [Italiæ ſcilicet] idque Rauennæ.

Hoc poſito, conciliatio iam in procliui, omni hæſitatione ceſſante: Arcadus ſcilicet Orientalium partium Imperator initio quidem A.D. 396. *hac l. 3.* patris Theodoſij exemplo Conſobrinorum coniugium inter illicita habuerat, ſic tamen vt pœnam tantum à patre ſtatutam temperaret: Idem verò poſtea mutato conſilio A.D. 405. in *l. celebrandis*, nuptias illas prorſus pro legitimis haberi voluit: Hactenus Arcadius per Orientem. Atque adeò legis *celebrandis* auctor ſolus Arcadius, non Honorius, neque vterque fingendus eſt. Quid Honorius igitur per Occidentem? Is anno 409. & ſic poſt *d. l. celebrandis* à fratre latam, *d. l. vn. ſi nuptiæ ex reſcripto*, nonniſi ex reſcripto legitimas haſce Nuptias eſſe voluit. His ita diſtinctis, nulla hîc *ἀντινομία* intercedit, neque Honorius vllo modo ſui immemor, vel, vt quidam ſcribunt, tertiùm mutaſſe fingendus eſt, quandoquidem is nunquam ante *d. l. vn.* Conſobrinorum nuptias pro legitimis haberi voluit: neque in eo vlla conſilij mutatio fingenda, verùm in Arcadio. Hæc ſi ita quoque diſtinxiſſent Contius & Briſſonius, non illi fruſtrà ſeſe torſiſſent: Contius animi anceps primùm putabat, *ſubſeciuarum lectionum lib. 1. c. 9.* Legem *celebrandis* ab Arcadio & Honorio (hoc ſemper malè addit) minimè ſcriptam fuiſſe, falſóque eam illi in *Cod. Iuſtin.* adſcribi: Mox idem mutatâ ſententiâ *lib. 2. c. 1.* pronunciat, legem illam reuerà Arcadium & Honorium auctores habere, ſed tamen vel non ita ab iis ſcriptam, vel certè ab Honorio rursùm abrogatam *d. l. vn.* Briſſonius verò *libro ſingulari de Iure Connubiorum*, cenſuit, Theodoſij M. legem ilicò ab vtroque filio Arcadio & Honorio protinùs abrogatam: duáſque illas leges, quibus ea confirmatur, putà *hanc legem 3. de inceſtis nuptiis*, & *l. vlt. ſi nuptiæ ex reſcripto pet.* non ſic ab illis ſcriptas fuiſſe, vt nunc in hoc *Cod. Theod.* leguntur, verùm quomodo in *Iuſtinianeum* tranſlatæ ſunt, ſine clauſulis illis quibus nuptias illas pro illegitimis habent, ac proinde clauſulas illas duabus illis legibus in *hoc Cod. Theod.* præter auctorum ſeu Imperatorum mentem ex Gothorum moribus inſertas. Ita contrario planè errore percelli Leges illas videmus: Ab illis videl. Tribonianus inſimulatur, quaſi auctor & architectus legis *celebrandis*: ab his verò in Gothos falſi ſuſpicio transfertur, quaſi duas alias leges inſerto emblemate corruperint. Quod vtrumque inane, quando vtrique, & Tribonianus & Gothi hâc parte culpâ ſuſpicionéue omni vacui ſunt, ſolâ Imperatorum annorúmque diſtinctione facta. Cœterùm Arcadium hac parte ſententiam mutaſſe nil mirum. Nam vt hîc Arcadio contigit à priore ſententiâ Theodoſiique lege, imò & ſuâ, migrare, ita & idem, ne cœterorum exempla hîc aduocem, quibus Codex hic Theodoſianus abundat, aliàs ſæpè conſilium mutaſſe in rebus grauiſſimus deprehenditur. Tria tantum exempla hîc apponam. Eunomianis ille Theodoſij patris iudicium (quod exſtat *l. 17. inf. de hæreticis*) ſecutus, teſtamenti factionem dederat A. 395. *l. 27. eod. tit.* At idem poſteà ademit: mox rursùm reddidit A. 399. *l. 36. eod.* Maiumæ item ſpectaculum antea ademptum reddiderat A. 396. *l. 1. inf. de Maiumâ*: ademit idem A. 399. *l. 2. dicto tit.* Vſurarum denique ſtipulatione Senatoribus interdixerat, ſeu fœnus exercere eos prohibuerat (minoribus exceptis) A. 397. *l. 3. ſup. de vſuris*, (de quo interdicto extat quoque inſignis Chryſoſtomi locus, *homiliâ in Matthæum 56. ſub fin. ἐν ἠθικῷ* editionis Sauilianæ *tomo 2. p. 362.*) Atenim idem octennio pòſt, amoto iam Chryſoſtomo A. 405. (eodem anno quo *lex, celebrandis*, ab eo lata eſt) medias centeſimas his permiſit. Nunc de *lege noſtra.*

Pœnæ igitur inceſtarum nuptiarum hæ *hâc l.* ab Arcadio conſtituuntur: Primùm, vt huiuſmodi vxor, vxor non ſit: vt filij, filij non ſint, id eſt, vt legitimi non ſint, ſed ſpurij: de quo vide etiam *l. 1. ſup. & l. 4. inf.* atque adeò in poteſtate patris non ſint, ſeu vt *lex 4.* loquitur, in ſacris patris non ſint, nec paternam vt ſui ſuſcipiant hæreditatem: vt huiuſmodi vxori liberiſque coniux, vel pater, nihil omninò vel inter viuos, vel mortis occaſione donare poſſit. Secunda pœna eſt, vt *Dos* caduca fiat: Nempe, vbi matrimonium non eſt, nec dos eſt: *l. 3. ff. de iure dot. l. 20. Cod. de donat. ante nupt.* Addatur & §. 12. *Inſt. de nuptiis.* Tertiò, vt Extraneis quoque teſtamento nihil relinquere poſſint, ſed eos tantum ſucceſſores habeant, iiſque teſtamento aliquid relinquere poſſint, qui legitimi alioquin eorum hæredes ſunt, ex legitimo videl. matrimonio editi, quíque in contrahendis inceſtis nuptiis participatum vel conſilium non præbuerunt.

### ¶ *De inceſtis nuptiis cum* SORORE *uxoris*, *& cum* FRATRIS *uxore*, *Thedoſij Iun. lex.*

IIII. * Impp. Honor. & THEOD. AA. Aureliano" II. PF. P.

TANQVAM inceſtum commiſerit, habeatur, qui poſt prioris coniugis amiſſionem, ſororem eius in matrimonium proprium crediderit ſortiendam. Pari ac ſimili ratione etiam, ſi qua poſt interitum mariti in germani eius nuptias crediderit aſpirandum. Illo ſine dubio inſecuturo, quod ex hoc contubernio nec filij legitimi habebuntur, nec in ſacris" patris erunt, nec paternam vt ſui ſuſcipient hæreditatem. Dat. XVII". Kal. Iun." Conſtantinop. DD. NN. Honor. X. & Theod. VI. AA. COSS. [415.]

INTERPRETATIO. * *Quæcunque mulier ſororis ſuæ maritum poſt illius mortem acceperit, vel ſi quis ex viris mortua uxore, ſororem eius aliis nuptiis ſibi coniunxerit, nouerint tali conſortio ſe eſſe notabiles, & filij qui exinde fuerint procreati, & ſucceſſione excludantur, nec inter filios habebuntur.*

## NOTÆ.

* Et hæc lex abeſt à Cod. Iuſt. prælatâ ſimili & breuiori lege Theodoſij M. *l. fratres 5. Cod. eod. tit.* Huic concordat & *lex 2. 3. ſup.*

" *Aurelianus* PP. Orientis ſub Theodoſio Iun. & quidem ſecundùm: vid. alias *leges* ei inſcriptas *in Proſop.* Meminit & ſuperiore anno 414. huius Aureliani II. PP. Chronicon Alexandrinum.

" V. *l. 1. 9. inf. de maternis bonis*: & Gloſſ. Th.

" VIII. Ita An. optimæ notæ.

" *Iun.* ita editio Pariſ. anni 1566.

* Interpretatio hæc, vſque ad illa, *& filij*: inſerta eſt Concilio Turonenſi 2. quod habitum ſub Chariberto R. A. D. 567. *can. 21.*

## COMMENTARIVS.

EADEM huius conſtitutionis ſententia eſt, quæ *legis 2. ſup.* vbi dicta ſufficiunt, húcque arceſſi poſſunt.

# DE * DOTIBVS.

## TITVLVS XIII.

* V. COD. IVST. XI. XII. XIII. XIV. & XV. hi enim tituli omnes huic vnico reſpondent. Poteſt & ad hunc *Titulum* referri *Titulus de inofficioſis dotibus ſuprà.*

## PARATITLON.

DOS aut datur *l. 3. h. t. & l. 2. ſupr. de inofficioſis dotibus*, (hinc *dos data*, *l. 3. ſupr. de inceſtis nuptiis*) aut præſtari cùm tantùm placet, id eſt, conuenit, *l. 4.* ſeu *vlt.* ſeu pollicitatio rerum dotalium fit, *d. l. vlt.* & quidem duplici modo. Vel enim pollicitationem dictio ſubſequitur, vnde dos dicta, *l. 3. ſupr. de inceſtis nuptiis*, & dotis dictio, *l. vlt. h. t.* vel ſtipulatio, *d. l. 4.* vnde dos promiſſa dicitur, *d. l. 3. ſupr. de inceſtis nuptiis*, ídque non qualibuſcumque verbis olim fiebat, *d. l. vlt.* ſed ſolemniter, *d. l. 3. de inceſtis nupt.* quod Theodoſij Iun. conſtitutione abrogatum fuit. Datur autem dos aut promittitur ex vxoris plerumque facultatibus, *l. 3. h. t.* Cæterum pacta quoque quædam de dote reddenda interueniebant, *l. 2. h. t.* Certè conſtante matrimonio dos à marito vxori refundi non poteſt, non magis quàm aliud quid ei donari, *l. 3. h. t.* Soluto matrimonio obitu maritali dos ad vxorem reuertitur, *d. l. 3.* at defunctâ vxore, apud maritum dos remanet, vel promiſſâ præſtari debet, ſic vt à liberis ex eâ ſuſceptis proprietatem is alienare non poſſit, *d. l. 3.* Facto autem diuortio, dotem reddi vxor poſtulabat *l. 2.* ſic tamen, vt retentiones ex iure venientes quaſdam maritus, quandoque opponeret, *d. l. 2.* & in his quidem actionem de moribus, *l. 1.* vt & pacta, ſi quæ legibus conſentanea



conſentanea interceſſiſſent, *d. l. 2.* His adde de dotis collatione, *tit. vnde liberi*: de dote vxoris proſcripti, *l. 15. de bon. proſcript.* de Dotis repetitione, *l. 7. ad leg. Iul. de adulter.*

### ¶ *De* MORIBVS *actionem perſonalem neque hæredi, neque in hæredem dari.*

I. * Impp. CONSTANTIVS" & Conſtans AA. Ad Philippum PF. P."

DE *Moribus actio* vltra perſonam extendi non poteſt: nec in hæredem dabitur, nec tribuetur hæredi. Data XII. Kal. Octobr. Liminio & Catulino COSS. [349.]

INTERPRETATIO. *Si de moribus maritus uxorem accuſat, hoc eſt in maleficio, in adulterio, ſimilibus aliiſque criminibus, ſi mortua uxor fuerit, hæredes eius accuſari non poſſunt: quia* Crimina cum auctore deficiunt: *Tamen & ſi maritus mortuus fuerit quia accuſabat uxorem, ab hærede mariti mulier non poteſt accuſari.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. De cuius rei ratione mox viderimus. Coniungenda autem eſt huic legi *lex 1. & 2. inf. de reuoc. donat.* quæ prima etiam argumento *huic l.* conuenit. Malè autem *hæc lex* à nonnullis paſſim, quaſi *ſuperioris tituli, de inceſtis nupt. poſtrema* allegatur.

" *De hoc Philippo PP.* vid. quæ plenè dicam *ad l. 20. infr. de appellat.* & *Proſopogr.*

## COMMENTARIVS.

DE MORIBVS actionem perſonalem eſſe, neque in hæredes, vel ad hæredes tranſire definit *hâc l.* Conſtantius Imp. pariter vt actionem Ingrati ad reuocandam donationem *l. 1. inf. de reuoc. donat.* quæ vnà cum *l. 2. eiuſdem tit.* huic coaſſandæ veniunt, ceu vnius eiuſdémque Conſtantianæ conſtitutionis partes. ¶ Vt ſciatur quid ſit *de Moribus* actio, tenendum eſt, ſicuti vxori ad repetitionem dotis ſoluto matrimonio duæ actiones iure Rom. competebant, putà actio, ſeu arbitrium rei vxoriæ, & actio ex ſtipulatu, ſi videlicet ſtipulatio *dotem reddi* interceſſiſſet: ita viciſſim marito *Retentiones*, ſeu Compenſationes, vt propriè vocantur *l. 15. §. 1. ff. ſoluto matrim.* (*Penſationis* etiam verbo vtitur Papin. *l. 39. ff. ſoluto matrim.*) ex dote competebant, quinque ex cauſis, vt docet Vlpianus, *in fragm. tit. 6.* (de quo *ad l. prox.*) quaſi pignoris nomine dote retenta, *l. dote. ff. de dote præleg.* Inter cætera, Morum vxoris nomine: *Morum*, inquam, hoc enim temperamento Maiores dicebant *Mores*, non iniurias, non crimina: Ideóque etiam *crimina*, & *mores*, opponuntur; *l. 2. inf. de repudiis*: Sic & Auctor ad Herennium *lib. 2.* *Si nihil eorum fieri poterit, vtatur extrema defenſione, & dicat, non ſe de moribus eius apud Cenſores: ſed de criminibus aduerſariorum apud Iudices dicere.* Pariter & in argumento de delictis Eccleſiaſticorum Ambroſius *Epiſt. 32. de Valentiniano Sen.* *Quin etiam ſi aliàs quoque argueretur Epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere*, cum quo loco componenda eſt *lex 23. inf. de Epiſcopis*: vbi v. quæ dicam. Quam in rem actio *de moribus* marito competebat, cuius *hâc l.* mentio fit: *& l. un. inf. victum ciuil.* eodémque pertinet *lex 2. inf. de repudiis*: Eiúſque etiamnum veſtigia extant *in l. 5. ff. de pactis dotal. in l. 15. §. 1. l. 39. 47. ff. ſoluto matrim.* & de eâ agitur *in l. 11. §. 2. C. de repudiis & iudic. de morib. ſubl. & l. un. §. taceat. C. de rei vxor. act.* Eâ actione maritus vxoris mores accuſabat, eóſque repudio cauſam dediſſe: *d. l. 39.* quâ illud efficiebatur, vt ſi ſecundùm vxorem pronunciatum eſſet, omnem dotem ſuam vxor reciperet, *l. 1. inf. de repudiis*: contra, ſi ſecundum maritum pronunciatum fuiſſet, is ob mores vxoris, ſeu morum nomine *compenſaret*, id eſt, rei vxoriæ ſeu dotis partem retineret, *d. §. taceat*: *& d. l. 47.* & Vlp. *fragm. tit. 6. §. 9. & 12. & l. miles. 11. §. ſocer. 3. ff. ad Leg. Iul. de adult.* vbi hoc, *lucrum ex dote, & commodum dotis*, vocatur. Ob mores videlicet grauiores (adulterium nempe) *ſextam*: ob leuiores, id eſt, reliquos, *octauam*, Vlpianus *d. §. 12.* Etſi aliud obtinuiſſe videtur iure vetuſtiſſimo, vt videlicet ob mores grauiores, qui tum habiti, mulier totâ dote multaretur. Neque enim tantùm Horatius ait, *deprenſam doti metuere*: Et Cato, *oratione de dotibus*, apud Gellium *lib. 10. c. 23.* *Si quid peruersè tetréque factum eſt à muliere, multatur*, [dote ſcilicet] *ſi vinum bibit, ſi cum alio viro probri quid fecit, condemnatur*: Verùm etiam Plinius nominatim, *lib. 14. c. 13.* Eam quæ vinum bibiſſet, dote mulctatam ſcribit. *Cn. Domitius Iudex pronunciauit, mulierem videri plus vini bibiſſe, quàm valetudinis cauſa, viro inſciente, ac dote multauit.* De probro ſiue adulterio confirmat etiam Gaij Titinij exemplum apud Valerium Maximum. Sanè hoc morum iudicio ſtante, inſidiis & aucupiis maritorum ad vindicandam dotem, magna feneſtra patuit. Quò refero & illud Varronis in Myſteriis: *In id virgo* [*al.* *viro*] *dos à fœmina vt auferatur, quæ mihi poſtea quàm ad Concordiam dicta eſt*, &c. Et hæc quidem de ipsâ actione, de moribus iuxta Veteres leges & Reſponſa prudentum: quæ etiam Iulianus retinuit *l. prox.* & Theodoſius Iun. *Nouella 17. de repudiis.* Nunc de eius natura quæ *hâc l.* indicatur.

¶ Huiuſmodi ſcilicet actio perſonalis erat, vt *hac l.* oſtenditur; ideóque nec hæredi, nec in hæredem dabatur, *hac l. & d. l. 15. §. 1. ff. ſoluto matrim.* vbi Iuriſconſultus quoque ait, *hæredem mariti morum vxoris coërcitionem non habere*: ſicut nec viceversâ hæres mulieris coërcetur propter mores mulieris: *hac l.* Quia ſcilicet hæc actio ad pecuniariam cauſam non reſpicit, ſed coërcitionem publicam continet, *d. l. 15. §. 1. ff. ſoluto matrim. & d. l. 5. ff. de pactis dotal.* vindictam perſequitur, cauſam do-

loris agit; pœnalis eſt, accuſatio denique eſt; (ſic enim etiam hæc actio vocatur, in *d.l.39.& 47. π. ſoluto matrim.*) Neque tamen criminalis actio eſt; (quod Interpres credidiſſe videtur.) Quinimò criminali ea opponitur, *d. l.vn. inf. victum ciuil. & d. l.11.§.3. π. ad L.Iul.de adulter.* Sic tamen, vt qui iudicio dè moribus victus eſſet, criminalem adulterij accuſationem inſtituere non poſſet, *d.l.vn.inf. & l. 47. π. ſoluto matrim.* Simili ratione ingrati actio, ob quam donatio reuocatur, hæredi & in hæredem non competit, quia *vindicationis*, id eſt, vindictæ tantum effectum habet, *l.1. inf. de reuoc. donat.* (quam vnà cum *l.2. eiuſd. tit.* huic noſtræ coniungendam dixi) Simili ratione & iniuriarum actio, *l.2.§.emancipatus.π.de collat.bonor.& l.ſi cum 10. §.2. π. ſi quis cautionibus*: Nam qui iniuriarum agit, cauſam doloris agit, vt Valentinianus *in Nouell.de libertis & ſucceſſoribus eorum*, ſcribit: vel vt Cicero *pro Cæcinâ* loquitur; *Actio iniuriarum dolorem iudicio pœnâque vindicat*: vel vt Iuriſconſultus; *In actione iniuriarum agitur vt vindicetur, non vt damnum ſarciatur,l.Prætor, §.1.π.de iniuriis.* Idémque de actione inofficioſi dicendum eſt;de quo *alibi*. Aliud adhuc his ſimile exemplum peti poteſt ex *l. pen. π. de in ius voc.* Simili ratione hæres mariti vxori dotem repetenti impudicitiæ & adulterij crimen mariti tempore admiſſi impingere non poteſt, ſi maritus ſuperſtes de eo conqueſtus non fuerit: de quo vide Pragmaticos noſtros, & in his Iudicij ſublimis Louëtium *Areſtorum lit.1.num.4.*& quæ præterea apud eundem notat Scholiaſtes. Et in eo differt morum cauſa à cæteris cauſis; putà, rerum amotarum, donatarum, impenſarum factarum. Harum enim cauſarum nomine hæredes ſi non retentionem, petitionem ſaltem, ſeu actionem habent, de quo dicam *infr. l.5. h.tit.* Et hæc quoque de Naturâ iſtius iudicij.

¶ Nunc de vitâ eius & fine ſub Chriſtianis Imp. Nempe cùm Conſtantinus M. repudiorum cauſas ad grauiores mores & crimina tria reduxerit, putà adulterij, veneficij, lenocinij, *l.1. infr. de repudiis.* & extra hos caſus omnem dotem reſtitui idem iuſſerit, neceſſe eſt, & iudicium de moribus ſublatum voluiſſe Conſtantinum M. Verùm,quicquid Conſtantinus voluerit, hæc lex noſtra apertè docet, Conſtantini M. legem non obtinuiſſe, quin iudicium de moribus ſtetiſſe, diuortiorum cauſis aliis, quàm quas Conſtantinus definiuerat, pro iure veteri, permanentibus,& ſic diuortiis frequentatis. Ac multò magis id oſtendit Iuliani *lex 2.infr.*

¶ Verùm ſublatum tandem poſtea fuit iudicium iſtud *de moribus*, atque adeò retentionis ſeu compenſationis modus ille ob mores ſublatus, Honorij Imp. conſtitutione *l.2.inf. de repudiis.* & poſt eum conſtitutione Iuſtiniani, nempe *l.11.§.2.verſ. iudicio de moribus. C. de repudiis, & iudicio de moribus ſublato; & l.vn. §.taceat. C.de rei vxoriæ act.* Quod iudicium & antea minus frequentatum fuiſſe idem Iuſtinianus *in d. l.11.* ait. Et hæc cauſa eſt, cur Tribonianus hanc conſtitutionem à *Codice ſuo* abeſſe voluerit; & *leg. vn. inf. victum ciuil.* eâ parte, quâ de hoc iudicio agit, decurtauerit. Hodie igitur, repudiis videlicet cohibitis, morúmque iudicio ſublato, quo caſu diuortium iure factum eſt, mulier, cuius culpâ diuortium fit, totâ dote & lucro nuptiali multatur.

## ¶ Retentiones & pacta *dotalia ſuper reddendâ dote legitima ſeruari iubet Iulianus Imp.*

### II. * Imp. IVLIANVS A. ad Mamertinum PF. P.''

IN dote reddendâ,& retentiones ex iure venientes,& pacta quæ legibus conſentanea eſſe monſtrantur, placet, etiam ex huius ſanctionis auctoritate, intemerata inuiolatáque ſeruari. Dat. IV. Kalen. Mart. Iuliano A. IIII. & Salluſtio COSS. [363.]

INTERPRETATIO. *Pacta inter maritum & vxorem, quæ de dote inita ſunt, & cum lege concordant, hæc lex ſicut reliquas pactiones valere præcepit.* ¶ *De retentionibus verò, quia hoc lex iſta non euidenter oſtendit, in iure, hoc eſt, in Pauli Sententiis, ſub titulo,* de Dotibus, *requirendum: aut certè in Pauli reſponſis ſub titulo,* De re vxoria.

## NOTÆ.

* Et hæc lex abeſt à C. Iuſt. propter retentiones ex dote à Iuſtiniano abrogatas, exceptâ retentione propter impenſas neceſſarias. Iungendæ autem illi videntur *lex vn. infr. de longa conſuetud. lex 3. & 4. infr. ſine cenſu*: etſi ad alios datæ ſint.

'' *Mamertinus* hic PP. fuit & ſub Iuliano A.D. 362. 363. & ſub Valentiniano A. 364. 365. & 369. vid. *Proſopogr.* Ammianum Marcellinum, & ipſummet Mamertinum *in Panegyr.*

## COMMENTARIVS.

RETENTIONES iuris, & PACTA legitima, quæ doti reddendæ modum faciunt, intemerata, inuiolata ſeruari iubet *hâc l.* Iulianus Imp. ¶ Quod vt intelligatur, breuiter ſciendum eſt, vxore dotem repetente ſoluto matrimonio, reddendæ illi duo modum feciſſe, id eſt, effeciſſe, ne ſoluto matrimonio dos omninò, vel ſaltem tota à marito redderetur, ſed vt eam vel totam, vel eius partem retinere maritus poſſet: Duo,inquam; puta Retentiones ex iure venientes & pacta. *Retentiones ex iure venientes*, id eſt, quas ius induxit certis caſibus, & quidem quinque. Propterea mores ſcilicet de quo proximè dictum fuit ad *l. 1. ſupr.* Propter Liberos, de quo agitur, *l.vlt.in fin.inf. de repudiis.* De tribus reliquis nulla *hoc Cod.* mentio extat: Sunt autem hæ: Propter impenſas in res dotales factas: Propter res Amotas: Propter res Donatas, de quo dicam aliquid ad *l.5. inf. de reuoc. donat.* De quibus notum eſt, quicquid notari poteſt. Interpres certè ad *hanc l.* Auctor eſt, Paulum *in Sententiis*, de his retentionibus plenius egiſſe ſub *tit.de dotibus*, qui *titulus* quidem eſt 21. *libri ſecundi*; ſed in eo nihil tale hodie extat.



¶ Igitur de his retentionibus & pactis Iulianus Imp. duo *hâc l.* conſtituit. Primùm, huiuſmodi Retentiones intemeratas & inuiolatas ſeruari oportere. Vnde apparet, eas iam obſoleſcere cœpiſſe, non tam, quòd pignoris genus hoc minus æquum nonnullis videretur, (vt quia reddendæ doti, cuius cauſa publica eſt, moram facerent, præſertim cùm & marito aliunde cautum eſſe poſſet) verùm quia Retentio illa nominatim *ob mores*, minus æquabilis Chriſtianis videretur, prælatâ etiam Conſtantini M. *lege 1. inf. de repudiis.* Nempe quia caſtigatior diſciplina Chriſtiana, repudiorum ἐυκολίαν, lenitatem, & ſic iudicium de moribus improbaret: aduerſus eam lenitatem repudiorum, Patribus paſſim declamantibus, de quo plenè *ad l.1.& 2. inf.de repudiis.* Et verò nō alia fuit, vt quidem exiſtimo, Iuliano Apoſtatæ *huius l.* promulgandæ cauſa: vt veteris moris cæteroquin retinēti, ita Chriſtianæ diſciplinæ & Conſtātini M. hoſti internecino. Quinimò & hac, inter alias, ratione Iulianus Chriſtianæ religionis proceſſū interturbare voluiſſe mihi videtur. Nempe cùm eo maximè angeretur, quod audiret, vxores paſſim, etiam multorum Sacerdotum, fidem Chriſti profiteri, quod diſertè prodit ipſe *Epiſtola ad Arſacium*, & ex eo Sozomenus *lib.5. cap.15.* hunc ob mores Chriſtianos dotis amittendæ metum his obiicere voluit, vt ita Chriſtianam fidem eierarent. Quare dicendum fuerit, Iulianum & hanc legitimam diuortij cauſam probaſſe, ſi maritus Gentilis Chriſtianam haberet vxorem, & viceuerſâ. Et verò hùc etiam pertinet illud, quod vetus Auctor apud Auguſtinum *in quæſt.ex vtroque teſtam. q.115. & 144.* ſcribit; *Ante Iuliani Edictum, mulieres viros ſuos dimittere nequibant, acceptâ autem poteſtate cœperunt facere, quod prius facere non poterant: cœperunt enim viros ſuos libenter dimittere.* Et inferiùs: *Hic enim in vrbe Româ & finibus eius (quæ ſacratiſſima appellatur) licet mulieribus viros ſuos dimittere, cùm cautum ſit lege diuinâ, vt ne viri quidem hac poteſtate vterentur, exceptâ fornicationis cauſâ.* Sub Gentilibus ſanè Principibus hæc morum & Chriſtianæ religionis ſuſceptæ ratio paſſiua diuortiorum cauſa fuit: quod docet Tertullianus *Apologetici cap. 3.* (Tertullianus, inquam, qui in hoc ipſo negotio *lib. 1. ad Nation. cap. 4.* dicebat: *Scio maritum anxium retrò de vxoris ſua moribus*, &c. Et Apologetici *cap. 6. vbi eſt illa felicitas matrimoniorum, de moribus vtique proſperata?*) Verba eius ſunt hæc: *Vxorem iam pudicam* [Chriſtianam] *iam non Zelotypus eiecit: filium ſubiectum, pater retrò patiens, abdicauit: ſeruum iam olim fidelem dominus olim mitis ab oculis relegauit. Vt quiſque hoc nomine emendatur, offendit: tanti non eſt bonum, quanti eſt odium Chriſtianorum.* Vxorem, inquit, EIECIT: nam ita rectè habet MS. Fuldenſis: Nempe vxoris eiiciendæ; filij abdicandi, ſerui relegandi cauſa iuſta fuit Chriſtiana religio. Et vt à capite rem arceſſam: Singulare eſt admodum, quod Aſterius, *homil. de An liceat dimittere vxorem ex qualibet cauſâ*; conicit, non alium Scopum, Phariſæos, Dominum noſtrum tētantes, in illo προβλήματι, *An liceret viro quâlibet ex cauſâ coniugem repudiare*, habuiſſe, quàm quia fœminæ plures Chriſtum ſequerentur, eique adhærerent. Et hæc de Retentionibus, quibus locum eſſe voluit Iulianus.

¶ Secundò & Pacta dotalia legibus conſentanea Iulianus *hac l.* confirmat. Quibus verbis infirmari puto nominatim pacta dotalia retentionibus, quæ ex iure veniunt, contraria: Ac ſi dixiſſet, Retentiones ex iure venientes inuiolatas ſeruari intemeratáſque iubeo; viceuerſâ pacta his contraria aboleri volo. Quod ſanè confirmat in hoc ipſo argumento Paulus *lib. 7. ad Sabinum l.5. π. de pactis dotalibus*: & idem *l.20.in princ. π.eod.tit.* Eodémque pertinet Pomponij *lib.16.ad Sabinum, lex 26. π. de reg. iur.* Scilicet pactiones hæ erant illicitæ, veluti ne dos retineretur ob Mores, ne de Moribus ageretur, *d.l.5.* quia publica coërcitio morum non poteſt priuatâ pactione tolli: Simile in furto, *l. ſi tibi. §.1. l. Iuruigentium, π. de pactis.* Item pactio illicita ex Gentilium diſciplina erat, ſi quis paciſceretur, vt ob mores dotis totius retentio fieret, vel minus exigeretur quam *legib.* cautum erat, quia pœnis legum contenti eſſe debemus, & publica coërcitio priuata pactione tolli non poteſt: de quo expreſſius ad hanc ipſam rem textus eſt *in d. l.5. in princ. l. ſi ſtipulatio 19. π. de V. O.* Rurſum pactio illicita erat, ne ob res donatas, amotas, vel impenſas factas retentio fieret, *d. l. 5. & 20.* Ob res donatas ſcilicet, quia hæc pactio impugnat ius ciuile, quo inter coniuges interdictæ ſunt donationes *dict. l.5. §.1.* Ob res amotas, quia hæc pactio inuitat mulierem ad furandum, *dict. l. 5. §.1.* Ob neceſſarias impenſas, quia ipſum ius has vult minuere dotem *dict.l.5. §.2.* quod ſanè potentius eſt pactis priuatorum: Sed & ipſius mulieris intereſt, pactum hoc non ſtare: ne alioquin eo ſtante mariti ſtudium in tuendis rebus dotalibus refrigeſcat: Tandem ne *propter liberos* retentiones fierent, licuiſſe paciſci putat Cuiacius. Quod alius non temerè admittat, ne alioquin publica parentum priuilegia priuatâ pactione interuertantur: attamen non video cur hæc pactio non licita fuerit, cùm liceat cuique fauori pro ſe tantùm introducto renunciare. Et hactenus quidem de *huius leg.* ſententia, quæ pars videtur maioris conſtitutionis Iulianeæ, vnde deſumpta quoque eſt *lex vn. inf. de longa conſuetud. l.3.& 4. inf. ſine cenſu*: quæ proinde huic coaſſandæ videntur, etſi ad diuerſos datæ: Ex quibus omnibus id efficiatur, Iulianum id velle, vt vetera inſtituta omnino valeant, *dict. l. vn.* veluti retentiones ex dote, *h. l.* Itémque pactiones ſecundùm vetera inſtituta initæ: at non & pactiones publicæ cauſæ aduerſas: veluti, ne cenſum emptor agnoſcat, *d.l.3.& 4.*

### III. * Impp. HONOR. & Theod. AA. Mariniano'' PF. P. Poſt alia.

SI conſtante matrimonio maritus fatali fuerit ſorte conſumptus, dos, quæ data dicitur vel promiſſa ex eius vxoris facultatibus, ad fœminam'' reuertatur, nihilque ſibi ex hoc defuncti hæres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Et * ſi fortaſſe conſtante matrimonio à marito vxori dos refuſa'' eſt, quod *Legibus* ſtare non poteſt, quia donationis inſtar-

ſtar perſpicitur" obtinere, eadem vxore defuncta, marito ab eius hæredibus cum fructibus ex die refuſæ dotis reſtituatur, ita vt proprietas eiuſdem à" liberis ex eadem ſuſceptis alienari" à marito non poſſit, &c. Dat. III". Non. Nouembr. Rau. Honor. XIII. & Theod. X. AA. COSS. [422.]

INTERPRETATIO. *Si contigerit, vt maritus vxore ſuperſtite moriatur, quæcunque à muliere marito in dotem data fuerant, ad ſuum dominum fœmina reuocabit, nec hæredes defuncti mariti hoc vindicare præſumant: Nam ſi maritus dum adiueret", hoc ipſum quod à muliere in dote perceperat, fortaſſe refuderit, quia ſimilitudo donationis eſt refuſio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt eius hæredes hoc ſibimet vindicare, ſed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere reſtitui: ſic tamen, vt ſi erunt filij, non ſibi hoc dum aduixerit pater eorum, quaſi ex bonis maternis vindicent, ne pater aliquid aliud, niſi vſumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam perſonam habebit liberam poteſtatem, ſed omnia poſt obitum eius, ad communes filios reuertantur.*

## NOTÆ.

* Diuiſa hæc l. eſt in duas partes à Triboniano: quarum prior continetur *in l. vlt. C. ſoluto matrim. quemadmodum dos petatur*: poſterior *in l. vn. C. ſi dos conſtante matrim. ſoluta fuerit.* Eſt autem huic iungenda *lex 7. ſupr. de ſponſalib. & lex 4. Cod. Iuſt. de ſecund. nupt.*

" Ita quoque *in d. l. 7. & in d. l. vn.* At malè *in d. l. vlt.* Martiano. Similis error in *l. 4. C. de ſponſalib.* quæ alioquin deſumpta eſt *ex d. l. 7.*

" *Ad eandem*, Cod. Iuſt.

* Pars ſecunda *huius l.* vnde deſumpta eſt *d. lex vn.*

" *Sine cauſa legitima*: Addidit Tribon. Sunt enim certæ cauſæ ex quibus manente matrimonio dos vxori non perituræ refundi ſeu reddi poteſt, *l. mutus 73. §. 1. & l. vlt. ff. de iure dot. & l. quamuis 20. ff. ſoluto matrim. & Nou. 22. cap. 32.* Neque enim donat, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit, *l. 21. ff. ſoluto matrim.*

" *Perſpicitur*, id eſt, perſpicuum eſt: non, vt Gloſſa expoſuit, *præſumitur*: Græci rectè verterunt θεωρεῖται.

" *Liberis competens*; ita Tribon. vitandæ ſcil. vt volebat, obſcuritati. Venuſtum tamen & elegans illud eſt, *à liberis alienare*, pro in necem & fraudem liberorum quid alienare. Quam loquendi formulam etiam vſurpat Seuerus Imp. *in Nou. 1.* & Anianus noſter *ad l. 2. ſupr. de ſecund. nuptiis.* Eadem formulâ dicitur, à liberis nubere, *l. ſed ſi. 62. §. 2. ff. de condit. & demonſtr.* id eſt, ab iis diſcedere, *l. cum tale. 72. in pr. ff. d. tit.*

" *Contra leges*; addidit Tribonianus.

" IIII. in *d. l. 7.* Maior diuerſitas in Cod. Iuſtin.

" Dum adiueret: De hac loquendi formula dicam *ad l. 1. in fin. infr. de legit. hæredit.*

## COMMENTARIVS.

MORTVO alterutro è coniugibus, & ſic ſoluto per mortem matrimonio, quid de dote fieri oporteat, hac Honorij conſtitutione definitur: cui iungi oportet, & *legem 7. ſupr. de ſponſalibus.* Et duæ nominatim ſingulares quæſtiones *hac l.* deciduntur, circa *hæredes coniugum.* Duæ igitur hæ ſint ſententiæ; de hæredibus mariti prior: de hæredibus vxoris poſterior.

Priore ſcilicet definitur I. Mortuo MARITO ſolidam ſine vlla diminutione dotem ad vxorem adeò recurrere, ſeu redire, vt hæres mariti nihil ſibi ex eâ audeat vindicare & demordere. Et hæc ita ſi ex mulieris ipſius facultatibus dos data vel promiſſa fuerit, quod *hac l.* nominatim additur. Profectitia quippe dos & aduentitia, mortuo eo qui dotem dederat, apud maritum, eiúſve hæredes manebat, niſi ſtipulata eſſet vxor eam ſibi hæredíve ſuo reddi: *l. 5. C. ſoluto matrim.* Hodie tacita ſtipulatio ſemper inducitur, *l. vn. C. de rei vxor. actione.* Cæterum quod *hac l.* dicitur, hæredes mariti nihil ex dote ſibi vindicare poſſe, id haud abſurdè ad Retentionis ſpecies quaſdam referatur, quaſi id indicetur, retentiones ex dote ſoli marito ſoluto matrimonio competere; at non etiam eius hæredibus ex quibuſcunque cauſis, quibus non retentio dotis, ſed petitio ſeu actio poſt dotem competebat, ex illis cauſis reſtituram ex quibus maritus retentionem habuiſſet: exceptâ tamen etiam actione de moribus, quæ in hæredes omninò non tranſibat; *l. 1. ſup. h. t.* etſi hodie quoque ex Iuſtiniani conſtitutione putà *l. vn. §. taceat, C. d. tit.* maritus quoque retentionem nullam habet, ſed petitionem & actionem tantum? Videntur igitur maritorum hæredes hac tempeſtate aliquid ex dote demordere voluiſſe, fortè ob liberos: verùm id *hac l.* definitur; NIHIL ſibi ex hoc defuncti hæredem vindicare audere. Et hæc de morte Mariti, & hæredibus eius.

II. Mortuâ verò VXORE, liberis *communibus* relictis, dotem apud maritum remanere vſusfructus titulo, proprietate liberis ſaluâ definit *hac leg.* Honorius: ſic, vt poſt obitum Patris ad communes filios reuertatur, vt Interpres rectè adiecit. Nunc finge, quæ ſpecies in *hâc l.* nominatim vertebatur, Maritum dotem conſtante matrimonio vxori reddidiſſe, ſine legitimâ videlicet causâ (quod à Triboniano rectè additum iam notaui) Certè præmatura huiuſmodi dotis *repræſentatio*, donationis inſtar obtinet, (vt lex noſtra loquitur) vel, vt Interpres dotis refuſio eſt ſimilitudo donationis. Proinde legibus ſtare non poteſt, quibus videlicet donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio prohibitæ ſunt. Qui donare ſcilicet prohibetur, neque ante diem ſoluere poteſt. Quid igitur fiet, ſi poſt redditam ita à marito vxori dotem mortua fuerit mulier, & quidem relictis liberis? Hæredes mulieris dotem ita præmaturè ſolutam vnà cum fructibus ex die refuſæ dotis reſtituent marito, qui onera matrimonij ſuſtinuit, quem non æquum fuit fructibus priuari. Idque (vt & hoc dicam) de omni fructuum genere accipiendum puto, non tantùm de induſtrialibus, verùm etiam de naturalibus, qui abſque curâ & labore proueniunt, quos terra ſuâ ſponte ſine operâ & diligentiâ noſtrâ educat, vel educit. Quod generalia *huius l.* verba ſuadent: imò & ratio iuris ipſa: Fructus quippe omnes dotis ſine vllâ diſtinctione marito repenſandis matrimonij oneribus cedunt; proinde neque naturalium conſtante matrimonio donatio valet.

¶ Illud



¶ Illud non omittendum, in ſpecie *huius l.* non eoſdem fuiſſe videri hæredes, & liberos mulieris: quinimò videri mulierem extraneos ſibi hæredes feciſſe, legitimâ liberis relictâ. Quanquam fortè & iidem hæredes in ſpecie *huius l.* & liberi eſſe potuerunt.

---

IIII. *Impp. THEOD. & Valent. AA. Hierio PF. P." Poſt alia.

AD exactionem dotis, quam ſemel præſtari placuit, qualiacunque ſufficere verba cenſemus", etiamſi dictio", vel ſtipulatio in pollicitatione rerum dotalium minimè fuerit ſubſecuta, &c. Dat. X. Kal. Mart. Conſt. Felice & Tauro COSS. [428.]

INTERPRETATIO. *Ad implendam vel exigendam dotem, hoc eſt, quæ à muliere tempore nuptiarum viro datur, etiamſi deſit ſtipulatio promittentis, & verba iuridica, dos valere iubetur.*

## NOTÆ.

* Lex 6. C. *de dotis promiſſione*, hinc interpolata eſt: Iungendæ verò huic noſtræ ſunt *lex vn. ſup. de omiſsâ actionis impetrat. lex vlt. ſup. de ſponſal. lex vlt. ſupr. de nuptiis: lex vlt. inf. de legitim. hæred. lex vlt. inf. de natural. fil.* Iungenda & *lex 2. C. de bonis quæ liber.*

" *Hierius* hic PP. fuit ſub Theodoſio Iun. 425. 426. 427. 428. v. *Proſopogr.* & quidem Orientis, vt disertè præfert inſcriptio *l. vn. ne ſine iuſſu*: Eius mentio in *Chron. Alex. A. 427.* vbi δὶς ἔπαρχος vocatur: & Interpres malè *Præfectum Vrbi* interpretatus eſt.

" *Siue ſcripta fuerint, ſiue non*: Hæc Tribonianus addidit.

" Duas has dictiones, *dictio vel*, Tribonianus expunxit; pariter vt *in l. 3. ſup. de inceſtis nupt.* voces has, *aut dicta.* De ratione mox videbimus.

## COMMENTARIVS.

SCRVPVLOSITATEM & neceſſitatem veterem, ſeu OBSERVATIONEM Iuris dotis dicendæ, vel in ſtipulatum deducendæ, vt dos exigi poſſet, *hâc l.* abrogat Theodoſius Iun. qui in vniuerſum prolixâ conſtitutione (cuius hæc pars eſt) id vel vnû egit, vt varias ſubtilitates, ſolemnitates, ſcrupuloſitates, pompas, celebritates, aſperitates veteris iuris ſuperiorúmque conſtitutionum cunctorum actibus inſidiantes, abrogatum iret: putà in actionibus impetrandis, *l. vn. ſup. de omiſſa act. impetr.* in ſponſalibus, ſeu ſponſalitiis donationibus, *l. vlt. ſup. de ſponſalib.* in nuptiis celebrandis, *l. vlt. ſup. de nupt.* item circa legitimas parentum ſucceſſiones, *l. vlt. inf. de legit. hæredit.* circa naturales liberos, *l. vlt. inf. de natural. fil.* quæ leges quinque omnes huic noſtræ coniungendæ ſeu coaſſandæ ſunt, vnà cum *l. 2. Cod. de bon. quæ lib.* tanquam vnius & eiuſdem Conſtitutionis partes, quæ Theodoſium Iun. authorem habet: qui Princeps in commune obſeruationem iuris contrahendam omnino cenſuit, *l. vlt. inf. de donationib.* Tandem circa dotes *hac leg.* nempe olim vt dotis, ſi data non eſſet, ſolemniter conuentæ exactio competeret, vt hæc *lex* noſtra loquitur, *dictionem, vel ſtipulationem, in pollicitatione rerum dotalium ſubſequutam* oportuit: vel vt loquitur *lex 3. ſup. de inceſt. nupt.* dictam eam vel promiſſam oportuit. Inter dictionem autem dotis, & promiſſionem, de qua agitur *hoc Cod. hac leg.* & *d. l. 2.* & alibi paſſim, hoc intererat; *Dicebatur* dos ſolemnibus equidem verbis (de quo mox) ſed nulla præcedente interrogatione, ſeu non interrogatus vltrò dotem pollicebatur, teſte Gaio *in fragmen. tit. de obligation.* veluti hac formula: *Centum*, vel *Mille tibi doti erunt*: vel *Quod mihi debes, doti tibi erit*: quales formulæ proponuntur in *l. ſi ei nuptura 25. l. ſi pater 44. §. 1. l. quemadmodum 46. §. 1. l. nuptura 57. l. ſi mulier 59. ff. de iur. dot. l. nepos 125. de verb. ſig.* cuius vltroneæ dictionis ſeu pollicitationis exempla formulæque paſſim occurrunt apud Comicos, Terentium, Plautum, &c. Vbi autem hæc pollicitatio ſeu dictio præceſſiſſet; ex parte mariti ſequebatur *Acceptio*: quod confirmat Terentianum Chremetis exemplum; ibi enim dote ſibi dicta, confeſtim Pamphilus reſpondet, *Accipio*; vbi Donatus. *Ille niſi dixiſſet, Accipio, dos non eſſet: datio enim ob acceptum confirmatur; nec poteſt videri datum id, quod non ſit acceptum.* Seneca *in controu.* *Multi duxêre ſine dotibus vxores: quidam dictas non accepêre dotes.* At *promittebatur* dos, interrogatione ſeu ſtipulatione præcedente, teſte Gaio *d. loco & hac leg. noſtra.* Item dictione dotis tres tantum perſonæ legitimè obligabantur, id eſt, tres tantùm perſonæ dotem dicere poterant, putà mulier ipſa quæ nuptura erat; debitor mulieris, ſi iuſſu mulieris diceret; parens denique mulieris, virilis tantum ſexus & per virilem ſexum cognatione iunctus, cuiuſcunque gradus, veluti Pater, Auus paternus, Gaius *d. tit.* & Vlpian. *in fragm. initio tit. 6. de dotib.* cognatione iunctus, inquam; vnde colligitur etiam emancipatæ à patre dictam fuiſſe dotem; nam emancipatione non tollitur cognatio, *§. 1. de capit. diminut.* At promittere dotem omnes poterant, cuiuſcumque ſexus & conditionis eſſent, Gaius *d. loco*, & Vlpianus *d. tit. 6.* & Paulus in *promittendo 41. in pr. ff. de iur. dot.* Ideóque communi iure obligati dicuntur apud *Gaium.* Vtraque ſolemniter fiebat, vt ex præmiſſis conſtat, & teſtatur *d. lex 3.* certo ſcilicet verborum ritu, vt ex *hac leg.* liquet, quæ hanc verborum ſolemnitatem remittit, & ex *Gaio*, qui dotis quoque dictionem recenſet inter contractus qui verbis celebrantur. Et certè *Dictionis* vox id quoque oſtendit. Neque dubito quin teſtibus ciuibus Romanis id fieret, imò & à Ciue Romano: Cornutus ad Perſium *ſatyra 2.* *Dos enim à Ciue Rom. data, non patrio dicta nomine &c.* Erat igitur actus Quiritarius atque ſolemnis.

¶ Nunc ad rem: *Ex nudâ igitur pollicitatione*, ſeu nudo pacto dos olim exigi non poterat, ſolenniter enim dictam, vel promiſſam eam oportuit, *d. l. 3. ſup. de inceſt. nupt.* Solemnia quippe verba non qualiacunque eam in rem prodita erant, quod *hac l.* docemur;

*l.* docemur; quæ ideò Interpres *Iuridica verba* vocat; Theophilus, *τυπικὰ* diceret. Verùm hâc Theodoſij Iun. conſtitutione ex nudâ pollicitatione, ex nudo pacto dos peti poteſt, *& qualiacunque* verba, id eſt tralatitia *τυπικὰ* ad exactionem dotis ſufficiunt, remiſſâ neceſſitate dotis ſolemniter vel dicendæ, vel promittendæ. Ratione iniectâ, quod ſatis ſit eam promiſſam fuiſſe, *quam ſemel*, inquit, *præſtari placuit.* Non tamen ideo, (quod Cuiacius putabat) dotis dicendæ ſolemnitas *hac leg.* ſublata, vel prohibita fuit: ſic enim & impetrandæ actionis neceſſitas ſublata hac eadem Theodoſij Iun. conſtitutione quidem fuit, non ideo tamen *impetratio actionis* prohibita aut ſublata eſt: verùm, vt more fit humano, vt quæ neceſſitate nullâ adſtringũtur, ea lapſu tẽporis ſponte facilèque exoleſcant; ita & dotis dictio quoque ab hominum vſu receſſit, & retenta dotis *promiſſio*, quæ communis (vt antea dixi) iuris erat. Et verò propter hanc deſuetudinem Tribonianus dicendæ dotis memoriam & veſtigia vbique ſuppreſſit; Quod non tantùm in *hac l. & l. 3. ſup. de inceſtis nupt.* verùm etiam ex *l. 1. Cod. de iur. dot.* & ex Prudentum reſcriptis in *Pandectas* relatis patet: Itaque quibus locis Prudẽtes vel Imperatores ſcripſerant, *doti dicere*, vel quibus ſcripſerant, *dotis dictionem*, Tribonianus vel ea verba omninò ſuſtulit, vel pro eis repoſuit, *promittere & promiſſionem.* Et hæc quidem breuiter de Dotis dictione: de qua plenè & accuratè M. Aurelius Galuanus IC. Patauinus, *de vſufructu diſſert. 15. p. 143. 144. 145. 146. 147.*

# DE NVPTIIS GENTILIVM.

## TITVLVS XIV.

Abeſt hic Titulus à Cod. Iuſt. *Gentiles* quippe iſti Iuſtiniani ſæculo in Imperio Romano amplius non erant.

---

1. *Impp. VALENT. & Valens AA. ad Theodoſium" Magiſtrum equitum.

NVLLI prouincialium, cuiuſcumque ordinis aut loci fuerit, cum Barbarâ ſit vxore coniugium: nec vlli Gentilium prouincialis fœmina copuletur. Quòd ſi quæ inter prouinciales atque Gentiles affinitates" ex huiuſmodi nuptiis extiterint (quod in iis ſuſceptum" vel noxium detegitur") capitaliter expietur. Dat. v". Kal. Iun." Valent. & Valente AA". COSS. [370.]

INTERPRETATIO. *Nullus Romanorum barbaram cuiuſlibet gentis habere præſumat vxorem, neque Barbarorum coniugiis mulieres Romanæ in matrimonio coniungantur; quod ſi fecerint, ſe capitali ſententiæ nouerint ſubiacere.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſtinianeo: De cuius rei ratione, mox.
" *Ad Theodoſium*; Ita in omnibus fermè Aniani Codd. melioris notæ; Quemadmodum etiam nomen iſtud apud Claudianum *lib. 1. in Rufinum* effertur. Porrò de hoc Theodoſio v. Proſopogr. & de eo tamen mox aliquid.
" *Affinitas* ex nuptiis.
" *Al. Suſpectum*: mox vt oſtendam.
" Id eſt, apparet, eſt.
" xv. Til.
" *Ianuar.* Anian. Reg.
" III. vel IIII. addendum, mox vt oſtendam.

## COMMENTARIVS.

GENTILI, ſeu Barbaro, cum Romano prouinciali, cuiuſcunque is ordinis vel loci, connubij ius denegat hâc conſtitutione Valentinianus Sen. ¶ *Gentiles* hoc titulo, ſiue *hâc l. vn.* vt & *l. 1. inf. de terris limitaneis. & l. 62. inf. de appellationibus: & l. 5. inf. de Legatis*, (à quibus & mos Gentilitius, *l. vlt. inf. de patrociniis vicor.*) non dicuntur reſpectu fidei, ſeu Religionis, ſeu non ſunt Pagani, vel infideles, quod plerique credunt, aduerſus quorum equidem nuptias Ambroſius inuehitur, *lib. de Abrahamo, cap. 9. p. 183. & ep. 70.* verùm reſpectu Romanorum, *Barbari*, quomodo & *hâc l.* promiſcuè vocantur: & ſpeciatim quidem etiam, qui ex variis gentibus felicitatem Romanam ſequentes ſe ad Imperium Rom. contulerant, vt loquitur *lex 9. inf. de cenſitorib.* Itaque & *Prouincialibus* opponuntur *hâc l.* id eſt Romanis, non etiam Chriſtianis: pariter vt famosâ *l. Quiſquis*: Barbari eo ipſo ſenſu accipiendi ſunt; vt ad *eam l.* oſtendi. Breuiter, Gentiles erant Barbari, qui Romanis militabant, quique ad Romanos tranſierunt, & in leges Romanas recepti, ſeu ſuſcepti fuerant deditione. Auſonius *Gratiarum actione*: *Voca Germanicum deditione Gentilium: Alemannicum traductione captiuorum: vincendo & ignoſcendo Sarmaticum.* Horum quoque Gentilium non vna mentio occurrit apud Am. Marcellinum. Et quidem per Orientem cum Gallo C. *lib. 14. p. 38. ſoliſque ſcholis iuſſit eſſe contentum Palatinis & Protectorum cum Scutariis & Gentilibus*: vbi *Scutarij à Gentilibus* tanquam diuerſi ſeparantur:



ſeparantur: quomodo & in *Not. Imperij* ſub magiſtro officiorum, *ſcholæ ſcutariorum*, & *ſcholæ Gentilium* diſertè ſeparantur. In Galliâ pariter *lib. 15. p. 43.* vbi *Malarichi Gentilium Rectoris* meminit: & *l. 16. p. 66.* ſub Iuliano C. vbi meminit pariter *Scutariorum*, & *Gentilium*, tanquam diuerſorum: *ideò confidentes quod nec Scutarios adeſſe, prodentibus perfugis didicerant, nec Gentiles, per municipia diſtributos, vt commodius veſcerentur.* Et iterum *lib. 20. p. 171. De Scutariis autem & Gentilibus excerpere quẽque promptiſſimũ & ipſe perducere ſcutula iubetur, Cæſaris ſtabuli tunc Tribunus.* Et mox in ſequentibus eos *voluntarios Barbaros militares* vocat, ibidémque, quod notatu dignũ, velut ſingulare, addit, *eos ſæpè ſub eiuſmodi Legibus tranſire ad noſtra*, (id eſt in Romanum imperium) *ad ſuetos*, ſeu *relictis partibus Transrhenanis ſub hoc veniſſe pacto, ne ducerentur ad partes vnquam Tranſalpinas*: in Menologio quoque Græcorum de Sergio & Bachio: *πριμικήριος ὢν τῆς σχολῆς τῶν γεντιλίων.* Eodem pertinet & locus Suidæ, *Γεντιλίων σχολῆς εἶδος ἀξιώματος.* Eodémque ſenſu apud Ambroſium *epiſt. 33.* dicuntur Gentiles Gothi milites bellatores, qui in Comitatu Principis Valentiniani Iun. erant. Cæterum, quod *d. lex 9. de cenſitor.* ait, *ex variis gentibus hos ſe ad Imperium Romanum contuliſſe*, id eleganter comprobat Breuiarium Theodoſij Iun. quod vulgò *Notitia Imperij* inſcribitur; ea quippe inter numeros militares memorat *Gentiles Sueuos*, *Gentiles Sarmatas*, *& Gentiles Taifalos*, qui numeri ſinguli ſuos & proprios habuere Rectores, ſeu Præfectos. Quod poſtremum non tantùm prædicta Imperij Notitia, verùm etiam *d. lex 62. infr. de appellat.* teſtatur, & per varias Imperij Rom. partes ſiue prouincias diſperſi fuêre: per Africam, ſcil. vt oſtendit *d. lex 1. infr. de terris limitan.* & *d. lex 62. infr. de appellat.* per Gallias item, & per Italiam, quod oſtendit prædicta Imperij Notitia.

¶ Erant autem hi *Gentiles* per varias ciuitates & caſtra diſperſi circa curam foſſati & tuitionem limitis occupati *d. l. 1.* Ideóque quædam terrarum ſpatia, ſeu quidam terrarum modus his adminiſtrandus & colendus concedebatur *d. l. 1. & d. l. 9.* quæ terræ alicubi Læticæ dicebantur *d. l. 9.* (vbi de his terris & de Lætis dicam plenè vt & *ad l. 12. inf. de veteranis.*) vt de fœderatis & dedititiis (qui iidem cum Gentilibus ſunt) ad *l. 16. inf. de tyronib.* Item de colonis homologis ad *tit. de patrociniis vicorum.* Sunt enim hi omnes inter ſe ſimiles.

¶ Cæterùm ad Gentiles per Galliarum & Italiæ limitem, quà Alemannos & FRANCOS reſpiciebat diſperſos, *hæc l.* referenda videri poſſit. Auctor enim eſt Ammianus Marcellinus, *lib. 28. p. 404.* Theodoſium eâ tempeſtate (Auguſtis ter coss. id eſt A.D. 370.) Magiſtrum Equitum *Alemannos per Rhætias aggreſſum pluribus cæſis, quoſcunque cœpiſſet, ad* ITALIAM *iuſſu Principis miſiſſe, vbi fertilibus agris* (fortè legendum *infertilibus*: ſimili errore, quo apud Vopiſcum in *Aureliano p. 404.*) *acceptis, tributarij Padum tum circumuoluerint.* Quod ſi ita eſt, tùm in ſubſcriptione huius leg. *Valentiniano & Valente III.* reponendum fuerit, & ſic annus 370. adſignandus vitioſam ſanè eſſe liquet. Nam Theodoſius iſte nonniſi confecto bello Britannico Magiſter Equitum renuntiatus fuit in locum Valentis Iouini, vt Ammianus Marcellinus indicat *lib. 28. p. 396.* Quanquam & videri cui poſſit *hæc lex* referenda ad Gentiles *per Africam* conſtitutos; atque ita ad A.D. 373. quo ſcilicet Theodoſius in Africâ Firmum ſubegit cum fratre Mazaca, vt teſtatur Ammianus Marcellinus *lib. 29. p. 433.* Verùm priori ſententiæ adhæreo & *hanc leg.* ad A.D. 370. referendam omninò cenſeo: atque ad limitem *Gallicanum* & Italicum ſparſóſque per eum Gentiles refero. Et ſanè Zoſimus *lib. 4. p. 742.* in horum ipſorum temporum hiſtoriâ Auctor eſt, Valentinianum ad Galliarum ſecuritatem limitis, etiam maximam iuuenum multitudinem de Barbaris Rheni accolis numeris, militaribus adſcripſiſſe. Imò Marcellinus ſuperiore loco, vt vidimus, diſertè hoc anno 370. ſcribit, Theodoſium Magiſtrum Equitum *pluribus Alamannorum per Rhœtias cæſis, quoſcunque cœpiſſet ad Italiam iuſſu Principis miſiſſe, vbi*, &c. Vt proinde videri poſſit Valentinianus *h. l.* ad Theodoſium Magiſtrum militum emiſſâ, formulam & modum traductioni iſti Alamannorum in Italiam Galliámve dediſſe.

Vt ad huius legis ſententiam redeamus. Romanis ſeu prouincialibus cum Barbaris, etſi Gentilium numero ſint, ſeu in numeros relati Romanos, connubij tamen ius nullo modo eſſe *hâc l.* definitur. De connubio equidem cum peregrinis Barbaris hoſtibus interdicto conſtabat: verùm dubitari poterat, & fortè dubitatum, an cum his ſaltem peregrinis Barbaris connubij ius eſſet, qui videlicet in Romana Romanóſque exercitus recepti fuiſſent. Et videbatur quod ſic, quaſi iam Romani habendi eſſent, non verò eâ dubitandi ratione (vt nonnulli perperam tradunt) quod huiuſmodi Gentiles ciuium Romanorum numero videri deberent, ex famosâ illâ Antonini conſtitutione, quæ memoratur in *l. in orbe Romano 17. ff. de ſtatu hom.* quæ nonniſi verè Romanos ſpectabat. Et nihilominus tamen Valentinianus Sen. hac conſtitutione, vt cum cæteris Barbaris, ita & cum Gentilibus connubij ius Romanis interdicit: idque, quod mirum magis, ſub pœnâ capitali. Sanè Claudianus quoque de bello Sildonico, huiuſmodi connubia apertè improbat, *à v. 189.*

¶ Quærenda Ratio, cur has nuptias Valentinianus, & tam atroci quidem pœnâ, capitali putà, prohibuerit. Nempe *ſuſpecta* hæc coniugia viſa: ne per affinitates paulatim, iiſque ſubnixi, Gentiles, aduerſus ſecuritatem Imperij Romani quid de cætero molirentur ſeu attentarent, quomodo & factionibus oportunos eos fuiſſe poſtea docet famoſa Arcadij *lex, quiſquis*: Et verò eam rationem *hac l.* contineri, his verbis, [*quod in iis ſuſceptum vel noxium detegitur*] ſemper exiſtimaui: ſi modò pro *ſuſceptum* reponamus, quod omninò cenſeo, *ſuſpectum.* Eâdem ſanè causâ Ammianus Marcellinus *fine hiſtoriæ ſuæ* queritur, ſuis temporibus Rectores horum Gentilium non fuiſſe Romanos, vt antea; ſed Gentiles ipſos. ¶ Cæterùm *cuiuſcunque ordinis vel loci* prouinciali ſeu Romano connubium id interdicitur, quacunque dignitate is ſit. Et tamen ab hoc Valentinianeo iure poſteà receſſum. Nam & huiuſmodi nuptiæ ex Reſcripto peti & indulgeri cœperunt: Auctor eſt Eunapius *in Excerptis*, Frauittæ Gentili ita conciliatam ab Imperatore Theodoſio M. prouincialem ſeu Romanam vxorem. *γυναῖκα δὲ ἤτησε Ῥωμαίαν εὐθύς· καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψε τὸν γάμον, καὶ ὁ πατὴρ τῆς κόρης, ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ πατρὶ, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐθαύμασε μακάριον ἑαυτὸν ὑπολαμβάνειν, εἰ τοιοῦτον ἕξει γαμβρόν.* Et Prudentius poſtea *lib. 2. contra Symmachum* cum peregrinis & Gentilibus ſuo iam æuo, id eſt, ſub Honorio & Arcadio connubij ius fuiſſe oſtendit his verſibus:

*Diſtantes regione plagæ, diuisáque Ponto*
*Littora conueniunt: Nunc per genialia fulcra*
EXTERNI [conueniunt] *ad ius connubij: Nam ſanguine miſto*
*Texitur, alternis ex* GENTIBVS *vna propago.*

Quæ Alciatus *in Parergis* ad *hanc leg.* notauit, vnâ liturâ ceu verè parerga deleantur.

Tandem, omittere hìc non poſſum fabuloſam licet, vel certè fabulis contaminatiſſimam Conſtantini M. conſtitutionem, quam refert Donſtantinus Porphyrogeneta Imp. *libro de adminiſtrando Imperio*, ad Romanum Porphyrogenetam filium ſuum, his verbis:

Εἰ ποτὲ ἔθνος τι ἀπὸ τῶν ἀπίστων τούτων καὶ ἀτίμων βορείων ζητήσει συμπενθερευθῆναι μετὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων· καὶ ἢ θυγατέρα αὐτοῦ εἰς νύμφην λαβεῖν, ἢ ἐπιδοῦναι οἰκείαν θυγατέρα, ἢ γυναῖκα χρηματίσαι βασιλέως, ἢ βασιλέως υἱοῦ, χρῆσαι τούτοις ῥήμασι, καὶ τὴν τοιαύτην αὐτῶν παράλογον ἀποκρούσασθαι αἴτησιν λέγοντας. Ὅτι καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως παραγγελία καὶ διάταξις φοβερὰ, καὶ ἀπαρασάλευτος τοῦ μεγάλου καὶ ἁγίου Κωνσταντίνου ἐγκεχάρακται ἐν τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τῆς Καθολικῆς τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας, τοῦ μηδέποτε βασιλέα Ῥωμαίων συμπενθερεῦσαι μετὰ ἔθνους παρηλλαγμένοις καὶ ξένοις ἔθεσι χρωμένου τῆς Ῥωμαϊκῆς καταστάσεως, μάλιστα δὲ ἀλλοπίστου καὶ ἀβαπτίστου, εἰ μὴ μετὰ μόνων τῶν Φράγγων. τούτους γὰρ μόνους ὑπεξείλατο ὁ μέγας ἐκεῖνος ἀνὴρ Κωνσταντῖνος ἅγιος, ὅτι καὶ αὐτὸς τὴν γένεσιν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἔσχε μερῶν, ὡς συγγενείας καὶ ἐπιμιξίας πολλῆς τυγχανούσης Φράγγοις τε καὶ Ῥωμαίοις. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τούτων μόνων προσετάξατο συνιστᾶν γαμικὰ συναλλάγματα τοὺς βασιλεῖς Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἄνωθεν τῶν μερῶν ἐκείνων καὶ γενῶν περιφάνειαν καὶ εὐγένειαν. Μετὰ ἄλλου δὲ τοῦ οἱουδήποτε ἔθνους μὴ δυναμένους τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ὁ τοῦτο ποιῆσαι τολμήσας, ἵνα ὡς παραβάτης πατρικῶν εἰσηγήσεων, καὶ βασιλείων θεσμῶν, ἀλλότριος κρίνοιτο τῶν Χριστιανῶν καταλόγων, καὶ τῷ ἀναθέματι παραδίδοιτο. id eſt;

*Si vnquam gens quæpiam ex infidelibus & inhonoratis Borealibus affinitatem contrahere cum Romano Imp. voluerit, & vel filiam eius ſponſam accipere, vel ſuam illi elocare, vel Imperatoris, aut eius filij vxorem capere, huiuſmodi te verbis indecoram hanc petitionem propulſare oportet. Etiam hâc de re Interdictum, Conſtitutióque metuenda immutabiliſque à M. & ſancto* CONSTANTINO *ſcripta extat in ſacrâ menſâ Catholicæ Chriſtianorum Eccleſiæ Sanctæ Sophiæ, ne vnquam Imp. Romanus affinitatem contrahat cum gente, quæ peregrinis, & à Rom. ſtatu diuerſis morib. vtatur, maximè quæ fidei alterius, & baptizata non ſit, exceptis duntaxat* FRANCIS. *Hos enim ſolos excepit magnus ille vir Sanctus Conſtantinus, cùm quod ex illis partibus ipſe oriundus, tum quod propinquitas iſti genti & commercia magna eſſent cum Romanis. Quapropter etiam cum his ſolis contractus matrimoniales permiſit, propter partium illarum gentiúmque ſplendorem ac nobilitatem quam iam annotaui: Cum alio autem quocunque populo omnino prohibuit: Quod verò ſi quis facere auſus fuerit, tanquam patriarum Conſtitutionum Imperialiúmque Legum tranſgreſſor & inter Chriſtianos cenſeri indignus, diris deuoueatur.*

¶ Hæc verò lex veluti iam abolita, à Triboniano omiſſa fuit.

# DE FIDEIVSSORIBVS DOTIVM.

## TITVLVS XV.

### V. COD. IVST. XX. Ne fideiuſſores vel mandatores dotium dentur.

1. * Imppp. Valent. THEOD. & Arcad. AAA. † Martiniano″ Com. Orientis.

OMNIVM ſponſorum″, vel″ fideiuſſorum deinceps, in cauendâ dotis ſponſione, promiſſiones abſoluimus. Dat. III″. Id. Nouemb. Conſtantinop. Arcad. A. II. & Rufino COSS. [392.]

INTERPRETATIO″. *Si quis implendæ dotis cauſa pro muliere fideiuſſor acceſſerit, pro hac fideiuſſione non teneatur obnoxius.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. de cuius rei ratione mox viderimus. Iungenda autem huic, *lex 7. ſupr. de iuriſdictione.*
″ Valentiniani nomen hic expungendum, vt *d. l. 7* iam enim obierat is Idibus Maij huius anni. vid. Conſul. Theod.
″ Martiano, *d. l. 7. & l. vlt. C. de incolis: & l. 13. Cod. de dignitatibus.* Sed præferam *Martiniano*: hic enim idem videtur cum eo qui ſub Arcadio poſtea Comes S. L. fuit A. D. 396. v. *Proſopogr.*
″ De his *ſponſoribus* mox aliquid.
″ *Vel.* pro, *&c.*
″ Hinc quoque emendanda eſt ſubſcriptio *dictæ legis 7.*
* Nihili falſa & erronea, mox vt oſtendetur.

## COMMENTARIVS.

FIDEIVSSORES & SPONSORES omnes dotium promiſſione ſuâ, abſoluit ſeu liberat hac conſtitutione ſuâ Theodoſius M. Quæ quidem lex, quod primo loco hic notandum, pars eſt prolixioris Theodoſianæ conſtitutionis: è qua ſupereſt præterea *lex 7. ſup. de Iuriſdictione*, quæ proinde huic coaſſanda venit, & argumento quoque reſpondet: nam & ea quoque ad matrimonij cauſam & *mulieres* pertinet, de quo mox plura.

Secundò in *hac l.* notandum, *ſponſores* à fideiuſſoribus hâc adhuc Theodoſij M. tempeſtate legéque diſtingui, quorum ſcrupuloſæ differentiæ mox poſtea abolitæ: quâ cauſa vt huius diſcriminis veſtigia alibi paſſim ſublata ſunt à Triboniano, vt conſtat ex *l. 4. ff. de minorib.* collatâ cum Paulo *lib. 1. Sentent. t. 20.* & ex *l. 1. Cod. de bonis maternis*, collatâ cum *l. 1. inf. hoc Cod. eod. tit.* Ita & hanc legem ob hanc quoque cauſam à Codice ſuo idem abeſſe voluit.

Sed *tertio loco*, quod potiſſimum hìc, quæri poteſt, de quibuſnam fideiuſſoribus hæc lex accipienda ſit? num de iis qui dati ſunt à parte mulieris pro dote promiſsâ ſoluendâ, an verò de fideiuſſoribus datis à parte mariti pro dote ſeruandâ, ſuáque die, quod eodem recidit, reddendâ reſtituendâ? Inanis enim & ſuanis Interpretum labor eſt hæc duo inter ſe diſtinguentium. Putet quis, accipiendam eam de prioribus, id eſt, de fideiuſſoribus datis à parte mulieris, pro dote promiſsâ ſoluendâ: ídque quatuor argumentis; Primò quidem, argumento vocis vniuerſalis *Omnium*: quaſi id dicere voluerit Theodoſius, non eorum duntaxat qui à parte mariti exiguntur, de quibus extat iam conſtitutio noſtra anterior, putà *lex 1. Cod. eod. tit. ne fideiuſſores dot.* Secundò, argumento verborum illorum, *in cauenda dotis ſponſione*: vt ita *cauere dotis ſponſionem* mulier dicatur, quæ pro dote quam ſpopondit ſoluenda, fideiuſſore dato caueat. Tertium argumentum deſumat quis iam ex coniunctione quam modo indicaui, *legis 7. ſup. de Iuriſdictione*, quæ & ipſa eſt de mulierum prærogatiuis. Poſtremò, præiudicio Interpretis *huius leg.* qui eam diſertè explicat de fideiuſſore *pro muliere dato, implendæ*, id eſt, ſoluendæ *dotis* cauſâ. Verùm his necquicquam obſtantibus, accipienda omninò hæc lex eſt, non minus quàm *lex 1. & 2. Cod. eod. tit.* de fideiuſſoribus datis à parte mariti. *Promiſſiones* ſcilicet *fideiuſſorum in cauendâ dotis ſponſione*, ſunt promiſſiones fideiuſſorum quæ interponuntur in ſponſione dotis, de ſeruandâ eâ ſuáque die reſtituendâ: ſiue dicamus *ſponſionem dotis* hìc dici ſponſionem de dote reddenda: reddenda, inquam, vel eodem ſenſu, *danda*: non minùs ſcilicet *ſponſio dotis* rectè dicatur de dotis reddendæ ſponſione, quam de dotis promiſſione: vtrobique enim ſponſio intercedebat: Quomodo *fideiuſſores* quoque *dotium* non minus rectè dicuntur, pro dote reddenda quàm pro ſoluenda: *tit. Cod. ne fideiuſſores dotium.* Et ſic *cauere dotis ſponſionem*, fuerit cauere pro ſponſione facta dotis reddendæ, pro dote ſeruanda, vt loquitur *lex 1. Cod. eod. tit.* Eóque etiam pertinet, vox *cauendi*, nempe ad dotis reſtitutionem: *cauere*, eſt repromittere, vt *cautum* pro repromiſſione. Altera tamen mihi magis arrideat interpretatio, vt *caueri dotis ſponſio* dicatur, pro ſecuram reddi dotem quæ ſpondetur atque in tuto locare. *Cauere*, eſt rem in tuto locare, ſic cauere pecuniam *l. 3. ff. de admin. rer. quæ ad ciuit.* Quod verò coniunctionem *d. l. 7. ſup. de Iuriſd.* cum *hâc l.* & argumentum quod inde peti poſſet, attinet, imò ea quoque ad interpretationem noſtram potiùs faciat: hìc enim illi ſenſus aptari poteſt eleganti cum *hâc l.* συναφείᾳ, fideiuſſores à maritis non rectè exigi, præſtari, quandoquidem tot alioquin prærogatiuis mulieres ipſæ per maritos gaudeant & fruantur. Quod quidem ſi verum eſt; quæ quarta iam obſeruatio in hoc argumento notanda eſt, tùm hæc altera iam ratio & argumentatio deinceps addenda erit ad eam, quæ redditur *l. 2. Cod. eod. tit.* cui etiam vicina eſt quæ redditur. *l. 8. Cod. de pact. conuent.* cur inquam fideiuſſores dotium à maritis præſtari vel exigi non debeant: Cui alioquin & tertia hæc ratio ſuccenturiari poteſt: quod & aliàs *contumelia* quædam ſatiſdationis ſit, vt etiam vocatur *l. 17. §. 2. ff. de teſtam. tut.* vnde & *l. pen. §. 1. ff. de pignoribus*, quidam ſiue rogaſſe ſe ait, ſiue gratias agit creditori ſuo, quod pignoribus contentus fideiuſſores non exegerit, παρακαλεσά σε μὴ βεβαιωτὴν ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν. Quare & econtra in ſecuritatem dotis pignus dari poteſt: *l. 7. §. 6. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 17. §. 1. ff. ad Velleianum.* His omnibus addi poteſt & hæc ratio ipſorummet fideiuſſorum contemplatu: Nempe viſa hæc fideiuſſionis ſpecies in Republ. permoleſta: quâ multorum res familiæque conturbabantur, tot inter nuptias, támque frequentibus fideiuſſionibus, & in re tam lubrica, vbi hodie locuples maritus, derepente facultatibus labebatur. Adde, inciuilem hunc tractatum, & à ſanctitate fœderéque matrimonij alienum. Verùm ad rem & quæſtionem propoſitam. Quod Interpretem attinet, eum vt aliàs ſæpè, ita & hìc nil moror. Et ſanè toto iure etſi fideiuſſores à parte mariti non obligentur, ex parte mulieris vtique dati tenentur: *l. 5. §. 6. 7. l. 55. ff. de iure dot. l. creditor 60. §. 1. ff. mandati*: quicquid contrà Cuiacius prætendat, & Duarenus ab vno ad aliud argumentetur. Non eſt igitur alius *huius leg.* ſenſus, quàm legis 1. quæ eundem Theodoſium M. auctorem habet & 2. *Cod. eod. tit.* quæ cum apertioribus adhuc verbis conceptæ eſſent, quàm hæc noſtra, ac præterea hæc *ſponſorum*, qui tùm aboliti, mentionem faciat, ideò Tribonianus eam à Codice ſuo, vt iam dicere cœpi, abeſſe proculdubio voluit.

Vt Interpretatione *h. l.* penitus defungamur, quinto loco notandum venit generaliter *Omnium* ſponſorũ vel fideiuſſorũ pro dote reddenda promiſſiones *hâc l.* abſolui, & aboleri; pariter vt *l. 1. Cod. eod.* ſiue eæ ex *iure*, ſiue ex *conſuetudine* proficiſcerentur, vt dicitur *d. l. 1.* Nempe olim ante has Theodoſij M. conſtitutiones, fideiuſſores huiuſmodi in vſu erant, partim ex *Iure*, veteri ſcilicet hactenùs fermè recepto (ita enim hæc vox hìc & alibi ſæpè accipienda eſt) quo ſcilicet certis caſibus fideiuſſores dotis reſtituendæ accipiebantur; vt in ſp. *l. 24. §. quotiens, ff. ſoluto matrimonio, & l. 7. ff. de except.* partim ex *Conſuetudine*, hoc æuo inolita, quo vix aliter matrimonia contrahebantur, propter perditos huius ſæculi mores, & maritorum nepotatum, ac nominatim poſt Orientis Diœceſim, & Antiochiam, quæ luxu diffluebat, in viris & mulieribus, quarum luxui mariti vix ſufficiebant illis obnoxij maximè, vt ex *Miſopogone Iuliani* diſcimus *p. 87.* quò pertinet hæc lex noſtra data ad Comitem Orientis; neque minus *lex 1. Cod. eod. tit.* quæ data eſt ad Cynegium PP, Orientis ſcilicet. Qua cauſa etiam συναλλάγματα, & γράμματα περὶ γάμου cum maxima cautione ſcribebantur, vtpotè cùm multi per fœminas ampláſque dotes ditarentur: quod teſtatur Chryſoſtomus hac ipſa tempeſtate. Ex hoc duplici, inquam, fonte, *Iuris* ſcilicet veteris, & *conſuetudinis*, lex illa fideiuſſoris à parte mariti dandi profecta fuerat; *lex* inquam, ideſt conditio, pactio, ius; quomodo & apud Græcos νόμος vſurpatur. Atque ita quoque intereà explicanda eſt quomodo hactenùs non fit, *d. lex 1. Cod. eod. tit.* imò & defendenda recepta eius lectio contra prauam emendationem P. Fabri *1. ſemeſtr. 24.* Verùm ius hoc omne, omnis hæc conſuetudo, omnis lex hæc, vt *hâc l.* ita & *dict. l. 1.* aboletur, omniúmque adeò fideiuſſorum à marito dandorum vſus & conditio, léxque, & conſuetudo antiquatur.

Poſtremò notanda, hæc *huius l.* verba, *fideiuſſorum promiſſiones* ABSOLVIMVS: quæ vt omittam nunc argumenta alia, quæſtionem illam abſoluunt, hodie vexatam; vtrum, etſi fideiuſſores dotium exigi non poſſint, ſi tamen *vltro* dati fuerint, conueniri poſſint? Quod hæc lex iis, quæ dixi, verbis omninò repudiat, obligatio ſcilicet & promiſſio

hæc ipſo iure nulla eſt, & nullius momenti, vt multæ aliæ; quia conſtitutionibus interdicta eſt: quod etiam firmat Iuſtiniani *lex 2. Cod. eod. tit.* Quare hâc parte *huius leg.* velut in *hoc Codice*, at non & in *Iuſtinianeo* poſitæ, auctoritatem eleuare non debuit Duarenus: nam etſi hæc *lex* non ſit authenticata in *Codice Iuſtin.* ſeu corpore Iuris Iuſtin. incluſa, attamen eas, quæ ibi extant, optimè explicat, eúmque iis amicè coniurat: nam vt hâc voce indefinita ABSOLVENDI vtitur: ita *lex 1. C. eod.* ABOLENDI quâcunque lege, ſiue ex iure, ſiue ex conſuetudine fideiuſſio interponatur. Sed & *lex 2.* diſertè ait, *nullam eſſe ſatiſdationem.* His addatur &, quod titulus hic Codice Iuſtinianeo negatiuis & prohibitiuis verbis conceptus eſt: *Ne fideiuſſores dotium dentur*: ex quo apparet legis prohibitionem contractui reſiſtere.

# DE REPVDIIS.

## TITVLVS XVI.

## V. COD. IVST. XVII. *De Repudiis & iudicio de moribus ſublato.*

### ¶ CONSTANTINI M. *Conſtitutio de iuſtis Repudij cauſis: déque iniuſti pœnis.*

1. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Ablauium" PF. P.

PLACET, mulieri non licere propter ſuas prauas cupiditates marito repudium mittere, exquiſita" cauſâ; velut ebrioſo", aut aleatori", aut mulierculario": Nec verò maritis per quaſcunque occaſiones vxores ſuas dimittere. ¶ Sed in repudio mittendo à *fœminâ* hæc ſola crimina inquiri, ſi homicidam, vel medicamentarium", vel ſepulchrorum diſſolutorem" maritum ſuum eſſe probauerit, vt ita demùm laudata omnem ſuam dotem recipiat: Nam ſi præter hæc tria crimina repudium marito miſerit, oportet eam vſque ad acuculam" capitis in domo mariti deponere, & pro tam magna ſui confidentia in inſulam deportari. ¶ In *maſculis* etiam ſi repudium mittant, hæc tria crimina inquiri conueniet, ſi mœcham, vel medicamentariam vel conciliatricem" repudiare voluerit: Nam ſi ab hiis criminibus liberam eiecerit", omnem dotem reſtituere debet, & aliam non ducere. Quod ſi fecerit, priori coniugi facultas dabitur eius domum inuadere, & omnem dotem poſterioris vxoris ad ſemetipſam transferre pro iniuriâ ſibi inlatâ. Dat. III. Non. Maij, Baſſo & Ablauio COSS. [331.]

INTERPRETATIO. *Certis" rebus & probatis cauſis, inter vxorem & maritum repudiandi locus patet; nam leui obiectione matrimonium ſoluere prohibentur: quod ſi fortè mulier dicat maritum ſuum aut ebrioſum, aut luxuriæ" deditum, non propterea repudiandus eſt, niſi fortè eum, aut homicidam aut maleficum, aut ſepulchri violatorem eſſe docuerit, quibus criminibus conuictus ſine culpa mulieris merito videtur excludi, & mulier recepta dote diſcedit: Nam" ſi hæc crimina mulier non potuerit adprobare, hac pœna multatur, vt & dotem quam dederat, vel pro ipſa data fuerat, & donationem quam percepit amittat, atque etiam exilij relegatione teneatur. Quod ſi à viro mulier repellatur, nec ipſe, niſi certis criminibus ream docuerit, pro leui, vt adſolet, iurgio, repudiare permittitur, niſi fortaſſe adulteram, aut maleficam, aut conciliatricem eam probare ſufficiat. Quod ſi docere non potuerit, dotem mulieri reſtituat, & aliam ducere non præſumat vxorem. Quod ſi fortè tentauerit, habebit mulier liberam facultatem, quæ innocens eiecta eſt, domum mariti ſui, atque omnem eius ſubſtantiam ſibimet vindicare. Quod dignoſcitur ordinatum, vt etiam ſecundæ vxoris dotem repudiata iniuſtè mulier iubeatur adquirere.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. de cauſa mox viderimus. Memorat eam Papianus *lib. Reſponſ. 4. 22.* Sublatæ ſunt *huius l.* vt & proximè *ſequentis* pœnæ, *Nouellâ de repudiis*, 17.

" *Ablauius* hic PP. fuit ſub Conſtantino M. A. D. 326. 330. 331. 333. v. Proſopogr. Theodoſ. De eo Eunapius *in vita Ædeſij*, *p. 40. 44. 47.* Zoſimus, *lib. 2. p. 692.* Hieronymus, *Chronico.* Domum eius Conſtantinopoli memorat Syneſius *ep. 61.* De eiuſdem Conſulatu, vid. *Conſularia.*

" In MSS. Seld. *violatorem.*

" *Acticulam* in MSS. Seld. malè.

" *Aliquis.* add. MSS. Seld.

" Magna diuerſitas in MSS. circa hunc diem: alij, III. *Kal. Iul.* alij X. *Kal. Iun.*

" Hanc primam Interpretationis ſententiam vſurpat *formularum ſecundum legem Romanam* Auctor.

COMMENTA



COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. hæc de legitimis repudij mittendi cauſis, pœna omni ſoluti, & retrò de pœnis iniuſti repudij miſſi conſtitutio eſt. Ex *quâ* ſtatim vt & ex *leg.* proxima, aliiſque deinceps Principum conſtitutionibus diſcimus, licuiſſe ſemper Principibus nouas Diuortiorum leges, dummodo iuſtas, & graues condere: Quanquam verum illud non eas omnes ſemper Patribus æquas viſas. Sed, vt dixi, de Iure hinc liquet. Ad rem. Cùm apud Romanos magna repudiorum licentia eſſet, modus aliquis tandem his adhibitus & quidem Lege Iulia, & ab Auguſto Imp. teſtis Suetonius *cap. 34. l. vn. in fin. ff. vnde vir & vxor*: *l. nullum, ff. de diuortiis*: Sed quæcunque tandem formæ legibus inductæ fuerint, coërcendæ diuortiorum leuitati, veluti ſolemnium & teſtium interpoſitio, *cauſæ* tamen repudij eodem iure vel moribus Romanis nullæ ſatis certæ definitæque deinceps quoque fuère: quinimò leui obiectione, ob mediocres culpas, vt loquitur *lex 2. inf.* κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, vt dicitur Matthæi. 19. *v.* 3. ψυχραῖς αἰτίαις, vt loquitur Aſterius, *in homilia huius argumenti*, matrimonia paſſim diſſoluebantur: de quâ repudiorum leuitate vide vel Senecam, 3. *de benef.* 16. Iuuenalem *ſatyra* 6. Martialem 10. *ep.* 41. Tertullianum *Apolog. cap.* 6. alióſque innumeros: veluti, vt omittam quæ de primorum diuortiorum in vrbe Roma cauſis vulgata ſunt, quod mulieris ingenium odioſum eſſet, quod præceps lingua, quod domicola non eſſet, quod ad rem familiarem minus attenta, μύσους ἄξιον τὸ ἦθος τῆς γυναικὸς, καὶ ἡ γλῶσσα προπετὴς, καὶ ὁ τρόπος οὐκ οἰκουρὸς, καὶ ἀνοικονόμητος ἡ διοίκησις, vt idem Aſterius deinceps loquitur. Vt & à parte vxoris, quod vir ebrioſus, aleator, mulierculárius eſſet; vt ex *hâc l.* diſcimus. Sed neque pœnæ iniuſti repudij ſatis graues erant. Quare vtrique malo Conſtantinus M. Imp. mederi in animum induxit ſuum: Conſtantinus inquam, feliciori iam ſchola, Chriſtianâ inquam religione imbutus, Princépſque honeſti amantiſſimus, vt de eo Maiorianus Imp. loquitur *Nouella* 4. diuortiorum ſcilicet cauſis & quidem pauciſſimis expreſſis pœniſque iniuſti diuortij intenſis. Et hâc quidem conſtitutione ad Ablauium PP. emiſſa, cui iungenda videri poſſet ad eundem data *lex 1. inf. de Epiſcop. iudicio*, ſi ea γνήσιος eſſet: quod V.C. Seldenum de vxore Hebræa, *lib. 3. cap. 28. p. 563.* minus pensè adſeuerantem deprehendi. In quâ etiam illud notandum, agi eâ de repudio priuata auctoritate miſſo: Neque enim pertinent eæ ad eam diuortij ſpeciem, quæ Magiſtratus cognitione fit.

Nunc de CAVSIS repudij mittendi videamus. Igitur, huius quoque conſtitutionis indicio leues admodum cauſas diuortij hactenus ſeu repudij mittendi, fuiſſe ad Conſtantinum M. vſque diſcimus. Et quidem ab vxoris parte marito mittendi tres hæ inter alias ψυχραὶ fuère; ſi maritus ebrioſus, ſi aleator, ſi mulierculárius eſſet: Nempè quia iſthæ haud vltimæ vxoribus irarum erga maritos cauſæ videbantur, quod his tribus potiſſimum viri à domus vxorúmque cura abducantur, ſi vino ſcilicet, ſi aleæ, ſi mulieribus dediti ſint. A parte verò maritorum leniores adhuc repudij mittendi cauſæ erant, ſic vt mulier pro leui quoque iurgio cauſáque repudiari more poſſet, vt Interpres quoque hîc rectè notat. Hæc quidem ita ad Conſtantinum M. vſque: verùm is, pro inſtituto ſuo, & Antiſtitum quoque Chriſtianorum proculdubio conſilio, vt rectè quoque coniecit Seldenus *de vxore Hebr. lib. 3. cap. 28. p. 563. 564. 565.* legitimas repudij mittendi cauſas definitum iuit: vti ſimilis ſubinde cura ſecutos Imperatores inceſſit: Honorium *l. 2. inf.* Theodoſium Iun. *l. conſenſu 8. Cod. de repudiis*: & Iuſtinianum *non vnâ conſtitutione*, Iuſtinum nepotem eius *Nou.* 140. Leonem. ¶ Exquiſitas igitur cauſas illas tres repudiat *h. l.* Conſtantinus, id eſt, quæſitas tantum, arceſſitas, ac proinde iniuſtas, fucatas, coloratas, leues, inanes: quomodo exquiſita ars dicitur, *l. 15. inf. de pœnis*: exquiſita defenſio, *l. 4. de Apoſtatis*, exquiſita pœna, *l. 3. de adulter.* exquiſiti cuniculi, *l. 2. de contrah. empt.* exquiſita remedia *l. vlt. de nauicul.* exquiſitum ſuffragium, *l. 6. inf. de appellat.* &c. Exquiſiti ſcilicet vox arceſſitum quid denotat, ac ſæpè colorem, fucum, inanem leuémque prætextum, titulum, cauſámque, frigidas cauſas, ψυχρὰς αἰτίας, vt ex Aſterio iam notaui. Quænam verò tres cauſæ illæ? Ebrioſus, Aleator, Mulierculárius. 1. *Ebrioſus* eſt non qui ſemel ebrius, ſed qui ſtudium quaſi ebrietatis exercet: ganeo, cui modulus vitæ eſt culina, qui tantum ſemper bibit, quantum ſpongia deletilis, qui in omni vitâ ſuâ heluo eſt, neque oſculo vxoris olfacere temetum poteſt, quæ omnia in hoc genus hominum ſcribit Varro *in Satyris*. Denique ebrioſus, & ſimilia huiuſmodi verborum inclinamenta, vt vinoſus, mulieroſus, &c. ſignant cópiam quandam immodicam rei, habitúmque: vide Nigidium Figulum apud Gellium *lib. 4. cap. 9.* & Nonium *c. 5. v. Iracundus.* 2. *Aleator* eſt, non qui ſemel aut iterum relaxandi animi gratia ludit, quod nulli bono vitio verti poteſt niſi à praua muliere; verùm qui artem exercet, qui ludit per omnes dies, quique forum aleatorium calefacit, vt de ſe Auguſtus prædicat apud Suetonium, *cap.* 7. Aleonem Næuius vocat apud Feſtum. Quorum nomen fuit infame, *l. 26. ff. de iniuriis*: *l. fugitiuus, ff. de V. S.* ideóque ipſimet aleatorum nomen euitabant, teſſerariorum nomen ambientes, teſte Am. Marcellino 28. *p.* 399. 3. *Mulierculárius*, qui mulieres adſectatur; qui idem & mulieroſus: de quo v. Nonium *cap. 1. verb. mulieroſi* 109. & *verb. mulieroſitas*, *c.* 2. In Gloſſis Iſidori mulierarius & fœmellarius vocatur. Interpres hîc luxuriæ deditum interpretatur. Mulierculárius eâ formâ quâ *vxorius*, qui propriam vxorem amat, ancillarius, ancillariolus, qui ancillas adſectatur. Ergo neque hanc cauſam iuſtam diuortij à muliere viro mittendi eſſe voluit Conſtantinus M. cùm ea hoc tempore recepta eſſet, de quo mox plura. Quid igitur? Conſtantinus M. *h. l.* tres tantum vtrinque legitimi repudij mittendi cauſas admittit: & ipſas tamen diuerſas fermè: A parte ſcilicet vxoris, has tantum, neque alias, *hæc ſola crimina*, ſi maritus homicida ſit, ſi medicamentarius, ſi ſepulchrorum diſſolutor, id eſt, violator: A parte verò mariti, has; ſi Mœcha ſeu adultera ſit vxor, ſi medicamentaria, ſi conciliatrix: vbi *Medicamentarius* eſt maleficus, vt Interpres hîc explicat, id eſt, veneficus, quâ voce vtitur Imp. in *l. 8. Cod. de repudiis*, medicamentum enim pro veneno: vt in illo Varronis apud Nonium *cap. 4. verb. Medicamentum. Quærit ibidem ab Annibale cur biberit medicamentum*: *Quia Romanis*, inquit, *me Pruſiades tradere volebat. Conciliatrix* eſt læna, productrix, ſaga denique pretio conducta; Lucilius *Satyr. 7. Ætatem & faciem vt ſaga & bona conciliatrix.* Cicero 1. *de nat. Deor. Quam blanda conciliatrix, & quàm ſui ſit læna ipſa.* Plautus *in milite*: *Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.* Ita & Vopiſcus, Carino: *Præfectum Prætorio, veterem conciliatorem fecit, quem Stuprorum & libidinum*

*dinum conſcium ſemper atque adiutorem habuerat*. Iſidorus, *Leno, conciliator ſtupri*. Inde & Alta titulum fecit fabulæ ſuæ. *Conciliatrix*. Alioquin *conciliandi* vox vt & medicamenti ἐκ τῶ μέσων ὅδὶ. In Gloſſis Philoxeni. *Conciliatrix* προξενήτρια. Ergo conciliatrix, id eſt, læna: pro quo in Theodorici *edicto*, vbi hæ tres cauſæ pariter inſeruntur, vox *aggagula* ſuppoſita. Gloſſæ Iſidori *Aggagula, lenocinator, pantomimus*: Inde Mediol. *Aggula*. Ad rem. Sic igitur Cõſtantinus M. cauſam vnam vtrique coniugum communem, commune ob quod crimen coniux ab altero diuertere poſſet, propoſuit, veneficij ſcilicet, quod ſanè in vtrumque ſexum ex æquo cadit. Atenim duo alia crimina ſingulis peculiaria, fermè ſunt, homicidium ſcilicet & ſepulchrorum violatio, ſeu euerſio, virorum fermè ſunt crimina; vtpote in quibus vi apertâ res agitur: Et iſtud poſtremum quidem ſepulchri violatio, peculiare & paſſiuum huius Conſtantinianei ſæculi crimen nimietate ſcilicet quadam, vel cupiditate Chriſtianis tùm in ſepulchra ruentibus: de quo *ſuo titulo, inf. lib.9*. quod & ideo nunc Conſtantinus M. inter iniuſtas diuortij cauſas poſuit primus: Quanquam & in lege Burgundionum hæc ipſa cauſa in muliere ponatur. Adulterium verò, & lenocinium mulierum crimina fermè ſunt. Illa vix in fœminas cadunt; hæc, & quidem adulterium ab antiquo iam, per leges humanas & Romanas in viris inulta fermè fuêre: νόμῳ licet ἀθῷω καὶ ἀνομάλῳ, vt Patres volunt, quod notiſſimum. Et verò Conſtantinus M. ipſemet *h. l.* in viris inultum tacitè eſſe voluit; ne ideò ſcilicet mulier diuerteret; qui Princeps alioquin, mores Romanorum in melius vertere modis omnibus ſategit, & peculiare adulterio odium indixit. Certè aliæ quoque Conſtantini leges *tit. de adulteriis*, de mulierum tantùm adulteriis agunt: putà *lex 1. & 2. eo tit*. Non quiuit ſcilicet Conſtantinus inter hæc initia ſimul & ſemel hùc viros adigere, & caſtitatem hanc ab his impetrare. Quod poſteà robuſtiores iam liberi eius potuêre. Etſi veteri quoque aliquando iure hanc à viris quoque diuertendi iuſtam cauſam fuiſſe, aliquot exemplis & documentis diſcimus, vel ex *hac l.* & exemplo, quod ex Apologia Iuſtini refert Euſebius *lib. 4. hiſt. Eccl. cap.* 17. & ex Antonini reſcripto, quod ex Codice Gregoriano memorat Auguſtinus *lib. 2. ad Pollent. & lib. de bono coniugij*. Eodémque alludit, quod Iuriſconſultus ſcribit, *in l. 13. §. 5. π. de adulteriis*. Atenim, quidquid Legibus hanc in partem ſubinde ſancitum fuerit, licentia tamen recruduit. Eáque Patribus querelarum materies fuit: Lactantio *lib. 6. diuin. Inſtit. cap.* 23. Gregorio Nazianzeno *Orat.* 31. Aſterio, qui ſub Arcadio legibus Romanis ſcortationem πορνείαν in viris crimine vacaſſe ſcribit, *homilia, an liceat dimittere vxorem ſuam quacunque ex causâ, ſub finem*. Similiter Chryſoſtomus, *homilia* 19. *in cap. 7. prioris ad Corinthios*: & *homilia 5. in primam ad Theſſalonicenſes, p.* 1442. *ed. Com.* legibus Romanorum μοιχείαν in viris impunitam fuiſſe queritur: Græcíque adeò *ad cap. Apoſt.* 48. & Baſilius *reſp.* 9. viri ſcortantis vxorem eam ob cauſam diſcedere à marito non potuiſſe, obſeruatum perpetuò inter Chriſtianos notant. Idémque in Occidente obſeruatum apparet ex Concilio Eliberino *cap.* 9. Id ipſum etiam colligi poteſt ex *l. 4. inf. de adulteriis*. Hieronymus etiam ad *Oceanum in Epitaphio Fabiolæ tomo 1. fol.* 90. ſuo ſæculo viris impudicitiæ fræna laxata, ſolóque ſtupro atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria & ancillulas libidinem fuiſſe permiſſam ſcribit; omnéſque adeò Patres hâc parte publicum ius Romanorum, Cæſarum, Papiniani leges, Chriſti legibus aduerſas, hoc æuo proſcribunt: Vti retrò viceuerſa querentes de diuortiorum leuitate Romanas ideò leges vexant, & reprehendunt velut Chriſtianis legibus aduerſas: vt Gregorius Nazianzenus *ep. 176. ad Olympium*, quæ reperitur & *ep.* 211. vid. eundem & *ep.* 181. Theodoſius Iun. certè poſteà vt alias plures, ita & hanc quoque diuortij cauſam, ob viri ſcilicet adulterium admiſit, *in l. 8. C. de repudiis*, vt & Iuſtinianus, ſi cum aliena muliere vir fuiſſet, *Nou. 117. & 134.* ¶ Ad cauſas dimittendæ ſeu repudiandæ vxoris hîc expreſſas redeamus, quas etiam inſecuti Principes (aliis inſuper additis) probauêre. Certè tres illæ ipſæ ſolæ hinc transfuſæ in Gothicum Theodorici Edictum *c.* 54. & fermè in Legem Burgundicam, *t.* 34. §. 3. 4. Quidquid *hâc l.* Conſtantinus M. aduerſus diuortiorum leuitatem ſanxerit, quidquid etiam inſecuti Principes, certè ex ſingulari Aſterij *homilia* in hoc argumento, *an liceat dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa*, diſcimus: quónam hæc repudiandarum vxorum leuitas & quidem ſub Arcadio Imp. proceſſerit: nempe ait is, maritos velut mulierum inſtitores, mulieres ceu veſtes ſubinde mutaſſe; οἱ τῦτων κάπηλοι καὶ τὰς γυναῖκας ὡς ἱμάτια εὐκόλως μεταδυόμενοι, & thalamos tam facilè mutaſſe, atque ergaſteria in nundinis οἱ τὰς παστάδας πολλάκις καὶ ῥαδίως ἀλλάττοντες ὡς πανηγύρεως ἐργαστήρια. Ex *hâc* ſanè *lege* diſcimus, Conſtantinum noluiſſe coniugia diſſolui ſolo conſenſu ſeu contraria voluntate: quod vt iure Rom. olim obtinuerat, ita poſtea quoque reuectum, verùm abolitum rurſum à Theodoſio Iun. in *dict. l.* 8. à Valentiniano Tertio *Nou. vlt. cap. 7. verſ. in ipſorum* (vbi addit, ſeruari ſe velle intemerata ea quæ à Diuo Conſtantio decreta ſunt: vbi fortè legat quis Conſtantino, ſic etiam vt *ad hanc leg.* Valentinianus reſpexiſſe videatur) ſed poſteà id rurſum aliquando reuectum ſub Anaſtaſio *l. 3. C. h. t.* ſub Iuſtiniano *Nou. 22. cap.* 42 prohibitum ab eodem *Nouella* 117. *cap.* 10. & 134. Iuſtino Iun. quoque *Nouella* 140. diuortium permiſſum cauſa cognita, ſi δυσμένεια eſſet τῶ ἀμηχάνων. Et hæc quidem de cauſis repudiorum, quas tres neque alias admitti voluit Conſtantinus, vt præciſa eius verba oſtendunt: vt mirer Salmaſium *de trapezitico fœn. p.* 311. ſcribentem, licuiſſe ex *hac l.* Conſtantini etiam ob alias cauſas repudium vxori mittere; ſed in repudianda vxore propter illa ſola crimina, dotem maritum lucratum: cui apertè renituntur & verba Legis & ſcopus Imperatoris. Hac certè parte quomodo deinceps variatum, & quænam aliæ plures legitimæ diuortij cauſæ fuerint, non huius loci eſt pluribus exponere. Certè ab arbitrio Principum hæc res pependit. Quibus reclamat Saluatoris noſtri dictum, cauſam vnicam adulterij ſcilicet admittentis in repudio quod priuatâ auctoritate mittitur: nam eò pertinet id, non ad id quod causâ cognitâ à Iudæis permitti & decerni poteſt, de quo alibi prolixè. Iuſtinianus certè *h. l.* à Codice ſuo abeſſe voluit, prælatis aliis, quibus plures cauſæ admittuntur.

Sequuntur POENÆ ſeu ἐπιτίμια iniuſti repudij miſſi: Et primò quidem, à parte mulieris viro miſſi. Nempe Conſtantinus M. mulieri repudium iniuſtè mittenti, propter *prauas ſuas cupiditates, confidentiâ nimiâ*, vt hæc lex loquitur, ob cauſas exquiſitas nullas vel iniuſtas duplicem pœnam imponit: Quarum prior hæc eſt, quod oporteat eam vſque ad aculam capitis in domo mariti deponere: quod ita Interpres & Honorius Imp. *l. prox.* explicat, vt & dotem quam dedit, vel pro ipſa data fuit,



fuit, & donationem quam accepit, amittat. Quæ & ipſæ pœnæ poſtea probatæ ab inſecutis Imperatoribus: donationem, inquam, omnem à viro profectam, cuiuſcunque rei vel minimæ. *Acucula*, quæ & *Acuncula* in *veteri Gloſſario* Ἀκέστρα *Acus*, *Acuncula*, vbi litera, *N*, abundat, & in quibuſdam codicibus Suetonij *in Nerone cap.* 56. in Gloſſario alio, *Acucla* ῥαφίς, & in aliis Gloſſis βελόνη *acucla* (ſic enim ſcribendum) *acus*; *Acucla* ſcilicet pro *acucula*, vt poclum, ſeclum, &c. eſt parua acus, mundi muliebris pars: de qua multa alij. Alteram iniuſti repudij pœnam mulieri Conſtantinus imponit, in inſulam deportationem: de quo ad *l. prox.* pleniùs. Marito pariter geminam pœnam iniungit: nempe *omnem* dotem vxori reſtituere oportet: *omnem*, id eſt integram ſine vllo retentionis alicuius iure (de quo *ſuperiore titulo*: & *l. 2. prox.*) & aliam vxorem ducere prohibetur. Hæc ſcilicet iniuſti repudij à marito miſſi duplex pœna eſt: Et hæc poſtrema quidem cœlibatus pœna, quam ſi perſtringat, aliámque vxorem ducat, mulier ex *h. l.* Conſtantini *leg.* quæ innocens eiecta eſt, ſeu iniuſtè repudiata, & *domum mariti*, id eſt, vt Interpretatio habet, omnem mariti ſubſtantiam vindicare poteſt, & ſecundæ vxoris dotem. Quæ ſingularis admodum pœna eſt, ac nominatim aduerſus ipſammet ſecundam vxorem ductam, vt quæ ſciens thorum perperàm repudiatæ occupauit. ¶ Ex *hâc* interim *legibus*; & *aliam non ducere*, à contrario diſcimus, iuſtè repudiata vxore à marito, veluti ob adulterium, alteram ei vxorem ducere licuiſſe: de quo ad *l. prox.* pleniùs: de quo etiam fidem facit Canon Arelatenſis Concilij (ſi γνήσιος) ſub Conſtantino M. & antè Auctor, non Origenes, *homil. 7. in Matthæum*: & poſtea Ambroſius *in 1. ad Corinth.* 7. Epiphanius *hæreſ* 59. *ſect.* 4. Neque etiam omninò abnuit Hieronymus, *ad Amandum*, & *ep. ad Fabiolam*: Auguſtinus *de fide & operibus cap.* 19. Neque enim repudio locus factus, niſi vt alteram vxorem ducere liceret. Verùm ab hoc Canones deſciuêre, qui vinculum iuſto quamlibet diuortio ſolui, nouóque connubio locum denegant. Ad rem. Et hæ quidem nouæ præter ius antiquum & retentiones veteris iuris, pœnæ à Conſtantino M. *hâc l.* impoſitæ iniuſto repudio fuêre, pariter vt ab Honorio *l. 2. prox.* Quæ Theodoſio Iun. etſi nunc probatæ, eo ipſo quod *hanc l.* in Codicem ſuum retulerit, duriores poſtea viſæ, quíque ideò ad veterum legum moderamen, & retentiones ob malos mores rediit, *Nou. 17. de repudiis*. ¶ Ex his interim pœnis diſcimus, etſi Conſtantinus M. *hâc l.* iniuſtas repudij cauſas excluſerit, attamen repudia ex cauſis iniuſtis facta ſteriſſe, réque ipſa matrimonium ſolutum fuiſſe. Quod & ipſum admiſit Honorius *l. prox.* Atenim melior ſanctiórque Iuriſprudentia, vt paulò ante oſtendi, repudiis & diſſolutioni matrimonij, niſi iuſtis ex cauſis, locum eſſe noluit: ac multò magis ſolo diſſenſu, vel conſenſu contrario matrimonia ſolui vetuit.

## ¶ HONORII *Imp. conſtitutio, de Pœnis iniuſti repudij: Iuſti contra, præmiis.*

### II. * Imppp. HONOR. & Theod. & Conſtant." AAA. Palladio PF. P."

* MVLIER quæ repudij à ſe dati oblatione" diſceſſerit, ſi *Nullas* probauerit diuortij ſui *cauſas*, abolitis donationibus, quas ſponſa perceperat, etiam dote priuetur, deportationis addicenda ſuppliciis: cui non ſolùm ſecundi viri copulam, verum etiam poſtliminij" ius negamus. ¶ Sin vero *Morum* vitia, ac mediocres culpas mulier matrimonio reluctata conuicerit, perditura dotem, donationem viro refundat, nullius vnquam penitus ſocianda coniugio, quæ ne viduitatem ſtupri procacitate commaculet, accuſationem repudiato marito iure deferimus. ¶ Reſtat vt ſi *Graues cauſas*, atque inuolutam criminibus magnis conſcientiam probauerit, quæ recedit, dotis ſuæ compos, ſponſalem quoque obtineat largitatem, atque à repudij die poſt quinquennium nubendi recipiat poteſtatem: tunc enim videbitur, ſui magis viri id execratione, quam alieni appetitione feciſſe. ¶ Sanè ſi diuortium prior MARITVS obiecerit, ac mulieri *graue crimen* intulerit, perſequatur legibus accuſatam, impetratáque vindicta & dote potiatur, & ſuam recipiat largitatem, & ducendi mox alteram, liberum ſortiatur arbitrium. Si vero *Morum* eſt culpa, non criminum, donationem recipiat, & dotem relinquat, aliam poſt biennium ducturus vxorem. Quod ſi matrimonium *ſolo* maluerit ſeparare *diſſenſu*, *nulliſque* vitiis peccatiſque grauetur excluſa, & donationem vir perdat & dotem, ac perpetuo cœlibatu inſolentis diuortij pœnam de ſolitudinis mœrore ſuſtineat, mulieri poſt anni metas nuptiarum poteſtate conceſſa. ¶ Super Retentionibus autem dotium *propter liberos* iuris antiqui præcepimus cauta ſeruari. Dat. VI." Id. Mart. Rau. Euſtaſio & Agricola COSS. [421.]

INTERPRETATIO". *Si mulier prior marito repudium intulerit, & ſtatutas lege non docuerit cauſas, amittat & ſponſalitiam largitatem, nec id repetat quod marito in dotem dedit, atque inſuper exilio relegata, nec nubendi locum habeat, nec ad propria reuertendi. Nam ſi leues culpas edocuerit, quibus diuortium videatur adpetere, & dote careat, & donationem refundat, neque alteri viro nubendi habeat poteſtatem. Si vero poſtea maritum dimittens, adulterio ſe forte miſcuerit, maritus etiam poſt repudium habeat licentiam perſequendi. Quod ſi mulier quæ diſcedit, in virum grauia crimina & certa probauerit, & dotem reuocabit,*

*& quod ei maritus in ſponſalitiam largitatem contulerat, vindicabit, & poſt quinquennium nubendi habebit liberam facultatem.* ¶ *Nam ſi maritus repudium prior intulerit, probatis cauſis, vindicta percepta expulſæ vxoris dotem vindicet, donationémque recipiat, & continuo ſi voluerit aliam ducat vxorem: nam ſi crimina certa*" *non fuerint, ſed vt ſolet fieri, femina morum leuitate diſpliceat, maritus donationem ſuam reuocet, & ille quicquid ab ea perceperat mox refundat, & poſt biennium aliam ducat vxorem. Quod ſi nec morum culpa docebitur, & ſola eſt diſſenſio animorum, mulier quæ innocens expulſa eſt à marito, & donationem à viro factam ſibi vindicet, & ſuam dotem reuocet. Ille verò in perpetuum ſolitarius permanebit, nec præſumat alterius mulieris coniugio ſociari: mulier vero poſt annum ad aliud coniugium ſi voluerit tranſire permittitur.* ¶ *Propter communes vero liberos, ſi fuerint, ea præcepit obſeruari, quæ in iure* de Retentionibus *ſtatuta ſunt pro numero filiorum, quod Paulus*, in libro Reſponſorum *dicit, ſub titulo*, De re vxoria.

## NOTÆ.

* Et hæc lex abeſt à Cod. Iuſt. exceptâ vnica eius ſententia.
* *Et Conſtantius.* Rectè hoc additum: de Conſtantio hoc Placidiæ marito Valentiniani III. Imp. patre, in Imperium adſcito, vid. Chronicon noſtrum.
" *Palladius* hic continuè ſub Honorio PP. fuit per ſeptennium, A. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. & quidem Italiæ, vid *Proſp.*
* Lex, *ſi mulier 35 Cod. ad leg. Iul. de adulteriis*, hinc deſumpta eſt.
" Indicat libellum repudij τὸ ἀποςάσιον.
" De hâc *Poſtliminij* voce mox.
* SECVNDA pars *huius leg.* de *Marito* repudium mittente.
" XII. *Kal. Mart.* Ita Cod. Iuſt. in *d. l.* 35. In Aniano, & aliis MSS. quibuſdam Codicib. VII. Id. Nouemb.

## COMMENTARIVS.

HONORII Imperatoris hæc conſtitutio eſt de *Repudiis*, ac nominatim de Iniuſti repudij pœnis: contrà, de iuſti præmiis: de quo fuit quoque ſuperioris *legis* Conſtantinianeæ pars: Ita quidem, vt & hâc ipſa *lege* matrimonia *diſſolui* ex leuiſſimis, imò nullis cauſis ψοχραῖς αἰτίαις patiatur Imp. Honorius, pœnis tantum iniuſto repudio propoſitis. Quæ vt Conſtantinianei, ita & Honoriani ſæculi labes fuit. De Iniuſti igitur repudij pœnis, eſt hæc lex: & quidem initio ducto à muliere, pariter vt *l. 1. ſup.* quia ſcilicet grauius id crimen eſt in muliere quàm in viro, vt mox quoque patebit.

¶ Iniuſti porrò ſeu irrationabilis repudij duæ ſpecies conſtituuntur *hâc l.* non vt *ſuperiore leg.* vna: Prior quæ nullis de cauſis fit, ſolo diſſenſu, nullis vitiis peccatíſque: altera, quæ ob mores tantùm; ſeu ob morum vitia & mediocres culpas. Priore caſu, Mulier ſi nullis inquam cauſis repudium mittat, quinque pœnis adficitur: 1. nam & dote, 2. & donatione multatur; 3. & deportatur, de quâ pœna mox: 4. & perpetuo cœlibatu damnatur, 5. omnéque poſtliminij ius ei denegatur, id eſt, reſtitutionis & beneficij Principalis ſpes: *Poſtliminium* ſcilicet cùm de captiuis propriè dicatur, hoc verbo abutitur Honorius *h. l.* vt & Antoninus in *l. 1. C. de re militari*: vtrobique enim Poſtliminium accipitur pro regreſſu & reſtitutione Principis: perpetui proinde exilij ſeu perpetuæ deportationis pœna hîc iniungitur, quod etiam Interpres rectè vidit. Alioquin deportati non omnem reſtitutionis ſpem amittebant: *l. intercidit 59. ff. de condit. & demonſtr.* niſi vt in ſp. *huius leg.* eâ conditione ſeu exceptione deportati fuiſſent. Maritus verò dote tantùm & donatione multatur, at non & deportatur, verùm perpetuo cœlibatu damnatur, mulieri poſt annum nubendi poteſtate conceſſâ. Quâ parte in eadem re duæ differentiæ inter maritum & mulierem notandæ ſunt. Hæc deportatur, ille non item: huic iniuſtè repudiatæ poſt annum nubendi poteſtas conceditur (quæ tralatitia ſecundis nuptiis contrahendis à muliere meta eſt, vt poſt mortem ita & poſt diuortium: vt docet quoque *lex 8. & 9. C. eod. tit.*) illi iniuſtè repudiato, proculdubio illicò, etſi hîc expreſſum non ſit. Quod deportationis pœnam attinet, ea pariter mulieri ſoli, ſed ex quâcunque iniuſtâ cauſâ repudium mittenti impoſita *l. 1.* non vt hîc ex nulla tantum cauſâ: paritérque mulieri tantùm impoſita: Denique vt ſoli mulieri hæc pœna *hâc* Honorij *leg.* impoſita fuit, ita vnico caſu, ſi ex nullâ cauſâ repudium miſerit. Et hæc de priore Iniuſti ſeu irrationabilis repudij ſpecie, ob nullas videl. cauſas.

¶ Altera iniuſti repudij ſpecies eſt, putà ſi *Morum* tantum vitia ſint, ſeu morum culpa, mediocres culpæ, non crimina. Hoc ſcilicet caſu Honorius *hâc leg.* ita definit: quod mulier repudians, multetur dote & donatione pariter, vt ſuperiore caſu: perpetua etiam viduitate hoc caſu non minus quàm Superiore damnetur, data marito poteſtate accuſandæ vxoris, ſi viduitatem ſtupro commaculauerit: at non & deportetur, vt ſuperiore caſu *h. l.* & vtroque caſu Conſtantini M. *l. 1. ſup.* Hinc igitur apparet, pœnam illam ipſam, quæ marito impoſita fuit propter repudium miſſum ob nullas cauſas, vxori impoſitam ab eâ miſſo repudio ob non ſatis graues. Quod Iuſtiniano in partem diſplicuiſſe videtur: *l. ſi mulier 35. Cod. de adulter.* quæ alioquin hinc deſumpta eſt. At ſi maritus ob morum vitia tantum, non ob crimina vxorem repudiauerit, donationem quidem recipit, ſed dotem reddit, & poſt biennium vxorem ducere poteſt. Quæ tertia & quarta iam differentia inter maritum & mulierem notanda venit. ¶ Ex his interim patet, ex huius ſæculi diſciplina diuortia etiam nullis ex cauſis vel leuibus facta, diſſociatáque ita coniugia, ſed pœnas tantum impoſitas. Quæ ſanè magna huius æui labes fuit. Diuino enim præcepto conuenientius non ita diſſociari coniugia quàm pœnas imponi.

Sequitur tertia ſeu poſtrema repudij ſpecies, iuſti videlicet & rationabilis, ob Graues ſcilicet cauſas, ob graue crimen & inuolutam magnis criminibus conſcientiam, non expreſſis tamen hic cauſis & criminibus: vnde omnia crimina publica, quæ publicis legibus vindicabantur, his verbis contineri putant viri docti. Hoc igitur caſu Hono-



rius hæc præmia iuſtè repudiantibus proponit: & primò quidem Mulieri hæc tria vt dotem ſuam recipiat, vt ſponſalitiam largitatem retineat, vt à die repudij poſt quinquennium alteri nubere poſſit: Marito viciſſim ſi iuſtâ ex cauſâ repudium miſerit, hæc tria: vt dotem vxoris retineat, vt ſuam largitionem ſeu donationem recipiat: in quibus duobus vir vxori æquatur: Sed in hoc tertio vir ab vxore differt, (quæ quinta inter eos differentia notanda) quod ille vxorem ſtatim à repudio ducere poſſit, illa nonniſi poſt quinquennium: Quorum prius confirmatum, poſterius verò anno mutatum à Theodoſio Iun. *l. conſenſu 8. §. 4. Cod. eod.* etſi & ibi quinquennalis præſcriptio certo caſu imponitur, quomodo & alio caſu memoratur *l. 9. Cod. eod.* Et additur hîc ratio quinquennalis iſtius præſcriptionis, quod mulier ita ſerò nubens, tamdiu vidua, teſtatum faciat, ſe diuertiſſe magis viri execratione, quàm alieni appetitione. Nempe quæ citò etiam poſt iuſtum repudium à ſe miſſum nubit, cupiditatem ſuam prodit. Cui ſimile eſt quod Auguſtinus ſcribit *lib. 1. de ſerm. Dom. in monte, p. 1122. tom. 1. Si ipſa* [fœmina] *virum dimiſerit, & alteri nupſerit, videtur cupiditate mutandi coniugij virum priorem reliquiſſe, quæ ſine dubio adulterina cogitatio eſt.* Et hæc quidem ita Honorius *hâc l.* cum alioquin diuortio ex iuſta cauſa ſeu ob crimen facto, nulla ſecundis nuptiis contrahendis poſita mora eſſet: verùm abſolutè ſecundò nubere liceret. Ex ſuperioribus iam liquet, quam diuerſo iure olim habiti fuerint in hac repudiorum materia vir & vxor, circa nubendi nominatim facultatem poſt repudium, 1. Nempe repudio ob nullas cauſas miſſo ab vxore, vir repudiatus ſtatim vxorem ducere poterat, mulieri poſt annum tantum nubere licebat. 2. Ob morum etiam vitia repudium mittens mulier, perpetuo cœlibatu multabatur, vir repudians poſt biennium vxorem ducere poterat. 3. Ob crimen repudians mulier, poſt quinquennium tantum nubere poterat, vir ſtatim vxorem ducere poterat. In eo conueniebant, quod vterque & mulier & maritus, qui nullâ ex cauſa repudium feciſſet, perpetuo cœlibatu puniebatur. Et hæc quidem ita euoluenda ſunt, de pœnis iniuſti repudij. Quò alioquin etiam pertinet inſignis Chryſoſt. *tom. 5. p. 338.* locus; vbi poſteaquàm dixit, etiam externas leges τοὺς ἔξωθεν νόμους, non abſolutè οὐχ' ἁπλῶς, οὐδὲ ἀπηγχημένως repudiorum licentiam probaſſe, *imò puniſſe*, ſubiicit: ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ κολάζουσι τὸ πρᾶγμα· ὅθεν καὶ αὐτόθεν δείκνυται, ὅτι αὐτοὺς πρὸς πάντων ἔχουσι τὴν ἁμαρτίαν, τὴν γοῦν αἰτίαν τοῦ ἀποςασίου γενομένην γυμνὴν καὶ ἔρημον χρημάτων ἐκβάλλουσι, καὶ ὅθεν ἂν γένηται τῆς διαλύσεως ἡ πρόφασις, καὶ τῇ ζημίᾳ τῆς οὐσίας τοῦτον κολάζουσιν. *Nam & ipſæ puniunt factum; Vnde, eum, qui fuerit auctor repudij, nudum & ſpoliatum facultatibus eiiciunt: vt vnde fuerit diſſolutionis occaſio, facultatum ſit iactura.* Illud ferri non poteſt, quod quidam *ad Creſconij breuiarium p. 183. 184.* cenſet Chryſoſtomum ad *hanc l.* nominatim reſpexiſſe: eſt enim hæc *lex* Honorij Imp. in cuius orbe Chryſoſtomus non vixit: verùm ſub Arcadio. Quomodo etiam inepta eſt eorum ſententia, qui hanc *leg.* vnà cum ſuperiore abrogatam tradunt *Nouella* Theodoſij 17. *de repudiis*: eſt enim *ea Nouella* non de pœnis iniuſti repudij, vt *hæc lex*, verùm contrà de pœnis coniugum, qui diuortio cauſam dedêre.

Et hactenus quidem de priore *huius l.* capite ſeu de iniuſti repudij pœnis, iuſtique præmiis: in quo Honorius Imp. ab antiquo iure abiit, à Retentionum inquam iure propter mores, de quo *ad l. 1. & 2. ſup. de dotibus*: nempe ſoluto matrimonio maritus propter mores vxoris certam partem ex dote ferebat & retinebat: atenim ex *hac l.* dotem totam relinquere iubetur, vt & mores mariti ſoluto matrimonio aliter plectebantur. Porro idem Imp. ſecundo *huius l.* capite iuris antiqui cautra ſeruari præcipit, *circa Retentiones dotium propter liberos*, de quo præter Ciceronem *in Topicis* Vlpianus *in fragmentis, tit. de dotibus 6.* ſcribit culpâ mulieris, aut patris, in cuius poteſtate eſt, diuortio facto, maritum ſingulorum liberorum nomine ſextam retinuiſſe ex dote: non plures tamen quàm tres ſextas retinere potuiſſe: & ſic mediam partem dotis, vt ex Pauli Inſtit. *lib. 2. tit. de dotibus*, refert Boëtius *comm. in Topica lib. 2. p. 782.*

# DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS CREANDIS.

## TITVLVS XVII.

### PARATITLON.

TVTORES, *rubrica & l. 4.* ſeu defenſores, *l. 3. & 4. in fine, & l. 1. ſupr. de denunciatione, & l. 1. infr. de adminiſtrat. & periculo tutorum, l. 1. de liber. cauſ.* Vnde & defenſio pro tutore, *in l. 2. infr. de diſtrahendis pignoribus*, ſunt vel teſtamentarij, ſeu teſtamento dati, *l. 3. h. t. & l. vn. infr. tit. prox. l. 1. de denunciat.* vel legitimi, *l. 2. 3. & 4. h. t. & d. l. vn.* vel denique deficientibus illis, *d. l. 3. & 4.* per inquiſitionem dati: Decreto dati, *d. l. 1. de denunciat.* Legitimi ſunt, veluti conſanguineus & patruus, *l. 2.* Dantur verò tutores & Curatores in Vrbe Roma à Præfecto Vrbi, adſcito Prætore Tutelari & Decemviris à Senatu adhibitis, *l. 3. & 4.* Item Prætor Tutores & Curatores dabat, *l. 16. de Prætor.* In Prouinciis verò à Iudicibus qui in Prouinciis iura reſtituunt, *d. l. 4. ſiue vlt.* id eſt, à Magiſtratibus vel Prouinciæ Rectoribus, *l. 7. infr. de nauiculariis.* Datus porrò Tutor vel Curator ſub Tyranno valebat, *l. 9. de infirm. his quæ ſub Tyr.* Matres ſanè ætate maiores tutore legitimo deficiente tutelam liberorum poſtulare poſſunt, actis tamen priùs profeſſæ ſe

ad alias nuptias non venturas, alioquin ad filiorum tutelam non admittuntur, *d. l.vlt.* Liberantur autem tutores tutelæ neceſſitate variis ex cauſis. Quidam enim priuilegio à tutela excuſantur, *l. 3. & 4. h.t.* Veluti nauicularij, *d.l. 7. infr. de nauiculariis.* Quidam velut ſuſpecti à tutela ſubmouentur, *d. l.vlt.* Alij denique quia per animi aut corporis valetudinem idonei non exiſtant, *d.l.vlt.*

¶ Quod officium & Adminiſtrationem Tutorum, vel Curatorum attinet, v. *l. 1. de donat. l. 1. de denunciat. l.vlt. vnde vi.* De actione tutelæ id quoque notandum, in eâ denunciationum ambages non ſeruatas, *l. 6. de denunciat.* De eo qui eam, cuius tutor fuerat, corrupit: v. *tit.* 8. *lib.* 19. De fraudulentis & commentitiis eorum venditionibus, v. *l. 1. de integri reſtit.*

---

## 1. * Imp. Conſtant. A. & Cæſ.″ Ad Baſſum PF. P.″

IN vniuerſis litibus placet, non priùs puberem iuſtam″ habere perſonam, niſi interpoſito decreto″, aut adminiſtrandi patrimonij gratia, aut ad″ litem fuerit Curator datus: vt, iuxta″ præcedentia noſtræ prouiſionis″ ſtatuta, legitimè initiatæ litis″ agitatæ″ in iudiciis controuerſiæ finiantur. Dat. IV″. Id. Octob″. Aquileiæ″. Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Si pupillis actio inferatur, quamuis adulti videantur, ad litem venire non poſſunt, niſi fortè ætas eorum Curiæ teſtificatione firmetur, aut certè prouiſus Curator patrimoniorum pupilli, vel negotium tueatur.*

### NOTÆ.

* Lex, *in vniuerſis.* 11. *C. qui dare tutores.*

″ *Et Conſtantinus Cæſar*; ita Cod. Iuſt. Quanquam *lex* 2. *C. ſi ex pluribus tutoribus*, quæ deſumpta eſt ex *l. 1. ſupr. de denuntiatione*, hoc ipſo anno data, *Licinium* Cæſarem Conſtantino iungit. Quid ſi, de Criſpo hoc accipiamus pariter vt biennio poſt, *lege 3. infr. de maleficis?*

″ PF. V. ita Cod. Iuſt. Quod hic non admittat quis: oſtendunt equidem aliæ plures huius anni 319. conſtitutiones Baſſum hunc P. V. fuiſſe hoc anno 319. putà *lex 8. inf. de appellation. l. 1. de emendat. ſeruor. l. 1. de his qui à non domino: l. 4. infr. de donat. l. 3. infr. ad leg. Iul. de vi*: verùm vetus Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi, notat, *Baſſum* hunc P. V. fuiſſe ab Idibus Maij A. D. 317. ad Kal. Septemb. A. D. 319. Quare niſi menſis in *huius leg.* ſubſcriptione mutatur, tuendum hîc videatur PF. P.

″ Iuſta perſona. vid. *& l. 4. ſup. de denunciat.*

″ *In litem.* Cod. Iuſt.

″ *Vt ita iuxta.*

″ *Pietatis.* Tribon.

″ *Litis*, pro *lites*: quomodo habet Cod. Iuſt. Quanquam & iſtud defendi poteſt.

″ *Agitatâ controuerſiâ.* Cod. Iuſt.

″ III. Cod. Iuſt.

″ Alius menſis *huic legi* ſubſcribendus videtur: Maximus enim iam à Kal. Septembris huius anni poſt Baſſum P. V. fuit: vt teſtatur *Vetus notitia Præfectorum Vrbi.* Sed & ex aliis *legibus* diſcimus, Conſtantinum M. *Aquileia* (vbi *hac lex* data) A. 319. conſtitiſſe menſe Iunio, & Iulio: non verò Octobr.

### COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. duæ de Tutoribus & Curatoribus conſtitutiones, hoc titulo primo loco proponuntur: quibus addendæ ſunt tres aliæ prætereà de Tutoribus eiuſdem Conſtantini M. conſtitutiones, *inf. tit. de adminiſtr. tutor.* addatur & ſexta eiuſdem *l. vn. in fin. ſup. de Litigioſis*; ex quibus apparet, quantam Princeps iſte pupillorum Minorúmque vtilitatis curam geſſerit. *Hâc l.* id definitur, Adultum IN IVDICIO STANDI *iuſtam*, id eſt legitimam perſonam *non priùs* habere, quàm *decreto interpoſito*, aut veniam ætatis impetrauerit, quam quidem veniam ætatis hîc vocat, *adminiſtrandi patrimonij gratiam* ( Interpres verò ex æui ſui vſu interpretatur ) vel ad litem ei fuerit Curator datus. Hæc quidem *huius l.* in genere ſententia eſt. Atenim ſpecies ſeu hypotheſis eius, quam ignorauit Interpres *huius leg.* ignorant & Codicis Iuſtin. Interpretes, ita conſtituenda eſt, quod omninò ingerunt voces iſtæ fine Legis, *initiatæ lites finiantur.* Impuberis nomine litem Tutor initiauerat: poſt inchoatam ita litem, inter moras lite pendente pupillus *pubes* factus fuit, quærebatur, an litem ita cœptam adultus ipſe ſolus iam peragere poſſet? Quod Conſtantinus M. *hâc l.* negat: Verùm alterutro opus eſſe definit, vt iuſtam habeat adultus in iudicio perſonam: putà, vt aut veniam ætatis impetrauerit, aut Curatorem ad litem acceperit: Qui vtique ei inuito datur, id eſt non expectata ipſius petitione. Quod ſi ita eſt, vti eſt, tum vel eo ipſo euertitur eorum ſententia, qui, vt §. 1. *Inſt. de Curatoribus*, cum *l. 1. ff. de minorib. in fin.* concilient, diſtinguendum putant inter eum qui iam habeat Curatorem, vel eo mortuo habere deſierit: Nam vt maximè poſt litem initiatam adoleuerit is, de cuius re agitur, nihilominus curatorem in litem accipere ex *hac l.* cogitur. Adultus ſcilicet inuitus curatorem in litem accipere cogitur, non tantùm ſi nondum lis antea initiata fuerit, verùm & ſi iam inchoata fuit eo impubere exiſtente. Breuiter adultus non modo litem inchoare ſine curatore, verùm etiam neque inchoatam perſequi detexere poteſt, ſeu finire. Et hæc quidem *huius l.* ſpecies eſt, quam vt dixi neque Interpres hic, neque *legis huius* in Codicem Iuſtin. relatæ Interpretes viderunt: Conſequenter nouus hic ad *illam l.* 11. intellectus deinceps adhibendus venit.

Nunc porro videndum eſt, quo ſenſu *lis legitimè initiata* hâc *leg.* dicatur, quæ item eius ferendæ





occaſio fuerit. Igitur *lis legitimè initiata* dicitur, quæ denunriata erat, & quidem in ſp *huius l.* Tutori: quod hoc ipſo anno menſe Februario idem Conſtantinus requirebat, *l. 1. ſup. de denunciatione.* Et hæc verò illa ipſa lex eſt, quam *fine legis* Conſtantinus indicare mihi videtur, & cuius occaſione hæc lex lata eſt. Nempe poſt *eam leg.* ſtatim quæri cœpit, vtrum legitimè ſemel denuntiata Tutori lite, ipſa controuerſia in iudicio cum ſolo deinceps adulto agitari poſſet? Id quod *h. l.* negat Conſtantinus: Non prius enim puberem iuſtam habere perſonam, quàm veniâ ætatis impetratâ, vel Curatore ad litem accepto: *Vt*, inquit, *iuxta præcedentia noſtræ prouiſionis ſtatuta legitimè initiatæ litis, agitatæ in iudiciis, controuerſiæ finiantur.* Quæ verba rectè habent. Nempe denuntiatione facta *lis initiari* dicebatur. Idque eſt, quod Valentinianus Iun. *l. 4. ſupr. de denunciat.* ait, *Poſt celebratam denunciationem litis exordium auſpicatur; inter iuſtas videlicet legitimáſque perſonas.* Et in eâdem omninò ſpecie Honorius *l. vlt. inf. vnde vi*: ſeu *l. vlt. C. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habent. Obrepta*, inquit, *petitio, alteri obeſſe non debet, maximè cùm abſque conuentione legitimæ perſonæ* [ id eſt denuntiatione ] INITIATVM *iurgium videatur: Nihil autem opitulatur conuentio circa minorem habita, cum id rectiùs circa Curatorem debuerit cuſtodiri.* Simili quoque ratione poſt editionem reſcripti negotium exordium ſortiri dicitur, *l. 5. ſup. de denunc.* Ad praxim *huius l.* vide inter alios Bouchel & Ioly *lib. 1. c. 13.*

---

## ¶ *De* FOEMINARVM *ſeu muliebri Tutelâ legitimâ conſanguineo patruo deferenda.*

## II. * Idem A. & Cæſ.″ ad Populum.″

IN feminis″ tutelam legitimam conſanguineus″ patruus non recuſet. Dat. pridie Kal. Ian. ipſo A. VII. & Cæſ. COSS. [326.] *Iſta interpretatione non indiget.*

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à C. Iuſt de cauſa mox viderimus. Eius meminit Leo Imp. A. 469. *in l. 3. C. de legit. tutela.* Cœterum eodem die data eſt ad Voluſianum PF. V. *lex 5. inf. de iure fiſci.* vt hæc ad Populum.

″ *Conſtantinus* ſcilicet vt arguit ſubſcriptio *d. legis 5.*

″ Vrbis Romæ.

″ *In fœminas.*

″ Vertranius Maurus, *de iure liberorum lib. c.* 31. malè, *conſanguineus vel patruus.*

### COMMENTARIVS.

MVLIEBREM Tutelam Patruus conſanguineus acceptare hoc Edicto à Conſtantino M. iubetur. Fœminas in perpetuâ quondam tutelà, quamuis puberes, fuiſſe; res nota eſt, propter ſexus videlicet infirmitatem, & propter rerum forenſium ignorantiam: quod vt ex Catone apud Liuium, *lib.* 34. Cicerone, *pro Murena & pro Flacco* liquet, & Boëtio *ad 2. Topic.* ita Vlpianus quoque & in *fragmento Pithœano*, & *in fragm. tit. 11. de tutelis*, nominatim ſcribit. Proinde cùm *muliebrem* tutelam audis, adultæ mulieris tutelam intellige. Quæ & ideo pupillari tutelæ à Sabino *lib. 3. Iuris ciuilis*, opponitur apud Gellium, *lib. 5. c. 13.*

Porro hæc muliebris tutela *Legitima* erat, vt *hâc l.* vocatur, & apud Ciceronem & Vlpianum *in fragm.* id eſt legitimis ſeu agnatis proximis deferebatur. De qua duo notari nunc cupio. Primò, ne perpetuò tutelâ illâ proximus agnatus, cui legitima illa tutela muliebris delata fuerat, toto fortè vitæ ſuæ tempore grauaretur, oneraretur, contra quam alij tutores qui ἕως προθεσμίας alicuius tutores ſunt, rurſus huic agnato certo tempore permiſſum fuiſſe, alteri proximo in gradu in iure tutelâ muliebri poſtea cedere, Vlpian. *in fragm. d. tit. 11. Permiſſum*, inquit, *erat in iure cedere tutelâ fœminarum.* Nulli ſcilicet alia legitima tutela alteri cedi potuit: quàm quæ in FEMINIS eſt, id eſt, quam fœminarum tutela. Itaque hæc tutela *Ceſſitia* dicebatur, & Tutor, cui ceſſa erat, *Ceſſitius*, Vlpianus *d. loco.* Hac tamen lege ſeu conditione ( quod & ipſum ſingulare eſt) ceſſio fiebat, vt agnatus ille qui ceſſerat, legitimus tutor ſemper maneret: & ad illum, ſi ceſſitius aliquo caſu tutor eſſe deſineret, onus tutelæ muliebris recurreret; Vlpian. *d. tit.* Nam vt *ibidem* ait Vlpianus, *Legitimus tutor in iure cedere poteſt, abdicare ſe non poteſt.* Abdicare hîc plus eſt, quàm cedere: cùm alioquin in iure cedere, & abdicare, paria ſint; vt docet *lex 66. ff. de iure dot* in quæſtione ſcilicet de vſufructu extraneo cedendo. Nempe iure ſingulari ad degrauandum legitimum tutorem id inductum, vt cedere poſſet, ſic tamen, vt ne prorſus à ſe abdicaret: cùm aliàs & in aliis, quæ vtilitatem cedentis reſpiciunt, idem ſit, *cedere in iure, & à ſe abdicare.*

¶ Atque ita obſeruatum fuit ad Claudium Imp. vſque: Is enim poſteà lege promulgatâ, muliebris tutelæ ceſſionem *ſuſtulit*, & legitimæ muliebris tutelæ onus penes agnatum proximum, cui ſemel delata fuiſſet, *permanere* voluit. Id enim eſt, quod Vlpian. *in fragm.* ait *Feminarum legitimas tutelas lex Claudia* SVSTINET. *Suſtinet* in Gloſſis Philoxeni ὑπομένει, id eſt, *prorogat*, continuat, ſic vt cedi nolit. *Suſtinere* eſt continuare, prorogare, vt *l. 42. ff. de noxal. act.* Albinouanus de fortuna.

*Illa rapit iuuenes, ſuſtinet illa ſenes.*

Ouidius.

*Per totidem menſes poſt funera coniugis vxor*
*Suſtinet in viduâ triſtia ſigna domo.*

Ita & ſuſtinere ſolutionem Ciceroni *ad Atticum* 12. Claudius, ſcilicet Imp. muliebrem tutelam non ſuſtulit, ſed *ſuſtinuit*, id eſt, eam cedi noluit. Breuiter, Ceſſitiam tutelam muliebrem ſuſtulit: at muliebrem tutelam legitimam ſuſtinuit. Et verò id Vlpianus apertè comprobat: Poſteaquam enim dixit, *ſuo tempore ceſſitiam hanc tutelam non proceſſiſſe*: ſtatim ſubiicit hanc rationem, *Quoniam feminarum legitimas tutelas lex Claudia ſuſtinet.* Non fuit igitur cauſa cur Cuiacius locum illum ſollicitaret,

quem ita ſuſtinendum ſeu defendendum puto, cui proximè accedunt quæ Ræuardus 1.*var.* 10. Et hactenus quidem de vno legis Claudiæ capite circa muliebrem tutelam. Fuit & alterum, quo aduerſus antiqui iuris auctoritatem patruo conſanguineo legitima tutela muliebris non deferebatur, quod à Conſtantino M. *hâc l.* ſublatum, antiqui iuris auctoritate reductâ, quod teſtatur nominatim Leo Imp. in *l.* 3. *C. de legit. tut.* cuius hæc verba ſunt: *Conſtitutione diuæ memoriæ Conſtantini, lege Claudiâ ſublatâ, pro antiqui iuris auctoritate ſaluo manente agnationis iure, tam conſanguineus, id eſt frater, quàm patruus cœterique legitimi ad pupillarum fœminarum tutelam vocantur.* In quâ quidem *leg.* duo obſeruo: primò malè infartas voces, *id eſt*: Conſanguinei enim appellatio etiam ad patruum pertinet, vt hæc lex apertè oſtendit: de quo ad *l.* 2. *inf. de legitimis hæredit.* Secundò infartam quoque ibi vocem *pupillarum*: niſi pupillas vocare libeat omnes quæ ſub Tutoribus agunt. Ad rem. Conſtituit igitur *hâc l.* Conſtantinus M. ne conſanguineus patruus legitimam tutelam muliebrem recuſare poſſit. Ex his proinde apparet, *lege Claudiâ* non fuiſſe ſublatam muliebrem tutelam, neque à Conſtantino M. reductam, quod vtrumque tamen Cuiacius credidit: Manente quippe ſemper muliebri tutelâ ſeu perpetuâ, in eo tantùm ius variauit, vt ex *Lege Claudia* ea cedi non poſſet, quod mox ſublatum: Item vt ne conſanguineus patruus mulieris tutor legitimus eſſet, quod *hâc l.* ſublatum, veteri iure reducto. Aliena verò prorſus ſunt quæ Ræuardus, & alter quidam aduerſus Cuiacium hâc de re ſcripſêre. Vt ad rem ipſam redeam. Claudia *lege* muliebris tutela conſanguineo patruo non deferebatur: quia ſcilicet & fœminæ vltra conſanguineas (fratrum) ſucceſſiones ex *leg. Voconia* non capiebant, ſeu vltra conſanguineas (fratrum) hæreditates legitimæ ſucceſſiones mulieribus non deferebantur, quod Paulus & Vlpianus *in ſententiis & fragmentis* ſcriptum reliquêre. Et ſic tutela ad hæreditatis exemplum hâc parte comparata erat: vt retrò quò tutela redit, eò & hæreditas peruenit: notiſſimâ Regulâ: quæ & ipſa ad Ceſſitiam tutelam pertinet, vt oſtendo *in noſtro ad tit. de Regulis Iuris, Commentario.* Ex his quoque iam patet, quàm verum ſit quod Interpres hic aiebat, *hanc leg.* Interpretatione non indigere: à cuius etiam manu lex ipſa non planè immunis videtur, verùm ab eo decurtata & deminuta, quod ſuadet *dicta lex* 3. *Cod. de legitima tutela*: Certè impolitias eius redolere videantur illa, *in fœminis tutelam recuſare*: niſi potius, quod cenſeo id ita dictum Conſtantino, quomodo *tutela in capite libero*: & in XII. Tab. *in eo, pecuniáque eius, poteſtas eſto.*

---

III. * Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Proculo PF. V."

INLVSTRIS" Præfectus vrbis, adhibitis Decemviris è numero Senatus Ampliſſimi, & Prætore Clariſſimo viro, qui tutelaribus cognitionibus præſidet, Tutores Curatoréſve ex quolibet Ordine" idoneos faciat retentari: & ſanè id libero iudicio, expertéſque damni" conſtituent Iudicantes: Et ſi regendis pupillaribus cenſibus" ſinguli creandorum pares eſſe non poſſunt, plures ad hoc, ſecundum *Leges Veteres*, conueniet aduocari, vt quem cœtus ille adminiſtrandis negotiis pupillorum digniſſimum iudicarit, ſola ſententia obtineat Præfecturæ. Itaque hoc modo remoti à metu, qui conſilio adfuerint, permanebunt, & paruulis adultíſque" iuſta defenſio ſub hac Prudentium deliberatione proueniet." ¶ Quod" tamen circa eorum perſonas cenſuiſſe nos palam eſt, quibus neque teſtamentarij defenſores, neque legitimi" vitâ, ætate, facultatibus ſuppetunt: Nam vbi forte huiuſcemodi homines offerentur", ſi nihil ad defenſionem ſui" priuilegiis" comparabunt, vt teneri poſſint iure præſcribimus. ¶ Cæterum alia quæ in cauſis Minorum *antiquis Legibus* cauta ſunt, manere intemerata decernimus. Dat. VI. Kal. Ian." Mediolani, Timaſio & Promoto Coss. [389.]

INTERPRETATIO. *Quoties de pupillorum tutela tractatur, debent primi patriæ cum Iudice, ſecundum ætates minorum, aut Tutorem aut Curatorem eligere, vt ille qui ſuſceperit tutelam, tali electione poſſit eſſe ſecurus. Quæ tamen electio circa eas perſonas obſeruabitur, quæ nec teſtamento decretæ ſunt, nec propinquitate ad id officium adducuntur. De aliis ſanè minorum commodis legum priorum ſtatuta præcepit obſeruari.*

## NOTÆ.

* *Lex* 1. *C. de Tutoribus, vel Curatoribus Illuſtrium, vel Clariſſimarum perſonarum* " *Proculo* huic P.V. inſcribuntur hoc anno 369. quoque *lex* 25. *inf. de oper. publ. l.* 29. *inf. de annon. ciuic. l.* 1. *inf. de teſtamentis*, & anno 391. *lex* 6. *inf. de agentib. in reb. l. vn. de poſſeſſ. ab eo qui prouoc.* Et anno 392. *lex* 10. *inf. de annonis ciuicis*, fit eiuſdem mentio, *l.* 12. *d. t. de annonis ciuicis.* Meminit & Zoſimus *lib.* 4. *p.* 769. 774. & Chronicon Alexandrinum. Hic capite truncatus A. 392. teſte Zoſimo *d. loco p.* 774. & Chron. Alexandr. filius fuit Tatiani PP. vid. Zoſimum *l.* 4 *p.* 769. cui tribus fermè poſt menſibus inſcribitur *lex prox.* 4. *inf. h. t.* vbi de eadem re agitur *inf.*... Conſtantinopolitanæ porrò vrbis Præfectus fuit, vt oſtendit Zoſimus *d. lib.* 4. *p.* 769. & diſertè præfert inſcriptio *leg.* 25. *inf. de operib. public. &* *legis* 9. *inf. de annonis ciuicis.* Neque turbet te, quod *Mediolani* hæc lex data dicitur: Theodoſius quippe etſi Orientis Imperator, in Italiâ tamen hoc tempore agebat: Vide Conſularia *Theod.* & quæ noto ad *leg. ſi vindicari: inf. de pœnis.*

" *Illuſtribus* in C. Iuſt. de quo mox pleniùs.

" Senatorio, Equeſtri; de quibus *inf. lib.* 6. Ræuardus tamen 1. *var.* 10. id exponit de ordine cognatorum, ſi videlicet nulli ſint ex ordine agnatorum: quod minus probo: etſi eo ſenſu *in fin. legis prox.* ordo accipiendus ſit. Nam ait hæc lex, *ex quolibet ordine*; igitur non ex vnico, vt Ræuardus opinatur.

" Id eſt, Actionis ſubſidiariæ.

" *Subſtantiis*, C. Iuſt *Cenſus* nihil aliud eſt, quàm ſubſtantia.





" Subiicit hæc Tribonianus, *ſuper cuius nomine ſolemnitate poſtea ſeruata per Prætorem interponatur decretum*: de quo mox.

" *Clariſſimis*; additum à Triboniano: eâdem ratione, quâ ſuperiùs vocem, *Illuſtribus*, repoſuit.

" *Perueniet*, C. Iuſt.

" Res nota; datiuo non locum eſſe niſi teſtamentario & legitimo deficiente, v. & *leg. prox. in fin.*

" In legitimo tutore tria requiri hinc nota: vitam, ætatem, facultates; & circa hæc tria inquiſitionem verſari. Ac maximè quod de ætate dicitur, de quo vide etiam *legem vlt. C. de legitima tutela. & verſic. vlt. Inſt. de fiduciaria tutela: & l. prox.*

" *Efferuntur*, C. Iuſt.

" *Suis*, ita Cod. Iuſt.

" Id eſt, ſi non excuſationem promeruerint aliquo priuilegio, v. *tit. de excuſat. tutor. & leg. prox. inf.*

" III. *Kal. Ianuar.* ita in Cod. Iuſt. exertè.

## COMMENTARIVS.

ORDO partim nouus, partim vetus in tutoribus & curatoribus (in vrbe Conſtantinopolitanâ adhibendus) hac Theodoſij M. conſtitutione definitur, & quidem duplici fine: tùm vt electores metu liberi eſſe poſſint, ſimul & pupillis & adultis rectè conſultum eſſe queat: quod indicatur *ver. ſi ſine: & verſ. itaque hoc modo.*

¶ Ordo igitur nouus hic conſtituitur. *Primò* nempe vt Præfectus vrbis, adhibitis decem Senatoribus in conſilium, vt & Prætore Tutelari, Tutores & Curatores conſtituat. 1. Ad Præfectum Vrbis ſanè iam olim quoque pertinebat, in Vrbe Tutores & Curatores dare (quod etiam conſtat ex §. 4. *Inſt. de Attiliano tutore, & l.* 45. §. 3. *ff. de excuſat.* vid. & *l. prox. inf.*) 2. At Decemuiros præterea in conſilium Præfecti Vrbis tutorem dantis Theodoſius M. *hac leg.* adiungit; ſicut olim quoque in conſilium Prætoris Romæ Decemuiros adhibitos auctor eſt Vlpian. *in fragm. tit.* 1. §. 10. & Theophilus §. 4. *Inſtit. quib. ex cauſis manum.* quemadmodum & ex *Lege Attilia* Prætor cum maiore parte Tribunorum plebis, qui vtique decem erant, tutorem dabat; quod Theophilus paulò expreſſiùs adhuc enarrat, *tit. de Attiliano tutore*, quàm aut Vlpianus, aut Tribonianus. 3. Inſuper & *Prætorem Tutelarem* adiungi vult Theodoſius M. *hâc l.* pariter vt tribus fermè pòſt menſibus *l.* 4. *prox. h. t.* quæ Tatiano PP. inſcribitur, qui pater fuit Proculi P. Vrb. ad quem *hæc lex* data eſt. Erat ſcilicet olim, vt de libertatibus Prætor ſpecialis, qui Prætor *Liberalis* dicebatur, ita & tutelaribus cognitionibus & tutoribus dandis qui præeſſet, erat Prætor ſpecialis conſtitutus; & quidem à M. Antonino, (quod Capitolinus *in eius vita* refert) inſtitutus, qui Prætor *Tutelaris* dicebatur: Eum Paulus 5. *ſentent. tit.* 16. §. 2. *Iudicem Tutelarem* vocat; hæc *lex* noſtra vocat *Prætorem tutelaribus cognitionibus præſidentem*; lex proxima, *Prætorem qui impertiendis tutoribus præſidet*: Déque eius officio librum ſingularem olim ſcripſerat Vlpianus, è quo tria tantùm fragmenta hodie ſuperſunt, putà in *l.* 3. 5. 9. *ff. de excuſat.* vt & Paulus, Nam vt libertates, ita & tutelæ ad publicam curam pertinent; ita conueniens viſum tam tutelis quàm libertatibus proprium Prætorem adſignari. Verùm ad rem. Potuit olim etiam, vt dixi, Præfectus Vrbi dare tutores, vt ex *d. l.* 54. *ſeu penult.* conſtat: verùm ex *hâc l.* non conſtituit is tutorem, citra *Prudentium* (vt *hac l.* dicitur) illorum deliberationem & cōſilium vt *ſupra* dictum, vid. & *l.* 16. *inf. de Prætoribus.* Et hæc quidem de his qui dare tutores & Curatores debeant.

¶ *Secundò* Tutores *qui dari* quoque poſſint, *hac l.* definitur: Nempe ex quolibet Ordine idoneos retentari, dari poſſe ait: Quod & ipſum argumento mihi eſt, propriè *hanc l.* pertinere ad *Senatorios* pupillos, vel adultos. Nempe quæſitum fuerat, vtrum Senatoriis iſtis pupillis & adultis ex alio quàm Senatorio Ordine Tutores & Curatores dari poſſent? Id quod *hac leg.* Theodoſius M. probat. Itaque nec male Tribonianus, qui diſertè hanc conſtitutionem retulit ad impuberes & adultos Illuſtres vel Clariſſimos, vel vt Iuſtinianus quoque nominatim expreſſit, ad *Nobiles*: atque ita *hanc l.* ſub peculiari *tit.* collocauit, *de Tutoribus vel Curatoribus illuſtrium vel clariſſimarum perſonarum.* Et ratio iſtius rei hæc eſt, quia dignitas cum fide nil commune habet, quam ſi præſtet tutor, quid intereſt Tros, Rutulúſne ſiat, quo ſanguine cretus. Ex quolibet igitur Ordine, etiam Equeſtri, etiam plebeio, Senatori pupillo tutor dari poteſt: Non ideo tamen quilibet ex quolibet Ordine. Curialibus enim neceſſitatibus occupati ad Senatorum tutelam idem Theodoſius vocari vetuit, *l.* 2. *C. d. tit. de tutorib. vel Curat. Illuſtr.* Quare Ræuardi error eſt *lib.* 1. *var.* 10. qui hæc verba, *ex quolibet Ordine*, accepit de Ordine cognatorum, legitimis deficientibus. *Ordinis* enim appellatio *hic* denotat gradum dignitatis, non cognationis, quo ſignificatu paſſim hæc vox *hoc Codice* accipitur. Etſi fateor *l. prox.* id ita fermè accipi.

¶ *Tertium* hac *leg.* ſequitur de *adminiſtratione* vni ex pluribus tutoribus datis committenda, idque ſecundum leges veteres; ſic etiam vt id decernatur à prædicto Decemuirali cœtu, & ſententiâ Præfecturæ ſolâ. Et Tribonianus tamen poſt Præfecti Vrbis ſententiam, Prætoris decretum requirit. Ex quo Triboniani emblemate, ſententia decretum præcedit, vt ait rectè *lex vlt. C. de magiſtratibus conuen.* & Papinianus *in l.* 5. *ff. de confirmando tut.* Itaque Salicetus exclamat, *Mirabile*: quod alius Nominatum confirmet, & alius ei adminiſtrationem decernat. Hæc cum ita ſint, de eorum errore liquet, qui hoc *huius l.* caput eò referunt, ad id, quod & *lex* 2. *C. qui petant tutor. & lex* 6. *C. qui dare tutores.* dicit de tutore ex pluribus nominatis eligendo: Eſt enim hoc caput non de pluribus eligendis, ſed adminiſtratione vni decernendâ.

¶ *Quartum* caput eſt, & hoc ipſum ſecundum leges veteres, datiuis huiuſmodi tutoribus locum non eſſe, niſi teſtamentariis & legitimis deficienbus. Tandem & generali clauſula antiquas leges confirmat in cauſis Minorum. Quare iam dicamus, quod & *initio* diximus, *hâc l.* nouum tantùm ordinem à Theodoſio M. induci circa dandos Senatoriis pupillis tutores, duplici illo, quem dixi, fine: In cæteris antiquis legibus cauta in cauſis Minorum confirmari.

## ¶ *De Tutela liberorum* MATRI *nonniſi ſub ſex conditionibus deferenda, Theodoſij M. conſtitutio.*

IIII. *Iidem AAA. Tatiano PF.P."

MATRES, quæ amiſſis viris tutelam adminiſtrandorum negotiorum in liberos poſtulant", priuſquàm confirmatio" officij talis in eas iure veniat", fateantur" actis, *Ad alias ſe nuptias non venire*". Sanè, in optione" huiuſcemodi" nulla cogitur", ſed liberâ in conditiones quas præſtituimus voluntate deſcendat": nam ſi malunt alia optare matrimonia, tutelas" filiorum adminiſtrare non debent. ¶ Sed ne ſit facilis in eas, poſt tutelam iure ſuſceptam, irruptio, bona eius primitùs, qui tutelam gerentis affectauerit nuptias, in obligationem" venire, & teneri obnoxia rationibus paruulorum" præcepimus, ne quid incuriâ, neque" fraude depereat. ¶ Hiis illud adiungimus, vt mulier, ſi ætate maior eſt, tùm demùm petendæ tutelæ ius habeat, cum Tutor legitimus" defuerit, vel priuilegio" à tutelâ excuſetur, vel ſuſpecti genere ſubmoueatur, vel ne ſuis quidem per animi aut corporis valetudinem adminiſtrandis facultatibus idoneus inueniatur. ¶ Quod" ſi feminæ tutelas refugerint, & præoptauerint nuptias, neque * quiſquam legitimus ad pares" poſſit cauſas vocari, tùm demùm Vir Illuſtris Præfectus Vrbi", adſcito" Prætore" qui impertiendis tutoribus præſidet, ſiue Iudices qui in prouinciis iura reſtituunt", de alio ordine", per inquiſitionem dati minoribus defenſores" iubebunt. Dat. XII. Kalend. Feb. Mediolan. Valentiniano A. IIII. & Neoterio COSS. [390.]

INTERPRETATIO. *Mulieres mortuis maritis ſi ipſæ voluerint tutelam ſuſcipere filiorum, priuſquam hoc adſumant, actis* profiteantur *ſe non eſſe nupturas. Sed hoc ipſum non* extorquendum *eſt, ſed ſi maluerint hoc voluntate propria fateantur: nam ſi ad alias nuptias migrare voluerint, tutelam filiorum adminiſtrare non poſſunt. Sciant hoc etiam viri, qui ſibi iungendas matres poſtulant paruulorum, quod ſi mulieres tutelam adminiſtrare cæperint filiorum, & poſtea nupſerint, ille qui in conſortio recipitur maritali, bona ſua nouerit obligata, & ſe ad rationem reddendam minoribus obnoxium eſſe futurum. Additur etiam illud, quod mulier niſi maiore ætate fuerit, tutelam ſuſcipere prohibetur. De his verò, qui cum lege veniunt ad tutelam, ſi quis ex his videbitur aut* deceptus" *facultatibus, aut moribus vilis, admitti non poterit, ne minorum bona depereant: ſed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis & certa propinquitate iunguntur. Nam ſi defuerint perſonæ quas diximus, & mater tutelam ſuſcipere noluerit, tunc ſicut prius conſtitutum eſt, electio Iudicis vel prouincialium Tutores minoribus deputabunt.*

### NOTÆ.

*Lex 2. *C. quando mulier tutelæ officio fungi poteſt*; hinc deſcripta eſt.
" *Tatianus* hic PP. Orientis fuit ſub Theodoſio M. de quo vid. Proſopogr.
" An à Principe? vt *l. vlt. ff. de tutelis*? An à Magiſtratu?
" De *confirmando* Tutore v. tit. ff. & Cod.
" *Eueniat*. Cod. Iuſt. malè.
" *Fateantur*, pro *profiteantur*. Addit autem Tribon. *ſacramento præſtito*: de quo mox.
" Id eſt, ſe non venturas.
" Tutelæ, eiúſque poſtulatione.
" *Cogatur*.
" *Deſcendat*, pro condeſcendat.
" *Tutelam* Cod. Iuſt. voce *filiorum* expunctâ.
" Nuptias ſecundas ſcilicet.
" *In obligationem venire*, id eſt, hypothecæ necti.
" *Paruuli* ſunt pupilli.
" Duo hæc Tutorum vitia, duæ culpæ: Incuria & Fraus: vid. *l. 3. inf. de adminiſtr. tut.*
" *Vel teſtamentarius, vel legitimus*, ita Cod. Iuſt. quod nil adeò neceſſe fuit: *Legitimus* enim hîc & mox non opponitur teſtamentario, verùm qui iuſtus tutor eſſe poteſt: & ſic *Legitimi* appellatione venit & teſtamentarius. vid quæ ſcribo *ad l. 7. de nauicul.*
" V. *l. 3. ſup. in fin.*
" De hoc dixi ad *d. l. 3.*
" Abeſt hic verſiculus à Cod. Iuſt.
" Id eſt ad tutelas.
" Vid. *ſup. l. 3.*
" *Accito* C. Iuſt. malè.
" De *Prætore* hoc *Tutelari* dixi ad *d. l. 3.*
" Id eſt, reddunt.
" Quàm legitimorum & adgnatorum.
" *Defenſores* ſunt Tutores.
" ꝫ. *Defectus*.





### COMMENTARIVS.

MATRI liberorum tutelam poſtulanti, quibus eam ea conditionibus deferri poſſit: Quando item DATIVO tutori locus ſit, definit hâc conſtitutione Theodoſius M. De priore priùs, de Matris inquam tutela. Igitur huic Tutelæ ſex conditiones proceſſúſque adeò omnis in eâ deferendâ *hâc l.* proponuntur.

Prima conditio eſt, quod ea *Matribus* nominatim deferri dicitur.

Secunda, quod hæc tutela non *Inuitis* matribus impingatur; & vt *hâc l.* eleganter dicitur, *in optione huiuſmodi nulla cogatur, ſed liberâ in conditiones has voluntate deſcendat.* Et ſic poſtulantibus tantùm ſeu petentibus: idque etiam continetur *l. vlt. ff. de tutelis.*

Tertia conditio, quod non ante tutela matri conferatur, confirmetur, quàm actis profeſſa ſit, *ſe ad alias nuptias non venturam*: vt proinde *optio* hæc matri detur, vel *præoptare nuptias*, vt mox dicitur, ſeu ad ſecundas nuptias conuolare, & tutelam filiorum non adminiſtrare, vel tutelam affectans ſecundis nuptiis renunciare.

Quarta conditio eſt, vt ſi poſt tutelam ſuſceptam mulier nupſerit, ſecundi mariti bona, & ſic vitrici, tacito iure priuignis obligentur: quod comprobatur & *Nouellâ* Theodoſij *de Tutoribus* 5. vnde deſumpta eſt *lex 6. Cod. in quibus cauſis pignus vel hyp. tacitè contrahitur.*

Quinta conditio eſt, vt *Maiori* tantùm matri ea tutela deferatur. Nempe cùm minores quoque ipſi per, ſeu propter liberos rem ſuam non ideò adminiſtrandam recipiant, *l. 2. de minoribus*: multò minus minores matres liberis ipſis tutrices dari oportet. Neque tantum affectui materno tribuendum eſt, tutelam liberorum ſolatij cuiuſdam loco petenti, vt ideò minoris fragilitati res liberorum committatur.

Sexta conditio eſt, vt deficiente demùm *Tutore legitimo* mater liberorum tutelam petere poſſit. *Legitimo*, id eſt, iuſto, ſiue is à lege tutor ſit (qui aliàs ſpecialiter *legitimus* dicitur) ſiue teſtamento datus. Porrò quatuor modis legitimum ita tutorem deficere *hîc* ait Imp. ſiue in totum is deficiat, ſiue priuilegio à tutelâ excuſetur, vel vt ſuſpectus ſubmoueatur, vel ne ſuis quidem facultatibus adminiſtrandis idoneus inueniatur per animi aut corporis valetudinem. Qui locus egregius eſt & ſummam continet eorum quæ in *Digeſtis*, *Codice*, *Inſtitutionibus*, pleniùs proponuntur.

Et hæ quidem ſex conditiones Matris tutelæ à Theodoſio M. *hâc leg.* ponuntur: quæ vel immutatæ poſteà fermè, vel auctæ, partim Theodoſij Iun. partim Iuſtiniani conſtitutionibus. Enimverò, vt ſuperiùs propoſitum ordinem ſequamur. Primò *Auiæ* quoque tutela hæc à Iuſtiniano delata fuit, textibus *vulgatis*. Secundò *Poſtulari*, ſeu Impetrari eam hodie nil opus eſt, vel confirmari. Tertiò iuramentum, non nuda promiſſio, à matre deſideratur, de non repetendo matrimonio, ex Nou. Theodoſij *Iun.* 5. & ex Iuſtiniani mente: Quare & *d. legi 2. Cod. quando mulier. tut.* quæ hinc alioquin deſumpta eſt, Tribonianus hæc verba *ſacramento præſtito* addidit: Quanquam ipſemet Iuſtinianus mox ſententiam recantauit, *Nouella* 92. remiſſo matri iureiurando, propter periuriorum videlicet frequentiam. Quartò, mater & auia legitimis ſpecialiter ita dictis hodie præferuntur, ſoliſque teſtamentariis poſtponuntur: *Nouella* 118. *cap.* 5. & *Authentica Matri aut auiæ, Cod. quando mulier tutelæ off.* Superſunt duo, in quibus nouo iure cum hâc Theodoſij M. lege conuenit: Nempe, quod maiori tantum hæc tutela deferatur: quódque vitrici bona tacito iure obligentur. Et hæc de *Matris* Tutela: quâ deficiente, Datiuo tutori locum facit *hâc l.* Theodoſius Imp. & ſic matris tutela inter legitimum generaliter dictum, & datiuum, medium *ordinem* (quâ voce hæc lex vtitur) ſeu locum occupat. Quod formam dandi Tutoris attinet, quam *ſine leg.* præſcribit, de eâ iam dictum *ad legem ſuperiorem.*

# QVI PETANT."

## TITVLVS XVIII.

" Tutores ſcilicet quomodo etiam pleniùs conceptus eſt titulus Codicis Iuſtin. *lib. 5. tit. 31. qui petant Tutores*: vbi additum, & *Curatores*; de quo dicam ad *l. 27. inf de Epiſcopis.*

I. *Imp. Conſtantius A. & Iulianus Cæſ. Haue Orphite" cariſſime nobis.

AVos quoque" & auias Tutoris neceſſitas poſtulandi teneat obligatos, ſi nepotibus pupillaris ætatis teſtamentaria vel legitima tutela defuerit: nam ſi Tutor forte petitus non fuerit, ſecundum ea, quæ *priſcis" Legibus* ſtatuta ſunt, emolumentum ſucceſſionis amittant, ad quos poterat hæreditas peruenire. Dat. Id. Iul. Conſtantio" A. VIIII. & Iuliano Cæſ. II. COSS. [357.]

INTERPRETATIO." *Si auus paternus defuerit, auos maternos etiam, atque auias, tam paternas quàm maternas iubet ad Tutores paruulorum petendos legis præceptione conſtringi, ſi tamen teſtamentarij vel legitimi deeſſe probantur. Quod ſi nepotibus paruulis Tutores proui-*

*dere deſpexerint, iubet eos huiuſmodi diſpendio ſubiacere, vt ſi forte ceſſerit luctuoſa hæreditas, de ſucceſſione minorum, quibus Tutores, aut non petierint, aut noluerint prouidere, habeantur extranei.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. De quo mox.

" *Orphitus* hic Præfectus Vrbi fuit, & iterum quidem fuit primùm A. 353. à 6. Idus Decembris eámque continuauit A. 354. vt teſtatur vetus Notitia Præfectorum vrbi. v. plura in *Proſopogr.* Fuit & A. 355. 357. 358. 359. De eo Ammianus Marcellinus, & Symmachus. Certè hoc ipſo anno 357. ad eundem extat *lex 2. inf. de gladiatoribus.* & quidem ſecundùm: Vide Ammianum Marcellinum, *lib. 16. & 17.* in geſtis huius ipſius anni, & ſequentis *p. 98.*

" Non tantùm matres.

" Id eſt Epiſtola Seueri quæ extat *l. 2. §. 2. π. eod tit.*

" Hanc Interpretationem ſecutus eſt, vetus formularum auctor ſecundum l. Rom.

## COMMENTARIVS.

AVI quoque & AVIÆ liberis ſuis Tutores petere hac Conſtantij conſtitutione iubentur. Nempe Matres (quod hîc initio *legis* ſupponitur, voce QVOQVE) ad petendos liberis tutores ex officio pietatis iam olim obſtrictas fuiſſe notum eſt: ſed & illud notum, ob non petitos tutores matres multari iuſſas, D. Seueri Epiſtolâ: (quam *priſcarum Legum* appellatione Conſtantius hâc l. indicat) Multari inquam, *luctuoſâ* hereditate (vt eleganter hic loquitur Interpres, de quo dixi ad *l. 2. ſupr. de inoffic. teſtam.*) liberorum, quibus tutores non petierant, id eſt, emolumentum ſucceſſionis (vt lex noſtra loquitur) amittere, quæ ad eas alioquin ab inteſtato erat peruentura. Quod & ipſum ſequitur Theodoſius Iun. *Nouellâ ſuâ de tutoribus 5.* Quinimò conſtitutum aliquando quoque vt mater, ſi pupillis, vel minoribus, legitimam defenſionem non petierit, vel relictarum rerum Inuentarium non fecerit, inteſtata decedat, id eſt, teſtandi iure priuetur. Quam Conſtitutionem Theodoſius Iun. *d. Nouellâ ſuâ de tutoribus 5.* velut amaram, & matres immoderatâ pœnâ plectentem antiquauit, reducta ſuperiore. Et notandum, amaram illam Conſtitutionem in hoc Cod. extitiſſe, vt Interpres ad illam *Nouellam* notat. Quinimo idem addit, eadem lege comprehenſum fuiſſe vt inſuper notaretur infamiâ. At Conſtantius Imp. *hâc l.* hoc ipſum ius ad auos QVOQVE (vt diſertè loquitur) & auias extendit: ad auos, inquam maternos, & auias tam paternas quàm maternas, quod rectè admodum Interpres obſeruauit. Idque etiam in auiâ iam obtinuiſſe antea comprobat *l. 2. §. 28. π. ad S C. Tertull.* Vt mirer, neque rationem comminiſci poſſim vllam, cur Tribonianus hanc l. omninò à ſuo Cod. abeſſe voluerit. Ex *d. l. 2.* interim colligas, niſi Triboniani facinus ibi ſuſpicêre, id quod de Auiâ hac l. ſtatuitur, non à Conſtantio primùm conſtitutum fuiſſe. Certè, quod de auo hic conſtituitur, id nouum eſt. Nempe de facili quidem, id quod de matre conſtituitur, id & ad auiam extenditur (etiam ſolâ ſæpe Prudentum interpretatione) Sic, tutelam liberorum matri primùm, mox & auiæ delatam *ad l. vlt. ſuperioris tit.* diximus: (Videndi ſunt & Interpretes, ad Nouellam, *vt ſine prohibitione matres 94.*) At vt quod de matre ſtatutum eſt, ad auum licet maternum extendatur, non tam facilè fit.

# DE ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM & Curatorum.

## TITVLVS XIX.

### V. COD. IVST. XXXVII.

## PARATITLON.

ADMINISTRATIONIS Tutorum & Curatorum partes in his quoque, quantum hic Codex & titulus nobis ſuggerit, conſiſtunt. *Inuentarium* tutor adito iudice eodem momento, quo ordinatus fuit, facere debet, *l. 4.* Mobilia, quæ vetuſtate temporis non mutantur, in tutiſſima cuſtodiâ collocare, *d. l. 4.* niſi ſi in hæreditate mobilia tantùm ſint, & ex reditibus fundorum familia pupilli ſuſtineri non poſſit.

PERICVLVM adminiſtrationi coniunctum eſt: Nam Tutor & Curator rei negligentiâ ſuâ amiſſæ periculum præſtat: veluti ſi conditionem donationis neglexit, *l. 2.* vel poſſeſſiones iuris emphyteutici vitio commiſſi minor amiſerit; negligentiâ aut proditione tutoris vel curatoris, *l. 3.* ac multò magis, ſi nomine pupilli vel adulti rem debitoris propriâ auctoritate peruaſerit, *l. 2. inf. vnde vi: & l. 1. & 4. in fin. inf. de liberali cauſa.* Bona ſanè ipſa Tutorum & Curatorum pro officio adminiſtrationis, pignoris iure obligata ſunt, *l. 1. hoc tit.*

1.* Imp.



### 1. *Imp. Conſtant. A. & Iulianus" Cæſ."

PRo officio adminiſtrationis, Tutoris vel Curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris titulo obligata, minores ſibimet vindicare minimè prohibentur". Dat. VII". Kal. April. Treueris, Voluſiano & Aniano COSS. [314.]

INTERPRETATIO. *Quicunque Tutor ſiue Curator negligentia adminiſtrationis ſuæ, debitor minoribus comprobatur, nouerit facultates ſuas ita obligatas, vt ſi non ſatisfecerit, ratione deducta bona ſua à minoribus loco pignoris teneantur.*

## NOTÆ.

* *Lex pro officio 20. C. eod. tit.*

" Abſunt hæc à C. Iuſt. Et certè vitioſa ſunt. Itaque loco *Iuliani* reponendum exiſtimo *Licinius.*

" *Euſemianæ*; hoc additum inſcriptioni in C. Iuſt.

" *Idem eſt etſi Tutor vel Curator quis conſtitutus res minorum non adminiſtrauerit*: Hæc in Cod. Iuſt. ſubiiciuntur.

" Ita quoque habet Cod. Iuſt. At MSS. quos viderim, omnes, VI.

## COMMENTARIVS.

PIGNORIS titulo Tutorum & Curatorum bona pupillis & minoribus obligari, vt res eſt decantata, ita id ipſum hac Conſtantini M. conſtitutione cauetur: *pro officio* videlicet *adminiſtrationis, ſi debitores exiſtant*, id eſt pro adminiſtratione malè geſta: Imò & pro omninò non geſta: Quod poſtremum Tribonianus *huic l.* nominatim addendum credidit. Certè propriè *hæc lex* ad priorem ſpeciem pertinet: *Pro officio*, inquit, *adminiſtrationis, ſi debitores exiſtant.*

¶ Illud paulò prolixius nunc inueſtigandum venit, nùm primus Conſtantinus M. & hac quidem conſtitutione hanc taciti pignoris ſpeciem innexerit, qui Princeps cæteroquin nouam ſubinde rationem adinuenit pupillis ſubueniendi, atque adeò veteri Iuriſprudentiæ tacita hæc hypotheca incognita fuerit, quæ Balduino ſtetit ſententia *ſecundo commentario de legib. Conſtantini*, quámque deinceps acriter defendit Antonius Faber *Iuriſprudentiæ Papin. tit. 12. princ. 3. illat. 11.* Verùm contraria ſententia mihi omnino placere cœpit. Argumenta hæc habeo: Primum eſt ex iis *huiuſce l.* verbis, *vindicare minimè prohibentur*: Quæ vtique verba non eſſe nouum ius inuehentis Conſtantini; verùm id ius quod in ipſis rerum argumentis iam obtinebat, firmantis, palàm ſubiacet: Quinimò ex illis ipſis coniicere licet, cùm hæc taciti pignoris ſpecies iam obtineret; in ſingulari tamen quadam ſpecie dubitatum, num & in ea tacito iſti pignori locus eſſe deberet. Id enim omninò ſonant hæc verba, *minores ſibi vindicare minimè prohibentur*; fortè quia in ſpecie propoſitâ aut fideiuſſores Tutorum locupletes erant, vel alia adhuc Tutores bona habebant, ex quibus pupillo conſultum eſſe poſſet, vt proinde à Tutore alienata, minimè vindicari debere viderentur: Quibus nil obſtantibus, Conſtantinus reſcribit, bona Tutoris, ſi debitor exiſtat, tanquam pignoris titulo obligata, Minores ſibimet vindicare minimè prohiberi. Et hoc primum argumentum eſto ex *hac ipſa leg.* Quinimò & ſi vera eſt *huius l.* inſcriptio *in Cod. Iuſt.* vbi hæc lex inſcripta proponitur *Euſemianæ*, & alterum argumentum inde deſumi poſſit: quandoquidem conſtitutio hæc non ad Magiſtratum aliquem directa, verùm ad priuatum, & quidem feminam, vt proinde ius nouum eâ non contineatur. Verùm in hoc vim non pono. Iam igitur prodeant leges anteriorum Principum & Prudentum, quibus id apertè comprobatur: Non quidem *lex 7. in pr. π. qui potior. in pign.* quia in ſpecie *illius l.* res ex pecunia pupilli comparata fuerat; neque ad generalem hanc, de quâ quærimus, hypothecam quicquam pertinet; quæ vt *hac l.* diſertè dicitur, pro officio adminiſtrationis pupillo competit, ſed ad ſingularem illam æquitatis ſpeciem, quâ ex pecuniâ pupillari res empta pupillaris cenſeri debet: Quæ alioquin æquitatis ſpecies cùm promiſcuè non obtineat, (Neque enim regulariter ex pecunia mea res empta, mea eſt; *l. 17. C. de pignorib. l. 7. C. qui potiores in pign.* eodémque pertinet *lex 3. C. arbitrium tutel.*) Tamen & hoc ipſum priuilegium militi ex eadem æquitate obtentu militiæ tribuitur *l. 8. C. de rei vindicat.* cui tamen alioquin generalis huiuſmodi tacita hypoteca non tribuitur. Non etiam vtar nunc *l. vlt. π. qui pot. in pign.* quia in ſpecie *illius l.* tutor condemnatus expreſsè bona ſua pignori obligaſſe proponitur. Non vtar etiam argumento *legis 1. §. 9. π. de falſis: l. 49. π. locati: l. vn. C. ne tutor vel Curator*: quæ alioquin vtrinque trahitur, vbi tutores prohibentur, antequam officio depoſito reſtituerint tutelam, πρὶν ἐκτίσαι τὰς τῆς κηδεμονίας, ſiue tutelam adhuc adminiſtrent, ſiue eâ depoſitâ eius adminiſtrationis rationem nondum reddiderint, cum filio contrahere, vectigalia conducere: quia de priuilegio perſonali prælationis pupillo competenti id accipi debet: cui ſanè priori, etiam fiſcum (etſi aduerſus tertium tacitæ hypothecæ ius habeat) cedere neceſſe erat: & quia cedere neceſſe erat, falſi tutor tenebatur, qui diſſimulatâ obligatione pupillari cum fiſco contraxiſſet. Iſtud ſcilicet eſt, quod ignoratum à pleriſque, priuilegium fiſci priuilegio pupillari vinci, ſi prius tempore ſit: vt maximè alias priuilegium fiſci inter omnes creditores priorem locum teneat. Quid igitur? Primò aperta eſt *lex vn. C. rem alienam gerent. non interdici rerum ſuarum alienatione*, vbi Seuerus & Antoninus in hæc verba reſcribunt; *Non eſt interdictum Tutoribus vel Curatoribus, etſi ex eo titulo iudicati debitores ſunt conſtituti*, CVM SVA CAVSA *res ſuas alienare. Potuit ergo Curator tuus fundum ſuum cum ſuo onere obligare fiſco noſtro: nam & priuato potuiſſet.* Ecce Tutori & Curatori iudicato debitori res ſuas alienare permittitur, ſed *cum ſuâ cauſa*; & rurſum, *cum ſuo onere.* Atenim quænam quæſo illa cauſa ſua, quod onus ſuum fingi poteſt, vbi nihil expreſsè conuentum proponitur, niſi ſua, & inhærens tacita lege pignoris cauſa onúſque? Nam alterutro opus, vel vt expreſſum ſit, vel ta-





citum

citum onus. Cùm illud non eſt, tùm hic neceſſariò eſt Alioquin & Pomponius *lib. 3. ad Qu. Mucium, in l. 67. π. de contrah. empt.* dixit; *Alienatio cùm fit, cum ſuâ causâ dominium ad alium transferimus, quæ eſſe futura, ſi apud nos ea res manſiſſet*: idque toto iure ciuili ita ſe habere. Quæ ſanè lex, ſiue regula, non ad ſtatuliberos tantùm pertinet, de quibus eo libro egit Pomponius, vt docet *lex, quæſitum. 57. π. de condit. & demonſtr.* Verùm & ad pignus fiſci: quod oſtendit *lex 205. π. de R. I. Plerumque fit, vt etiam ea, quæ à nobis abire poſſunt, proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent: & ideo quod fiſco obligamus, & vindicare interdum, &* ALIENARE *& ſeruitutem prædio imponere poſſumus.* Adde *l. 12. Cod. de diſtract. pign. l. 14. 15. C. de pignorib. l. 10. C. de remiſſ. pign. l. 18. §. 2. π. de pignor.* Secundò, aperta eſt *lex 17. C. de adminiſtr. tutor. De ſuâ ſucceſſione*, inquit, *Tutores fruſtra timent, cùm his, qui Tutelam adminiſtrauerunt, teſtamenti factio non denegetur, nec de bonis ſuis donare aliquid prohibentur.* Nempe & hic quænam eſſe potuit dubitandi ratio, niſi quia Tutor credebat vano metu teſtandi ius & donandi fortè ſibi interdictum de bonis ſuis, quæ tacito iure pupillo iam obligata erant. Tertiò hinc quoque eſt, quod tutor non poſſet vectigalia fiſci conducere & viceversâ, qui conductor fiſci eſt, non rectè creatur tutor: *l. vn. Cod. ne tutor. vel cur. l. 1. §. 5. ad leg. Cornel. de falſ. l. 49. π. locati*, quia alteri ab altero periculum imminet, cum hypotheca vtraque ex tempore præferatur. Duo ſuperſunt nobis agenda. Primum diſpiciendum, à quo tempore tacitum iſtud pignus, & Iuriſconſultorum, & Conſtantini ſeculo pupillo competierit: nam hoc illud eſt, quod non perſpectum vtrinque fraudi fuit. Id quod ex *hâc l.* decidi non poteſt, *pro officio* equidem *adminiſtrationis*, ſi tutores debitores exiſtant, eorum bona pignoris titulo obligata *hâc lege* definitur, ſed non exprimitur à quo tempore. Ego verò ita comperio, non inde ab initio adminiſtrationis tacitum iſtud pignus competiiſſe: verùm poſt depoſitam demum tutelam, reliquatore debitore Tutore iudicato. Quod ſanè primùm *d. lex vn. C. rem alien. gerentib.* apertiſſimè teſtatur his verbis: *Non eſt interdictum Tutoribus vel Curatoribus, etſi ex eo titulo* IVDICATI DEBITORES *ſunt conſtituti, cum ſuâ causâ res ſuas alienare.* Quorum verborum hic ſenſus eſt, Tutores non tantùm durante tutela res ſuas alienare poſſe, quod indubitatum, vtpote bonis eius pupillo iure tacitæ hypothecæ nullo modo nexis: verùm etiam finitâ iam tutelâ & iudicato debitore, qua cauſa & onus hypothecæ bonis eius iam complexum eſt, ſic tamen, vt cum hac ſuâ causâ alienet. Et verò hactenus ſtetit tacitæ hypothecæ huius pupillaris & aliarum fermè ius ad Iuſtinianum vſque, quod docet ſingularis eius conſtitutio *l. 6. in fin. C. de de bonis quæ lib. Sed cum*, inquit, *tacitas hypothecas tam veteres leges in quibuſdam certis caſibus introduxerunt, quam nos in Maternis cæteriſque donationibus, quas ſeruare neceſſe eſt, & dubitabatur* EX QVO TEMPORE *hypothecas competere oporteret; vtrùmne ab initio, an ex eo tempore, ex quo malè aliquid geſtum eſt, compendioſâ narratione interpretamur, initium gerendæ vel deſerendæ adminiſtrationis, vel obſeruationis eſſe ſpectandum, & non tempus ex quo malè aliquid geſtum fuerit.* Et verò *hanc leg.* diſertè quoque pertinere ad tacitam pupilli hypothecam oſtendit *lex vlt. verſ. diſcretis. C. de legitima tutela.* quæ cum *illâ leg.* coniungenda eſt, velut vnius & eiuſdem conſtitutionis pars.

¶ Contrariis nunc argumentis reſpondendum eſt, quibus efficere nonnulli conantur hanc tacitam pupillorum hypothecam incognitam fuiſſe veteribus Iuriſconſultis & à Conſtantino primùm inductam fuiſſe. Primò, non mouet quicquam *lex 19. §. 1. π. de reb. auctor. iud. poſſid.* vbi prælationis ius & priuilegium exigendi, ſeu perſonale pupillo quidem tribuitur, ſed nullâ factâ tacitæ hypothecæ mentione: Non mouet, inquam, quia neque condemnatus tutor in *eâ l.* proponitur: & vt *titulus ille* ad priuilegium exigendi pertinet, inter creditores, non ad pignorum vindicationem aduerſus tertium; ita quoque in ſpecie *eius leg.* de concurſu tantùm creditorum agitur; non de concurſu emptoris & pupilli. Ergo id ad negandam tacitam hypothecam nõ ſufficit: alioquin eadem operâ negabis eam etiam ei, qui eam credidit in refectionem ædiũ: eodem argumẽti genere ex *l. 24. §. 1. eod. t.* imò & fiſco negabis arg. *l. 34. eod.* Secundò non mouet *lex vlt. π. qui potiores.* vbi Tutor tutelæ condemnatus pupillæ quõdã ſuæ pignori obligaſſe bona ſua proponitur; vnde infert Faber, inde apparere tacitam non competiiſſe: quò enim alioquin expreſſa in *ſpecie illius leg.* cùm tacita parem cum expreſsâ vim habeat: Non mouet, inquam, quia primò (quod diſſimulat Faber) in ſp. *illius l.* non ſimpliciter Tutor proponitur bona ſua pignori obligaſſe; ſed *omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet*: quæ vtique plenior eſt in futurum hypotheca. Item nihil impedit tacitæ adiicere expreſſam: nam & in eadem ſpecie proponitur etiam debitor fiſco obligaſſe bona ſua, qui ſine dubio tacitam habet hypothecam. Tertiò non mouet, quod regulariter per ſolam ſententiam non adquiratur ius pignoris in bonis condemnati, quouſque reuerâ ventum ſit ad capionem pignorum in executione iudicati, verùm ex iudicato actio tantùm perſonalis adquiratur: Non mouet, inquam, quia id ita ſpeciatim in Tutore condemnato conſtitutum. Quartò non mouet *lex vlt. π. in quib. cauſ. pign. tacitè.* quia ea lex eſt non de Tutore ipſo, verùm de hærede eius, cuius bona ſanè liquet tacito pignori non obligari. Quintò, & ſextò non mouet, quod ait Faber, tam ſollicitè tractare Iuriſconſultos de Tutoribus, qui ab initio fuerint ſoluendo, poſtea eſſe deſierint lapſi facultatibus: cui quæſtioni vix locus eſſe poſſet, ſi bona Tutoris eſſent tacitè obligata: item quod alienata demum ad fraudem ſuam à Tutore reuocari dicuntur; quæ reuocatoria neceſſaria non eſſet, imò nec vtilis pupillo, ſi tacitæ hypothecæ iure munitus eſſet. Hæc, inquam, non mouent, quia non niſi condemnato Tutore tacitam hypothecam pupillum habuiſſe iam docui: Illa etiam Tutore non condemnato, locum habeat. Septimò non mouet, quod priuilegium pupilli ad ſucceſſores pupilli non tranſiret, quod vtique (inquit Faber) tranſiſſet, ſi tacitæ hypothecæ priuilegium competiiſſet: Nõ mouet, inquam, & fallaciter hoc allegat Faber, quia vt illud verum eſt de perſonali priuilegio: ita & hoc ſucceſſoribus procul dubio competit, velut reale, quódque rem afficit. Non mouet *lex 17. C. de adm. tutor.* vbi dicitur, tutores poſſe liberè donare bona ſua: Nec enim inde infertur, quod ſine onere: ſed benè, quod ſine crimine furti: *l. 66. in pr. π. de furtis.* Poſtremò non mouet, quod ait Faber, Fruſtra perſonale exigendi priuilegium datum olim fuiſſe pupillo, ſi tacitam hypothecam habuiſſet: Non mouet, inquam; quia vt diuerſo tempore hæc priuilegia pupillo competunt; ita aduerſus diuerſos vim ſuam exerunt ſingula: exigendi priuilegium aduerſus creditores alios: tacitæ hypothecæ aduerſus poſſeſſores rerum.





II. * Idem A. ad Maximum″ PF.″ V. Poſt alia.

MINORVM″ defenſores, ſi per eos donationum conditio neglecta eſt, rei amiſſæ periculum præſtent, & cetera. Dat. IIII″. Kal. Nouemb. Romæ, Sabino″ & Rufino COSS. [316.]

INTERPRETATIO. † *Si in his, quæ minoribus donari poſſunt, per Tutoris negligentiam ſiue conludium, donationis ſolemnitas impleta non fuerit, id quod minori deperierit, de proprio cogitur exoluere.*

## NOTÆ.

* Lex 21. *Cod. Iuſt. eod. tit.* Iungenda huic *lex 1. ſup. de pactis*, & *l. 1. infr. de donationib.* (vnde hæc noſtra excerpta eſt, & *l. 25. Cod. Iuſt. de donat.* deformata.)

″ *Maximus* P. V. Romæ fuit ſub Conſtantino, verùm non iis quos hæc lex ſubnotatos habet Conſulibus, anno 319. 320. 321. 322. vt teſtatur vetus Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi. vid. Proſop.

″ *Pupillorum, ſeu Minorum*: ita Tribon. Quo nil opus erat, *Minorum*, ſcil. appellatione, vt *hâc l.* ita & *l. 1. ſupr. & l. 5. ſup. de tutorib. & curatorib. creandis*: *& l. 1. ſupr. de integri reſtitut.* & *l. 2. infr. vnde vi*: tam pupilli, quàm adulti continentur. Neque tamen improbem quod Tribonianus dubitationi tollendæ addidit.

″ III. *Kal. Febr.* ita C. Iuſt. At *lex 1. infr. de donationib.* vnde hæc deflorata eſt, habet III. *Non. Febr.* quomodo etiam reponendùm eſt *in d. l. 1. ſupr. de pactis.*

″ *Sabino*, *Seuero, id eſt, Seuero & Rufino Coſſ.* id eſt, A. D. 323. quo ſanè etiam Maximus, cui hæc lex inſcribitur ad menſem Septembrem vſque fuit: vt teſtatur Notitia Præf. vrbi. Et verò ita diſertè habet in Codice Iuſtinianeo ſubſcriptio *d. l. 25. Cod. de donationib.*

† Addatur hîc & altera Interpretatio, quæ ſubiicitur *d. l. 1. infr. de donationib.* vnde hæc deſumpta eſt.

## COMMENTARIVS.

DONATIONVM conditione neglectâ à Tutore vel Curatore, periculum ad eos rei amiſſæ pertinere definit Conſtantinus M. *hâc lege*: quæ pars eſt prolixioris Conſtantineæ conſtitutionis ſuper donationibus: ex quâ ſuperſunt duo prætereà fragmenta: putà, *lex 1. ſup. de pactis*: *& lex 1. inf. de donation.* vnde hæc ipſa deflorata eſt. ¶ Quonam porrò ſenſu hîc conditio donationis neglecta dicatur, videndum eſt: neque enim vnâ ratione, verùm quadruplici conditio donationis negligi poteſt. Primùm negligi poteſt: cùm videlicet bona & vt *d. lex 1. de donationib.* loquitur, *complacita* repudiatur: Secundò, retrò cum oneroſa, & vt loquitur eadem *lex 1.* moleſta admittitur. Tertiò, cùm admiſſæ conditioni Tutor vel Curator non paruit. Quartò, cùm tutor donationem legitimè factam aut acceptare aut inſinuare neglexit: & ſic inutilem & caſſam reddidit. Ergo conditio donationis neglecta dici poteſt, non tantum cùm conditio à donatore addita vel addenda negligitur, verùm & cùm Leges quæ donationi iure implexæ ſunt non implentur: eſt enim alia conditio quæ ex voluntate hominis proficiſcitur, alia quæ à iure promanat: Item neglecta conditio dici poteſt, non tantùm cùm initio aut reſpuitur probabilis, aut admittitur moleſta ſeu grauis, verùm & cum admiſſa poſtea non traditur effectui, non expletur. Et ita quidem ex æquo hæc lex accipi poſſit: verùm cùm ordinem ſeu filum totius legis attendo, in duabus prioribus interpretationibus potius adquieſcam: quomodo Cuiacius 20. *Obſ. 4.* alteram amplectitur, caſúmque adeò ponit in eo qui grauem conditionem admiſit, veluti *vt minor as alienum debitoris, quod maximum eſt, diſſolueret.* Vinianus contra in primâ omnium adquieſcit; putà cùm tutor bonam & probabilem conditionem aſpernatur. Interpres ad *hanc leg.* & *ad d. l. 1. inf. de donat.* tertiam ſecutus eſt, vel etiam quartam, ſi videlicet tutor *donationis ſolemnitatem non impleuerit*, vt hîc ait: *ſi quid firmitati donationis deſit, & donatio ad effectum perducta non ſuit*, vt loquitur ad *d. l. 1.* Ex *hâc* interim *lege* apparet, minorem non reſtitui aduerſus neglectam à Tutore vel Curatore conditionem, verùm actionem hactenùs ei dari aduerſus Tutorem vel Curatorem, qui forte donationem nulliter acceptauit. Quam in rem ſolemne eſt Curiæ Pariſienſis Arreſtum de anno 1603. quod memorat Louetius *lit. D. Arr. 68. de la donation faite à vn mineur non valablement acceptée par ſon Tuteur.* & Chopinus *lib. 3. in conſuet. And. c. 2. tit. 3. n. 15. in fin.* Item ſi fortè donationem inſinuari non fecit: de quo vide pariter Louëtium *lit. D. Arr. 68.*

III. * Idem A. Felici.

QVONIAM per negligentiam″, ſeu proditionem″, Tutorum & Curatorum, poſſeſſiones iuris Emphyteutici″, vitio intercedente commiſſi″, è Minorum fortunis auelluntur, placet, vt tutor Curatórve, cuius officio manente poſſeſſio minoris iuris Emphyteutici prærogatiuam, commiſſi offensâ, perdiderit, tantum de facultatibus propriis, cenſura imminente, minoribus reſtituat, quantum rem valere potuiſſe conſtabit. Dat. XIIII. Kal. Maij. Conſtantinop. Dalmatio & Zenophilo COSS. [333.]

INTERPRETATIO.″ *Si forte ceſſerit, vt minores poſſeſſionem iuris emphyteutici, hoc eſt, quod ex fiſci bonis parentes eorum habere meruerant, ſub qualibet præſtatione tenuerint, & hoc per negligentiam, ſiue proditionem Tutoris, aut imminutum fuerit, aut certe ſublatum, quicquid perierit, à Tutore vel Curatore eſſe reddendum.*

## NOTÆ.

* Lex *ſi tutoris* 23 *Cod.Iuſt.hoc tit.* hinc mirè interpolata eſt.
" *Felix* hic PP. fuiſſe videtur, eique Africa paruiſſe, vt colligo anno prox.334. ex *l.1.inf.de excuſat. artif.& l.6.d nauicular* & anno 335.ex *l.21.inf.de Decurionib.*An.337.*l.5.de Iudæis*, & *l.1.ne Chriſt.mancip.*
" *Culpa* C.Iuſt.quo nil opus erat. Incuria *ſup.l.4.de tutorib.*
" *Dolo* C.Iuſt. quo nil opus erat: imò hoc proprium magis in tutoribus. *Proditio* ſcilicet,Fraudes, *ſup.d.l.4.de tutoribus*: & Symmachus *lib.6.ep.6* Multiformis perfidia in varias ſe frequenter artes vertens,Symmach.*lib.7.ep.65*.Inſidiæ, *l.1.ſup.de integri reſtit.* Fauces Symmachus *lib. 5. ep.52.* conludia tutorum & curatorum, *l.2.inf. vnde vi*: vbi vide quæ dicam ſimili in re.
" De *Emphyteuticis* poſſeſſionibus dicam ſuis titulis *inf.lib.10.de locat.fund.iuris emphyt.*& *lib.11.tit.de collat.fund. patrim vel emphyt.*
" *Commiſſum* quid,mox dicam.
" Inepta fermè.

## COMMENTARIVS.

DE COMMISSI offenſâ: ſeu vitio, contracto per Tutorum vel Curatorum negligentiam ſeu proditionem, id eſt, culpam, vel fraudem, perfidiamque, eſt hæc Conſtantini M. conſtitutio,quam non intellexit Interpres.*Commiſſi* vitium, in genere eſt, quoties quid in publicum cadit ob factum aliquod, vel non factum, veluti ob merces non profeſſas, vel ob canonem non ſolutum:In *huius* verò *leg.* ſpecie propriè vitium *Commiſſi* eſt, cùm videlicet poſſeſſore prædij *Emphyteutici* in canone ſoluendo ceſſante, poſſeſſio iuris emphyteutici ideò è fortunis eius auellitur, iuriſque emphyteutici prærogatiuam perdit, vt *hâc l.*dicitur. Emphyteutici ſcilicet fundi de quibus *duobus titulis infrà*, plenè, tum fiſci (quod Interpres quoque hìc ſuboluit) tùm ciuitatum vel Rerumpublicarum erant, priuatiſque concedebantur ſub certa canonis annui vel collationis lege & præſtatione, quam ſi quis non dependeret, ij rursùm fiſco, vel Reipublicæ committebantur, ſeu ad Rempubl. redibant:& quidem, vt quidam ex *hâc l.* colligunt *ipſo iure*, ex natura Commiſſi, quod ſtatim rem vel ius adimit, & in alium transfert, eique vindicat: *l.locatio* 14.*l.vlt.§.ſi propter neceſſitatem ff.de publicanis & vectigal.* Nunc finge igitur, Tutoris vel Curatoris ſiue negligentia,ſiue proditione, (quæ duo vitia ſunt Tutorum vel Curatorum, de quo dixi iam in Notis) canonem huiuſmodi non ſolutum, atque ideò fundum minoris emphyteuticum in Commiſſum cecidiſſe: Certè periculum hoc præſtare tenetur Tutor vel Curator, vt & aliàs incuriæ & negligentiæ crimen in Tutorem redundat, perfidiæque: *l.2.ſup.& l.2.inf. vnde vi*: *l.4. inf. de falſa mon.* Quæ *huius leg.* ſententia eſt: gemináque eiuſdem Conſtantini ante duodecim annos *l.2. C. Iuſt. de fundis patrimonial.* quæ iungenda eſt cum *l.1.inf.de collat.fund.patrim.emphyt.* Hoc tantùm diſcrimine inter vtramque legem: quod Conſtantinus *illâ l.* non ideò, ob canonem inquam non ſolutum, fundum minori eripi velit: hac conſtitutione iam velit, ſaluo tantum minori aduerſus Tutorem vel Curatorem actione ſeu regreſſu. Quæ Conſtantini M. tempore quidem poſterior ſententia eſt, at non ideò æquior. Similem ſanè regreſſum idem Conſtantinus M.mulieri minori dederat, quæ accedente mariti conſenſu & ſubſcriptione ſine decreto fundum vendiderat. Quod & ipſum aboleuit Iulianus, *l,3.ſup.de contrah.empt.* vbi ratio elegans & vera: *Quoniam abſurdum eſt, maritos eis interdum inopes obligari, cùm poſſint, venditionis iure ipſo non valente proprias res recipere ab iis,qui ſe illicitis cõtractibus miſcuerunt.*Denique ſatius eſt intacta minoris iura ſeruari,quàm poſt cauſam vulneratam,remedium & fruſtrà ſæpè, quæri. Ergo incuriæ iniuriæque periculum ad Tutorem & Curatorem pertinet, quod & ipſum ſpectatur in ſp. *l.2. ſup.l.2. in fin.inf.vnde vi*: *l 4. inf. de falſa monetâ.* De minore verò ipſo qui in Commiſſum vectigalis incidit, vide *l.9. §.5. ff.de minorib. & l.7. §. 1. ff. de public. & vectigalib.*

---

### IIII. *Impp. ARCAD. & Honor. AA. Eutichiano" PF.P.

TVTORES, eodem momento quo fuerint ordinati, mox audiant" Cognitores", vt præſentibus Primatibus", Defenſore, Officiis etiam publicis, *Inuentario* ſolenniter facto, omne aurum argentúmque, & quicquid vetuſtate temporis non mutatur", ſi in pupilli ſubſtantiâ reperiatur, Iudicum & Senatorum, Officiorum etiam publicorum inuſtum" ſignaculis", in tutiſſimâ, publicæ auctoritate ſententiæ, ſine ſpe aliquâ vſurarum, cuſtodia collocetur: non priùs quâlibet occaſione mutilandum, quàm adultus legitimam ingreſſus ætatem, non tam litibus vacare incipiat, quàm integro mox gaudeat ſe patrimonio reſtitutum. ¶ Et quoniam etiam mediocris penſanda fortuna eſt, ſi cui forte in hæreditate mobilia tantum relinquantur, nec aliqui fundorum reditus ſupputentur, ex quibus vel familia pupilli ſuſtentari valeat, vel pupillus, ex mobilibus aut prædia idonea comparentur, aut ſi forte, vt adſolet, idonea non potuerint inueniri, iuxta *Antiqui iuris* formam, vſurarum creſcat acceſſio", vt, & hîc", vnde fundorum reditus non ſperantur, ex incrementis rei mobilis minoris neceſſitas adiuuetur, & ibi" ſine periculo Tutoris, vſuræ penitùs non petantur. Dat. VI." Kal. Mart. Conſtantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Mox ad tutelam quis acceſſerit, adhibitis continuato" Primatibus ciuitatis, vel Defenſore cum" officio ſuo, ſuſcepta pupilli bona facto rerum conſcribat inuentario: & ſi quid erit in pecunia vel argento, vel quæ non poſſunt vetuſtate perire, prædictorum*



*ctorum annulis obſignata reponat, & nulla occaſione minuatur, neque" id pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut aliis cauſis nouerint committendum, ſed vſque ad perfectam ætatem omni integritate ſeruetur. In reliquis rebus proficiente diligentia: Nam ſi minores eius ſunt facultates, ut non ſit patrimonium" illis, & tantummodo ſubſtantia in rebus mobilibus inuenitur, ſciant Tutores ſibi eſſe permiſſum, vt vendere præſumant mobilia, & agros comparare, vt minoribus in ea parte proſpiciant: ſi vero non eſt eiuſmodi ſubſtantia, unde prædium comparetur, hanc iubentur habere diligentiam, vt pecunia colligatur", & compendiis vſurarum, aut quibuſlibet aliis rebus, commodum pupillis adquirant: aut" ſi forte tenuitas ſubſtantiæ erit, exinde ſalua re pupillis ſubſtantia miniſtretur; & ſi ita egerint, à Tutore pupillus non erit quæſiturus vſuram.*

## NOTÆ.

* Lex *tutores* 24 *Cod.Iuſt.*hinc interpolata eſt.
" *Eutychianus* hic PP.fuit Orientis ſub Arcadio Imp. anno 396. 397. 398. 399. vid. Proſopogr. Hoc verò anno ipſo 396. eidem inſcribuntur lex 3 *ſup.de inceſtis nuptiis*: & *lex, celebrandis* 19 *C.de nuptiis.* Meminit eius & Socrates *lib.6.c.2.in fin.*
" *al. adeant.*
" *Cognitores* ſunt Rectores prouinciarum.v.Gloſſ.
" De *Primatibus* his,vid.*inf.paratitlon de Decurionib.*
" De *Defenſoribus*. v.*ſup.tit.lib.1.*
" Facile ſcilicet,verè enim omnia tempore mutantur.
" *Obſignatum annulis* ait Interpres.
" *Signaculi* publici vſum nota, cuius & aliàs multus vſus hodie,veluti in rebus hæreditariis in tuto locandis.
" Id eſt Senatuſconſulti & orationis D.Seueri, quæ exſtat *l.1.ff.de rebus eorum qui ſub tutela.*
" *Acceſſio* vſurarum: & mox, *Incrementa* vſuræ vocantur de quo vid.paratit.*de vſuris*, *ſuprà.*
" Hoc poſteriore caſu.
" Priore caſu cùm fundorum reditus ſuppetunt.
" VII.C.Iuſt.

## COMMENTARIVS.

DVÆ partes adminiſtrationis tutoriæ hâc Arcadij conſtitutione fundantur: ita quidem, vt prior poſterioris fermè ergo præmittatur. Prior igitur pars eſt, *Inuentarij confectio*: de quo duo conſtituit Arcadius. Primò, vt Tutor eodem momento quo ordinatus fuerit, mox adeat Iudicem ſeu Rectorem prouinciæ ad Inuentarium conficiendum: quod etiam probatur *l.vlt.Cod.de curatore furioſo l.27.Cod.de Epiſcopali aud.* Ait lex, *eodem momento & mox*: quorum prius illud Tribonianus recidit, laxamentum proculdubio aliquod hâc in re tribuens. Ex Harmenopuli ſanè ſententiâ *lib.5. tit.*11.§.25. vt & Accurſij, dantur tres menſes Tutori ad conficiendum Inuentarium, exemplo hæredis, *l.vlt.§.2.Cod.de iure delib.* Quod tempus ipſum & mulieri conceditur *Nouella Leonis* 110. Secundò formam Inuentarij conficiendi præſcribit Arcadius: nempe Inuentarium ſolenniter confici oportere præſentibus Primatibus, Defenſore, & officiis publicis: *Primatibus*, Decurionum ſcilicet, qui inter Curiales πρῶτοι ἔξαρχοι erant, de quibus *tit. de Decurionib.* Item *Defenſore*, ciuitatis ſcilicet, ad quem tenuiorum & in his pupillorum defenſio pertinebat: de quo *ſuo titulo ſuprà*, *libro* 1. Denique *officiis publicis*,id eſt ſcribis,& id genus aliis: Error enim eſt Interpretis ad *hanc leg.* qui Officium, ſeu Officiales Defenſoris interpretatur, cuiuſmodi nulli Defenſori fuêre. Tribonianus rectè ſub præſentiâ publicarum perſonarum, id eſt Tabulariorum, vt exponitur in *l. orphanotrophos* 32. *C.de Epiſcopis*: & Scribæ viri clariſſimi,vt conſtat ex *Nouella Leonis* 72. Et hactenùs quidem de ipſâ Inuentarij confectione. Nunc conſequentia eius, ad quem ſcilicet finem Inuentarium ita confici oportet: Scilicet, cùm antiquo iure, ex Senatuſconſulto inquam & Oratione D. Seueri, quod *hâc l.* Iuris antiqui appellatione ſignificatur, Tutores *pecuniam* in bonis pupilli repertam, vt & illam quam ex mobilibus cuiuſcunque generis publicè diſtractis redegiſſent, deponere tenerentur ad comparationem prædiorum ſi reperirentur: ſin minus, fœnori occupare: Conſtantini primùm conſtitutione id coarctatum fuit: *l. lex quæ tutores* 22. *Cod. eod. tit.* nempe enim aurum, argentum, gemmas, veſtes cæteráque mobilia à tutoribus vendi noluit, eò quod pecuniæ, in quâ robur omne patrimoniorum conſiſtit, fœnerandi vſus vix diuturnus, vix continuus & ſtabilis eſt: quo ſubſecuto, intercidente ſæpè pecuniâ ad nihilum minorum patrimonia deducuntur. *Hac* verò Arcadij *leg.* hæc diſtinctio inducitur, vt ſi pupillus fundorum reditus habeat, ex quibus pupillus eiúſque familia ſuſtentari poſſit, tùm aurum & argentum cæteráque mobilia quæ vetuſtate temporis non mutantur, (cætera enim ex veteris iuris forma auctionari tutor debet) in tutiſſima cuſtodiâ collocentur: publicæ ſententiæ auctoritate, inuſta ſignaculis Iudicum, Senatorum, & Officiorum publicorum, otioſa, donec adultus legitimam ætatem ingreſſus fuerit. At ſi fundorum reditus non ſint, vel etiam non ſufficientes pupillo, tum ex mobilibus illis prædia idonea comparentur: vel ſi idonea reperiri non potuerint, tum demum *iuxta antiqui iuris formam fœnori* occupentur. Quæ ab Arcadio ita conſtituta ſunt, pupillorum fauore. Priore ſcilicet caſu, vbi fundorum reditus habet pupillus, ſatius putauit Arcadius otioſam pecuniam haberi, cùm nulla collocandæ eius neceſſitas eſſet: eò quod maxima ſit bene collocandæ pecuniæ alea: & quidem etiam vt hîc dicitur, *periculo tutoris*, vt quam collocatam tot *lites* ſequi ſolent: Quam rationem hîc indicat Arcadius: *Non prius,* inquit, *qualibet occaſione mutilandum, quàm adultus legitimam ingreſſus ætatem, non tam* LITIBVS *vacare incipiat, quàm integro mox gaudeat ſe patrimonio reſtitutum.* Quæ verba Interpres non cepit: Quibus alioquin reſpondent hæc ex *Nouellâ* Iuſtiniani 72. *cap.* 6. (quæ & diſpoſitione alioquin concordat) κάλλιον ὂν πλὴν ἐπὶ τοῖς ἀρχαίοις αὐτοῖς ἀσφάλειαν μένειν, ἢ τῇ τῶν τόκων ἐφέσει καὶ τῶν ἀρχαίων ἐκπεσεῖν. καὶ κινδυνεύειν μετὰ τῶν κεφάλαια εἰ μὴ δανείσοι: αὖθις δὲ

οἱ

ἐν ἀσφαλεῖ κατατίθεσθαι, συντηρεῖν ἴσως ἐπὶ τῆς ἀργίας γενομένης. Id eſt. *Sancimus nullam neceſſitatem ex legibus eſſe curatoribus minorum pecunias fœnerare, ſed cautè reponere & reſeruare: quoniam melius eſt eis in antiquis manen manere, quam vſurarum appetitione etiam antiqua pecunia cadere, & periclitari quidem Curatorem ſi non mutuauerit, rurſus autem ſi mutuauerit, periculum ſuſtinere, facto forſan in debitis detrimento.* Et hæc de priore caſu: poſteriore verò caſu, id eſt ſi pupillus fundorum reditus non habeat, æquum imò neceſſarium viſum Arcadio, vt pupillis ſaltem ex vſuris mobilium ſuſtentari poſſet. Atque ita tertium hoc ius hâc in re, ex hâc Arcadij conſtitutione obſeruetur. Atenim quartum ius obſeruandum ex Triboniani mente, qui hanc *leg.* miro flagitio interpolauit, in *l.24.C.eod. tit.* cuius verba hîc ideo opponere iuuat. *Tutores, vel Curatores, mox quàm fuerint ordinati, ſub præſentia publicarum perſonarum Inuentarium rerum omnium & inſtrumentorum ſolemniter facere curabunt: Aurum argentúmque & quidquid vetuſtate temporis non mutatur, ſi in pupilli ſubſtantiâ reperiatur, in tutiſſimâ custodia collocent, ita tamen vt ex mobilibus aut prædia idonea comparentur, aut ſi forte vt adſolet idonea non potuerint inueniri, iuxta antiqui iuris formam vſurarum creſcat acceſſio, quarum exactio ad periculum tutorum pertinet.* Ingens verò hæc mutilatio & mutatio multiplex: Et quidem circa Inuentarij confectionem triplex. Primùm ſcilicet, quod & antea dixi, hæc de tempore Inuentarij conficiendi, *eodem momento quo fuerint ordinati*, recidit, retentâ quamlibet voce *mox*: quia ſcilicet laxamentum aliquod Tutori vel Curatori ordinato ad Inuentarium conficiendum tributum voluit, quod hîc nullum tribuitur: nempe *mox* ea fieri quoque dicuntur, quæ interiecto aliquo temporis interuallo fiunt, vt *l.22.§.cùm proponeretur, ff.ad SC.Trebell. l.1. §.vlt. ff.de reb.cred.l.24.ff.quæ in fraud.credit.l.15.§.in venditione, ff.de re iudic.l.23.ff.de captiuis: l.8.ff.de bonis libertor. l.13. & l.25.§.ſi operas, ff. de vſufr.l.7. §.1.ff.de donat.inter vir.l.11. §.mulier, ff.ad leg. Iul. de adulter.* etſi non eodem momento fiant. Secundò recidit Tribonianus illa de adeundis cognitoribus ſeu Iudicibus ad inuentarium conficiendum: id hactenus volens, vt ſub præſentiâ publicarum perſonarum inuentarium conficiatur. Tertiò aliarum quoque perſonarum enumerationem inſtituit, ſub quarum præſentiâ Inuentarium confici debet. Et hæc circa Inuentarij confectionem: Quod conſequentia attinet: Primùm recidit Tribonianus illa de ſignaculis Iudicum, Senatorum, Officiorum. Secundò recidit illa, de interuentu publicæ auctoritatis & ſententiæ in depoſitione facienda, quarum mutationum ratio à ſequente petenda eſt. Iam enim potiſſima ſequitur interpolatio: Cùm enim Arcadius *hâc l.* diſtinguat inter pupillum habentem reditus fundorum, & non habentem; vt videlicet priore caſu otioſa prorſus relinquenda ſit pecunia pupilli, in tutiſſimâ tantum cuſtodiâ eâ collocatâ: poſteriore demùm caſu prædia ex his emi velit, his verò non repertis, eam fœnori collocari: Tribonianus hâc diſtinctione ſublatâ, aurum, argentum, in tutiſſimâ cuſtodiâ collocari iubet, ita vt aut prædia inde comparentur, aut his deficientibus, vſuræ ex his percipiantur. Nullo igitur caſu otioſam pecuniam relinqui vult Tribonianus penes alium auctoritate Iudicis depoſitam. Et magna fuit hâc parte Triboniani ἀβλεψία, qui cùm nunquam otioſam pecuniam pupilli haberi vellet, eam tamen in tutiſſimâ cuſtodiâ recentis *huius leg.* verbis, collocari velit: cùm tamen non aliò ſpectet hæc cuſtodia, quàm vt otioſa relinquatur: è contrà, quis cuſtodiæ & quidem tutiſſimæ vſus, ſi eam aut in emptionem prædiorum impendi, vel fœnori occupari oportet? Ecce enim apertiſſima *huius l.* verba: *In tutiſſimâ publica auctoritate ſententia, ſine ſpe aliquâ vſurarum, cuſtodiâ collocetur*: NON PRIVS *qualibet occaſione mutilandum, quàm adultus legitimam ingreſſus ætatem non tam litibus vacare incipiat, quàm integro mox gaudeat ſe patrimonio reſtitutum.* Et iſta quidem nunc Iuſtinianus: poſtea enim, quod quintum ius notandum, *Nouella 72.c.6.* (vnde deſumpta eſt *Authentica, Nouiſſimè, Cod. de adminiſtr tutor.*) pecuniam fœnerari vetuit, niſi ex ſummâ neceſſitate.





# CODICIS THEODOSIANI LIBER QVARTVS.

*QVO AGITVR DE OCTO:* purà.

I. De Succeſſionibus Prætoriis, Teſtamentariis, *tit.* 1.2.3. & 4.
II. De Litigioſis, *tit.* 5.
III. De Status cauſis, *tit.* 6.7.8 9.10. & 11.
IV. De Publicanis & Vectigalibus, *tit.* 12.
V. De Præſcriptionibus, *tit.* 13.14. & 15.
VI. De Re iudicata, *tit.* 16.17 18.19.
VII. De Ceſſione bonorum, *tit.* 20.
VIII. De Interdictis, *tit.* 21.22.23.24.

## HVIVS LIBRI TITVLI.


I. *De cretione vel bonorum poſſeſſione.*
II. *Vnde liberi.*
III. *De Carboniano edicto.*
IV. *De teſtamentis & codicillis*
V. *De litigioſis.*
VI. *De naturalibus filiis & matribus eorum.*
VII. *De manumiſſionibus in Eccleſia.*
VIII. *De liberali cauſa.*
IX. *Ad S.C.Claudianum.*
X. *De hiis qui non à domino manumiſſi ſunt.*
XI. *De libertis & eorum liberis.*
XII. *De vectigalibus & commiſſis.*
XIII. *De longa temporis præſcriptione.*
XIV. *De actionibus certo tempore finiendis.*
XV. *De quinquennij præſcriptione.*
XVI. *De re iudicata.*
XVII. *De ſententiis ex periculo recitatis.*
XVIII. *De fructibus & litis expenſis.*
XIX. *De vſuris rei iudicatæ.*
XX. *Qui bonis ex leg. Iulia cedere poſſunt.*
XXI. *Quorum bonorum.*
XXII. *Vnde vi.*
XXIII. *Vtrum vi.*
XXIV. *De Ædificiis priuatis.*


## DE CRETIONE, VEL BONORVM POSSESSIONE.

### TITVLVS I.

Abeſt hic titulus à COD. IVST. vtrumque enim poſtea ſublatum: purà cretionis & bonorum poſſeſſionis petendæ neceſſitas, quod etiam Interpres rectè notauit. Cæterùm obſeruandum bo-

norum poſſeſſionem ſub Tyranno admiſſam, & ad effectum adeundæ hæreditatis, Tyranno profligato valere: *l. 9 de infirm. his quæ ſub Tyr.* Notandæ & ſpecies hæredum & ſucceſſionum: *l. 107. de Decur. l. 20. de Epiſcopis.*

---

1. * Impp. Theod. & VALENT. AA. ad Senatum. Poſt alia.

PATREM aliquâ ex parte minorem″ eſſe matribus non ſinemus″: Nam cùm etiam″ infantis″ filij morientis mater bonorum ſolatia″ conſequatur, cur de eius ætate″ pater graues patiatur tendiculas″, non videmus: Et cùm legitima ſucceſſio″ non modò in matre, verùm etiam in ſucceſſoribus″ longiùs conſtitutis, non bonorum poſſeſſionis petitionem, non cretionis″ ſolemnitatem cogitur″ cuſtodire, qualicunque″ contenta aditæ, vel adeundæ hæreditatis indicio, quanto magis pater talibus eſt vinculis″ exuendus? Atque ideò hâc *Oratione*″ ſancimus, Vt″ pater etiam infantis filij ſucceſſionem, ſiue ille matre eius moriente, adeundæ hæreditatis, vel petendæ bonorum poſſeſſionis fuerit executus officium, ſiue iſta neglexerit, morienti filio infanti in quâlibet ætate ſine ambiguitate ſuccedat. Dat. VII. Id. Nouemb. Rauennæ, DD. NN. Theodoſio XII. & Valent. II. AA. COSS. [426.]

INTERPRETATIO. *Cretio, & bonorum poſſeſſio antiquo iure à Prætoribus petebatur. Quod explanari opus non eſt, quia legibus vtrumque ſublatum eſt. Et ideo infans, licet loqui non poſſit, tamen hæreditatem ſibi debitam capit, cui morienti pater, aut is qui proximus fuerit, ex lege ſuccedit.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. quænam ei iungendæ ſint? mox dicam.

″ Patres matribus hoc capite exæquantur, vt viciſſim matres patribus alio capite, nempe *d. l. 8. inf. de legitimis hæreditat.*

″ Sinimus.

″ Repetitur poſtea rurſum hæc vox: quam mox vrgebo.

″ *Infantis* nomine ſignificatur minor ſeptenni, *d. l. ſi infanti 18. C. de iure deliber.*

″ Bonorum ſolatia, *h. l.* ſicut duræ fortunæ ſolatia, *in l. 4. Cod. ad Senatuſconſultum Tertullian.* de quo plura ad *l. 2. ſup. de inofficioſo teſtamento.*

″ Puta, quod infantis filij nomine bonorum poſſeſſionem non petierit.

″ Vide Gloſſarium. Interim huc conuenit illud Ciceronis pro Cæcinna; *Aucupia verborum, & literarum tendiculas in inuidiam vocant, tùm vociferantur ex æquo & bono non ex callido verſutòque iure rem iudicari oportere.*

″ *Legitima ſucceſſio*, id eſt legitimi ſucceſſores.

″ Fortè *in ſucceſſionibus*? Nil muto.

″ *Cretionis ſolennitas, h. l. & l. 5. inf. de maternis bonis*: vinculum, *h. l.* ſcrupuloſa ſolennitas, *l. 8. inf. de maternis bonis*: obſeruantia, *l. 4. inf. de maternis bonis*; commentum, *l. 1. d. t.*

″ *γρ. cogatur.*

″ *Qualicunque indicio*, id eſt, citra teſtationem ſolennem, quod aliquando requiſitum fuit, *l. 8. inf. de maternis bonis.* aditione ſimplici, arrepto quolibet rerum corpore, vel animi deſtinatione patefacta, *l. 1. inf. de legitimis hæreditat.* Græci Interpretes vertunt, δίαν δήποτε ἐμφάσει τ̃ καταδήλης: rectè: quod & ipſe Iuſtinianus probat *in l. vlt. de bonor. poſſeſſion. contra tabulas: & in §. vlt. Inſt. de bonorum poſſeſſionibus*, vbi videndus Theophilus.

″ *Vincula, tendiculas* ſuperiùs vocauit. Iuris ſolennitates ſunt inſtar *vinculorum*, quibus ſoluti eſſe debent, quos natura ſimul & lex vocant ad ſucceſſionem.

″ *Oratione*: Ita legendum eſſe, probat ſatis *huius legis* inſcriptio: Omnes enim conſtitutiones inſcriptæ *ad Senatum*, Orationes Principum ſunt. Quod apertè confirmat *d. l. 3. Cod. de legib.* quam huic noſtræ coniungendam eſſe dixi. *Leges*, inquit, *quæ miſſæ à nobis ad venerabilem cœtum* ORATIONE *conduntur.*

″ Sic hunc locum reſtituendum puto: *Atque ideo hâc Oratione ſancimus in patre, etiam infantis filij ſucceſſionem; vt ſiue ille*, &c. *Sancimus in patre*, id eſt, ſucceſſionem ei tribuimus, & firmamus. Vel, *vt pater etiam in infantis filij ſucceſſione.*

## COMMENTARIVS.

PATRI, pro filio infante delatæ ei hæreditatis cernendæ, vel bonorum poſſeſſionis pro eo petendæ neceſſitatem, remiſsâ pœnâ ſucceſſionis filij amittendæ, remittit hac conſtitutione Valentinianus III. Placidiæ filius: quæ, vt vel hæc lex oſtendit *Orationis* ad Senatum Vrbis Romæ pars eſt, vt & plures aliæ, quæ exinde deſumptæ huic coniungendæ ſunt: putà *l. vn. ſup. de Reſponſ. Prud. l. 8. inf. de legitim. hær. l. vlt. de reuoc. don. l. pen. & vlt. de matern. bonis*: *l. vn. de bonis quæ filiisf.* Quin & ex Cod. Iuſt. *l. 9. de legib. l. 7. de precib. Imp. off. l. 18. C. de iure delib.*

Quæ oratio vt de variis iuris capitulis fuit, ita aliquammulta continuit de bonis maternis, legitimis hæreditatibus, quo in cenſu præter *hanc l.* ſtat *lex 9. 10. inf. de matern. bon. l. vlt. inf. de reuoc. donat. lex 8. inf. de legit. hæred. lex vn. infr. de bonis quæ filiis familias.* Altero *eius Orationis* capite continebatur Iuris αὐθεντεία, de quo ad *l. vn. ſup. de Reſponſ. Prud.*

¶ Hæc lex vt intelligatur, ſciendum eſt, Tempus certum adeundæ hæreditati à teſtatore plerumque ſtatutum. Item petendæ bonorum poſſeſſioni certum quoque à Prætore tempus præſtitutum fuiſſe. Itaque ſi intra tempus præſtitutum aut creta hæreditas, aut petita bonorum poſſeſſio non fuiſſet, hæreditas & bonorum poſſeſſio intercidebat.



Dixi, *creta hæreditas*: Extraneo quippe hæredi tempus ad deliberandum à teſtatore hac fermè formulâ conſtituebatur: *Cernito in diebus centum proximis.* hoc plerumque addito; *niſi ita creueris, exhæres eſto, & Titius hæres eſto.* Et ne de cœteris, quæ ad cretiones pertinent, dicam, fiebat cretio ſolennibus verbis; hinc cretionem dicere, *l. 5. in fin. inf. de maternis bonis.* Et hæc quidem cretionis ſolemnitas in ſolis extraneis hæredibus inſtitutis locum habebat; quod teſtatur Vlp. *t. 22. §. 22.* At in legitimis ſucceſſionibus, cretionis ſolemnitas non requirebatur, *h. l. verſ. & cum.* vt & bonorum poſſeſſionis petendæ neceſſitas, *hac l. & l. 1. ſup. de inofficioſo teſtamento, & l. 1. inf. de legitim. hæredit. & l. 3. C. ad Senatuſconſultum Orfician.* Excipiebatur tamen iure antiquo legitima hæreditas filiofamiliâs delata: Nam ſi filiofamiliâs delata fuiſſet legitima hæreditas, iuſſu Patris eam cernere debebat, & bonorum poſſeſſionem petere: alioquin hoc non facto, ſi filius deceſſiſſet nihil iuris in ea hæreditate Pater habebat. Eius autem rei ratio hæc erat, quia Pater in ea hæreditate etſi filio delata, per filium tamen ſibi acquiſita, extraneus erat. Non habebatur igitur ratio perſonæ filij, ſed Patris, ſubductâ filij perſonâ: de quo *infr. lib. 8. tit. de bonis maternis*: & quidem *l. 9. & 10. eius tit.* quæ *huic* inter alias coniungendæ ſunt. ¶ Et ita quidem ad Conſtantini vſque tempora obſeruatum fuit. Verùm Conſtantinus maternas ſucceſſiones filiisfamilias delatas excepit: nam in his quoque cretionis & bonorum poſſeſſionis petendæ neceſſitatem remiſit, quia ſcilicet materna bona idem Imperator vſusfructus tantùm titulo liberis delata, ad patres pertinere voluit: *l. 1. inf. de maternis bonis*, Conſtantius ſecutus eſt, qui *l. 4. inf. de maternis bonis*, vt & Arcadius *l. 8. d. t.* non tantùm ſi materna, ſed & ſi alia qualiſcunque materni generis hæreditas, aut bonorum poſſeſſio filiofamilias delata fuiſſet, cretionis & bonorum poſſeſſionis petendæ neceſſitatem remiſerunt, *d. l. 8. & h. l.* ibi, *qualicunque.* Excepta tantum hæreditate, vel bonorum poſſeſſione filiofamilias infanti (id eſt, minori ſeptem annis) delata. Nam ſi intra ſeptimum annum infans v.g. ſub cretione ab extraneo inſtitutus deceſſiſſet, nihil ad parentem potuit tranſmittere, quia intra ea tempora fari non potuit, atque adeo verba cretionis dicere. Tum quia in vulgari Cretione hæredes ita inſtituerentur, *intra centum dies, quibus ſcieris, poteriſque, cernito.* Quod certè tractatum aliquem deſiderat, ideóque ad infantes porrigi nulla iuris ratione potuit, vt intelligere & ſcire viderentur; *l. 1. Cod. ad SC. Tertullian.* Pariter bonorum poſſeſſionem ſi filio minori ſeptem annis pater non petiiſſet, filio decedente nihil iuris ad patrem tranſibat: *l. 8. inf. de maternis bonis, & h. l.* quia filij nomine bonorum poſſeſſionem petere debuit, vt certè potuit, *l. 7. §. 1. ff. de bonorum poſſ. l. 3. Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem: l. 2. C. de bonorum poſſeſſione contra tabulas.* Et hæc quidem in patribus obtinuerunt. Matres enim delatam filio legitimam hæreditatem, etſi creta ab infante non fuiſſet, & bonorum poſſeſſionem, etſi petita non fuiſſet, filio moriente, nihilominus conſequebantur: *l. 1. C. ad Tertull. & h. l.* Id, inquam, ita in Matre ſolâ conſtitutum. ¶ Verum *hâc* Valentiniani III. nunc *Oratione* idem iuris Patri, quod matri tribuitur; ſublatâ ita patris & matris, item ætatis filij diſtinctione: ſi modò pater qualicunque *indicio* hæreditatis adeundæ infantis nomine pro hærede geſſerit, qualicunque inquam indicio, citra teſtationem, aditione ſimplici, arrepto quolibet corpore, vel animi deſtinatione patefacta, vt loquitur *lex 2. inf. de legitimis hæreditatib.* vbi dicam, idque probauit in omni bonorum poſſeſſione Iuſtinianus *l. vlt. Cod. de bonor. poſſeſſion. contra tabulas, & §. vlt. Inſtit. de bonorum poſſeſſionib.* ¶ Et duobus quidem argumentis ad id conſtituendum deſcendit Valentinianus. Primùm argumento à ſimili, id eſt à Matre ad Patrem. Secundò à minus fauorabili ad maius: Nempe cùm legitimi ſucceſſores quique Cretionis ſolemnitate & neceſſitate non onerentur, quantò magis huiuſcemodi vinculis Cretionis, aut ſolennis petitionis bonorum poſſeſſionis Pater exemptus eſſe debet? qui vtique ſi quis alius (maiori ſanè ratione quàm aut mater, aut ſucceſſores longiùs conſtituti) infantis filij legitimus eſt ſucceſſor.

# VNDE LIBERI.

## TITVLVS II.

### VI. COD. IVST. Tit. XIV.

---

1. * Impp. ARCADIVS & Honorius AA. Aureliano PF. V.″

FILIA, quæ dote à patre ſuſceptâ″, matrimonio ſociata eſt, inteſtato patre mortuo, ſi hæreditatem velit adire cum fratribus, dotem quam ſuſceperat, miſcere″ cogatur paternæ ſubſtantiæ: atque ita in ſubeundâ″ hæreditate ſociari cum fratribus. Dat. pridie Non. Octob. Conſtantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Filia, ſi tempore nuptiarum à patre fuerit dotata, & poſteà pater inteſtatus moriatur, ſi in reliqua patris ſubſtantia vult cum aliis fratribus æqualis accedere, dotem (vel quicquid accepit tempore nuptiarum) hæreditati paternæ cum fratribus diuidendam confundat. Quod″ ſi noluerit, ſit his quæ percepit pro ſua portione contenta.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. & iungenda *huic*, eſt *lex*, *nepotes 5. inf. de legitimis hæreditatib.*
" PF P. in *d. l. 5.* & in Cod. Til.
" Id eſt, profecta, vel accepta.
" Teſtato enim patre, filia dotis collatione non fungitur, *l. 3. ꝟ. de dotis collatione.* Quod tamen ſublatum Iuſtiniani *Nouell. 18. cap. 6.*
" *Miſcere* hîc, *& d. l. 5.* eſt conferre ſeu iungere, vt etiam dicitur *d. l. 5.* proinde dotem conferre ſic rectè definiri, conferre eſſe miſcere, ſeu confundere; vt Tribonianus ait, ſeu iungere dotem cum paterna ſubſtantia in ſubeunda hæreditate.
" *Subire* hæreditatem, pro *adire* hîc dicitur, vt *in l. ſi nemo 181. ꝟ. de R. I.* Nam & ita promiſcuè Græci προσιέναι, & ὑπεισιέναι; Item & προσελθεῖν, & ὑπεισελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ. v. alia in *Gloſſ.*
" Hoc amplius habet Interpres, quàm in textu continetur, cui ſimile continetur *in fin. d. l. 5.*

## COMMENTARIVS.

Dotem à patre profectam filia, ſi patris inteſtati hæreditatem cum fratribus adire velit, fratribus conferre ab Arcadio *h. l.* iubetur: Dotem inquam à patre profectam (id enim hâc conſtitutione nominatim cauetur) cùm antea aduentitiam quoque dotem filia fratribus in poteſtate retentis conferre teneretur; vt docet *lex 4. Cod. de collationib.* quod ius Iuſtiniano magis placuiſſe conſtat: cùm illa lege retentâ, hanc à ſuo Codice abeſſe voluerit. Iuſtinianeo itaque iure filia dotem, etiam aduentitiam, confert: etſi contrarium Cuiacio viſum fuerit. Neque eius ſententiam iuuat *lex vlt. Cod. de collat.* quæ non eſt de dote, ſed de bonis aduentitiis, quæ vt antiquo iure patri adquirebãtur, ita ex eâ cõſtitutione non adquiruntur: Cæterùm dos aduentitia iure veteri patri nunquam quæſita fuit, in quo etiam errauit Hotomannus. Porrò quam dotem ſoror fratribus conferre tenetur, eandem & nepotes, ex filia auunculis conferre iubentur: *l. 5. inf. de legitimis hæredit.* quam huic noſtræ coniungendam dixi. ¶ Denique *huic l.* iungenda eſt *lex nepotes 5. inf. de legit. hæredit.* quæ etiam ipſa eſt de Dotis collatione, déque bonorum poſſeſſione, vnde liberi. Nam quod ius *hac l.* tribuitur ſorori in patris ſucceſſione cum fratribus concurrenti, idem ius *illâ l. 5.* tribuitur nepotibus ex filia, ſi cum auunculis concurrant.

# DE CARBONIANO EDICTO.

## TITVLVS III.

## V. COD. IVST. XVII.

1. * Imppp. Valent." Theod. & Arcad. AAA. Rufino PF. P."

Carbonianvm Edictum", ſub perſonis legitimis, indubitato" matrimonio", cuſtodito partu, & probatâ legitimâ ſucceſſione, defertur; ſcilicet, vt in poſſeſſione nouus hæres" locatus", vſque ad pubertatis annos, ſine inquietudine rebus vtatur interdum alienis. Dat. IV." Kal. Octob. Conſtantinop. Theod. A. IV. & Abundantio coss.

Interpretatio." *Si quis moriens, ex legitimo matrimonio prægnantem reliquerit vxorem, iubet lex mulierem à propinquis, quouſque ad partum veniat, cuſtodiri; quæ cum legitimo tempore ediderit, is qui natus fuerit, pro ſua portione, in patris hæreditate ſuccedat, & vſque ad quintum & decimum ætatis ſuæ annum, quæ à patre derelicta ſunt, ſine vllius repetitione poſſideat: Futurum", vt ſuas poſtmodum per Curatorem aut excipiat, aut exerat actiones.*

## NOTÆ.

* Lex 2. *Cod. eod. tit.* Iungendæ autem huic, *lex 5. ſupr. de cognitorib. lex 52. ſup. de appellat. & lex 5. inf. de liber. cauſa*, quæ pariter, vt hæc noſtra, de cauſa ſtatus eſt.
" Rufinus PP. Orientis ſub Theodoſio M. v. *Proſop.*
" Id eſt, Commodum Carboniani.
" Hæc lex, vt & *d. l. 5. de liber. cauſa*, perperam inſcriptos habent *Valentinianum*, *Theodoſium*, *& Arcadium.* pro quibus reponendi, *Theodoſius*, *Arcadius*, *& Honorius*, vt rectè etiam præfert Cod. Iuſt. & *d. l. 5. de cognitorib. & d. l. 52. de appellat.* conſule Chronologiam.
" *Ex indubitato*, Cod. Iuſt.
" Vide *l. 3. §. 6. ꝟ. eod.*
" *Nouus hæres*, id eſt poſthumus, de quo mox.
" *Conſtituitur*, ſic Tribon.
" III. Cod. Iuſt. ſed malè.
" Prorſus falſa.
" Hoc amplius habet Interpres quàm quod in textu continetur.





## COMMENTARIVS.

Carboniani Edicti cùm magnus ſit cæteroquin fauor; ne temerè tamen id deferatur, quatuor *hac l.* Theodoſius M. requirit; quæ pars eſt prolixioris conſtitutionis de *proceſſu Iudiciario*, vt docent leges quas *huic* coniungendas *in Notis* iam monui. ¶ Primùm igitur requirit, peti id beneficium à perſonis legitimis: *Sub perſonis*, inquit, *legitimis*: Quibus ſanè verbis excluditur femina. Feminæ ſcilicet, vt cæteroquin perſona legitima non eſt; ita nullo pacto amplius ei quàm ſibi competit agere, ſeu pro alio interuenire prohibetur, *l. 5. ſup. de cognitor.* quæ *huic l.* vt dixi, inter alias coniungenda eſt, *& l. 2. ꝟ. de R. I.* Et ita hæc *huius l.* verba, *ſub perſonis legitimis*, accipienda ſunt, quæ ab Interpretibus hactenus non vt oportet, expenduntur, id eſt, vulgò ſic accipiuntur, quaſi perſonæ legitimæ indicentur vteri cuſtodes (de quo certè agitur & *in l. 1. §. 10. ꝟ. de ventre inſpic. cuſtodiendóque partu.*) Quorum interpretationem, vt dixi, refutant & ſequentia mox illa, *cuſtodito partu*: & coniunctio *d. legis 5. ſup. de cognitorib. l. vlt. inf. de liberali cauſ. & l. 52. inf. de appellat.* quæ vt omnes de proceſſu Iudiciario ſunt; ita nominatim de perſonis Iudicium conſtituentibus pleræque agunt. Secundò requirit Theodoſius M. *vt indubitatum ſit matrimonium*: Quò pertinet *lex 3. §. 6. ꝟ. eod. tit.* Conſtare enim debet, an ex matrimonio partus fuerit editus. Tertiò requiritur, vt *partus cuſtodiatur*, quod notum eſt. Quartò requiritur, vt legitima ſucceſſio probata fuerit, id eſt, vt legitimus hæres ſit illo poſtumus; alioquin exhæredato beneficium Carboniani non defertur, *l. cum fine, ff. eod. tit.* Cur enim ſuſtineatur actio, vbi defuncti iudicium manifeſtum eſt? aut cur hæreditatem illi interim addicas, quem teſtator nominatim hæreditate ſua ſubmouit?

¶ Duo obiter hîc notanda ſunt: Poſtumum *h. l. nouum hæredem* vocari. Poſtumus certè non eſt alius, quàm nouus defuncto hæres. Deinde notanda ſunt poſtrema legis verba, quæ Interpres quoque non intellexit, vel ſaltem neglexit: Carboniani edicti beneficium hoc eſſe, vt *ex euentu quandoque appareat, impuberem rebus alienis vſum fuiſſe, interdum* videlicet, ſi poſt pubertatem abiudicatus fuerit eſſe filius: In poſſeſſione ſcilicet bonorum ex Carboniano edicto pupillus, cui ſtatus controuerſia mouetur, conſtituitur, ne ei alimenta deſint: Interim pro filio habetur, & tanquam filius ex defuncti bonis alitur. Vnde ſi poſt pubertatem filius non eſſe iudicetur, fiet vt retrò alienis rebus vſus deprehendatur. ¶ Neque illud prætereundum, pubertatem, cùm de Carboniana poſſeſſione agitur, intelligi, cùm quis decimum-quartum annum exceſſit, quod Interpres rectè indicauit *ad hanc legem.* Cui adde & quæ notat *ad l. vn. inf. de actionibus certo tempore finiendis*: Prout pupilli fauor verſatur, ita pubertatis anni, vel à primo die anni decimiquinti, vel à poſtremo decimi quarti computantur. Veluti, ſi de teſtamenti factione quæratur, pubes intelligitur qui agit ſupremum diem anni decimi-quarti, *l. 5. in fine, ff. qui teſtamenta facere poſſunt.* Aliàs decimum-quartum exceſſiſſe oportet, vt cum de nuptiis quæritur, *authore* Iuſtiniano: *in Nouella* 100. & Leone, *Nouella* 74.

# DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS.

## TITVLVS IV.

## Vide VI. COD. IVST. *tit.* 22. & 23.

## PARATITLON.

Testamentvm *Rubr. & l. 1. 2. 3. 4. 6. & 7.* Dicitur, & Teſtamenti voluntas, *l. 1. & 5.* extrema voluntas, *l. 3.* extremum arbitrium, *l. 3.* ſupremum arbitrium, *l. 5.* de patrimonio ſuo ad quos id poſt mortem ſuam velit, pertinere; *l. 5.* Quod cauſam efficientem attinet, ſunt qui teſtamenta facere non poſſunt, ſeu inteſtabiles ſunt, vt Hæretici, quanquam in Eunomianis variatum, *l. 7. 9. 17. 18. 23. 25. 27. 36. 49. 50. 54. 58. de hæreticis: l. 3. de Apoſtatis: l. 4. ne ſanctum baptiſma:* De Teſtamento, quod Deportati filius fecit, v. *l. vn. inf. de ſent. paſſ. & reſtit.*

¶ Quod formam teſtamentorum attinet: duplex eſt; vel enim ſcripto, vel ſine ſcriptura conficiuntur, *l. 5.* ſeu, vel per ſcripturam, vel per nuncupationem; *l. 2.* *Scripti* teſtamenti forma hæc eſt, vt ſeptem teſtium vel quinque interuentum deſideret, *l. 1. & 3.* Vt eos præſentes videat teſtator; *d. l. 3.* Vt ij cur venerint, non ignorent, *d. l. 3.* vt teſtamento ſubſcribant, *d. l. 3.* Hos ſubſcripſiſſe oportet: non etiam eis ſcripturæ continentiam ſeu ſeriem recenſitam, intimatam. Nil vetat etiam quin ex munificentia morientis aliquid conſequi poſſint, *d. l. 3.* Alioquin ſi teſtator decreuerit & cœperit quidem teſtamentum facere, ſed non impleuerit, inteſtatus videtur defunctus: niſi dixerit, *velle e id vim Codicillorum obtinere: l. 7. ſeu vlt.* Publicari porrò, & reſerari teſtamẽtum apud Officium Cenſuale poſteà oportebat, *l. 4.* Aduerſus huiuſmodi teſtamenta ſolennia & ſcripta, non ſcriptæ mortuorum voluntates produci non poſſunt: licet quis dicat voluiſſe

defunctum, patrimonium ſuum ad Principem pertinere, *l. 5.* Teſtamenta porrò ante decennium ſcripta vires nullas amplius obtinent ex Honorij *l. 6.* Contra teſtamenta ſub Tyrannis etiam facta, valent, *l. 9. de infirm. his quæ ſub Tyr.*

¶ Teſtamentis autem defertur hæreditas, vel legatum, vel fideicommiſſum: & quidem ita, vt vtrumque eidem quandoque relinquatur. Quo caſu vno electo, non licet ad aliud redire, niſi parentibus & liberis ad quartum gradum, cognatis ad tertium: *l. 7. ſeu vlt.* ¶ Ad mutua coniugum teſtamenta pertinet, *l. 6. ſupr. de inoff. teſt.* vbi vide quæ dixi. II. In CODICILLIS pariter & cæteris voluntatibus veluti epiſtolis vt in teſtamentis, ſi eos teſtamentum non præcedat, ſeptem, vel quinque teſtium interuentus requiritur, *l. 1.* III. Tam CODICILLIS, quàm EPISTOLIS relicta ſibi, vel ſuis, ab his qui ſuperſtites liberos, vel proximos habent, non agniturum ſe Theodoſius M. profitetur: *l. vn.* de clauſula Codicillari; & quam vim habent, vid. *l. vlt. h. t.* IV. De FIDEICOMMISSIS vid. *l. vltimam, h. t. & l. 6. ſup. de denunciat.*

---

## I. *Imp. Conſtantinus" A. & Conſtans Cæſ. PF. V."

IN codicillis, quos teſtamentum non præcedit, ſicut in voluntatibus teſtamenti, ſeptem teſtium vel quinque interuentum non deeſſe oportet: ſic enim fiet, vt teſtantium ſucceſſiones" ſine aliquâ captione" ſeruentur. Si quando igitur teſtium numerus" defecerit, inſtrumentum" codicilli habeatur infirmum. ¶ Quod & in ceteris" voluntatibus placuit obſeruari. Dat. XI". Kal. Ian". Conſtantino" A. VII. & Conſtante Cæſ. COSS. [326.]

INTERPRETATIO. *Si quis non fecerit teſtamentum, ſed ad vicem teſtamenti fecerit codicillum, in quo codicillo legitima hæredis inſtitutio teneatur, & hunc ipſum eodem numero teſtium, hoc eſt, ſeptem aut quinque ſubſcriptionibus faciat confirmari, ſi minus quàm quinque, valere non poterit, ſicuti & cæteræ voluntates. Nam*, ſecundum Legem ſuperiorem † ſi condito teſtamento poſtea factus fuerit codicillus, & in eo alium quàm in teſtamento fecerat, hæredem voluerit nominare, in eo codicillo hæredis inſtitutio non valebit.*

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. de cauſis mox viderimus.
" *Conſtantio* malim hanc legem tribuere.
" PP. in *Cod. Til.*
" *Captio* hic eſt fraus, non ζημία, ſeu damnum.
" Ille ſeu ſuperior ſcilicet.
" *Inſtrumentum* codicilli *hîc*, & *l. ſi idem 7. Cod. de codicill.*
" Purà Epiſtolis: de quibus etiam *leg.* proximâ agetur.
" Al. v.
" Forte *Iun.*
" Malim *Conſtantio*, vt ita hæc lex referatur ad A. D. 354.
* Hoc amplius habet Interpres quàm quod in *ipſa lege* continetur.
† Vbi lex illa Conſtantini? Dicam mox. Hinc ſanè apparet, Codicem hunc imperfectum eſſe.

### COMMENTARIVS.

IN CODICILLIS & EPISTOLIS ab inteſtato factis, haud aliter atque in teſtamentis, ſeptem, vel quinque teſtes requiruntur ex *hâc conſtitutione.* CODICILLOS ſcilicet non ſemper teſtamentum præcedit (ſicut prima ſui origine inſpectâ, Codicillos præcedentis teſtamenti ἀναπλήρωσιν Theophilus vocauit: Moſcopulus verò διόρθωσιν) id eſt poſſunt etiam Codicilli ab inteſtato fieri, vt Interpres hæc verba rectè accepit: de quo videnda eſt quoque *lex 4. Cod. eod. tit. l.* 8. 13. §. 1. & *l. 16. ff. de iure Codicillorum,* & §. 1. *Inſtit. eod.* (quamquam Codicillos teſtamentum non præcedere dici poteſt, ſi ipſi teſtamentum præcedant.) Porrò quoties Codicillos teſtamentum non præcedit, toties vt valeant codicilli, ſeptem vel quinque teſtium numerum iis adhiberi oportet: ſicut in teſtamentis requiritur. Quia ſcilicet huiuſcemodi codicilli vicem teſtamenti obtinent, & ad vicem teſtamenti fiunt, vt Interpres loquitur: vel vt eleganter ... qui *lex 16. ff. de iure Codicillor.* ab inteſtato facti Codicilli vicem teſtamenti exhibent.

¶ Cæterùm obſcurum videtur hactenus, cur non certus & ſtatus teſtium numerus in teſtamentis & in Codicillis *hac l. & l. 3. inf.* requiratur, ſed ſub alternatiuâ, *ſeptem, vel quinque*: quod & ipſum circa *l. 2. Cod. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas,* quæri poteſt. Vbi Græci pariter in tabulis ſeu teſtamento exigunt ſeptem vel quinque teſtes, item in *Nouella* Leonis apud Harmenopulum *lib. 4. tit. 7.* περὶ μυστικῆς διαθήκης, in holographo teſtamento requiritur, παρουσίᾳ ἑπτὰ ἢ πέντε μαρτύρων: etſi à nonnullis editionibus ἢ πέντε, abſint. Sed & Papianus *lib... Reſponſorum tit. 45. Ciues Romani,* inquit, *teſtes adhibendi ſunt numero competenti, quinque aut ſeptem.* An igitur dicemus, quod in vrbe ſeptem teſtes requirerentur; ruri verò quinque ſufficerent, vt proditum eſt in *l. vlt. Cod. de teſtamentis?* An verò quod ex *Nouella Leon.* 42. hodie etiam in vrbe ſufficiant quinque teſtes? Non poſſunt hæ rationes eſſe ex iure nouiſſimo petitæ. Igitur Interpres rectè *ad l. 3. h. t.* id ita explicat: Septem videlicet teſtes requiri, exemplo teſtamenti iure Prætorio



confecti: Quinque verò, ex iure ciuili: Iure ciuili nempe quinque tantum teſtes requirebantur in teſtamento per æs & libram facto, vbi mancipatio interueniebat præter libripendem & familiæ emptorem: Prætorio verò iure, quo nulla mancipatio interueniebat, ſeptem requirebantur: quod vel prima iuris elementa §. 1. *de teſtam. ordi.* Vlpianus *tit.* 20. §. 2. Gaius apud Boëtium, & Priſcianum, vt & Theophilum commonſtrant. Ideóque etiam *in d. l. 3. inf. Quinque teſtium* tantummodo mentio fit. Vſide diſcere licet, ex *hâc* inquam *lege* & *d. l. 3 inf.* in arbitrio cuiuſcunque fuiſſe, vel quinque teſtibus adhibitis per æs & libram mancipatione facta teſtari: vel citra mancipationem ſeptem teſtibus adhibitis. Vt proinde ex his conſtet. Primò nondum Conſtantini, aut Conſtantij, imò nondum Arcadij (cuius eſt *d. lex 3. inf.*) temporibus, ius Ciuile & ius Prætorium in teſtamentis ordinandis in vnam conſonantiam coiiſſe. Secundò conſtat per æs & libram, atque in his Mancipationem nondum per Conſtantinum M. vel per Conſtantium abolita fuiſſe, ac proinde neque quinque teſtium numerum, qui in illis requirebatur: quod vtrumque Cuiacio tamen in mentem venit, *ad l. qui teſt. ...ff. qui teſtamenta facere poſſunt.* Eſt hic ſcil. ſolemnis inter alios Cuiacij error, non vno loco, *ad tit. qui teſt. facere poſſunt,* exiſtimantis teſtamenta per æs & libram à Conſtantino M. abolita fuiſſe, idque *l. quoniam 15. C. de teſtam.* Perperàm. Primò enim *d. lex 15.* non eſt Conſtantini M. verùm vt vel ex COSS. ſubſcriptis apparet, & ex *l. 21. C. de legatis,* quæ ei iungenda, eſt ea Conſtantij, quicquid Author vitæ Conſtantini *lib. 4. cap. 26.* ſimilem legem Conſtantino M. tribuat. Secundò *ea lege,* non teſtamenta per æs & libram, non ſolemnia eorum ſublata fuêre: quicquid eò trahat Cuiacius ea *illius legis* verba: *Ademptis his quorum imaginarius eſt vſus.* Nempe *eâ lege* ſcrupuloſæ & typicæ inaneſque hæredum inſtituendorum formulæ, quas peculiari titulo exequitur Vlpianus *in fragmentis, tit. 21.* ſublatæ fuêre, vt tota *lex* oſtendit; oſtendit quoque *d. lex 21.* vbi pariter vetus legatorum & fideicommiſſorum obſeruantia aboletur. Oſtendunt & Auctoris vitæ Conſtantini verba nempe ἀκριβολογία verborum ea lege ſublata fuit, vt τυχούσαις videlicet φωναῖς hæres deinceps inſtitui poſſet: ademptis his quorum imaginarius eſt vſus, ſcilicet imaginarius vſus eorum omnium dicitur, quæ non ſolidam rei veritatem, & ſic vbi de teſtamentis agitur, teſtatorum voluntatem reſpiciunt, verùm inanem verborum, non minus quàm rituum & cæterorum ſolemnium obſeruantiam ſpectant: hæc vis eſt vocis iſtius *Imaginarius.* Et verò, quod tertium *ex d. l. 3. inf.* eíque appoſita interpretatione liquidò apparet, poſt Conſtantinum M. ſub Arcadio adhuc quinque teſtium, & ſic teſtamentorum per æs & libram vſum perſtitiſſe. Quid igitur? Cùm poſt Arcadium *in libris Iuris ciuilis* ſeptem teſtium ſemper in teſtamentis requiſitorum mentionem fieri videam, iam *in Nouella conſtitutione* Theodoſij Iun. Arcadi Filij, nullam amplius quinque teſtium nullam teſtamenti per æs & libram: Theodoſij Iun. temporibus ius ciuile & ius Prætorium in teſtamentis ordinandis in vnam conſonantiam coiiſſe omnino exiſtimo atque teſtamenti per æs & libram vſum exoleuiſſe. Theodoſij inquam Iunioris, qui & cæteroquin veterum ſolennium & rituum pleraque abrogauit; vt videre eſt ex *l. vn. ſup. de omiſſa action. impetrat.* (vbi vide quæ dixi) *l. vlt. de dotib. l. ... de nuptiis.* Verùm teſtamentis paulo poſt per æs & libram abolitis, numerus Prætorio iure requiſitus in teſtamentis firmiter receptus fuit: in Codicillis, iure ciuili receptus: *l. vlt. de Codicillis.*

¶ Et hæc de ſolemnitate Codicillorum ab inteſtato factorum. Nunc de eorum vi & poteſtate: *Sic enim fiet,* inquit Imp. *vt teſtantium ſucceſſiones ſine aliqua captione ſeruentur*: quæ verba Interpres accipit de hæredis inſtitutione: Et ſic ex *hac lege,* hoc tempore codicillis ita ſolemniter ordinatis, nullo præcedente teſtamento, inſtitutiones quoque hæredum fieri potuiſſe non minùs quàm teſtamento. Mox idem ſubiicit ex *ſuperiore aliqua lege,* diuerſum eſſe, ſi codicillus poſt teſtamentum factus fuerit: tam enim alius hæres in codicillis inſtitui non poteſt, quàm qui in teſtamento inſtitutus fuit. Notandum igitur fuerit diſcrimen inter codicillos teſtamento iam condito factos, vtcunque ſeptem vel quinque teſtibus adhibitis, & inter codicillos ab inteſtato factos, iiſdem ſolennibus, quibus teſtamentum, ordinatos: priore ſcilicet caſu, codicillis hæres inſtitui non potuit, poſteriore potuit. Et illud quidem Interpres ſibi eruere ſe ait ex LEGE *quadam* SVPERIORE: quæ ſcilicet *hoc Codice* habebatur: Quod ego de ea Conſtantini M. conſtitutione accipiam, vnde deſumpta eſt famoſa *lex, ſi idem codicilli 7. Cod. de codicillis,* quæ data eſt Anno 332. In qua tamen (vt ea nunc habet) abſolutè *ſpecialiter codicillis inſtituendi poteſtas iuris authoritate data non eſſe* dicitur, addita ibi ratione; ſi idem Codicilli, quod Teſtamenta poſſunt, cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis ac poteſtas vnà ſociaſſet? Illud ſanè durum *hac l.* dici, *teſtantium ſucceſſiones ſeruari,* pro, *diſpoſitiones de ſucceſſione ſeruari.* Neque obſtat Conſtantini nomen *huic legi* inſcriptum, vt & ſubſcriptum, quæ ſuaderent *hanc leg.* datam A. 326. & ſic ad *d. leg. 7.* reſpici non potuiſſe, *hac lege* poſteriorem: Quia vt iam *in Notis* præmonui, *Conſtantij* hîc nomen reponendum, & ſic *hæc lex* ad Annum 354. referenda videtur. Et ſanè Anno 332. nullus alibi cum Conſtantino Cæſar inſcriptus, verùm cum Conſtantio eo Anno 354. Tandem ideo *hæc lex* abeſt à *Cod. Iuſtin.* prælatáque *d. lex 7.* ... ia abſolutè hæredis inſtituendi ius *Codicillis* denegatum voluit Iuſtinianus.

---

## II. *Imppp. Valent. THEOD." & Arcad. AAA. Proculo P. V."

QVæ Codicillis aut Epiſtolis", Nobis Neceſſitudinibúſve" noſtris relinquuntur, non admittimus: Sit ille vſus inter priuatos ratus. Et ſanè" hoc loco" præbemus* licentiam, vt ciuiliter, ſiue criminaliter, vt actor elegerit, ſuper prolatâ" Epiſtolâ requiratur, & incumbat probatio" ei penitùs, qui ſcripturam obtulerit". Cæterùm, quod ad Nos Noſtróſque attinet, Codicillos & Epiſtolas adeò refutamus, vt ex illis, etiamſi veras eas eſſe Quæſtionum regula" approbarit, quicqid Nobis relictum, Noſtríſve conſtiterit, ad libros defuncti: vel ſi

ſi hij non ſint, ad proximum quenque iudicij noſtri humanitate pertineat. ¶ Teſtamenti verò ſcripturam legitimam, vel nuncupationem, quæ in Nomen" noſtrum forte proceſſerit, iure capiemus: Nec in eâ re diſtare ius noſtrum à priuatis hæredibus profitemur. PP." Mediol. x." Kal. Feb. Timaſio & Promoto COSS. [389.]

INTERPRETATIO. *Si quis moriens, Principi, vel propinquis, vel amicis eius aliquid per Codicillum, aut per Epiſtolam crediderit relinquendum, pietatis" intuitu id præcipit non valere: Sed ſi quid tali modo priuatis fuerit derelictum, & de talibus chartulis" orta fuerit fortaſſe contentio, in Iudicis diſcuſſione conſiſtat, vtrum poſſit ſcriptura prolata iure ſubſiſtere. Cæterum Principi, vel eius proximis, quicquid teſtamento aut nuncupatione dimittitur, hoc ſibi legibus valere permittitur.*

## NOTÆ.

* Abeſt *hæc lex* à Cod. Iuſtin. potiſſima ſui parte, de ratione mox viderimus. Memorat & commendat eam Symmachus *lib. 2. ep. 13.*
" *Theodoſio* hæc *lex* tribuenda eſt; mox vt oſtendam.
" *Proculus* P. V. Conſtantinop. vide *Proſopogr.*
" Epiſtolæ hæ ſunt fideicommiſſariæ (de quibus vid. *leg. cùm quis decedens 37. §. patet, ff. de legat. 3.* Eædémque indicantur *ſiue ſuperioris legis*) vid. locum Symmachi, *infr.*
" De hac *Neceſſitudinis* voce, mox.
" Et tamen adhuc.
* *Lex vlt. Cod. ad leg. Cornel. de falſis*, hinc deſumpta eſt. De hoc verò dicam *ad leg. 4. infr. de fid. teſt.*
" *Super prolatis Codicillis, vel aliis inſtrumentis*: Ita Cod. Iuſt.
" *Fidei inſtrumenti*, hoc à Triboniano additum.
" *Deinde ei, qui ſtricta inſtantia falſum arguere paratus ſit*: Et hoc Tribonianus addidit: De quo vide & *l. 2. inf. ad leg. Cornel. de falſo. & l. 4. infr. de fide teſt. & inſtr.* vbi dicam.
" Quæſtionum regula.
" Id eſt, quà nobis aliquid relictum fuerit. Ita Principes loqui amant, *Nomen* ſuum pro ſeipſis vſurpant: vt *in l. vn. infr. ſi quis Imperat. maledixerit.*
" Ita manuſcripti omnes habent, ſolus Iuſtinianeus *Dat.* rectè. Erat quippe Theodoſius hoc tempore *Mediolani*: vide Chronologiam.
" *Pietatis intuitum* vocat Interpres humanitatis rationem.
" *Chartula* vox huius æui propria, vide & *l. prox.* quæ dixi *in Prolegomenis & in Indice harum Interpretationum.*

## COMMENTARIVS.

CODICILLIS & EPISTOLIS, fideicommiſſariis, etſi veris comprobatis, etiam per Quæſtiones, ſibi tamen ſuiſque neceſſitudinibus relicta Theodoſ. M. *h. l.* repudiat: liberíſque defuncti; vel his non exiſtentibus, proximis condonat: vbi *Neceſſitudinum* appellatione intelligit vxorem *Flacillam*: liberos item, putà Bellam & Placidiam, Arcadium, & Honorium: id enim Neceſſitudinum appellatione intelligit Theodoſius *hac l.* non etiam de libertis & ſeruis, quod coniiciebat P. Pythœus ad *tit. 9. collat. leg. Moſaic.* non de amicis Principis: quod Interpres habet quoque. In quo ciuilis atque humaniſſimi Principis exemplum elucet, qui tantùm abeſt ſupra leges ſeſe efferat, vt contra leges ſibi ipſi dicat, quas priuatis remittit; cùm & aliter olim hac parte obſeruaretur; quod docet *lex, cum heredes 7. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. & l. 1. in princ. ff. de iur. fiſc.* Quas leges Iuſtinianus, hâc ſuppreſsâ, probauit & prætulit. Ratio in aperto eſt; quia fiſci locupletandi magis appetens Iuſtinianus fuit quàm Theodoſius (de Theodoſio quoque fidem facit *lex 1. Cod. ad ſecundas nuptias.*) ideóque ei magis placuit contraria lex, & anterior; putà *d. lex 7. & d. lex 1.* Verùm ad Theodoſium eíque ſimiles Principes reuertamur. Non communi ſcilicet tantùm iure boni Principes amant, in argumento nominatim de teſtamentis, vt docet *lex 7. C. qui teſtam.* (quale eſt illud quod neque ex imperfecto teſtamento quicquam ſibi vindicent, *l. ex imperfecto, ff. de legatis 3. & l. ex imperfecto. 3. C. de teſtamentis*: neque ex nuda pollicitatione aut iactantia, *l. vlt. ff. qui teſtamenta*:) verùm etiam adſtrictiore ſæpè lege ſeu conditione viuunt. Conſtantinus certè eleganter de ſe *l. 2. inf. de Aduocato fiſci, Potior apud nos priuatorum cauſa eſt, quàm fiſci tutela.* Tale illud Plinij: *Fiſci malam cauſam nunquam eſſe niſi ſub bono Principe.* Et Capitolinus de Marco Antonino ſcribit, eum *fiſco in cauſis compendij iudicantem nunquam fauiſſe.* Simile igitur quid vides in ſpecie *huius legis.* Ita ex ignoti teſtamento Auguſtus, Tiberius, & Adrianus nil cepêre, teſte Tacito, *lib. 5.* & Spartiano. Omitto *l. nolumus infr.* & ſimilia hîc complurima, ſed omnibus obuia.

¶ Cæterùm ideò Theodoſius M. codicillis vel Epiſtolis relicta ſibi repudiat, quod minus ſolemnis hæc ſcriptura ſit, & in quâ facilè falſum admitti poteſt: & quia poteſt, etiamſi reuera appareant per Quæſtiones relicta, tamen hæc repudiet: Quæ ratio & extenſio hîc notanda eſt. Suſpecta igitur compendia iſta, (vt Symmachus loquitur) Theodoſius *h. l.* recuſat. At non etiam in quibus fraudi & ſuſpicioni locus non eſt, puta quæ Teſtamentis ſolemnibus relicta ei ſunt. Falſi quippe occaſio maior in illis, quàm in his eſt: & hac parte communi iure vtitur Princeps. ¶ Sed nunc de *hac lege*, Symmachum ipſum ſcribentem, eámque miris modis commendantem audiamus, *lib. 2. Epiſt. 13.* quam ſcripſit ad Flauianum PP. [Illyrici & Italiæ] *Cùm ciuiles & bellicas laudes Domini noſtri* THEODOSII *ſtyli honore percurrerem (magis enim contigiſſe me omnia* (vel omnium capita) *quàm ſatisfeciſſe ſingulas fateor, etiam* LEGES *eius bonis pacis admiſcui, quas vt noueram priſcis ademiſſe admirationem, ita reſeruaſſe nouis parem gloriam non putabam. Verùm hæc recens ſanctio, de fideicommiſſis & codicillorum commodis ab Optimo Principe æternùm repudiatis, tantùm claritudine egreditur lucem ſuperiorum, quantum auguſtius eſt, Regenti ſibi quàm ſubditis modum ponere. Atque vtinam priuata auaritia mentem Latoris intelligat, & mores de Legibus trahat. Neque enim latet, quid ſponte cæteros velit facere, qui ſuſpecta compendia primus exhorruit. Ego certè vereor, ne improborum ſitis ad rem exiſtimet pertinere quæſtum caducum, ſitque innocentium cauſa deterior, ſi ad eos tantum* FALSI

(vides



(vides etiam quomodo Symmachus *hanc leg.* imitatur) *redeat occaſio, qui neque lege, neque pudore cohibentur. Ergò quia Dominorum conditio reſtrictior eſt, priuatis cupiditatibus medicina Iuris occurrat. Frigent iamdiu apud homines criminoſos vetera decreta, quorum vigor cum latoribus ſuis occidit. Tantum denuò legibus ſeueritatis addendum eſt, quantum flagitia creuerint. Alioquin ſi maioris partis deſeritur emendatio; fruſtra ſe aſperis ſanctionibus ſolus Imperator adſtrinxit, qui ſemper bonus & integer moribus fuit.*

¶ Ergo Theodoſij mens eſt, vt ne Princeps ex Codicillis aut Epiſtolis quidquam capiat, cupiditati ſuæ, ſuorúmque ita modum imponens; quod vtique ſpecimen eſt animi continentis, ſibi negare quod aliis deferat, vt Symmachus in aliâ re, *lib. 10. ep. 20.* priuatorum quoque cupiditati quadamtenùs modum ponit. Nam vt maximè Codicillorum & epiſtolarum vſum inter priuatos ratum eſſe velit, id eſt, priuato permittat capere his relicta; attamen ſi de fide eius ſcripturæ lis ſit, ſiue ciuilis, ſiue criminalis (vt de falſo vtronis modo agi poteſt) probationem ei incumbere vult veritatis, qui ſcripturam profert, ſeu ex ea compendium quærit; cùm aliàs & pro ſcripturâ interim præſumatur, & actoris ſit falſi probationem præſtare: & ſi quando à reo probationes in quæſtione falſi exigantur, vt *in l. 4. & 5. infr. de fide teſtium. l. 2. infr. ad leg. Cornel. de falſis*, attamen non ita exiguntur, vt vel primitùs, vt in *h. l.* vel ſolus reus probationes præſtet. ¶ Poſtremo capite ſeu ſententia *huiu l.* Theodoſius iam ſeſe priuatis æquat, qui primo capite ſibi negauerat, quod priuatis defert; capiendi ſcilicet ius ex legitimo teſtamento, ſiue ſcripto, ſiue nuncupatino ſibi vindicans.

---

### III. *Impp. ARCAD. & Honor. AA. Æternali Proc. Aſiæ."

TESTAMENTVM non ideò infirmari debebit, quod diuerſis hoc deficiens *nominibus* appellauit; cùm *Superflua non noceant: Prætermiſſa namque" neceſſaria, non abundans cautela, vel contractus imminuit, vel teſtatoris officit voluntati.* ¶ 1. Nec patimur fidem conditi arbitrij ob hoc debere" conuelli, ſi aut maiorem in principio Signatorum" aut minorem, aut nullum numerum conditor ſuæ prædixerit" voluntati, cùm quinque huic" non ignari ſubſcripſerint teſtamento: licet non eiſdem ſeries" fuerit recenſita; ſed his qui extremum diſponit arbitrium obſignandum porrexerit teſtamentum: 2. Nec enim nouum" promulgamus, ſed Diui Conſtantini ſanctionem, & Inclytæ recordationis ſententiam Patris Serenitatis noſtræ, noſtráque ſuper huiuſmodi, causâ, quæ ſunt ex antiquioribus propagata, ſecuti decreta, ſtatuimus, iis qui extremas ordinant voluntates, hæc eſſe ſeruanda, vt & præſentes videant ſubſcriptores, & ij cur venerint non ignorent, etiam ſi iiſdem ſcripturæ continentia" non fuerit intimata: 3. Nec ſi quid ex munificentiâ morientis fuerint conſecuti, infructuoſum ſubſcribentes facient teſtamentum; cùm hoc auctorem prudentiſſimum Iuriſconſultorem" non ſit ambiguum Scæuolam" comprobaſſe. Dat. XII. Kal. April. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. [369.]

INTERPRETATIO". *Si moriens, cùm ſcribit aut dictat* chartulam *teſtamenti, prætermiſerit forſitan, vt vocabulum poneret, aut ciuilis, id eſt, quod* V. *teſtium, aut prætorij iuris, quod* VII. *teſtium erit ſubſcriptione firmandum; unde ſi maiorem, vel minorem teſtium numerum ſe teſtator in principio dixerit euocaſſe, vſque ad quinque ſubſcriptorum numerum, etiamſi non relegant teſtamentum, valere permiſſum eſt, ita vt ſicut numerus minor impedit voluntatem, ſic quicquid ſuperfuerit, non noceat teſtamento: quia & Lex ipſa conſtituit*, quod ſuperflua iuri impedire non debeant. *Hoc etiam obſeruandum, vt teſtator ſignandum teſtibus offerat teſtamentum, nec ideò habeatur infirmum, ſi alicui de ſubſcriptoribus teſtator aliquid legati nomine derelinquit.*

## NOTÆ.

* Prior *huius legis* pars conjecta eſt *in leg. 17. Cod. eod. tit.* Cæteræ à Triboniano reſecatæ. Cæterum coniungenda *huic* eſt *lex cogi penult. inf. de fide teſtium*: ſeu *lex cogi 11. C. de petit. hæredit.*
" *Æternalis* P. C. Aſiæ. v. Proſop.
" Sententia hæc vt manifeſtior eſſet, à Triboniano tranſmutata fuit: eſt enim hæc intricatior.
" *Signatores* infra, *ſubſcriptores*, ſunt teſtes, vide Suetonium *Octauio, cap. 33.* & Iuuenalem *Satyra 1. verſ. 67.* & *Satyra 10. v. 136.* & Symmachum *lib. 10. ep. 55.*
" *Conditor*, id eſt, teſtator.
" *Edicendi* verbo eodem ſenſu vtitur *l. cogi penult. infr. de fide teſt.* quæ *huic* coniungenda.
" Vide quæ ſcripſi *ad l. ſuperior.*
" Id eſt, (vt mox dicitur) qui cur venerint, non ignorent.
" *Series* teſtamenti, mox *continentia* vocatur: de hac voce vide *Gloſſar.*
" *Nouitatis inuidiam* à ſe Principes amoliri ſolent, & affectant videri iuris antiqui reparatores potius, quàm noui Authores: vide de M. Antonio, Capitolinum.
† Non extat hæc *Conſtantini* ſanctio, vt nec Theodoſij M. quæ ſequentibus verbis indicatur. Non dubito tamen Conſtantinianei Edicti partem videri *legem milites, 15 Cod. de teſtam. militis.* Hîc interim exemplum veteris ſanctionis in alterius nomen tranſeuntis, notat Fornerius *1. Quotid. 17.*
" *Continentia* eſt ſeries, vt paulò ante quoque vocatur, ſeu tenor περιοχὴ *in Gloſſis* Philoxeni. *le Contenu*: ita continentia venditionis *in l. 29 in fin. inf. de petitionibus.* Alio ſenſu, Edicti continentia, *l. 11. Cod. de liberali cauſa*: Continentia cauſæ, *l. 2. ſup. de Iudiciis.*
"*Scæuolam* Iuriſconſultum, Authorem prudentiſſimum Arcadius *h. l.* vocat: magnum pariter eius ingenium laudat Claudius Saturninus *in l. 109. ff. de condition. & demonſtrationib.* Modeſtinus *in l. 13. §. 2. ff. de excuſationib* eun-

dem & Paulum & Vlpianum Κορυφαίυς τῶν νομικῶν vocat. Sed & Capitolinus, M. Antonium Imperatorem eo præcipuè Iuriſpecito vſum ſcribit. *Habuit*, inquit, *ſecum Præfectos, quorum & authoritate & periculo ſemper iura dictauit, vſus autem eſt Scæuola præcipuè Iuriſperito.* Euiſdem diſcipuli fuerunt Papianus, quod Spartianus teſtatur, & Paulus, & Triphoninus, qui ideo *ſuum* vocare ſolent. Et certè prudentiſſimi omnium Senatuſconſultorum fuerunt *Scæuola, & Papinianus.* Cæterum hoc *Scæuolæ* reſponſum nullibi relatum eſt in: *Digeſtis* ius ipſum tamen relatum & probatum aliis Iuris Authoribus, putà *in l. 20. in pr. ff qui teſtamenta facere: & in l. ſi quis ita 14. ff. de rebus dubiis.*

## COMMENTARIVS.

TESTAMENTORVM firmitati ſeu robori, conſulit *hâc conſtitutione* Arcadius Imp. variis videlicet capitibus. ¶ Primum, (quod vnicum in Codicem Iuſtinianeum relatum eſt) ſtatuitur, etſi nominibus diuerſis teſtamentum ſuum teſtator appellauerit, nihilominus teſtamenti iure id valere. Quod quidem *Interpretatio* non explicat hîc: verùm horum verborum hic ſenſus eſt. Si teſtator vel Notarius imperitus poſtremam voluntatem aliquam *Codicillum* quoque vocauerit, & fortè ſtatim initiò teſtamenti ita edixerit: *Ego Lucius Titius hos meos Codicillos condidi*: non ideò minus iure teſtamenti valere & cenſeri, ſi modò in eo adhibita fuerint teſtamentorum ſolemnia. Et ideo huiuſmodi voluntate (quam Codicillorum quoque nomine deſignauit) hæreditas nihilominus relicta, vel ademptа valebit: de quo alioquin expreſſum allegatur Senatus Sabaudici decretum: Cod. Fabr. *tit. de teſtam. def.* 1. Neque aliò pertinet, quod dicitur *l.* 14. *C. de Codicillis*, non Codicillum, ſed teſtamentum teſtatorem facere voluiſſe, euidenter probare factam inſtitutionem & exhæredationem. Nam etſi teſtator diuerſa hæc nomina vſurpauerit, teſtamenti, & codicillorum, quorum, vt nomina, ita iura diuerſa ſunt: *l. 7. Cod. de Codicill.* dummodo ſolemnia iuris obſeruauerit, teſtamenti iure nihilominus valebit. Plerique ſcilicet teſtatorum ita timidi erant hâc tempeſtate, vt quia exactam à ſe iuris diligentiam in teſtamentis ordinandis obſeruari poſſe deſperabant, aliis atque aliis voluntatem ſuam nominibus indigetarent (imò clauſulam eodem fine quandoque adhiberent *valeat iure Codicillorum, &c.*) Quò pertinet inter alia quoque inſignis illa teſtatoris præfatio in *l. penult. §. vlt. ff. de legatis 2. Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi, ſine vllo Iuriſperito, rationem animi mei potiùs ſecutus, quàm nimiam & miſeram diligentiam: & ſi minus aliquid legitimè minúſve peritè fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas.* Superflua igitur hæc cautio, vel abundans cautela, nocere non debet: neque ritè factam hæredis inſtitutionem infirmare. Quæ Regula, vt in contractibus, ita & in teſtamentis obtinet: vt *h. l.* dicitur. Eáque protrita eſt. Paulus 3. *ſent.* 4. §. 10. *Plures quàm ſeptem ad teſtamentum adhibiti teſtes non nocent.* Superflua enim facta prodeſſe iuri tantùm, nocere non poſſunt. Vlpianus *l. 94. de R. I. Non ſolent quæ abundant vitiare ſcripturas.* Eodem pertinet quod ait Paulus. *Non mutat ſubſtantiam rerum, non neceſſaria verborum multiplicatio.* Imò adeò protrita, vt etiam Auguſtinus *de ciuitate Dei, cap.* 27. ſcribat à Iuriſperitis dici, *ſuperflua non nocere.* Et hæc de *Nomine* minùs proprio quo vltimam voluntatem ſuam teſtator deſignauit.

Secundò pariter etſi Teſtium *Numerum*, initio teſtamenti teſtator, vel nullum, vel maiorem, vel minorem, quàm reuerà adhibuit, prædixerit, dummodò legitimum adhibuerit, nihilominus valet. Veluti ſi teſtator initio ſeu præfatione teſtamenti ſui dixerit: *Ego L. Titius hoc teſtamentum condidi præſentibus his & illis teſtibus*, quorum numerus legis modum excedit: veluti ſi (quod poſt alios Ranchinus 7. *var.* 9. quoque notat) quis ab initio dixerit ſe velle ſeptem teſtibus adhibitis teſtari (id eſt, iure Prætorio vt oſtenſum eſt *l. 1. ſup.*) ſi tamen quinque adhibuerit, qui iure ciuili ſufficiunt, vt hæc lex docet, nihilominus valet teſtamentum. ¶ Ex his interim apparet, duo hæc capita in præfatione teſtamenti plerumque inſeri ſolita. Primum, quodnam genus voluntatis vltimæ conditurus, quis eſſet, teſtamentum, an Codicillum, an Epiſtolam: de quo etiam aliquid dixi *ad l. 1. ſup. de familia hercisc.* Secundò, quot numero teſtes adhibiturus foret, quod his verbis ſignificatur. *Si in* PRINCIPIO *ſignatorum numerum conditor ſuæ* PRÆDIXERIT *voluntati.* Sic igitur concludatur. Præfationes has neque de voluntatis ſubſtantia eſſe, & teſtatorem ab iis facto ipſo, dummodo legi ſatisfaciat, recedere poſſe: neque eo minus huiuſmodi teſtamenta valere, etſi ſibi maiorem cautelam quàm quæ *lege* requiritur, impoſuiſſe teſtator videatur. Quod eleganter multis caſibus aptari poteſt. De quibus conſulas velim placita Louetij *lit. T. num.* 9. eiúſque interpretem *p.* 1092. 1093. vid. interim elegantes caſus tres *in l. Diuus 6. §. licet, ff. de iure Codicill. l. 3. ff. de teſtam. milit. l. 2. ff. de hæredib. inſtit.* Hactenus de ſuperfluis, quæ in teſtamentis vt non ſpectari, ita nec nocere vult Arcadius.

¶ Tertium caput ſequitur de iis quæ *neceſſariò ſpectanda*, ſoláque requiſita circa Teſtes: Idque iuxta anteriores Conſtantini M. Theodoſij M. immò & ſuaſmet ipſius Arcadij conſtitutiones. Vnde quidam colligebat ante Conſtantinum & omni tempore commendatam fuiſſe liberam teſtandi & hæredis inſtituendi facultatem. Perperam omninò: Eſt enim hic locus propriè de Requiſitis circa teſtes. Primùm *Quinque* ſaltem teſtes in vltimis voluntatibus requiri, de quo dictum fuit *ad l. 1. huius tit.* Secundò, *rogatos* teſtes eſſe oportere: & vt hæc lex loquitur, non ignaros cur venerint: quod notum eſt. Tertiò à teſtatore teſtes præſentes videri debere. Quartò (quod præcipuum hîc videtur, magnóque ambitu adſtruitur) nil neceſſe eſſe teſtibus *ſeriem* vel continentiam teſtamenti innoteſcere, poteſt enim myſticum eſſe teſtamentum: vid. *l. 20. in fin. ff. qui teſt. facere*: de quo elegans & expreſſa eſt Theodoſij Nouella *de teſtamentis* 9. quæque ex eâ deſumpta eſt *l. hac Conſultiſſ. Cod. de teſt.* vid. & Plinium *lib. 2. ep. vlt.* Sueton. *Nerone cap.* 7. *l. Sibinæ ff. de iniuſto, rupto*: Id quod etiam oſtendit formula teſtationis ſeu rogandorum teſtium apud Vlpianum, *tit. de teſtam.* 20. Quintò igitur ſufficit teſtatorem teſtibus obſignandum porrigere teſtamentum hac fermè formula. *Lucius Titius hoc teſtamentum ſcripſi. Rogo vos Quirites vt veſtris ſignis obſignetis, nomináque veſtra ſubſcribatis.* ¶ Denique teſtibus eodem teſtamento legari poſſe authoritate Scæuolæ ſtatuitur. Quod ius etſi controuerſum aliquo modo fuerit, fermè tamen ita obtinuit. Certè Trebatij hæc quoque ſub Auguſto ſententia fuit; vt apparet ex *l. 14. ff. de rebus dubiis.* Sub Nerone quoque id obtinuiſſe ex iis quæ Suetonius ſcribit, *in Nerone, cap.* 16. conſtat. Item ſub Traiano, ex Plinij *Epiſtola vlt. lib.* 2. ſub D. Marco pariter Scæuolæ præiudicium quod hic laudatur, ſuadet. Sub Valentiniano Iun. & Theodoſio M. teſtis
eſt



eſt Symmachus P. V. A. D. 384. 385. *lib. 10. ep.* 55. vbi & rationes huius iuris æquitatémque commendat, atque ita à ſe iudicatum ſcribit: *Cum teſtamenti*, inquit, *iure confecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis obiecta eſt, quòd ſignatores neſcio quid legati ex eadem voluntate cœpiſſent. Adduntur etiam ſcripta Diualia, quibus adſtipulatio cuiuſdam remota eſt, qui ſuam iuuiſſe cauſam teſtimonio diceretur: Quaſi verò, ſimile eſſet exemplum, vt tenuis honor, quo ſubſcriptores ob amicitiam defunctus aſperſerat, legitimum poſſet abolere iudicium. Nam ſi his legibus viueremus, inimicis ſignatoribus tutius vteremur, quorum offenſa nihil de teſtatore humanitatis exigeret. Piget dicere, in quinque numero ſolidos potiſſimum ſubſcriptoris fuiſſe legatum. Cæteris enim magis commemoratio honeſta quàm pecuniæ quæſtus acceſſit. Ergò aut extremæ paupertatis ſucceſſio fuit, ſi putatur exiguus honor fidem legitimi iudicij ſauciaſſe: aut ſi cenſus hæreditarius exiſtimatur vberior, aliena eſt à ſuſpicionibus breuis ſumma legati. Quis non familiariſſimum quemque ſignandis adhibet, cùm extrema conduntur? Iam quid mirum eſt ſi in oculis poſitus mereatur aliquod monumentum religionis, qui meruit aduocari. Non fero ſignatorem, cui pars bonorum magna defertur: nam etſi integra conſcientia, non tamen ſincero pudore ditatur. At verò hæc leuia pignora aut amoris gratia, aut teſtatoris verecundia relinquuntur. Nihil huic religioni* NOVIS LEGIBVS *derogatum eſt, manet iſte vſus, & nobis iura ſeruantibus ſemper manebit. Vnus & ſolus poſt humanam memoriam Rationalis emerſit, qui exemplum nouæ iudicationis induceret.* Cæterum iungenda huic l. eſt *lex cogi, penult. infr. de fide teſtium*, ſeu *lex cogi* 11. *C. de petit. hæredit.* quæ & ipſa eſt de Probationum neceſſitate, petitori incumbente, poſſeſſori remiſſa: quam vtique ſi velit poſſeſſor & *ſuperfluò*, in ſe ſuſcipere poteſt. Item eſt de *editione* in primordio litis, vt hæc de edictione, ſeu prædictione, in primordio teſtamenti. Denique coniunctis his duabus ita legibus, videtur Arcadius pleniſſimè Conſtitutione hâc ſuâ ad Proconſulem Aſiæ Æternalem emiſſa, *Teſtationum* iura fundatum iuiſſe. Quod vtique hîc ſummopere notandum venit.

---

## ¶ *De* APERIENDO *teſtamento Conſtantinopoli apud Cenſuales.*

IIII. * Iidem AA. Africano PF. V."

TESTAMENTA omnium", cæteráque" quæ apud Officium Cenſuale publicari" ſolent, in eodem" referentur": Nec vſquam" permittatur fieri vlla tranſlatio: *Mos* namque *retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis*; quem ſi quis in hac Vrbe" voluerit immutare, irritam mortuorum videri faciet voluntatem. Dat. VI. Kal. Octob. Conſtantinopoli, Cæſario & Attico COSS. [397.]

INTERPRETATIO.* *Teſtamenta omnia, vel reliquas ſcripturas, apud Cenſuales in vrbe Roma" voluit publicari (hoc eſt, vt in reliquis regionibus apud Curiæ" viros teſtamenta, vel quæcunque ſcripturæ actis firmari ſolent, geſtorum allegatione muniantur.) Si" vero mortuorum voluntates actis reſeratæ non fuerint, non valebunt.*

## NOTÆ.

* Lex Teſtamenta 18. *C. eod. tit.* Meminit *huius l.* Iuſtinus Imp. *in l. Conſulta diualia* 23. *C. eod. tit.* Ad hanc *leg.* vide Contium 2. *ſubſiciu.* 16.

" *Africanus* P. V. Conſtantinopol. ſcil. ſub Arcadio A. D. 395 396 & 397. vide *Ind. Perſ.*

" *Præfecto Vrbi* cur hæc lex inſcribatur, mox dicam.

" *Omnia*, in Cod. Iuſt. *Omnium*, id eſt, quamlibet in Prouinciis remotis hæredes habentium: quamlibet in dignitate conſtitutorum.

" Veluti, donationes.

" *Publicari*, mox *reſerari*, ſi bene habet hæc vox.

" *Loco* additum à Triboniano: quo nil opus erat: *in eodem*, Officio ſcil. Cenſuali. Ita quoque *l. 18. infr. de Paganis*, depoſitis ſub efficio idolis.

" *Reſeruentur*: in Cod. Iuſt. de quo mox: vide Contium 2. *ſubſic.* 16.

" *Vſquam*, hîc eſt ad quodcunque aliud officium.

" Elegans ſententia, cui ſimiles occurrunt innumeræ: habet nonnullas inf. *in l. vnic. de longa conſuetud.*

" Conſtantinopolitana, vt vel ex ſubſcriptione diſcimus, vide plura, *in Proſopogr.*

* Inepta.

" Imo, in ſpecie *huius l.* in vrbe Conſtantinopolitanâ, vt iam dixi.

" Illud, ex ſæculi ſui vſu Interpres: ſic etiam apud Marculphum, *lib. 2. cap.* 37. pariter vt *ad l. 1. & 6. inf. de donat.* in eadem re, de quo *in Prolegom.* Quare Contium non audio, Interpretem ideò reprehendentem: multo minùs coniicientem, hoc ipſum expreſſum fuiſſe in integra conſtitutione.

## COMMENTARIVS.

DE APERTVRA teſtamenti eſt hæc Arcadij Imp. Conſtitutio; qua APERIRI, ſeu Reſerari, Recitari, Legi, teſtamenta, in vrbe Conſtantinopolitanâ iubet apud Officium Cenſuale; in Vrbe, inquam Conſtantinopolitanâ; eſt enim, ſeruatâ hiſtoricâ veritate, hæc lex *Arcadij*, & ſic ad vrbem Conſtantinop. ea propriè pertinet, non verò ad vrbem Romam, quod Interpres, & Cuiacius *ad hanc l.* voluêre; etſi idem ius ad hanc quoque porrigi poſſit, & debeat; *Reſerari*, inquam, vt hic legitur, pro quo habent quidam Codices Iuſtinianei, vbi hæc lex poſita eſt, *in l. teſtamenta* 18. *eod. tit. reſeruari*, quod Contius hinc quoque iam rectè emendauit, *lib. 2. ſubciſiu. cap.* 16. & certè Interpres etiam hic *infr.* Reſerandi vocem retinuit, & Iuſtinus Imperator, *in l. Conſulta Diualia* 23. *Cod. eod. tit.* (cuius pars quoque poſita eſt *in l. repetita* 42. *Cod. de Epiſcopis, & Cler.*) vbi hanc *leg.* confirmat;

non tantum *intimandi*, & *inſinuandi* vocibus vtitur, ſed & *Aperiendi. Conſulta*, inquit, *Diualia, quibus conſultè proſpectum eſt, ne voluntates vltimæ, & in hâc Regiâ vrbe confectæ apud alium* APERIRI *poſſint, quàm apud V. C. pro tempore cenſus Magiſtrum.* Et tamen *reſeruandi*, vox hic defendi quoque poſſit, eodem fermè ſenſu, retento publicationem teſtamenti, & cæterorum, iam olim priſco more, apud Cenſuales fieri ſolitam, iiſdem reſeruandam eſſe, neque ad alios transferendam: Nempè, coram Magiſtro cenſus, de quo alioquin ad *l. 8. de donat.* vt & de officio cenſuali Vrbis Romæ, & Conſt. ad *l. 5. inf. de Senatoribus*, vt in Vrbe Româ, ita & Conſtantinopoli, fieri ſolitæ inſinuationes, ſeu publicationes, reſerationes, lectiones, vt teſtamentorum, ita & cæterorum actuum, quod hæc lex oſtendit, veluti donationum, *l. 8. inf. de donationibus, & l. 30. Cod. eod. & 32.* Aliique actus in Senatu ab his fiebant: de quo vid. *l. 5. de Princip. Agentum.* Quomodo & ſtudioſi Romæ ſtudiorum causâ verſantes, apud eundem nomina ſua profitebantur, *l. 1. inf. de ſtudiis liber. V. R.* ¶ Videtur autem hæc lex tota accipienda de publicatione, ſeu aperturâ, & recitatione teſtamenti poſt mortem teſtatoris, vt extrema *legis* oſtendunt. Atque ita *publicandi* vox, eodem ſenſu accipienda quo *reſerandi*. In eadem re Symmachus, 10. *ep. 15. cùm teſtamenti iure confecti fidem Recitatio publicaret*; ſic *l. 2. C. de teſtam. publicati ſemel teſtamenti fides*: vt proindè ſenſus ſit, apud idem officium publicari, ſeu recitari oportere teſtamenta, apud quod olim, ſeu ab antiquo erat. Alioquin, quod neque ab *hâ leg.* alienum eſt, (de quo ſub finem) ipſe teſtator quandoque apud geſta ſuum teſtamentum publicabat, id eſt, apud acta cuiuſcumque magiſtratus, qui ius Actorum conficiendorum habebat; ſeu teſtamentum facere poterat, vt & apud Principis Conſiſtorium; quæ formæ teſtandi exprimuntur, in famosâ *l. omnium 19. verſ. ſicut, Cod. eodem tit.* & in Nouellâ Valentiniani 4 *de teſtam. in l. 1.* Idem &, quæ tertia publicandi teſtamenti ſpecies eſt, teſtator *aliquando* teſtamentum ſuum alibi conditum apud Acta publicabat, deponebat: quò pertinere videtur *lex 2. Cod. eod. tit.* Vel per alium publicari, deponi iubebat; quam in rem extat formula apud Marculphum 2. *form. 37.* Atque ita interim obiter hæ tres publicandi teſtamenti ſpecies, notandæ & diſtinguendæ ſunt. Et duæ poſteriores quidem ab ipſomet teſtatore. At prior de qua eſt hæc lex, cùm aperiretur, recitaretur teſtamentum mortui, vbi vbi conditum. ¶ Ergo vt cætera, ita & teſtamenta apud Officium cenſuale publicari, reſerari iubet, *hâc l.* Arcadius: *apud Officium cenſuale*, ſeu in officio cenſuali reſerari, id eſt apud Acta Magiſtri cenſus: ſic apud officium deponi, *l. 7. in fin. π. qui ſatiſdare.* Contrà, vetat Arcadius *h. l. Tranſlationem vllam vſquam* fieri permitti, id eſt, publicationem hanc, & reſerationem apud alios fieri: id enim eſt, *tranſlationem fieri*; Non verò de vno loco in locum transferre, ſeu ab vnâ vrbe ad aliam; de quo alioquin eſt *lex 2. Cod. quemad. teſt. aper.* Neque etiam, quod Contius voluit, clàm, & in priuatis cuiuſque ædibus aperiri: veluti de prouinciâ in vrbem, vel ex vrbe in prouinciam; quomodò fortè Tribonianus *hanc l.* accipi voluerit: verùm ab vno Officio & magiſtratu, ad alium: nempè in eâdem vrbe nonnulli confecti teſtamenti (vt diſertè ait Iuſtinus, *d. l. 23.*) publicationem, reſerationem ſibi vindicabant. Sic ſanè inſinuandorum, & reſerandorum teſtamentorum Conſtantinopoli ſibi ius aliquando vindicauêre alij Iudices aliorum Tribunalium; imò & *Defenſores Eccleſiarum*, qui Clerici erant; quæ cauſa poſteà fuit recentandæ, & confirmandæ *huius leg.* Iuſtino Imp. *l. conſulta. 23. Cod. eod.* vnde deſumpta eſt quoque *lex repetita 41. Cod. de Epiſcopis & Cler.* ¶ Rurſùm *quædam* nominatim perſonæ id affectaſſe videntur, vt apud alios Magiſtratus potiores fortè, teſtamenta, cæteráque inſinuarentur; apud potiores videlicet quàm erant Magiſter cenſus, & cenſuale Officium, quò pertineat vox OMNIVM, in *hâc l.* Quaſi diceret Imp. quæcumque tandem perſonæ ſint: pro quo Codex Iuſtinianeus habet, non ità clarè, *omnia.* Quomodò pariter in ſimili re, & determinatione inter Principes officij P. V. & Cenſuales, Arcadius idem ait, omnium cauſarum atque perſonarum, *l. 5. inf. de Princip. agen.* Et alioquin, quod notandum, Arcadium, & aliâs diligentiſſimè cauiſſe comperio, quinam actus ad Cenſuales pertinerent, vt *d. l. 5. inf. de Princip. agent. in reb. l. 6. inf. de Senatoribus.* Sic enim deprehendo, Cenſuales ſæpè conqueſtos de vſurpatione quorundam, qui in actus ipſorum inuolarent, ſibíque creditum quid, & ad officium ſuum pertinens, vſurparent; de quo fidem facit *d. l. 5.* Proindè, quod dicere ſolemus, *Cette Loy eſt vn Reglement d'office*, non minus quàm *ea ipſa d. l. 5.* ¶ Et *Rationem* adfert Arcadius, petitam à veteri more. Nempè quod iam olim id ita conſtitutum, conſuetúmque eſſet, ac proinde quod ſententiosè dictum (quóque vno fermè Interpretes hanc legem ſolemnem faciunt) hâc parte, *morem retinendum eſſe fideliſſimæ vetuſtatis*, cui ſimilis eſt Iuliani *l. vn. inf. de longâ conſuetud. Venerantium eſt temporum diſciplina, inſtare veteribus inſtitutis*: Quibus ſimilia plura vide *ad eam leg.* Illud notandum (quod iam ad praxim faciet,) vetuſtatem, morem antiquum, in huiuſmodi conſtitutionibus, quibus actus officiorum, & profeſſionum diſtinguntur, ne alij in aliorum actus inuolent, pro Regulâ, & fundamento obtendi, vt *h. l.* ita & *l. 1. de lucris officiorum*: v. & *l. 5. inf. de Princip. agen. in reb. l. vlt. de Decur. V. R.* ¶ *Pœnam* porrò & comminationem addere videtur Arcadius, his verbis; *Quem morem, ſi quis in hac vrbe voluerit immutare, irritam mortuorum videri faciet volũtatem*: etſi de eorum ſenſu ambigi poſſit: hoc ſenſu, hæredes hanc tranſlationem facientes, ſeu alibi publicari, reſerari mortuorum teſtamenta facientes, beneficio voluntatis defuncti priuandos. Hunc inquam huius loci ſenſum quis putet, non verò quaſi in totum irrita ideò fieret defuncti voluntas: quod Contius inuitâ Iuriſprudentiâ credidit. Iuſtinus Imp. poſteà *d. l. conſulta 23.* mulctam 50. librarum auri huicfacto imponens, neſcio quid tale indicare videtur. *Nec enim concedendum eſt, vt ſuprema vota deficientium* EVERSIONIS *quidquam, ex incongruâ inſinuatione contrahant, dum res ab incongruis vſurpantur audacter*; idque adeò emendari à Iuſtino *d. l. 23.* qui temeratoribus huius rei mulctam imponere contentus fuit, vt qui legem morémque temerauerint, ſaluo vndique teſtamento, ſic vt id ideò nullo modo irritum eſſet, ob incongruam reſerationem: certè hæredibus hoc publicandi, ſeu inſinuandi teſtamenti onus incumbit; de quo v. Louëtij Interp. *lit. 5. arr. 3.* Monthelon. *Arr. 22.* Maynardum *l. 5. c. 75.*

¶ Tria ſuperſunt hîc monenda præter ea quæ in *ipsâ l.* continentur: *Primò*, huic legi cohæſiſſe videri alterum adhuc caput, quod *d. l. 23.* memoratur ſimul & firmatur, à Theodoſianis iam abſciſſum, non à Triboniano, vt Contius credidit: quo ſcilicet vetiti, Magiſter Cenſus & Cenſuales, pro inſinuatione teſtamenti, quidquam mercedis, aut ſumptuum acciperent, ſi hæreditas ſummam centum aureorum non excederet. Eiuſdem ſcilicet prouidentiæ erat id agere, ne promiſcuis actibus officia



cia turbarentur, aliiſque creditum, aliis ſubtraheret, vel incongruè & audacter vſurparet; quæ ratio *huius leg.* redditur *in d. leg. 23.* eiuſdémque prouidentiæ, cupiditati eorum quibus actus quidam de iure reſeruantur & affectantur, modum ponere. Secundò videndum cur iam olim & *hâc l.* hæc teſtamentorum cæterorúmque publicatio, inſinuatio, intimatio, reſeratio Cenſualibus tributa fuerit. Eam verò indicare mihi videtur *dicta lex conſulta, Cod. h. t.* cùm Defenſoribus Eccleſiarum id adimit, nempe, quod Cenſuales periti eſſent diſceptationum Forenſium: contra, *Clericis opprobrium ſit, ſi peritos ſe velint diſceptationum Forenſium.* Poſtremò, non prætereunda Inſcriptio *huius leg.* nempe data hæc lex dicitur *ad Præfectum Vrbi*: ideò ſcil. quia ſub eius diſpoſitione erant Magiſter Cenſus, & Officium Cenſuale (de quo *h. l.* agitur) vt oſtendit vel Notitia Imperij: Et videtur hæc lex reſcriptum eſſe ad querelam Africani P. V. apud quem queſti fuerant Cenſuales, id quod veteri more ad ſe pertinebat, ab aliis in vrbe Conſtantinopol. vſurpari. Quare vel exequendæ huic rei lex hæc data ad eum, vel notioni eius inſtruendæ. ¶ Vt ad *hanc leg.* redeamus, ambiguus adhuc huius legis ſenſus videri poſſit, propter duas voces, *reſerentur*, & *tranſlatio*: Id enim quæſitum in *huius leg.* ſp quis putet, an teſtamentum alibi, ſeu apud alium, quàm apud quem publicatum ſeu inſinuatum, ſemel à defuncto fuerat, aperiri poſtea ſeu *reſerari* eò tranſlatum poſſe: & quidem ſiue in eadem vrbe, ſiue alibi (quod poſtremum, vox *tranſlatio* ſuadere videtur.) Quò pertineat & ratio ſubdita: *Quem* (morem) *ſi quis in hac vrbe voluerit immutare, irritam mortuorum videri faciet voluntatem.* Quorum verborum hic ſenſus fuerit, eum qui alibi quàm vbi teſtator voluntatem ſuam publicauit, inſinuauit, reſerari vult, voluntati defuncti apertè refragari: vtpote qui quem & voluntatis ſuæ ſequeſtrem & depoſitarium reddidit, etiam coràm eodem procuidubio reſerari eum voluiſſe videatur.

---

## ¶ *De* SCRIPTI *teſtamenti vi & poteſtate, præ* Nuncupatiuo, *quod in fauorem Principis, vel Potentiorum conditum dicitur.*

### V. * Impp. Honor. & THEOD. AA. Edictum, ad Populum vrbis Conſtantinopolitanæ, & omnes Prouinciales.

NOLVMVS conuelli deficientium ſcriptas iure ac ſolemniter voluntates, dùm quoddam morientis ſupremum, & non adſcriptum" proceſſiſſe confirmatur arbitrium", tanquam patrimonium ſuum ad Nos deficiens maluerit" pertinere: Omnibus enim priuatis" & militantibus interdicimus, ne huiuſmodi perhibeant teſtimonia: & falſi criminis reos teneri præcipimus, ſi cùm ſcriptæ iure ac ſolemniter deficientium extiterint voluntates, non ſcriptum aliquid ſub Noſtrorum Nominum" mentione falsò adſtruere moliantur. ¶ Nemo itaque relictus", vel Legibus ad ſucceſſionem vocatus, Noſtrum, vel Potentium nomen horreſcat: Nemo ferre teſtimonia in hunc modum, vel ſuſcipere Geſtis" huiuſmodi voces audeat, Noſtrorum" vel etiam priuatorum Potentium nomine. Maneat * arbitrium", quod vera & ſolemnis ſcriptura commendat: excludatur, ſi quid aduerſus eam, vel deficientis animum, ſub deferenda hæreditate noſtræ Perennitati, per teſtimonia non ſcripta, & falsò contexta, adſeueratur: Nemo ſcriptis proprium auferat robur, & non ſcriptis, ſub prætextu Noſtri, vel Potentium nominis, ingerat firmamentum. Dat. IIII. Id. Mar. Conſtantinop. Theod. A. VII. & Palladio COSS.

INTERPRETATIO." *Placuit voluntatem defunctorum eâ ratione ſeruari, vt ſi deficiens quis non fecerit teſtamentum, non poteſt quicumque pro perfecto vti quod imperfectum reſedit, nec admittit hanc teſtificationem Principis clementia, ſi fortè dicat aliquis*: audiui morientem velle, vt Principi, vel etiam his perſonis quæ Poteſtati adiunctæ ſunt, vel cuiuſcunque potentis taliter deputatum, *hanc vocem admitti non patitur.* ¶ *Et ſicuti legitimas ſcripturas vel in ſuam perſonam, vel in quaſcunque alias poteſtates, ſiue in priuatos valere mandauit, ita imperfectam, & ſub tali teſtificatione prolatam, penitus valere non voluit.*

NOTÆ.

* Lex *Nolumus* 20. *Cod. eod. tit.* Ad *hanc leg.* v. integram Ant. Fabri *Decadem* 68.
" *Scriptum*. Cod. Iuſt.
" *Arbitrium* hîc & *fine l.* eſt teſtamentum.
" *Maluerit*, mutatâ iam voluntate priore. " *Priuati* militantibus opponuntur: de quo *ad l. quiſquis*, & in Gloſſ.
" Vide quæ ſcripſi *ad finem l. 2. ſupr.*
" *Heres*, hoc addidit Tribonianus: *Relictus* autem pro hærede ſcripto, & fortè extraneo, qui legibus ad ſucceſſionem vocato *hic* opponitur.
" *Noſtro*: ita Cod. Iuſt.
" Teſtamenta nuncupatiua apud Acta etiam fiebant: quod docet lex *omnium* 19. *Cod. eod. tit.*
" Reliqua omnia Tribon. reſecauit: *Maneat* autem *hic* eſt, valeat. " *Arbitrium* pro *vltimo*, ſeu teſtamento: vid. Gloſſ.
" III. In MS. optimæ notæ. VII. in Cod. Iuſt." Non ita proba.

## COMMENTARIVS.

De nvncvpativi teſtamenti poſterioris, quo Princeps vel Potens aliquis hæres inſtitutus eſt, nullitate, præ ſolemni prius ſcripto eſt ſanctiſſimum hoc Theodoſij Iunioris edictum. Simillimum Theodoſij M. aui conſtitutioni, quæ eſt ſecunda *huius tituli.* Vtrâque enim Principes illi Seueriori lege ſeſe quàm priuatis adſtringunt. Hanc certè Tribonianus in Codicem ſuum retulit, etſi illam abdicauerit. ¶ Sententia igitur *huius legis* eſt: Non ea, quam Interpres putauit, ex imperfecto teſtamento nuncupatiuo, ne quidem Principem hæredem eſſe: Non altera etiam, ſolemni teſtamento nuncupatiuo in fauorem Principis non poſſe vocari prius teſtamentum ſcriptum ſolemne, non magis quàm priuatorum. Hoc poſtremum enim falſum eſt: nam de perfecto nuncupatiuo agi liquet ex voce *confirmatur*, (citra expreſſam prioris reuocationem: quidquid ſentiat Faber *de error. Decade* 68. *error.* 1. *&* 2.) Quid igitur? Sententia hæc eſt præ perfecto teſtamento ſcripto anteriore Nuncupatiui teſtamenti nullam vim eſſe apud Principem, & Potentiores: Quamlibet (ita enim *hæc lex* accipienda eſt) ſolenne ſit teſtamentum iſtud, etſi ſufficienti numero teſtes ſint, quot videlicet in nuncupatiuo teſtamento ſolemni aliàs requiruntur, qui deponant defunctum ſibi Principem hæredem nuncupaſſe. Quamlibet rurſum huiuſmodi teſtamentum apud geſta nuncupatum fuerit, *verſ. vel ſuſcipere geſtis.* Non admittit ſcilicet Theodoſius Iun. hanc nuncupatæ voluntatis, aduerſus ſcriptam, teſtificationem; ſi forte dicant teſtes illi, *ſe audiuiſſe morientem nuncupantem ſibi hæredem Principem, vel Potentem aliquem.* Licet regulariter teſtamēti nuncupariui eadem vis ſit, quæ ſcripti; priúſque adeò teſtamentum licet ſcriptum, nuncupatur poſteriore, etſi non ſcripto (id eſt, facto per nuncupationem) ſi iure ſit perfectum; tamen non vult Princeps, ſui, vel Potentiorum contemplatu, teſtamentum prius ſcriptum excludi poſteriore non ſcripto, in quo ipſe vel Potentes ſunt nuncupati. At Iuſtinianus, etſi totidem penè verbis hanc legem *Codici ſuo* inſeruerit, eam tamen proculdubio aliter intelligi voluit. Nempe teſtamento nuncupatiuo, quo Princeps inſtitutus fuit, ſi imperfectum id ſit, prius ſcriptum perfectum non rumpi: atque adeò, Principem hàc parte iure communi vti, neque quidquam præcipuum habere. Nam, quin iure Iuſtinianeo ſolenni poſteriore teſtamento nuncupatiuo prius ſcriptum rumpatur, Principis quoque contemplatu dubium nullum eſt. Quandoquidem eo iure perpetua hæc Regula eſt, Principem in teſtamentis iure communi vti. Et verè ita *legem hanc* in Codice Iuſtinianeo rectè accipiunt, Gloſſa & Bartolus. Ad interpretationem ſcilicet legum Codice Iuſtinianeo comprehenſarum duplicem ſenſum haud rarò afferre oportet: vnum genuinum & primigenium, qui videlicet ipſorummet Imperatorum fuit, qui leges ipſas tulerunt; alterum verò, qui proprius eſt Iuſtiniani, in quem videlicet leges illas detorſit; quod etiam alibi à Cuiacio aliâ occaſione monitum ſcio. ¶ Stet igitur hæc ſententia, Theodoſium Iuniorem, & hac parte minus ſibi iuris licere voluiſſe, quàm priuatis, pariter vt Auus ipſius Theodoſius M. in ſpecie *legis* 2. *ſupr.* Cui addi poteſt & hoc tertium, quod de Auguſto Tiberio & Adriano memorant Suetonius, Tacitus & Spartianus, Principes illos ex ignoti teſtamento quicquam capere noluiſſe. Etſi regulariter ex ignoti teſtamento capi poſſit, *l. vlt. infr. de legitim. hæredit.* vid. & quæ notabo *ad l.* 5. *infr. de accuſat.* Non abludit alioquin, quod Pertinax *Oratione ſua ad Senatum* expreſſerat, ſe non ex nudâ voce hæredis nomen admiſſurum, *§. vlt. Inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur.* Cui adiungi poteſt quod Paulus ſcribit 5. *ſententiar. tit.* 12. *& l. vlt. ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, eius bona, qui hæredem Imperatorem facturum eſſe iactauerat, à fiſco occupari non poſſe. At Domitianus hac parte inciuilior, quo authore confiſcabantur alieniſſimæ hæreditates, vel exiſtente vno qui diceret, audiſſe ſe ex defuncto cùm viueret, hæredem ſibi Cæſarem eſſe, vt refert Suetonius, *in eius vita, cap.* 12. cum quo loco conferri debet quod Interpres *ad h. l.* ſcribit. ¶ Ratio autem huius Theodoſianæ conſtitutionis hæc eſt, quæ eâ ipsâ ſatis indicatur, quò ſcilicet falſi materia & occaſio præcideretur: Nam cùm nuncupatiuum teſtamentum à ſola fide teſtium pendeat, facilè vtique foret in Principis aut Potentiorum gratiam (his enim communis eſt hæc lex) ementiri nuncupationem teſtamenti. Breuiter, calumniandi facultatem ex Principali Maieſtate, vel Potentiorum authoritate Theodoſius Iunior capi voluit (vt in ſimili fermè re loquitur Paulus *in l. pen. ff. de hæredib. inſtituendis*: & 5. *ſententiarum* 12. §. 8.) ad euertendum prius teſtamentum legitimè factum ſcriptúmque.

¶ De nonnullis nunc quæſtionibus ad hanc præterea legem pertinentibus videndum eſt. Prima hæc ſit. Vtrùm vt nuncupatiuo teſtamento prius legitimè ſcriptum reuocetur, requiratur, vt in eo mentio fiat prioris teſtamenti, ſeu clauſula derogatoria contineatur prioris teſtamenti? Putauit Ant. Faber *Decad.* 68. *error.* 1. *&* 2. omninò requiri, ſi priores Tabulas penès ſe non cancellatas teſtator retinuerit. Prima ratio, quam vrget, hæc eſt; quod qui teſtamentum cum tanta ſolemnitate conditum penès ſe retinuit, eo ipſo noluiſſe id irritum fieri videatur, & ſi quid poſtea contrà fecit, per obliuionem potiùs feciſſe videri. Sed vtrumque inane eſt. Nam quomodo teſtamenti oblitus eſſe potuit, qui id prudens retinuit? & quis tam ſui immeminens, qui conditum à ſe teſtamentum non meminerit? Quod cùm ita ſit, ſanè qui meminit, qui prudens retinuit, ſi ad aliud teſtamentum properet, eo ipſo priores tabulas irritas fecit. Neque enim ſemper qui voluntatem mutat, & priores corrumpit tabulas; & viceuerſâ non qui retinet tabulas, is voluntatem retinet. Secundò vrget Faber voces has *huius l. maluerit pertinere.* Scilicet eâ voce ſignificari putat expreſſam prioris teſtamenti reuocationem. Sed & hoc inaniſſimum eſt. Fateor vocem *maluiſſe*, comparationem & antitheſin voluntatis contrariæ indicare. Sed non vbi antitheſis eſt, eadem & verbis exprimitur. Nam vt *maluiſſe* quis dicatur, abundè eſt, ſi facto ipſo & ſic poſteriore teſtamento à priori recedatur. *Malle*, eſt rebus ipſis aliquid præferre, vt docet etiam *l.* 21. *verſic. quod ſi, Cod. de fide inſtrum. & l.* 3. §. 2. *Cod. de iure domin. impetrando.* Tertiò adducitur Faber authoritate *l.* 27. *C. de teſtament.*, vbi ad euacuandum prius teſtamentum ante decennium confectum, requiritur ſimùl reuocatio prioris contrariâ voluntate conteſtatâ. Verùm diſſimilia comparat. In ſpecie quippe *illius legis*, ideò quæcunque tādem contraria voluntatis conteſtatio requiritur, etiam minùs ſolennis quia teſtamentum prius ipſo iam decennij lapſu nutabat, vt dicitur *lege prox. infr.* Et ideò ad penitus euacuandum id, requiritur quæcunque tandem poſterior voluntatis conteſtatio.

Atenim



Atenim hîc agitur de teſtamentis duobus toto iure validis, ſed quorum prius à poſteriore ſolo tempore vincitur.

Secunda quæſtio, quam Faber tractat *errore* 3. 4. 5. *&* 6. eſt, in quo differat hoc Theodoſij Iunioris Edictum, à Pertinacis *Oratione*, de qua *§. vlt. Inſt. quib. mod. teſt. Q. M. T. infirm.* & Capitolinus *in Pertinace*; *verba §. vltimi* hæc ſunt. *Eadem oratione expreſſit* [Pertinax] *ſe non admiſſurum hæreditatem eius, qui litis cauſâ Principem reliquerit hæredem; neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nudâ voce hæredis nomen admiſſurum: neque ex vllâ ſcriptura, cui iuris auctoritas deſit, aliquid adepturum.* Capitolini verba ſunt hæc: *Ipſéque profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, aut legitimi hæredes & neceſſarij priuarentur.* Quoad hanc rem noſtram, quæ Capitolinus memorat, cum textu *Inſt.* comparemus. Primò, Hæreditas Principi adulatione alicuius delata, non eſt teſtamentum legitimè factum, ſeu non eſt iuſta voluntatis conteſtatio (quod Faber tamen voluit): imò contrà, eſt hæreditas ex nudâ voce delata, ſeu vt loquitur Paulus, *iactantiâ*, & adulatione, quâ quique Principi adulantes, eum ſe hæredem facturos iactabant. Fuit enim hæc illis temporibus adulationis ſpecies, vt docet Sueton. *in Octauio, cap.* 66. & *in Caio, c.* 38. & *Vitellio, cap.* 14. Secundò, hæreditas Principi delata, vt legitimi hæredes, & neceſſarij priuentur, illud ipſum eſt, quod Inſtitutiones dicunt, de tabulis non legitimè factis, in quibus Princeps ob eam cauſam hæres inſtituebatur. *Ob eam cauſam*, id eſt vt non legitimè factæ ſuſtineātur Principalis nominis obtentu. Eas igitur hæreditates repudiauit Pertinax, quæ ſemotis & excluſis legitimis hæredibus & neceſſariis ſibi deferebantur: Inofficioſas ſcilicet huiuſmodi tabulas, non legitimè, ſeu aduerſus officium pietatis factas, non impugnandas priuati quique ſperabant, ſi modò hæredem Principem inſtituerent: Verùm Pertinax inofficioſi querelæ nihilominùs locum eſſe voluit: Pariter vt Theodoſius falſi quæſtioni locum ſupereſſe voluit, etſi Principi Codicillis, aut epiſtolis aliquid relictum fuerit: *l.* 2. *ſupr.* ¶ Quæ cum ita ſe habeant, liquet, verba illa Inſtit. *ob eam cauſam*, rectè omninò habere; non vt contendit Faber, delenda. Item liquet apud Capitolinum rectè legi, *aut legitimi hæredes*; non vt Faber, aliique ad eum Scriptorem putarunt, vt *legitimi hæredes.* Ac proinde liquet, multò minùs hæc verba, *aut legitimi hæredes, & neceſſarij priuarentur*, cum nuncupatiuo teſtamento quicquam commune habere. Tandem liquet (in quo ſe torſit Faber) quodnam diſcrimen ſit huius Edicti Theodoſiani & Orationis Pertinacis. Nempe Pertinax, Illegitimas tantùm voluntates repudiauit, non iure conteſtatas: quas Principalis nominis obtentu iuſtas fore teſtantes putabant. Iam poſteriore decreto, quod ad hanc rem noſtram propriè pertinet, nonniſi legitimis hæredibus proſpexit. Atenim Theodoſius Iunior hoc Edicto etiam legitimarum voluntatum compendium à ſe abdicauit; & ſcriptis hæredibus conſuluit.

Tertiò quærunt Interpretes, & poſt eos Ant. Faber, *errore* 7. *&* 8. quid noui pro legitimis ſucceſſoribus hoc Theodoſij Edicto conſtitutum ſit. Nam ad eos quoque beneficium eius ſpectare, hæc verba oſtendere videntur; *Nemo itaque relictus vel legibus ad ſucceſſionem vocatus, noſtrum vel potentium nomen horreſcat. Relictus* ſcilicet eſt ſcriptus; *legibus ad ſucceſſionem vocatus*, eſt legitimus. Itaque videri poſſit, non tantùm hoc Edicto id agi, ne nuncupatiuum teſtamentum priori ſcripto ſolemni præferatur, ſed etiam ne nullo teſtamento ſcripto exiſtente, legitimis hæredibus nuncupatiuum teſtamentum in quo Princeps aut Potentes inſtituti, nocere poſſit. Denique nuncupatiui huiuſmodi teſtamenti, quo Princeps vel Potentes inſtituti, vim nullam eſſe voluerit Theodoſius aduerſus ſcriptos hæredes, aut legitimos, de quo Pertinax nunquam cogitauerat. Verùm cum videam, totam ſpeciem *leg.* eſſe de curſu ſcripti & nuncupatiui teſtamenti, mihi mens ea, *relicti* appellatione extraneum hæredem inſtitutum indicari: *legibus ad ſucceſſionem vocatis* legitimum hæredem ſcriptum, vel in hæredis legitimi ſcripti locum ſuccedentem, veluti nepotem; vt in ſpecie *l.* 23. *C. de inofficioſo teſtamento.*

Quarta quæſtio eſt, quam tractat Faber *error.* 9. vtrùm ex nuncupatiuo teſtamento in ſpecie *h. l.* per Notarium (vt hodie ſit) probato, Princeps hæreditatem capere poſſit? Verùm inanis eſt hæc quæſtio, ſiue mentem Iuſtiniani ſpectes, ex quâ proculdubio Princeps ex nuncupatiuo teſtamento capere poteſt: ſiue mentem Theodoſij, cùm ne quidem ex eo teſtamento nuncupatiuo, quod in geſta ſeu acta relatum eſt, Principem vel potentem capere permittat. Vt hæc verba oſtendunt: *Nemo ferre teſtimonia in hunc modum, vel ſuſcipere Geſtis huiuſmodi voces audeat.*

Poſtrema quæſtio *error.* 10. eſt; vtrum ſi Princeps non hæres, verùm legatarius eo teſtamento ſit, ſaltem contemplatu priuati, qui in eo hæres inſtitutus eſt, teſtamentum illud valeat; item, vtrum Princeps, ſaltem legatum ex huiuſmodi nuncupatiuo teſtamento quo priuatus hæres inſtitutus eſt, capere poſſit? Id negat Faber. Primò per text. in his verbis: *Non ſcriptum aliquid ſub noſtrorum Nominum mentione falſo adſtruere moliantur.* Vnde colligit, nihil referre inſtitutionis an legati titulo quid relictum fuerit. Verùm tres *huius l.* ſententiæ quæ de hæreditate nominatim agunt, huic opinioni repugnant, ibi, *Sub deferenda hæreditate Noſtræ Perennitati*: item ibi, *patrimonium ſuum ad nos deficiens maluerit pertinere.* Item ibi, *ad ſucceſſionem vocatus.* Vnde clarè apparet de hæreditate & ſucceſſione *hîc* agi: ex quibus etiam illa, *non ſcriptum aliquid* interpretationem recipiunt. Rationem ſecundo loco addit Faber, quod hæc lex ſancta ſit & fauorabilis, in fauorem prioris teſtamenti ſolemniter ſcripti, & ideò benignâ interpretatione quoque iuuanda ſit. Verùm inanis hæc eſt ratio: Vera enim *huius leg.* ratio hæc eſt, vt antea dixi, vt videl. falſi materia & occaſio præcideretur, & ne legitimis aut ſcriptis hæredibus obtentu nominis Principalis inuidioſè hæreditas eriperetur. Quæ ratio vtique ceſſat in legatis. Poſtremò à conceſſo, & ab abſurdo argumentatur: quod cùm hæreditas non valeat Principi hoc teſtamento relicta, vtique nec poſſit valere legatum huiuſmodi teſtamento nuncupatiuo relictum: Quandoquidem *h. l.* prohibeantur *teſtes omninò teſtimonium perhibere*: neque eorum teſtimonium pro parte valere poſſit, pro parte non. Fateor, indiuiduam eſſe voluntatem defuncti, fateor indiuiduam eſſe fidem teſtium: non poſſe teſtes pro parte veros eſſe, pro parte falſos; ſed illud contendo, vtrumque hoc teſtamento relictum valere, & hæreditatem priuato relictam, & legatum Principi ibidem relictum, neque pro non ſcripto habendum. Atque ita indiuiduam eſſe fidem teſtium: Nam cùm hæreditas nominatim Principi relicta, *h. l.* repudietur;

tur; cur hæreditas priuato relicta non valeat? aut cur non valeat legatum Principi relictum? Quid enim commune habet hæc lex cum iure priuati? Item quid commune habet cum iure legati? Et annon tota vis teſtamenti hîc ab inſtitutione pendet?

## ¶ *De* V E T E R I *teſtamento, ante decenninm ſcripto, num valeat.*

### VI. * Iidem" AA. Palladio PF.V."

NE quis, poſt *diem* mortis, ſcriptis ante *decennium* teſtamentis, præſtetur aſſenſus, nulliſque penitus viribus ſcriptura huiuſmodi, tempore antiquata, taxetur": præſertim, ſi" cùm voluntas continuata perſtiterit, breuis mora" ſit, recentibus vetuſtatem" innouare temporibus: Vix enim" fieri poteſt, vt" per hæc tempora, quæ fidei" amore contraximus, omnem teſtium conſcientiam mors coniurata ſurripiat": Et reuera" nefas eſt, vt antiquæ deliberationis ordinatio", *voluntas poſtrema* dicatur. Dat. x. Kal. Iul. Rau. DD. NN. Honorio XII. & Theod. VIII. AA. COSS. [418.]

I N T E R P R E T A T I O. *Si quis condito teſtamento decemio ſuperſtes fuerit, &" ſuam non mutauerit voluntatem, quod ante decennium factum eſt, vacuum" remanebit.*

## N O T Æ.

* Abeſt hæc HONORII lex à Cod. Iuſt. Quia ſcil. eam Iuſtinianus nominatim antiquauit. *l. ſancimus* 27. *C. de teſtament.*

" HONORIVS & Theodoſius Iunior, ſcilicet.

" *Palladius* ſub Honorio, PP. v. *ind perſon.* reſcribendum enim hîc *PF P.* id eſt, Præfecto Prætorio. Quod vt ex aliis ſuperiorum annorum, ita & huius quoque ipſius anni conſtitutionibus pluribus apparet: v. *Proſopogr.* Et ita quoque exhibent MSS. nonnulli.

" *Taxetur*, id eſt, cenſeatur, æſtimetur.

" Inuerſo ordine legendum eſt: *Cùm ſi*; ſenſus eſt. Facile cui eſſe, ſi in eadem voluntate perſeueret, tanto temporis ſpatio vetus teſtamentum renouare.

" *Breuis mora*; id eſt, facile & procliue: poëtico loquendi genere, & vt loquitur Theodoſius in *l. vlt. ſup. de leg. hæredit. Non ita laborioſa vel ſumptuoſa ſit teſtandi occaſio.*

" *Vetuſtatem*, id eſt, vetuſtum teſtamentum.

" *Vix que etiam.* hæc ſecunda ratio eſt.

" *ꝟ, Vt non.*

" *Fidei amore*: id eſt, propter probationes, & probationum contemplatu: Quomodo *tit. de fide teſtium*, & *de fide inſtrumentorum* concipiuntur.

" Vel hîc ſupplenda Negatiua, NON, *non ſuſcipiat*, vel ſupr. *vt non.*

" De colore hoc, qui quidem tertius hîc eſt, mox dicam.

" *Ordinatio* antiquæ deliberationis, id eſt, teſtamentum vetus antiquæ voluntatis: *Ordinationis* vox hîc propria: hinc & *Tit. de teſtam. ordinandis.*

" *Etſi ſuam.*

" *Vacuum*, id eſt, nullum, irritum.

## C O M M E N T A R I V S.

DECENNIO teſtamentum omne infirmari iubet *hâc l.* Honorius (Occidentis Imperator) quæ data eſt A. D. 418. ad Palladium PP. velut vetuſtate ipſa & tempore antiquatum. Eámque conſtitutionem firmat triplici ſiue colore ſiue ratione. Primam hanc obtendit, quòd ſcilicet teſtatori facile fuiſſet, ſi in eadem voluntate perſtitiſſet, teſtamentum à ſe conditum intra decennij ſpatium confirmare: quod quia non fecit, eius nullam ipſummet habuiſſe, neque ab aliis haberi voluiſſe, rationem. Nam ita hæc ratio & ratiocinatio accipienda eſt: Quæ tamen ſtipula lenior eſt: Nam imò contra, eo ipſo teſtamentum valere debet, quòd ei derogatum non eſt: nam quod vulgatum eſt, & exertè dicitur *l.* 27. *C. eod.* (quia hæc lex abrogatur) *quod non mutatur, quare ſtare prohibetur*? Quáve ratione, qui teſtamentum fecit, & nihil voluit contrarium, inteſtatus efficietur? Secunda ratio petita eſt à fide teſtamenti & teſtium: quòd vix ſit, *vt non* (ita enim hîc legendum inſerta negatione) *teſtium probationem omnem mors intra id tempus coniurata ſurripiat*, id eſt, vt non omnes penè teſtes illo temporis ſpatio morte ſubducantur, & ſic fides probationum depereat. Idque eſt, quod profitetur *hac l.* Honorius, *ſe tempora hac fidei amore contraxiſſe*, ſeu coanguſtaſſe: *Fidei*, id eſt, probationum. Quæ ratio etſi ſimpliciter vera non eſt, fatendum tamen, (quod nemo adhuc animaduertit) ab iſtorum temporum ratione, quibus hæc lex lata eſt, eam non abhorrentem: nempè quod decennio, & eo amplius à fine Anni D. 406. Mars coniuratus, Barbaris vndique gentibus in Illyricum, Italiam, Gallias & Hiſpaniam immiſſis, omnia miſceret, & mors velut coniurata demeteret: Quò pertinet omninò (vt omittam alia) Seueri Sancti Endelechij, qui per hæc ipſa tempora ſcribebat, carmen *de mortib. boum*, quod alibi latiùs expoſitum eſt. Exinde interim colligitur, Honorium pro certo poſuiſſe & ſuppoſuiſſe, ſi teſtes omnes teſtamentarij mortui fuerint, teſtamentum irritari oportere. Quod rectè alioquin negatur, de quo v. Vigliũ *Inſt. de teſt. ordin.* §. 7. qui tamen nonniſi de quorundam teſtium morte agit. Verùm hæc ratio vel eo impugnari poteſt, quòd & teſtes ipſi ſupereſſe poſſint, & quamlibet mortuis aliis, ad comparationem litterarum teſtibus vocatis de fide teſtamenti conſtare poſſit. Tertia ratio, vel color potiùs, quem



quem Honorius obtendit, eſt, *Quod nefas ſit ordinationem antiquæ deliberationis* (id eſt vetus ita teſtamentum) *dici voluntatem poſtremam.* Quæ ſanè ratio Iuriſconſulto indigna omnino eſt. Nam cur, quæſo, *poſtrema* voluntas non dicatur, poſt quam nulla alia reperitur? Sicut enim *primus* eſt, ante quem eſt nemo (quod etiam Terentius Scaurus apud Soſipatrem Chariſium *lib.* 2. notat) ita *poſtremus* ſeu *ſupremus* proculdubio eſt, poſt quem nullus alius exiſtit *l. proximus.* 29. *ff. de V. S.* Ita diſertè *ſupremæ tabulæ* in Edicto Prætoris ſunt, etiam ſolæ, *l.* 1. §. 1. *ff. de bon. poſſ. cont. Tab. & l.* 163. *ff. de V. S.* ἔσχατα μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, vt Galenus loquitur. Et ſanè, (vt nunc rationes contra in aciem educam, præter eas, quas rationibus Honorij oppoſui) Teſtamentorum ea ratio eſt, vt ex mortis teſtatoris tempore tantùm vires capiant, quaſi eo momento defunctus teſtatus fuerit. Secundo, antiquo iure aliter hac parte obtinuiſſe, apertè Vlpianus teſtatur, in *l.* 1. §. 1. *ff. de Bon. poſſ. ſec. Tab. Supremas*, inquit, *hoc eſt, eas quæ nouiſſimæ ita factæ ſunt, poſt quas nullæ factæ ſunt: ſupremæ enim hæ ſunt, non quæ ſub ipſo mortis tempore factæ ſunt, ſed poſt quas nullæ factæ ſunt*, LICET HÆ VETERES SINT. Idque etiam conſtat ex *l. nomen.* 34 §. *filio.* 1. *ff. de legat.* 3. Et tamen Iuſtinianus ipſe *l. ſancimus* 27. *C. de teſtam.* hâc lege abrogata, teſtamenta ſolo decennij lapſu euacuari ſeu antiquari noluit: ſed ſi teſtatoris inſuper contraria voluntate ab eo recedere ſe velle teſtatus apparuerit, contraria voluntas oſtendatur, iis quæ ibi memorantur rationibus: Et ſic *tam ex contraria voluntate quàm ex curſu temporali*: non aliter. Militaris equidem teſtamenti olim hæc ratio fuit, vt anni lapſu poſt miſſionem irritum fieret, de quo vel Inſtitutiones monent: Verùm aliâ longè ratione, quia ſcilicet priuilegium militare, quo milites citra ſolennia iuris teſtari poſſunt propter ſimplicitatem & periculum, non vltra eis competere oportere viſum; cum iam in ciuitate conſtituti, & peritorum & teſtium copiam abundè haberent. Poſſim tamen & hanc rationem Honorij conſtitutionis rationibus ſuccenturiare; Quod nullo modo fingi credíve quis poſſit, integro decennio in eadem voluntate perſtitiſſe, in tanta videlicet animi varietate, quâ hominum voluntates in horas mutantur. Neque enim quicquam tam dextro pede concipitur, vt non fermè conatus ſtatim, vel paulo poſt ſaltem pœniteat, votíque peracti: accedentibus præſertim nouis aliorum meritis, quæ nouam quoque teſtantis voluntatem prouocare ſolent. Viceuerſâ, mutatâ gratiâ, cum quâ teſtatoris quoque voluntas mutatur. Et verò eò pertinet quoque Plinij querela; *lib.* 5. *ep.* 5. ſuper Fannij teſtamento. *Deceſſit*, inquit, *veteri teſtamento, omiſit quos maxime diligebat: proſecutus eſt, quibus offenſior erat.* Et ſanè ipſemet Iuſtinianus, etſi hanc conſtitutionem antiquauerit, *dict. l. ſancimus* 27. *C. de teſt.* eam tamen non penitùs euacuauerit. Nam etſi ſolo decennij lapſu euacuari noluerit, attamen accedente contraria voluntate, quamlibet imperfectâ euacuari voluit. Quod vtique non ita conſtituiſſet, niſi decennij lapſu teſtamentum huiuſmodi ſi non cadere, aliquà ſaltem titubare credidiſſet. Cui profligando vt aliis rebus ad occaſum ſpectantibus, vel minima commotio & contrariæ voluntatis cõteſtatio quælibet ſufficere debeat. Imò & hanc alteram priori ſuccenturiare poſſem, quod veteris adeò teſtamenti à ſe conditi teſtator oblitus fuiſſe præſumi poſſit. Sic enim & aliàs lapſus decennij facit præſumptionem obliuionis, ex nonnullorum ſententia: Gloſſ. *in l. licet, C. de adquir. poſſ.* Bald. *conſ.* 37. *num.* 6. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 54. *n.* 15. & alij relati per Socin. Senior. *conſ.* 38. *lib.* 1. Idem reſpondit Gozad. *conſ.* 9. qui eiuſdem opinionis retulit Bart. & alios. Idem quoque reſpondit Marſil. *conſ.* 20. Latiſſimè hac de re Tiraq. *tract. de præſumpt.* §. 1. *gloſſ.* 4. & Menoch. 2. *arbitr.* 26. Præſertim attentâ qualitate perſonæ, in qua faciliùs memoriæ obliuio inducitur: vt poſt alios Menoch. *ib.* Quo in cenſu eſt quoque miles. Eadémque ratione Baldus *in l. ſancimus* 27. *Cod. de teſtam.* quâ hæc antiquatur, Iaſon *in l. iubemus, verſ.* 5. *fallit: Cod. de teſtamentis*, aliíque definiunt, clauſulæ derogatoriæ, vt vocant, repetitionem non neceſſariam in poſteriore teſtamento, ſi poſt primum teſtamentum eſſent elapſi decem anni: tum enim toleratur, & præſumitur obliuio, ex curſu diuturni temporis: iuxta ea, quæ notata ſunt per Doctores, & Gloſſ. *in l. quanquam, ff. ad Velleianum*, & *in l. peregrè, ff. de adqu. poſſeſſ.* vt notat quoque Guido Papa, *quæſt.* 127. *n.* 5. Vide & Clarum 3. *recept.* §. *teſtamentum, quæſt.* 99. plenè Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum* 12. *t.* 8. *num.* 16. Menochium 4. *præſumpt.* 166. *n.* 44. Sic ſanè idem Honorius *l. vnic. ſi cert. pet. de chirogr.* Omne chirographum intra duodecennium renouari voluit. Interim igitur, vſquequo voluntas mutata probetur, vetus quamlibet teſtamentum, non ideo irritatur. Quomodo & Arreſto, ſeu Senatus decreto (quod memorat Peleus *quæſt.* 25. de anno 1596.) indicatum, ne quidem ante 12. annos conditum teſtamentum euacuari: imò cùm allegaretur inſuper, hæredes ſcriptos teſtatorem prohibuiſſe, ne aliud teſtamentum conderet, nihilominùs Curia decreuit, interea dum id probaretur, teſtamentum executioni tradi oportere: vide & de hac re Bouuotium *t.* 1. *par.* 3. *pag.* 89.

¶ Ex *hac* interim *lege* conſtat, *diem & Conſules* teſtamenti adſcriptos: nam quì alioquin de decennij lapſu poſt teſtamentum conditum conſtare potuiſſet? Cuius occaſione de diei & Conſulum adſcriptione in teſtamentis paulo pleniùs nunc videndum eſt.

In teſtamentis igitur olim Conſulem & diem adſcribi ſolitum docet *lex* 2. §. *diem autem, ff. quemadm. teſt. aper. & l.* 3. *C. eod.* &c. & Suetonius, *Octauio, cap.* 101. Nulla tamen in Digeſtis aut Codice Iuſtinianeo lex occurrit, quæ neceſſitatem hanc iniungat, vel inter ſolemnia teſtamenti temporis adſcriptionem referat: vt apparet ex *l. hac conſultiſſima* 21. *& l. iubemus* 29. *C. de teſtament.* Et ita quoque rectè ſentit Ioannes Faber *in* §. *poſſunt, Inſt. de teſtam.* Imò teſtamenta aliquando ſine die & Conſule rata fuiſſe Gordiani temporibus edocet ſingulare admodum Modeſtini fragmentum, è *libro eius Regularum*, quod extulit C L. P. Pithœus *ſub tit. de bonis libert.* & de teſtamento fidem facit, *Cùm in teſtamento*, inquit, *dies & Conſul adiecti non ſunt, nihil nocet, quominus valeat teſtamentum.* Atenim diſertis verbis Ioan. Chryſoſtomus hoc tempore ſub Arcadio Honorij fratre *homil.* 2. *de Oſia: & verbis illis: Vidi Dominum, &c. circa fin. tomo Sauiliano* 5. *pag.* 137. in eos inuehens, qui in S. Scriptura numeros annorum, & nominum recenſionem, velut ſuperuacaneam negligerent, diem & Conſulem adiectum omninò oſtendit; ita quidem, vt initio ſtatim addi oportuiſſe oſtendat: ἄνωθεν προγεγραμμένους. & rurſum, ἐπὶ τῶν μετώπων τῶν γραμμάτων προστιθέασι. Locum hîc inſignem adſcribere non pigebit: Καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τῶν βιωτικῶν τοῦτο ἐπιδείξομαι πραγμάτων· αἱ διαθῆκαι καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ περὶ γάμων, τὰ περὶ ὀφλημάτων, τὰ περὶ τῶν ἄλλων συμβολαίων, ἐὰν μὴ τῆς ὑπατείας τοὺς χρόνους ἄνωθεν ἔχῃ προγεγραμμένους, πάσης ἔρημα τῆς οἰκείας ἐστὶ δυνάμεως. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκείνοις τὸ ἰσχυρόν, τοῦτο τῆς

ἀμφισβητήσεις ἀναιρεῖ. τοῦτο δικαστηρίων ἀπαλλάττει. καὶ τοὺς ἐχθροὺς φίλους ποιεῖ. διὰ τοῦτο οἱ ταῦτα γράφοντες, ὥσπερ λύχνον ἐπὶ λυχνίας οὕτως ἐπὶ τῶν μετώπων τῶν γραμμάτων προτιθέασι τὴν ὑπατείαν, ἵνα πᾶσι τοῖς κάτω φαίνῃ. κἂν τοῦτο ἀνέλῃς, ἀνεῖλες τὸ φῶς, καὶ πάντα σκότους καὶ πολλῆς ἐνέπλησας ταραχῆς, διὰ τοῦτο πᾶσα δόσις καὶ λῆψις, κἂν πρὸς φίλους, κἂν πρὸς ἐχθροὺς, κἂν πρὸς οἰκέτας, κἂν πρὸς ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους γίγνηται, ταύτης δεῖται τῆς ἀσφαλείας, καὶ πανταχοῦ καὶ μῆνας καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ ἡμέρας κάτωθεν προσγράφομεν. εἰ οὖν ἐπὶ τῶν βιωτικῶν τοσαύτη τῶν πραγμάτων ἡ ἰσχὺς, ἐπὶ τῶν πνευματικῶν πολλῷ μείζων καὶ χρησιμωτέρα, Id eſt, *Ac primùm quidem id à rebus ſecularibus comprobabo;* TESTAMENTA *& inſtrumenta ſeu tabulæ nuptiales de creditis, déque aliis contractibus, niſi in principio* CONSVLATVS *tempora præſcripta habeant, & ab omni vi ſua vacua ſunt: Id enim eſt, quod in illis dominatur, id quod controuerſias tollit, id quod à Iudiciis liberat, & ex inimicis amicos facit: Proinde qui talia ſcribunt, tanquam lucernam in Candelabro, ita in fronte inſtrumenti Conſulatum præfigunt, vt omnibus quæ infra ſunt præluceat: quæ ſi ſuſtuleris, lumen ſuſtuleris, omniáque tenebris & multâ perturbatione compleueris: Propterea omnis dati accepti ratio, ſiue cum amicis, ſiue cum inimicis, ſiue cum domeſticis, ſiue cum procuratoribus & œconomis agatur, hâc cautione eget, & vbique menſes & annos & dies præſcribimus. Quod ſi tanta huius rei vis eſt in ſecularibus negotiis, multò maior & vtilior in ſpiritualibus,*&c. Vbi inter alia vides Chryſoſtomum dicentem, abſque Conſule teſtamenta omnibus viribus vacua eſſe: πάσης ἔρημα τῆς οἰκείας ἐστὶ δυνάμεως. Vt mirer virum doctum nuper ſcribentem, Chryſoſtomum *loco citato*, non dixiſſe teſtamenta eſſe omninò nulla, ſed omiſſionem tantum Conſulis multarum difficultatum & contentionum cauſam præbere. Similiáque etiam occurrunt in Libanij *Oratione Panegyricâ in Iuliani Conſulatum*, p.230. Quid Iuſtinianus? diſertè is in teſtamento imperfecto inter liberos temporis characteriſmum propriâ patris manu adſcribi vult, & quidem principio teſtamenti. Πρῶτον μὲν αὐτοῖς προγράφειν τὸν χρόνον. *Nou.* 107.*cap.*1. vnde deſumpta eſt *Auth. Quod ſine, C. de teſtam.* Quicquid contrà CL. Cuiacius ſentiat, & vir doctus nuper quoque *obſeruationum, cap. vlt.* De hâc alioquin quæſtione, vtrùm Data requiratur in teſtamentis, & quidem inter liberos & holographes, vel etiam ad pias cauſas, vide Gloſſam *in l. optimam, Cod. de contr. & committ. ſtip.* Bartolum *conſ.*197. Viuium *lib.*1. *com. opin. in v. teſtes in Scriptura.* Alexandrum *lib.*1. *conſil.*123. *& lib.*7. *conſil.*4. Beroum *q.*36. Muſculum *com. opin. iuris lit. T. art.*9. Soarem *in theſauro recept. ſent. lit.*5. *art.*15. Gloſſ. *in cap. inter dilectos, de fide inſtrum. in voce Indictionis,* Baldum *in d. Auth. quod ſine.* Coraſ. *conſil.*3̣8. *vol.*3. *conſ.*60. Iul. Clarum *de teſtam. quæſt.* 14. Peleum *quæſt.*62. qui plenè hanc quæſtionem tractant: Gratianum *Diſceptat. Forenſ. t.*2. *cap.*235. vbi multos allegat. Illud certum, vbi de teſtamenti vetuſtate neceſſariò conſtare oportet, quod vtique fit, v. g. cū duo eiuſdem hominis teſtamenta proponuntur, quorum vno fortè Titius, altero Mænius inſtitutus eſt, vel cum de ſtatu teſtamenti quæritur, neque aliunde colligi poteſt, vtrum antiquius ſit: item cùm ita ius eſt, vt temporis lapſu teſtamenta infirmentur, quod vtique ius aliquando fuit, vt docet *hæc lex* noſtra; tùm ſanè neceſſariò diem & Conſulem ſeu *Datam* requiri.

Ad legis iſtius ſententiam, quâ decennio teſtamentum omne infirmari Honorius iubet, redeamus. In terminis igitur iuris placeat mihi magis Iuſtiniani lex; etſi tempora ea eſſe poſſunt, quibus Honorij *legi* locus eſſe poſſit: quando videlicet turbidis adeò rebus, per continuas Barbarorum irruptiones & inuaſiones, vt hoc æuo; ſiue teſtator quamlibet voluntatem mutaturus eſſet, condendi teſtamenti facultatem fortè non habuit, vel quod condidit, facilè intercidere potuit. Atque ita exemplum luculentum hîc habemus legis quamlibet abrogatæ, quæ ad ſuum tempus expenſa, eodémque recurrente, haud iniqua videri queat;

## ¶ *De vi* FIDEICOMMISSI, *&* CLAVSVLÆ CODICILLARIS *in teſtamento.*

### VII. * Imp. Theodoſius A. Aſclepiodoto PF. P.

SI quis agere ex teſtamento, quolibet modo, ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcripturâ, confecto, de hæreditate voluerit, ad fideicommiſſi perſecutionem aſpirare cupiens minimè permittatur: Tantum enim abeſt, vt aditum cuiquam pro ſuo migrandi deſiderio concedamus, vt etiam illud ſanciamus, Vt ſi teſtator faciens teſtamentum, in eodem PRO CODICILLIS ETIAM ID VALERE complexus ſit, qui hæreditatem petit, ab ipſis intentionis exordiis vtrum velit eligendi habeat poteſtatem: ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcluſiſſe; ita vt ſiue bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, vel ſecundum nuncupationem", cæteráſque ſimiles" poſtularit, aut certè ex Edicto" Diui Hadriani ſe mitti ad" poſſeſſionem ex more petierit, ſtatim inter ipſa huius iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanet": Sicut" enim ſi quis defuncti agnouerit voluntatem, de inofficioſo agere prohibetur, & patronus * liberti muneribus electis & operis, contra tabulas bonorum poſſeſſione repellitur: ſic mulier in Edicto quod *De alterutro*" eſt, cùm ſuam explanauerit" optionem, ne pœnitentia poſſit ad aliud tranſire, etiam ſatiſdatione cogetur præcauere"; niſi" ſi ætatis iuuetur auxilio. ¶ 2. Illud quoque pari ratione ſeruandum eſt, vt teſtator qui decreuerit facere teſtamentum, ſi id implere nequiuerit, inteſtatus videatur eſſe defunctus: Nec traducere liceat ad fideicommiſſi interpretationem, velut ex codicillis, vltimam voluntatem; niſi ſi id ille complexus ſit, VT VIM



VIM ETIAM CODICILLORVM DEBEAT OBTINERE, illo iure electionis videlicet perdurante, vt qui ex teſtamento agere voluerit, ad fideicommiſſum migrare non poſſit. ¶ 3. Si quis vero ex parentibus vtriuſque ſexus ac liberis vſque ad gradum quartum agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu conſtrictus ad tertium vſque, ſcriptus hæres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet teſtamento, quod teſtator *Vicem quoque codicillorum* voluit *obtinere*, licebit ei, ſi de hæreditate ex teſtamento ſecundum mortui voluntatem agens fuerit forſitan" ſuperatus, vel certè ipſe ſponte voluerit, ad fideicommiſſi ſubſidium conuolare: *Non* enim *par eadémque ratio videtur amittere debita, & lucra non capere*". Dat. XVI." Kal. Mart. Conſtantinop. Victore V. C. COSS.

INTERPRETATIO. *Si quis per ſcripturam condiderit teſtamentum, & poſtmodum ſine ſcriptura, hoc eſt, per nuncupationem ſuam iterandam crediderit voluntatem, vel ſi codicillis, quod eſt fideicommiſſum, poteſtatem hæredi ſuo commiſerit, vt ex qua voluerit teſtatoris ordinatione ſuccedat, tunc in primordio adeundæ hæreditatis ſuam publicare non deſinat voluntatem, vtrum ex teſtamento, an per nuncupationem, an per fideicommiſſum hæreditatem ſibi eligat vindicandam. Quod ſi prima electio eius fuerit ſuperata, ad alteram ei tranſire non liceat: quia vnius petitione conceſſa, de reliquis ſe nouerit excludendum, quia vna petitio alias apertè & euidenter excludit.* ¶ *Extrema pars legis iſtius ideo non habetur ſcripta vel expoſita, quia Nouellâ lege calcatur.*

## NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. de codicillis:* & lex 2. *Cod. de bonor. poſſ. con. tab. liberti*, hinc exſcriptæ ſunt. Iungendáque huic *lex vlt. ſup. de inoff. teſt.* quæ ex *hâc* deſumpta eſt.

" *Aſclepiodotus* PP. Orientis ſcil. ſub Theodoſio Iun. v. *Proſop.*

" *Bonorum poſſeſſio* ſecundum nuncupationem ſeu nuncupatiuum teſtamentum quoque defertur: ſed vtilis, quia iure Prætorio directò non datur bonorum poſſeſſio, niſi ſecundum tabulas, id eſt, ſecundum teſtamentum ſcriptum, & obſignatum ſeptem teſtium ſignis, *l.*8. *in fine, ff. de bonorum poſſeſſionib. ſecundum tabulas, & l. vlt. Cod. eod. tit.*

" Veluti, bonorum poſſeſſiones: de quibus *titulo Digeſtorum ſi tabulæ teſtamenti extabunt:* vel de teſtamento militis quoquo modo facto. Nam & de ea bonorum poſſeſſione ſpecialiter edicto cautum quoque fuit, *tit. ff. de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis.*

" Expunxit Tribonianus hæc verba: *Edicti D. Hadriani.* fit rurſùm mentio in *l.*16 *inf. quorum appellationes: & Nouellâ Valentiniani* 4. Huius edicti hæc ſumma erat. Poſt aperturam & recitationem teſtamenti ſcriptus hæres ex beneficio D. Hadriani intra annum, licet falſum, irritum, ruptúmve teſtamentum diceretur, ſine metu appellationis mittebatur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, id eſt, corpora hæreditaria conſequebatur, quæ mortis tempore teſtator poſſederat. Idque inductum fuerat, *viceſimæ hæreditatum*, fiſco præſtandæ causâ, vt Iuſtinianus ait *in l. vlt. Cod. de edicto D. Hadriani:* ne qua videlicet tam neceſſario vectigali mora fieret. Verùm ſublata poſtea Viceſima, ſublatum quoque fuit à Iuſtiniano edictum D. Hadriani; cuiúſque loco ex Iuſtiniani conſtitutione in poſſeſſionem fit miſſio non intra annum tantum, ſed perpetuo. Et verò hæc ratio eſt cur hæc *huiuſce legis* verba à ſuo Codice remouerit, & ſimilia quæ extant *in d. l.*26. *inf. quorum appellationes.*

" Sequentia ad illa vſque verba, *Illud quoque*, abſunt à *l. vlt. Cod. de codicillis:* quæ hinc alioquin deſumpta eſt. Pars tamen eorum reiecta eſt *in l.*2. *Cod. de bonorum poſſeſſione contra tabulas liberti.* Hîc interim fortè reponendum, *ſic enim*, neque enim in ſequentibus λύσιος vlla continetur: imò ita quoque ibi: *ſic mulier*, &c.

* Hinc deſumpta eſt *lex vlt. ſupr. de inofficioſo teſtamento:* vbi dixi.

* Hinc deſumpta eſt *d. lex* 2. *Cod. de bonorum poſſeſſione*, &c. cuius inſcriptio ſimul & ſubſcriptio ex hac noſtra emendanda eſt. Sed & in Marcellini & Caſſiodori Chronico *Victor & Caſtinus* Conſules, cum *d. lex* 2. malè præferat *Viatorem & Æmilianum.*

" De hoc Edicto dicam *infr. in comment.*

" *Præcauere*, id eſt, ante cauere, antequam ſcilicet ad optionem admittatur.

" Minoribus in his quæ prætermiſerint vel ignorauerint, conſulitur *l.*5. *de integri reſtitutione*, vbi plura.

" Abeſt hæc vox à Cod. IVST.

" Subiicit hoc loco Tribonianus & huic l. attexit quæ eius non ſunt de numero & qualitate teſtium in Codicillis omnique alia voluntate præter teſtamentum.

" In *d. l. vlt. ſup. de inofficioſo teſtam.* eſt VII. etſi manuſcripti melioris notæ habeant VI. At in Cod. IVST. habetur *d. l.* 2. *de bonorum poſſeſſionib. contra tabulas liberti* XIII. In *l. vlt. de Codicillis* XV.

" Interpretatio hæc abſurda.

## COMMENTARIVS.

DE FIDEICOMMISSI, & CLAVSVLÆ CODICILLARIS vi & poteſtate in teſtamentis, eſt hæc ſingularis admodùm, merámque & antiquam Iuriſprudentiā ſpirās, Theodoſij Iun. conſtitutio, vnde quoque decerpta eſt *lex vlt. ſup. de inoff. teſt.* Quantam ſanè regulariter vim fideicommiſſa habeant & naturam pinguiorem, iam notum eſt: peculiaribus etiam in id tractatibus editis. Inter alia etiam, vt quæ directo iure meróque non valent, ad fideicommiſſi interpretationem ſæpe traducantur, vt *hac ipſa l.* dicitur, de quo mox: & directa hæreditate non ſtante, fideicommiſſaria nihilominus ſtet & inducatur: de quo ipſo mox. Quantam vim item habeat Clauſula codicillaris, oſtendunt *lex* 3. π. *de teſtam. milit. l. ſi iure* 11. *C. de teſtam. manum. l.*12. §. 1. π. *de iniuſto, rupto.* Déque eâ paſſim Doctores & Pragmatici: v. inter alios vel Manticam, *de coniecturis vlt. volunt.* & Communes opiniones, *lib.*6. *tit. de teſtam. à num.*234. *ad* 264. At ſpeciatim Theodoſius Iun. in duabus ſingularibus ſpeciebus, quænam vtriuſque vis & poteſtas ſit, & eſſe poſſit, oſtendit *hâc conſtitutione.*

Prima ſpecies eſt in eo caſu, quo idem teſtamento directo hæres inſtitutus eſt, eidémque fideicommiſſaria hæreditas relicta eſt." Finge teſtatorem ſcripſiſſe, vel nuncupaſſe: *Titius, hæres eſto: ſi hæres eſſe nolit*, vel ſub alia conditione, *quiſquis mihi hæres erit, eius fidei committo, vt Titio hæreditatem reſtituat?* Sanè in eius arbitrio eſt, vtrum velit ex directo, vel ex fideicommiſſo hæreditatem petere. Quomodo & ſeruus datâ ſibi libertate directò, & per fideicommiſſum, in poteſtate eius eſt, vtrum

velit ex directo, an ex fideicommiſſo ad libertatem peruenire, *l.56.π.de manumiſſ.teſt.m.* Sed quæritur, vtrum ſi de hæreditate ſemel agere voluerit, ſeu hæreditatem petierit, & ſic electâ vnâ viâ, ex teſtamento videlicet ad aliam migrare mox poſſit, ad fideicommiſſum inquam, ſeu ad fideicommiſſi perſecutionem adſpirare? Id quod *h.ic l.* negatur: Nempe enim, ab ipſis *intentionis*, id eſt, actionis, exordiis hæres vtrùm velit, eligendi poteſtatem habet, & inter ipſa huius iuris auſpicia propoſitum ſuæ intentionis explanare debet: ſed vnius electione alterius ſibi aditum præcludit, neque aditus ei pro ſuo migrandi deſiderio conceditur: ſeu qui ex teſtamento agere voluerit, ad fideicommiſſum migrare amplius non poteſt: fortè cùm de hæreditate ex teſtamento ſecundum mortui voluntatem agẽs, fuerit ſuperatus, vel ſponte etiam ad fideicommiſſi ſubſidium cõuolans: *pœnitentia* ductus. In tãtum etiam, vt quæ Ampliatio ſeu Extenſio additur, vt *Clauſula codicillaris* hìc nihil operetur. Nam etſi teſtator teſtamento ſuo iuſſerit nominatim, *vt ſi id iure teſtamenti non valeret, iure codicilli valeret*, hæredi tamen pœnitere ſeu variare non licet: vnâque viâ electâ, ius omne ſuum abſumpſit. Optio equidem ab initio, vt dixi, datur: ſed qui ſemel hæres eſſe voluit, ſemper hæres eſt: neque fideicommiſſi perſecutio ei amplius competit. Variantem igitur admitti hâc parte noluit Theodoſius Iun. etſi de fideicommiſſo ſuſtinendo ageretur, etſi clauſula codicillaris addita eſſet. Neque fideicommiſſi fauor, neque clauſula codicillaris, quæ magnam alioquin vim & poteſtatem habent ad ſuſtinenda videlicet teſtamenta, ſupplendóſque ſolemnitatum defectus, obliquãdáque ciuilia verba, & fideicommiſſa inducenda; id efficere vnquàm poſſunt, eóve porrigi debent, vt variare hæredi liceat, pœniteréque, poſteaquã ſemel viam vnam elegit. Et tribus inſuper argumentis ſeu exẽplis ſimilibus ex intimâ veteríque Iuriſprudentiâ petitis id adſtruit *hâc l.* Theodoſius Iun. vt cæteroquin hâc ætate veteris Iuris auctoritas in argumentum & exemplum adduci ſolita in Imperatorum conſtitutionibus, quod etiam teſtatur *lex 3. ſupr. h.t.*

Primum argumentum & exemplum eſt in eo, qui defuncti voluntatem ſemel agnouit: nam & is poſteà à querela inofficioſi excluditur: quæ ſententia hinc excerpta, coniecta eſt *in l.vlt.ſup.de inoff.teſt.* vbi de eo plenè dixi. Secundum exemplum eſt in patrono. Patronus ſcilicet electis operis & muneribus liberti, à bonorum poſſeſſione contra tabulas liberti repellitur: quæ ſententia pariter relata eſt *in l. 2. Cod. de bon. poſſeſſ. contra tab. liberti*: quod & ipſum confirmatur *l.ſicut 20. π. de iure patronatus*. Tertium exemplum eſt in vxore ſeu in Edicto *de Alterutro*: cuius altera tantum mentio extat *in l.vn.§.3. Cod. de rei vxor.act.* ſoluto quippe matrimonio & quidem morte mariti, ſi maritus aliquid vxori ſuæ teſtamento reliquiſſet, quæ dotem reddi ſtipulata non erat, dabatur electio vtrum vellet ex teſtamento agere, an verò de dote rei vxoriæ actione. Horum alterutro electo ad alterum poſtea migrare non poterat, ſerâ iam pœnitentiâ: ídque erat Edictum, *de Alterutro*. Quod vt melius intelligatur, ſciendum eſt, ſoluto matrimonio duplicem olim actionem ad dotis repetitionem mulieri competiiſſe: ex ſtipulatu, ſi in ſtipulatum ea deducta fuiſſet: ſi non fuiſſet, actio rei vxoriæ ei competebat: vtraque actio impediebatur, ſi maritus aliquid vxori nominatim *pro dote* relegaſſet, ídque mulier amplexa fuiſſet: *l.ſi filio, §.pen. π.famil.erciſc. l.46. π. ſoluto matrim. l.6.§.1. π. quando dies legator.* Sed ſi id teſtator non addidiſſet; vxor & dotem ex ſtipulatu conſequebatur, & relictum ſibi à marito. In actione rei vxoriæ id ſpeciale erat, quod etſi ea verba *pro dote* maritus relicto vxori nòn adſcripſiſſet, ſed ſimpliciter; vxor relictum accipiẽdo rei vxoriæ actionem amittebat pro *ſummâ concurrente*, id eſt, relictum dote compenſabatur: & ſic deterior in eo mulieris conditio erat, quàm creditorum: *l. 85. π. de leg. 2. l. in ponenda, Cod. ad l. Falcid. l. 115. π. ad SC. Trebell.* Hoc igitur erat Edictum de Alterutro, quo ſcil. electio dabatur mulieri, vel vxoriæ actionis mouendæ iure ſuo, vel ſi mallet, relicti accipiendi *iudicio mariti*, vt loquitur *lex cum ab vno 53. π. de legat. 2.* Horum altero ſemel electo, ad alterum tranſire vxor non poterat: *h.l. & d.l.vn.§.3.* In tantum, vt (quæ ſingularis cautionis ſpecies notanda eſt, quæque *h. l.* additur) mulier eo nomine cauere cogeretur, ne videlicet pœnitentia ad aliud tranſiret. Verùm hoc Edictum *de Alterutro* à Iuſtiniano poſteà abrogatum fuit; *d. l.vn.* vtpotè transfuſâ rei vxoriæ actione in actionem ex ſtipulatu: de quo v. & Cuiacium *3.obſ.16.* Et hæc tria quidem ſimilia exempla ſunt, quæ in argumentum hìc aduocat Theodoſius Iun. vbi videlicet vnâ viâ electâ ad alteram tranſire ſeu migrare non licet. Et ita quidem hactenùs de primo *huius leg.* capite, eius Ampliatione & Illuſtratione.

¶ Sequitur duplex *Exceptio* quæ *h.l.* additur. In eo ipſo Edicto ſcilicet *de Alterutro* mulieri minori ob ætatem ſuccurri ſolitum hæc lex teſtatur, de quo pleniùs ad *l. vlt. ſup. de integri reſtitutione.* Et in hâc ipſamet *huius l.* ſpecie perſonæ quædam excipiuntur, *verſ. ſi quis verò*, quibus variare ſeu pœnitêre licet: putà parentes & liberi vtriuſque ſexus ad quartum vſque gradum agnationis: ad tertium verò cognationis. Nam huiuſmodi perſonæ hæredes ſcriptæ vel nuncupatæ in eo ſcilicet teſtamento quod teſtator vim codicillorum etiam habere voluit, ſi de hæreditate ex teſtamento egerint, ſuperati, vel ſponte, ad fideicommiſſi petitionem conuolare ſeu migrare poſſunt, variantéſque & pœnitentes audiuntur. Variatio in extraneis tantùm hæredibus aliíſque præter ſupra nominatos non admittitur: in his admittitur, honore videlicet ſanguinis: & hâc ratione, *quod non par eadémque ratio videtur amittere debita, & lucra non capere.* Non ſcilicet adeò arctandi ſunt ſed cõſtringendi qui *penè ad propria bona veniunt*, vt loquitur in ſimili *lex 1. §.largius, π. de ſucceſſorio Edicto*; Certè ita Papinianus quoque, etſi regulariter definiat, neminem poſſe mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam, *l.75.π.de regulis iuris*, idem tamen mox ſcribit in *l.nonnunquam 8.π.de collat.* quæ illi *legi* coniungenda eſt, nonnunquam Prætorem variantem non repellere & conſilium mutantes non aſpernari: & exemplum ponit in filio emancipato, qui etſi ſemel de conferendis bonis cauere noluit, audiendus tamen poſteà eſt ſi velit cautionem offerre, vt bonorum poſſeſſionis officium exercere poſſit. Non ſunt denique ad viuum reſecanda ea in quibus de gentilitiis & cognaticis bonis agitur. Et verò hac eadem ratione *Viceſimæ* vectigal huiuſmodi perſonis remiſſum erat, quam in rem videndus eſt Plinij panegyricus. Eadem ratione liberi & parentes ad tertium vſque gradum hæredes inſtituti, quod quis ex teſtamento non capiebat, ſeu quod eo teſtamento caducum erat iure antiquo ex lege *Iulia* caducaria capiebant, vt teſtatur Vlpianus *in fragm.tit.17. §.1. & tit.18.* & Celſus *in l. pater meus 29.in fin.π.de Legatis 2.* & Iuſtinianus in *l.vn.in fin. princ.Cod.de caducis toll.* Simili ratione liberis & parentibus remittebatur onus ſiliquarum inferendarum





rum Curiæ ciuitatis, quoties non Curiales Curialibus ſuccederent *Nouella* Theodoſij noſtri *2. ſub tit.11.de his qui ſponte munus*, &c. vnde deſumpta eſt *lex vn.Cod.de impon.lucrat.deſcript.* ¶ Et hactenus quidem de duobus *huius leg.* capitibus, de primo inquam, & vltimo, ſeu de prima ſpecie.

Sequitur tertium caput medio inter hæc loco poſitum, ſeu ſecunda ſpecies de *Imperfecto teſtamento*, & vtrùm id fideicommiſſi obtentu, vel vi clauſulæ codicillaris ſuſtineatur. Et definit Theodoſius Iun. imperfecto, id eſt non impleto teſtamento, cùm videlicet teſtator qui decreuit facere teſtamentum, id implere nequiuit, inteſtatum videri defunctum: neque *traduci* id poſſe *ad fideicommiſſi interpretationem, velut ex codicillis*: Niſi id nominatim teſtator teſtamento complexus ſit, ſeu adiecerit, ſe velle ſcripturam huiuſmodi vim codicillorum obtinere. Non tanta eſt fideicommiſſi interpretationis ratio (etſi fideicommiſſi adſcripti in teſtamento quandoque eadem ſit vt in ſp.*l.38. π.de fideic. lib.*) quanta eſt clauſulæ codicillaris adiectæ vis & poteſtas.

Et vt in vnum ſub finem nunc colligam, tria illa quæ tribus *huius legis* locis de clauſula Codicillari dicuntur. 1. Clauſula codicillaris, vitium imperfectionis teſtamenti ſuſtinet; quomodo & aliàs, ex Doctorum conſenſu defectum ſolemnitatis ſupplet. 2. Sed, vt non ſupplet defectum voluntatis ex eorundem Doctorum conſenſu, ſeu teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinet, neque ſupplet defectum in ſubſtantia, ita nec in hærede voluntatis mutationem ſuſtinet, nec operatur contra mentem teſtatoris. 3. Exceptis parentibus & liberis ad eum quem dixi gradum vſque: his quippe, vi clauſulæ Codicillaris, variare & pœnitere licet. Et ſic horum reſpectu maior vis eſt clauſulæ Codicillaris, quàm aliorum reſpectu. Hinc & in praxi in teſtamento inter liberos clauſula Codicillaris ſemper intelligitur appoſita: Gl.*in l.cohæredi, §.cum filia.π.de vulgari*: facit *lex vlt.C.famil.erciſc.*

# DE LITIGIOSIS.

## TITVLVS V.

### VIII. COD. IVST. Tit. 37. Rationem ordinis, & cur titulus hic hoc loco collocatus ſit, mox oſtendam.

1. * Imp. Conſtantinus A. ad Prouinciales. Poſt alia.

LITE pendente, illud" quod in controuerſiam deuocatur, in coniunctam perſonam, vel extraneam donationibus, vel emptionibus, vel quibuſlibet aliis contractibus, minimè transferri oportet: Tanquam nihil factum ſit lite nihilominùs peragenda. ¶ Quòd ſi Tutelæ cauſa vertitur, poſt examen Iudicis", in ſupplementum pronunciationis, dentur Arbitri, qui non iam arbitri, ſed executores putandi ſunt, &c. Dat. Kal. Aug. Baſſo & Ablauio COSS. [331.]

INTERPRETATIO. *Res quæ propoſitâ actione repetitur, transferri à poſſidente ad alterum nullis contractibus poteſt, neque inde aliqua fieri ſcriptura permittitur, niſi prius lis de qua agitur fuerit iudicio definita.* VEL SIC. *Res litigioſa nullatenus ante dari nec vendi poteſt quàm elitigetur.*

## NOTÆ.

* Lex 2. *Cod* IVST. hinc interpolata eſt. Quænam autem leges *huic* iungendæ ſint, mox dicam.

" In Cod. IVST. hoc ita immutatum fuit; *lite pendente actiones quæ in Iudicium deducta ſunt, vel res pro quibus actor à reo detentis intendit, in coniunctam*, &c.

" *Ab eodem actore liceat*: Ita Codex Iuſtinianeus.

* *Fugitiua* hæc *huius legis* pars eſt, neque ad hunc Titulum quicquam pertinet, ſed ad Tractatum *de Tutoribus*, vel ad tractatum *de Iudiciis* ſpectat. Verùm ſimilis *ἀβλεψία* conditorum huius Codicis occurrit *fine l. 3. ſup. finium regundorum*, quam huic inter alias coniungendam dixi. Interpres ſanè nullam eius in Interpretatione ſua rationem habuit, & Tribonianus eandem reſecauit.

" *Iudicis*, id eſt, Præſidis, ſeu Rectoris Prouinciæ. v. Gl. *Theod.*

## COMMENTARIVS.

DE IVDICIIS primæ, ſecundæque Inſtantiæ, accuratiſſimi Edicti Conſtantinianei, quod ad Prouinciales emiſſum A. D. 331. hæc lex pars eſt; Pariter vt leges aliæ complures, quæ huic coniungendæ ſunt: putà *lex 3. ſup. fin.regund. l.16. & 17. infr.de appellat. l.1. infr.de his qui per metum Iudicis non appellau.* imo etiam *lex 2. C.vbi in rem actio.* In cuius ſubſcriptione habetur x. *Kalend. Aug.* Inter quas *d.lex 3.finium regund.* argumenti quoque paritate huic noſtræ ex parte reſpondet, & lucem fœneratur. Quinimo iungenda videri poſſit, & *lex 1. ſup.de offic.Rect.Prouic. l.3. Cod.eod.tit. lex 4. Cod.de iuriſd. omn. Iud.* Quod non temerè aſſirmo. Inter alia verò Conſtantinus eo Edicto cauendum credidit, ne iudicia vel retardarentur per abſentiam aut contumaciam fortè domini, quò pertinet *dicta lex*

2. *Cod. vbi in rem actio*: vel facto aliquo litigatoris interturbarentur: quò ſpectat *huius legis* initium: vt & de *Arbitris* dandis, de quo *fine huius leg.* agitur, & *d.l.3.ſin.regund.* De priore, priùs.

¶ LITIGIOSAM igitur rem, lite pendente, per contractum alienari, aut transferri antequam elitigetur, vetat Conſtantinus M. quocunque tandem contractus genere, & in quamcunque perſonam (de cuius iuris ratione & origine, qui ad leges Decemuirales ſcripsêre, pleniùs agere ſolent occaſione *legis vlt. ff. de litigioſis*: quæ ad ll. XII. Tab. pertinet) Vbi primò notandum, agi de *Contract.*: Teſtamenti quippe alia ratio eſt; eo ſcilicet res litigioſa legari poteſt, neque ad hanc ſpeciem exceptio pertinet litigioſi: quia ſcilicet huius alienationis occaſio eſt mors litigatoris, non cupiditas vexandi aduerſarij, *l. 2. & 4. Cod. eod. tit.* Et hâc causâ hic titulus collocatur hoc ordine & poſt titulum *de teſtamentis*. ¶ Secundò notandum in *quocunque contractus genere* id obtinere, veluti in donationibus, emptionibus. Quanquam excepta poſtea fuit in dotem datio, & propter nuptias donatio. Quid enim, ſi non ſuppetat forte alia res, quæ in dotem detur, vel propter nuptias donetur? *l.vlt. Cod. eod. tit.* Quâ ipſa conſtitutione excepta quoque fuit diuiſio rerum hæreditariarum. ¶ Tertiò notandum, id pertinere *in quamcunque perſonam*, contractus celebratus fuerit, id eſt non tantùm in extraneam, verùm etiam in coniunctam. De qua tamen dubitari magis poterat: & verò hæc *huius legis* occaſio fuiſſe videtur, argumento eius iuris, quod hoc tempore in emptionibus obtinebat, quo ſcilicet proximi & conſortes in emptione extraneis præferebantur: Quod tamen ius abrogatum fuit poſtea, famosâ *lege, dudum, ſup. de contrah.empt.* ¶ Cæterum Tribonianus hanc legem ita interpolauit, vt de actore nominatim eam accipi vellet, ac proinde de actione tranſlata: Contrà, Interpretatio *huic legi* ſubdita, de poſſeſſore eam accepit. Quod verius eſt, argumento horum verborum, ILLVD *quod deuocatur in controuerſiam minimè transferri.* Neque enim actor, cùm rem non poſſideat, rem alienare poteſt, ſed ius tantum & actionem ad eam perſequendam. Etſi verum ſit, non magis actorem ius ſuum litigioſum alienare poſſe, quàm poſſeſſorem rem litigioſam à ſe poſſeſſam.

¶ *Effectus* autem iſtius rei hic eſt, non vt alienatio ipſo iure nulla ſit; (tenet enim alienatio, *l.17. & ſeq.ff.de rei vindicatione*) verùm, vt lis nihilominus quaſi alienatio non interueniſſet, per eoſdem peragatur, per quos cepta fuit, tanquam ſi nihil factum fuiſſet, re eodem loco reſtituta, quo fuit antè, nec mutantur perſonæ litigatorum propter alienationem factam; quod etiam confirmat *lex vlt.Cod.eod.tit.* Et hæc de primâ huius legis parte.

II. Altera *huius l.* pars ab hoc titulo fugitiua, vt anteà monui, ſententiam hanc præfert, ad *Arbitros* pertinentem, quando ſcilicet Arbitri dandi ſint, quando verò ipſe Præſes cognoſcere debeat, quò pertinet pariter *lex 3. & l. vlt. ſup. fin. regund.* (quæ *huic* inter alias iungenda eſt) & *l.2.8.de Iuriſdict.* In TVTELÆ iudicio igitur Iudicem ſiue Præſidem ipſum examen ſuum præbere iubet Conſtantinus M. id eſt, cognitionem ſuam adhibere: Iudicium nempe Tutelæ magnos Iudices exigit: Idem verò in ſocietatis Iudicio obtinet, vt & ſi de loco controuerſia ſit vltra quinque pedes, *d. l.3. ſup. finium regundorum*, quæ & ipſa *huic* coniungenda eſt, ſimùl & argumento reſpondet. ¶ Quid igitur? Iudex ſiue Rector Prouinciæ iudicat, an præſtari aliquid à Tutore, vel ſocio, oporteat. Atenim vbi hoc factum fuerit, tum demum *poſt examen* à Iudice Arbitri dantur: Arbitri, inquam, per quos *reſtituatur*, id eſt, præſtetur, quod conſtiterit eſſe ſoluendum, vt ait *d.l.3.* ſeu, vt hæc lex noſtra loquitur, *in ſupplementum pronunciationis*, & non iam Arbitri, ſed Executores putandi. *In ſupplementum pronunciationis*, id eſt, in conſequentiam, & ad cauſam penitus finiendam ſeu terminandam: *Supplementum* ἀναπλήρωμα in *Gloſſis Philoxeni*. Quo ſimili ſenſu locus ille ad Coloſſenſes 1.v.24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου, ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅς ἐστιν ἡ ἐκκλησία, &c. accipiendus eſt. Nempe exequi ſe vult Paulus *in ſupplementum*, id eſt, in conſequentias afflictionum Chriſti, non in *ſubſtantiam ſalutis*. τὸ λοιπὸν, non τὸ λεῖπον vel τὰ λείποντα. Præſes igitur iudicabit rei ſubſtantiam, an aliquid debeatur: Arbiter verò mox datus quid & quantum ſoluendum ſit. Denique huiuſmodi Arbiter Executori ſimilis eſt: magis Executor quàm Arbiter. Cæteroquin de Executore; vide quæ dixi ad *l. 4. ſup. de diuerſ. reſcript.*

# DE NATVRALIBVS FILIIS, ET MATRIBVS EORVM.

## TITVLVS VI.

### V. COD. IVST. Tit. 27. De Naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus cauſis iuſti efficiantur. Rationem ordinis, & cur hic titulus hic collocatus, mox oſtendam.

## PARATITLON.

NATVRALES filij ſeu liberi ſunt qui ex conſortio cuiuſlibet mulieris, ſeu ex muliere quam quis ſibi adiunxit, ſuſcepti ſunt: *l. 1.* Quibus opponuntur ex legitimo matrimonio ſuſcepti, *l.1.* ſeu iuſti liberi, *l.2.* Hi igitur vnà cum matre, quantum ex bonis maternis conſequi poſſint, ſeu patris arbitrio, hoc titulo definitur. Igitur
extantibus



extantibus patri filiis iuſtis, vel nepotibus, vel etiam patre aut matre, naturales liberi vnà cum matre vnam tantùm bonorum, vel hæreditatis paternæ vnciam donationis aut relicti titulo conſequi poſſunt: non extantibus illis, tres vncias; *l.1. & 2. h.t.*

1. * Imppp. VALENT. Valens, & Gratian. AAA. ad Ampelium PF. V.″

PLACVIT, manentibus cunctis, quæ *de Naturalibus liberis* Conſtantinianis † Legibus cauta ſunt, hæc tantùmmodo temperare, vt is qui hæredem, hæredéſve filios ex legitimo matrimonio, vel nepotes″ (qui *Filiorum* loco habendi ſunt) patrem quoque matrémve dimittit, ſi ex conſortio″ cuiuſlibet mulieris naturales ſuſceperit, vnam tantum bonorum ſuorum &″ hæreditatis vnciam naturalibus, vel″ mulieri, donandi, aut relinquendi″ habeat facultatem. ¶ Si quis vero nullo, ex his quos excepimus, ſuperſtite moriatur″, atque ex muliere quam ſibi adiunxerat, naturalem, pluréſve dimittat″, vſque ad tres tantum ſi voluerit vncias, tàm in mulierem quàm in naturales, quo maluerit iure, tranſcribat. Dat. XVIII.″ Kal. Septembr. Contionati″, Grat. A. II. & Probo COSS. [371.]

INTERPRETATIO. *Obſeruandum de naturalibus filiis lex iſta conſtituit, vt ſi quis habens ex legitimo matrimonio filios, aut filias, ſiue maſculos″ nepotes ex filiis, vel patrem, aut matrem ex quacumque muliere, (id eſt ingenua,) nata vel facta ſuſceperit naturales, non amplius quam vnciam vnam de facultatibus ſuis nouerit naturalibus conferendam: Nam ſi defuerint ex omni parte perſonæ ſuperius nominatæ, tunc naturalibus filiis, vel mulieri de qua naſcuntur, tres vncias tantum non amplius nouerit, quiſque ille eſt, ſe poſſe conferre.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. Eam memorat, ſub Theodoſio M. ſcribens, Libanius *de vitâ ſuâ, p.48.* vt & Iuſtinianus *Nou.89.cap.12.*

″ *Valentinianus* hic *huius legis* auctor eſt, quod & Ampelij P.V. (Romæ ſcilicet) nomen oſtendit, cui hæc lex inſcribitur, & locus eidem ſubſcriptus, *Dat. Contionati.* Tandem & Libanij locus *dictâ pag.48.*

″ *Ampelius* hic P.V. Romæ fuit: cui inſcribuntur hoc ipſo Anno quinque aliæ Leges: & Anno proximo 372. ſex. Meminit eius Ammianus Marcellinus *in huius anni ipſius geſtis, lib.28. p.386. & 396.* Eidem inſcribitur & *lex 2. Cod. de officio Præfecti vrbi.*

† Vide *principium Nouellæ 89.* vbi *cap.12.* nominatim harum legum mentio fit. Sed & in *l. Diui Conſtantini 5. Cod. de naturalib. liberis.* Aliò verò pertinet *lex 1. Cod. de natural. liberis*, neque enim ea lex de liberis ex concubina ſuſceptis loquitur, ſed de ſuſceptis ex iniuſtis nuptiis, & in figura matrimonij.

″ *Nepotes* filiorum loco habentur. *Liberorum* appellatione contineri nepotes res eſt nota. Imò & *filiorum* appellatione, *l. liberorum 220. in fine ff. de verbor. ſignific. & l. filij 84. ff. eod. tit.* etſi propriè aliter res ſeſe habeat. Verùm iuſta interpretatione hoc recipitur, *l. iuſta 201. ff. de verb. ſignif.* ſi videlicet interueniat coniectura certa, vel præſumptio iuſta, *d. l. 201. & 220. in fine.* Vbi videlicet eadem in omnibus interuenit ratio & vtilitas, vt quod conſtitutum eſt de non credenda pecunia filiisfamiliâs, id trahitur etiam ad nepotes; *l.14. ff. ad SC. Macedonian. l. penult. C. eod. tit.* Item quod conſtitutum eſt de pupilla ſua filio ſuo non elocanda, trahitur etiam ad nepotem, *l. 59. ff. de ritu nuptiar.* Et facilè quidem hæc productio admittitur, quia ſcilicet nepotes filiorum loco habentur, vt hæc lex noſtra loquitur, & ſignificat etiam *l.34. C. de inofficioſo teſtamento.* Idque naturam nos docere *d. l.220. in fine*, ait.

″ Ex concubina natos intelligit: ad hos enim naturales liberos *hic titulus* pertinet.

″ Abeſt hæc vox à nonnullis MSS.

″ *Vel*, pro *&*, quod etiam oſtendit finis *huius legis*, & *lex 2. in princ. inf.* vide plura exempla in Gloſſ.

″ *Relinquendi*, vltima ſcilicet voluntate.

″ *Morietur*, & mox *dimittet*: in MSS. nonnullis.

″ VII. in nonnullis MSS.

″ *Contionati*, vel *Concionaci* datæ pariter hoc ipſo anno tres aliæ leges: putà *l.5 inf. de cuſtod. reor. l.17. in fin. de annon. & trib. l.3. ſup. de denunciat.* Fuiſſe autem oportet locum hunc in Galliâ inter Treuerim & Mogontiacum vel circum circa, cuius nulla alibi quod ſciam mentio extat. Forte *Cortionacum*, quod hodie *Kreutzenach* in Palatinatu.

## COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris hæc conſtitutio eſt de liberis Naturalibus, quâ is CAPIENDI ius ex vltima Patris voluntate vel donatione Naturalibus liberis aliquod, ſub quadam diſtinctione tribuit A. D. 371. temperata hâc parte anteriore Conſtantini M. conſtitutione: in cæteris quæ idem Conſtantinus de Naturalibus liberis cauerat, confirmatis. ¶ Quod vt intelligatur, de Conſtantinianeis illis legibus ſuper Naturalibus liberis latis pleniùs videndum eſt. Quarum non *hac* tantùm *lege* mentio fit à Valentiniano, verùm etiam à Zenone *in l. 5. Cod. de Natural. liberis*, & Iuſtiniano *Nou.12. in pr.* Inquirendum, inquam, quidnam de Naturalibus liberis Conſtantinus M. ſanxerit. De legitimatione ſanè filiorum Naturalium per ſubſequens matrimonium Conſtantinum M. aliquid cauiſſe, ſeu de ingenuis concubinis vxoribus ducendis, & filiis exinde ſuis ac legitimis habendis, teſtimonium perhibet Zeno, *in d.l.5. C. de Natural. liberis.* Nempe Conſtantinus, vt idem Zeno *ibidem* loquitur (non nudo tantùm, vt vulgò credatur, elogio, verùm Conſtantini inſtitutum hâc parte aperiens) qui venerandâ Chriſtianorum fide muniuit imperium, hâc propoſitâ legitimandorum liberorum ratione, patriæque poteſtatis in liberos adquirendæ modo, concubinatum in nuptias paulatim vertere ſategit: vt ita, ſi non concubinatum omninò tollere è Republ. Chriſtiana poſſet, quem ſanè etiam quadamtenus lege ſuſtulit, putà *l. vn. C. Iuſt. de concubinis*, ſaltem poſt ſuſceptos iam
liberos

liberos arctiorem & ſanctiorem coniunctionem legitimo connubio mutare diſcerent, vt fermè alioquin ſolet liberorum contemplatio chariorem & ſanctiorem copulam facere, & ad matrimonium contrahendum inuitare: videndus inſignis hanc in ſententiam Chryſoſtomi locus, *lib. 2. de prouid. Dei*, de Abrahamo & Iſmaële, & *lex cum quis, C. de natural. liberis*. Qui ſanè concubinatus in matrimonium vertendi procedente affectione (vt eſt *in Inſtit.*) mos, & idem olim vſitatus, vt docet vel *lex donationes 31. π. de donationib.* Atenim non ideo hâc ratione liberi ante nuptias in concubinatu ſuſcepti legitimabantur: Quod à Conſtantino primùm inuectum fuit. Hæc inquam ita de legitimatione naturalium liberorum à Conſtantino M. primùm conſtituta fuerunt, cùm ante Conſtantinum eorum nomen Romanæ legiſlationi (vt barbarè vertit vetus Interpres, quiqui ſit, Nouellarum) non fuiſſet in ſtudium. τὸ τῶν νόθων ὄνομα τῇ Ῥωμαίων νομοθεσίᾳ πρώτην οὐ διεσπούδαστο. Id eſt, *nullo ſtudio aut affectu Romana Iuriſprudentia eos proſecuta fuerit, nulla* φιλανθρωπία, ἀλλ᾽ ὡς ἔκφυλόν τι, καὶ παντελῶς ἀλλότριον τοῦ πολιτεύματος ἐνομίζετο. Primus igitur Conſtantinus, eorum aliquam rationem habendam credidit. Atque hoc illud eſt, quod Iuſtinianus ait, à Conſtantini piæ memoriæ temporibus *Naturalium Liberorum nomen* libris Conſtitutionum inſcribi cœpiſſe: non quaſi nudum eorum nomen antea incognitum fuerit, naturalium, inquam, liberorum pro liberis ex concubina ſuſceptis, cui refutando allegantur *lex naturalis 7. π. de confirm. tutor. lex Lucius Titius 45. π. de vulgari & pupill. ſubſt. l. ex facto 17. §. ſi quis rogatus 4. π. ad Trebell.* de quo prolixè nuper Heraldus *quæſt. Iuris Quotid. lib. 1. cap. 1.* ſed quia nullo ſtudio aut humanitate expreſſa in id conſtitutiones dignatæ eos fuiſſent. Et hæc quidem perſpicua ſunt: vt mirari ſubeat, Iuſtinianum ipſum id minus diſtinctè propoſuiſſe, ſic vt ex eius verbis colligat quis, alium quàm Conſtantinum huius legitimationis Authorem fuiſſe. ¶ Atenim, quid prætérea de Naturalibus liberis Conſtantinus cauerit, obſcurâ premitur caligine. Sanè enim aliquammulta de his Conſtantinum cauiſſe, ſeu plures de his à Conſtantino leges latas, *hac lege* docemur. *Placuit*, inquit, *manentibus* CVNCTIS *quæ de naturalibus liberis Conſtantinianeis legibus cauta ſunt, hac tantummodo temperare, vt &c.* Illud ſaltem ex *hâc ipſa l.* liquet, iis legibus de iure capiendi cautum aliquid fuiſſe. Quod quidem Valentinianus *hâc ſua lege*, ſe *temperare* ait. Atenim quia non minus is *temperare* dicitur, qui prioris legis aſperitatem mitigat, quàm qui lenitatem temperamento aliquo cohibet, dubium cui videri poſſit, quidnam de iure capiendi naturalibus liberis conceſſo hac parte Conſtantinus ſanxerit. Quare ita quis exiſtimare poſſet, maius aliquid à Conſtantino Naturalibus liberis hâc parte tributum quàm à Valentiniano *hac lege* tribuitur: Nempe vt pater pro arbitrio ſuo naturalibus liberis quam vellet partem relinquere, donare poſſet. Verùm contra ſentio Conſtãtinum M. videlicet liberis naturalibus capiendi ius valde acciſum tribuiſſe. Præter alia argumenta, quæ ex Iuſtiniani *Nouella* 89. & Libanio *de vita ſua*, certiſſima ſuppetunt, & illud inſuper accedat, quod hæc ſententia Conſtantini M. inſtituto, quod aliis legibus extulit, apprimè conueniat. Nempe & hâc ratione Conſtantinus M. concubinatum in nuptias vertere ſatêgit, pœnâ videlicet hâc propoſitâ: vt viceuerſâ legitimationis præmio propoſito id ipſum efficere eum voluiſſe iam dixi. Quæ gemina cæteroquin ratio eſt, quâ hominum mores vertuntur, metu ſcilicet pœnarum & præmiorum pollicitatione: quod videre eſt vel ex *l. Iuliâ & Papiâ*, quæ & ipſa eſt *de incapacibus*. ¶ Quatenus autem acciſum fuerit à Conſtantino ius iſtud, tùm ex *hac lege*, tùm ex *l. 1. C. de natural. lib.* ex parte colligere licet. Nempe cum hâc humaniore Valentiniani *leg.* naturalibus liberis capiendi ius cum filiis, & parentibus aliquod tribuatur, ex *d. l. 1.* apertè colligatur, capiendi ius illis Conſtantinum nullum tribuiſſe: *Quicquid*, inquit, *talibus liberis pater donauerit, ſeu illos legitimos, ſeu* NATVRALES *dixerit, totum retractum legitimæ ſoboli reddatur, aut fratri, aut ſorori, aut Patri, aut Matri.* Nempe in odioſo matrimonio verſans *illa lege* Conſtantinus, liberis ex eo ſuſceptis legitimorum ius omninò denegat, ſolo naturalium iure eis relicto, etſi Pater eos legitimos vocauerit. Quodnam autem ius fuit naturalium? Scilicet, vt poſt legitimam demùm ſobolem, item poſt Patrem, Matrem, fratrem, ſororem, patruos, agnatos, capere poſſent; illis verò ſuperſtitibus nihil. Maneat itaque liberis naturalibus à Conſtantino M. legitimis omnibus demùm deficientibus etiam fratribus, ſeu patruis, capiendi ius quoddam relictum fuiſſe: Erroneum enim puto quod nonnulli ſcribunt, Conſtantinum prohibuiſſe in vniuerſum naturales filios quidquam ex patrum teſtatorum ſiue inteſtatorum hæreditate conſequi. Maneat, hunc Conſtantini M. rigorem humanitate quadam à Valentiniano ſeniore hac lege inflexum. ¶ At quomodo? Nempe conſtituit, vt ex vltima voluntate vel donatione Patris, etiam exiſtentibus liberis legitimis, aut Patre matréve, naturales liberi vnà cum Matre capere aliquid poſſent, ſed vnam tantum vnciam: ſuperioribus verò deficientibus, tres vncias. Neque ideo tamen ad ius vetus rediit Valentinianus, quo conſtat, naturales liberos plenum capiendi ius habuiſſe, vt docet vel *lex Lucius 45. π de vulgari ſubſtit.* Quicquid contrà multis diſputet Ant. Faber, qui vt naturalium liberorum nomen de liberis ex concubina ſuſceptis ante Conſtantinum incognitum fuiſſe, pertendit, ita *h. l.* & cæteris omnibus Pandectarum locis per *naturales liberos*, non ex concubina ſuſceptos, ſed in figura matrimonij natos, id eſt in ſeruitute ſeu ex contubernio intelligit, quibus ille capiendi ius fuiſſe putat propter matrimonij figuram: at non etiam ex concubina ſuſceptis, vtpotè extra omnem matrimonij figuram natis. Quem apertè refutat *lex 14. §. 2. de ritu nupt.* vbi etiam vulgò quæſitorum reſpectu, pater naturalis dicitur. ¶ Quid eſt igitur, inquies, quod Iuſtinianus ait *Nouella* 89. de incognito Veteribus naturalium liberorum nomine; contrà de Conſtantino, qui primus id legibus inſeruerit: denique de Valentiniano, Valente, Gratiano, qui primi his aliquid relinqui poſſe voluerint? Nempe quod, vt iam dixi, Conſtantinus capiendi iure acciſo eorum legitimandorum modum introduxerit: Valentinianus verò ius capiendi quadamtenùs reduxerit: Prius illud ſi cuiquam non facit ſatis (vt mihi certè non facit) tùm apertè pronuncio Iuſtinianum hac parte parum ſibi cauiſſe videri: Argumento certè eſſe poteſt, quod legitimationis per conſequens matrimonium alium quàm Conſtantinum M. auctorem facere videtur: quod apertè falſum eſt. Illud ſanè quod diſertis verbis Iuſtinianus *dicta Nouellâ* ſcribit, *cap. 12.* Valentinianum, Valentem & Gratianum (*hâc* ſcilicet *lege* noſtrâ) primos effeciſſe, vt naturales liberi ex bonis Patris aliquid capere poſſent, verum eſt de Chriſtianis Imperatoribus: Βαλεντινιανῷ μὲν οὖν καὶ Βαλεντινιανῷ καὶ Γρατιανῷ τοῖς τῆς θείας λήξεως, πρώτοις, ἐπῆλθε φιλανθρωπεύσασθαί τι περὶ τοὺς νόθους, & quæ ſequuntur de huius legis ſententia. Idque ipſum & *initio Nouellæ* indicat, cùm ait: εἶτα, id eſt poſt Conſtantinum, κατὰ μικρόν, id eſt paulatim, flexa in humanitatem ſententia, Imperatores aliquid liberis naturalibus de bonis relinqui, donari poſſe, cenſuiſſe. Tandem huiuſce conſtitutionis Valentinianeæ meminit diſertè non tantùm Iuſtinianus *dict. Nouell.* 89. verùm & Libanius, inſigni loco *de vita ſuâ, p. 48.* qui fortunam vitámque ſuam Valentiniano etiam & Valente Imperatoribus deſcribens, ſic ſcribit: σὸν ἔργον, ὦ δαῖμον, καὶ τότε θεῖναι νόμον τὸν παίδων τοῖς νόθοις (ita rectè habet MS. neque mutandum in νέοις) ἐπίκουρον. Τὸ μὲν οὖν ἐπινοῆσαι τὸν αὐτὸν τῷ πρεσβυτέρῳ τοῖν βασιλέοιν ἐλθεῖν, ἕνα τε τῶν κρατούντων τοῖς ἐκείνου γεγονέναι γράμμασιν, κοινῆς τοῦτο ἔστω τῆς τῶν ἐν χρείᾳ τοῦ νόμου καθεστηκότων τύχης. τὸ δὲ τὸν νεώτερον ἥκιστα αὐτὸν ἀπαινοῦντα μάλιστα ἐπαινοῦντα φανῆναι, ποιῆσαί τε κύριον ἐπειδή με ἐξουσίας τῆς ἀπ᾽ αὐτοῦ δεόμενον ᾔσθετο, πῶς οὐκ ἂν ἐν δίκῃ τῆς ἐμῆς κριθείη τύχης, ἥ με πολλῆς τε καὶ βαρείας ἠλευθέρωσεν ἀνίας ὡς τῆς αὐτῆς ἡμέρας τελευτὴν μὲν ἐμοὶ πτωχείαν δὲ ἐκείνῳ τὴν ἐσχάτην οἰσούσης, &c. *Tuum eſt opus, ô Dæmon, quòd* LEX *lata fuerit, Naturalibus liberis ſuccurrens: Sane quod hæc in mentem venerint Seniori* [VALENTINIANO] *ex Imperatoribus, altérque è Dominantibus* [Gratianus] *conſtitutioni eius præſcribatur, communis id fortunæ eſto eorum qui eâ lege opus habuerunt: Quod autem Iunior* [VALENS] *qui ipſam non laudauerat, maximè collaudare viſus ſit, ratámque fecerit, poſteaquam is me authoritate ſua indigêre ſenſit, cur non iure merito hoc meæ fortunæ aſſignetur, quæ me multo grauique liberauit mœrore, cùm eadem dies mihi quidem obitum, illi verò* [filio meo ſcilicet naturali] *extremam allatura eſſet inopiam?* Ex hoc ſingulari Libanij loco liquet, quod iam aliunde probatum in Notis. 1. *Valentinianum* huiuſce conſtitutionis authorem eſſe. 2. Gratiani nomen illi inſcriptum: quod profectò etiam hæc lex præfert. 3. Eam à Valente initio non probatam, & poſteà demùm confirmatam. 4. Idque in gratiam Libanij, qui cùm ſexagenarius tùm fermè, biennio ſcilicet poſt *hanc l.* A.D. 373. (natus quippè Libanius A.D. 314.) morbo grauiſſimo detineretur, & naturalem filium haberet, ei aliquid teſtamento ſuo relinquere volebat: Sanè enim & Eunapius *in vitâ Libanij p. 170.* ſcribit, Libanium coniugium reſpuiſſe, & domi habuiſſe concubinam. γάμου δὲ καὶ οὗτος ἠμέλησε, πλὴν ὅσα γε αὐτῷ γυνή τις ξυνῆν, οὐκ ἀπὸ ὁμοίας τῆς ἀξιώσεως. Idémque Libanius naturalis filij ſui meminit *ep. ad Priſcianum 531. & ep. 632.* [reuera 642.] *ad Alexandrum.* Quartò ex hoc Libanij loco liquet de quo *initio commentarij* dixi, Valentinianum hâc conſtitutione liberis Naturalibus opitulatum iuiſſe, cùm antea ex Conſtantini conſtitutione ſequior eorum conditio eſſet: νόμον inquit, τὸν παίδων τοῖς νόθοις ἐπίκουρον. Eodẽ etiam refero, quod idem ſcribit *eodem* de *vitâ ſuâ commentario, p. 61. 62.* Idémque *Orat. inedita* περὶ Θρασυδαίου veteris hâc in re cõſtitutionis gratiã ſibi factam rurſum memorat his verbis: καὶ περὶ αὐτοὺς εὑρὼν παῖδα τὸν ἐμὸν καθήμενον, οὗ τὰ μὲν γνώμῃ βασιλέως γέγονεν, κελεύσαντος ἀποχωρεῖσθαι τὸν περὶ ταῦτα νόμον.



## 11. * Impp. THEOD. & Valent. AA. Hierio PF. P. Poſt alia.

NATVRALES liberi, eorúmque matres, nec parentum arbitrio" in ſucceſſionibus, ceteríſque modis", quibus rei mobilis vel immobilis dominium confirmatur, paſſim & ſine legis diſtinctione congruâ permittantur"; Neç tamen Legis † quæ nuper" lata" eſt, aſperitate premantur, cùm ſatis ſit, eos ſeçundum priorem" Conſtitutionem, aut extantibus iuſtis liberis, aut etiam non extantibus, id tantum conſequi, ſi patris deferatur arbitrio, quod per eam iuſta moderatione decretum eſt. ¶ Ceteris, quæ de eorum matribus, libertis, libertiníſque per Nouam Conſtitutionem decreta ſunt, in ſuâ manentibus firmitate. Dat. x. Kal. Mart. Conſtantinop. Tauro & Felice COSS. [428.]

INTERPRETATIO. *Hæc lex interpretatione non eget, qui ad hoc ſolum intromiſſa eſt, quia poſterior omnibus eſt, & priorem, quæ à poſteriore damnata fuerat, confirmauit.*

## NOTÆ.

" Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. Iungendæ autem ſunt huic, *lex vn. ſup. de omiſſa actionis impetratione: lex vlt. ſup. de nuptiis, lex vlt. ſup. de dotibus, lex vlt. inf. de legitimis hæreditatib.* Quæ poſtrema etiam argumento huic noſtræ omnino reſpondet.

" *D. l. vlt. de legitimis hæreditatib.*

" Veluti donatione, *l. 1 ſup.*

" *Permittantur*, id eſt, ius habere ſinantur.

† Caput hoc non extat: ſed aliud caput ex eadem proculdubio lege, *l. vlt. inf. de libertis.*

" Ante biennium.

" In Occidente.

" Id eſt, ſecundum *legem 7. ſup.*

## COMMENTARIVS.

THEODOSII Iun. hæc conſtitutio eſt de Naturalibus liberis: quâ is CAPIENDI IVS ex teſtamento, vel quacũque alia donatione, patris naturalibus liberis, iam olim à Valentiniano Sen. tributum, *l. 1. ſup.* reſtituit: quod [à Valentiniano III. ſcilicet] nuper ademptum fuerat, nouâ aliquâ cõſtitutione, quâ is reducto iure Conſtantinianeo proculdubio conſtituerat, ne quidquam Naturales liberi, eorúmve matres ex patris bonis ſeu teſtamento capere poſſent. Nempe vt parentum arbitrio quidlibet capere naturalibus liberis licere non vult *hâc l.* Theodoſius Iun. ita aſperum nimis Theodoſio viſum, ſi nihil omninò iis capere liceret. Proinde ei placet modus, qui Valentiniani Sen. *lege illa 1.*

*ſup.* impoſitus & definitus fuerat. Satis id eſſe indicans, idque *iuſta moderatione decretum*, vt loquitur, vel, *congruâ diſtinctione permiſſum.* Et ſic mediam viam ſectati hâc parte Imperatores Valentinianus Senior *l.* 1. *ſup.* Theodoſius M. *hâc lege.* Quæ quidem prolixioris Theodoſianæ conſtitutionis pars eſt, quâ vt inanes alias veteris iuris formulas & iniquas conſtitutiones ſuſtulit, ita & capiendi ius veteri iure (quod & nuper reductũ fuerat) nimis acciſum ampliauit. Quò ſanè pertinet hæc lex. Sed & *lex vlt. inf. de legitimis hereditatibus*, quæ huic inter alias coniungenda. Nempe vt h. l. parentis arbitrio non permittitur, vt omne quod voluerit, naturalibus ſuis liberis donet aut relinquat, ſed vt aliquid tantùm eis relinquere poſſit; ita mutuam quoque inter coniuges ab inteſtato ſucceſſionem extantibus propinquis prohibet Theodoſius, ex teſtamento tamen capiendi ius coniugum arbitrio permittit. Verùm ad noſtram *legem* redeamus, quâ vt dixi nupera [Valentiniani III.] conſtitutio abrogatur hâc parte: alia parte confirmatur. ¶ Fuerant ſcilicet alia eadem conſtitutione comprehenſa, quæ Theodoſius in ſua firmitate manere, *h. l.* iubet. Putà de matribus naturalium liberorum, item de libertis & libertinis. Quâ in re in partem innuitur, *lex vlt. inf. de libertis & eorum liberis*: quæ certè lex à Valentiniano III. ante biennium lata fuit, de libertis ab omni militia excludẽdis: libertinis autem, id eſt, qui ex manumiſſis ſunt nati, ad locum vſque proximum Protectoris admittendis. *Hac* igitur *lege* Valentinianeæ conſtitutionis pars abrogatur, à Theodoſio Iun. pars maxima confirmatur. Conuenerat ſcilicet inter Theodoſium & Valentinianum, vt quæ conſtitutiones in alterutrius imperio latæ fuiſſent, in alterius quoque partibus obtinerent. Quod ſuadet *Nouella de Theodoſiani Codicis authoritate*, 1. *verſ. his adiicimus.* & Nouella *de confirmatione legum Nouellarum Domini Theodoſij*. 2. Theodoſius igitur, cum NOVA illa Valentiniani conſtitutio ipſi intimata fuiſſet, iniquior illi & aſperior in quibuſdam viſa fuit; atque adeò eam, quâ parte de naturalibus liberis cauebat in Partibus ſuis, id eſt in Oriente obtinere noluit, cæteris eius capitibus probatis. ¶ Ex his interim, ex *hâ* inquam *leg.* & *ſuperiore*, dictiſque *ad eas* apparet, quàm variè hâc parte Imperatores ſenſerint, conſtituerintque: Quam ideò inconſtantiam, vt & in aliis conſtitutionibus quidam acerbè nimis inuehuntur, vt & hoc argumento conſtitutionum Romanarum ſtudium omne foro pellant, in quibus eſt Argentræus *in conſuetudines Britanniæ-Gallicæ*, *art.* 450. Quibus vt in genere accedendum non eſt; ita ſuæ cuique proculdubio Principi hâc parte, vt in aliis iuris ſpeciebus, quæ θέσει tantum non φύσει ſtant, rationes fuêre, tempori aptæ.

# DE MANVMISSIONIBVS IN ECCLESIA.

## TITVLVS VII.

### I. COD. IVST. Tit. *XIII.* De *his qui in Eccleſiis manumittuntur.*

### PARATITLON.

DE Manumiſſione in genere hæc aliis legibus occurrunt, quod Paratitli vice hic eſſe poteſt. Dicitur præmium meritæ ſeruitutis, *l.* 8, *de infirm, his, quæ ſub Tyr.* meritæ libertatis conceſſio, *l. vn. h. t.* mutatæ conditionis beneficium, *l.* 13. *eod. tit.* Manumiſſionis ſolemnitates memorantur *h. l.* & *conſuetudines* vocantur, *d. l.* 13. Coràm Prætore manumiſſiones fiebant: *l.* 16. *de Prætoribus.* Manumiſſionis ſolemnia, initio Conſulatus, peracta à Conſulibus, & hæc ſolemnitas *Conſulatus* vocatur *d. l.* 13. Manumiſſiones ſub Tyranno etiam factæ valuêre. *l.* 5. 8. 9. 13. *de inf. his quæ ſub Tyr.* In teſtamento quoque reſciſſo libertates datæ valebant, in ſp. *l.* 28. *de Iudæis.* Intra certum numerum tantum, qui legitimus dicitur teſtamento libertates dare licuit, *d. l.* 28. Manumiſſionis denique ſpecies notentur: inter alias ea quâ ciuitas Rom. dabatur *h. l.* & manumiſſio in Eccleſia eiuſdem poteſtatis, *hac l.*

---

1. *Imp. Conſtantinus A. Oſio Epiſcopo″.

QVI″ religioſa mente in Eccleſiæ gremio″ ſeruulis ſuis meritam″ conceſſerit libertatem, eandem eodem iure donaſſe videatur, quo Ciuitas Romana ſolemnitatibus″ decurſis″ dari conſueuit. Sed hoc duntaxat iis, qui ſub aſpectu Antiſtitum″ dederint″, placuit relaxari″. ¶ Clericis″ autem amplius concedimus, vt cùm ſuis famulis tribuunt libertatem, non ſolum in conſpectu Eccleſiæ, ac religioſi populi, plenum″ fructum libertatis conceſſiſſe dicantur″, verum etiam cùm poſtremo iudicio libertates dederint, ſeu quibuſcunque verbis″ dari præceperint: ita vt, ex die publicatæ voluntatis, ſine aliquo iuris teſte vel interprete″,

compe



competat directa libertas. Dat. XIIII. Kal. Maij, Criſpo II. & Conſtantino II. COSS. [321.]

INTERPRETATIO. *Qui manumittendi in ſacroſanctâ Eccleſia habuerint voluntatem, tantum eſt″, vt ſub præſentiâ Sacerdotum ſeruos ſuos velit abſoluere, nouerit″ eos, ſuſcepta libertate Ciues eſſe Romanos: nam″ ſi Clerici ſuis mancipiis dare voluerint libertatem, etiamſi extra conſpectum fecerint Sacerdotum, vel ſine ſcriptura verbis fuerint abſoluti, manebit, ſicut ciuibus Romanis, integra & plena libertas.*

### NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. de his qui in Eccleſia manumittuntur.* Huius legis meminit Sozomenus, *lib.* 1. *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c.* 9. & ex eo hiſtoriæ tripartitæ Compilator *lib.* 1. *cap.* 9. & Nicephorus *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.* 7. *c.* 16. Hanc legem Baronius in annum ſuum non retulit, etſi retulerit *A. D.* 316. *n.* 74.
″ Cordubenſi. *Oſius* hic eſt ille Cordubenſis Epiſcopus, conſtantiſſimus ætatis ſuæ tempore Catholicarum partium: quo etiam authore, quadriennio poſt *hanc legem* Synodus Nicena confecta habetur, teſte Seuero Sulpitio *lib.* 2. *ſacræ Hiſtoriæ* de quo nihil attinet plura addere. Certè hunc manumiſſionis in Eccleſia, primum Conſtantino authorem non fuiſſe, (quod tamen nonnulli perperam tradunt,) ex iis quæ mox dicentur, conſtabit.
″ Laici.
″ Id eſt, vt mox dicitur, *in conſpectu Eccleſiæ ac religioſi populi.* Galli nos id quoque vſurpamus, *Au giron de l'Egliſe*: verùm alia in re.
″ *Seruuli h. l.* & *l.* 1. *vnde vi.* Ita quoque Auguſtinus..... *tom.* 10. *p.* 1401.
″ Sic & præmium meritæ ſeruitutis, *l.* 8. *de inf. his, quæ ſub Tyr.* Reuocat porrò mihi iſtud in memoriam quod Seruius notat, Terracinæ in templo Feroniæ in quo manumiſſiones peragebantur, ſedile fuiſſe lapideum, in quo verſus hic erat inciſus, *Bene* MERITI *ſerui ſedeant, ſurgant liberi.* Item quod Auguſtinus ſcribit in quodam ſermone, *Seruum*, inquit, *tuum manumittendum ducis in Eccleſiam, recitatur libellus, & fit deſiderij tui proſecutio. Dicis Te ſeruum tuum manumittere, quod tibi in omnibus ſeruauerit fidem.* Item hæc ex Patroni filij Epiſtola ad libertum: *ob* MERITA *tua fidémque tuam, quam mihi ſemper exhibuiſti, concedo tibi liberam teſtamenti factionem.* Vide etiam *l.* 1. *in fine*, *Cod. pro quibus cauſis ſerui pro præmio.*
″ Vindictâ ſcilicet, de quo mox.
″ Vox hæc, *decurſis*, propria in ſolennibus: ita *decurſis haſtis*: vide Gloſſ. Theod.
″ ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι, Sozomenus.
″ Libertatem.
″ *Relaxari* id eſt concedi, tribui.
″ Clerici ſuos ſeruos habuêre.
″ *Dicantur*, id eſt, videantur, cenſeantur.
″ τυπικὰ alioquin vetuſtiſſimo iure verba in manumiſſionibus vſurpata, non tantùm vindictâ, quod notum eſt, ſed etiam in teſtamentis, quod *hac lex* docet.
″ *Interpres*, pro teſte.
″ ꝯ *habuerit*: nam infra *velit & nouerit.*
″ Id eſt tantum requiritur.
″ Abſoluat.
″ Et nouerit.
″ Pro, *at.*

### COMMENTARIVS.

MANVMISSIONVM vſum & *exemplum* (quod hic præmittendum eſt) in Eccleſiam Chriſtianam Conſtantinum M. cuius *hæc lex* eſt, meliore auſpicio è templis, & Eccleſiis ſeu comitiis Gentilium, traduxiſſe, initio notandum eſt: Traduxiſſe, inquam: nam & ita olim in Græciâ ſeruos ſuper aras manumiſſos teſtatur Suidas *in v.* κράτης. Κλάτη, ἀρθεὶς ἐπὶ τῦ βώμυ εἶπεν ἐλευθεροῖ κράτητα θηβαῖον κράτης. Sed & in templo Feroniæ Deæ Terracinæ in Latio ſiue Campania ſeruos raſo capite pileum libertatis inſigne ſumpſiſſe produnt Liuius, *lib.* 2. & Plutarchus, *in vita Publicolæ.* Et Seruius *ad* 8. *Æneidos*, ibi, *Feronia mater.* Denique & in populi comitiis, (quæ Græci ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ vocabant) ſeruos olim manumiſſos conſtat. Inde igitur, vti dixi, mos in Eccleſiam Chriſtianam traductus à Conſtantino M. *& religioſâ mente*, vt *hâc l.* dicitur, *& in conſpectu religioſi populi.* vice ſcilicet Templi, Comitiive, Eccleſia ſubſtituta; vicéque plebis, plebe Chriſtiana; vice Magiſtratuum, Epiſcopis. Non verò, (quod nonulli cenſent) hic manumiſſionis in Eccleſia modus ſubrogatus in locum eius manumiſſionis, quæ olim per cenſum fiebat. Neque audiendi etiam qui *h. l.* per *ſolemnitates decurſas* intelligunt comitiorum ſolemnitates & cenſus. Nam per ſolemnitates *h. l.* intelligendæ ſunt ſolemnitates manumiſſionis vindictâ apud Magiſtratum, in quibus & ſolemnia verba fuerunt, & Acta interueniebant.

¶ Igitur Conſtantinus M. hanc manumiſſionis ſpeciem in Rempubl. Chriſtianam inuexit. Et quidem, quod hîc *ſecundo* loco obſeruandum de *Numero* Conſtantini ſuper hac re *Conſtitutionum*, tribus eam in rem latis conſtitutionibus: quod Sozomenus teſtatur (Scriptor Theodoſio Iun. coæuus) *lib.* 1. *hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap.* 9. εἰς τοῦτο μὲν προελθόντα γραφῆς ἄξιον μὴ παραλιπεῖν, τὰ νενομοθετημένα ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένων ὑπὸ γὰρ ἀκριβείας νόμων καὶ ἀκόντων τῶν κεκτημένων τῆς πολλῆς δυσχερείας οὔσης περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας ἣν πολιτείαν Ῥωμαίων καλοῦσι ΤΡΕΙΣ ἔθετο ΝΟΜΟΥΣ ψηφισάμενος πάντας τοὺς ἐν Ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένους ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι πολιτείας Ῥωμαϊκῆς τυγχάνειν. Quæ Sozomeni verba haud vbique feliciter reddidit Interpres apud hiſtoriæ tripartitæ Compilatorem *lib.* 1. *cap.* 9. Sed & Nicephorus breuiter tantùm eius ſententiam perſtrinxit *lib.* 7. *cap.* 16.

¶ E tribus porrò illis Conſtantini M. conſtitutionibus, quas Sozomenus memorat, duæ tantùm hodie ſuperſunt, quod etiam Doctiſſ. Fornerius iam *lib.* 1. *ſelect. cap.* 4. indicauit. Vna videlicet data ad Protogenem Epiſcopum (Serdicæ in Daciâ, quod Athanaſius docet, *diſp.* 1. *contra Arianos*, *p.* 121. *in fin.* & *Apol.* 2. *p.* 536. Et Metaphraſtes, *in vita Athanaſ. p.* 557.) quæ conſtituit *legem* 1. *Cod. eod. tit.* (quæque data eſt A. D. 316.) Altera eſt, hæc *lex* noſtra A. D. 321. ſcripta ad Oſium Epiſcopum Cordubenſem. Tertia verò, omnium prima, deſideratur, cuius tamen meminit, ſimul & ſententiam





ipſe

ipſe Conſtantinus repetit, *d.l.1.Cod.h.t.* his verbis, IAMDVDVM PLACVIT, *vt in Eccleſia Catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis, adſiſtentibus Chriſtianorum Antiſtibus id faciant: vt propter facti memoriam, vice Actorum interponatur qualiſcunque Scriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent.*

Vnde interim apparet, quod hîc tertio loco notari oportet de *Tempore* huius manumiſſionis inuectæ; Nempe inter initia ſtatim fidei Chriſtianæ à Conſtantino M. ſuſceptæ *hac* manumiſſionis in Eccleſiâ *ſpecies* inuecta fuit: Nam cùm *lex illa 1. Cod. eod. tit.* data ſit An.3 6. eâque dicat, *iamdudum id placuiſſe*, ſanè poſt A. D. 312. (quo Conſtantinus Chriſtianus factus eſt) ſtatim id factum, oportet: Niſi putemus eodem tempore id factum, quo & *Crucis*, & *Frontis* inſcriptionis pœnæ ab eodem ſublatæ fuerunt, quod Anno ſuperiore 315. factum coniicio, quò & vox *Dudum* aptari nihilominus rectè poteſt, vt ſimilibus exemplis firmauit ad *l.celebrandi,Cod.de nuptiis,p.16.*

¶ Subiicit verò Superiori loco Sozomenus, quod quartò *hîc* obſeruandum de *Actis* manumiſſionis iſtius: Τούτοις τ εὐσεβὴς ἐφιλοτιμεῖτο εἰς ἔτι νῦν ὁ χρόνος φέρει τ ἔλεγχον. ἔθους κρατοῦντος τοὺς περὶ τούτου νόμους προσγράφεσθαι ἐν ταῖς γραμματείαις τ ἐλευθερώσεων. Nempe ait Sozomenus, actis huius manumiſſionis quæ de more fiebant, Conſtantini leges præſcribi, inſeríque ſolitas: húncque morem ad ſua vſque tempora perſtitiſſe: Item leges Conſtantini tres de manumiſſionibus,in Eccleſiâ Actis manumiſſionum præſcribi ſolitas.

¶ Itaque, quod *quinto* loco notari oportet (de *Vſu* huius manumiſſionis) vbique mos ille poſteà inoleuit: Et ſeriùs tamen per Africam & ſub Honorio demùm, quod teſtantur Patres Africani, in Conciliis duobus, A.D.401. vt videre eſt ex *Canone Codicis Africani*, 64. & 82. & Auguſtinus loco quem ſuperiùs notaui. Ennodius quoque Ticinenſis Epiſcopus moris illius per Italiam egregium nobis monumentum, in Geruntio ſeruo præbet. Sed & poſtea per Gallias mos ille ſtetit, etiam ſub Viſigothis, & Francis, quod teſtatur Epitoma *Inſtitutionum* ſub Gaij nomine,& leges Ripuariæ,*tit.*58. Nam quod *Eccleſiæ* vocem ibi Vir Doctus Gaij ipſius putat, & pro Concilio accipi cenſet, minus admitto; neque enim Gaius eam vocem Græcam ibi retenturus fuiſſet: Imò & Author chartarum Scenicatum, qui geſta ipſa manumiſſionis, & formulam vnà cum memoria Conſtitutionum Conſtantini exhibet, *in formula* 56. Sed & formularum ſecundum legem Romanam, Author *formula* 10. Exempla qui volet recentiora huiuſce manumiſſionis, adeat Fornerium *dicto cap.*

¶ Notari & illud cupio *ſexto* loco de *Tempore* quo manumiſſiones in Eccleſiâ fiebant, nempè manumiſſiones has in Eccleſiâ Paſchali die, & tempore, velut frequentiſſimo conſpectu, celebrari ſolitas docet Gregorij Nyſſeni locus (quem profero ad *l.3. infr.de indulg. criminum*:) & *lex vltim* 7. *C.de feriis.*

¶ Tandem, vt ad *huius l.* Sententiam deſcendamus de *formâ* ſimul, & vi, ſeu *effectu* huius manumiſſionis poſtremo loco videndum eſt. De his ſcilicet ſequentia *h.l.& d.l.1.* conſtituuntur à Conſtantino M. nempe, Duo laicis ſeruos ſuos manumittentibus propria. Tertium verò & Quartum Clericis manumittentibus peculiaria. Quintum vtriſque commune, de effectu videlicet huius manumiſſionis.

In Laicis igitur duo requirit Conſtantinus: Primum, vt in conſpectu Eccleſiæ & Religioſi populi, ſub aſpectu Antiſtitum hæc manumiſſio fiat *h.l. & d.l.1. Cod. eod.tit.* ὑπὸ μάρτυσι ἱερεῦσι Sozomenus. Auguſtinus *ſermone* 53.cui titulus, *Acta ad populum Hipponenſem, de Auguſtini Clericis, tom.*10.*p.*1402. *Diaconus Hipponenſis homo pauper eſt, quid alicui conferat non habet: tamen de laboribus ſuis antequam eſſet Clericus, emerat aliquos ſeruulos, hodie illos* IN CONSPECTV NOSTRO *manumiſſurus eſt Epiſcopalibus* GESTIS.

Idem alio ſermone: *Seruum tuum manumittendum ducis in Eccleſiam, recitatur* LIBELLVS, *& fit deſiderij tui proſecutio: Dicis, Te ſeruum tuum manumittere, quod tibi in omnibus ſeruauit fidem.* Alterum, vt *Scriptura* aliqua vice Actorum, quæ olim requirebatur in manumiſſione per vindictam, interponatur, propter facti memoriam, in qua Antiſtites vice teſtium ſignent, *d. l.*1. quod *h.l.* noſtra non exprimitur. Certè huiuſmodi Geſtorum formulas exhibent Formularij illi, quos dixi. Sed & Auguſtinus *ſuperiorib. locis*, libelli à domino oblati, lectíque, mentionem facit, & verborum in id ſolemnium: denique Geſtorum in id: Idque ita quoque poſtea à Francis vſurpatum, vnde & manumiſſi ita in Eccleſia ſcriptura interueniente: Tabularij dictum in lege Ripuariâ, *tit.de Tabulariis*: & Chartularij paſſim in *Capitular. Caroli M.* Et hæc quidem duo initio indiſtinctè Conſtant.M. conſtituit, quod nunc ad laicos reſtringit. Tertium enim iſtud Clericis proprium *eadem l.* 1. conſtituitur, vt & Clerici quoque ipſi dare & relinquere poſſint libertatem, quo pacto voluerint, dummodo voluntatis ipſorum euidens apparet teſtimonium. Quod & ipſum *h. l.* exprimitur, & expreſſiùs adhuc, quod poſterioribus conſtitutionibus fermè fieri adſolet, poſt exortam videlicet fortè ſuper eo dubitationem aliquam, vel exigentibus id in hac ſpecie Epiſcopis & Clericis, & ſic in eorum fauorem. Quomodo hoc Anno 321. deprehendo, Conſtantinum M. in id vehementiſſimè incubuiſſe,quod docent, & *l.1.ſup.de feriis, l.2.C eod. tit. l.4.infr. de Epiſcop. Eccleſ.* quibus tria eo fine conſtituuntur, & quidem duo in fauorem Eccleſiarum & Clericorum. Quarto igitur loco Clericis (qui ſeruos pro fratribus habere ducti, de quo vide Lactantium *lib.* 5. *cap.* 15. *&* 16. ante ſexennium fermè ſcribentem, atque adeò ad ſeruos ſuos manumittendos proniores erant)ſingulare priuilegium iſtud tributum à Conſtantino, vt non ſolùm in conſpectu Eccleſiæ ſeruos ſuos manumittere poſſent, quod tamen eos quandoque facere ſolitos Auguſtini teſtimonia ſuperiùs laudata oſtendunt; Verùm etiam ſoli, ſeparati & ſecreti à cœtu Eccleſiæ, quo pacto ij voluerint: veluti ſi poſtremo iudicio ſeu ordinationé, etſi non ſolemni teſtamento, libertates dederint, ſeu quibuſcunque verbis dari præceperint, ita quidem vt ex die publicatæ voluntatis, ſine aliquo teſte, aut interprete, *directa* libertas competat. In quo multa ſingularia occurrunt. Primum, vt ſolius Domini, Clerici ſcilicet, voluntas pro Eccleſiæ teſtimonio hâc parte cedat, eiúſque inſtar ſit:cùm aliàs nemo ſolus hunc actum legitimum celebrare poſſet non magis quàm alios. Secundum, ſingulare eſt vt voluntas huiuſmodi nulla *Acta*, nullum teſtem requirat: Denique, vt quibuſcunque verbis relicta libertas fuerit directa competat. Quod quidem ita interpretantur, vt quamuis precariis verbis relicta ſit Clerico libertas, directa tamen competat; directam libertatem pro eâ *hîc* accipientes, quæ aliàs fideicommiſſariæ opponitur. Quæ ſententia non placet. Directam enim *hîc* libertatem rectè omninò accipias pro iuſta plenâque libertate: ſcilicet *l.*10. *Cod. de contrab.*



*trab. ſtipul.* ſolemnia vel directa, pro eodem poſita. Et ſic ſenſus hic fuerit, quocunque pacto, citra teſtes,vel Acta (vt ait *d.l.*10. quibuſcunque verbis vt *hæc lex* loquitur) Clericus ſeruū ſuum manumiſerit, eum plenâ iuſtâque libertate potiri. Ac proinde & hic *quibuſcunque verbis* oppoſitè accipio ad ſolemnia verba,non ad directa: ad ſolemnia inquam verba, quæ in iuſtis manumiſſionibus olim requiſita. Ergo ſenſus hic fuerit, Clericos ſeruos ſuos ad iuſtam plenámque libertatem perducere, etſi nulla ſolemnia adhibuerint, non conſpectum Eccleſiæ, non teſtes vllos, non verba ſolemnia, quod Interpres *hic* adieci, non Acta vlla, non ſcripturā.

¶ Effectum tandem ſingularem tribuit *h.l.*Conſtantinus M. huiuſmodi manumiſſionibus: vt eodem ſcilicet iure habeantur eæ, quo ciuitas Romana ſolemnitatibus decurſis ſeu obſeruatis dari conſueuit: Plenum proinde libertatis fructum tribuit τὴν κτῆσιν τῆς ἀμείνονος ἐλευθερίας quam *hic* directam vocari dixi, & ſic haud aliter ac ſi vindictâ libertas data fuiſſet. Nam & eo fine manumiſſionis genus hoc adinuentum Sozomenus ſcribit:quod huiuſmodi libertas ſeu ciuitas Romana cum multis difficultatibus procederet, & difficile eſſet ad ciuitatem Romanam peruenire,nec manumiſſione quacunque eam ſerui adipiſci poſſent. De quo alius dicendi locus erit. Videatur ſaltem Theophilus *tit.de libertinis.*

¶ Ex ſuperioribus tandem apparet, tantùm abeſſe vt Manumiſſionis in Eccleſia origo *Oſio Cordubenſi* adſcribenda veniat: quod quidam minus pensè putant, vt contra nihil *hac lege*, quæ ad eum data eſt, contineatur, quod non iam antea conſtitutum fuerit *anterioribus legibus*; etſi hæc paulò expreſſior ſit, quod Clericos ſpectat. ¶ Quod Oſium Cordubenſem cui *hæc lex* inſcribitur, attinet; de eo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptores conſulendi: & de eo nos quoque nonnulla *ad Philoſtorgium.*

# DE LIBERALI CAVSA.

## TITVLVS VIII.

### VII. COD. IVST. Tit. XVI.

### PARATITLON.

LIBERALIS CAVSA *Rubr. & l.4.* liberale negotium, *l.* 16. *inf. de Prætorib.* libertatis iudicium, *l.2.* eſt cum quis vel ex libertate in ſeruitutem petitur (id eſt cum libertate vtens, eiúſque compos, *l.*1. in libertate durans, *l.*3. in libertatis poſſeſſione conſtitutus, *l.* 5. in diſcrimen ingenuitatis addicitur, *l.*1. ei ſuper ſtatu ſuo quæſtio mouetur, *l.*5.) vel ex ſeruitute in libertatem (id eſt, cum quis in ſeruitio aliquamdiu retentus ignorata libertate, in libertatem proclamat, ad libertatem venit, libertatem relegit, *l.*2.) In hoc iudicio Prætor ipſe diſceptator examinabat, *l.*16. *inf. de Prætorib.* Porrò ſiue cui ſtatus quæſtio moueretur, ſiue is controuerſiam faceret, antiqui iuris forma, *l.vlt.* Iuris hic ordo erat, *l.* 16. *inf. de Prætoribus*, vt ſtatum ſuum non ipſe tueretur, non liber aſſiſteret, ſed ab alieno penderet faſtidio, id eſt, dandi aſſertoris neceſſitas ei incumberet; *l.*5.*ſeu vlt.* qui calumniantem repelleret, perſequentem redargueret; *d.l.*5. ipſum verò defenderet: *l.*4. In eum etiam finem, ſi aſſertor ei deeſſet, circumductio præbebatur, id eſt, circumluſtratis Prouinciæ populis, aſſertor per literas quærebatur; Quo non reperto, deſertus tradebatur ei qui ſeruum dicebat:ſic tamen vt Aſſertore poſtea reperto, iudicium reuocaretur: *l.*1. Aſſertor autem proprio id periculo faciebat, rem enim ſaluam fore promittebat. At inuicem ſatis accipiebat de multæ rèdhibitione, *l.*1. Nam ſi pro libertate fuiſſet ſententia lata, iniuriæ & impudentiæ causâ aduerſarius alterius ſerui addictione condemnabatur, id eſt, pari ſeruorum numero multabatur, quot ſcilicet erant, quos in ſeruitutem petierat, *d.l.*1. Et hi *multatitij ſerui* vocabantur. Hæc pœna, *mancipiorum multa*, *d. l.*1. Et tamen Adſertoris dandi neceſſitate quidam liberabantur, putà qui viginti annorum ſpatio in libertatis poſſeſſione duraſſet, vel quem aſſererent munerum ſuffragia & priuilegia meritorum, quíque iis præſentibus qui dominos ſe eſſe contendunt, in hominum celebritate fuerat verſatus,*l.vlt.* Atque hic quidem Adſertionis & Adſertorum mos fuit: cuius mentio fit *l.*16. *inf.de Prætoribus*: *l.*1.2.4.5.*h.t.*

---

I. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum PF.V."

SI quis libertate vtentes eiúſque compotes, inopinatos in diſcrimen ingenuitatis adducat, ſi eos" forte aſſertio" defecerit, Circunductio" præbeatur, ASSERTOREM QVÆRI titulo per literas indicante; ne cauſa per ſilentium ignoretur, vel

abſurdè etiam proclametur, VT QVI COMPERISSENT, VELINT ASSERERE, vel cunctantes" etiam cogerentur": Ne" ſi aſſertor defuerit, „victi", multis eos ſcientibus liberos, à dominis" deducantur. Ideóque ſancimus, ſi quis aſſertore" inops, atque ignotus, circunluſtratis prouinciæ" populis", deſertus tradatur ei qui ſeruum dixerit, non infractâ, ſed dilatâ libertate, aſſertore inuento vires recolligat; & ſuis renouatis defenſionibus reſiſtat in iudicio, poſſeſſoris iure priuilegiiſque ſubnixus, quanquam è domo illius proceſſerit: Neque enim illa poſſeſſio eſt in tempus accepti, ſed expectatio aſſertoris in tempore non reperti; Ita" vt ſi inſtauratâ lite, reſtitutiſque in ſua iura partibus, pro libertate fuerit lata ſententia, iniuriæ impudentiæque causâ aduerſarius pari numero ſeruorum multetur, quot erunt qui in ſeruitutem petiti ſunt: iis" vero non condemnantur", qui in ipsâ fuerunt lite progeniti. Quòd ſi quis ante aſſertorem repertum, vel ante ſententiam fuerit mortuus hæredibus cauſam ſtatus probantibus, multatitius ſeruus traditur: & hæredes eius qui libertatem temerabat, ſi implacabilem animum dicant", eadem maneat mancipiorum lex atque conditio: Sin liberos ſinent, quos *clauſos*" repererint, occidant cum perſonis delicta. Minorum" defenſores eadem manebit mancipiorum multa: ac iudicio his quos defenderant repoſcentibus, rei malè geſtæ dabitur æſtimatio. Cum" id proprio periculo fecerit aſſertor, VT REM SALVAM FORE promittat, ita ſatis accipiat, *de multæ redhibitione*. Libertatem" victis hoſtibus victorum dominatio abſtulit: Leges" verò iniurioſos pœnâ afficiunt, &" fama ſpoliant, dictúmque iurgio in aduerſarium immodeſtius iactatum, petulantiúſque fuſum, pœnam ſubire cogent", atque" non erit impunita labefactatio, atque oppugnatio libertatis, quæ in conuictis" quoque punitur: iniuſtum" eſt autem alienum, † ad" ſeruum recepiſſe", &" alterius ſerui addictione" condemnatur. Dat. XII. Kal. Aug. Sirmio, Probiano & Iuliano COSS. [322.]

INTERPRETATIO. *Si aliquis in libertate poſitum, ad ſeruitium conetur addicere, iubet pulſatum ex ordinatione Iudicis per populos, & per publicum duci, vt* defenſorem ſui ſtatus *inueniat, & inuentum adſertorem per chartam petat à Iudice, ne ſilentio ingenuitas opprimatur. Quod ſi aut ipſe ſibi adeſſe, aut aſſertorem non potuerit inuenire, tradatur domino repetenti ad ſeruitium*, non ad pœnale ſupplicium*: ita vt non per hanc traditionem* ex integro *ſpem libertatis amittat, niſi cum habuerit locum, inuento adſertore libertatis ſuæ ſtatum adſerat legibus audiendus. Quod ſi tali ordine reparata lite qui pulſantur ingenuos ſe eſſe docuerint, tunc ille à quo ingenuitas iniuſte fuerat adpetita, tot mancipia his, quos ad ſeruitutem vocabat*, eius ætatis", & ſexus *dare cogatur illis in condemnatione; non adnumerandis hiis, qui dum cauſa protrahitur in lite nati eſſe probantur. Quod ſi ex his, qui ad ſeruitutem vocantur, dum per adſertorem requirendum, aut alia occaſione cauſa protrahitur, aliqui moriantur, & hæredes eorum ſtatum ingenuitatis obtinuerint, pro illius perſona quæ in lite mortua eſt, hæredibus ſuis eius* compenſatio, *ſicut & pro viuis, à pulſante reddenda eſt. Si vero ille moriatur qui liberos conabatur addicere, & filios aut hæredes dimittat, ſi perſequi voluerint cauſam, quam pater aut auctor inchoauerat, & victi fuerint, ad ſupraſcriptam* ſatisfactionem *tenendi ſunt, vt alia tot mancipia male pulſatis ſatisfaciant. Si vero agere noluerint, nec perſequi eos tentauerint, ſed etiam* in cuſtodiam ab auctore redactos *abſoluerint, erunt à multæ condemnatione ſecuri, quia* non in auctoris ſui vitio perſtiterunt. *Quod ſi forte minores ſint, & Tutor eorum, vel Curator cauſas eorum aduerſus ingenuitatem proſequi velit, & fuerit ſuperatus, ipſe de propria facultate ad ſatisfactionem tenendus eſt. Si vero poſt ſecundam reparationem adſertor inuentus periculo ſuo addicti cauſam crediderit replicandam, vt ſi vindicatur,* peculium, aut ſeruitia ſuſceptorum, *vel ipſos reddere debeat: Similiter & ille qui pulſat, dato fideiuſſore promittat ſe prædictum numerum, vel* meritum *mancipiorum, vel quod ab his* in peculio *repoſcit, ſatisfaciat cum fuerit ſuperatus.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. IVST. vtpote ſublatis à Iuſtiniano Adſertionibus, & ſublatâ Adſertoris quærendi difficultate, *l. 1. & 2. Cod. de adſertione tollenda*; Quæ ipſa ratio eſt cur *legem 16. inf. de Prætoribus*. Tribonianus interpolauerit. Huius ipſius *leg.* ſuæ meminit Conſtantinus M. *l. 2 prox.* Ad hanc reſpicit Papianus Reſponſ. *t. 43.* Huic verò *legi* vel certè *legi 2.* coaſſanda videtur *lex 42. Cod. de liberali cauſa.* quæ ſubſcriptione caret.

" Quidam Codices habent, *PF.P.* Malè. Meminit huius Maximi P.V. his quoque COSS. Author notitiæ Præfectorum *Vrbi*.

" *Prima* huius legis ſententia, *de Perquiſitione Adſertoris, & Circumductione.*

" *Aſſertio*, id eſt Aſſertor.

" *Circunductio*, id eſt, circumluſtrandæ Prouinciæ ad Adſertorem quærendum poteſtas. *Circumductio*, pro poteſtate circumducendi vel circumeundi: Vt *curſus publicus*, pro facultate vtendi curſu publico: *Seruitus*, pro ſeruitutis vindicandæ iure. *l. 1. inf.*

" Suſtineri hoc poteſt: malim tamen, *cunctanter*.

" Poëta II. *Æneidos*,

*Ergo concilium magnum, primóſque ſuorum*
*Imperio accitos alta intra limina* COGIT.

" *Secunda*



" *Secunda* ſententia, *de Effectu Adſertoris non reperti.*

" Alij MSS. habent *vincti*: Certè mox *Clauſi* vocantur: Et de famulatus nexu intelligi poteſt: de quo *l. 3. ſup.* ſeu ſeruitutis nexu, *l. vlt. inf. de libertis*: Sed & Vincti olim ferróque ligati ſerui fuêre, *l. 1. inf. de fugitiuis colonis*: vbi dicam. Et tamen probum eſt, *Victi*, pro *Vincti*. Nam & ita Pandectæ Florentinæ *in l. 9 ff. de incendio*, habent *Victus*, cùm in editis legatur *Vinctus*. Neque tamen improbum eſt etiam hoc loco, *Victi*, *pro ſuperati*.

" *Domini*, id eſt, ij qui ſe dominos eſſe dicunt.

" *Aſſertoris inops*: Ita reponendum videtur, ſic inops ſomni apud Marcellinum: ſic inops virtutis, Hilario *contra Auxentium*: ſic mentis inops: niſi fortè illud Ἀρχαισμὸν redoleat: Alij tentant. *ab Adſertore inops.*

" Cuius? Eius *proculdubio* ex quâ Oriundum ſe is de cuius ſtatu agitur prædicat.

" Id eſt, popularibus: vt in hoc ipſo argumento loquitur Plautus *Pænulo. 5. ſc. 2. v 5.* Tuum flagitium eſt, tuas populares te pati ſeruire ante oculos, domi quæ fuerint liberæ, &c.

" *Tertia* ſententia de *Multatitio* ſeruo, & pœna eius qui falſam vindiciam & ſententiam tulit in liberali cauſa.

" Id eſt, eorum nomine.

" Eſt qui legat *contineantur*; vel *connumerentur*, vel, *computentur*. Nam & ita Interpres, *Non adnumerandis hiis*. Verùm hoc legitimum eſt: mox vt oſtendam: ſi modò legas *condemnatur*.

" Rectè qui reponunt *inducant*: Horatius, *vt nunquam* INDVCANT ANIMVM *cantare rogati*.

" Sup. *vincti*; Interpres in cuſtodiam ab Auctore redactos, ob inopiam Adſertoris ſcilicet.

" *Minorum defenſores*, id eſt, pupillorum & adultorum Tutores & Curatores. vid. & Interpretem.

" *Libertatem enim*: Ita reponendum eſt. Serui fiunt bello, *l. 6. infr. ad SC. Claudianum.*

" Et nominatim XII. Tabul.

" ℞ *qui fama ſpoliant.* Legem XII. Tab. de carmine famoſo innuit: etſi neſcius non ſim maledicti & conuitij publici condemnatum famoſum effici. vid. Paulum *5. ſent. t. 4.* Quo ſenſu hæc lectio defendi poteſt.

" ℞. *Cogunt.* MSS nonnulli, *cogetur*.

" ℞ *vtique non*, vel *æquè non.*

" ℞. *in conuitiis.*

" *Iniuſtius*: Ita reponendum.

" ℞. *vt ſeruum*: etſi alij tentant, *ad ſeruitium.*

" Ob inopiam adſertoris & iudicio.

" *Et ideò alterius.*

" *Abductione.* verùm illud legitimum eſt.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. quatuor ordine conſtitutiones *de liberali cauſa* ſequuntur. Ex quibus enixum Principis iſtius libertatis tuendæ ſtudium elucet: quamplurimis partim nouiter, partim & accuratiùs eò fine conſtitutis. Sanè neque alio animo *initio legis 2.* Maiorum in libertatem ſtudium affert his verbis: *Libertati à maioribus tantum impenſum eſt, vt patribus, quibus ius vitæ in liberos neciſque poteſtas permiſſa eſt, eripere libertatem non liceret.* Eodem pertinent & *extrema huius l. 1.* aduerſus alienæ libertatis oppugnatores. ¶ Per ſingulas eius leges decurrendum eſt. Igitur ADSERENDÆ eius qui in ſeruitutem petitur, vel etiam in ſeruitutem iam deducta eſt libertati, viceuerſâ cohibendis coërcendiſque iis, qui falsò ſibi huiuſmodi liberos vindicare ſolent, & alienam expugnare libertatem, quamplurima noua & ſingularia hâc conſtitutione inducit Conſtantinus M. eximio libertatis fauore. Quæ vt intelligatur, ADSERTOREM in liberali cauſa iam olim requiſitum fuiſſe præſupponendum eſt, id eſt vindicem aliquem alienæ libertatis, ſeu defenſorem ſtatus alieni (vt eum vocat Interpres) ſic vt nemo poſſet de libertate litigare, niſi dato Adſertore, ſiue de libertate in ſeruitutem vindicaretur, ſiue de ſeruitute in libertatem prouocaret. Atque hæc *antiqui iuris forma* vocatur à Theodoſ. M. *l. vlt. inf.* Ratio autem dandi adſertoris hæc erat, quam & Theophilus *titulo de iis per quos agere poſſumus*, notat & Thalelæus, *ad lib. 48. Baſilicorum. t. 21.* vt Donatus *in And. Actu 2. ſc. 1.* Ne ſcilicet fortè ſi ſeruus pronunciaretur, ex euentu iudicij ſeruus retrò aduerſus dominum in iudicio conſtitiſſe videretur: ἵνα μὴ, inquit Theophilus, συμβῆ ἐξ ἀποτελέσματος δοῦλον ἀγωνίζεσθαι πρὸς δεσπότην. ἵνα μὴ εὑρεθῆ δοῦλος δικαζόμενος πρὸς τὸν ἴδιον δεσπότην, inquit Thalelæus. Ideò igitur is de cuius ſtatu agebatur, per ſe agere nõ poterat; verùm per alium Adſertorem; de quo præter Terentium, eiúſque interpretem Donatum, Plautum, Varronem, Feſtum, Priſcianum, Liuium, *lib. 3.* Suetonium, Martialem, Quintilianum, Plinium, *epiſtolis*, Gloſſas *Philoxenis*, multa Arrianus *in Epictetum lib. 3. cap. 24. & lib. 4. cap. 7.* v. & elegantem locum Tertulliani, *1. aduerſus Marcionem, cap. 23.* Idque etiam lege Attica obtinuit. v. Æſchinem, *contra Timarchum*, Lyſiam *orat. 22.* ¶ Hoc ita poſito, huiuſce Conſtantinianeæ legis vt difficillimæ ita corruptiſſimæ ſpeciem hanc ita conficio. Ex libertate in ſeruitutem ab aliquo vindicaris? Sanè, vt iure antiquo ita & Conſtantinianeo, ſine Adſertore ſtatum tuum tueri non potes. Quid ſi Adſertorem nondum habeas? Ex hac Conſtantini M. conſtitutione *circumducêris* per prouinciam, cum literis ad Adſertorem quærendum *h. l. in pr.* Quid ſi non repereris Adſertorem? Tradêris ei qui te ſeruum dicit. *verſ. ne ſi; & verſ. ideoque.* An ideo ſtatim ſeruus manebis? Minimè: Adſertore quippe etiam poſtea reperto quandocumque lis inſtaurabitur; ibi, *non infracta, ſed dilata libertate.* Adſertore reperto quid fiet? Adſertor promittet res, quas habet id eſt, peculium aut ſeruitia, id eſt, ſeruos ſuſcepti, ſaluas fore: Et ipſi viciſſim cauebitur de multa de qua poſtea, *verſ. cùm id proprio.* Addit Interpres & de peculio vt *ſup.* At quis huius iudicij exitus erit? Si pro libertate lata fuerit ſententia, iniuriæ cauſa ſeruum tibi multæ nomine præſtabit, qui te in ſeruitutem vindicare voluit. *verſ. ita vt ſi*: At quid fiet, ſi qui ſtatus controuerſiam mouebat, ante Adſertorem repertum vel ſententiam mortuus ſit? Eius quoque hæredes ſi Adſertore reperto clauſos & vinctos ob inopiam adſertoris non liberent, & poſteà ſuccumbant, eadem multâ tenebuntur: *verſ. & hæredes eius.* Viciſſim quid ſi tu, cui ſtatus controuerſia mouebatur, mortuus ſis? Hæredibus quoque tuis ſtatum tuum probantibus multatitius ſeruus tradetur: *verſ. quod ſignis.* Hæc *huiuſce l.* ſpecies eſt & ſententia. Verùm de ſingulis nunc videndum eſt. ¶ Ac primum de *Circumductione* illa: Qua parte duo ſunt notanda: Forma huius circumductionis, & Ratio. *Forma* circumductionis hæc ſtatuitur à Conſtantino M. Eum ſcilicet cui ſtatus controuerſia mouetur, poteſtate ſibi facta à Magiſtratu ex ordinatione Iudicis (vt ait Interpres) per Prouinciam circumduci iubet; putà per *Prouinciam* ex qua is oriundus eſt, & quidem haud dubio, adiuncto aliquo Officiali, qui ſeſe huiuſmodi homini comitem præbeat & cuſtodem, ne forte fuga ſui furtum faceret, (id enim *circumductionis* vox & ratio

ratio ipſa ſuadere videtur ) Eidem etiam literas ab eodem Iudice dari iubet, quibus teſtatur, eum qui circumduceretur per Prouinciam, circumduci ad Adſertorem quærendum ( ita enim hæc verba interpretanda ſunt, *Adſertorem quæri titulo per literas indicante.* ) Nam & ita ſimiliter fugitiuos, inquirere volentibus, literæ à Præſide dabantur & apparitor quoque vt ei permitteretur inquirere adiungebatur ex lege Fauia, SC. Modeſtino, Diuique Pij reſcripto, *l.* 1. §. 2. *& l.* 3. §. *de fugitiuis.* Tres autem huius circumductionis Rationes Conſtantinus M. *h. l* reddit profligatâ nuda *proclamatione,* quæ hactenus fieri ſolebat. Prima eſt ab Inſufficientia proclamationis; nempe quod eâ licet factâ, cauſa per ſilentium ignorari facillimè poſſit, & cauſâ ignoratâ atque adeo Adſertore non reperto, is cui ſtatus controuerſia mouetur, in ſeruitutem temerè deduci. Libertas enim(quia publicam meretur tutelam, *l.* 2. *ff. de ſtatu defunctorum, & l.* 3. §. *hoc interdictum, ff. de homine libero exhibendo.*) non temerè infringenda eſt: & ideò Adſertorem, ſi vltrò ſe non ſiſtat, quæri & inueſtigari circumluſtratâ prouinciâ intereſt: ſic vt Adſertor quilibet è populo admittatur. Secunda ratio iſtius circumductionis à Conſtantino M. deſumitur ab abſurdo proclamationis: Nam cum ideò Adſertor quæratur, *vt qui liberum eum eſſe, de quo agitur, compererit, adſerere velit*, ſanè non exhibiti & proclamati nulla certa *notitia* eſſe poſſit ( vt in hoc argumento ipſo loquitur Plautus *loco* quem ante laudaui.) Quis enim Adſertorem ſe præberet ei, quem coràm poſitus non prius recognouiſſet? Melius enim de facie & ſignis aliis quibuſdam coram poſitus quis, quàm de nominis proclamatione remotus dignoſcitur. Facile enim eſt nomen ementiri: At non ita facies aliaque ſigna immutari, quin ex iis aliquis, à Populari ſuo aliquo internoſci poſſit. Circumductio igitur certior quàm proclamatio: Alioquin proclamationes & præconia aliis in rebus fieri ſolita, conſtat: veluti in fugitiuis inquirendis, indiciis tamen, quibus cognoſci poſſet, manifeſtè deſignatis: de quo loci extant inſignes apud Plautum, *in Mercatore, Actu* 3. *Scena* 4. Petronium Arbitrum *in Satyric.* Apuleium *lib.* 6. *Aſini aurei,* Curium Fortunatianum *lib.* 1. *Rhetorica.* Atque hæc eſt *proclamatio*, quam Conſtantinus innuit in aliis rebus vſurpari ſolitam: In liberali verò cauſa *abſurdè* vſurpandam. Poſtrema ratio à *celeritate* deſumpta, eſt quod huiuſmodi circumductione citius Adſertores cogerentur, qui proclamatione factâ cunctantes vel cunctanter euocarentur. Atque hæc de prima *huius legis* ſententia, déque Circumductione.

¶ Secunda eſt de *Effectu Adſertoris non reperti.* Adſertore ſcilicet non reperto, eum, qui ſeruus dicitur, ita tradi vult Conſtantinus M. ei qui ſeruum eum dicit ad ſeruitium, non ad pœnale ſupplicium ( vt Interpres ſcribit, vinctus & clauſus) vt per hanc traditionem ex integro ſpem libertatis amittat: Non ita, quin ſi poſtea quandocunque Adſertor ſeſe offerat, ſuas defenſiones renouare poſſit, & velut in poſſeſſione libertatis conſtitutus per Adſertorem in iudicio reſiſtere poſſit. Nam (vt eleganter Conſtantinus loquitur) *ob inopiam Adſertoris non infracta, ſed dilata eſt libertas*; & mox rurſum, *non eſt poſſeſſio illa in tempus accepti, ſed expectatio Aſſertoris in tempore non reperti.* In quo rurſum apparet, quantum libertati fauerit Conſtantinus M. & quidem duplici hac in re fauore. Primus eſt Retractatio iudicij liberalis; nam cum petitio in ſeruitutẽ ſemel excluſa vel repulſa iterari ab eodem amplius non poſſit, *l.* 4. *& l.* 27. *Cod. de liberali cauſa*, libertatis repetitio *h. l.* perpetua eſt. Semel liber iudicatus, ſemper liber manet: ſed non ſemel in ſeruitutem abreptus, libertatis ſpem amittit. Et hoc eſt quod Iuſtinianus *l.* 1. *Cod. de adſert. toll.* ait de adſertoriis litibus ſecunda, tertia vice examinari præceptis: quod ipſe *eâ lege* mutauit. Secundus fauor eſt, quod cùm in rerum vindicationibus penes poſſeſſorem iudicio pendente maneat poſſeſſio *l. inter* 62. *π. de iudiciis*, in liberali cauſa etiam poſt primum iudicium & poſſeſſionem ſerui vindicanti addictam, & in retractationis iudicio, aliter obſeruetur: de quo quidquid dici poteſt, iam alij occuparunt dicere, ac potiſſimum qui ad leges *Decemuirales* ſcripsêre.

¶ Tertium caput *huius l.* eſt de *Pœna* ſeu *multa* eius qui falſam vindiciam ſimul & ſentẽtiam tulit in cauſa liberali, Adſertore non reperto. Ac primũ quis Modus iſtius multæ. Nempe hunc Conſtantinus M. imponit; Vt videlicet tot ſeruos multæ nomine præſtare cogatur, quot in ſeruitutem petiit: & quidem ætatis & ſexus ( quod Interpres addit ): vnde *multatitij* ſerui hac eadem lege dicuntur, & *multa* mancipiorum: idque *iniuriæ & impudentiæ cauſa.* Iniuriæ ſcilicet genus eſt, & quidem impudentis, ſtatus controuerſiam alicui falſò mouere & alienum in ſeruitutem recipere. Itaque & aliàs iniuriarum tenetur, qui in ſeruitutem falsò aliquem petiit: *l.* 11. §. *vlt. & l.* 12. *π. de iniuriis*: ( cui poſtremæ iungenda eſt & *lex* 26. *π. de liberali cauſa*: ) Imò & qui infamandi cauſa extra iudicium liberum ſeruum dixit: *h. l. in fine, & l.* 9. *Cod. de iniuriis.* Alterius igitur ſerui addictione ſiue multâ condemnatur, qui falſo alium in ſeruitutem petiit & recepit. Secundò: Cuius nomine hæc multa ſit inferenda, definit Conſtantinus in eleganti ſpecie: Finge enim ex eo, qui in ſeruitutem petitur lite pendente, liberos quoque progenitos? Iſtorum liberorum nomine multatitios ſeruos non præſtari vult Conſtantinus M. ſed eius ſolius qui in ſeruitutem deductus eſt. Idque eſt quod *h. l.* dicitur his verbis: (quæ ſollicitare Virum Doctum non oportuit) *iis verò non condemnantur, qui in ipſa fuerint lite progeniti.* Et certè, ſi mulierem in ſeruitutem petitam ponas, liberi ex ea progeniti poſtea, non alij à matre petita cenſentur: Partus nempe antequam edatur mulieris portio eſt, vel viſcerum; *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inſpiciendo.* Ad eundem ſanè modum, ſi quis mulierem naui vehendam conduxerit, deinde infans ex ea in naui natus fuerit, pro infante vecturæ nomine nihil debetur: *l. ſed addes* 19. §. *ſi quis mulierem* 7. *ff. locati.* Non ob eas tantùm rationes, quas IC. *in ea lege* adfert, verùm ob has quoque, quas Caſtrenſis rectè addit, Quòd videlicet vectura pro impoſitis tantum rebus ſoluatur: cæterùm infantem in hac ſpecie nunquam fuiſſe impoſitum: Infantem quippe eo tempore matris viſcerum portionem fuiſſe. Eadem ratione mulier commercio redempta, etſi pignoris vinculo redemptori teneatur, tamen ſi poſteaquam redempta eſt, enixa ſit, liberi ex ea nati, pignoris vinculo non tenentur: *l. præſes* 8. *Cod. de poſtliminio reuerſis*: Vbi hæc ratio additur, *quia pretium pro his datum non eſt.* Itaque ſimiliter dicere poſſis in *huius legis* ſpecie, ideo liberorum iſtorum nomine multatitios ſeruos non præſtari, quia ipſi in ſeruitutem petiti non fuerunt, nec in iudicium liberale deducti. Tandem hùc quoque pertinet eiuſdem Conſtantini M. *lex. vlt. C. eod. tit.* quæ eidem Maximo inſcribitur, imò quam huic cohæſiſſe non dubito: *Placuit eos, qui naſcuntur, matrum conditionibus vti, quarum mox viſceribus exponuntur. Ante verò litem nati ſuo nomine omnes in quæſtionem vocentur: quoniam, hos ſolos, qui* IN LITE NATI *erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, aut iuſtis tradi dominis, aut libertate cum lucis auctoribus frui.* Cui legi conſentit & *lex* 10. *π. de vſuris.* Tertiò quibus & à quibus hæc multa præſtanda ſit, *hac l.* definit Conſtantinus M. Hæredibus igitur quoque ſtatum defuncti probantibus, hanc multam deberi, & viciſſim hæredes eius *qui libertatem temerabat* (id eſt, qui ſtatus controuerſiam alij temerè mouebat) *ſi implacabilem animum inducant* ( id eſt, ſi Adſertore reperto vinctos & clauſos ſub auctore ob inopiam Aſſertoris, non liberent) eandem multam inferre tenentur: ſi verò liberos ſinant, quibus controuerſia ſtatus à defuncto mota fuerat, ab hac multa immunes ſunt, & vt hæc lex eleganter loquitur, *occidunt cum perſonis delicta.* Delicti ſucceſſor hæres non eſt, niſi & ipſe ( vt Interpres loquitur)in auctoris ſui vitio perſiſtat. Item ſi Tutores vel curatores aliquem velut ſeruum pupilli aut adulti ex libertate in ſeruitutem falsò receperint, ipſiſmet multam hanc inferre, propriòque nomine teneri iubet Conſtantinus M. *h. l.* & rurſum, *l.* 4. *in fin. infr.* & quod pœnæ nomine ob impudentem libertatis oppugnationem præſtiterint, id ipſi agnoſcere debent, non pupilli aut adulti: Regula quippe eſt, quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere neminem cogi, *l.* 46. *ff. de Regulis Iuris.* Sic etiam procurator pœnam quam ex ſuo delicto præſtitit, recuperare non debet: *l.* 46. §. 5. *ff. de procuratoribus*: Vt & ſocius qui ſui facti nomine pœnam meruit, *l.* 9 *ff. de noxalib. actionibus.* Denique huic ſimile eſt quod conſtituitur *in l.* 2. *infr. vnd. vi*: *& l.* 3. *ſup. de adminiſtr. & periculo tutorum*: *& lege.* 2. *d. t.*

¶ Quartum caput *huius l.* eſt de *Ordinatione Adſertoris*, quomodo ordinanda ſit adſertio, ( vt loquitur *lex* 4. *infr. & l.* 16. *de Prætoribus.*)vel defenſionis obſeruatio? Adſertor ſcilicet *Rem ſaluam fore* promittere debet, id eſt ſatiſdationem præſtare, res ſaluas fore quas tenet is qui ſeruus diceretur, *h. l. & l. ſeq.* id eſt, peculium & ſeruitia, vt rectè Interpres *huius leg.* Quod ipſum, vnà cum adſertione ſublatum à Iuſtiniano, *l.* 1. *Cod de adſertione toll.* in tuto enim tantum peculium, vel alias res cauſáſque ad eum qui ex poſſeſſione ſeruitutis ad libertatem prouocat, pro diſpoſitione Iudicis collocari voluit. Itémque cum ipſum ſiſti teſtatur Liuius *lib.* 3. cùm de liberali cauſa Virginiæ agit. *Placere patrem accerſiri: interea iuris ſui iacturam Aſſertorem non facere, quin ducat puellam, ſiſtendamque in aduentum eius qui pater dicatur, promittat.* Et pòſt; *Cùm inſtaret Aſſertor puellæ vt vindicaret, ſponſoréſque daret, manus tollere vndique multitudo, & ſe quiſque paratum ad ſpondendum oſtendere.* Et mox: *Ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis.* Sed & Martialis, *lib.* 1. *Epigrammate* 53. de hac Adſertoris ſatiſdatione, ſic ait, Libros ſuos Quintiano commendans.

*Si de ſeruitio graui querantur,*
*Aſſertor venias* SATISQVE PRÆSTES.
*Et cum ſe Dominum vocabit ille,*
*Dicas eſſe meos manuque miſſos:*
*Hoc ſi térque quatérque clamitaris,*
*Impones plagiario pudorem.*

Et in eo differt Adſertor à Procuratore: dominus enim non procurator hanc cautionem præſtat, *l. amplius* 15. *ff. ratam rem haberi*: Viciſſim, vt hanc cautionem Adſertor præſtat, ita is qui velut ſeruum recepit, eidem Adſertori cauere iubetur à Conſtantino M. multæ ( de qua ſuperiùs dixi, ) nomine, id eſt, ſe ſeruum pœnæ nominæ præſtiturum, ſi cauſam non teneat, ſi non vincat. Itaque huiuſmodi Adſertoris lucro cedebat ſeruus multatitius, vtpotè ad quem etiam periculum pertineret ( excepto caſu *legis* 4. *infr.*)

V. ¶ Poſtremo capite *huius legis*, Conſtantinus eleganter admodum oſtendit, quàm æquum fuerit huic multæ ſubiici alienæ libertatis labefactatorem, ſeu qui alienum vt ſeruum recepit. Ait igitur, alienam libertatem captiuitate iure labefactari; hoc leges & iura permittere, vt victorum dominatio victis hoſtibus libertatem auferat; ſed *leges* iniurioſos pœna afficere. Cæterum, ſi conuitium tantùm, ſi petulans dictum in aduerſarium immodeſtiùs iactatum, leges pœnâ afficiant; quantò magis, puniri debere eum, qui alterius libertatem falsò labefactauit? Et hæc huiuſce loci ſententia eſt, alioquin obſcuriſſimi, & intricati, atque etiam inemendati. Proculdubio autem Conſtantinus ad Legem Decemviralem de conuitio petulantiore reſpexit, de qua hic quoque Arnobij locus eſt, *lib.* 4. *aduerſus Gentes*: *Carmen*, inquit, *malum conſcribere, quo* FAMA *alterius inquinetur, & vita, Decemviralibus ſcitis euadere noluiſtis impunè, ac ne veſtras aures* CONVITIO *aliquis* PETVLANTIORE *pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniuriis.* Quem Arnobij recentiſſimi adhuc ſcriptoris locum, vel ſanè legem ipſam, Quæſtorem, *huius legis* ſcriptorem, in mente habuiſſe prorſus exiſtimo. Eodem pertinet & hic Vellei Paterculi locus, de Sylla loquentis; *Primus ille exemplum proſcriptionis inuenit, vt in qua ciuitate* PETVLANTIS CONVITII *iudicium hiſtoriarum ex alto redditur, in ea iugulati Ciuis Reipub. conſtitueretur auctoramentum.* Vbi quod Velleius ait *hiſtoriarum ex alto*, id eſt memoria retrò & longè petita ἀνώθεν, ϗ ἐξ ἀρχῆς puta ex XII. Tabulis. Neque eo loco quicquam mutandum videtur: niſi proba eſt lectio quæ ibi habetur *hiſtrioni exoleto.* Huc quoque pertinet locus Catonis, *in Carmine de moribus*, apud Gellium, *lib.* 11. *cap.* 2. *Poëticæ* inquit, *artis honos non erat, ſi qui in ea re ſtudebat, aut ſeſe ad* CONVITIA ( malè hactenus legitur, *conuiuia* ) *applicabat, graſſator vocabatur.* ¶ Tandem & hæc lex iis Conſtantini *legibus* adiici poteſt, de quibus Nazarius anno ſuperiore: *Nouæ Leges regendis moribus & frangendis vitiis conſtitutæ, veterum calumnioſæ ambages reciſæ captandæ ſimplicitati laqueos perdiderunt.* Et Porphyrius *in Panegyrico*; *permulcens aſpera Legum Iuſtitiâ æternâ.*

## II. * Idem A. ad Maximum P.V.″

LIBERTATI à maioribus tantum impenſum eſt, vt patribus, quibus ius vitæ″ in liberos necíſque poteſtas permiſſa″ eſt, eripere libertatem″ non liceret. Si quiſquam minor venundatus actum″ maior adminiſtrauit, quoniam *minoris emptio ſcientiam non obligat*, eum ad libertatem venientem emptionis actúſque à maiore adminiſtrati præſcriptio non tenebit. ¶ Nec verò ille, qui apud quempiam pro ſeruo educatus, ac maior effectus, vendenti veluti domino acquieuit, actúque adminiſtrato iam penè extremam relegit″ libertatem, (quoniam neque maior effectus originem ſuam nouerat, neque eam quam ignorabat, venditionem patiens deſeruiſſe iudicandus eſt;) minori ſimilis, eâdem emptionis atque actus adminiſtrati præſcriptione non alligabitur, ſed vtrique dabitur Adſertio. ¶ Paria etiam in *Libertinis* erunt, qui quæſtu quodam in eandem ſeruitutem rurſus relabuntur. Sed eorum hâc exceptione cauſa diſtinguenda eſt, vt qui impuberes intra annum quartumdecimum manumiſſi, ac deinceps in ſeruitio retenti, ignorata libertate non vtantur, maioréſque venundati actum gerant, ab Aſſertione non arceantur: cùm illi ætati tributæ libertatis ignoratio vt″ obliuio conceſſa eſt. Qui vero memoria firma venditioni poſtfactæ non neſcius innectitur, huius legis beneficio carebit. ¶ Et″ quoniam viciſſim etiam ipſis qui rem his commiſerunt medendum eſt, ſi* quiſquam omnium qui ſupra comprehenſi ſunt in libertatem proclamauerit, id quod apud ſe eſſe eius qui ſe dominum dicit profitebitur, quoniam de eo non dubitatur, reddi ac referri Iudex protinus pronuntiabit. Quod vero petitur, ſi id fuerit negotiatione″ controuerſum, per cautionem Aſſertoris″, vt alia″ Lege † comprehenſum eſt, conſeruabitur, ac petitio differtur, vt ſi fuerit approbata propria″ libertas, geſtarum rerum ab eodem ratio atque omne quod debebitur repoſcatur, vt″ ſeruitute depulſus″, qui pro domino quondam fuerat, habeat quod vt ſeruo domini″ iure largitus eſt, & quæ ex earum quæſtu ac fructibus conciliata″ ſunt, quæ de furtiuis″ compendiis obſcure″ capta ac parta″ ſunt, cum liberum eſſe non oporteat, quod apud ſeruum dominus peculij nomine collocauerat. Ea vero quæ teſtamento aut donatione quæſita ſunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectáque ſunt, eidem ingenuo deputentur; Quæ tamen vniuerſa exacto″ Libertatis″ iudicio, quo″ à ſupradictis rebus diſcernuntur, in ſequeſtri″ eſſe oportet, vt hiis ab vtroque deductis″, atque in medio″ iure″ locatis, ad eorum proprietatem vterque contendat. Dat. XV. Kalend. Ian″. Theſſal″. Seuero & Rufino COSS. [323.]

INTERPRETATIO. *Minor venditus, ſi poſt* XX. *&* V. *ætatis ſuæ annos, iam maior effectus ſeruierit, aut in rebus emptoris actor, aut cuiuſlibet rei ordinator fuerit conſtitutus, cum de ingenuitate ſua proclamauerit, ſine præiudicio ſeruitij quod geſſerit audiatur, nec hoc ei præiudicium generet, quod eius, à quo emptus eſt domum, aut vtilitates in annis maioribus poſitus viſus eſt ordinaſſe.* ¶ *Hoc etiam de libertis lex hæc præcepit cuſtodiri, vt qui intra* XIIII. *annos fuerint manumiſſi, & actum in maiore ætate poſiti geſſerint patronorum, libertati eorum actus non præiudicet ſeruitutis, ſed cum voluerint, ſuas aut de ingenuitate, aut de libertinitate, intra tempora legibus conſtituta, proferant actiones. Sic etiam ſi quis minor ingenuus à quolibet fuerit educatus, & liberum eſſe ſe neſciens fuerit à nutritore diſtractus, & actum vel vtilitatem illius à quo emptus eſt, vt ſeruus geſſerit, priuſquam* XXX. *annorum præiudicio teneatur, poteſtatem habeat reclamandi, & quaſi minor is, priuſquam tempora ſuppleantur, amiſſam recipiat libertatem.* ¶ *Quicquid vero ille eis, à quo empti ſunt, vel tradidit, vel donauit, vel quacunque ex rei ſuæ adminiſtratione profecit, totum retinendi ac reuocandi habeat poteſtatem. Si vero huiuſmodi perſonis aliquid à quibuſcunque aliis, aut teſtamento, aut donatione conlatum eſt, id ſolum ſibi iam liberi vindicent: nam quod de re patroni libertus, vel emptoris ingenuus dum ſeruiret profecit, libertati redditus libertus patrono, ingenuus emptori reſtituat. Hij vero, qui in annis maioribus conſtituti ſunt, ſcientes ſe eſſe ingenuos, vel libertinos, ſi vendi adquieuerint, in ea, ad quam ſcientes ſua voluntate tranſeunt, ſeruitute permaneant.*

## NOTÆ.

* Huius legis prima ſententia collata eſt in *l. vlt Cod. de patria poteſtate*: vltimum verò caput *in l. vlt. Cod. quibus ad libertatem proclamare.* At prima pars tota abeſt, inde, *ſi quiſquam*, vſque ad *ſi quiſquam.*
″ Ita quoque habet *d. l. vlt. Cod. de patria poteſtate.* At in *d. l. vlt. quibus ad libertatem*, Præfecto Prætorio.
″ *Olim erat permiſſa.* ita Tgiß. immutauit: de quo mox.
″ Vide Commentarium.
″ De hoc quoque *infrà in comment.*

″ Seruilem



″ Seruilem.
″ *Relegit* libertatem, qui in libertatem ſe adſerit.
″ ✠ *Aut.*
″ SECVNDA *huius legis* pars, de REBVS eorum qui in libertatem proclamant. Hæc verò præfatio in *Cod. Iuſt.* loco mota eſt.
* Hinc ſumpta eſt *lex vlt. Cod. quibus ad libertatem proclamare non licet; & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur.*
″ *Negatione dubium.* Ita habet Cod. Iuſt. Sed hoc noſtrum legitimum eſt: de quo mox pluribus.
″ Abſunt hæc à Cod. Iuſt. cauſa ex ſuperiore lege repeti poteſt: quæ etiam lex *hîc* indicatur.
″ Intelligit *legem* 1. *ſup.*
″ Abeſt à Cod. Iuſt.
″ ✠. *Et.*
″ *Seruitute depulsâ.* Ita Tribonianus malè. *Seruitute depulſus*, id eſt ſeruitutis vindicandæ iure depulſus. *Seruitus*, pro *ſeruitutis vindicandæ iure*, quod ſimilibus exemplis firmaui ad vocem, Circumductio: *l. 1. ſup.* Cæterùm ſeruitute depulſus, vt *lacte depulſus*, Virgilius: *Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.* Et in gloſſis Cyrilli *ἀπογαλακτίζω lacte depello.*
″ *Domini*, Cod. Iuſt. Sed hoc noſtrum legitimum eſt, *Domini iure*, id eſt, velut Dominus; atque adeo peculij nomine, vt mox dicitur.
″ *Conciliandi* vox *hîc* propria. Gloſſa Philoxeni, conciliat *συναθροίζειν* à re veſtiaria deſumpta, Varro 5. *de lingua*: Veſtimentum apud fullonem cùm cogitur, conciliari dicitur. Et Tribonianus tamen vocem *congregata* ſuſtulit.
″ *Quæque furtiua*, &c. Cod. Iuſt. & quæ de furtiuis.
″ Varro Eumenidibus apud Nonium.

—— —— *Denique auarus*
*Qui ſanus, cui ſi ſtet terra & traditus orbis,*
FVRANDO *tamen ac morbo ſtimulatus eodem,*
*Ex ſeſe aliquid quærat, cogátque* PECVLI?

Nos Galli vocamus, *le tour du baſton*: Itali, quod Gloſſa notat, vocant, *Trebellianum.*
″ *Furtum* fit clam & obſcurè, *l. 1. in pr. ff. de furtis*, *l. in duobus*, § *ſi quis iurauerit*, *ff. de iureiur. l. 2. §. generaliter. ff. vi bonor. rapt. l. 8 §. 1. & §. vlt. ff. arborum furtim cæſar.*
″ *Parata.* ita Tribonianus: illud melius: Quomodo & in illo de Caſtrenſi peculio:

—— —— *Nam quæ ſunt parta labore,*
*Militiâ, placuit non eſſe in corpore cenſus,*
*Omne tenet cuius regimen pater.*

″ *Exacto*, id eſt, finito, poſt finitum.
″ *Liberali iudicio*
″ *Quatenus diſcernantur.* ita Tribon.
″ *Quò*, hîc, pro *vſquequò*, vel reponendum, *quoad.*
″ *In ſequeſtro*, ita Cod. Iuſt.
″ ✠. *Diductis*: de quo mox.
″ *In medio*, id eſt, in ſequeſtro: *ἐν μέσῳ τοῦ δικαίου*, vt Græci habent ad *l. 5. C. quor. appell. non recip.* Et ita quoque habent veteres Codices Iuſtinianei, *d. l. vlt. C. quib. ad libert.* at non editi, *Iure*, abeſt. vid. ſup. *tit. de probib. pecun. ſequ.*
″ Mar. habet Codex Sichard & Cuiac. & Aniani mei, & Cod. Iuſt. in *d. l. vlt. quib. ad libert. procl.* Idem Cod. Iuſt. in *d. l. vlt. de patr. pot.* Iun. vid. *conſularia.*

## COMMENTARIVS.

EX ACTV SERVILI aliquo adminiſtrato, poſteaquam maior quis factus eſt, an & quando ſiue libertati, ſiue bonis eius præiudicium fiat, hâc Cõſtantini M. conſtitutione definitur; Præmiſsâ ante omnia inſigni ſententiâ de libertatis fauore, etiam apud Veteres & Maiores, vt ita ſuum quoque erga libertatem ſtudium exerat. Eam verò ſententiam & nos hoc initio expendere iuuat: vbi duo occurrunt: Primum de poteſtate vitæ & necis in liberos. Eam igitur primùm *lege Regiâ* inductam, paſſim iam notum eſt ex Dionyſio Halicarnaſſeo *lib.*... & Papiniano, *libro ſingulari de adulteriis*: apud Authorem *Collationis legum Moſaicarum, lib.* 4. Mox in leges XII. Tabularum id tranſlatum: & quidem in quartam tabulam, vt præter Dionyſium docet Vlpianus *in Fragmentis.* Hinc & lege Pompeia de Parricidiis pater qui filium necaſſet, non continebatur: ſed mater tantum: *l. 1. ff. de leg. Pomp. de Parricid. in verſ. ſed & mater.* Papinianus apertè legis Iuliæ *de pudicitia* tempore ius hoc obtinuiſſe teſtatur hoc fragmento: *Cum patri lex Regia dederit in filium vitæ necíſque poteſtatem, quò bonum fuit lege* [Iulia] *comprehendi, vt poteſtas fieret etiam filiam occidendi, vellem mihi reſcriberes: nam ſcire cupio? Reſpondit: Nunquid ex contrario præſtat nobis argumentum hæc adiectio, vt non videatur lex non habenti dediſſe,* [ſed] *vt videatur maiore æquitate ductus adulterum occidiſſe, cum nec filiæ pepercerit?* Ita enim hic locus legendus & interpungendus eſt; Quò bonum fuit, non *Quod bonum fuit*; id eſt, quid neceſſe erat, vt *l. 3. 10 ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. 13. ff. ad SC. Velleian.* vulgata lectio peruetus habet, vt hîc, *quod bonum*: vid. his ſimilia apud Fornerium 3. *ſelect. vlt.* ſunt enim verba Papinianum conſulentis. Duraſſe ius iſtud Ciceronis, Augusti, Neronis, Claudij æuo, ex Valerio Max. Salluſtio, Seneca, Suetonio, Dione, liquet: A quo, id & quando ſublatum? ambigitur: Certè Paulus quoque meminit huius iuris, verùm tanquam aboliti: *quod & occidere* LICEBAT: *lex* II. *in fin. ff. de liber. & poſthum.* Imò & ſub Hadriano quoque ius iſtud patrium vitæ & necis ſteriſſe quadamtenus teſtis eſt Martianus *in l. D. Hadrianus 5. ff. de lege Pompeia de parricidiis.* Qanquam & tum iam modus huius rei adhibitus, quod *d. l. 5.* apertè teſtatur; quomodo, & dominorum in ſeruos ius vitæ & necis tùm quoque acciſum, quantò magis in filios? Certè ſub Alexandro Seuero abrogatum penitus fuiſſe colligitur ex *l. 3. Cod. de patria poteſtate*, & Vlpiano *in l. 2. ff. de ſicariis.* Itaque Conſtantinus parricidij pœnæ patrem apertè ſubiecit: *l. vn. inf. de parricidiis*, quæ data eſt A. D. 318. ſexennio ante hanc legem noſtram. Itaque in *hac lege* mendum hærere videatur ibi *ius vitæ in liberos necíſque poteſtas permiſſa eſt*: atque adeo reponendum, *eſſet*, pro, *eſt*, vt mox, *liceret*, à maioribus *permiſſa eſſet*, vt huius *legis* initio dicitur. Certè Tribonianus horum verborum loco *permiſſa eſt*, ſubſtituit, *olim erat permiſſa.* Et ita quoque Paulus *d. l. in ſuis* II. occidere LICEBAT, quod & ipſum perperàm Triboniano adſcribitur. Verùm & hæc verba ipſa *à Maioribus poteſtas permiſſa eſt*, commodam præteriti temporis interpretationem recipiunt, ac ſi dixiſſet, *Legibus permiſſa eſt*, pro quo eodem ſenſu Tribonianus habet, *erat permiſſa.* Itaque falluntur, qui putant Papiniani ætate ius iſtud vitæ & necis obtinuiſſe.

nuiſſe. Item verba illa, poſtrema *d. legis in ſuis*, à Triboniano ſuppoſita eſſe; cùm Paulus ſcripſiſſet, *licebat*. Ergo Iuriſconſultorum noſtrorum iam ætate, ante Conſtantinum diu ius iſtud vitæ & necis imminutum, abolitum liquet, vel ex *l. 2. π. ad leg. Corn. de ſicar.* Quare error eſt Marſilij *ad cap. 24. Duod. Tab.* exiſtimantis, occidendi poteſtatem Diocletianum demum abrogaſſe videri, qui & vendendi abrogauit: *l. 1. C. de patribus qui filios diſtr.* Itaque Pithœi, & Marſilij aliorúmque opinioni non accedendum, quaſi vox, *licebat*, in *l. in ſuis*, à Triboniani manu ſit, & Paulus ibi præſenti verbo vſus fuiſſet, *liceat*, vel *licet*. Neque monere debet argumentum ſimilis immutationis in *l. vlt. Cod. de patr. pot.* quæ hinc tranſſumpta eſt. Nam vt iam dixi, Conſtantini verba *hâc l.* commodam præteriti temporis interpretationem accipiunt: quódque à Triboniano interpolatum eſt *in d. l. vlt.* id maioris tamen perſpicuitatis cauſa factum eſt. Igitur Tribonianus nil immutauit in *d. l. in ſuis.* Neque monere nos debet, quod ex Papiniano modò protulimus: quódque (verba ſunt Pythœi) fruſtra Papiniano hæc quæſtio propoſita fuiſſet, ſi non idem quoque ius eo tempore obtinuiſſet. Imò ex illius verbis apparet clarè, quæſtionem propoſitam Papiniano à Iuris ſtudioſo quodam & curioſo: qui inter legem Regiam & leg. Iuliam de adulteriis *ἀντινομίαν* quandam reperiſſe ſe putabat: SCIRE CVPIO, inquit: & paulò antè, QVÒ BONVM *fuit lege comprehendi?* Secundò ait Conſtãtinus, etſi patres in liberos ius vitæ & necis olim apud Maiores haberent, atamen apud eoſdem Maiores his libertatem eripere non potuiſſe; De hoc verò dixi affatim *ad l. vn. ſup. de patribus qui filios: & l. vn. inf. de his qui ſanguinolentos: & l. 2. infr. de alimentis quæ inopes*: vide & Paulum 5. *ſentent. tit.* 1. §. 1. & *Nouellam* Valentiniani II. Vendere equidem patribus liberos licebat, & venditione filium ex poteſtate ſuâ dimittebant, ſed non ideo libertatem tollere: de quo *ad eas Leges.* Non qui vendere poteſt, in ſeruitutem ideò deducere poteſt. Quandoque tamen facto ſuo pater filiæ libertatem eripiebat? veluti ſi filiafamilias iubente Patre ſerui alieni contubernium ſecuta eſſet, vt teſtatur Paul. 2. *ſent. tit.* 21. in iis videlicet ſententiis, quas Cuiacius è Veſuntino Codice eruit, *lib. 21. Obſeruat. cap. 16.* Quæ etiam ſpecies eſt *legis, Lucius Titius 27. π. depoſiti.*

¶ His ita præmiſſis à Conſtantino, & à nobis diſcuſſis, nunc ad propoſitam, quam *initio* diximus, quæſtionem & ſententiam *iſtius legis* deſcendamus. Rem igitur ſic diſtinguit Conſtantinus.

I. Circa *Ingenuos* duos caſus proponit, & definit. Primus caſus hic eſt: Ingenuus pro ſeruo educatus, minor adhuc 25. annis venditus eſt: Licet maior factus actum adminiſtrauerit, nihilominus ad libertatē proclamare poteſt: Neque eũ Præſcriptio emptionis actúſque à maiore adminiſtrati tenebit, vt *hæc lex* loquitur, ſeu *eâ præſcriptione non alligabitur*, vt mox dicitur: Nam etſi regulariter, quod quis maior factus ratum habuit, eius reſciſſionem poſteà fruſtra poſtulet, *tit. Cod. ſi maior factus ratam habuerit*, id tamen tum obtinet, cùm quis ſciens prudens iuríſque ſui non ignarus id fecit: At minor venditur, ne quidem ſe ingenuum venditum ſcire præſumitur: & vt Conſtantinus *h. l.* eleganter loquitur; *Emtio, minoris ſcientiâ non obligat*: proinde ratum habuiſſe non præſumitur maior factus, quod minor ignoraſſe creditur. Vide & in hanc ſententiam, *l. 5. Cod. de liberali cauſa: & l. 7. π. dicto tit. de liberali cauſa.* Et hæc de primo caſu.

Sequitur ſecundus, *verſ. Nec verò illa*: Quid ſi ingenuus minor pro ſeruo educatus, ſed maior iam venditus eſt, & actum adminiſtrauit? Et hic haud aliter quàm ſi minor venditus fuiſſet, libertatem iam penè extremam *relegere* poteſt: Neque ei emptionis aut actus adminiſtrati præſcriptio quidquam nocebit, quia neque maior factus ingenuum ſe eſſe ſciuit, neque minor eam quam ignorabat venditionem ſciens prudens agnouiſſe iudicandus eſt. Minor ſui venditioni ſciens prudens conſenſiſſe non videtur, niſi maior 20. annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt: vel minor 20. annis ſe venundari paſſus eſt, & poſt viceſimum annum pretium partitus eſt, *d. l. 7. §. 1.* Et hæc de Ingenuis.

II. ¶ In libertinis verò Conſtãtinus M. ita diſtinguit: vel impuberes manumiſſi sũt, vel puberes; ſi impuberes manumiſſi ſunt, etſi poſteà, vtpote ignorantes, in ſeruitute retenti, maioréſque venditi actum adminiſtrauerint, ad libertatem nihilominus proclamare poſſunt: Si verò puberes manumiſſi fuerint, tum ad libertatem proclamare deinceps non poſſunt: Cuius diſtinctionis ratio hæc à Conſtantino M. elegans redditur, quod *pupillari ætati conceſſa ſit tributæ libertatis ignoratio, aut obliuio*; facile ſcilicet quod pupillus geſſit, aut accipit, eius oblitus præſumitur, at non etiam quod pubes geſſit; Cuius eſt, vt hæc lex loquitur, *memoria firma.* Puberi manumiſſo conditionem ſuam ignorare non licet, impuberi licet. Alia eſt ætas firma, alia memoria firma: ætas firma eſt poſt vigeſimum annum, *l. vn. ſupr. de his qui veniam ætatis*; memoria firma poſt decimum quartum. ¶ Inſignis hîc igitur notetur differentia, inter ſtatum Ingenuitatis, & Libertinitatis: Ingenuitatem, quia à natura eſt, minor 25. annis ſemper ignorare præſumitur, imò & maior ignorare facilè poteſt: At Libertum ſe eſſe non niſi impubes ignorare creditur, quia ſcilicet libertas hoc caſu manumiſſione contingit, quæ facto, & ſcientiâ hominum conſtat. Naturæ beneficium ſæpè eſt in occulto, manumiſſionis beneficium, manifeſtarium eſt. Et hæc de primo *huius Conſtantinianeæ legis* capite. Vndè iam apparet quàm rectè, & appoſitè Conſtantinus M. *huius legis* initio de *Libertatis* fauore præfatus ſit, indéque ſuperiora iam efficiat.

Alterum *huius legis* caput eſt de REBVS EORVM, qui actu adminiſtrato ad libertatem proclamant, quidnam videlicet de his rebus fieri debeat? Vbi Conſtantinus M. ita diſtinguit, in dominorum iam retrò fauorem, vt ipſemet profitetur, *verſ. & quoniam.* Si is qui in libertatem, inquit, proclamet, fateatur id omne quod apud ſe eſt, eius qui ſe dominum dicit eſſe, illicò id domino reddi Iudex pronuntiabit; At ſi id fuerit *negotiatione controuerſum* (id eſt, ſi cùm ſeruus Inſtitor eſſet, ſeu negotio alicui præpoſitus, res ſuas quaſdam dominicis *in negotiatione* miſcuit, ità enim hîc rectè legitur, non vt *In Iuſtinianeo* repoſitum, *negatione*, cuius occaſione Interpretes de *Negatione hic* agunt, extra aleam, per quam res dubia efficitur, & quidem vnicè, nullo vlteriori tractatu (pęr cautionem Adſertoris (de quâ dictum fuit ad *l. 1. ſupr.* & quò ſe hæc lex refert) eius qui ſe dominum dicit petitio differetur. Cauebit ſcilicet Adſertor, *res ſaluas fore, quas qui ad libertatem prouocat, poſſidet*; finitóque Iudicio Liberali, & libero pronuntiato omnia illa apud ſequeſtrem deponentur, vt ita bonorum diſtinctio, & ſeparatio fiat: Nempè, *profectitia* ad eum qui ſe dominum dicebat, reuertentur, (id eſt, ea quæ vt Seruo Domini iure largitus eſt, ſeu quod peculij nomine apud ſeruientem collocauit) vt & quæ exindè conciliata ſunt, & quæſita: Peculium proindè, cum omni



cauſâ, acceſſione, & fructu. Non continuò ſcilicet, qui liber pronunciatur, peculium quoque eius liberum eſt. *Aduentitia* verò, id eſt, quæ teſtamento, aut donatione libero homini, bonâ fide poſſeſſo, donata, vel relicta ſunt, vel quæ ex iiſdem confecta, aut quæſita ſunt, ea inquam omnia ipſi libero pronuntiato cedent. Vbi notanda ſunt *Primò* exempla. 1. *Cautionis*, ab Adſertore præſtandæ: 2. bonorum item ſequeſtrationis. 3. mox & ſeparationis bonorum, quæ adiicienda ſunt aliis exemplis, cautionis, ſequeſtrationis, & ſeparationis. *Secundò* notanda etiam elegans ſequeſtri iudicialis, cùm de rei proprietate agitur, definitio, nempe id eſſe, cum *res ab vtroque litigante deducuntur, atque in medio iure locantur, interea dum ad eorum proprietatem vterque contendit. Diductis* ait lex, id eſt, ab vtroque ſeparatis, id enim eſt *diducere* quomodò *diduci* dicitur hoſtis, miles, ciuitas, terra, & ſimilia: vt & in ſtudia diduci. *Diduci* eſt in diuerſa diſtrahi, dirimi, & vtrinque ſeparari. *In medio iure locari*, eſt ſequeſtroponi apud ſequeſtrum, & Sculnam.

---

## III. * Idem A. ad Baſſum PF. P.

LEGIS″ promulgatio, quæ, *per ſexdecim annos bonâ fide in libertate durantes, contra eos qui inquietant præſcriptione defendit*; non opitulatur hiis qui ex ancillis matribus, & ingenuis patribus orti, per id tempus in libertatis affectu cum parentibus perdurarint: quandoquidem nullo præcedente iuſto legitimæ poſſeſſionis initio vſurpatio libertatis nuda iactetur: cùm neque redemptio à ſeruitute, neque vicarij traditio ſeruuli, vel peculij aſſignatio″ valeat demonſtrari, qui tituli poſſint famulatus nexibus liberare eum, qui conuenitur: ſi″ quo ex iis genere vſus in libertate eſſet per annos ſedecim demoratus. Iure enim communi maternam conditionem natum ſequi neceſſe eſt, ita vt & ſi herilem lectulum ancilla aſcenderit, non liberorum domino, ſed ſeruorum partum ſuſcipiat. Dat. Prid. Kal. Mart. Baſſo & Ablauio COSS.

INTERPRETATIO. *Lex aliquando fuerat promulgata, vt ſi quis* XVI. *annos ſine vlla moleſtia, nullo repetente vel pulſante vixiſſet, & poſtea in ſeruitium non veniret. Sed hoc illis prodeſſe non poterit, quos de ingenuis patribus, & colonis mulieribus, vel ancillis conſtiterit procreatos, niſi forte patres eorum pro filiorum capite, dominis quorum ancillas in conſortio habent, aut vicaria mancipia cum peculiis, aut redemptionem ſtatus eorum ſoluerint. Si vero patres hoc ſe perſoluiſſe non doceant, non poterint conditionem matrum mutare, aut mancipia dominis deperire, etiamſi de propriis dominis naſcantur, niſi per manumiſſionem ſeruili conditione carere non poſſint. Si″ quis in libertate poſitus, ancillam ſibi copulauerit in coniugium, ſi filij ex ipſis nati fuerint, origo matrem ſequatur: Simili modo ſi liberta ſeruum duxerit maritum, agnatio ſeruum ſequatur: quia ad inferiorem perſonam vadit origo.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod Iuſt. quia ſcilicet præſcriptio decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes, & hac parte Iuſtiniano placuit *l. 1. C. de longi temporis præſcriptione quæ pro libertate*: & *l. 16 §. 3. ff. 3. qui & à quibus manumiſſi liberi non fiant.*

″ An Æliæ Sentiæ, argumento *dictæ legis* 16. §. 3. iunctâ eius legis inſcriptione? De hoc mox dicam.

″ *Aſſertio.*

″ Hæc abſunt à veteribus libris, videntúrque nonnullis eſſe ex Interpretatione alterius *Legis*, quæ deſideratur.

″ *al. Niſi.*

## COMMENTARIVS.

PRÆSCRIPTIONI libertatis quando locus eſſe poſſit, vt in genere, ita ad ſingularem quandam ſpeciem reſcribens, definit Conſtantinus *h. l.* ¶ Præſcriptio ſcilicet quoque libertatis quædam eſt, vt docet quoque *lex vn. inf. de his qui à non dom. manum.* Et quidem hoc iure Conſtantinianeo ſedecim annorum præſcriptio hæc fuit. Quod hac conſtitutione Conſtantinus M. cuidam legi nominatim accepto-fert, & vt exiſtimare quis poſſit, legi Æliæ Sentiæ (argumento *legis* 16. §. 3. iuncta eius inſcriptione *π. qui & à quibus manumiſſi*:) Quanquam malim ipſe id ipſimet Conſtantino M. tribuere. Sed Iuſtiniano poſtea placuit hâc quoque parte decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes præſcriptio: *l. 2. Cod. de longi temporis præſcriptione quæ pro libertate*: & *d. l. 16. §. 3.* (qui §. à Triboniano interpolatus fuit.) ¶ Porro ad hanc quoque præſcriptionem, vt in cæteris præſcriptionibus *h. l.* requirit Conſtantinus M. bonam fidem ſeu Titulum, & initium iuſtum; præterquam quod & illud præſuppoſit, vt præſcriptio libertatis non interpellata fuerit, & vt *hæc lex* loquitur, in libertate durauerint, demorati ſint. *Perdurare* dicuntur, quæ ſine interpellatione durant, eáque vis eſt vocis, *per*, vide *legem 166. in fine, π. de verb. ſignif.* ¶ Nunc Finge, quæ ſpecies *huius legis* eſt; aliquem natum ex ingenuo & ancilla; Hic vtique ſeruus eſt. Partus ſequitur ventrem & maternam conditionem. Iure enim communi (inquit Conſtantinus) maternam conditionem natum ſequi neceſſe eſt. Quod decantatum eſt. In liberali ſcilicet cauſa matris, non patris inſpici conditionem: *l. aui 18. & l. vlt.* quæ eiuſdem Conſtantini M. eſt, *Cod. eod. tit.* Et vt Interpres hîc eleganter loquitur ad inferiorem perſonam vadit origo, eáque eſt lex naturæ, *l. 24. ff. de ſtatu hominum*, ſeu ius commune,

vt *h.l.* dicitur. Denique Regula Iuris eſt, vt loquuntur Vlpianus & Gaius *in fragm.* ¶ Finge porrò ex ingenuo & ancilla natum per ſedecim annos integros cum patre duraſſe in libertatis affectu, an ideo libertatem præſcripſerit? Minimè: Affectus hic libertatis nudus quamlibet per integros ſedecim annos, libertatem non tribuit. Quid igitur? vnum ex his tribus factum oportet, vt iuſtum titulum præſcribendæ libertatis habuiſſe videatur: putà, vel redemptum à patre filium huiuſmodi, (ſeruum natum) oportet, vel alio ſeruo mutatum, id eſt, vt pater eius vice alium ſeruum domino tradiderit, (quem *Vicarium ſeruum*, hæc lex vocat.) Vel denique oportet dominum ancillæ, atque adeò partus huiuſmodi, ſeruo iſti peculium adſignaſſe, id eſt, peculium ei conceſſiſſe, vt eo velut liber, & tanquam proprio patrimonio vteretur. Filius ſeruus niſi vel redemptus, vel vicatio ſeruo permutatus, vel denique peculio donatus fuerit, nuda vſurpatione ſeu præſcriptione 16. annorum liber non fit. At ſi horum vnum factum fuerit, abſque manumiſſione, ſolâ ſedecim annorum præſcriptione liber fit: *h.l.* Cui congruit & *lex* 29. *Cod. de liberali cauſa.* ¶ At quid fiet, ſi non iam ex ancilla aliena, ſed ex propria dominus filium ſuſceperit? Et hic proculdubio iure communi ſeruus eſt.

IIII. *Idem A.''

SI poſt adſertionem, defenſionémque ordinatam'', alius in iudicium acciri'' petiuerit, adſertio quidem & defenſio inter omnes ordinetur, ipſe verò tot mancipia quot petebat, fiſco cogatur inferre. Quòd ſi Adſertor defecerit, vel prædictam multam agnoſcat, vel ſi per inopiam id implere non poſſit, in metallum detrudetur. Eâdem circa minorum defenſores'', cùm liberalis cauſa agitur, formâ ſeruandâ; & cetera. Dat. VII''. Kalen. Nouemb. CP. Pacatiano & Hilariano COSS. [332.]

INTERPRETATIO. *Si poſt adſertionem, defenſionémque diſpoſitam, alius in iudicium, qui ſe dominum dicit, petierit exhiberi, inter omnes quidem ordinabitur aſſertio, ſed ipſe ad certam pœnam tenebitur. Idem & in adſertore vel defenſoribus minorum.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Ivst. Iungenda autem huic *lex* 1. *inf. de fugitiuis colonis, inquilinis, & ſeruis.*
'' *Ad Prouinciales*, hoc ſupplendum ex *d.l.* 1.
'' Ordinatá adſertio, & defenſio *h.l.* & *l.* 16. *inf. de Prætoribus*, quid ſit, ex dictis ad *l.* 1. *ſup.* conſtat, Vide Cuiacium *lib.* 18. *Obſeruat. cap.* 23.
℞. *Adſciri*, id eſt, admitti.
' Vide *l.* 1. *ſup. verſ. minorum defenſores.*
'' III. *d.l.* 1.

## COMMENTARIVS.

SVPERVENIENTIS TERTII, cœpto iam inter alios liberali iudicio, iniuſtæ actioni: viceuerſa alienum ſeruum iniuſtè aduerſus hunc quoque defendenti Adſertori pœnam *h. l.* imponit *l.* 1. *infr. de colonis fugitiuis*: quæ vt huic iungenda eſt: ita eiuſdem dicti Conſtantinianei pars eſt, quo Dominorum ſecuritati conſultum iuit, aduerſus nequam ſeruos & colonos, eorúmque Adſertores, Receptatores & patronos. ¶ Huius ſanè leg. quatuor ſunt ſententiæ. Prima, Tertium, ad iudiciũ liberale iam ordinatum (id eſt, poſt cautiones præſtitas ab Adſertore & defenſore, de quibus *l.* 1. *ſupr.* actum fuit) venientem *adſciri*, vel *adſciſci*: ita enim repono; id eſt, nihilominus admitti, atque inter omnes iudicium reddi oportere. Quo idem & in rei vindicatione traditur *l. is à quo fundus* 57. ff. *de rei vindicatione*, & in hæreditatis petitione: *l. cum idem* 57. ff. *de petitione hæreditatis.* De quâ tamen quæſtione vide Menochium *lib.* 5. *conſ.* 488. & Fachinæum 1. *controuerſ.* 5.

¶ Secunda ſententia; Adſciſcendum hunc ſub hac conditione, vt ſi defecerit, id eſt, victus fuerit, tot ſeruos quot petebat, multæ nomine fiſco præſtet. Fiſco inquam; quâ in re differt ab eo qui primus litem ordinauit, id eſt, qui primus ſeruum vindicare cœpit. Ille enim multatitium ſeruum adſertori præſtat, *l.* 1. *ſup.* hic vero fiſco. Qui in eo ſanè conueniunt, quod vterque multetur: cum ex æquo vterque peccet, & qui primus iudicium ordinauit, id eſt, qui primus libertatem alienam oppugnatam voluit, & qui oppugnationi iam cœptæ interuenit: Nil intereſt Claſſicum canas primus, vel poſt primum.

¶ Tertia ſententia: Adſertorem, qui aduerſus Tertium quoque ſuperuenientem adſerere ſuſtinet, iſtius Tertij reſpectu ſeruo multatitio, fiſco inferendo, multari: alioquin ob inopiam in metallum detrudi. Nempe maior iam eſt Adſertoris impudentia, qui aduerſus tot Seruum diuerſo iure vindicantes adſerere adhuc ſuſtinet.

¶ Poſtrema ſententia: hoc ipſum & in Tutoribus & curatoribus obtinere oportere: vt videlicet ſi minorum nomine alios iniuſtè in ſeruitutem petant, multatitio ſeruo, ſuo nomine multentur: non modò ſi primi cauſam liberalem ordinauerint, de quo *l.* 1. *ſup.* verùm etſi ad ordinatam iam ab alio adſciri ſe petierint, vt *h.l.*





V. *Imppp. Valentin.'' Theod. & Arcad. AAA. Rufino PF. P.

SI cui ſuper ſtatu ſuo quæſtio moueatur, qui diuturno tempore, hoc eſt, per XX. annorum ſpatia, in libertatis poſſeſſione durauit, vel quem aſſerant ſuffragia munerum, & priuilegia meritorum, quíve iis præſentibus, qui dominos ſe eſſe contendunt, in hominum erit celebritate verſatus, nulla ei dandi Aſſertoris neceſſitas imponatur, ſed liber aſſiſtat, & ſtatum ſuum ipſe tueatur, calumniantem repellat, redarguat perſequentem, ne fluctuet dubius, ſi de alieno neceſſe habebit pendere faſtidio. De aliis vero, quos nec honor aliquis, nec'' ſuperſcriptione prædicti temporis priuilegium militare defendit, *Antiqui iuris* forma ſeruetur. Dat. VII.'' Kal. Octobr. Conſtantinop. Theod. A. III. & Abundantio COSS. [393.]

INTERPRETATIO. *Qui* XX. *annos non occultè, ſed publicè in libertate durauerint, & aliquid officij, vel militiæ præſente, & tacente petitore geſſerint, Adſertorem quærendi eos neceſſitas non manebit, ſed ipſi per ſe ſi voluerint aduerſus petitorem, quod libertati eorum competit exequentur. Circa alios verò, qui neſcientibus dominis latuerint, prioris legis ordo ſeruabitur.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Ivst. Remiſſa quippe omnibus promiſcuè Adſertoris quærendi neceſſitas: iungendæ quænam huic leges ſint, mox dicam.
'' Idem error reſidet *in d.l. vn. de Carboniano Edicto*, & *in d.l.* 52. *inf. de appellationib.* ſed reponendi ſunt, vt in *d. l.* 5. *de cognitoribus*: *Theodoſius, Arcadius, & Honorius.*
℞. *Sub præſcriptione*: vel ita, *quos nec honor aliquis, nec præſcriptio prædicti temporis, nec priuilegium militare defendit.* Vel, *nec ſupraſcriptio prædicti temporis, nec priuilegium. Supraſcriptio prædicti temporis*: id eſt, ſupraſcriptum tempus. Prior emendatio placet.
'' IIII. vt *in dictis legibus*, quas huic coniungendas dixi.

## COMMENTARIVS.

ADSERTORIS dandi neceſſitate liberat, & ſic iudicio per ſe ſtandi, déque ſuo ſtatu litigãdi poteſtatem nonnullis *h.l.* facit Theodoſius M. quæ maioris conſtitutionis Theodoſianæ *de proceſſu iudiciario*, déque perſonis quæ in iudicio ſtare poſſunt aut debent, portio eſt: vt docent tres leges illæ quæ huic coniungendæ ſunt, putà *lex* 5. *ſup. de cognitorib. l. vn. ſup. de Carbon. Edicto lex* 52. *inf. de appell.* ¶ ADSERTORE igitur ad ſtatum ſuum defendendum nil opus habent ex *hac* Theodoſij M. *conſtitutione.* Primùm, qui per XX. annos in libertate durarunt. Secundò, qui muneribus ſunt functi. Tertiò, qui præſentibus iis qui ſeſe dominos hodie contendunt in hominum celebritate ſunt verſati: Diuturnitas temporis; munus publicum, ſcientia & præſentia, velut ſeruum hodie vindicantis adſertionis loco cedunt, & ab Adſertoris præſtandi neceſſitate liberant. Magnum ſcilicet eſt temporis, magnum munerum publicorum, magnum patientiæ diutinæ præiudicium & patrocinium, vt vix metus ille ſit, aut ſubeſſe poſſit, qui alioquin Adſertoris dandi neceſſitatem induxit: de quo dixi *ad l.* 1. *ſuperius* ex Theophilo & Thalelæo. ¶ Hæc interim *huius l.* diſpoſitio notetur, quâ paulatim Adſertoris inueniendi, dandíque neceſſitas infracta: qui primus videlicet gradus fuit, ad eam penitùs poſteà tollendam: quod tandem factum à Iuſtiniano, *tit. Cod. de adſertione toll.* Quæ cauſa eſt cur hanc quoque legem, vt alias, quæ & quatenus de Adſertoribus agunt, is abdicarit.

# AD SC. CLAVDIANVM.

## TITVLVS IX.

Abſunt à Ivst. Cod. omnes huius legis conſtitutiones, vtpote Senatuſconſulto Claudiano ſublato, vnde titulus huic aduerſus *De Senatuſconſulto Claudiano tollendo.* Eſt autem hic Titulus de mulieribus quæ ſe ſeruis alienis iunxerunt, *lib.* 9. *inf.* erit titulus de mulieribus quæ ſe ſeruis propriis iunxerunt.

## PARATITLON.

SENATVSCONSVLTVM CLAVDIANVM *Rubr. & l.* 4. (de quo hoc titulo agitur, & *duabus* prætereà *legibus* hoc Codice; *l.* 179. *inf. de Decurionibus & l.* 10. *inf.*

*de murilegulis* ) eſt, quo mulieres liberæ, *l.*1.4. 6.7. ingenuæ, *l.*3. 5. quæ ſuæ honeſtatis immemores, *l.*1. & apud quas plus valuit cupiditas, quàm libertas : *l.*6. ſeruilis conditionis hominibus alienis iunctæ ſunt : *l.*1. ( ſerui contubernio ſe coniunxerunt, *l.*1. 3. cum ſeruo conuenerunt, *l.* 3. cuilibet ſeruili conditione polluto ſe ſociarunt, *l.*4. ſeruilibus contuberniis ſeſe ſubſiderunt, *l.*5.) poſtquam trinis decunciationibus ex iure pulſatæ, *l.*4. Tertiò eis ex Senatuſconſulto Claudiano denunciatum fuerit, ſeptem teſtibus ciuibus Romanis præſentibus, *Interpr. ad d.l.*2. ſeruorum conſortiis prohibitæ fuerint, *l.*7. poſt legitimam conuentionem, *d. l.*10. *inf. de murilegulis.* conuentæ denunciatione ſolemni, *l.*3. *d t. de murilegulis :* libertatem amittunt, *l.*1. ad decoctionem natalium coguntur, *l* 3. ingenui ſtatus damnum ſuſtinent, *d.l.*3. *h.t.* Libertate amiſsâ nexu conditionis deterrimæ adſtringuntur *l.*4. ancillæ fiunt, *l.*6. connubio, *d. l.*6. ad ſeruitium detinentur, *l.*7. Earúmque proinde filij, ex eâ ſcilicet coniunctione nati, ſerui fiunt, domini, cuius ſe contubernio ( id eſt ſeruo ) coniunxerunt, *l.*1. iugo ſeruitutis ſubiacent, *dict. l.*6.

¶ Et hæc de Priuatorum & Ciuitatum ſeruis. Sed & in ſeruis fiſcalibus ius idem quoque olim fuit, vti docent *l.*3.4. *h.t.* Atenim Conſtantinus M. duo mutauit. Nempe, ſi Actori vel Procuratori alieno mulier ſeſe iungeret, trinam denunciationem expectari voluit; arg. *l.*4. Item fiſcalibus ſeruis iunctas, nullo modo ancillas fieri voluit, *l.*3. Contrà mox Iulianus, qui reducto iure veteri iunctas fiſcalibus & ciuitatum ſeruis, etiam citra denunciationem ancillas fieri voluit, *l.*3. *h.t.* & inter ſeruos priuatorum differentiam ſuſtulit, *d. l.*4. Et poſtea tamen in mancipiis Gynæcij ſeu Gynæciariis & monetariis idem trinæ denunciationis vſus obtinuit, *l.*3. *&* 10. *inf de murilegulis.* Tandem & Honorius Imp. matre curiali & alieno ſeruo natum, curiæ addixit, infirmata in hoc Senatuſconſulti Claudiani auctoritate, *l.*178. 179. *inf de Decurionib.*

## I. * Imp. Conſtantinus A. ad Probum."

SI" quæ mulieres liberæ, vel à ſeruis, vel à quolibet alio" vim perpeſſæ, contra voluntatem ſuam ſeruilis conditionis hominibus iunctæ ſint, competenti Legum ſeueritate vindictam conſequantur. ¶ Si qua autem mulier ſuæ ſit immemor honeſtatis", libertatem amittat, atque eius filij" ſerui ſint domini, cuius ſe contubernio" coniunxit. Quam legem & de præterito cuſtodiri oportet. PP. Kal. April. Voluſiano & Aniano COSS. [314.]

INTERPRETATIO. *Per vim contra voluntatem ſeruo iuncta alieno, & vindictam conſequitur. Si vero ſponte, fit ancilla, & eius filij ſerui ſunt.*

### NOTÆ.

* Concordat huic legi, *lex* 5. *&* 6. *infr.* Diſcordat *lex* 2.3.4. *&* 7. Fortè *huic* Iungenda *lex* 3. *Cod. Iuſt. de ſeruis fugitiuis.*

" *Probus* hic fortè is ad quem Lactantij epiſtolarum libros quatuor ſcripſit teſte Hieronymo.

" Seruilis conditionis : de quo *l* 4. *infr.*

" Id eſt vltrò ſeſe alieno ſeruo iunxerit. Cæterùm hæc ratio fuit SC. Claudiani : de quo vide *Legem vnicam*, *C. de SC Claud. tollendo.* Neque tamen vnica, mox vt oſtendam.

" Vide & *leg. vlt. inf.*

" *Contubernio*, id eſt, ſeruo, *h.l.* alioquin in SC. Claudiano, vt & *l.* 45. *inf. Contubernium* pro coniunctione ipſa. Hinc *contubernium ſerui ſequi*, *contubernio ſeruili ſeſe ſubdere*, *contubernio ſerui coniungi.*

### COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. tres circa SC. Claudianum aduerſus ſeruorum nequitiam conſtitutiones ſequuntur : & *hâc* quidem *leg.* SEVERITATEM intendit, tùm in ſeruos ipſos, tùm in mulieres : In ſeruos, inquam, à quibus mulieres liberæ vim perpeſſæ eſſent; hos enim pœnis ſeueriſſimis ſubiici iubet, *principio legis.* Quomodo & idem Conſtantinus, alteram ſeruorum nequitiam, ſeueriſſimâ pœnâ perſequitur, *l.*3. *Cod. de ſeruis fugit.* quæ ad Probum pariter data, *huic legi* ſocianda videtur. In mulieres verò liberas ſeruorum contubernium ſecutas, Conſtantinus M. *hac l.* pœnas quoque intendit maiores, quàm quæ SC. Claudiano conſtitutæ fuerant : cohibendæ videl. mulierum laſciuiæ, quæ honeſtatis immemores ſeruile contubernium ſecutæ fuiſſent : Maiores inquam, quàm quæ SC. Claudiano, quod & *huius legis* verba ſuadent : & collata ea cum ipſo SC. Claudiano comprobat; & quidem in tribus. ¶ Primùm enim, cùm *denuntiatio*, & trina quidem ex SC. requireretur ( de quo ad *legem proximam*, caſu quodam excepto ) hâc conſtitutione nullam denunciationem exigi videmus. Verùm illud tantum exigitur, vt mulier ſuæ immemor honeſtatis, neque vim perpeſſa, ſpontéque ſuâ, ſeruilis conditionis homini iuncta fuerit. Denique ſolam mulieris voluntatem inſpici vult, neque extrinſecùs denuntiationem attendi, cùm ſibi ipſi mulier verum atque honeſtatis leges denunciare teneatur. Verùm id poſteà rurſum triennio poſt eidem diſplicuit, *l.*2. *proxima.* Atenim rurſum placuit Valentiniano Seniori, *l.*5.6. *infr.* Diſplicuit tandem Arcadio *l. vlt. infr.* Sic variatum



hâc parte ſæpè, prout mores & Principes fuere.

¶ Secundò, & *Filios* quoque ex eâ natos ſeruos eiuſdem Domini eſſe iubet, & ſic cum matris ſeruitute filiorum ſeruitus coniungitur : quod etiam Valentiniano Sen. placuit *l.*6. *infr.* cùm tamen ex SC. Claudiano liberi ex hoc contubernio nati, non ſerui, verùm liberti fierent, quod ſuadet locus Taciti. *lib.*12. *Annalium. Inter quæ refertur ad Patres, de pœnâ fœminarum, quæ ſeruis coniungerentur : ſtatuitúrque, vt ignaro Domino ad id prolapſa, in ſeruitutem ſui conſenſiſſet : & qui nati eſſent, pro libertis haberentur.* Genuina enim hæc eſt apud Tacitum lectio, quam plerique ſolicitant; vbi, *in ſeruitutem ſui conſenſiſſet*, pro *in ſui ſeruitutem conſenſiſſe videretur.* Neque probanda Lipſij & Cuiacij ſententia, quaſi id Tacitus velit, mulierem *Sciente* Domino contubernio ſerui implexam libertinam factam: Nam & Pauli locus, *lib.*4. *ſentent. tit.*10. §.2. vbi indicat, mulierem ex Contubernio ſerui libertam effectam, id non ad ipſam mulierem quæ ſe ſeruo alieno iunxit pertinet, verùm ad eius filiam ( pariter vt in caſu *l.*3. *infr.*) *Ad filiam ancillam, vel libertam, ex SC. Claudiano effectam, legitima matris inteſtatæ hæreditas pertinere non poteſt : quia neque ſerui, neque liberti matrem ciuilem habere intelliguntur.* Deinde, cùm Theophilus teſtetur, non ſolam honeſtatis rationem SC. Claudiano cauſam præbuiſſe, verùm etiam ſeruorum corruptelam, quorum etiam optimi à mulieribus huiuſcemodi à miniſterio ſuo abducebantur, ſanè libertinam ſciente Domino ſeſe iungentem ſeruo ancillam pro pœnâ factam vix credibile eſt. Nam quæ corrupti pœna eſſe poteſt domino conſentiente? Et verò expreſsè Paulus, 2. *ſent.* 21. §.1. *Si mulier ingenua, ciuiſque Romana, vel Latina alieno ſeſe ſeruo coniunxerit, ſiquidem Inuito & denunciante Domino in eodem contubernio perſeuerauerit, efficitur ancilla*; Ex contrario igitur, ſi volente Domino, ſic iuris manet & ſtatus.

¶ Poſtremò, quæ tertia *huius l.* ſeueritas eſt, in præteritum quoque Conſtantinus hanc ſanctionem valere iubet, quod & ſanè nouum nouæque ſeueritatis indicium eſt, aduerſus ius commune, de quo vide *l.*3. *ſup. de Conſtitutionib. Principum*, ſed & Paratitlon *illius tituli.*

## II. * Idem A." ***.

DAT. v. Kal. Gallicano & Baſſo COSS. [317.]

INTERPRETATIO. *Septem teſtibus, ciuibus Romanis præſentibus, tertiò, ex SC. Claudiano denuntiandam.*

### NOTÆ.

* Ipſa Conſtantini lex *hic* intercidit; ſola ſubſcriptio enatauit & eius caſum tamen Interpretatio leuat.

" Conſtantinus.

### COMMENTARIVS.

DENVNCIATIONEM Domini requiſitam, vt mulier ſerui alieni contubernium ſecuta, ancilla fieret, ex SC. Claudiano notum, ex *hac lege* & ex Pauli fragmentis, *ſecundo ſententiarum*, *tit.*21. ( quem Cuiacius integrum ex Codice Veſuntino extulit *lib.*21. *obſeruat.* 16.) Item *ex l.*27. *ff. depoſiti* : Vlp. *fragm. tit.*11. §.11. *l. vn. C. de SC. Claudiano* : Tertull. *lib.* 2. *ad vxorem* : *l.* 4. *infr. h.t.* ( vno caſu excepto in quo mulier citra denunciationem ancilla efficiebatur, de quo vid. Paulum *d.t.*10. §.14. *&* *l.*4. *inf.* ) Id quod *l.*1. *ſup.* ab eodem Conſtantino abrogatum, *h. l.* reſtituitur. ¶ Et quidem ita vt cum denunciationibus multæ leges dictæ ( quod ex Paulo diſcere licet) ex iure fuerint, hæ tres nominatim ex eodem SC. ( quod teſtatur Interpretatio ) & *h. l.* requirat Conſtantinus : Ne tam facilè alioquin & temerè ſtatu ſuo priuentur. Nempe prout tempora fuêre & mores, ita & ſeueritatem intendit, vel remiſit Conſtantinus M. ¶ *Prima* igitur hæc lex denunciantibus dicitur, vt coram 7. teſtibus fiat; quod etiam Theophilus docet *tit. de ſucceſſ. ſublat ex SC. Claud.* Secunda, vt teſtes illi ciues Romani eſſent, quod & ipſum in aliis teſtibus requiſitum. Poſtrema, vt trina denunciatio fieret, quod & Paulus *d. tit.*10. docet. Qui denuntiationis trinæ numerus frequens & aliis in rebus & cauſis, vt in ſpecie *l.*4. *ff. de pignorat. act.* *Nouellæ* 117. *cap.*15. *l. contumacia*, *ff. de re iudicata* : *l.*8.9. *C. quomodo & quando* : vid. & *cap.*1. *extra* : *de cohabitatione Clericorum.* Nempè non tam facilè liberas mulieres libertate ſua multari Veteres voluêre : Verùm ſolemni admodùm quam dixi conteſtatione, iure ſolemni decurſo, vt Paulus loquitur 2. *ſent.* 21. §.5. Quare Ciues Romanos hanc in rem tantum teſtimonium perhibere viſum, ſeu huic officio interuenire, pariter, vt aliis quamplurimis, de quo accipienda *lex* 175. *in pr. ff. de R.I.* quia & de libertate & ciuitate Romana ſæpiùs adimenda ageretur. Neque libertinorum heri ſeruorum, hodie liberorum fides ſatis tuta viſa ( Latinorum inquam, quos idem Conſtantinus proxima lege, *ſeruorum liberos & ſpurios liberorum* eleganter vocat ) Item optimum teſtium numerum eſſe voluerunt ad rem tanti momenti amittendam, qui vtique ſeptem teſtium eſt, quo etiam numero ſupremæ hominum voluntates ſuſtinentur. Poſtremò optimam denunciationem, id eſt trinam exegêre. Vno verbo, optimus teſtium ſtatus, optimus teſtium numerus, optima denunciatio hac parte requiritur : cùm in ſtatu hominum, optimus ſit ſtatus ciuium Romanorum : in numero teſtium, optimus ſeptem : in numero actuum, & denunciationum trinus. ¶ Cæterùm, ſi rectè coniicio, hæc illa videtur conſtitutio, quâ diſcrimen inductum fuerat inter eam quæ Actori ſe iunxiſſet, & alij ſeruo. Quod Iulianus abrogat : *l.*4. *inf.* pariter vt deroget *legi* 3. *infr.*

### III.* Idem A. ad Populum.

CVM *ius Vetus*" ingenuas, fiſcalium ſeruorum contubernio coniunctas ad decoctionem natalium cogat, nullâ vel ignorantiæ venia tributa, vel ætati, placet, coniunctionum quidem talium vincla" vitari: Sin verò mulier ingenua, vel ignara, vel etiam volens, cum ſeruo fiſcali conuenerit, nullum eam ingenui ſtatus damnum ſuſtinere. Sobolem verò, quæ patre ſeruo fiſcali, matre naſcetur ingenuâ, mediam tenere fortunam, vt ſeruorum liberi, & ſpurij liberorum, Latini ſint; qui licet ſeruitutis neceſſitate ſoluantur, patroni tamen priuilegio tenebuntur. ¶ Quod ius & in fiſcalibus ſeruis, & in patrimoniorum" fundorum origine" coërcentes, & ad emphyteuticaria prædia, & quæ ad priuatarum rerum noſtrarum corpora pertinent, ſeruari volumus. Nihil enim Rebuspublicis" ex antiquo" iure detrahimus, nec ad conſortium huius legis volumus" Vrbium quarumcunque ſeruitia copulamus, vt Ciuitates integram teneant interdicti *Veteris* poteſtatem"; † vel error improuidus, vel ſimplex ignorantia, vel ætatis infirmæ lapſus, in has contubernij plagas depulerit, hæc noſtris ſanctionibus ſint excepta. Dat. VI. Kal. Feb. Sardicæ" Conſtantino A. VII." & Conſtantio COSS.

INTERPRETATIO. *Ingenua quæ ſe fiſcali ſeruo iunxerit, ſiue ſciens, ſiue ignara ipſa manebit libera, filij vero eius & Latini & ſpurij erunt, qui quamuis liberi ſint, iuri tamen obtingunt patronorum. Idem eſt & ſi ſeruo emphyteuticario ſe ſociarit ingenua, vel patrimoniali, aut ex priuata re Principum; excepto iure Reip. quod lex præſens voluit obſeruatum.*

## NOTÆ.

* Fortè iungenda huic, *lex vn. 8. de hæreditatis petitione*, quæ certè & ipſa de Latinis aliquid cauet. Imo iungenda etiam fortè lex *vn. ſup. de commiſſ. reſcindenda*, & *l. vn. inf. de infirmandis pœnis cœlibatus*. Vt autem Conſtantinus hoc anno pœnas mulierum alienis ſe ſeruis iungentium, *h. l.* imminuit, ita hoc eodem anno earum, quæ ſeruis propriis ſe iunxerunt.

" V. SC Claudianum, mox vt dicam: vt mox ex antiquo iure item interdicti veteris.

" *ꝶ. Patrimonialium.*

" *Origine*, id eſt ſeruis.

" Id eſt, vrbibus vt mox *inf.*

" Repono *vllatenus.*

" *ꝶ. Serdicæ.*

" *ꝶ.* VI. id eſt A.D. 320.

## COMMENTARIVS.

MITIOR & hæc Conſtantini lex eſt mulieribus, pariter vt ſuperior, duplici conditionis ſcilicet ipſarum mulierum & ſeruorum diſcrimine inducto, abrogato iure veteri, id eſt, Senatuſconſulto Claudiano. Eſt autem hæc lex pars Edicti Conſtantinianei quod ad populum vrbis datum, ibidem propoſitum, cuius tria inſuper alia ἀποσπασμάτια hoc Codice ſuperſunt: putà *l. vn. infr. de infirm. pœnis cœlib. l. vn. ſup. de commiſſ. reſcind. lex 3. inf. de exactionib.* quæ proinde huic legi coaſſandæ veniunt. Scilicet eo Edicto humanitatis pleniſſimo, Conſtantinus M. varia iuga à populi ciuiúmque ceruicibus depulſum iuit, tum legum, quò pertinet *hæc lex*, & *d. l. vn. infr. de infirm. pœnis cœlib.* tùm creditorum, quò ſpectat *d. l. vn. ſup. de commiſſ. reſcind.* tùm exactorum, fiſcíque, *d. l. 3. infr. de exactoribus.* Rursùm varia iuga tùm ratione ſtatus perſonæ, quò ſpectat *hæc lex*; tum ratione corporis, quò refertur *d. l. 3. infr. de exact.* tùm ratione bonorum, quò ſpectat *dicta lex vn. infr. de infirm. pœnis cœlib. & l. vn. de commiſſ. reſcind.* Quò pertinet omninò quod Publius Optatianus Porphyrius *Panegyrico ad Conſtantinum* canebat hoc ipſo tempore, *carm. 6.*

*———— ————Permulcens aſpera Legum*
*Iuſtitiâ æternâ.————— —————*

Imò quod Nazarius anno proximo 321. ſcribebat à Conſtantino nouas leges regendis moribus & frangendis vitiis conſtitutas. ¶ Primum igitur, cùm ignorantiæ, errori, vel ætati infirmæ iure veteri hac parte non ignoſceretur, quod hæc lex apertè teſtatur, Conſtantinus his veniam dari iubet. Quanquam quod de veteri iure ait, reclamare videtur Paulus *lib. 2. ſent. tit. 21. §. 14.* Mulier ingenua, quæ ſe ſciens ſeruo Municipum iunxerit, etiam citra denuntiationem ancilla efficitur. Non idem ſi neſciat. Neſciſſe autem videtur quæ comperta conditione contubernio ſe abſtinuit, aut libertum putauit. Verum in Municipum ſeruis id veteri quoque iure obtinuiſſe, & non etiam in fiſcalibus, ex *hac* quoque *lege* colligi poſſe videtur. Excuſant igitur hæ cauſæ à pœnâ SC. Claud. ſicut excuſant à pœna inceſtarum nuptiarum, *l. 4. C. de inceſtis nupt.* Item excuſant à pœnâ adulterij, *l. 38. §. 7. ꝶ. ad leg. Iul. de adulteriis.* ¶ Secunda differentia inter fiſcales ſeruos Municipum hæc inducitur, vt videlicet etiam *volens*, ingenua fiſcali iuncta, libera maneat: etiam volens inquam, id eſt etiam denunciata. Errant enim qui hic *nolens* reſtituunt: quam emendationem maniſeſtiſſimam *huius l.* ſententia reſpuit. Conſtantinus ſcilicet tantum fiſci ſui commodis detraxit, vt nec volentem, id eſt etſi ter ei denunciatum fuerit fiſcali ſeruo iunctam, ancillam fieri velit. Item adeò (quod tertium diſcrimen obſeruandum eſt) vt liberos exinde ſuſceptos non ſeruos, verùm Latinos eſſe iubeat: de quorum Latinorum conditione eleganter ait, eos mediam tenere fortunam inter liberos & ſeruos, eos inter ſeruos, liberos eſſe; inter liberos, ſeruos, vel potius ſpurios. Denique eos ſeruitutis quidem neceſſitate ſolutos, patroni tamen priuilegio teneri.



ri. De quo dixi pleniùs ad *l. vn. ſup. de hæredit. petitione*, quæ *huic noſtræ* proculdubio iungenda eſt. At enim in cæteris ſeruis & quidem Rerumpub. ſeu Vrbium & Municipiorum vetus ius intactum reliquit Conſtantinus: nempe vt ingenua quæ ſciens ſe ſeruo Municipum iunxerit, ancilla efficiatur. Non tam facilè Conſtantinus ciuitatum iuri detractum voluit, quàm fiſco ſuo: quibus adfinia quædam vide quæ notaui *ad l. 2. & 5. ſup. de teſtament.* At enim Iulianus mox Imperator fiſcales ſeruos Municipiorum ſeruis exæquauit, *l. prox. 4.*

### IIII.* Imp. Iulianus A.* II." PP.

SC. Claudianum firmum eſſe cenſemus, omnibus Conſtitutionibus †, quæ contra id latæ ſunt, penitùs infirmatis: vt libera mulier, ſiue Procuratori ſiue Actori priuato, ſiue alij cuilibet ſeruili conditione polluto, fuerit ſociata, non aliter libertate amiſsâ nexu conditionis deterrimæ" adſtringatur, niſi trinis fuerit denunciationibus ex iure pulſata." Quod quidem circa priuatas perſonas conuenit obſeruari. ¶ Nam eas mulieres, quæ fiſcalibus vel Ciuitatis ſeruis ſociantur, ad huius ſanctionis auctoritatem minimè pertinere ſancimus. Data & PP. in Foro Traiani" Id." Decemb. Mamertino & Neuitta COSS.

INTERPRETATIO. *SC. Claudiani auctoritas confirmatur etiam circa eas quæ Procuratoribus & priuatorum iunguntur, exceptis his quæ ſeruis fiſcalibus vel ciuitatum ſociantur.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt.

" *Secundum* Præfectum Prætorio hic reponendum exiſtimo. Cui complures hoc anno *leges* inſcribuntur. Librarius vocis homonymia deluſus, putauit indicari aliquem, qui ſecunda vice Præfectus Prætorio fuiſſet: vide & *l. 6. inf.*

" Vide Prolegomena *cap. de legum ſubſcriptionibus.*

" *V. Id* Ita Cuiacij editio.

## COMMENTARIVS.

TRINÆ DENVNCIATIONIS vſum VETEREM, conſtitutionibus (proculdubio Conſtantini M. & Conſtantij) infractum accisum, immutatum, Iulianus infirmatis iis conſtitutionibus *hac lege* reuocat. Vt ſolemne alioquin Iuliano fuit, tum à Conſtantino M. & Conſtantio diſſentire, quod ex compluribus legibus videre licet, vt apparet, vel ex *lege 1. ſup. de dominio rei quæ poſcitur: l. 3. ſup. de contrahend. empt.* tum antiquo iuri inſiſtere, & veteribus inſtare inſtitutis, quod ipſemet profitetur, *l. vn. inf. de longa conſuetud.* ad quas *leges* dicta hùc quoque arceſſi poſſunt. ¶ Primum itaque *Actorem*, vel *Procuratorem*, ab alio ſeruo hâc parte diſtingui vetat: ſic vt promiſcuè cuiuſcunque conditionis ſeruus ſit, cui mulier iungitur, trinam denunciationem requiri velit: Serui ſcilicet etſi officiis & miniſteriis diſtinguantur, æquè tamen ſerui ſunt, neque minus aut magis honeſtatis immemor eſt, quæ Actori, quàm quæ alij ſeruo ſe iungit: Seruitus enim eſt ἄτομος, neque magis, neque minus recipit; quod eleganter à Theophilo notatum *tribus titulis tit. de iure perſonarum: tit. de libertinis: tit. de his qui ſui vel alieni iuris*: At enim inductam, ſiue à Conſtantino, ſiue à Conſtantio, differentiam fuiſſe inter Actorem, Procuratorem, & cæteros ſeruos, ex *h. l.* colligitur: nempe vt trina denunciatio non requireretur, ſi mulier ingenua Actori alieno ſeſe iungeret: Actor ſcilicet erat, ſiue Procurator, cui omnium rerum ſumma credita erat à Domino, vt Comicus *in Aſinaria*, ait, *actu 2. ſcen. 4.* ſeu cui cunctam familiæ tutelam Dominus permiſit, vt Apuleius loquitur 8. *Metamorph.* cuius ideò iactura ad totius domus euerſionem pertinet: *l. vlt. ꝶ. de officio Præſidis*, quem ideo *Columellam* Veteres dixêre, quod Donatus notat in *Phormionem, Actu. 2. ſcen. 1.* Lucilius 22. *ſatyrarum.*

*Seruus neque inuitus domino neque inutilis cuiquam*
*Lucilli columella hic ſitus Metrophanes.*

Græci οἰκονόμον dixêre: vide Doſitheum *lib. 3. ſentent.* Ideóque etiam legato generaliter hominis relicto, Actor eligi non poterat. *l. 37. ꝶ. de legatis.* Denique etiam iniuriæ æſtimatio aliter in Actore, aliter in medij actus homine, aliter in viliſſimo æſtimabatur: *§. pœna autem, tit. de iniuriis.* Eodem igitur exemplo circa denuntiationes Conſtantinus & Conſtantius actorem ab aliis diſtinxêre, & vt exiſtimo, nulla denuntiatione exactâ. Nempe quod eius corruptio & ab actu ſuo abductio, quæcunque tandem, ad totius domus euerſionem pertineat; & totius domus vtilitas hoc exigat, vt ne denunciationum circuitus expectandi ſint. Verùm vt dixi, mens alia Iuliano hâc parte eſt: Hoc primum & de priuatorum ſeruis. ¶ At enim, quod ſecundum, circa fiſcales & ciuitatis ſeruos, non idem obſeruari ſancit. Quid igitur? Nempe vt in his denunciatio nulla exigatur. Quod vtique & ipſum iure veteri conueniens eſt. Sanè Paulus disertè *2. ſent. 21.* de municipum ſeruis ſcripſit, iis iunctam mulierem, etiam *citra denunciationem* ancillam fieri. In fiſcalibus ſeruis idem conſtitutum hæc lex oſtendit. Quâ parte rurſum abrogatur Conſtantini M. conſtitutio *l. 3. ſup.* qui fiſcali ſeruo iunctam, ancillam nullo modo fieri *eâ leg.* voluerat.

### v. Impp. VALENTIN. & Valens AA. Felici Conſulari Campaniæ."

SI ſeruilibus contuberniis ſeſe mulieres quondam ingenuæ ſubdiderint", & nunc, contemnentes dominum" minoris ætatis, ſeruitutis iugum conantur effugere, Grauitas Tua his, qui ſeruilem conditionem non ſtatim in ipſis coniunctionis" primordiis refugerunt, neceſſitatem ſubeundæ ſeruitutis imponat. Dat. XIIII. Kal. Aug. Mediolani, ipſis AA. COSS.

#### NOTÆ.

* Memorat *hanc leg.* veteris Conſultat. Auctor *c.* 10.

" *Macedoniæ* hîc ſubſtituit *veteris Conſultationis* Auctor: & præſtare videatur argumentum: *l.* 5 *ſup. de Iuriſdictione*, vbi *Vicarius Macedoniæ* vocatur. Sed malè: Nam ſubſcriptio *huius legis* oſtendit *hanc l.* Mediolani datam à Valentiniano, Occidentis Imp. & ſic *hanc leg.* ad Occidentem pertinere, non ad Orientem; in quo *Macedonia.* Niſi putemus in Imperij diuiſione Macedoniam Valentiniano ceſſiſſe.

" Nouum hæredem.

" Rectè habet hæc vox: neque mutanda in, *cognitionis*, vel *condictionis*, id eſt, denunciationis: mox vt oſtendam.

#### COMMENTARIVS.

PERPETVAM ſeruitutem mulier ſerui contubernium ſecuta ſemel ſeruire tenetur: neque pœnitere ei amplius licet, quæ ſeſe ita Domino ſemel ſubdidit ex hâc Valentinianui Sen. conſtitutione. Pœnitere inquam, vt poſtea eam conditionem deſugiat, quocumque tandem prætextu. Fortè contemptu vel contemplatu noui domini. Nempe libidinoſæ mulieres ſeruili contubernio facilè acquieſcebant, ob mitem in præſens Dominum. Atenim mutato mox Domino, putà hærede minoris ætatis, libertatem relegere ſatagebant. Verùm id eis *h. l.* denegatur, vtpotè quæ ſemel in ſui ſeruitutem conſenſerint. Semel ancilla iure facta ſemper ancilla maneat. Quæ enim ſeruitutem euitare vult, ſtatim in ipſis coniunctionis primordiis ſeruilem conditionem ſeu coniunctionem fugere debet. Sanè & olim quæ mulier ancillam ſe putans, alieni ſerui contubernium ſecuta eſt, poſteáque comperit ſe ingenuam eſſe, ſi ſtatim atque id cognouit, ſi in ipſis cognitionis primordiis hanc coniunctionem refugerit, nihil contubernium illud eius libertati nocebit. Aliud verò fuerit ſi hoc comperto ſeſe ſubdiderit. Nam Domini, cuius ſeruo ſeſe iunxit, ancilla manebit, neque pœnitentiâ poſtea ductâ, ſeruitutis iugum effugere poterit. Quò pertinet locus ex Pauli ſententiis *lib.* 2. *tit.* 21. *Errore quæ ſe putauit ancillam, atque adeo alieni ſerui contubernium ſecuta eſt, poſtea liberam ſe ſciens in contubernio eodem perſeuerauerit, efficitur ancilla.* Et mox. *Neſciſſe autem videtur; quæ comperta conditione contubernio ſe abſtinuit.*

Cœterum cùm video, *h. l. & ſequenti*, ſolam contubernij ſeruilis rationem hac parte à Valentiniano ſpectari, non inani ducor coniectura, denuntiationem hac tempeſtate non expectatam; cuius vſum Arcadius *l. vlt. infr.* reduxit in Oriente.

### vi. Impp. VALENTINIANVS, Valens, & Gratianus" AA. ad Secundum PP.

SI apud libidinoſam mulierem plus valuit cupiditas", quàm libertas, ancilla facta eſt, non bello, nō præmio", ſed connubio: ita vt eius filij iugo ſeruitutis ſubiaceant: Manifeſtum eſt enim ancillam eſſe voluiſſe eam, quam liberam eſſe pœnituit. Dat. Prid. Non. April. Treueris." Gratiano NB. P. & Dagalaipho COSS. [366.]

INTERPRETATIO. *Si mulier ex contubernio ſerui fiat ancilla, filij quoque eius ſeruierunt.*

#### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt.

" *Gratiani* nomen *hîc* inducendum eſt, qui proximo demum menſe Auguſto Auguſtus factus eſt: vide Conſular. Theodoſ.

" *Cupiditas*, id eſt, libido.

" Pro capite ſuo ſcilicet accepto: neque hæc vox mutanda in *pretio.*

" *N. Remis* vide Conſular. Theodoſ.

#### COMMENTARIVS.

SERVITVTIS matris, ſeruitus eſt filij. Hæc *huius leg.* eſt ſententia potiſſima, de quo ad *l.* 1. *ſup.* Nempe vt mulieres liberæ à ſeruilibus contuberniis retraherentur, nominatim hæc è re nata à Valentiniano conſtituta fuit: & perpetuã ipſarum ſeruitutem futuram: de quo *l. ſupr.* atque in filios propagandam. Duo hæc ſcil. inter cætera efficaciſſima viſa, ad retrahendas liberas mulieres à ſeruorum contuberniis. Neque aliò pertinet etiam ſingulare illud (quod vix *alibi* occurrat) de tribus ſeruitutis inducendæ modis: ancillam (& ſic ſeruum) fieri bello, præmio, & connubio. I. *Bello*, quia



quia, vt *l.* 1. *ſupr. de liberali cauſa*, quoque dicitur; libertatem victis hoſtibus victorum dominatio abſtulit: Iuſtinianus, *in l. vn. de SC. Claud.* dixit hoſtium ferocitatem. 2. *Præmio*, id eſt, præmio & pretio accepto. 3. Denique *Connubio*, ex SC. Claud. de quo *hoc tit.* Nempe hæc ideo adiecta ſunt, vt exinde inferatur, matre ancillâ factâ filios quoque iugo ſeruitutis ſubiacere oportere, non minus connubio, atque ex SC. Claudiano, quàm duobus illis prioribus modis, qui magis communes ſunt.

### vii. Impp. ARCADIVS & Honorius AA. ad Anatolium" PP. Illyrici.

CVNCTI prouinciales agnoſcant, niſi trinis denuntiationibus liberæ feminæ ſeruorum conſortiis arceantur, nullo modo poſſe eas ad ſeruitium detineri. Dat. II. Non. Mar. CP. Honorio A. IIII. & Eutichiano COSS. [398.]

INTERPRETATIO. *Sine trina denunciatione mulier ſeruo iuncta non fit ancilla.*

#### NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt.

" Huic inſcribuntur adhuc An. 397. *l.* 12. *inf. de Iudæis*: *l.* 3. *ſup. de conditis in publ. horr.* & Anno ſequente 399. *l.* 6. *ſup. de Princip. agent.*

#### COMMENTARIVS.

DENVNTIATIONIS trinæ vſus & neceſſitas, de qua iam ſæpè, ab Arcadio, per Præfecturam Illyrici nominatim firmatur: ademptâ cunctis Prouincialibus poteſtate, vllo modo liberas mulieres ob ſeruorum conſortia & contubernia ad ſeruitutem detinere, niſi poſt trinas denunciationes.

# DE HIS QVI NON A" DOMINO MANVMISSI SVNT.

## TITVLVS X.

VII. COD. IVST. IX. " Non à ſuo Domino. Ita MS. nonnulli.

### I. * Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum."

SI non" à dominis libertas detur mancipio alieno; ſi quidem ab hiis Iudicibus impetrabitur" quibus" dandi" ius eſt; ſine vllâ trepidatione pœnæ" facilis diſſolutio eſt. Si verò iubentibus Nobis quicquam" *lege" actum* eſſe doceatur, & non dominus, vt alienum mancipium manumitteretur, petiſſe", tunc eodem, qui in conſpectu noſtro libertatem monſtrabitur conſecutus", ei protinùs, ad cuius proprietatem pertinet, reſtituto, is qui mancipium alienum, fallendo Principis conſcientiam, manumiſſit, mancipia duo cogatur domino eius dare, cuiuſmodi" ſexus, ætatis, atque artis conſtiterit eſſe manumiſſum: & alia tria eademque" ratione ſimilia. ¶ Quæ multa non ſemper imponitur; ſed potius conquieſcit, ſi fortè manumiſſus inferentem ſibi quæſtionem ſtatus, obiectâ legitimâ præſcriptione potuerit excludere; cùm ſibi amiſſi mancipij damna debeat imputare, qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate firmauerit. Prop." Id. Iul. Conſtantino A. V. & Licinio Cæſ. COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Si aliquis mancipium manumittere præſumpſerit alienum, & id ſub præſentiâ Principis, vel" in Eccleſia fecerit, hac pœna tenebitur, vt & manumiſſus à domino reuocetur, & alia duo mancipia eiuſdem ætatis aut ſexus, aut certe artificij quod ille qui eſt manumiſſus ſcierit, dare cogatur.* ¶ *Si vero ille, qui manumiſſus dicitur, repetentem dominum ſub hac præſcriptione ſuperauerit, vt iam firmitatem ſtatus ſui temporibus tueatur, tunc ille qui manumiſit, non eſt conſtringendus ad pœnam, dum ille qui repetit, præiudicium domini" ſui incurrerit, aut taciturnitate nutrierit."*

## NOTÆ.

* Lex 7 *Cod. eod. tit.*
" P.V. v hoc ipſo anno, *l.8. inf. de appellationib. l.3. inf. ad Leg. Iul. de vi: l.4. inf. de donat.* Malè in Cod. Iuſt. *Præfectum Prætorio.*
" Inuerſo ordine in Cod. Ivst. *ſi à non dominis.*
" Tentet quis, *imperabitur*, vt infrà mox, *iubentibus nobis.* Vnde formula, *iubere lege agi*: Verùm hoc retineri poteſt: *Impetratur* libertas, quæ petitur, quæque datur: Ita mox, *vt alienum mancipium manumitteretur*, p e-tisse.
" Id eſt. Quibus ſpecialiter hoc ius tributum eſt, veluti Conſulibus *l.8. inf. de infirmandis his quæ ſub tyrannis*, Et Ammianus Marcellinus *lib.22. p.226.* Item Prætoribus, Proconſulibus, Præſidibus, & Ciuitatum Magiſtratibus, *l. vlt. Cod. de vindicta libertate*: Non etiam Legato Proconſulis, *l.2. §.1. ff. de officio Proconſulis.*
" *Dare* dicuntur Iudices *libertatem*, qui ſolemnia manumiſſionum peragunt, & apud quos ea peraguntur: ſic manumittere dicitur Conſul, *l.1. ff. de off. Conſulis*: Quinam verò hi Iudices ſint? v. *l. vlt. Cod. de vindicta libert.*
" De quâ mox infrà.
" *Quibus*, Codice Iuſt.
" Hinc *legis actio*, manumiſſio dicitur: *l.3. ff. de officio Proconſulis*. & Paul. 2. *ſentent. tit.25.* Sed & Magiſtratus, apud quem legis actio erat, manumittendis inductis lege agi iubebat, ſeu lege agi dicebat; vt Ammianus *prædicto* quoque *loco* teſtatur.
" *Probetur*, hoc ampliùs C. Iuſtinianeus: Quo nil opus: hìc enim ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetenda vox, *doceatur.*
" *A non domino conſecutus.* Ita pleniùs Iuſtinianeus. Quo nil opus.
" *Eiuſdem cuius.* Ita Cod. Iuſt. verùm hæc vox proba; *cuiuſmodi*, id eſt, cuiuſcunque tandem.
" *Fiſco eadem ratione.* Ita Iuſtinian. Quam vocem, *fiſco*, hìc deeſſe videri, iam editio Pariſienſis monuit. Quid ſi ego legam, *& alia tria*, eadémque ærario ratione ſimilia, de quo mox.
" Rom. vt *d. l.8. inf. de appellationib. & d. l.3. inf. ad Leg. Iul. de vi*:
" In multis falſa vel ſemiplena. 1. Nam & omittit agere de obreptitia manumiſſione coram iudice. 2. & de manumiſſione in Eccleſiâ addit. 3. & pœnam tripli omittit, quæ hic fiſco ſeu ærario inferri iubetur.
" Id eſt, cùm, quandoquidem, quia.
" ℞. *Dominij.*
" *Nutrire* taciturnitate.

## COMMENTARIVS.

Inivstæ Libertati ſeu obreptitiæ manumiſſioni, à non domino collatæ, occurrit *h. l.* Conſtantinus M. de quo ſunt alioquin plures, & anteriores leges multæ, tùm in *Codice*, tùm in *Pandectis*. Conſtantinus igitur *hâc l.* ſi à non domino libertas ſeruo alieno collata fuerit, manumiſſionem tantùm ſolui, ſeruúmque Domino reſtitui iubet: ſi Iudicis interuentu collata ſit libertas, eíque obreptum ſit, *ſine vllâ præterea* (vt *hæc lex* loquitur, *pœnæ trepidatione* At ſi in conſpectu Principis, eíque obreptum ſit, tum manumittentem, præter ſerui reſtitutionem, multæ nomine duo mancipia paria domino ſerui præſtare vult, & alia tria inſuper fiſco: *Fiſco* inquam, quam vocem *hîc* Codex Iuſtinianeus ſupplet, pro quo hic eodem ſenſu lego, *& alia tria, eadem ærario ratione ſimilia*: omiſſa ſcilicet ibi vox *ærario*, ob ſimilitudinem, & repetitionem earundem litterarum *eâdem* ærarione *ſimilia*. Nempe, *eâdem ratione ſimilia*, in eiuſdem ætatis, ſexus, artis, *ærario*, pariter vt domino ſerui. Grauius multo ſcilicet eſt, conſcientiam Principis fallere, eíque obrepere, quàm Magiſtratus, vel Iudicis cuiuſcumque, veluti Conſulis, Prætoris, & ſimilium. Alienum denique ſeruum, ſub conſpectu Principis manumiſiſſe eíque obrepſiſſe, pœnalius eſt. Alio verò ſenſu dicitur, conſpectum Principis delictum augere: Hic enim conſcientiam Principis fefellit, non dominus. Pariter vt in ſpecie *l. vn. infr. de his qui num. liberor.* is, qui vt vacationem à Principe perſonalium munerum impetraret, alienos pro ſuis liberis Principis conſpectibus obtulit, quo caſu tamen Conſtantinus indulto tantum priuilegio eum priuari iubet. ¶ Intereà circa *pœnam*, hîc duo notanda. *Primò*, duplicem *hîc* pœnam imponi ex vno facto; vnam, quæ priuato, alteram quæ fiſco infertur. *Secundò*, notanda in vniuerſum Quintupli pœna in hâc ſpecie. Quanquam & Octupli etiam pœnam Prætorum Edictis conſtitutam nouimus, vt de Caij Verris iudicio, in Octuplum aduerſus Decumanos, qui plus ab aratoribus exegiſſent, teſtatur Cicero *in 3. Verrina*. Iuſtinianus certè §. *omnes* 21. *Inſtitut. de Actionibus*, vltra Quadruplum, nullam actionem priuatam extendi vult. ¶ *Exceptionem* tamen huic *legi* ſubiicit Conſtantinus M. quâ ſcilicet alieno ſeruo libertas collata non reuocatur, neque multa infertur, putà, ſi manumiſſus præſcriptione, ſe tueri poſſit; de quâ præſcriptione, *l. 3. Cod. de liberali causâ.* Ratio hîc aſſignatur omnibus præſcriptionibus aptanda, *ſibi amiſſi damna debet imputare, qui in perniciem ſuam geſta taciturnitate firmauit*, vel vt Interpretatio habet, *cùm ille qui repetit, præiudicium dominij ſui incurrerit, aut taciturnitate nutrierit*: Nam & hæc ratio omnium vſucapionum ſeu præſcriptionum eſt negligentia & taciturnitas Domini.

DE



# DE * LIBERTIS ET EORVM LIBERIS."

## TITVLVS XI.

### VI. COD. IVST. Tit. VII.

" Al. *Moribus*, vt in Tiliana editione; malè.

## PARATITLON.

Liberti, *Rubr. & l.1. & 2.* Id eſt quibus data libertas, *d. l. 2.* qui & manumiſſi, *d. l. 3.* ſeruitutis nexu liberati, *d. l. 3.* dicuntur libertinæ conditionis homines, *l. 3.* libertorum etiam liberi, *Rubr. & l. 3.* Reuerentiam non patronis ſeu manumiſſoribus, *h. l.* libertatis auctoribus, *l. 1. inf. ne præter crimen maieſt.* ipſis modò, ſed & eorum hæredibus præſtare, conſeruare tenentur: *l. 2. & 3.* Delatores, accuſatoréſve eorum extra crimen maieſtatis eſſe non poſſent, *d. l. 2. & l. vn. in fine, inf. ad Leg. Iul. Maieſtatis, l. 1. 4. inf. ne præter crimen maieſtatis.* Alioquin ſi datæ libertatis immemores nequitiam ſeruili ingenij receperint, *l. 2.* i. quadam iactantia vel contumacia ceruices euexerint, aut leuis offenſæ culpam contraxerint; Ingrati denique fuerint; *l. 1. & 3.* Ingrati actio vtrique competit: *l. 2.* id eſt à patronis, *l. 1.* eorúmque hæredibus, *l. 2.* (abrogatum hoc poſtea *Nouella Valentiniana 6.*) rurſus ſub imperia dictionéſque mittuntur, *d. l. 1.* ad ſeruitutis nexum reducuntur, *d. l. 3.* etſi militantes, *d. l. 3.* Illud etiam de libertis notandum, ipſos libertos, ad nullum, quamuis humilis militiæ locum admitti poſſe, eorum filios vſque ad proximum Protectoris tantùm locum *d. l. 3.* Sed & illud, inſtituto à fratre liberto hærede, inofficioſi querelam fratri competere: *l. 3. ſup. de inofficioſo teſtamento.* Tandem & illud, Libertinos Catabolenſium corpori ſociatos, *l. 9. 10. inf. de Piſtorib. & Catabol.*

### 1. *Imp. Constant. A. ad Concilium "Byzacinorum."

Libertis ingratis in tantum iura aduerſa ſunt, vt ſi quâdam iactantiâ, vel contumaciâ ceruices" erexerint, aut" leuis" offenſæ contraxerint culpam, à patronis rurſus ſub imperia ditionémque mittantur. Dat. vi." Kalend. Aug. Coloniæ Agrippinæ", Pacatiano & Hilariano coss. [331.]

Interpretatio. *Quæcunque perſona ſeruilis à domino ſuo fuerit conſecuta libertatem, ſi poſtea ſuperbire cœperit, aut patronum, id eſt manumiſſorem ſuum læſerit, amiſſa libertate quam meruit, in ſeruitium merito reuocatur.*

## NOTÆ.

* Principium *legis 2. Cod. eod. tit.* hinc deſumptum eſt. Iungenda autem *huic* eſt *lex 3. ſupr. de inofficioſo teſtam.* quæ & ipſa de libertis, déque levi nota, vt hæc noſtra de leui offenſa agit: v. quæ dixi ad *d. l. 3.*
" Byzacinorum *d. l. 3.*
" *Ceruices erigere*, ſuperbire, Interpres *hîc*. v. his ſimilia apud Interpretem Sidonij *lib. 4. ep. 22.*
" Fornerius pater *ad l. 70. ff. de verb. ſignif.* putat legendum, *haud*: Malè, mox vt probabo.
" *Leuis culpæ* offenſio: ita quoque in *l. 1. inf. de primicerio Notar.*
" vii. *in d. l. 3. de inoff. teſt.* Etſi manuſcripti hîc nonnulli præferant v.
" ℞. *Adrimitinæ*: de quo pleniùs ad *d. l. 3.*

## COMMENTARIVS.

Libertos hâc conſtitut. ſuâ ad Conciliũ Byzacinorũ emiſſa, & in vrbe Metropol. Coloniæ Adrimitinæ reddita, inſequitur Conſtãtinus M. cuius & alterum caput continetur *l. 3. ſup. de inoff. teſt.* quæque adeò *huic* iungenda eſt. Et duplici quidẽ ratione duobus his capitibus libertos inſequitur. Hoc, ad libertatis eorum reuocationem, ob ingrati vitium: Illo, ad bona eis perperam à patronis relicta eripienda: *Perperam*, inquam per libertorum ſcil. qui in deliciis Patronorum erant, inſidias, blanditias, in necem ſanguinis. ¶ Vt de hoc capite nunc agamus. Etſi notiſſimum ſit, ingratos libertos in ſeruitutem à patronis reuocatos, de quo etiam pleniſſimè dictum ad *ad legem vn. ſup. de hæreditatis petitione*: Quod & ſequentes omnes *huius tituli* leges oſtendunt. Quare & Conſtantinus

nus ipſe *hâc lege* antiquiora iura ſe[illegible] eo memorat. Sic vt nil niſi ea memorare *hac* [illegible]*ge* videatur. Duo tamen adhuc ſingularia *hâc l.* contineri obſeruandum eſt. Primo nullâ libertorum diſtinctione factâ libertos ingratos in ſeruitutẽ reuocari dici; cùm tamen anteriore eiuſdem Conſtantini conſtitutione, putà *d.l.vn.ſupr.de hæred.petit.* Libertorum diſtinctio fiat. Nempe libertos ciues Romanos ob ingrati vitium non in ſeruitutem reuocatos, verùm in ſequiorem tantùm Latinorum gradum regradatos. Quod & ipſum colligi poteſt ex *l.2.C.de libertis & eorũ liberis*, quam Tribonianus ex *hâc* quoque *leg.* pro parte interpolauit, vt & ex ampliore conſtitutione, vnde *dicta lex vn.* deſumpta eſt. Secundò obſeruandum, *leuis offenſæ culpam*, hâc lege ſufficere ad ingrati vitium contrahendum, & vt data libertas reuocari poſſit. Et tamen id pleriſque haud adeò fit veroſimile; itaque ſubſtituunt illi, *haud leuis offenſa*: Itémque opponunt *legem ſolo.30. Cod.de liberali causâ*, vbi dicitur, ſolo non præſtiti obſequij velamento datam libertatem non reſcindi: (cui tamen etiam legi aduerſatur hic Ambroſij locus *lib.de Iacob, & vita beata, cap.3. in fine. Ita libertatem accepiſti, vt patrono tuo noueris legitimum obſequium deferendum, ne ab ingrato reuocetur libertas*:) Verùm dicendum eſt, non omnem omninò culpam hîc intelligi, ſed offenſam: & quidem in committendo, & faciendo conſiſtentem: Item offenſam omiſſionis in ſpecie *legis §.1.6.π. de agnoſcendis liberis.* Quare & LÆDENDI verbo hîc vtitur Interpres. ¶ Ingrati igitur crimen contrahit libertus ex leui offenſa: quod in aliis ingrati actionibus non æquè obtinet, putà in eâ quæ patri in liberos emancipatos competit: *l.vn. infr. de ingratis liberis.* Vel donatori aduerſus donatarium, vide *infr. tit.de reuocandis donationibus.* Coërcendi ſcil. magis viſi ſunt Conſtantino M. liberti, qui plerumque datæ libertatis immemores nequitiam recipiunt ſeruilis ingenij, vt loquitur *lex 2.prox.inf.* Idque eſt etiam quod hæc lex indicat his verbis, *Libertis ingratis* IN TANTVM *iura aduerſa ſunt, vt*, &c. Plauti locus, *Perſâ Actu 5. Scena 2. v.57.* huc facit: *Sed ita pars libertinorum eſt, niſi patrono qui aduerſatus eſt, ni illi officit, ni id efficit, ni ei maledixit, ni grato* INGRATVS *repertus eſt, nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, nec ſatis honeſtus.* Quo loco Verſus duo poſtremi in nonnullis inuerſo ordine poſiti. Cæterùm vt *h. l.* leuis offenſæ, ita & in *l.3. ſupr. de inoffic.teſtam.* quæ huic noſtræ coniungenda eſt, *leuis* pariter *notæ* mentio ſit. Et nihilominus tamen leuem offenſam Græci [illegible] hîc rectè interpretantur. Certè Actio hæc *Ingrati*, extraordinaria dicitur: *l.1.Cod.eod.tit.* & iuri communi opponitur in *Nouella Valentinianea 6. de libertis, & ſucceſſionibus eorum.* Tandem & ſic, in rebus fidei, *vel leui argumento* à Iudicio Catholicæ Religionis & tramite deuiantes, hæretici ſunt, & hæreticorum pœnis ſubcumbunt: *l.28.infr.de hæreticis.* ¶ Atenim non vt ad reuocandam libertatem, ingratitudo liberti requiritur, *h. l.* ita & ingratitudo quoque requiritur ad reuocanda bona eis relicta per querelam inofficioſi his inſtitutis: Fratre enim præterito, indiſtinctè fratri querela tribuitur aduerſus libertum à fratre inſtitutum, *d. l.3.de inoff.teſt.* quæ *huic*, vt dixi coniungenda eſt, cuiúſque ſententia quoque ita *huic* aptanda venit.

## II. *Impp. HONORIVS & Theodoſius AA. Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui ſuo Salutem dicunt. Poſt alia.

LIBERTI aduerſus patronos non modo" audiantur, verùm etiam eandem, quam patronis ipſis", reuerentiam præſtent hæredibus patronorum, quibus ingrati actio, ſicut ipſis manumiſſoribus deferetur, ſi illi, datæ ſibi libertatis immemores, nequitiam receperint ſeruilis ingenij. Quòd" ſi delatores accuſatoréſve manumiſſorum, hæredúmve eſſe præſumpſerint, eodem" quo ſerui ſupplicio tenebuntur, luituri pœnas ante adhibitæ delationis exordium: *& cætera.* Dat. VIII. Id. Aug. Rauenn. Aſclepiodoto & Mariniano COSS. [423.]

INTERPRETATIO. *Libertos non ſolum contra patronos, ſed & contra patronorum hæredes audiendos non eſſe. Ingratos etiam ab hæredibus in ſeruitutem reuocari. Delatores etiam contra patronorum hæredes, antequam audiantur, puniendos.*

### NOTÆ.

* *Lex 3, Cod.eod.tit.* Iungenda autem huic legi eſt *lex vlt.ſup.de Iuriſdictione, & lex vlt. inf. de accuſationibus.* Et *lex vlt.inf.ne præter crimen maieſtatis.*

" *Non modò non audiantur*, vt Cod.Iuſt.quoque habet. Rectè. Cæterum de hoc dicetur *ad d. l.vlt. inf. ne præter crimen maieſt.*

" *Ipſis debent.* Ita habet Cod.IVST. quod addi nil neceſſe fuit.

" V. quæ notaui *ad d.l.1.ſup.*

" Sequentia Tribonianus abſcidit.

" Liberti eodem ſupplicio puniti, quo ſerui: *h.l. & l.vn.inf.ad Leg.Iul.maieſt.* & *l.1.2.inf.ne præter crimen maieſt.*

" Aliter viſum Theodoſio, *l.17.inf.de petitionib.*

### COMMENTARIVS.

HONORII Imp. hæc conſtitutio eſt: quâ libertis Accuſatione, ſeu delatione patronorum, eorúmque hæredum interdicit. HÆREDIBVS ſcilicet patroni eandem libertus, quam ipſi patrono reuerentiam debet. Quæ quidem lex pars eſt prolixioris Honorianæ ad Senatum vrbis Romæ Orationis ſuper Iudiciis criminalibus & Accuſationibus, vt oſtendit *lex vlt. ſup. de iuriſdictione*: *lex vlt. infr.de accuſat. lex vlt.inf.ne præter crimen maieſt.* quæ huic iungendæ ſunt omnes: & illa quidem poſtrema,



poſtrema, in eodem argumento verſans. ¶ *Hæredibus* inquam patroni eandem libertum quam patrono reuerentiam debere, *hâc l.* definit Honorius; ídque in duobus oſtendit. Nempe & illis aduerſus liberos *Ingrati* actionem (de quâ ad *ſuperiorem legem* dictum eſt) non minus quàm patrono competere. Item vt patronos, ita & eorum hæredes accuſari, deferri à libertis non poſſe pœnâ propoſitâ (de quo, eiúſque rei pœna dicendi locus erit *infr.tit.ne præter crimen Maieſtatis*: ac nominatim eius tituli *lege vlt.* quæ huic noſtræ ſocianda eſt:) quâque id de patronis ipſis cauetur, ſeu aduerſus eos audiri, interrogari. Libertorum aduerſus patronos, inquit, inlicitas atque improbas voces pœnæ obiectione precludimus: atque ita vt non modò ſponte prodere non audeant, ſed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. Quæ lex *Cod.Iuſt.ſub tit.de teſtibus*, poſita eſt, *l. 12.* ¶ Cæterùm de quibuſnam hæredibus *hæc lex* accipienda ſit, quæritur? Accurſius ipſam ad filios tantum hæredes coarctauit. Placentinus verò ad omnes hæredes etiam extraneos eam retulit. Ille rectè ad Iuſtiniani mentem; hic verò rectè ad Honorij veteríſque iuris diſciplinam, vtpote cùm generali voce hæredum pariter vt Valentinianus III. *l.prox.* vtatur. Quod & ipſum videre eſt ῥητῶς in Valentiniani III. *Nouella de libertis, & ſucceſſ. eorum 6.* vbi id abrogatur. Valentinianus enim *eâ Nouellâ* quod *Ingrati* actionem attinet, hæredes patroni liberos ab extraneis non diſtinguit. Vtriſque enim *Ingrati* actionem adimit relicto communi iure, actione inquam iniuriarum, *cap. 1.* Quod verò accuſationem attinet, diſtinguit liberos ab extraneis hæredibus, nempe aduersùs illos tantùm libertos in nullis cauſis teſtimonium dicere vult: *cap.3.verſ.ſed ne, in fin.* Lege equidem Ælia Sentia filiis tantùm hæredibus proximis libertum paternum, vt ingratum accuſare permiſſum erat, vt teſtatur Paulus *in l.ſitendum 70. π. de verbo ſignif.* Verùm hæc *lex* de omnibus hæredibus generaliter accipienda eſt. Certè ita quoque iam olim in ius vocare etiam extraneos patroni hæredes libertus, niſi veniâ Edicti petitâ non poterat *l.2. Cod. de in ius vocando.* ¶ Et hæc quidem de *Ingrati* actione, quam Honorius etiam hæredibus patroni competere voluit. Verùm Valentinianus III. poſtea *d. Nouell. 6.* ſoli patrono *Ingrati* actionem tribuit: hæredibus patroni omnibus indulto iure communi: Sed Iuſtinianus rurſum filiis patroni hanc *Ingrati* actionem reſtituit *Nouell. 78.* Interim notandum, *Ingrati* actionem *hac lege* illam propriè dici, quâ liberti in ſeruitutem reuocantur, quod Anianus rectè vidit.

## III. * Impp. Theodoſius & VALENTINIANVS AA. Baſſo" PP. Poſt alia."

LIBERTINÆ conditionis homines nunquam ad honores vel Palatinam aſpirare militiam permittimus. Sanè hanc diſtinctionem volumus cuſtodiri vt ex manumiſſis nati ad locum vſque proximum Protectoris", (licitum" nullatenus,) adire mereantur: Ita, vt patronis patronorúmve hæredibus" reuerentiæ" priuilegia conſeruentur: Nam ſi militantes etiam docebuntur ingrati, ad ſeruitutis nexum proculdubio reducentur. Ipſos vero qui manumiſſi ſunt, nulla ratione ad vllum, quamuis humilis, militiæ locum ſinimus admitti. Dat. III." Kal. April. Rauennæ, Theodoſio A. XII." & Valentiniano A. II. COSS. [426.]

INTERPRETATIO. *Libertos ad nullos honores militiámque aſpirare: Eorum filios ingenuos vſque ad Protectoris locum poſſe conſcendere: Etiamſi militantes, ingratos in ſeruitutem reuocari.*

### NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. eod.tit.* hinc interpolata eſt, cuius hæc ſunt verba: *Libertinæ conditionis homines vel eorum filij, etiamſi militantes docebuntur ingrati, ad ſeruitutis nexum proculdubio reducentur.* De quo mox plura. Cæterùm hanc legem proculdubio intelligit Theodoſius, *in fine legis vlt.ſup.de naturalibus filiis*; mox vt oſtendam.

" *Baſſus* PP. ſub Valentiniano III. ab *A.D.426.v.Proſopogr.*

" Quæ de naturalibus liberis eorúmque matribus erant. ſed abrogata fuerunt, *d.l.vlt.*

" De *Protectoribus* eſt *tit.24.inf.lib.6.* vbi dicam.

" Locus corruptus. Eum ita reſtituo: *licitum his nullatenus.* Nempe Protectoris.

" Dixi ad *legem ſuperiorem.*

" Cuius pars eſt, ne liberti eos accuſare poſſint. *l.prox.ſup.* Item vt ingrati in ſeruitutem reuocari poſſint, *h.l. & d. l.2. ſuperiùs.*

" *Kalen.* C.Iuſt. omiſſo III.

" XI. C.Iuſt. malè: eo quippè conſulatu Baſſus Comes tantum R.P. erat, non PP. v. *Proſop.*

### COMMENTARIVS.

HONORIBVS & PALATINA militiâ omni, liberti ſiue manumiſſi ipſi, *hac* Valentiniani III. conſtitutione, primo & vltimo eius capite arcentur. At libertini, (id eſt, ex libertis ſeu manumiſſis nati) non omnibus honoribus, non omnibus militiis interdicuntur. Ad proximum quippe vſque Protectoris locum adſpirare iis permittit. ¶ Propriè loquendo olim *liberti* erant ipſi manumiſſi: *libertini*, qui ex his nati, vt teſtatur Suetonius *in Claudio, cap.24.* Ac vt nominibus diſtincti erant, ita & fermè in honoribus & militiis diuerſo iure habiti fuerunt liberti, & libertini: Ita in Curiam ſeu Senatum liberti non admiſſi, libertini recepti fuerunt: teſtis Dio *lib.48.* de Cæſare καὶ παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν, μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν ἐσέγραφεν, id eſt, *Multos in Senatum allegit, nihil diiudicans vtrum quis miles eſſet, vtrúmve filius liberti.* Et apud Tacitum Claudius *lib.12. Annal. Libertinorum filiis Magiſtratus dari, non, vt plerique falluntur, recens, ſed priori Populo factitatum eſt.* Sub Claudio quoque Suetonius, *in eius vita, c.24. Latum clauum*, inquit, *quamuis initio affirmaſſet, non lecturum Senatorem, niſi ciuis Romani abnepotem,*

*etiam libertini filio tribuit, ſed ſub conditione, ſi prius ab Equite Romano adoptatus eſſet: ac ſic quoque reprehenſionem veritus, etiam Appium Cæcum generis ſui Proauthorem, Cenſorem, libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit: Ignarus temporibus Appij & deinceps aliquamdiu Libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.* Et ſub Nerone Suetonius *in eius vita, cap.* 15. *In Curiam* inquit, *libertinorum filios diu non admiſit, admiſſiſque à prioribus Principibus, honores denegauit.* Sed & quod ad militiam armatam attinet, vt liberti, ita libertorum filij antiquitus à militia remoti fuerunt, ſed bello Italico, Libertini primùm militare cœperunt, vt teſtatur Florus *in Epitoma T. Liuij lib.* 73. Et Cæſar libertino milite raro vſus eſt, de quo vide Suetonium, *in Octauio cap.* 25. In libertis igitur, *hac* Valentiniani Tertij *lege* antiquum ius reductum fuit, in eorum filiis coanguſtatum.

¶ Secunda *huius legis* ſententia obiter tantùm interiecta conſtituitur, vt etſi libertorum filij aliqua ſint militia decorati, eos tamen vt ingratos in ſeruitutem reuocari poſſint. Honor ſcilicet tributus aut geſtus, ingrati vitium aut pœnam non tollit. Et libertis honores conferuntur hactenus, vt Patronis ius ſuum ſit ſaluum, vt cœteroquin nemini hominum ius ſuum detrahi oportet. Ita militibus pietatis ratio in parentes conſtare debere dicitur: *l.* 1. *ff. de obſequiis parentibus*: Item liberto honeſta ſemper & ſancta perſona patroni videri debet: *l. liberto* 9. *ff. d. t.* Sed nimiùm profectò errant Græci, qui libertum militantem, eo ipſo ingratum videri ex *h. l.* colligunt. ¶ Tria adhuc ad *h. l.* obſeruentur. Primò, hanc legem indicari & confirmari biennio poſt à Theodoſio Valentiniani collega in Imperio per Orientem, *fine legis vlt. ſupr. de naturalib. filiis*: In qua *libertorum* & *libertinorum* diſcrimen indicatur. ¶ Secundò obſeruetur, huic legi alterum caput cohæſiſſe de Naturalibus liberis: vt videl. ex parentum teſtamento nil capere poſſent: quod docet *d. lex vlt. ſup. de naturalib. filiis.* Vt ex his iam de Valentiniani Tertij mente *h. l.* liqueat, nempe Rempubl. liberare eum ſategiſſe inhoneſtis viris, putà naturalib. liberis ſimul & libertorum heri ſeruorum, hodie liberorum fœce. ¶ Tandem obſeruetur Iuſtinianum promiſcuè tam libertos quàm libertorum filios ad quamcunque militiam admiſiſſe, eámque fuiſſe cauſam interpolandæ huius legis, primíque & poſtremi capitis abdicandi.

# DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS.

## TITVLVS XII.

### IV. COD. IVST. Tit. LXI.

## PARATITLON.

I. VECTIGALIA I. ſunt functiones, *l.* 3. *inf. de immunit. conc.* præſtationes, *l.* 23. 24. *inf. de naucul.* quas omnes, qui negotiationis, ſeu transferendarum mercium habent curam, æquâ ratione dependunt, *d. l.* 3. vel fiſco, *d. l.* 3. vel Reipublicæ, *l. vlt. inf. de Alexandr. pleb. primatibus.* Rectè etiam Interpres ſic definit: *Vectigalia ſunt, quæ fiſco* [ pro ] *vehiculorum ſubuectione præſtantur, aut in Littoreis locis, nauibus, per diuerſa loca, vehiculis merces deportant.* 2. Vectigalium variæ ſpecies fuerunt, inter alias decimæ vectigal, ex metallis Saxorum à priuatis effoſſorum, *l.* 10. 11. *de metallis.* 3. Vectigalium locationes fiebant, & vt Interpres ait, *conductela* ( vnde conductores diuerſorum portuum, & vectigalium, *l.* 3. *inf. de indulg. deb.* ) licitatione factâ, ſic vt penes illum manerent, ei collocarentur, qui ſuperior in licitatione extitiſſet: *h. l.* Et quidem locatio hæc triennij fine concludebatur. Hoc tempus exigendis vectigalibus præſtitum erat, *h. l.* 4. Conductores vectigalium publicorum, ne quidem minimorum, curiales eſſe poterant: *l.* 92. *de Decurionibus.* 5. Immunes etiam quidam à vectigalibus erant, veluti Veterani, *l.* 2. *inf. de veteranis*: Nauicularij, *l.* 23. 24. *de Nauicular.* 6. De publicanis vid. *l.* 2. *de veteranis*: *l.* 17. *de luſtrali conlat.* 7. de Præpoſitis vectigalium, v. *l.* 5. *de naucul.*

II. COMMISSVM, de quo nihil *hoc tit.* Præter Rubricam occurrit, eſt quod Græcis κλεπτοτελώνημα, dicitur, quoties videlicet res, ſiue merx, ob vectigal non ſolutum, vel omiſſam apud publicanos profeſſionem, fiſco vindicatur: A quo genere commiſſi non multùm recedit, cuius mentio fit *in l.* 3. *ſup. de adminiſtratione & periculo tutorum.*

III. Retrò, capitali pœna ſancitum, ſi qui plus quàm oportet, à prouincialibus exigeret. *d. l.* 1.

¶ De



¶ *De* LICITATIONIBVS TEMPOREQVE *locationum, & de* SVPEREXACTORVM *pœna.*

1. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Iunium Rufinum" Conſularem Æmiliæ."

PENES illum vectigalia manere oportet, qui ſuperior" in licitatione extiterit; ita, vt non minùs quàm triennij fine locatio concludatur, nec vllo modo interrumpatur tempus exigendis vectigalibus præſtitutum: Quo peracto tempore, licitationum iura conductionémque" recreari" oportet, quem plus aliquid quàm ſtatutum eſt à prouincialibus exegiſſe conſtiterit. Dat. x." Kal. Iul. Criſpo II. Conſtantino II. COSS. [321.]

INTERPRETATIO. Vectigalia" *ſunt quæ fiſco vehiculorum" ſubuectione præſtantur; hoc eſt aut in litoreis locis nauibus, aut per diuerſa vehiculis merces deportant", cuius rei conductelam" apud ſtrenuas" perſonas triennio eſſe præcipit, & continuo hanc exactionem aliis iterum permittendam, qui maiorem ſummam præſtationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione, ſi quis plus quàm præceptum fuerit, exigere tentauerit, aut mercatorem, aut prouincialem ſub hac exactione grauare cœperit, periculo capitis ſe nouerit eſſe damnandum.*

## NOTÆ.

* *Lex 4 Cod. eod. tit.*
" *Rufum*; in Cod Iuſt. & in Aniano Andegau.
" *Æmiliæ & Liguriæ*: ita idem Anianus Andegau. de quo mox.
" *Le plus offrant & dernier encheriſſeur.*
" *Conductionúmque.* ita Iuſtinianeus; & hoc tamen retineri poteſt.
" *Recreari*, id eſt renouari.
" *Conlocari aliis*, id eſt collocari penes alios.
" Reliqua Tribonianus recidit propter *l.* 4. C. *vectigalia noua*, &c.
" *g. Subiugando.*
" Ita quoque Cod. Iuſt. ſed Manuſcripti omnes ſimpliciter *Kal. Iul.*
" Vectigalium definitionem nota.
" *Pro vehiculorum*, &c.
" *Deportantur.*
" *Conductela*, pro conductione.
" *Strenuæ perſonæ*, pro idoneis.

## COMMENTARIVS.

IVſtæ VECTIGALIVM *Locationi*; Iuſtæque item *Exactioni* (proculdubio turbatis tùm in perniciem publicam) per Æmiliam nominatim, conſulit *h. l.* Conſtantinus M. quatuor ſententiis. *Vectigalium* inquam, id eſt, eorum quæ vltra tributorum rationem, fiſco & publico penduntur à prouincialibus, qui negotiationi ſcilicet ſeu transferendis mercibus incumbunt, *l.* 3. *inf. de immunitate conceſſa*, ſeu vt Interpres definit, *quæ fiſco* [pro] *vehiculorum ſubuectione præſtantur, hoc eſt* pro mercibus quæ *aut in litoreis locis, nauibus, aut per diuerſa vehiculis deportantur.* LOCATIONIS igitur ſeu *conductelæ* ( vt loquitur Interpres ) vectigalium forma Conſtantino M. hac conſtitutione hæc placet.

Primùm, vt ei collocentur ſiue addicantur, qui plus obtulerit: quod alioquin protritum: Vectigalia ſcilicet publicè & ad haſtam locari ſolita, & licitationes tam diu ambulaſſe, donec in vno vincente conſiſterent, id eſt, in eo qui plus obtuliſſet: *l. locatio* 9. *ff. de Publicanis.* vnde & calor licitantis, *d. l.* 9. & in locatione vectigalium *immoderatius liceri*, apud Suetonium *in vita Iulij, cap.* 20. Proculdubio autem id à Conſtantino *h. l.* inculcatur, quia ſcilicet Iudicum ambitione & gratiâ alicubi vectigalia addicerentur, quod in publicam perniciem fiebat.

¶ Secundò iubet Conſtantinus M. vt locatio vectigalium in *Triennium* fiat, non minus. In quo à iure veteri receditur. Olim enim cùm locationes huiuſmodi à Cenſoribus fierent, quorum munus erat quinquennale, in luſtrum ſeu quinquennium locationes vectigalium fiebant: *l.* 3. §. 6. *ff. de iure fiſci*: *l.* 30. §. 1. *ff. de legatis* 3. & *l.* 7. *Cod. locati.* Et Varro *libris de lingua latina*: de quo infiniti ſunt loci. Addatur ſaltem hic Tertulliani, è *lib.* 1. *adu. Nationes cap.* 18. *Quos* [ Deos ] *in aſtarium regeſſiſtis, publicanis ſubditis, omni quinquennio inter vectigalia veſtra proſcriptos addicitis.* Atenim in triennium vectigalia locari iubet *h. l.* Conſtantinus M. vt priuata quoque ædificia triennio locari ſolita oſtendit *lex* 3. *inf. de conlat. don.* Ac vt in triennium locari iubet, ita ſanè non minus quàm in triennium: atque ita vt non ante interrumpantur: Proculdubio aduerſus Iudicum impotentiam, qui vectigalia per ambitionem aut gratiam, modò in hunc, modò in illum, nullo tempore obſeruato, transferebant. Quod & ipſum in publicam perniciem cedebat.

Tertiò, Exacto iam triennio mutari publicanos & locationem recreari iubet. Valde inhumanum quippe eſſet, ſi iidem conductores retinerentur exacto tempore, *d. l.* 3. §. 6. ( etſi caſus quoque excipiatur in *d. l.* 3. §. 6. *d. l.* 9. §. 1. *l.* 11. §. *vlt. ff. de publicanis & d. l.* 7. *C. de locato.*) Sed & quia publicè inutile eſt, eoſdem publicanos continuari, iiſque tempora prorogari.

Quartò, Superexactoris publica pœna capitalis à Conſtantino M. *hac eadem lege* conſtituitur: competentem ſeueritatem imponit *lex* 1. *inf. de concuſſ.*

*Aduocat.& l.1.inf.de exactionib.* quæ duæ leges inter ſe coaſſandæ ſunt: pariter vt eadem pœna à Valentiniano ſtatuta, mox & ab Arcadio, in ſuperexactores alios: *l.2.inf.de ſuperexact.* vbi dicendi locus erit. Et tamen in *l.vlt. Cod. vectigalia noua inſtitui non poſſe*, quæ eidem Conſtantino tribuitur, perpetui exilij pœnâ poſtea impoſitâ. Quæ cauſa eſt, cur Tribonianus hanc *huius leg.* ſententiam poſtremam reciderit *in l.4. Cod. de vectigalibus*.

¶ Supereſt *huius leg.* inſcriptionem illuſtremus. Dicitur in eâ, *Iunius Rufinus Conſularis Æmiliæ.* in MS. Anianeo, *Æmiliæ & Liguriæ.* Et certè biennio poſt hanc legem, *Vlpius Flauianus Conſularis Æmiliæ & Liguriæ* vocatur in *l.2. inf. de extraordinar. ſiue ſordidis munerib.* Sed & Anno 385. *Romulus Conſularis Æmiliæ & Liguriæ* etiam vocatur in *l.4.ſup.de denunciat.vel editione reſcripti.* Et quamlibet *lex 3. inf. de cenſu*, An. 357. *Dulcitius* dicatur tantùm *Conſularis Æmiliæ*, nihilominus *Conſularis Æmiliæ & Liguriæ* accipiendus eſt, abſorpto nomine Liguriæ, ſub Æmiliæ nomine; quod & aliis prouinciis euenit: verùm Liguriam mox ab Æmilia ſeparatam, docet *lex 4. inf. vnde vi*: quæ data eſt An. 396. Quod factum puto propter nouam Liguriæ prouinciæ dignitatem, poſteaquàm videlicet ea ordinaria fermè Principum ſedes facta eſt. Certè Symmachus quoque, qui per ea tempora vixit, ab Ambroſio Liguriam gubernatam ſcribit, *lib.3.ep.34.* de quo vide Socratem *lib.4.cap.25.* Sozomen. *lib.6.cap.24.* & Paulinum *in vita Ambroſij*.

# DE LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE.

## TITVLVS XIII.

### VII. COD. IVST. Tit. XXXIII.

### PARATITLON.

LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO *Rubr.* eſt temporis exceptio, *l.1.* ſeu vetuſtas, *d. l.2.* putà decennij, *l.1.* & quadraginta annorum, *l.2.* poſſeſſionis ſine aliqua interpellatione, *l.1. & l. vn. de quinquennij præſcriptione*; quâ obiectâ, *l.vn.ſup.de his qui à non domino manumiſſi ſunt*, actiones, non tamen perſonales, finiuntur: *l.2.* excluduntur, *d. l.vn.* ob quam actio moueri non debet, *d. l.2.* His adde, de præſcriptione, *l.1.in fin.infr.de maternis bonis*: de præſcriptione longi temporis, *l.15. infr.de iure fiſci*: De finium & loci præſcriptione, v. *l.5.ſup.de pactis*: *l.pen.& vlt.ſup.fin.regund.*

---

1. *Imp. CONSTANTINVS A. ad Vetium Rufinum" P.V.

EX donatione Principum, aut quocunque" modo, rem ad fiſcum pertinentem, vſque ad Noſtra Decennalia" ſine aliqua interpellatione" poſſidentes (ſecundum ius" enim hæc intelligitur eſſe poſſeſſio) ſecuri" poſſideant. PP. X." Id. Ian. Romæ, Sabino & Rufino COSS. [316.]

### NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. Eſt enim horum temporum rationi adſtricta.

" Romæ P.V. *Vetius Rufin.* ſub Conſtantino M. Auctor vetus Notitiæ Præfectorum Vrbis, qui incidunt in ſuperiorem annum D. 15. Conſtantino IV. & Licinio IV. coss. XIII. Kal. Sept. *Vetius* inquit *Rufinus Præfectus Vrbis fuit.* Idémque porrò P.V. fuit hoc anno vſque ad prid. Non. Auguſti, vt ex eadem Notitia colligere eſt.

" Diocletiani & Maximiani ſcilicet. Sexto Aurelio Victore, Zoſimo *lib.2.p.672.* Hieronymo *in Chronico* & Chronico Alexandrino. Non etiam Maxentij, quem Principis honore Conſtantinus non dignatur, ſed Tyranni nomine, *l.1.inf.de ingenuis*, *& l.1. inf. de cohortalibus.* Quíque etiam quadriennio ante hanc legem ſuperatus & occiſus fuit.

" Id eſt, quocunque alio modo, ſine titulo, iuſto ſcilicet & legitimo.

" Characteriſmus hic certiſſimus Imperij Conſtantiniani, de quo mox plura.

" Reponam lubens *Kalend.* id eſt, Kalendis: Veroſimile enim Conſtantinum has quoque velut ſtrenas Senatui Populóque vniuerſo Romano elargitum, donatâ poſſeſſoribus ſecuritate à fiſci calumniis. Cui ſimile exemplum occurrit in *l.1.ſup ſi certum petatur, de ſuffragiis.*

### COMMENTARIVS.

FISCI per varias à ſuperioribus Principibus conceſſas donationis, vel quo alio legitimo titulo, ſine interpellatione ad hæc vſque tempora (in quæ decennalia Conſtantini M. incidunt) poſſeſſas, Conſtantinus M. hoc Edicto confirmat, ratáſque eſſe iubet; Bonorum ſcil. aliorum Principum exemplo, qui beneficia & liberalitates ſuperiorum Principum vno confirmare ſoliti ſunt Edicto.

ĉto.



cto. Quod factitatum à Tito teſtis eſt Suetonius *in vita eius, cap.8.* & Dio: & poſt eum à Nerua; Cuius etiam de eo Edictum extat apud Plinium *li.10.epiſt...* (Galbæ diſſimiles qui liberalitates Neronis non plus decimis conceſſis reuocandas curauit, exigendáſque, vt ſcribit Suetonius *in vita eius, cap.15.* Et Plutarchus ſimul & Tacitus.) Et de Patre quoque ſuo Marco Antonino Philoſopho teſtatur Commodus apud Modeſtinum I.C. *in l.6.§.8. ff. de excuſationib.* ὁ θειότατος, inquit, πατήρ μου παρελθὼν εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν διατάγματι τὰς ὑπαρχούσας τιμὰς καὶ ἀτελείας ἐβεβαίωσεν: id eſt, *Diuus Pater meus Principatum ingreſſus, edicto conceſſa priuilegia atque immunitates firmauit.* Hoc igitur exemplo Conſtantinus M. vt ſemel fiſci calumnias reprimeret & poſſeſſorum ſecuritatem in tuto locaret, hoc Edicto ſuo proſpexit. Atque vt cæteri Principatus initio id facere ſoliti (quod ex *d. l.6.§.8.* diſcimus) ita & nunc Conſtantinus decennalibus ſuis id præſtitit: quaſi nouo tùm quodammodo Principatus initio. Notum enim, Auguſtum Imperatorem decennalibus exactis nouum velut Principatum inchoaſſe, atque Imperium renouaſſe. Vnde etiam mos apud ſecutos Principes decennalia celebrandi, quaſi Imperio abſciſo, denuò reuocato; quod, Dio his verbis teſtatur: οἱ αὐτοκράτορες εἰς πάντα, καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρταζον ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τό τε ἀνανεούμενοι. Hinc rurſum mos decennia omni ludorum genere celebrandi. Sed & iiſdem decenniis vincti Edicto Principis carceribus ſoluebantur: de quo locus extat apud Sozomenum, *lib.1. cap.20.* atque inuicem Principes decennalibus ſuis à Senatu munera accipere ſolitos, teſtatur Symmachus, *lib.10. epiſt.26.* Quare & Conſtantinũ hâc indulgentiâ cum S.P.Q. Romano pariare voluiſſe veroſimile eſt. Quinimò peculiaris hæc quoque Conſtantino huius Edicti decennalibus ſuis promulgandi ratio fuit, quod tum demum Imperium eius in tuto locatum videretur, non modò poſt Maxentium directum, verùm poſt initum iam cum Licinio fœdus.

Atque hæc quidem eſt *huius leg.* ſententia, quam nonnulli perperàm ad *ordinariam* longi temporis præſcriptionem, & quidem ad vicennalem (verbis illis, *vſque ad noſtra decennalia*: de duobus decennalibus acceptis) trahunt: Quod fecit etiam doctiſſimus Galuanus *tract.de vſufructu, diſſert.11.p.92.* Eſt enim lex hæc de decennalibus Imperij Conſtantinianei, quæ tum ingruerant: Et ſic momentaneum iſtud beneficium eſt, horum temporum rationi adſtrictum. Interim locus hic admodum ſingularis eſt, ad characteriſmum annorum Imperij Conſtantinini, de quo alioquin non parum queri ſolet. Conſtantio quippe Chloro, Patre Conſtantini defuncto, 25. Iulij A.D. 306. Conſtantinus illi ſucceſſit; vt proinde in hunc annum decennalia incidant. De quo etiam aliquid notaui in Chronologia huius anni. Et quidem ſic, vt quamlibet nondum completis decem annis, Decennalia tamen iam hoc tempore cenſerentur, ab huius anni initio. De quibus decennalibus egit, & Auctor vitæ Conſtantini *lib.1. cap.41.* Ex *hâc* certè *leg.* liquet ea non rectè referri à Baronio ad annum ſuperiorem 316. ¶ Huic Edicto denique ſimilis eſt eiuſdem Conſtantini M. *lex 2. & 3.infr.de iure fiſci*, quæ datæ ſunt triennio pòſt, A.D. 319. ac nominatim prior illa, quæ & ipſa eſt de donationibus rerum fiſcalium à ſe ipſo factis. Neque his etiam abſimiles ſunt indulgentiæ debitorum, itémque indulgentiæ criminum, vt & edicta Tyrannis cæſis promulgari ſolita, de quibus *tit. infr. de indulgentiis criminum*: *tit. de indulgentiis debitorum*: *tit. de infirmandis his quæ ſub tyrannis.* Quod argumentum *huius legis* attinet, quod eſt de præſcriptione in cauſis fiſcalibus, dicam de eo plenè *ad leg.vnic.infr.de quinquennij præſcript.* ¶ De præſcriptione interim in commune, quatuor ex *hac leg.* notentur.

Primò, *iuſtum titulum* requiri in præſcriptione *ex donatione Principum*, inquit, ſed additur, *aut quocunque modo*, id eſt quocunque aliò modo ſine titulo iuſto ſcil. & legitimo. Quanquam ſunt, qui hæc de mala fide accipiunt: quando vicennalis præſcriptio contra fiſcum currit cum mala fide, vt *l.2.Cod.de requir.reis.*

Secundò, in præſcriptione requiritur, vt *interpellata poſſeſſio non ſit*, vt legitima ſit præſcriptio: *l.2.Cod.de præſcript.longi temp.* Vide & *leg. vnic.infr. de Quinquennij præſcript. & l.nemo 10. Cod.de acquir. & retin.poſſeſſ.*

Tertiò igitur, requiritur vt *ſecundùm ius* poſſeſſio ſit, iuſto ſcilicet titulo munita, neque interpellata; breuiter, legitima: Illegitima contrà, cùm quis non ſecundùm ius poſſidet, ſed vitio nactus eſt poſſeſſionem, vel poſt interpellationem ſibi factam poſſidet: argum. à contrario *huius leg.* Poſſeſſio non tantum corporis, ſed & iuris eſt: *l.49. §.1. ff.de acquir.& amitt.poſſeſſ.* & vt Imper. loquitur *in l.nemo 10.Cod.de acquir.& retin.poſſ.* quæ omninò videnda eſt, poſſeſſionis duplex eſt ratio.

Poſtremò, *effectus & ratio* præſcriptionum notetur, ibi, *ſecuri poſſideant*: qua de re vide *l.1. ff. de vſurpat.* ſic & *leg.longi, Cod. de præſcript. longi temp.* diuturnitate poſſeſſionis parta ſecuritas. Quod verò ex his verbis & ſimilibus alibi quidam colligunt, præſcriptione non adquiri dominium, ſed ſecuritatem perpetuam poſſidendi, inane eſt: Quid enim aliud eſt *ſecuritas poſſidendi*, quàm dominij inconcuſſi, βεβαίου, ἀναλύτου, adquiſitio.

---

II. *Impp. Conſtantinus" & Conſtans AA. Argyrio Præſidi.

ANNORVM XL." præſcriptio (quam *Vetuſtatem* leges ac iura nuncupare voluerunt) admittenda non eſt, cùm actio perſonalis intenditur. Quare in præſenti" & in cæteris cauſis id potiſſimum ſeruabis" atque cuſtodias: niſi iure" veteri comprehenſum ſit *Actionem quæ mouetur, propter vetuſtatem non deberi.* Sed quamuis actio pecuniæ poſtulatæ exceptione temporis non finiatur, Iudex tamen debet inſpicere quæ temporis interualla nullis iuſtis cauſis exiſtentibus fluxerint, & inſtrumenti vetuſtatem": vt diligentius his conſideratis ex officio iudicantis quid pronuntiari ſuper huiuſmodi actionibus oporteat, æſtimetur. Dat. X. Kal. Iul. Limenio & Catulino COSS. [349.]

## N O T Æ.

'' Abeſt *hæc lex* à Cod. Iuſt.
'' *Conſtantius*.
xx. ita reponit Cuiacius 18. *Obſeruat. cap. 28. & Recit. in Codicem ad l. 5. de præſcript. 30. vel 40. annorum*. Etſi alibî à ſe diſſentiat: puta *Recitationibus ad l. 7. ff. de Iuſt. & iure*. Item ad *caput 8. extra de præſcriptionib.*
'' *Vetuſtas*, pro 40. annorum ſpatio, *hic* & in *l. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiarum*, de quo mox pleniùs. Vetuſtas longi temporis, Hygeus *p. 113.* & Aggeus *in Frontinum*, *p. 79.* longinquitas temporum.
'' Veluti pecuniæ poſtulatæ, *verſ. ſed quamuis inf.*
'' Intelligit actionem pecuniæ poſtulatæ, qua de agebatur, & quæ huic reſcripto occaſionem præbuit.
'' Ne ſcilicet admittas præſcriptionem etiam 40. annorum aduerſus actionem perſonalem.
'' Exemplum poni poteſt, ex *d. l. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiar.*
'' Vetuſtas inſtrumenti, *h. l.* vt ætas chirographi, *l. vn. ſup. ſi certum petatur de chirographis*.

## C O M M E N T A R I V S.

PERSONALES actiones, ne quidem XL. annorum præſcriptione, etſi in quibuſdam cauſis hæc præſcriptio locum olim obtineret, elidi vult Conſtantius; quadraginta inquam annorum (ſic enim rectè *in h. l. legitur*,) Nec *de 20. annorum* præſcriptione, ſed de 40. dubitabatur, an ea ſaltem in perſonalibus locum haberet? Et erant hæ duæ dubitandi rationes: Prima, quòd hoc ſpatium annorum leges & iura *Vetuſtatem* nuncuparent: Deinde, quod iure veteri quædam actiones perſonales hâc præſcriptione extinguerentur. Verùm dubitanti Præſidi reſcribit Imperator: Extra eas actiones quæ propter vetuſtatem iure veteri nominatim non moueri iubebantur, cæteras actiones perſonales, & nominatim pecuniæ poſtulatæ, 40. annorum præſcriptione non tolli. Æternam ſcilicet actionis perſonalis, & pecuniæ nominatim poſtulatæ auctoritatem ſiue actionem Imperator, *h. l.* eſſe iubet. Quod tamen poſtea ſublatum fuit Anaſtaſij conſtitutione, putà *l. 4. Cod. de præſcriptione 30. vel 40. annorum*. Itaque Cuiacij emendationem non admitto ſubſtituentis *in h. l.* 20. annorum, pro 40. Cuius etiam rationibus omnibus quibus mouetur, nil mouear. Primùm mouetur Rubricâ *huius tituli*, quæ eſt *de longi temporis præſcriptione*. Verùm *longi temporis præſcriptio*, quodcunque longi temporis ſpatium ſignificat, non decem, aut 20. tantùm annorum, quod Cuiacius putauit: Nam & eadem ratione ſub *titulo* Codicis Iuſtinianei *de longi temporis præſcriptione, quæ pro libertate in l. vlt.* de 60. annorum præſcriptione agitur: *Sola*, inquit, *temporis longinquitate etiamſi 60. annorum curriculum exceſſerit, libertatis iura minimè mutilari oportere congruit æquitati.* Secundò mouetur Cuiacius, quòd Anaſtaſij primùm conſtitutione inducta fuerit præſcriptio 40. annorum. Verùm & hic Cuiacij lapſus eſt. Nam & 40. annorum præſcriptionem veteri iure in quibuſdā cauſis obtinuiſſe, fidem facit iuxta *h. l. lex qui in Prouincia 57. §. 1. ff. de ritu nuptiarum*: Neque Anaſtaſius author eſt præſcriptionis 40. annorum, id enim hactenus præſtitit conſtitutione ſua, abrogatâ hac lege, vt eæ actiones quæ ante quadam interpretatione temporis præſcriptione non elidebantur, ſed perpetuæ erant, omnes illæ 40. annorum præſcriptione extinguerentur. Tertiò mouetur Cuiacius re ipſa; Quod ſcilicet falſum ſit, 40. annorum præſcriptione actionem perſonalem non tolli. Verùm prochroniſmi vitio laborat hæc ratio, & probationem à poſteriori continet. Verum eſt enim quod Cuiacius ait, ſi Anaſtaſij conſtitutionem reſpicias, verùm hoc iure veriſſimum eſt actiones perſonales 40. annorum præſcriptione non tolli. Quarta & poſtrema Cuiacij ratio eſt, quod *vetuſtatis* appellatione in legibus ſpatium 20. annorum intelligatur, vt in *l. 1. §. vlt. l. 2. in pr. l. vlt. ff. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ*. Verùm *vetuſtatis* non vna eſt, aut certa in iure præſcriptio: Certè non ea quam Cuiacius *illis legibus* affingit; In *legibus illis* dicitur, in conditionibus agrorum, in aquæductibus, vetuſtatem pro lege haberi. At quænam illa ſit vetuſtas, illis locis non exprimitur. *Vetuſtas* inibi eſt, cuius memoria non extat. Nam quam vetuſtatem, item longam conſuetudinem, vt & diutinum vſum vocant IC. in legibus illis, ac nominatim Paulus in *d. l. 2.* id idem Paulus non ita multùm pòſt, §. 7. ita deſcribit, *Cuius memoria non extat*. Et Pomponius in *l. 3. §. 4. ff. de aqua quotidiana, cuius origo memoriã exceſſit*. Non igitur *vetuſtas* eſt præcisè decem aut viginti annorum ſpatium, quod Cuiacius voluit; Sanè in reſcripto D. Marci & Lucij Imperatorum temporis diuturnitas 40. annorum ſpatio clauditur, *l. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiarum*. Et hæc de antiquiſſimo hoc iure. Nam poſteaquam præſcriptio 40. annorum aduerſus quaſcunque actiones, quæ perpetuæ antea fuerant, recepta eſt, quin *vetuſtatis* appellatione 40. anni venerint, nemini dubium eſſe amplius poteſt, *l. vlt. Cod. de fundis rei priuatæ*. Quæ lex licet Theodoſij ſit, Triboniani tamen ἐμβλήματα continet, vt apparet ex *Nouella* Theodoſij *de reſcindendis venditionib. rei dominicæ* 28.

Sententia igitur *huius legis* hæc eſt: Præſcriptionem etiam 40. annorum, etſi in quibuſdam cauſis locum habeat, non admittendam, cùm *actio perſonalis* intenditur. Quâ ipsâ ratione Conſtantinus quoque cum 60. annorum præſcriptio in quibuſdam cauſis locum haberet, tamen reſcripſit, temporis longinquitatem, id eſt 60. annorum curriculum, aduerſus libertatem non opponi: *d. l. vlt. Cod. de longi temporis præſcriptione quæ pro libertate & non aduerſus libertatem opponitur.* ¶ Et tamen hæc exceptio *h. l.* additur: Licèt ſtricto iure pecuniæ poſtulatæ actio 40. annorum præſcriptione non finiatur, tamen ſi Iudex deprehenderit, nullis *iuſtis de cauſis* tanti temporis interualla effluxiſſe, veluti quia in eadem ciuitate debitor verſabatur, cuius conueniendi copiam quotidie creditor habuerit, Iudicem æſtimaturum quid ſuper huiuſmodi actione & chirographo pronuntiari oporteat. ¶ Cæterùm in *Perſonalibus* actionibus, vetuſtatem ſeu 40. annorum præſcriptionem obtinere non vult *h. l.* nominatim Conſtantius: nempe quia in realibus actionibus ſpecialibus, 30. annorum præſcriptionem obtinere voluit. Et quidem, vt non inaniter cenſeo, eâ ipſa conſtitutione cuius hæc lex pars eſt. Quare hæc illa fuerit lex non Conſtantinianea, verùm Conſtantiana: cuius mentio fit *l. 2. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum*. Cùm lex Conſtantiniana (malè ita relatum, ſed fortè errori cauſam præbuit vitioſa *h. l.* inſcriptio χρ. *Conſtantiana*) iubeat ab his poſſeſſoribus initium non requiri, qui ſibi potiùs quàm alteri poſſederunt. Ait lex, initium non requiri, id eſt vetuſtate annorum ſeu præſcriptione tutos eſſe: Vetuſtas ſcilicet eſt, quod & *ſuprà* oſtendi, cuius initium non extat. Quare & his argumentis



argumentis liquet legem illam Conſtantianam non fuiſſe de 60. annorum præſcriptione. Tandem hoc fortaſſis illud Edictum ſit, cuius alia capita indicat ipſe Conſtantius: *l. 7. inf. de iure fiſci.*

# DE ACTIONIBVS CERTO'' TEMPORE FINIENDIS.

## T I T V L V S XIV.

'' 30. annorum ſpatio.
Congruit Valentiniani III. *Nouella* 8. *de Triginta annorum præſcriptione omnibus cauſis apponenda*: vbi *hanc* Theodoſij *legem vnic.* memorat, firmátque.

---

### 1. *Imp. Theod.'' A. Aſclepiodoto PF. P.

SICVT in rem ſpeciales, ita ad'' vniuerſitatem, ac perſonales actiones vltra XXX. annorum ſpatium minimè protendantur: Sed ſi qua res, vel ius aliquod poſtuletur, vel perſona qualicumque actione vel perſecutione pulſetur'', nihilominùs erit agenti triginta annorum præſcriptio metuenda. Eodem * etiam in eius valente perſonâ, qui pignus vel hypothecam, non à ſuo debitore, ſed ab alio poſſidente'' nitetur vindicare: Nam * petitio finium regundorum, in eo ſcilicet, quod nunc eſt, iure durabit. Quæ ergo ante'' non motæ ſunt actiones, triginta annorum iugi ſilentio, ex quo competere iure cœperunt, viuendi'' vlterius non habeant facultatem. Nec'' * ſufficiat Precibus oblatis ſpeciale quoddam, licet per Adnotationem, meruiſſe Reſponſum, vel etiam iudiciis allegaſſe, niſi allegato ſacro Reſcripto, aut in iudicio poſtulatione depoſita, fuerit ſubſecuta conuentio.'' In eandem'' * rationem illis proculdubio recaſuris, quæ poſt litem conteſtatam in iudicium actione deducta, habitóque inter partes de negotio principali cõflictu, triginta denuo annorum deuoluto curriculo, tradita obliuioni ex diuturno ſilentio comprobãtur. Non ſexus'' fragilitate, non abſentia, non militia, contra hanc legem defendendã''; ſed pupillari ætate duntaxat, quandiu'' ſub Tutoris defenſione conſiſtit, huic eximenda ſanctioni: nam cum ad eos annos peruenerit, qui ad ſollicitudinem pertinent Curatoris, neceſſariò ei ſimiliter, vt aliis'' annorum triginta interualla ſeruanda ſunt. ¶ Hæ'' * autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ videbantur'', non illæ quæ antiquitùs'' fixis temporibus limitantur. ¶ Annorum'' autem curricula ita numerari conueniet, vt & illa in demenſionem tempora reducantur'', quæ ante noſtræ Manſuetudinis ſanctionem iugi taciturnitate fluxerunt. ¶ Verùm * ne qua ocioſo nimis ac deſidi querimonia relinquatur, ei qui ſe fiducia perpetuitatis actionem non mouiſſe commemorat, decem poſt hanc legem annorum ſpatia continua ſuperioribus addi præcipimus, vt ſi quidem ante ſanctionem hâc lege præfinitos annos decurriſſe patuerit, præter ea tempora quæ manarunt, decẽ actori annorum ſpatia prorogentur, ita vt tempus illi hoc continuum ex legis tempore numeretur. Quod ſi decem illi anni ſupereſſe videbuntur'', aut ampliùs, vlterius eum nihil deſiderare conueniet, ſed proprio lapſu temporis decurrente ad triginta vſque conſummationem debere ſuo ſpatio eſſe contentum: Si'' in annos quidem præſtare non dubium eſt, ſed infra'' decem eorum interualla concludi, nihilominus etiam ſic eum ſpatium tantum oportebit accipere, vt decem'' integer numerus impleatur. Poſtquam'' hac definitione nulli mouendi vlterius facultatem patere cenſuimus, etiamſi ſe legis ignorantiâ excuſare tentauerit. Dat. XVIII. Kal. Decemb. Conſtantinop. Victore v. c. & Symmacho'' COSS. [424.]

INTERPRETATIO. *Hæc lex, licet in reliquis rebus fuerit abrogata, propter hoc tamen vt poneretur oportuit, quia de tricennio loquitur, quod pupillis, quamdiu ſub Tutoribus agunt, non debeat imputari, ſed vbi ad eos annos peruenerint, quibus Curatores habere poſſent, id eſt vir ad* XV. *& puella ad* XIII. *annum, ex eo in cauſis eorum tricennalis actio, quemadmodum omnibus, ſupputetur; ſicut & Nouella Valentiniani teſtatur: quæ videtur hæc obſcurius inter*

*ter*

*ter cetera poſuiſſe, quæ tamen ita dicit."* Excepto priuilegio pupillaris ætatis, quod diui memoriæ patris noſtri Theodoſij lege conceſſum eſt, intra eadem tempora terminentur. *Nam & hoc lex iſta euidenter exponit, vt ſicut illa, quæ perpetua erant, ad tricennium iuſſa ſunt reuocari, ita omnes cauſæ, quibus infra tricennium tempora conſtituta ſunt, ſuis quibuſque locis & temporibus obſeruentur, hoc eſt, vt quæcunque ſeu de vicennio, ſeu de decennio, ſeu de quinquennio, ſeu de anni ſpatio poſita ſunt, & his ſimilia, nullatenus ad tricennium perducantur.*

## NOTÆ.

* Lex 3 *Cod de præſcriptione 30. vel 40. annorum* hinc interpolata eſt. Et iungenda huic, *lex vlt. ſup. de cognitorib. & Procuratoribus.* Meminit *huius l.* Valentinianus III. *Nouellâ de præſcript. 30. annorum* 8.

" Addendum ex *d. l. vlt.* & *Valentinianus Cæſar*, quod etiam ipſa temporum ratio euincit. Malè in Iuſtinianeo, *Honorio & Theodoſio* tribuitur: vel, vt Haloander vult, *Arcadio & Honorio.* vide Contium ad *hunc titulum, Cod. de præſcript. longi temporis, p. 453.*

" *Aſclepiodotus* PP. Orientis ſub Theodoſio Iun. v. *Proſop.*

" *De vniuerſitate*, ita Tribonianus. Interim obſerua, in rem actiones eſſe vel ſpeciales, vt putà, rei vindicationes, vel ad vniuerſitatem, vt eſt hæreditatis petitio.

* *Secunda* ſententia, de *Hypothecaria actione.*

" *Per longum tempus poſſidente.* Ita Tribonianus. Quod Contius *commen. in hanc leg.* malè in *poſſidendo* mutauit.

* *Tertia* ſententia de *Finium regundorum* actione à Triboniano omiſſa.

" *Aut*, ita habet Cod. Iuſt. ſed malè.

" *Viuere* dicuntur Actiones, ſuáque Actionibus vita tribuitur, vt Vetuſtas inſtrumentis: *l. 2. ſup. tit. prox.* Ætas Chirographis, *l. vn. ſup. ſi certum petatur de chirographis.*

* *Quarta* ſententia de *Interpellatione* præſcriptionis 30. annorum.

" *Per executorem conuentio*: ita Tribonianus.

* *Quinta* ſententia, de *Renouatione* interruptæ præſcriptionis quam Tribonianus remouit.

* *Sexta* ſententia, de iis aduerſus quos præſcriptio 30. annorum currit, vel non currit.

" ℞. *Defendenda.*

" *Quamuis conſiſtat.* ita Tribonianus.

" *Vt illis*, Cod. Iuſt.

* *Septima* ſententia, in *quibus cauſis* hæc præſcriptio 30. annorum locum obtineat.

" *Videbantur*, pro erant: vt infr. *Quod ſi decem illi anni ſupereſſe videbantur.* plura v. *in Gl.*

" *Antiquis temporibus limitabantur.* ita Cod. Iuſt.

" Tentat nonnemo *redigantur.* Nil neceſſe.

* *Poſtrema* ſententia, de erepta præſcriptione huius legis tempore, quam Tribonianus recidit.

" ℞. *Sin annos quidem* [ vel quoſdam ] *reſtare.* Ita reponendum eſt.

" *Intra.*

" *Decimus.*

" ℞. *Poſt quem* ſcilicet numerum.

" In MSS. nonnullis & Cod Iuſt. ſolus *Victor* nominatur. Et certè reliquæ omnes huius anni conſtitutiones *Symmachum* collegam Victoris non habent. Alioquin Marcellinus *in Chronico* Caſtinum Victori collegam adiicit. Certè hoc etiam ab Aniano Andegauenſi abeſt.

" Hæc habentur non in *d. Nouella* 8, verùm in *Nouella* 12. *de Epiſcopali indicio*: *verſ. ſanè ſicut.*

## COMMENTARIVS.

De Præscriptione triginta annorum eſt hæc Theodoſij Iunioris conſtitutio, quam ſequitur multíſque laudibus proſequitur, Valentinianus Tertius, *duabus Nouellis*: *Nouellâ* inquam *de 30. annorum præſcriptione omnibus cauſis opponenda* 8. & *Nouellâ vlt. c.* 8. Quâ conſtitutione humano generi profunda quiete proſpexit; quæque pars eſt maioris conſtitutionis Theodoſianæ, vnde deſumpta eſt quoque *lex vlt. ſup. de Cognitoribus & procuratoribus*, quæ proinde huic coaſſanda venit: Quâ integrâ conſtitutione Theodoſius Iun. id egit, vt lites breuiore ſpatio terminarentur, néve eæ *protenderentur*, quâ etiam voce nominatim in *vtraque lege* vtitur: Et ſanè eodem, ſeu ad eundem finem pertinet id quod *eâ l. vlt.* continetur, vt ad eam oſtenſum eſt. Hæc verò illa eſt famoſa & *venerabilis* Theodoſij conſtitutio, quâ per Præſcriptionem XXX. annorum, omnes cuiuſcunque tandem generis actiones, hactenùs perpetuas, extingui voluit: *Omnes*, inquam, cuiuſcunque generis, ſicut in rem ſpeciales ita & vniuerſales in rem, perſonales, hypothecarias, cùm hactenùs æternæ illæ eſſent, nullóque annorum ſpatio interirent: id quod de actione perſonali docuit nos iam *lex* 2. ſiue *vlt. ſup. tit. prox.* Sola enim in rem ſpecialis actio iam antea 30. annorum præſcriptione conſumebatur. Quod vt *huius legis* initio ſatis indicatur, ita expreſsè colligitur ex Symmacho, cuius verba poſtea referemus. Verùm, ſicut in rem ſpeciales, ita & cæteras quoque actiones vltra 30. annorum ſpatium minimè protendi nunc demùm voluit Theodoſius Iun. Neque alia, aut antiquior vlla hac de re conſtitutio nobis quærenda eſt. Primus, inquam Theodoſius Iun. 30. annorum præſcriptione actiones antea perpetuas elidi voluit (idque *hac conſtitutione*) non Theodoſius M. (quod Cuiacius etiam credidit 18. *obſeruat. 26.* & *Recit. in tit. C. de præſcriptione. 30. vel 40. annorum*, etſi *hanc leg.* idem Theodoſio Iun. rectè reſtituit; de quo v. Merillium noſtrum in *Variantibus* & Contium ad *hanc Codicis Iuſt. legem* & Iuretum *ad Symmachum, lib. 5. ep. 66.* vt omittam alios.) Quod etiam Interpres *huius leg.* rectè perſpexit, putà *Nouellâ* Valentiniani *hanc legem* indicari. Idque etiam à Doctiſſimo Sauarone Sidonij interprete, mox & à Sirmondo, rectè monitum ſcio; deinceps etiam à præſtantiſſimo Dominicio *de prærogatiua allodiorum, cap. 6.* à Cironio *obſeruat. iuris Canonici lib. 1. c. 15.* ¶ Rationes Cuiacij hæ tamen erant. Primum, quod Valentinianus *eâ Nouellâ* præſcriptionis 30. annorum authorem Theodoſium *patrem ſuum* vocet: Cœterùm Imperatores anteceſſores ſuos *Patres* appellaſſe, cóque more in eâ ipsâ *Nouellâ* Valentinianum, Honorium *parentem* ſuum vocare. Proinde de Theodoſio M. ſuperiora illa verba accipienda eſſe. Verùm attendiſſe debuit Cuiacius: primùm *eâ Nouellâ* Theodoſium vocari à Valentiniano *Dominum Patrem*: *Dominum*, inquam, non *Diuum* (quemadmodum *Diuum Honorium* vocat, quem & alibi *Diuum Auunculum* nominat *Nouell. 4.* & rurſus Diuum Honorium *Nouell. 10.*) *Diuos* ſcilicet vocabant, qui inter homines eſſe deſierant: At *Dominos* etiamnum ſuperſtites. Ita Valentinianus ipſe, quem Theodoſius adhuc ſuperſtitem *Dominum Patrem* vocauerat, illa ipſa *Nouellâ*, Anno 449. eum ipſum triennio poſt, Anno 452. & quidem de eadem præſcriptione agens, & *huius legis* ſententias quaſdam memorans, *dictæ memoriæ Patrem ſuum* vocat *Nouellâ, de Epiſcopali iudicio* 12. Nempe quia biennio ante (putà A. 450.) Theodoſius obierat. Deinde, quod *Patrem ſuum* Theodoſium Valentinianus vocat, non ideo Theodoſium M. intelligit, ſed omnino Theodoſium Iuniorem, collegam ſuum in Imperio, quem ſcilicet & ſocerum & authorem Imperij habebat. Nam & ita eum *quatuor* præterea *locis* vocat, *d. Nou. 12. & Nouella*, inter *Theodoſianas*, 20. 25. & 35. ſic etiam Theodoſius ipſe Valentinianum hunc *filium ſuum* vocat, ſe verò *Patrem*; *l. vlt. inf. de Decurion. & ſilentiariis*: & *Nouella 1. de Theodoſ. Codic. Authorit. & Nouella de confirmatione legum Nouellarum Domini Theodoſij* 2. Eóque exemplo compluribus aliis *legibus* Imperatores *Parentes ſuos* vocant, quos in Imperio deceſſores atque ipſi in pretio habuere: Veluti Conſtantinus, Aurelianum Parentem ſuum vocat, *l. 1. Cod. de omni agro deſerto* & Diocletianum, *l. 2. inf. de Cenſu.* Valentinianus Sen. Conſtantinum, *l. 17. de Pretoribus*: & *l. 12. de piſtoribus.* vbi quoque dicam. Valentinianus Iun. Conſtantinum & Conſtantium: *l. 2. inf. ne ſanctum Bapt.* Theodoſius M. Valentinianum & Valentem, *l. 90. 105. inf. de Decurionib.* Honorius, Valentinianum Seniorem, *l. vn. inf. qui conduct. rei pr. l. 33. de operib. publ. l. 22. de erog. mil. ann.* & retro Principes, *l. 181. inf. de Decurion.* Anthemius Leonem, *Nouella ſuâ* 2. & viciſſim Leo Anthemium *filium ſuum*: Nouellâ inter *Anthemian.* 3. vtpote quem creaſſet, & Imperatorem conſtituiſſet. Ita denique Marius Victorinus *lib. 2. de Trinitate*, Conſtantium Valentiniani Imp. *Patrem* vocat. Quod tamen Baronius non cepit. ¶ Altera Cuiacij ratio erat, quod Valentinianus *d. Nouell.* peremptorium vocabulum, *Omnia*, in Theodoſij Patris ſui conſtitutione adſcriptum fuiſſe referat; id verò *hâc lege* non reperiri: proinde aliam, & quidem Theodoſij M. conſtitutionem quærendam & intelligendam eſſe. Verùm Primò, ſunt in *hâc lege noſtrâ* verba, quæ illi vocabulo peremptorio æquipollent: Nempe *ſi qua res, vel ius aliquod*: mox, *qualicunque actione*; deinde, *quæ actiones*: denique *nulli mouendi vlterius facultatem patere.* Quibus formulis & vocibus non minùs quàm voce *omnia* generalitatis deſignatio fit, eáque vniuerſa conſumuntur, nec aliquid poteſt eſſe exceptum. Deinde ſciendum eſt, exiguam tantum portionem Theodoſianæ conſtitutionis ſupereſſe *in hâc lege*, à qua etiam diuulſa eſt *lex vlt. ſup. de cognitoribus.* in qua certè ipsâ lege hoc ipſum vocabulum peremptorium occurrit, *Omnes Actiones.*

Maneat igitur, Theodoſium Iuniorem *h. l.* huius præſcriptionis, omnium actionum peremptoriæ, authorem eſſe. ¶ Et quidem, ſequentibus adhuc, præter ſuperiores rationibus. Primò, quia in hac ipſa conſtitutione Theodoſius Iun. apertè ſignificat, ſe primum huius præſcriptionis peremptoriæ authorem eſſe. Secundò, quia Valentinianus *in d. Nouell.* 8. Theodoſij legem memorans, pupillaris ætatis exceptionem *eadem lege* factam ſcribit, quæ *h. l.* omninò continetur. Tertiò, quia in *capite, Vigilanti, Extra, de Præſcript. 30. annorum.* Alexander Papa, *Epheſinum* Legiſlatorem Primum huius præſcriptionis tricennalis authorem nominatim facit: Vbi *Epheſinus* ille *legiſlator* non alius eſt, quàm Theodoſius Iunior, quod Cuiacium fugit, qui quæ de Epheſino legiſlatore *ibi* dicuntur, inter caſſa palearum adnumerari volebat. Sed & Bernardum Circam, Papienſem Præpoſitum, qui in *Collectione ſua prima, tit. de præſcript.* hunc Epheſinum Legiſlatorem, vel vt *ibi* habetur, *Euphegium*, pro quo Sauaro *Eugenium* Theodoſij M. coætaneũ, ſummam rerum ſibi vindicantem ſubſtituendum perperàm putabat, Origenis Patruum facit. Vnde ſe etiam Ant. Auguſtinus extricare non potuit. Epheſinus ſcilicet Legiſlator vocatur Theodoſius Iun. à Scriptoribus Eccleſiaſticis, quia Epheſini concilij Oecumenici author fuit & promotor. Adde quod idem ſingularem affectum erga Eccleſiam Epheſinam habuit S. Ioannis occaſione, vti refert Nicephorus *lib. 14. cap. 58.* quod & Cironius notauit *d. cap. 15.* Quare ferenda non eſt Marani ſententia, qui Hermodorum illum eſſe contendit Epheſinum exulantem in Italia, de quo I. C. in *l. 2. §. exactis, ff. de origine iur.* & quem Tullius 5. *Tuſculanar.* Epheſiorum Principem vocat; re ſcilicet altiùs repetita, propter viciniam præſcriptionis cum vſucapione, quæ eſt à *legibus* 12. *Tabul.* quarum ferendarum authorem Hermodorum Epheſium faciant.

Neque etiam admittenda D. I. à Coſta emendatio *in Collectione prima*, vbi pro illis, *Epheſinus enim Legiſlator Origenis patruus*, legendum aſſerebat *Theodoſianus enim Legiſlator Orientis partis*: quam emendationem premens Dominicius *pag. 50.* reponit ipſe, *Theodoſius enim Legiſlator Orientis partibus*: vbi Theodoſianum legiſlatorem dici ait, argum. deſumpto ex *can. quicunque, 11. qu. 1.* vbi dicitur Conſtantini lex eſſe ex Theodoſianis legibus: quod rectè refutauit Cironius *d. cap. 12.* Addatur & validiſſimum ad ſuperiora argumentum, ex Honorij Theodoſij Iun. collegæ *l. vn. ſi certum petatur*, quæ triennio ante *hanc legem* lata eſt; vbi definitur, præſcriptione 30. annorum à reo non repelli agentem condictione certi ex chirographo. Quod ſanè aliter foret, ſi à Theodoſio M. iam lex aliqua de præſcriptione 30. annorum dudum lata fuiſſet. Etſi fatendum, *eâ lege* prælusorium priuilegium 30. annorum præſcriptioni tribui (ad euitandam videlicet pecuniæ ſequeſtrationem) non tamen vt actio per eam elidatur. ¶ Cæterùm, quod apud Symmachum legitur, qui ſub Theodoſio M. Imperatore exigit de præſcriptione 30. annorum *lib. 5. Epiſt.* 54. ad actiones in rem ſpeciales pertinet; quò præter initium *huius leg.* etiam pertinet *lex vn. ſup. de inquilinis & colonis.* Sic enim ſcribit: *Ampelium paruas ædes emiſſe reminiſceris, 30. annorum diebus incanuit ætas poſſeſſionis: nunc Procurator inueterata iura ſupplicationibus quatit, non poſſeſſionis antiquitatem ſinit inconcuſſam manere.* Sed & de eadem re agens rurſum *Epiſt. 66. Contractus iſtius origo*, inquit, *iuſta ætas prope ſæcularis qua intentata poſſeſſio eſt*: vbi *ſæcularem ætatem* vocat 30. *annorum ſpatium*, ex quorundam opinione, qui *ſæculum* hoc ſpacio definiebant, vt refert Seruius *ad 8. Æneid.* ibi, *ſeclíſque effæta ſenectus.* Egregius interim quoque locus extat apud Procopium *libro primo Vandalicorum, p. 94.* de hoc tricennali præſcriptione ſub Honorio Imp. quo loco de Vandalis agit, qui in Hiſpania, ſub Honorio Imp. conſederant. τότε ξυμβαίνει Γοδιγίσκλῳ ὁμολογίᾳ, ἐφ' ᾧ δὴ οὐκ ἐπὶ λύμῃ τῆς χώρας ἐνταῦθα ἱδρύσονται. ΝΟΜΟΥ δὲ ὄντος Ῥωμαίοις, ἤν τινες οὐχ ὑπὸ ταῖς οἰκείαις χερσὶ σφέτερα αὐτῶν ἔχοιεν καὶ τρίβοιτο χρόνος εἰς τριάκοντα ἐνιαυτοὺς ἥκων,

τούτοις ὃ ὅμως ἔτι τῷ κυρίοις ἐπὶ τοὺς βιαπραξομένους εἶναι, ἀλλ' ἐς παραγραφὴν αὐτοῖς ἀποκεκλεῖσθαι τὴν ἐς τὸ δικαστήριον εἴσοδον νόμον ἔγραψεν, ὅπως ὁ τῶν Βανδίλων χρόνος, ὃν ἐν γε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ διεπρέσβευσαν εἰς ταύτην δὴ τὴν τριακοντούτην παραγραφὴν ἥκιστα φέροιτο.

¶ Cæterùm quam Theodoſius Iunior tricennali præſcriptione conſtitutionem per Orientem primus promulgauerat, *h. l.* A. D. 424. etiam vigintiquinque annis poſt demùm Valentinianus III. per Occidentem A. D. 449. ASTERIO & Protogene COSS. non modo proquiritauit *d. Nouell.* 8. verùm etiam iuſta interpretatione donauit aduerſùs quorundam prauas Interpretationes, quibus hæc ſanctio non ſufficiebat, dum minutias iuris & captioſa verba ſectantur. Ac nominatim per *Gallias*, quæ tum Romanis ſupererant, vt teſtatur Sidonius Appollinaris, illorum temporum Scriptor *lib.* 8. *epiſt* 6. *Cùm Pater meus*, inquit, *Gallicanis Tribunalibus præſideret, ſub cuius videlicet Magiſtratu Conſul* ASTERIVS *anni ſui fores votiuam trabeatus apperuerat.* Et poſt: *Per ipſum* FERE' *tempus (vt decemuiraliter loquar) lex de præſcriptione Tricennij fuerat proquiritata, cuius peremptoriis abolita rubricis, lis omnis in ſextum tracta quinquennium terminabatur: Hanc intra Gallias ante neſciam* [neſcitam] *primus quem loquimur Orator* [Nicetius] *tradidit Proſecutionibus, edidit Tribunalibus, prodidit partibus, addidit titulis frequente conuentu, raro ſedente paucis ſententiis, multis laudibus.* Et confirmauit eam rurſus Valentinianus A. D. 452. *d. Nouell. de Epiſcopali iudicio* 12. Et inualauit ea præſcriptio ſic conſtanter, vt non iam quaſi ex inſtructione humana, ſed veluti ex ipſa rerum natura proceſſiſſe videretur, vt loquitur *lex* 4. *Cod. Viſigothorum lib.* 10. *tit.* 2. Secuti igitur eam Viſigothi, vt ex prædicto loco liquet. Inualuit & apud Oſtrogothos, vt teſtatur Theodorici Edictum, *cap.* 12. Caſſiodorus *lib.* 1. *epiſt.* 18. *lib.* 2. *epiſt.* 27. *lib.* 3. *epiſt.* 31. & *lib.* 5. *epiſt.* 37. vbi etiam eleganter Tricennalem hanc præſcriptionem vocat *humano generi patronam*, eandémque ipſis Iudæis *æquo iure* (nam ita repono) ſeruari voluit. Quomodo Valentinianus *d. Nouell.* 8. Theodoſium hâc Tricennali præſcriptione *humano generi profundâ quiete proſpexiſſe*, ait, quod proculdubio imitatus eſt Caſſiodorus. Videndus eſt quoque Author *formularum ſecundum legem Romanam formulâ* 40. & Concilium Aurelianenſe 1. *Canon.* 25. Et Aruernenſe *can.* 33. Imò ea pleriſque locus adeò inualuit, & quidem moribus noſtris, vt in omnibus cauſis neceſſaria ſit præſcriptio 30. annorum, abolita præſcriptione 10. vel 20. annorum. Eadem præſcriptio in Eccleſiaſticis deinceps negotiis obtinuit *can.* 18. *Chalced.* v. & Facundum in *ep. contra Vigilium*, quæ poſtea mutata in quadragenarium à Iuſtiniano, & paſſim deinceps recepta in Eccleſia, à quâ Gregorius neque Romanam excepit. Et quanquam quadragenariam Canones alij agnoſcant, & verò Alexander III. firmauit *cap.* 8. *de præſcriptionib.* attamen alibi tricennaria manſit in Hiſpaniâ 16. *q.* 3. *c.* 3. 4. 6. *&c.* 2. *q.* 5. *c.* 16. qui Canones ex Conciliis Hiſpaniæ deſumpti ſunt, vbi non Iuſtinianeus; ſed Theodoſianus hic Codex vim & authoritatem obtinebat. Quod etiam apertè colligitur ex *d. can.* 6. qui deſumptus eſt ex *h. l.* maximè verò ex *l.* 4. *ſup. fin. regund.* cuius ipſius verba in dictum Canonem tranſlata ſunt, etſi ſenſu paulùm inflexo. ¶ Nunc de lege noſtra videamus, cuius octo ſunt ſententiæ. *Primâ* proponitur *Regula* generalis: Omnes actiones, etiam perſonales, & in rem vniuerſales, quæ antea perpetuæ erant, exemplo actionum in rem ſpecialium triginta annorum præſcriptione extingui. Ergo 30. annorum præſcriptio antea in vſu fuit in actionibus in rem ſpecialibus, & ad pecuniæ ſequeſtrationem euitandam, quod ſuperius oſtendimus. Atenim Theodoſius Iun. eam omnium actionum peremptoriã inuexit eſſéque voluit. Notanda verò Interpretatio ad *Nouell. Valent.* 12. *in fi.* vbi cõmemorantur hæ actiones: *Quæ verò actiones*, inquit, *perpetuæ fuerint, & ad tricẽnium reuocatæ ſunt, placuit adnecti, id eſt, hæreditatis petitio: ſi tamen ab auctore, cui cõpetebat, fuerit inchoata, finalis actio, homicidij, furti, tutelæ geſtæ, de fugitiuis de Curialibus, vel de Collegiatis reuocandis, empti & venditi, locati & conducti, negotiorum geſtorum, mandati, pro ſocio.*

¶ Secundâ Sententia, *verſ. eodem etiam* continetur *ampliatio* Regulæ ſimùl & determinatio, nempe Hypothecariam actionem pariter aduerſus Tertium poſſeſſorem eadem præſcriptione extingui. Vnde duo colliguntur; Primùm, Hypothecariam actionem aduerſus ipſum debitorem perpetuam Theodoſium Iuniorem eſſe voluiſſe, vt nullis expiraret luſtrorum curſibus: quod ſanè etiam teſtatur *lex*, *cum notiſſimi* 7. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Qua id à Iuſtiniano immutatum fuit. Quadraginta quippe annorum ſpatio hypothecariam aduerſùs ipſum debitorem eiúſue hæredes extingui voluit. Secundò exinde colligitur, Ius luendi pignoris perpetuum ſemper manſiſſe: de quo alioquin altercantur IC.

¶ Tertiâ ſententiâ quæ continetur *verſ. Nam petitio*: proponitur *Exceptio* ſingularis: nempe Finium regundorum actionem perpetuam manere Theodoſius *h. l.* iubet: de quo ſunt pariter tres Conſtitutiones *ſuprà*, Valentiniani Sen. *lex* 5. *ſup. de pactis*: Valentiniani Iun. *lex quinque pedum*, *ſup. fin. regund.* Theodoſij M. *lex vlt. eod. tit.* Verùm Tribonianus hanc ſententiam omiſit: Voluit enim Iuſtinianus & hanc quoque actionem triginta annorum ſpatio concludi, *l.* 1. §. 1. *Cod. de annali exceptione tollenda*, quæ ipſa ratio fuit, cur Tribonianus *legem vlt. ſup. finium regundorum* interpolauerit. Quomodo & Interpres quoque ad *Nouell.* Valentiniani *vlt. in f.* actionem finium regundorum aliis actionibus connumerat, quæ olim perpetuæ ad tricennium poſtea reuocatæ ſunt.

¶ Quarta ſententia, *verſ. non ſufficiat*, eſt de *Interpellatione* huius præſcriptionis: nempe Interpellari ſeu vſurpari 30. annorum præſcriptionem per conuentionem ſeu per libellum conuentionis, non ſolo libello Principi oblato, etiamſi Principis adnotationem præferat, & in iudicio poſtea inſinuatus ſit: Item non interrumpi poſtulatione in Iudicio depoſita. Breuiter; Quicquid fit μονομερῶς inconuento poſſeſſore, ſiue apud Principem, ſiue in Iudicio, nihil proficit ad interpellandam præſcriptionem hanc 30. annorum: de quo dixi iam aliquid *ad l.* 8. *ſup. de diuerſis reſcriptis*.

¶ Quinta Sententia, *verſ. in eandem*: eſt de *Reſuſcitandâ* hâc præſcriptione interruptâ. Interruptam ſcilicet præſcriptionem per litem conteſtatam, 30. denuò annorum curriculo elapſo, ex ſilentio diuturno reſuſcitari. Quæ ſententia omiſſa eſt à Triboniano. Vult enim Iuſtinianus omiſſam poſt litem conteſtatam actionem, non niſi 40. annorum ſpatio præſcribi, *l. vlt. Cod. de præſcript.* 30. *annorum*. Et *l.* 1. §. *ad hæc*, *Cod. de annali exceptione*: Quia ſcilicet minor eius, qui ſaltem litem conteſtatus fuiſſet, foret negligentia.

¶ Sextâ ſententiâ, *verſ. non ſexus fragilitate*: Ampliatio ſimul & *exceptio* ratione perſonarum continetur: nempe aduerſus mulieres quoque abſentes, milites, adultos, præſcriptionem 30. annorum currere: Soli pupilli excipiuntur. Quam *huius legis* ſententiam nominatim confirmat Valentinianus *d. Nou.* 12. Qui idem Valentinianus tamen ab hac præſcriptione pariter excepit tempus hoſtilitatis.



¶ Septimâ ſententiâ, *verſ. hæ autem actiones*, continetur limitatio huius præſcriptionis ratione ſubiectæ *Materiæ*; nempe non pertinere hanc præſcriptionem 30. annorum ad eas actiones, quæ certis temporibus antiquitus incluſæ erant, ſed ad eas tantùm actiones, quæ perpetuæ videbantur, ſeu quæ perpeteis aut infinitis ſæculis ſeruabantur. Quod ipſum *d. Nouell. Valentin.* 12. confirmatur. Quod etiam Interpres hîc rectè aſſequutus eſt his verbis: *Nam & hoc lex iſta euidenter exponit, vt ſicut illa, quæ perpetua erant, ad tricennium iuſſa ſunt reuocari, ita omnes cauſæ, quibus infra Tricennium tempora conſtituta ſunt, ſuis quibuſque locis & temporibus obſeruentur: hoc eſt, vt quæcunque ſeu de vicennio, ſeu de decennio, ſeu de quinquennio, ſeu de anni ſpatio poſita ſunt, & his ſimilia, nullatenus ad tricennium perducantur.* Inofficioſi igitur querela etiam poſt hanc conſtitutionem quinquennio finitur *l. vn. ſup. de dolo malo*, ſeu biennio ex iure Iuſtinianeo.

¶ Poſtrema ſententia quæ habetur *verſ. annorum autem*: *& verſ verum*, eſt de præſcriptionibus *huius legis* tempore iam cœptis; de quibus iſtud cauetur: ſi triginta anni penitus effluxerunt ante *hanc legem*, decem adhuc annos ad præſcriptionem complendam vel interpellandam concedi: ſi de triginta annis ſuperſint decem, vel plures, ad præſcriptionem interpellandam, tempus quod ſupereſt ſufficere: ſi verò minus quàm decem annorum ſpatium ſuperſit, ad præſcriptionem interpellandam decem annorum ſpatium repleri. Poſt hæc nemini ſpatium prorogandum, etiamſi legis ignorantiam obtendat: nempe enim perpenſas longa deliberatione Imperatorum conſtitutiones nulli ignorare licet *l.* 2. *ſup. de conſtitut. Princip.* vbi v. plura.

# DE QVINQVENNII PRÆSCRIPTIONE.

## TITVLVS XV.

### VII. COD. IVST. Tit. XXXVII. De quadriennij præſcriptione.

1.* Impp. HONOR. & Theod.″ AA. Palladio PF. P. Poſt alia.

COMPETITOREM″ quinquennij poſſeſſor eliminet″: debet enim iuxta Conſtantinianæ † Legis indultum, hoc priuilegio″ petitor arceri, quo fiſcus noſter excluditur. Quod ſi quando fortaſſis emerſerit, Iudices competitionis obreptione reſciſſâ, tuitionem″ pulſatis″ præſtare iubemus enixam, quibus tamen luſtralis″ aderit abſque interpellatione″ poſſeſſio. Dat. VIII. Id. Iul. Rauenn. Euſtaſio″ & Agricola COSS. [421.]

INTERPRETATIO. *Quicunque rem fiſcalem per quinquennium poſſediſſe probatur, ita vt exinde à nullo fuerit expulſus, & hanc ipſam rem aliquis ſibi petere à Principe voluerit, poſſidenti in tantum lege conſultum eſt, vt etiam tuitionem ferre poſſeſſori Iudicem iuſſerit, & competitionis Conſtitutionem″ ordinauerit reſcindendam, ſi tamen ille qui poſſedit ſine vlla inquietudine per quinquennium ſe docuerit poſſidere, quia hoc ſpatio temporis ab eo, qui ſine moleſtia poſſedit, etiam fiſcum ſuum excludi iuſſit.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. quia ſcilicet *competitiones* bonorum poſtea ſublatæ fuerunt *Nouell.* Valentiniani *de competitionibus* (vnde deſumpta eſt *lex* 2. *Cod. de petitionibus bonorum ſublatis*) Quænam autem huic iungendæ ſint? mox dicam.

″ *Et Conſtantius* Hoc addendum eſſe præter ipſam temporis rationem docent *d. lex* 29. *&* 30. quas huic noſtræ coniungendas dixi. Et *lex* 2 *ſup de repudiis*.

″ *Competitor* eſt, qui bona mortuorum, vel proſcriptorum, vacantia, vel caduca, à Principe petit & impetrat: de quo *inf de petition*.

† Forſè intelligit *l* 3. *inf. de iure fiſci* ſeu *l. iuſtas* 6. *Cod. eod. tit.*

″ Priuilegium poſſeſſionis, ſeu præſcriptionem quinquennij intelligit.

″ *Tuitionis* ciuilis exemplum alterum vide *in l. vn. ſup. ſi quacunque præditus poteſtate*.

″ Poſſeſſoribus conuocatis.

″ *Luſtralis poſſeſſio* eſt quinquennij præſcriptio: *Luſtrum* in libris iuris eſt quinquennium abſolutum, ſeu quinque anni ſolidi, vt ex *h. l.* & interpretatione apertiſſimè liquet: Quod vt dupondiis notiſſimum, ita à Petauio rectè hinc quoque notatum *in Notis add. ad Iuliani Imp. ep.* 36. *p.* 417. 418. 419.

″ De hoc dictum ad *l. vn. ſup. de longi temporis præſcriptione*.

″ *ꝶ. Euſtathio.*

COMMENTARIVS.

COMPETITORVM, id eſt, eorum qui vacantia & caduca, vel etiam proſcriptorum bona à Principe petere ſolent (de quibus erit *infr.lib.*10. *titulus de petition.* & aliquot ſequentes) auiditati modum prolixà conſtitutione impoſitum iuit Honorius: cuius hæc pars eſt, vnà cum tribus aliis hoc Codice: putà *l.*23. *infr. de bonis proſcript.l.*29. 30. *infr.de petition.* quæque adeo *huic* coniungendæ ſunt, vnde deſumptæ quoque tres aliæ quæ Cod. Iuſt. occurrunt: putà *l.*4.*de bon. vac. l.vlt.de iure fiſci*: *l.*3.*de requir.reis.* Et ſic vnius eiuſdémque conſtitutionis ſeptem partes ſuperſunt. ¶ Inter cætera igitur *h.l.* quinquennij præſcriptione obiectâ competitorum auiditati modum imponit, & quidem, 1. Conſtantinianeæ legis præiudicio, 2. prælatóque ipſius fiſci ſui exemplo. VACANTIVM ſcilicet bonorum vel caducorum denunciationem, occupationem quinquennio præſcribi voluit Conſtantinus M. (conſtitutione ſuâ, quæ videri cui poſſit eſſe *lex, inſtas,* 3. *infr.de iure fiſci.*) quod & *hâc* Honorij *conſtit.* probatur, id eſt, ſi intra quinquennium à die vacationis vel caducitatis bona non fuiſſent fiſco nunciata, fiſcum à poſſeſſore Conſtantinus repelli voluit. Quanquam veteri, & Iuſtinianeo deinceps iure non quinquennij, verùm quadriennij præſcriptioni locum fuiſſe conſtet ex *l.*1.§.2.*π, de iure fiſci*: *& l.*1. *C. de quadriennij præſcriptione.* Non admittitur itaque Conſtantinianeo & Honoriano iure inſpecto, is qui poſt quinquennium, veteri qui poſt quadriennium, fiſco bona vacantia, quæ ſcilicet quinquennio, vel quadriennio vacarant, nunciat, neque fiſco ea poſt quinquennium vindicantur. Ita ſanè commiſſi quoque cauſa quinquennio pariter finitur: *l.*2. *Cod. de vectigalib. & commiſſis.* Et has ſuas cauſas intelligit *lex* 13. *π. de diuerſis temporalib. præſcriptionib. & l.*3. *π. de requirendis, vel abſentib. damnandis*: Cæteræ cauſæ fiſcales finiuntur præſcriptione 20. annorum *d. l.*3. *& l.*1. §.3. *π. de iure fiſci.* Hùc verò conuenit querela Symmachi *lib.*10. *ep.* 55. vbi agit de Martiano quodam Protectore, qui à Gratiano Imp. Aggariæ cuiuſdam tãquam bona vacantia poſtularat, & ad cuius poſtulationem Gratianus ſtatuerat, vt ſi ea hæreditas ſcriptum ſucceſſorem, vel legitimum non haberet, in ius fiſci tanquam domino nuda concederet, & tunc inſinuato per Rationalem patrimonij modo, opperiretur petitor quod ei ſacra deferret humanitas. Querela Symmachi hæc eſt: *Annus ferè ſecundus eſt: vt per Defenſores & Rationales Auguſtiſſimæ domus, cum iuſtitiâ ſolemnis Oraculi, ſcripti fatigantur hæredes; Licet iam* SEXTVS ANNVS *à teſtamenti recitatione numeretur.* Aliud verò eſt ab eo quod hîc ſtatuitur, illud quod definitur *l.*27. 30. 31. *infr. de petitionibus.* de anno vel ſex menſibus pro ratione locorum ad huiuſmodi controuerſiam finiendam.

¶ Porrò quemadmodum fiſcus intra quinquenniũ vacantia bona non denunciata poſt quinquennium petens, quinquennij præſcriptione à poſſeſſore repellitur, ita & eorum competitorem, id eſt qui ea à Principe impetrauit, repelli nunc vult Honorius. Quæ præſcriptio ſcil. fiſcum repellit, eadem competitorem quoque repellere debet. Quod axioma ad praxin hinc educi poteſt. Exceptiones ſcil. quæ aduerſus donatorem locum obtinent, eædem proculdubio donatarium repellunt. Breuiter; Donatarius donantis iure vtitur: vt cæteroquin Nemo plus iuris in alium quàm ipſe habeat, transferre poteſt; & vt Seneca loquitur 5. *de beneſic.* 12. *Nemo poteſt, quod non habet, dare.* Non debeo denique melioris eſſe conditionis quàm Author meus à quo ius in me tranſiit. ¶ Cæterùm quemadmodum Honorius fundandæ poſſeſſorum ſecuritati aduerſus petitorum inhiationem, præſcriptione quinquennij competitorem repelli voluit, *h. l.* Ita & Valentinianus Iun. *l. vn. infr. de petit. & deſiſtent.* idémque Honorius *l.* 31. *infr. de petition.* certas temporis metas petitionibus fixêre, ad terminandam litem cœptam.

# DE RE IVDICATA.

## TITVLVS XVI.

### VII. COD. IVST. LII.

### PARATITLON.

RES IVDICATA ea demum dicitur, ſententiæque nomen meretur, cum iudiciali ſententiâ, *l.*1. ſententiâ à ſuo Iudice dictâ, *l.* 2. cauſa deciditur; *d. l.* 1. ſententia iurgium terminans, *l.* 25. *de appellat.* Quam etiam ſola prouocatio ſuſpendere poteſt: *d. l.*1. non etiam impetratum (prouocatione non interpoſitâ) à Principe Reſcriptum, *d.l.*1. Et in genere de rebus iudicatis non reuocandis, vid. *l.*15. *inf. de piſtoribus*: Sententiæ certè Tyrannorum Iudicum nullius momenti habitæ ſeu Tyranno deuicto infirmatæ, *l.*1 *l.*15. *infr. de infirm. his quæ ſub Tyr.* Item ſententiâ à Curiâ liberatus retrahebatur ſi originem Curialem traheret, *l.*68. 77. 89. 172. *de Decurionib.* Actio tandem *iudicati non* procuratori, vel in procuratorem datur, ſed domino & in dominum *l. vlt. de cognit. & procur.*





### 1. *Imp. Conſtantinus A. ad Proculum."......

IMPETRATA Reſcripta non placet admitti, ſi deciſæ ſemel cauſæ fuerint Iudiciali ſententiâ, quam prouocatio nulla ſuſpendit: ſed eos qui tale" Reſcriptum meruerint, etiam limine iudiciorum expelli. Dat. VII." Kal. Ian. Conſtantino A.V." & Licinio COSS. [319.]

### NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. ſententiam reſcindi non poſſe.* Eadémque ſententia eſt *legis* 17. *infr. de appellation. & l.*1. *in fin. de his qui per metum Iudicis.* Hæc lex aberat à Tiliana edit.

" *Proculus* hic Proconſul Africæ erat, vt probant hoc ipſo anno *lex* 1. *inf. de itinere muniendo*: Et *lex* 2. *inf. de Priuilegiis eorum qui in ſacro Palatio.* Eidem inſcribitur hoc ipſo anno VII. Kal. Maij *l.*2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*: vbi fortè reponendum pariter vt hîc, VII. *Kal. Ian.*

" *Talia reſcripta*, Cod. Iuſt.

" VI. Cod. Iuſt. malè.

" Hoc omiſſum in Cod. Iuſt.

### COMMENTARIVS.

RESCRIPTIS rem iudicatam (non interpoſitâ appellatione) retractari vetat Conſtantinus *hâc constitutione*: pariter, vt idem vetat *l.*17. *infr. de appellationib. & l.*1. *infr. de his qui per metum iudicis*: (quæ duæ leges inter ſe coniungendæ ſunt, velut vnius & eiuſdem Conſtantinianei Edicti partes) ſententiis denique finita negotia reſcriptis reuocari non oportet: *l.* 1. *Cod. de errorib. aduocatorum*: Sententia ſcilicet reſcindi non poteſt, niſi remedio appellationis, aut reſtitutionis in integrum: Alioquin qui huiuſmodi Reſcriptum impetrauit, *hac* Conſtantini *lege Iudiciorum limine expelli* iubetur, id eſt, ne audiri quidem debet. Imò eum repelli velut infamem voluit Tribonianus in *l. vlt. Cod. vt lite pendente.* Cùm alioquin deportationis pœna *dict. l.*17. *infr. de appellationib.* (vnde *lex illa* exſcripta eſt, & *d. l.* 1.) infligatur, vbi dicam adhuc plenius.

¶ Obſeruetur interim ex *hac lege*, rerum indicatarum apud Conſtantinum M. Auctoritas, quam Principali auctoritate euerti noluit: Sicut viceuerſâ, legum Principalium auctoritatem *conſuetudinis* prærogatiua ſeu auctoritate vinci idem noluit, *l.*2. *Cod. quæ ſit longa conſu.* quæ hoc ipſo anno, eidem *Proculo* inſcribitur, VII. Kal. Maij: vbi fortè VII. *Kal. Ian.* reſcribendum, vt ita *huic legi* coniungatur. Quod ſi ita eſt, tum dicendum fuerit, eadem conſtitutione Cõſtantinum ab vnâ parte Legum Principalium, ab alterâ verò, Rerum ritè iudicatarum auctoritatem ſancitum iuiſſe; aduerſus Reſcriptorum & conſuetudinis auctoritatem. Quod in genere attinet, de Reſcriptorum inualiditate variis ex cauſis, v. *Paratitlon, de diu. reſcript.*

### II. *Imppp. GRATIANVS Valent. & Theod. AAA. ad Potitum Vica." Poſt alia.

IN" priuatorum cauſis huiuſmodi forma ſeruetur, Ne" quenquam litigatorum ſententia non à ſuo Iudice dicta conſtringat. Dat." x. Kal. Octob. Rom. Auſonio & Olibrio COSS. [379.]

INTERPRETATIO. *In cauſis priuatorum talis ratio obſeruetur, vt nullus" alterius Iudicis, niſi ſui ſententia teneatur.*

### NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod ſi à non competente iudice iudicatum eſſe dicatur.* Memorat hanc *legem* è Cod. Iuſt. Gregorius M. *lib.*11. *ep.*54. Infarta & *huius legis* verba, nonnullis reciſis & mutatis, in Zephyrini *ep.* 1. *p.* 235. Fabiani *epiſt.* 3. *p.*304. Et Euſebij 3. *p.*416. & Iulij *ep.*2. *c.*34. *p* 473.

" Vrbis Romæ: de quo mox. Malè apud Gregorium, *ad Pontium Mutium.*

" *Et à priuatorum.* Ita Cod. Iuſt.

" Reſcribendum eſt, vel *Reddita*, vel *Propoſita*: vt *l.*1. *qui bonis ex Leg. Iul. ced.* vel. Accepta, vt *d.l.*1. *de Princip. Agent.* vel ſanè, *Data*, pro reddita accipiendum.

" Infarta hæc interpretis verba, Caliſti *ep.*2 *p.*258. Sixti. 2. *ep.*2. *p.*347. Iulij, *ep.*2. *c.*6 *p.*464.

### COMMENTARIVS.

A NON SVO IVDICE dictâ ſententiâ litigatores non conſtringi, atque adeò (nam id inde conſequitur) ipſo iure nullam eam eſſe citra appellationem, vt iuris notiſſimi eſt, ídque inter alias leges probat quoque *lex* 6. §.10. *π. de iniuſto, rupto teſt.* ita & *hâc* quoque Gratiani *lege* conſtituitur. ¶ Idque nominatim in ſp. *huius l.* in *Priuatorum* litigatorum cauſis definitur. Quare Græci in exemplo ad *hanc leg.* apponendo lapſi ſunt: & Tribonianus quoque leui licet mutatione, hiſtoriæ veritatem interpolauit. *Græci* inquam ſpeciem ponunt in Procuratore Cæſaris, ſeu Rationali, à quo ſi datus fuerit Index inter priuatos, dicta ab eo ſententia ipſo iure non valet. Quod etſi verùm ſit,

*hùc* tamen propriè non facit, mox vt oſtendam. Tribonianus verò vnica vocula, ET, addita, *huius legis* ſententiam inuertit, quaſi iſthæc ea ſit non ſolùm in fiſcalibus, ſed etiam in priuatorum cauſis ſententiam ab incompetente Iudice dictam, nullam eſſe. Quod & ipſum, etſi verum ſit, attamen ad ſpeciem ſeu hypotheſim *huius leg.* nil facit. ¶ Quid igitur? In ſpecie *huius leg.* de priuatis litigatoribus tantùm agebatur, vt verba eius teſtantur. Quare exemplum apponendum venit in Iudice, qui ipſe quidem inter priuatos Iudex eſt: verùm inter aliquos incompetens eſt. Quò etiam facit inſcriptio legis, data ea quippe eſt ad Potitum *Vicarium*, vrbis Romæ ſcilicet, vt probat *lex* 1. *infr. de Princip. agent. in reb.* ac præterea *huius leg.* ſubſcriptio, *Dat.* [id eſt redd.] *Romæ.* In vrbe Româ ſcilicet varij Magiſtratus, ſeu Iudices, erant priuatarum cauſarum Iudices, ſeu inter priuatos, quorum diſtincta iuriſdictio erat, & ſeparata ratio: quod etiam indicatur *l. vn. de his qui ven. ætat.* Erat *Præfectus Vrbi*, qui Senatorum proprius Iudex erat, de quo *ſup. tit. de Iuriſdict.* Erat *Vicarius Vrbis*, qui vices Præfecti Prætorio ibi gerebat. Erat *Præfectus annonæ*, qui & ipſe cauſas priuatorum audiebat, & diſcingebat, vbi de annona inter eos ageretur, déque rebus in foro venalibus, vt docet vel *lex* 1. *ſup. de contrah. empt.* Erat *Præfectus Vigilium*, qui Equitum Romanorum Iudex erat, *dict. l. vn. ſup. de his qui ven. æt.* Erant *Prætores*, ad quos ordinaria iuriſdictio inter priuatos pertinebat. Igitur Gratianus *hâc l.* Iuriſdictionis cuiuſque FORMAM in vrbe SERVARI voluit: ſiue quia contrà euenerat, ſiue ne id deinceps eueniret. Et ſi coniecturæ locus eſt, fortè ipſimet Vicarij vrbis, huic legi occaſionem præbuêre, aliique Magiſtratus Prouinciarum, qui ſub Vicarij vrbis diſpoſitione erant. Paucorum certè ante annorum hiſtoria exemplum ſuppeditat, de Maximino Vicario vrbis mox & PP. ad cuius nutũ & voluntatem, ab his qui Vicariam Præfecturam in vrbe curabant, multa contra quàm oportuerat geſta fuêre, per eorum iniquitatem, velut Miniſtris & Apparitoribus Maximini iſtius, & quidem aduerſus Senatores, quod prolixè memorat & deflet Amm. Marcellinus *lib. 28. p. 389. 390. & 391.* Certè cùm & ipſe, & Vicarij vrbis, aliique ſub eo conſtituti, aliquandiu ſeſe intoleranter extuliſſent, Gratianus primùm ad Senatus Romani querelam non vnâ ratione & conſtitutione modum his poſuit, iam Anno 376. *l. 13. infr. de accuſationibus*: vbi *Vicarij* inter alios de capite *Senatoris* ſententiam ferre vetantur: *l. 2. Ne præter crim. Maieſt. l. 3. de quæſtionibus*: *l. vn. ne in ſuâ cauſâ.* Mox & ipſum Maximinum gladio iugulari fecit, eo ipſo Anno 376. Valente V. & Valentiniano Iun. Coſſ. Ergo ſimili vſurpationi *hâc* Gratiani *lege* occurritur, intra eandem Vrbis Vicariam: ſic vt parum abſit, quin credam, hanc partem eſſe *Mandatorum*, quæ à Gratiano data Potito, cùm ei Vicariam Vrbis crederet: *In priuatorum*, inquit, *cauſis huiuſmodi* FORMA SERVETVR: quod & ipſum FORMÆ nomen ſuadere videatur. Certè *formæ* vox pertinet ad conſtitutiones: vnde paſſim in iure, *forma Iuris*, *Edicti*, *Conſtitutionum*, *Reſcripti*, *Senatuſconſulti.* &c. v. *Gloſſ.* Imo & quod ad *hanc leg.* proximè accedit, *forma Iuriſdictionis*, *l. 31. ff. ad leg. Cornel. de falſis*: *l. 5. §. 1. ff. vt legatorum*: *l. 9. C. de Legatis*: *l. 5. C. vt in poſſ. legator.* Vulgari igitur idiomate noſtro, *cette Ordonnance eſt vn Reglement de Iuriſdiction.*

# DE SENTENTIIS EX PERICVLO″ RECITATIS.

## TITVLVS XVII.

VII. COD. IVST. XLIV. *De Sententiis ex periculo recitandis.* Huius verò Tituli quinque legibus, addatur & ſexta hoc eodem Codice, putà *l. 40 inf de appellationibus.* tota ratio abſoluitur.

″ De hac *Periculi* voce dico plenè ad *l. 2. h. t.*

″ *Recitandis*, Cod. Iuſt. quod melius.

## PARATITLON.

SENTENTIAS ſuas, *Rubr. & l. 1. 2. & 3. h. t. & l. 40. infr. de appellationibus.* omnes, *d. l. 40.* vltimas definitiones, *l. 1.* decreta, *d. l. 1.* præcepta, *l. vlt. h. t. & l. 28. infr. quorum appellationes non recip.* quod Iudices ſenſerint, *l. 3. h. t.* cognitis cauſis, *l. 1.* Iudices vniuerſi, *d. l. 1.* tam ciuiles, *l. 1. 2. 3 & 4.* quàm militares, *l. vlt.* etiam Illuſtres, putà Præfectus vrbi, *dict. l. 2.* in omnibus negotiis, *l. 2.* ſcribere & relegere, *l. 3.* dein deliberationis plenas, *d. l. 2.* quæ iurgantibus ad plenum recenſere poſſit, quidquid negotiis fuerit inlatum, *l. 3.* ex periculo, *Rubr. & l. 2.* de ſcripti recitatione, *d. l. 1.* ſcriptas, *d. l. 1.* ex libello, ſeu de libello, *l. 4. h. t. & l. omnem 40. infr. de appellat.* recitare, *Rubr. & dict. l. 40.* proferre, *l. 1. & 3.* dicere, *d. l. 1.* promere, *l. 2.* dare, *l. 4.* debent partibus præſentibus, *l. vlt.* Ne videl. per errorem Iudicis iterum à primordio nouæ litis ſortiantur euentus, *l. 3.* Alioquin abſque libelli documento & recitatione quod

decernitur



decernitur, præiudicij tantum loco iuſtè ac probabiliter putatur: *d. l. 40.* non vt ſententia valet, *l. 4.* ſententiæ ne quidem nomen habere meretur: *d. l. 1.* nec ad reſciſſionem eius appellationis ſolemnitas requiritur: *d. l. 1. & d. l. 40.* Viciſſim præceptum ſeu ſententia, eum quem dixi in modum, præſentibus partibus dicta, immutari amplius non poteſt. *l. vlt. h. t.*

---

### ¶ NVLLAM *eſſe ipſo iure ſententiam, quæ de ſcripto non recitatur.*

1. * Imppp. VALENT. Valens & Grat. AAA. ad Probum″ PP.

STATVTIS † generalibus iuſſeramus″, vt Iudices vniuerſi, quibus reddendi iuris in prouinciis permittimus″ facultatem, *cognitu*″ *cauſis* vltimas″ definitiones de ſcripti recitatione proferant.″ Huic adiicimus ſanctioni, vt ſententia quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, ne nomen quidem *Sententiæ* habere mereatur; nec ad reſciſſionem perperam decretorum, appellationis ſolemnitas requiratur. Dat. III. Non. Dec. Treu.″ Grat. A. III. & Equitio v. c. COSS. [374.]

## NOTÆ.

* Lex 3. *ſeu vlt Cod. eod. tit.* Aberat hæc lex à Til. edit. Concordat verò huic legi, *lex 4 h. t. & l. 40. inf. de appellat.*

″ Eidem *Probo PP.* inſcribitur *l. 2. Cod. eod. tit.* de quo mox.

† Intelligit legem ſuam 2. *Cod. eod. tit.* quæ quadriennio ante hanc leg. ad eundem Probum PP. data eſt A. D. 371.

″ *Iuſſimus.* C. Iuſt. Hoc melius: *iuſſeramus*, ante quadriennium ſcilicet.

″ *Permiſimus.* C. Iuſt. *Permittimus* verò, id eſt, committimus, concedimus, tribuimus.

″ Id eſt, poſt cognitas cauſas.

″ Et quidem ipſi per ſe: de quo mox.

″ *Valentinianus* cuius hæc lex eſt, poſt fœdus prope Mogontiacum cum Macriano Alamannorum R. impletum, *Treueros* ad hyberna reuertit, teſte Am. Marcellino *lib. 30. in geſtis huius anni 374 p. 448.* In Cod. Iuſt. malè hic editum, *Tribus*, pro *Triberu.*

## COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Senioris conſtitutio iſthæc eſt, de ſententiis ex periculo ſeu ſcripto recitandis. Quâ quidem partim confirmat anteriorem ſuper hoc quandam legem ſuam generalem; putà *l. 2. Cod. eod. tit.* partim verò ei quid per conſequens adiicit. ¶ Nempe eâ, quæ data eſt ad eundem Probum PP. ante quadriennium, ſtatuto generali iuſſerat omnes, *quos cognoſcendi & pronunciandi neceſſitas tenet*, (vt *illâ l.* dicitur,) id eſt, Iudices vniuerſos, vt *hâc l.* id effertur, quibus reddendi iuris in prouinciis facultas tributa eſt, imò etiam Illuſtres, & in his ipſos Præfectos Prætorio, ſententias de ſcripto recitare oportere: & quidem Spectabiles & Clariſſimos, per ſe & ipſoſmet ore ſuo: Illuſtres verò ſi vellent per officium ſuum, & eos qui miniſterium ſuum eis adcommodant, (de quo *ad l. 2. inf.* pleniùs.) Id inquam ita ſtatuerat *illâ l.* Valentinianus, ſi non Tribonianus de ſuo ei aliquid adtexuit. ¶ At enim illi legi, ſeu ſanctioni, id nunc adiicit, in tantum ſententiam à Iudice de ſcripto recitari oportere, vt ſi id factum non fuerit, ne ſententiæ quidem nomen mereatur: i. ipſo iure nulla ſit, de quo v. Scacciam *de ſentent. Gloſſ. 12.* neque ab eâ appellare neceſſe ſit (vt cæteroquin à ſententiâ nullâ appellari nil neceſſe eſt, de quo ſuo *tit.* ac nominatim *l. 53. de appellationib.* v. & *tit. Cod. quando prouocare non eſt neceſſe.*) Quod & ipſum iam antea ſtatutum fuerat à Valeriano & Gallæcio *l. 1. Cod. eod. tit.* & à Valentiniano Iun. poſteà *l. 40. inf. de appellation.* ¶ Inter hæc interim *huius tituli* initia, notandum, alios quoque ſcriptores, huius iuris moríſque meminiſſe. In Actis *collat. Carthag. die 3. an. 584. Interlocutio. Si nihil ſupereſt quod legatur, debere partes exire, vt ſcribi poſſit ſententia plena.* Eodem etiam ferme pertinet *Nouella* Leonis 45. qui prætereà manu Iudicis ſententiam obſignari voluit, διὰ τῆς ὑπογραφῆς [illegible] οἰκείᾳ χειρί. Notandum & illud, apud Iulianum duas exceptiones occurrere, in quibus ſine ſcripto ſententia ferri poteſt: quas ſuppeditat *Nouella 16. cap. 3.* & *Nouella 83. c. 1.* quam vtramque complexus eſt Irnerius *Authentica*, *niſi*, *Cod. hoc titulo.*

¶ PRÆFECTVM

¶ PRÆFECTVM VRBIS *vel* PRÆFECTVM PRÆTORIO *quoque in omnibus negotiis ſententiam ex periculo recitare debere.*

11. * Imppp. Gratianus″ Valentin. & THEOD. AAA. Clearcho PF. V.″

PARERE Sublimitatem Tuam noſtris Legibus † conuenit, Vt in omnibus negotiis ex periculo″ promatur *deliberationis*″ plena″ ſententia. Dat. XVI.″ Kal. Ian.″ Conſtantinop. Antonio & Siagrio COSS. [382.]

INTERPRETATIO. *Obſeruare Iudices ſpecialiter debent, vt in omnibus cauſis ſententia quæ deliberata fuerit conſtitutis pariter partibus recitetur, vt ab his, à quibus cauſa dicta eſt, ad integrum quæ data fuerit ſententia, cognoſcatur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod Iuſt. de cuius rei ratione mox.
″ Malè in Til. edit. *Valentinianus, Valens & Gratianus.*
″ In Cuiac. edit. PP. de quo mox.
† Leges Theodoſij anteriores nota ſuper hâc re.
″ De hâc *periculi* voce mox.
″ Eadem voce vtitur *l. 1. Cod. eod. tit.*
″ Sic *l. 3. inf.* quæ iurgantibus AD PLENVM recenſere poſſit, quidquid negotij fuerit inlatum.
″ Abeſt ab Aniano optimæ notæ.
″ *Iun.* in eodem Aniano optimæ notæ.

## COMMENTARIVS.

THEODOSII M. conſtitutio iſthæc eſt, de ſententiis ex periculo recitandis; quâ generaliter iubet, eum quoque cui hæc lex inſcribitur, puta PRÆFECTVM VRBIS, vel PRÆFECTVM PRÆTORIO ſententias ſuas ex periculo promere, & quidem quod ſecundum in omnibus negotiis. ¶ Dixi, *Præfectum Vrbis*, vel *Præfectum Prætorio*: nempe enim Clearcho P. V. hæc lex inſcribitur, vt habent Codices, vt *Cuiaciana edit.* pariter, vt *l. 3. prox.* Eidémque Clearcho Præfecto vrbis præterea inſcribitur hoc ipſo anno *l. 3. inf. de Aquæductu*: At PP. habet *lex 3. prox.* & *lex 93. infr. de Decurionib.* vt & anno prox. 383. *l. 1. vt dignitatum ordo*: & anno 384. vbi *l. 3. de Senatorib. & glebali collat.* Extat tandem ad eundem, ſine die, & Coſ. & ſine dignitate *lex* 11. *Cod. Iuſt. de dignitatibus.* Vbi agitur de Præfecto Vrbis diſertè. Certè idem ſub Valente ante duodecennium fermè P. V. fuit, cui ideò inſcribitur A. D. 370. *l. vn. de iure Italico an.* 372. *l. 7. de annonis ciuicis*, *l. 2. de Prætoribus*: cuius Clearchi P. V. ſub Valente meminit Socrates *lib. 4. cap.* 8. & Hieronymus *Chronico.* Ad hunc eundem denique exſtant plures Libanij Epiſtolæ. Ergo ſic liquet, hanc *legem* Clearcho Præfecto Vrbis, vel Præfecto Prætorio inſcribi, quod vtique ſcire plurimùm iuuat, quia diſpoſitio *huius legis* non in genere tantùm *Iudices*, quod Interpres habet, verùm nominatim eum reſpicit: *Parêre*, inquit, *Sublimitatem Tuam noſtris Legibus conuenit.* Ergo Præfectus quoque vrbi, vel Præfectus Prætorio *hâc l.* iubetur, in omnibus negotiis ex periculo deliberationis plenam ſententiam promere: vbi ſanè *Sublimitatis* Titulus vtrique, & Præfecto Vrbis, & Prætorio conuenit: qui & omnibus Illuſtribus communis eſt. Vnde iam conficitur, *Illuſtres* quoque de periculo ſententias ſuas promere debuiſſe: Quod in Præfecto Vrbis quoque obtinuit: In Præfecto Prætorio aliquando aliter obſeruatum; ſuo certè tempore Caſſiodorus in formulâ Præfecturæ Prætorianæ *lib. 6. var. 3.* iura cum Principe Præfecti Prætoria communia ediſſerens, inter alia quoque ponit: *verbo ſententiam dicit*, & ſubiungit: *Quid quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium?* Quomodo & aliàs in nonnullis Præfectus Vrbis, & Præfectus Prætorio diuerſo iure aliquando egêre: ſic enim à Præfecto Vrbis appellari potuit, cùm à Præfecto Prætorio aliquando non poſſet: de quo dicam ad *l. 25. & 30. infr. de appellationibus*: quod & ipſum Caſſiodorus teſtatur *in prædicta formula.* Atenim hoc tempore atque hâc in re Præfectus Vrbis, & Præfectus Prætorio pari paſſu ambulaſſe videntur: imò Illuſtres omnes, *arg. l. 2. Cod. eod. tit.* Illúdque tantùm Illuſtribus vniuerſis *eâ l.* ne quis erret, pro priuilegio conceſſum fuit, vt etiam per Officium ſum, & eos qui miniſterium eis ſuum accommodant, ſententias recitare liceret: *d. l. 2.* quæ ad Probum PP. data eſt, quod & ipſum fortè indicari videatur, *l. 1. ſup.* quæ ad eundem *Probum* PP. data eſt: Eſt enim ea de Iudicibus id eſt, Rectoribus Prouinciarum, qui *ipſi* proferre ſententiam de ſcripto *eâ leg.* iubentur. Et hæc de prima Ampliatione *huius leg.* ratione perſonarum, ſeu Magiſtratuum. Altera eſt ratione negotiorum: nempe in omnibus negotiis hanc Regulam obtinere vult Imperator; ad quam tamen limitationes plures adferunt Doctores, de quibus Scaccia *de ſententiis, & de re iudicata, Gloſſ.* 12.

¶ Nunc verò tempus eſt, vt de voce *Periculi* hîc agamus, cuius præter Rubricam, hâc vnicâ Theodoſij conſtitutione *hoc Codice* mentio fit: de quo tot hactenùs ſententiæ extant: & ante Alciatum, quod ipſemet dixit, *Diſpunct. lib. 1. cap.* 21. meræ ἐπιφυλλίδες ϰ̀ σωμύματα erant. Mentio verò eiuſdem fit quoque in *Notis Iuris Magonis*, vbi ita ſcriptum: & continuo quidem ductu ſic: *D. P. De periculo*: *D. L. De libello.* Nempe de eodem hæc dicuntur, *de periculo*, inquam, & *de libello*: Quódque hîc dicitur de ſententiâ *ex periculo* promendâ, alibi dicitur *de*, vel *ex libello*, *l. 4. hoc tit. & l. omnem 40. infr. de appellat.* de ſcripti recitatione, *l. 1. ſupr.* vnde & ſcriptæ ſententiæ, *d. l. 1. ſup.* Scriptores alij, *Tabellam* vocant: Tertullianus, *Apologetico*, *Quid de tabella recitatis illum Chriſtianum.* Apuleius *Floridorum* 1. *circa finem.* *Enimuerò ipſe Proconſul moderatâ voce rarenter & ſedens loquitur, & plerumque de Tabella legit.* Et mox: *Proconſulis Tabella, ſententia eſt.* Alludit & *lex vlt. Cod. de præd. Decurionum.* Huiúſque rei plenæ ſunt Martyrum vitæ, actáque Proconſularia. Sic rem tenemus. ¶ At de voce, ingens hodie diſputatio, cuiuſnam æui ea fuerit, ſeu quàm antiqua, quæve nominis iſtius ratio ſit. Nobis certè placet, hanc huius primùm æui vocem hâc in re eſſe, neque antiquiorem: cuius etiam antiquiſſima mentio occurrit in *hâc* Theodoſij M. *leg.* A. D. 382. Et tamen Ciceronis iam locus affertur, *lib. 1. de legibus.* verùm falſo: clarè enim ibi MSS. præferunt, in *iſto libello*, non *in periculo.* Adfertur & locus eiuſdem ex *Frumentariâ.* Verùm aliter eum accipiendum rectè docuit Hotomannus *3. obſeruat.* 2. Tabulas ſcilicet publicas Magiſtratuum pericula, eo loco vocat Tullius, eò quod Magiſtratuũ adminiſtrationis tabulæ à Scribis diligenter conficerentur, ex quibus poſtea ratio adminiſtrationis Senatui reddi poſſet: & ſic ſi repetundarum arguerentur, accuſatoribus ſatisfieret, quod paſſim ex *Verrinis* conſtat. Ideò aptiſſimè quibus illarum tabularum cuſtodia committitur, *periculum Magiſtratuum* committi dicitur; eodem ſenſu, quo ipſe Cicero *ſuum ſcelus & periculum committere* dixit, *pro Cluentio, paucis à fine pagellis.* Adfertur & tertiò Ciceronis locus, vbi de Poëmate *de Mario* agit. Adfertur quarto loco Æmilij Probi locus, verùm de eo Aldinus Codex ſententiam fert: vbi legitur, non *ſuo periculo*, ſed *ſepulchro*: & rectè: petiiſſe enim proponitur eò loci Epaminondas vt ſepulchro ſuo ſeu cippo inſcriberetur id quod eo loco indicatur. Et certè Plutarchus & Ælianus, *lib. 3. variarum* στήλην, id eſt, columnam, titulum vocant. Adfertur quinto loco locus ex collatione Carthaginenſi 2. *cap.* 68. Et id malè: ibi quippe *periculi* vox proprio ſignificatu effertur. Capitolini, qui hoc Conſtantini ſæculo vixit, locus, *in Marco Antonino*, hùc magis facere videatur: vbi ſcribit, *Marcum habuiſſe ſecum Præfectos, quorum & authoritate & periculo ſemper iura dictauit*: Loci enim illius ſenſus non eſt, qui *legis* 2. ff. *quod quiſque iuris*: Neque etiam eſt ille, quaſi Præfectis ſuis poteſtatem iudicandi abſque prouocatione conceſſiſſe Marcus iudicetur, quod alieniſſimum eſt: nam & inauditum, *periculo ſuo iudicare*, ſeu *periculi ſui iudices*, dici eos à quibus non appellaretur: ſed & Marcus *dicto loco* ipſe *iura dictaſſe* dicitur, non verò Præfecti, etſi eorum auctoritate & periculo: denique *Iura dictare* non eſt Iudicium exercere, verùm Principis iure leges & conſtitutiones promulgare, vel Reſcripto edere. Quare huius loci hic ſenſus fuerit, Marcum non modò Præfectorum conſilium in dictando iure ſecutum, verùm inſuper & *formulam* ab his præſcriptam. Et in hac quoque ſententiâ Amayam poſtea fuiſſe vidi. Et ita quidẽ de his ſentiendum puto etſi diſſentiat in pleriſque Cuiacius, 5. *obſeru.* 25. *& Paratitlis*, vt & *Recitationibus in Codicem, tit. de ſent. ex periculo recit.* & Sauaro *in Æmilium Probum, ad p.* 78. & Salmaſius in multis, *de modo vſurarum, cap.* 15. Vnus ſupereſt Ammiani Marcellini locus *lib.* 31. *p.* 474. expendẽdus: vbi *ſui periculi Iudices* vocantur: *Nam, vt alia omittamus, quæ memorati, vel certè ſinentibus iiſdem alij, perditis rationibus in commeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt, illud dicetur, quod nec apud ſui periculi Iudices abſoluere vlla poterat venia, triſte, & inauditum: cùm traducti Barbari*, &c. Agit hoc loco Marcellinus de Lupicino & Maximo Ducibus rei militaris, qui per auaritiam multa nefanda aduerſus Gothos ſiue Scythas, qui in Thraciam à Valente Imp. fuerant recepti, admiſerant: vbi vnum inter alia exemplum triſte & inauditum memoraturus præfatur; *id neque apud ſui periculi Iudices vllam veniam abſoluere poſſe*; id eſt excuſari, criminéque liberari ab vllo Iudice poſſe, *nequidem à ſui periculi Iudice*: vbi recta Valeſij interpretatio eſt, quod *ſui periculi Iudices* à Marcellino dicantur ipſi, qui facinus admiſerunt, in ſua cauſa & proprio periculo Iudices conſtituti. Ita certè Cicero, quẽ ſubinde imitatur & exprimit Marcellinus pluſquam 20. *locis*: & verò hic quoque expreſſit *pro Deiotaro cap. 2.* *Nemo enim ferè eſt qui ſui periculi Iudex, non ſibi ſe æquiorem quàm reo præbeat*: vbi *ſui periculi Iudicem* pariter vocat Iudicem, cuius periculum in cauſa vertitur.

Neque probanda ſententia CL. Salmaſij *in Hiſt. Auguſt.* & *de modo vſurar. cap* 15. *pag.* 672. *&c.* vbi *ſui periculi Iudices* vocari cenſet, à quibus appellare non liceret, quibúſque liberum eſſet quam vellent ferre ſententiam, & ſic *ſui periculi iudicem* id eſt, ſuæ ſententiæ ἰδιογνώμονα, αὐτογνώμονα; & ideo *ſui periculi*, quia ex periculo ſententiæ recitabantur. Ergo Ammiani Marcellini ſenſus eſt, nequidem eum qui in re ſua & cauſa iudicaturus eſſet, cuiúſque periculum in cauſa verteretur, triſte illud facinus excuſare poſſe. Id quod per *conceſſionem* ab eo dictum eſt, non quaſi publicè quiſquam in cauſa ſua Iudex conſtituatur, vel eſſe poſſit: quod vtique vetitum generaliter eo quoque ipſo anno 376. in quem incidunt ea quæ Marcellinus narrat; *leg. vnic. ſup. ne in ſua cauſa quis iudicet.* Denique hoc fermè voluit Marcellinus in ea ſpecie, quod in genere Ouid. *de Ponto, lib. 3. ep. 6.*

*Huic ego, qui patior, nil poſſem demere pœnæ,*
SI IVDIX MERITI *cogerer eſſe* MEI.

Iudex *meriti ſui*, id eſt Iudex *periculi ſui*, vt rectè omnino Valeſius: & Iuuenalis Satyra 13.

*Exemplo quodcunque malo committitur,* IPSI
*Diſplicet* AVTHORI: *prima eſt hæc vltio, quod* SE
IVDICE *nemo nocens abſoluitur.*

¶ Nunc tandem de nominis ratione. Omitto Budæum, Alciatum, Hotomannum, Langlæum, qui vocem *breuiculo* hîc ſubſtituebant, atque ideo *titulum* hunc ita refingebant, *de ſententiis ex breuiculo recitandis.* Omitto ioculares aliorum, & in his Accurſij interpretationes. Mitto quoque eos qui ex *periculo recitare*, interpretantur *de memoria*, ſeu *memoriter*; nam imò planè contrarium: ſiquidem de periculo recitare, eſt de ſcripto, vt *ſuprà* oſtenſum eſt. In genere quidem rectè illi qui *periculum* hîc *libellum* interpretantur; ſed malè cùm hanc rationem nominis reddunt; quod videlicet ex ſententia ſemper aliquis periclitetur, aut Reus, aut Iudex ſi malè damnauit: quod Cuiacius quoque probat. Quid igitur? Periculum nihil aliud eſt quàm cuiuſque rei πεῖρα experimentum (vt rectè etiam Nonius Marcellus *in voce, Periculum*) tentamentum, (quod Alciatus etiam tentauit) ſpecimen, Proba (quæ & ipſa huius æui vox eſt) ſeu formatio & protocollon ſententiæ non ad memoriam vt voluit Alciatus, *diſpunct.* 21. ſed ad iudicium certius formandum, ad ſententiam probè concipiendam. *Periculum* ſcilicet *facere*, aliàs quoque eſt, quid priùs tentare, ne per errorem quid porro fiat. Nos *minutte* vocamus. Et verò hoc illud eſt, quod dicitur *l. 2. Cod. hoc tit.* *ſententias non ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negotium ponderatas ſibi ante* FORMARE & EMENDATAS *ſtatim in libellum ſecurâ ſidelitate conferre Iudices debere, ſcriptáſque ex libello partibus legere.* Hoc illud eſt, quod *hâc leg.* dicitur *Iudicem in omnibus negotiis ex periculo promere debere* DELIBERATIONE *plenâ ſententiam.* Hoc illud eſt, quod *l. 3. prox.* dicitur, *Iudicem in proferendâ ſententiâ, quæ iurgantibus poſſit ad plenum recenſere*

*recenſere quidquid negotij fuerit inlatum, quod ſenſerit ſcribere & relegere debere, ne per* ERROREM *Iudicis iterum à primordio litis ſentiantur euentus*: Ergo *periculum* hîc eſt, tabella, libellus, in quem Iudex poſt cauſæ cognitionem plenâ deliberatione quod ſentit, in ſcripturam redigit, quóque ſibi format ſententiam, eam ſedulò relegendo, ne quid erroris admittatur. Vbi vides, quàm rectè *periculi* vox huic rei omni aptetur: ab acta videl. ſeu à periculo faciendo, tractâ ſignificatione ad ipſam rem & materiam, in quâ periculum fit, ſeu ſententia tentatur, formatur. Vt mirer quoque *periculum* cum *Indice* à nonnullis confundi: nam *Index*, & *per Indicem* eſt, ſummatim & διὰ συντόμων, quod Cuiacius rectè probauit, 5. *obſeru.* 25. At *periculum* hîc plenam deliberationem continet, ad plenum recenſere dicitur quidquid negotij fuit inlatum. Miror & *periculum* hîc à nonnullis accipi, pro argumento & probatione, & ἐλέγχῳ cuiuſque rei. Periculum enim eſt ipſe libellus ſententiæ, non probatio, non argumentum eius. Et hæc quidem hactenùs. ¶ Sed nouæ nunc nuper duæ emerſerunt ſententiæ. Prior eſt V. CL. Iacobi Sirmondi coniectura, quæ in communem iam fermè ſententiam abit, niſi in tempore occurritur, (adeò nouitatis ſtudium placere ſolet) quam ſequuntur quoque clariſſimi viri Heraldus, *obſeruat.* c. 50. & Ampl. Groſius, *in Florum ſparſione*, p. 370. legendum hîc, *ex pariculo*: eandémque vocem reſtituendam contendunt apud Ciceronem, *in frumentariâ*, & apud Probum, *in Epaminonda*, & in Magnonis Notis: *Pariculum* aliò pro ἰσοτύπῳ, & Exemplari accipiant: quomodo *paricla*, & *paricula charta* dicitur apud Marculphum. De Ciceronis, & Probi locis iam ante diximus: ſed quis quæſo primùm *pariculi* vocem huic æuo tribuat Marculpho auctore? Deinde, quid τῷ ἴσῳ, ſeu τῷ ἰσοτύπῳ hâc in re? *Paricula* enim eſt τὸ ἴσον, τὸ ἰσότυπον, exemplum vel ἀπόγραφον, ex authentico deſcriptum. Atqui non ex exemplo, vel exemplari recitata ſententia, verùm ex ipſamet *ſchedâ*, & *prototypo*, ſeu *protocollo*, quod ſanè vnum erat, non vt Heraldus vult, pluribus exemplaribus, ſeu ἰσοτύποις: quomodo & ἀντίγραφα & ἰσότυπα teſtamentorum ſæpè facta, quando formato libello ſtatim ſententia recitabatur. Illud non abnuo, in MSS. Sirmondi, quem ipſe vidi, cùm in Comitatu Regis Chriſtianiſſimi nuper agerem, hanc vocem ita expreſſam, etiam in *Rubrica huius tituli*. Sed proculdubio, illius æui Librarij hanc vocem admiſere, quibus *periculi* vox minus intellecta erat.

Tandem Interpres vel adſecutus non eſt quid eſſet hîc *ex periculo promere ſententiam*, vel de ſuo hæc addidit, ſententia conſtitutis pariter partibus recitetur vt ab his, à quibus cauſa dicta eſt, ad integrum quæ data fuerit ſententia cognoſcatur. *Altera* nouáque eſt Salmaſij interpretatio *in obſeruationib. ad ius Atticum & Romanum, cap.* 6. periculum idem eſſe quod *titulum*, & *indicem*, quo res aliqua probatur & demonſtratur: à voce *perior*, cuius compoſita *experior*, & *comperior*, quæ proprietates ſimplicis exolere oſtendunt. Ergo quod breues admodum fuerint ſententiæ Iudicum quæ in tabulis ſcribebantur, ideò nomine *periculi*, quaſi *tituli* aut *indicis* ipſas tabellas dictas, quâ plerique vel ſingulas literas, vel paucula aliquot verba complectebantur. Verum & hæc abſurda eſt ſententia: Nam imò formatæ ſententiæ totidem verbis in *periculo*, & ad plenum: neque periculum Index eſt, aut titulus.

## ¶ PLENAM *ſententiam ſcribi*, RELEGIQVE, *antequam ea proferatur, oportere.*

### III. * Idem AAA. Clearcho PP.''

IVDEX in proferenda ſententia, quæ iurgantibus poſſit ad plenum recenſere quicquid negotij'' fuerit inlatum; Quod ſenſerit ſcribat, & relegat, ne per errorem Iudicis iterùm à primordio nouæ litis ſentiantur euentus. Dat. x. Kal. Sept. C.P. Antonio & Syagrio COSS. [382.]

### NOTÆ.

* Et hæc lex abeſt à Cod. Iuſt. Fortè etiam illi iungenda lex 7. *inf. ad leg. Iul. Repetundar.* emendatâ alterutrius legis inſcriptione; & quidem, quod magis exiſtimo huius noſtræ: facilis enim lapſus fuit Librarij, vt Clearchi nomen inſcriberet ex memoriâ *legis ſuperioris*. Niſi eodem exemplo ad vtrumque & Florum & Clearchum hæc conſtitutio emiſſa fuerit.

'' De hoc *Clearcho* dixi ad *leg. ſuper.*

'' Dicam mox.

'' *Negotium*, de lite & controuerſiâ, v. Gloſſ. & Symmachum.

### COMMENTARIVS.

THEODOSII M. Secunda iam *hoc titulo* hæc conſtitutio eſt; eodem die data, & ad Iudicum officium pertinens, pariter vt *lex* 4. *inf. ad l. Iul. repet.* Eſt autem hæc, non tam de recitandâ ex periculo ſententiâ, quàm de ea rectè formandâ, & periculo ſententiæ probè concipiendo. Nempe iubet Theodoſius hæc duo: Primùm vt plena ſit Iudicis ſententia, *vt ad plenum inquit, recenſeat iurgantibus quidquid negotij fuerit inlatum*: id eſt, omnem omninò cauſam, vt loquitur *lex* 4. *inf. de relationibus*: ſic & *ſuperiore leg. deliberationis* PLENAM *ſententiam eſſe* iubet: ſic quoque in *Collat. Carthaginienſi die* 3. c. 584. *Interlocutio. Si nihil ſupereſt quod agatur, debere partes exire, vt ſcribi poſſit ſententia* PLENA. Ergo ſententiæ periculum & ſententiam διηγηματικὴν, πραγματικὴν eſſe iubet, quæ ſcilicet factum, factíve meritum ad plenum enarret. Vnde & facta τὰ διηγηματικὰ in *Gloſſ. vet.* & actiones *in factum*, ſeu *facto* conceptæ διηγηματικῶς. Cui concinit omninò, quod Conſtantinus ſtatuit, *l. vlt. Cod.*



*Cod. comminationes epiſtol. id quod magno conflictu ſententiâ decerni ſolet, paucis literis temerè deſcriptis definiri fas non eſſe. Paucis literis deſcripti*, id eſt, per indicem, ſummatim, ταχυμερῶς, διὰ συντόμων, ἐν ὀλιγογραφίᾳ, vt Gregorius Nazianzenus loquitur, temerario ſcripto, tumultuario, & Aduerſariorum inſtar magis quàm ſententiæ. Cui proinde opponitur dictis locis plena ſententia, quæ ad plenum omnia recenſet. Quare & ex hoc loco liquet, quod iam diximus *ad leg. ſuper. periculum* & *Indicem* opponi, quæ tamen etiam Viri Docti commiſcebant. Alludit quóque Auguſtinus, in Breuiculo *collationis coll.* 3. *Legibus Index prohibetur ſemiplenam proferre ſententiam.* v. & *Collationem ipſam Carthagin. die* 3. ¶ Ad eundem ſanè modum (vt ad *ſimilia* procedamus) plenam Arbitri ſententiam eſſe oportet *l.* 19. ff. *de receptis qui arbitr*: ſic & inquiſitio Iudicis plena eſſe debet vt dicitur *l.* 1. *ſup. de Iudiciis.* ſic & Relatio inſtructioque plena ſit oportet *l.* 4. 5. *inf. de relation. l.* 1. 8. 11. 24. *inf. de appellat.* & *d. l.* 1. *inf. ſuprà, de Iudiciis.* Et hæc duo quidem poſtrema, eo fine vt ad iudicium rectè procedi poſſit: noſtrum hoc verò, vt iudicium ipſum quod ſemel placuit rectè formetur. ¶ Eum verò in finem ſententiæ periculum à Iudice relegi, ſedulò ſcilicet iubet Theodoſius: ſubtextâ ratione, *Ne per errorem Iudicis iterùm à primordio nouæ litis ſentiantur euentus.* Quod vt eleganter dictum, ita rebus ipſis nimio plus ſæpè verum eſt, malè conceptâ ſententiâ per errorem Iudicis lites inſtaurari. In eum igitur finem plenam ſententiam & accuratam eſſe oportet: Quò ſpectat accurata *lex* 2. *Cod. eod. tit. Indices*, inquit, *non ſubitas, ſed deliberatione habitâ poſt negotium ſententias ponderatas ſibi ante firment, & emendatas ſtatim in libellum ſecutâ fidelitate conferant.* ¶ Quod verò de Quæſtoris relectione, ſubſcriptione, in Conſtitutionibus Imperialibus requiſitâ cauetur *Nouellâ* 114. id ab hoc loco alienum eſt.

## ¶ NVLLAM *eſſe ſententiam, de libello non recitatam.*

### IIII. * Iidem'' AAA. ad Symmachum P.V.''

SENTENTIA non valeat'', quæ ex libello data non fuerit. Dat. Kal.'' Dec. Mediol. Ricomere & Clearcho COSS. [384.]

### NOTÆ.

* Et hæc lex abeſt à Cod. Iuſt. Iungendáque ei proculdubio *lex* 44. *inf. de appellationibus*: de quo mox.

'' Imò VALENTINIANVS, *Theodoſius & Arcadius AAA.* iam enim Gratianus ſuperiore anno 383. deceſſerat.

'' *Symmachus* hic P.V. Epiſtolarum ſcriptor eſt de quo mox plura.

'' Id eſt, ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur *l.* 1. *ſup.*

'' III. *Kal.* Decemb. in *d. l.* 44. *de appellationibus.*

### COMMENTARIVS.

VALENTINIANI Iunioris hæc conſtitutio eſt, de eodem ſemper, id eſt de ſententiâ ex libello danda: Quæ quidem pars videtur maioris conſtitutionis, vnde deſumpta eſt quoque *lex* 44. *inf. de appellationibus*, quæ proinde huic coaſſanda venit: emendato alterutrubi tantùm die: nam quoad cætera conueniunt, etiam argumento, mox vt oſtendam. ¶ Huius porrò *leg.* eadem ſententia eſt quæ *legis* 1. *ſup.* ſententiam videlicet nullam eſſe, quæ ex libello data non fuerit: Vnde etiam iam ſequitur: ab hac ſententiâ appellare nil neceſſe eſſe: Quod vt *illâ l.* 1. nominatim cauetur; ita *hâc l.* eo ipſo ſatis indicatur, quod ſententia *non valere* dicatur. Sed & id ipſum argumento *dict. l.* 44. quæ huic coniungenda videtur, conficitur: Vbi agitur de appellatione recipienda etiam à præiudicio interpoſita. Contrà eiuſdem Valentiniani Iun. altera ſupèr hoc ipſo conſtitutio extat, putà *lex* 40. *inf. de appellat.* quâ iubet, *Omnem, quæ de libello ſcripta recitatur, dici, atque eſſe ſententiam*: neque præiudicij loco haberi, & ideò ab eâ appellari poſſe. Breuiter ex libello vel periculo recitata ſententia, ſententiæ nomen meretur; non recitata, non meretur.

¶ Vnum monendum ſupereſt, hanc Valentiniani Iun. *leg.* & *d. l.* 44. datam ad *Symmachum* P.V. eſt, cuius epiſtolæ hodie leguntur, & quidem *libro decimo* datæ ab eo in Præfecturâ Vrbanâ. Quam etiam Præfecturam Vrbanam ſibi elatam à Valentiniano Iun. profitetur, *lib.* 10. *epiſt.* 15. eámque à ſe geſtam indicat ſub *Valentiniano, Theodoſio, Arcadio Imppp.* vt ex inſcriptionibus ipſarum Epiſtolarum apparet: Quorum ideo nomina quoque in inſcriptione *huius legis* reſtituenda veniunt, quod iam *in Notis* monui. Id verò à me monitum quoque hîc oportuit, quòd Viri Docti alterum Symmachum, huius patrem, eundémque Præfectum Vrbi, ſub Valentin. Sen. A.D. 364. 365. cum hoc commiſcent.

## ¶ MVTARI *ſententiam ſemel dictam non poſſe.*

### V. * Iidem'' AAA. Timaſio Comiti & Magiſtro Equitum''

CONDITIO'' præceptorum'', partibus præſentibus habita'', non poteſt immutari. Dat. x. Kalend. April. Conſtantinop. Honorio N.P. & Euodio COSS. [386.]

INTERPRETATIO. *Quicquid præſentibus partibus in cauſis fuerit ordinatum, pleniſſimam habebit firmitatem, nec poterit immutari.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. ſiue quia obſcurior ea eſt, ſiue quia plures aliæ in eandem ſententiam occurrunt.
" Qui ſcilicet inſcribendi legi 4. *ſup.* putà *Imppp. Valentinianus* THEODOSIVS, & *Arcadius*.
" De *Timaſio* hoc Magiſtro Militum plenè in Proſopographia.
" Tentaret hîc quis *cognitio*: verùm nil mutandum: de quo mox.
" *Præceptum* hîc eſt ſententia: de quo mox.
" *Haberi* conditio præceptorum dicitur.

## COMMENTARIVS.

THEODOSII M. tertia hæc *hoc titulo* conſtitutio eſt: *de vi & ſtabilitate ſententiæ* ſemel partibus recitatæ, putà, vt ea præſentibus partibus ſemel lata, amplius immutari non poſſit. Quam huius leg. ſententiam Interpretatio quoque *huic l.* ſubdita agnoſcit. Et tamen, in eâ, quamlibet breuiſſimâ multa obſcura occurrunt, quæ ratio etiam fortè fuit omittendæ eius in Codice Iuſt. Triboniano. ¶ Illud primò notandum, *hanc leg.* pertinere ad Iudices, & litigatores militares: Inſcribitur enim ea *Timaſio Comiti & Magiſtro Equitum*: de quo plenè alioquin ſemel dico *in Proſopographiâ*: Meminerê eius quoque Ambroſius, *lib.* 10. *ep.* 89. Symmachi quoque quatuor ad eundem epiſtolæ extant, *lib.* 3. *ep.* 70. 71. 72. 73. De eo agit & Aſterius, *in homiliâ*. Hieronymus *in epitaphio Nepotiani fol.* 18. Zoſimus, *lib.* 4. *p.* 7. 69. 772. 777. *lib.* 5. *p.* 786. Philoſtorgius, *lib.* 10. *c.* 8. Sozomenus, *lib.* 8. *c.* 7. Suidas duobus locis, *in v.* Παρ͂ϱησία, & *in v.* Τιμάσιος. Hoc primum.

¶ Secundò videndum, quidnam voce *Præceptorum*, *hac leg.* ſignificetur? *Præceptum* hîc eſt ſententia Iudicis, ſeu iuſſio quæcumque Iudicis inter partes cognoſcentis: quomodo & *l.* 28. *infr. quorum appellat. Propter neglectorum contumaciam præceptorum obnoxios, beneficio prouocationis excluſo, pœnam inferre ſine aliquâ procraſtinatione præcipimus*: Quæ quidem lex eſt einſdem Theodoſij M. Eodem ſenſu Paulus dixit, *l. vlt.* ꝟ. *quæ ſent. ſine appell. Impoſſibile præceptum Iudicis* quam mox *ſententiam* vocat, *cui pareri rerum naturâ potuit*: Neque enim V. CL. Cuiacio adſentiri poſſum, qui hæc à ſe inuicem diſtinguit: Nempe enim de impoſſibili ſententiâ duo reſponſa Pauli *ibi* referuntur: primò, eam nullius eſſe momenti: ſecundò, quod prioris reſponſi conſequens erat, & tamen ſecundum reſponſum conſtituit, ſine causâ ab eâ appellari; id eſt, ita nullam eſſe, vt ab eâ appellare nil neceſſe ſit. Neque alio ſenſu apud Modeſtinum dicitur *Præceptum*, ſiue Interlocutio Iudicis *l. qui agnatis* 11. ꝟ. *de exceptionibus*. Nam & ibidem, *ſententia Iudicis* vocatur. Eodem ſenſu *præceptum* Præſidis prouinciæ, *l. vlt.* §. 1. ꝟ. *de appellat.* Præſidis præceptum *l.* 2. *Cod. de tutore & curatore qui ſatis non dedit.*

¶ Quid verò quod tertiò quærendum eſt, *conditio præceptorum* eſt & *conditio partibus præſentibus habita*? Conditio præceptorum nihil aliud eſt, quàm tenor (vt vocatur *l.* 46. ꝟ. *de re iud.*) textus & forma, qualitas ſententiæ; ſic quoque *l.* 10. *inf. de diu. off.* conditio ſententiæ *vt à conditione ſententiæ non recedant.* Eodémque ſenſu & conditiones agrorum dicuntur, *l. vn. ſup. de rei vindicat.* & apud *finium regundorum* ſcriptores, & *l.* 1. §. *denique* ꝟ. *de aqua & aquæ pluuiæ arcendæ*: & *l.* 12. *infrà, de pœnis*: de quo *ad eam legem*: Habita verò conditio præceptorum, id eſt, facta; ſic enim & *Iudicum habere*, pro *facere* dixit quoque Symmachus *lib.* 4. *ep.* 65.

¶ Nunc de ipsâmet *Legis* ſententiâ: Definit igitur Theodoſius M. tenorem præceptorum ſeu ſententiæ coram partibus habitum, immutari non poſſe: Quod vt aliis compluribus legibus firmatur; & quidem *l.* 2. *Cod. eod. tit. de ſent. ex periculo recit. l. quod iuſſit* 14. *l.* 45. §. 1. *l.* 55. ꝟ. *de re indicatâ*, *l.* 1. §. *vlt.* ꝟ. *de quæſtionibus*, *l.* 6. §. 11. *l.* 27. ꝟ. *de pœnis*: *l.* 1. *Cod. ſent. reſcindi non poſſe*: *l.* 15. *Cod. de pœnis*: ita ab aliis quoque ſcriptoribus indicantur: Præter Senecam, 2. *contron.* 4. Apuleius *ſub finem libri* 1. *Floridorum. Proconſulis tabella, ſententia eſt: quæ ſemel lecta neque augeri literâ vnâ, neque autem* MINVI *poteſt: ſed vtcunque recitata eſt, in Prouinciæ inſtrumento refertur.* Et in eo diſtat ſententia, ſeu præceptum partibus præſentibus lata, à iuſſione aliâ ſeu Interdicto Prætoris: *dict. l. quod iuſſit* 14. ꝟ. *de re indicata*: quæ vtique contrario Imperio tolli, & repeti ſeu reuocari poteſt. Neque alia eſt ſententia *l.* 3. *Cod. comminationes, epiſtolæ, &c.* quâ dicitur, *Ea quæ causâ cognitâ ſtatuuntur, ſubſcriptionibus reuocari non poſſe*: vbi *ſubſcriptiones* alio ſenſu accipiendæ ſunt quàm in *l.* 5. *einſdem tituli*: Subſcriptio quippe in *d. l.* 5. eſt ea quæ ſit ad libellum, causâ inter partes, non cognitâ: Atenim ſubſcriptio, de quâ in *dict. l.* 3. eſt poſtſcriptio, poſt rem causâ cognitâ inter partes iudicatam: quando videlicet tenor ſententiæ ſeu conditio immutatur ſubſcripto, vel poſtſcripto aliquo. Denique *ſubſcriptio* eſt additio, adiunctio, poſtſcriptum; Apoſtilla, vt loquuntur. Ergo ſiue præceptum", ſiue ſententia partibus præſentibus lata, immutari amplius non poteſt: De quo v. & Codicem Henricianum *lib.* 5. *t.* 17. *art.* 6. Actorum verò alia ratio eſt: quæ vtique emendare, tenore ſententiæ perſeuerante, non eſt prohibitum: *l. Actorum* 46. ꝟ. *de re iudicata.*

¶ Cæterùm ſignatè agitur *hîc* de præſcripto *præſentibus partibus* dato: quomodò & aliàs vt ſententiæ vim & effectum Iudicis præceptum habent, requiritur: vid. *l.* 2. *infr. de fructib. & litis expenſ. l. de vnoquoque* 47. ꝟ. *de re iudicata.* Paulum *lib.* 5. *ſentent. tit.* 5. & titulum Codicis, *Quomodo & quando Iudex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus.*

DE



# DE FRVCTIBVS ET LITIS EXPENSIS.

## TITVLVS XVIII.

### VII. COD. IVST. LI. De fructibus & litium expenſis.

### PARATITLON.

COGNITOR, *l.* 2. Iudicans, *l.* 1. non de principali tantum negotio; *l.* 2. ſeu rei petitæ redhibitione, *l.* 1. Sententiam promulgat, *d. l.* 2. Sed & de fructibus *Rubr.* & *l.* 1. & litis expenſis, *Rubr.* impenſis, ſumptibus *d. l.* 1. & *d l.* 2. Fructus ſanè poſſeſſor victus ſiue malæ, ſiue bonæ fidei, non perceptos tantùm, ſed & percipiendos, duplos exoluere tenetur: *l.* 1. Sed hoc inter vtrumque diſtat, quod bonæ fidei poſſeſſor, à die rei in Iudicium deductæ; malæ fidei à die inuaſi loci ad exitum litis, eos præſtat: *l.* 1. Expenſas litis ſi poſſeſſor victus fuerit, petitori pariter præſtare tenebitur: *d. l.* 1. *verſ. addimus etiam*: at ſi petitoris intentio improba fuerit iudicata, ipſe ſumptus poſſeſſori præſtabit. Et olim quidem vtrumque hoc, etiamſi ſententiâ iudicantis id expreſſum non fuiſſet: *d. l.* 1. *in fine.* Hodie ſumptus repeti non poſſunt, niſi cognitor de expenſis pronuntiauerit: *l.* 2.

---

1. *Impp. VALENT. & Valens AA. Olybrio PF. Vrbi."

LITIGATOR victus, quem" inuaſorem alienæ rei prædonémve conſtabit, ſed & qui poſt conuentionem rei incubarit" alienæ, non in ſola rei redhibitione teneatur; nec tantum ſimplorum" *fructuum* præſtationem, aut ipſorum quos ipſe percepit, agnoſcat: ſed duplos fructus, & eos quos percipi oportuiſſe", non quos eum redegiſſe conſtabit, exoluat. Et" prædoni quidem ratio à die inuaſi loci vſque ad exitum litis habeatur: ei verò qui ſimpliciter" tenet, ex eo quo re in iudicium deducta ſcientiam malæ poſſeſſionis accepit. Hæredis" quoque ſucedentis in vitium par habenda fortuna eſt. ¶ Addemus" etiam, vt *Impenſas* ſumptúſque litis, re ad finem deductâ, petitoribus præſtent. ¶ Ac ne ipſos quidem petitores, qui inanes lites, & iurgia non mouenda ingerunt poſſidentibus, ab ipſius cautionis merito ſegregamus: iubemus enim vt ſi intentio petitoris improba" indicetur, præſter poſſeſſori ſumptus, præſtet impenſas, quas eum toto litis tempore ſuſtinuiſſe claruerit, etiamſi" ſuper hac re expreſſior ceſſit" ſententia iudicantis. Dat. VII." Kalend. Maij. Treu. Valentiniano NB'P & Victore COSS. [369.]

INTERPRETATIO. *Quiſquis rem alienam male poſſederit, ſi in iudicio fuerit ſuperatus, quod ſibi rem non debitam occupare præſumpſit: ſed & ille qui conuentus à certo domino reddere peruaſa noluerit, non ſolum pro hac ipſa reddenda, cum ſuperatus fuerit, teneatur, ſed fructus rei ipſius duplos ex eo tempore, quo res peruaſa eſt, cogatur exoluere, non quales ſe ipſe dixerit collegiſſe, ſed quales per diligentem culturam conſequi proprij domini vtilitas potuiſſet. Ille etiam, qui rem alienam ſcienter vſurpare præſumpſerit, à die inuaſi loci vſque ad conſummatam litem ſimili ratione exigatur. Nam qui ſimpliciter ſine præſumptione aliquam rem tenuerit, ex eo ſimiliter ſoluat, ex quo re in iudicium deducta, quod rem male poſſideat conſcientiam ipſius cœperit non latêre. Hæredes quoque eorum in his damnis, ſi victi fuerint, quibus auctor ipſorum ſimili modo ſuccumbant. Addemus quoque, huiuſmodi perſonis vt & ſumptus & expenſas litis, ex eo die à quo de tali re cœperint litigare, vſque dum finiatur pulſantibus reddant: nam & ipſi, qui alios poſſidentes pulſare tentauerint, ſi ea in iudicio repetant quæ ſua probare non poſſint, ſimiliter ſumptus, & expenſas litis pulſatis poſſeſſoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidiſſe conſtiterit.*

## NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. eod. tit.*
" Præfecto Prætorio. Et in Cod. Iuſt. Et in Aniani quibuſdam Codicibus, ſed malè, vt oſtendunt Ammianus Marcellinus *lib. 28. p. 383.* & complures ſuperioris, itémque huius anni conſtitutiones, ſed & ſequentis.
" *Quem inuaſorem alienæ rei, prædonémve conſtabit, ſed &*, Hæc verba Tribonianus abſcidit: cauſam mox tenebimus.
" *Incubarit*. Pro hac voce repoſuit Tribonianus *incumbit*. Quod minus eſt. *Incubandi* vox malæ fidei poſſeſſionis index, & incubator pro inuaſore & iniuſto detentatore: Seruius *in I. Æneid. Incubare propriè dicitur, per vim rem alienam tenere.* Hinc & *incubatio diuturna*, pro poſſeſſione longi temporis malæ fidei, *l. 15. inf. de iure fiſci*. Et fructus *ab incubatoribus* exigi, *l. 20. inf. de paganis*: Similium locutionum exempla qui volet, ex Iureti *Miſcellaneis* repetat ad *Epiſt. 2. lib. 10. Symmachi.*
" Abeſt à Cod. Iuſt. hæc vox. Sed & tota hæc ſententia ita immutata eſt: *Nec tantum fructuum præſtationem eorum quos ipſe percepit agnoſcat, ſed etiam eos, quos percipere potuiſſet.* Iuſtiniano quippe duplorum fructuum præſtatio diſplicuit.
" Per diligentem culturam. Anianus rectè.
" Et hæc ſententia à Triboniano reſciſſa eſt.
" *Simpliciter tenere* dicitur qui locum non inuaſit, qui rem tenet ſine præſumptione: vt Anianus rectè explicat, bona fide non interpellatus, non conuentus.
" Vide *inf. l. 5. inf. vnde vi*: vbi dicam.
" Reliqua omnia Tribonianus reſcidit, prælatâ lege ſequente: interim pro *addemus*, repone *addimus*.
" Vide Gloſſ. ita improbus petitor *l. 4. ſup. finium regundorum*. Improbæ petitiones, *l. 1. inf. de Epiſcopali iudicio*.
" Abrogatur hæc ſententia, *l. 2. inf.*
" *Ceſſet*; ita rectè Contius: alij legunt *nec ſit*, eodem ſenſu.
" Al. VII. *Kal. Mart.*

## COMMENTARIVS.

IMPROBIS litigatoribus, poſſeſſoribus, petitoribus, occurrit hâc conſtitutione Valentinianus Senior: Et quidem duplici ratione, tùm ratione fructuum, tùm ratione impenſarum. FRVCTVS ſcilicet non ſimplos tantum, verùm duplos malæ fidei poſſeſſorem præſtare iubet: pariter vt iubetur: *l. vn. inf. de vſuris rei iudicatæ tit. prox.* Quæ lex ait hoc ius *ex iuris priſci formulis eſſe*, id eſt ex duodecim tabulis, in quibus ſanè *lex* ita habet apud Feſtum *in voce*, *Vindiciæ, Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue Stlitis arbitros tris dato, eorum arbitrij fructi duplione decidito*: ad cuius legis explicationem pertinuit quod Gaius *lib. 6. comment. ad leges XII. Tabul.* tractat *in l. 19. π. de vſuris & fructibus*. Item quod *in l. 9. §. 5. π. ad exhibendum*, dicitur, vt fructus ſecundùm legem æſtimentur; id eſt ſecundum legem XII. Tabularum. Meminit & horum duplorum fructuum Paulus *lib. 5. ſent. 4. de ſtipulationib. 9. §. 1. 2.* & D. Ambroſius *lib. 5. Epiſt. 24. ad Marcellum*: *Cùm aduerterem etiam graui conditione illum ſi viciſſet acturum de duplis fructibus, & de ſumptibus annoſæ litis.* Et hi ipſi fructus ſunt, qui duobus locis dicuntur maiores fructus, *l. 12. §. 1. π. de diſtract. pignorum*: *& l. 6. §. vlt. π. mandati.* Quod Petrus Pythœus rectè notauit. Eodem etiam pertinet *lex 6. π. de negotiis geſtis.* ¶ His ita præmiſſis de his duplis fructibus hâc Valentiniani Sen. conſtitutione hæc conſtituuntur. Primùm à malæ fidei poſſeſſore non tantum perceptos fructus duplos præſtari, ſed etiam qui percipi potuerunt per diligentem culturam. Secundò, etiam bonæ fidei poſſeſſorem per litis conteſtationem in mala fide conſtitutum duplos hos fructus præſtare. Hoc tamen diſcrimine inter vtrumque, quod malæ fidei poſſeſſor ex eo tempore quo res in iudicium deducta eſt. Quò pertinet hæc Pauli ſententia, Ex die accepti iudicij dupli fructus computantur. Quanquam iure veteri ante hanc legem neque bonæ fidei poſſeſſor duplos fructus præſtitiſſe videtur: malæ autem fidei poſſeſſor non niſi à die accepti iudicij. Proinde hæc noua admodum lex eſt. Interim notetur, poſt litem conteſtatam, quod attinet ad cauſam fructuum, omnes intelligi malæ fidei poſſeſſores, *l. certum 22. Cod. de rei vindicatione*: Cuius rei ratio *h. l.* his verbis redditur, quia ſcientiam malæ poſſeſſionis accepit. Tertiò etiam hæredes authorum ſuorum nomine duplos fructus præſtare, *h. l.* & Paul. *5. ſent. tit. 9. §. 2.* Hæres ſcilicet in vitium ſuccedit, *h. l.* ſeu vt loquitur *lex 5. inf. vnde vi*: Vitia à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem authoris ſui culpa comitatur, vbi dicam pleniùs. Tandem notetur hos duplos fructus Iuſtiniano diſplicuiſſe: quæ cauſa etiam fuit interpolandæ huius legis.

II. EXPENSAS litis vt poſſeſſorem petitori, ita petitorem poſſeſſori, ſi ſuccumbat, præſtare iubet Valentinianus. De qua præſtatione duo obſeruentur. Primùm, cautionem eo nomine interponi ſolitam de impenſis ab eo qui victus fuiſſet præſtandis *h. l.* Imò & cautionem pariter duplorum fructuum nomine, de quibus ante actum fuit, Prætoriam, ſeu iuſſa Prætoris interponi ſolitam, Paulus *prædicto loco* indicat. Secundò, etiamſi Iudex de expenſis nihil pronunciauerit, ſumptuum adhuc nomine agi poſſe. Quò pertinet etiam ſuperior Ambroſij locus, verùm id abrogatum, *l. 2. prox.* vbi dicam.

### II. * Impp. Honor. & THEOD. AA. Aſclepiodoto PF. P.

TERMINATO tranſactóque negotio, poſthac" nulli actio, neque ex Reſcripto, ſuper ſumptuum repetitione" præſtetur, niſi Cognitor", qui de principali negotio ſententiam promulgauit, comminùs" partibus conſtitutis iuridicâ pronunciatione ſignauerit", *Victori cauſæ reſtitui debere expenſas*, aut *ſuper hiis querelam iure competere*: Poſt abſolutum enim dimiſſúmque iudicium, nefas eſt litem alteram conſurgere, ex litis primæ materia. Dat. III. Kal. April. Conſtantinop. Aſclepiodoto & Mariniano COSS. [423.]

INTERPRE



INTERPRETATIO. *Poſteaquam inter partes fuerit definitum iudicio, intercedente negotio, quæcumque actio propter repetendos ſumptus, vel expenſas litis obtenta fuerit, nullam habeat firmitatem, quam iudicati forma non continet: quia quicumque quod in Iudicio aduerſario præſente non petiit, poſtea de eadem re litem aliam non poterit inchoare.*

## NOTÆ.

* Lex 3. *Cod. eod. tit.* Iungenda autem huic, *lex 67. inf. de appellationib.* & *lex vlt. inf. de reparationib. appellation.*
" *Aſclepiodotus* PP. Orientis ſub Theodoſio Iun. v. *Proſop.*
" Antea ius aliud erat, *l. 1. ſup.*
" *Petitione* Cod. Iuſt.
" *Iudex* Tribonianus.
" Vide *legem vlt. ſup. tit. prox. & l. vlt. Cod. de legib. in pr.*
" Significauerit. Cod. Iuſt.

## COMMENTARIVS.

EXPENSARVM litis nomine, terminato ſemel principalis negotio, ne quidem Reſcripto Principis, niſi earum Iudex rationem aliquam habuerit, victor agere poteſt, ex hac Theodoſij Iun. conſtitutione. Quod veteri iure aliter obtinebat; ac proinde abrogatur hac parte *lex 1. ſup.* Quod nouum ius etiam Iuſtinianus prætulit. Cuius rei ratio hæc redditur, *Quod nefas ſit*, id eſt non oporteat, *litem alteram conſurgere ex litis primæ materia.* ¶ Cæterùm lex ait, *neque ex reſcripto*: ac ſi diceret, non tantum ordinario appellationis remedio expenſas, quarum Iudex rationem non habuit, victor conſequi non poteſt: Quod ſanè expreſsè cauetur *l. vlt. Cod. quando prouocare non eſt neceſſe*: & ſuadet argumentum *legis 67. inf. de appellat. & l. vlt. inf. de reparat. appellat.* quas huic noſtræ coniungendas eſſe dixi. Sed ne quidem extraordinario remedio, Reſcripti videlicet à Principe impetrati. Vt expenſarum nomine Victori appellare non licet, ita nec Reſcriptum eo nomine impetratum valet. Et hæc ita niſi expenſarum rationem Iudex habuerit, id eſt niſi victori expenſas, reſtitui debere pronunciauerit; vel niſi victori actionem earum nomine reſeruauerit.

# DE VSVRIS REI IVDICATÆ.

## TITVLVS XIX.

### VII. COD. IVST. LIV.

### ¶ THEODOSII M. *Conſtitutio de vſuris rei iudicatæ.*

### I. * Imppp. Gratian. Valent. & THEOD. AAA. Eutropio" PF. P.

QVI poſt iudicij finem, exceptis" duobus menſibus, (quibus per Legis" ſolutionem nonnunquam eſt conceſſa dilatio,) moram afferent ſolutioni, à die patrati" iudicij, quo obnoxij redditi ſunt, in duplicium centeſimarum conueniantur vſuras, (extrinſecus ſcilicet medietatem debiti, de quo litigatum eſt, ſicut prius conſtitutum eſt inferentes) vſque in id tempus, quo debitum ſolutione diluerint." ¶ Quod à nobis exemplo æquabili ex iuris" priſci eſt formulis" introductum, vt quia malæ fidei poſſeſſores in fructus duplos conueniuntur, æquè malæ fidei debitores ſimile damni periculum perſequatur. ¶ Sed" tamen creditor ternis interiectis menſibus, poſt ſententiam conteſtari moram debebit adhibitæ tarditatis, vt ei centeſimarum duplicium fructus poſſit acquiri. Cauendum quippe ex diuerſo eſt, etiam contra illam malitiam" creditorum, ne iudicatis ad ſolutionem cunctantibus, incipiant ſpe dupli fœnoris" imminere. ¶ Quanquam" iudicatum, ſi hanc pœnam à ſe remouere feſtinet, contractam pecuniam vel apud Iudices obſignatam locare, vel iudicio conueniat offerre, vt periculum duplicium vſurarum incurrere ex ea die, qua obnoxius eſſe cœperit, deſiſtat. ¶ Diſtinguendum" vero hoc quoque arbitrati ſumus, vt ſi contractus debiti ex ſtipulatione deſcendit, & caſu" vſuræ per annorum curricula ſummam capitis" impleuerint (ſcilicet vt quantitas" ſortis, quantitati fœnoris adæquetur,) poſt ſententiam vſuræ duplices non vtriuſque debiti currant, ſed capitis

quidem

quidem duplæ, vſurarum vero ſimplæ. Dat. xv. Kal. Iul." Theſſal. Gratiano v. & Theod. I. AA. COSS. [380.]

INTERPRETATIO. *Debitor, qui poſt emiſſum iudicium, à quo victus fuerit, debiti ſummam implere" neglexerit, tranſactis duobus menſibus, duplam centeſimam debiti ipſius, vſque in diem ſolutionis ſe nouerit redditurum; ita tamen, vt medietatem rei iudicatæ mox cogatur inferre: quia non immeritò ſicut malæ fidei poſſeſſor duplos fructus, ita & qui poſt iudicium tardior ad reddendum fuerit, duplam centeſimam reddat.* ¶ *Sed tamen & hoc contra creditorum malitiam, quibus debitores addicti fuerint, ordinamus, vt non velint pro ſpe duplicandæ centeſimæ ſuo vitio tardius exequi quod fuerit iudicatum: vnde debebit creditor, ternis interiectis menſibus, poſt datum iudicium conteſtari, vt ſic duplam centeſimam poſſit exigere. Nam ſi collectam pecuniam habuerit debitor & oblatam; & ille qui vicit noluerit pro lucro duplandarum" centeſimarum accipere ſignatam, eam debitor apud idoneas faciat ſequeſtrari perſonas, vt damnum vſurarum poſtea non poſſit incurrere.* ¶ *Hoc quoque præcipimus obſeruari, vt ſi debitoris cautio cum omni firmitate proferatur, & vſuræ per annos plures cum* capitali debito *ſe æquauerint, à debitore amplius non petatur.* ¶ *Sanè poſt iudicium, duplam centeſimam, quam reddi iuſſimus, taliter ſoluat, vt de capitali debito tantum duplæ vſuræ reddantur: De illo verò quod in vſuris ante iudicium creuit, ſimpla tantum centeſima detur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. Iuſtinianus enim eam abrogauit. Quænam autem Leges *huic* coniungendæ ſint? mox dicemus.
" Id eſt elapſis duobus menſibus.
" *Eutropius* P. P. Orientis ſcilicet ſub Theodoſio M. v. *Proſopogr.*
" *Ʒg. Per leges, ſolutionum.* in MSS. ſæpè ita; *is*, pro *es*: vide exempla in libris Tertulliani, *ad Nationes*: & in l....
" *Patratum* iudicium, id eſt finitum ſententiâ.
" *Diluerint*, id eſt luerint, ſoluerint.
" *Ius Priſcum* vocat leges XII. Tabularum, de qua dictum fuit ad *l. 1. ſup. tit. prox.*
" *Formulæ* ſunt non verborum formulæ, ſed formæ, de quo *alibi*.
¶ " *Secunda* ſententia, de interpellatione creditoris.
" *Malitiam creditorum.* Theodoſius *h. l.* vocat, quam Honorius poſtea *l. vn. ſup. de actionib. ad potentes tranſlatis*, voracitatem nominat.
" *Fœnus duplum*, id eſt vſura duplex.
¶ " *Tertia* ſententia de conſignatione & ablatione debitoris.
¶ " *Quarta* ſententia de vſuris vſurarum.
" Caſus hic maximè dubitabilis.
" *Implere debiti ſummam*, eſt ſatisfacere: quomodo & *promiſſa implere*, qui promiſſioni ſatisfacit. *Sic &* Græci πληροφορίαν pro ſatisfactione & debiti ſolutione ponunt: eodem ſenſu & ἱερόν πληρῶσαι apud Philoſtratum *lib. 6.*
" Melius ita legas: *Scilicet vt quantitati ſortis quantitas* fœnoris adæquetur.
" Iun.

## COMMENTARIVS.

REI IVDICATÆ vſuras hâc vnicâ *hoc titulo* conſtitutione determinat Theodoſius M. tùm in debitorum mercatorum, tum in creditorum voracium odium: Iure veteri partim hâc parte probato, partim verò veteribus pœnis auctis: neque id ſine veteris iuris præiudicio. Quæ quidem *lex* eſt coaſſanda cum ſex aliis legibus: putà cum *l. 6. ſup. de ſponſalibus*: *l. vn. ſi prou. Rector. l. vn. ſi quacunque l. 2. inf. ad leg. Iul. repetund. l. 8. 9. de bonis proſcriptor.* velut vnius & eiuſdem conſtitutionis partes: quâ id Theodoſius M. egit, vt veteris iuris, & quidem etiam L. Papia: vel eius occaſione introducti ſeueritatem mitigaret, vel moderationem ampliaret. Et quidem citra quatuor, vt ipſe colligo, capita. 1. Circa contumaciam debitorum iudicatorum, & inhiationem creditorum; quò pertinet *hæc lex*: 2. Circa officium & poteſtatem in prouincia agentium actus reprimendos, qui potentatus ratione nihil non à priuatis extorquebant, putà donationes, nuptias, quò pertinet *d. lex vnic. ſup. ſi quacunque præd. pot. l. vn. ſi prouinc. Rector*: *l. 2. ad leg. Iul. Repetund. l. 16. Cod. de teſtam. l. 6. de his quæ adminiſtr.* 3. Circa proſcriptorum bona, quò ſpectat *lex* 8. *&* 9. *de bon. præſcript.* 4. Circa matrimoniorum ſanctitatem, quò pertinet *lex 6. de ſponſal.* vt & duæ illæ leges, putà *d. lex vn. ſi quacunq. & lex vn. ſi prou. Rector*: Quæ quidem etiam leges ſunt de pœnis, & duæ nominatim ex his de duplarum arrharum pœna, vt hæc noſtra de pœna duplicium centeſimarum.

Nunc de *huius legis* ſententia; vbi initio præſupponendum, Iudicatis ſeu condemnatis, ad iudicatum faciendum, id eſt, ad ſoluendum id in quod condemnati fuerant, tempus aliquod humanitatis gratia conceſſum; vt ex *hac leg.* liquet, & ex *l. 16. §. 1. ff. de compenſat.* quas & ideo *Inducias* Iuſtinianus vocat, & laxamentum, *l. 3. Cod. eod. tit.* nempe vt interea pecuniam contrahere, explicare, facere Iudicati poſſent: & vt Harmenopulus loquitur *lib. 1. Tit. 4.* Πρὸς ἀνάψυξιν: ac ſi diceres, *ad reſpirationem* & refrigerium. Cæterùm laxamentum hoc ab initio triginta dierum fuit, ex notiſſima *XII. Tabular.* lege. *Æris confeſſi, rebúſque iure iudicatis triginta dies iuſti ſunto.* Cuius meminit Gellius *lib. 15. cap. 13.* Et *lib. 20. cap. 1.* Eodémque pertinet *lex 4. §. 5. & lex 7. ff. de re iudicata.* Modicum hoc tempus, & ſine cuiuſquam indignatione viſum, vt in cuius mora non magnum eſſet detrimentum ſeu damnum. Quod ipſum tamen quandoque iuſtis de cauſis prorogabatur: *l. 2. & l. 31. ff. de re iudicata.* ¶ Poſteà verò duorum menſium ſpatium iudicatis indultum fuit per Leges (vt hæc teſtatur) per leges inquam, vt exiſtimo Conſtantini M. Prorogati quippe ita temporis ab eodem Imperatore iam aliquot exempla vidimus; *l. vn. ſup. de dolo malo*: *& l. 2. ſup. de integri reſtitutione.* Neque tamen præcisè duo menſes hi inducti fuerunt, ad iudicatum faciendum, ſed *nonnunquam* tantùm, vt hæc lex loquitur.



quitur. *Nonnunquam*: quia Laxamentum hoc duorum menſium, reis ipſis tantum, ac non etiam eorum fideiuſſoribus competebat, arg. *leg. 1. ff. iudic. Solui*: fideiuſſores enim ſtatim exigi poterant, vt teſtatur Iuſtinianus, *in l. 3.* ſeu *vlt. §. 1. Codice eod. tit.* (quod *ibidem* à Iuſtiniano abrogatur.) An potius hæc vox, *Nonnunquam*, addita, quia hoc tempus, iuſtâ ex causâ contrahi poſſit, veluti ſi lis ſit de alimentis, *l. 2. ff. de re iudic.* vti retrò protrahi poteſt, iuſtâ ex causâ? Iſtud mihi magis placet, nam de ipſo iudicato *hîc* agitur.

¶ His ita præſuppoſitis, nunc de pœnâ videamus moratorum, poſt tempus iudicati faciendi, quæ quidem duplex *hic* proponitur. Elapſo ſcilicet iudicati faciendi tempore, vſuras rei iudicatæ condemnatus præſtat, & quidem duplices Centeſimas ipſius ſortis, id quod Theodoſius M. *hâc lege* primùm à ſe introductum teſtatur: *Præter ipſam videlicet debiti medietatem*; Quæ verba magnam præferunt obſcuritatem. Interpres *huius leg.* vt & Alciatus 1. *Parergon 32. inf.* ea ſic accepêre, quaſi medietatem ipſius rei iudicatæ, iudicatus mox cogatur inferre: Malè; Pertinet enim hoc ad pœnam moræ. Igitur hunc ſenſum puto, moratori poſt rem iudicatam, impoſitam pœnam, *medietatis debiti*, ita vt ſi condemnatus deberet centum, inferret ob moram 150. Hæc igitur illa eſt, quæ appellatur hoc loco, *medietas debiti.* Quomodo ἡμιολίαι vſuræ dictæ, quæ medietatem ſortis efficiebant, de quibus prolixè ad *l. 1. ſupr. de vſuris.* At. Sidonius *lib. 4. epiſt. 24.* vſuras, quæ temporis lapſu, biluſtri inquam, id eſt, octennij, paria cum ſorte fecerunt, *medietatem* appellat *ſuperpoſitam.* Nam compoſitæ, cum æquâ ſorte, medietatem ſortis efficiunt. Cæterum poſtremum hoc à ſe, non primum conſtitutum, teſtatur Theodoſius ibi, *ſicut primò conſtitutum eſt.* A quo verò id conſtitutum, diuinare non poſſumus. Et hæc de ſortis medietate. Ad vſuras redeamus, ſeu ad alteram pœnam: Duplices item centeſimas, præſtat Iudicatus ſortis debitæ, ſeu rei iudicatæ, ex *hâc* Theodoſij *conſtitutione.* Idque, quod ipſemet Theodoſius ait, *exemplo iuris priſci*, quo ſcilicet malæ fidei poſſeſſores duplorum fructuum pœnâ multabantur; vt proindè æqua ſit, & æquabilis ratio, malæ fidei poſſeſſoris, & malæ fidei debitoris; de quo dictum fuit, *ad l. 1. ſup. de fructib. & litis expenſis.* Cum hoc verò nihil commune habet, quod tamen quidam ſcribunt, dupli pœna, quæ inficiantibus olim quandoque impoſita. Et tamen, quæ *ſecunda* iam eſt ſententia *huius legis*, quoque modus quidam ſuperiori pœnæ apponitur: Vt duplices vſuræ centeſimæ porrò debeantur, debitor poſt tres menſes à ſententiâ debitorem ſibi condemnatum interpellare debet. Niſi enim id fecerit, vſuras ſibi non adquiret: Conteſtatio, interpellatio à creditore facienda eſt. Cuius rei ratio hæc eſt, quia ſicut grauis hæc duplicium vſurarum pœna fruſtratoribus iure imponitur, ita nimia & aperta creditorum ſiue malitia ſiue voracitas cohibenda fuit, qui ſcilicet ſpe harum vſurarum nunquam debitores ſuos exacturi eſſent, *h. l.* & in ſimili ſp. *l. 2. ff. de nautico fœnore.* Quò maius ſcilicet debitori periculum imminet, eò ſeueriore lege creditores haberi oportet. Quâ eadem ratione creditores frugum conuenti, ſi propter commodum vſurarum immodicarum (quæ in eo crediti genere permittuntur) debitum recipere noluerint, non ſolùm vſuris, verùm etiam ipſo debito multantur, *l. 1. ſup. de vſuris.*

¶ Viciſſim quæ *tertia* ſententia eſt huius leg. vt debitor vſurarum curſum ſiſtat, ipſe pecuniam vel apud iudices obſignatam collocare, vel in iudicio offerre debet. Conſignatio vel ſaltem oblatio iudicialis hac parte requiritur, ad ſiſtendum vſurarum illarum curſum: quod etiam notum eſt ex *l. 2. 6. 9. 11. 19. Cod. de vſuris.* Vnico caſu excepto, quo nuda & extraiudicialis oblatio ſufficit in ſpecie *d. l. 1. ſup. de vſuris.*

¶ Poſtremo *huius legis* capite *Theodoſius M.* in debitorum fauorem alterum quoque modum pœnæ ſuperiori adiicit, nam *diſtinctionem* quandam conſtituit inter vſuras ſortis, & vſuras vſurarum; ſcilicet etſi vſuras vſurarum, pariter vt ſortis, præſtari quoque velit hoc caſu; attamen modum earum vſurarum diuerſum facit à ſortis vſuris. Sortis nempe duplices vſuras poſt tempus iudicati faciendi elapſum, à condemnato deberi vult: At vſurarum ex ſtipulatu debitarum, poſt ſententiam, ſimplas tantùm; Veluti ſi ante rem iudicatam huiuſmodi vſuræ ſortem æquauerint, & debiti medietatem conſtituant (de quo ſub finem mox.) De quo tamen iure dubitari potuit, ideóque hunc caſum velut maximè dubitabilem Theodoſius *hâc lege* ſibi propoſuit; quia ſcilicet vſuræ ita ſorti iam conſolidatæ & in vnum calculum coadunatæ & conſummatæ, naturam ſortis omnino ſortiti viderentur. Et nihilominus tamen ſimplas tantum vſuras earum nomine præſtari voluit.

¶ Hinc interim apparet de duobus. Primò, *Anatociſmum* ſeu nouationem, id eſt vſurarum in ſortem redactionem tocoglyphion in rei iudicatæ vſuris legitimum hoc iure fuiſſe.

Secundò, in *hac* quoque *leg.* veſtigium haberi videatur eius iuris, quo vſuræ poſtquam annorum curricula ſummam capitis impleuerunt, & quantitati ſortis quantitas fœnoris adæquatur, ſiſtuntur, nequè vltra duplum ità exiguntur. Quod ſanè Interpres *huius leg. disertè verſ. hoc quoque*, ſenſit, déque ſuo peculio addidit. De quo alioquin vſurarum modo, ne ὑπερβάντες τὴν ἀρχαίαν τόκοι exigerentur, vt loquitur Plutarchus, ne δὴ τόκοι τὸ κεφάλαιον πλέον fieret ἢ διπλάσιον, dictum affatim aliàs. Illud tutò ex *hâc leg.* efficitur, ſi non vſurarum curſus hoc æuo ſtetit, cum vſuræ ſortem, ſeu alterum tantùm æquaſſent, ſaltem eiuſmodi rationem aliquam habitam: Quandoquidem huiuſmodi vſurarum, poſt legitima iudicati faciendi tempora, nonniſi ſimplas vſuras Theodoſius M. *h. l.* præſtari voluit, ſortis verò ipſius duplices pendi. ¶ Quin & illud clarum, non *hîc* agi de vſuris particularibus, quæ per tempora pérque vices ſolutæ, ad ſortem aſcenderunt; verùm de vſuris ſortem æquantibus *debitis* vnà cum ſorte; *ſi*, inquit lex, *caſu vſuræ per annorum curricula, ſummam capitis impleuerint, poſt ſententiam vſuræ duplices, non vtriuſque* DEBITI, *currant, ſed capitis quidem duplæ, vſurarum verò ſimplæ.* Sic & *l. 10. Cod. de vſuris. Vſuræ per tempora ſolutæ, non proficiunt reo ad dupli computationem: tunc enim vltra ſortis ſummam, vſuræ non exiguntur, quoties tempore ſolutionis, ſumma vſurarum excedit illam computationem.* Neque ratio obſcura eſſe poteſt; nam vt maximè dici poſſit, videri potius debitori fauendum, qui ſponte ſua ſuóque tempore bonam fidem agnouit, & vſuras particulares per tempora ſoluit, quàm ei qui creditorem ſuum tamdiu fruſtratus eſt, eas non ſoluendo; attamen in contrarium tendit æquitas, nempè quia hoc caſu difficilis debitori ſit huiuſmodi cumulatarum vſurarum ſolutio, & creditoris voracitati quid imputandum, quod tamdiu vſurarum curſum nutrierit: Cui rationi planè accedit, quod dicitur hâc ipſâ *lege* noſtrâ, *verſ. cauendum*: *Cauendum quippe ex diuerſò eſt, etiam contra illam creditorum malitiam, ne iudicatis ad ſolutionem cunctantibus incipiant ſpe dupli fœnoris*

*imminere.* Nempe creditores qui fœnus nutriunt) vt Poëta quoque loquitur ) odio maiore digni viſi ſunt, quandoquidem ſuâ die exacti debitores, non ita ære alieno ſtrangulantur, vt quibus patientiæ, & humanitatis cuiuſdam obtentu fœnus nutritur. Quare falluntur qui inani æquitatis ſpecie contrarium cenſent: Imò qui aiunt *hâc leg.* vſurarum per tempora ſolutarum æquam rationem haberi, atque debitarum: & ſic *hâc leg.* derogatum *d. legi* 10. quod verba, quæ iam vſimus, refellunt. Iidémque falluntur, cùm interpretationem etiam *huic legi* ſubditam eò trahunt, argumento vocis *amplius*, ibi *à debitore amplius non petatur:* quaſi id indicetur, fuiſſe aliquas vſuras exactas: Imò enim, *amplius*, id eſt non vltra ſortis modum, ſeu alterum tantum.

¶ Tandem obſeruandum huic toti legi penè Iuſtinianum derogaſſe *l. 2. & 3. Cod. de vſuris rei iud.* Nam & Anatociſmum in re indicata ſuſtulit ( generaliter antea prohibitum, *l. 28. Cod. de vſuris* : ) Item laxamentum indicato faciendo quatuor menſium dedit: ídque non reo tantùm ſed & fideiuſſori: Denique nonniſi centeſimas ſortis eo tempore elapſo præſtari voluit. Ergo, vt in pauca contraham, Iuſtinianus nonniſi poſt quatuor menſes iudicati faciendi, nonniſi centeſimas, nonniſi ſortis deberi voluit: Theodoſius, poſt duos menſes, duplices centeſimas ſortis, ſimplas vſurarum.

# QVI BONIS EX LEGE IVLIA CEDERE POSSVNT.

## TITVLVS XX.

VII. COD. IVST. TIT. LXXI. *Qui bonis cedere poſſunt.* Abeſſe ab hoc *titulo* quiddam indicat Papianus *Reſp.* 4.38. *Quodſi de vi*, inquit, *& metu is qui* CESSET *queri voluerit, intra annum ſimiliter inſtituat & peragat actionem, ſecundum Theodoſij legem lib 4 tit. Qui lege Iulia cedere poſſunt.* Eſt autem hic pariter vt Cod. Iuſt. Rubrica anguſtior quàm nigrum.

## PARATITLON.

I. BONIS CEDERE ex lege Iulia non poſſunt ſeu ceſſionem bonorum facere non poſſunt, *l. vlt inf. de fiſci debitor.* debitores tam fiſci quàm alienæ rei, &c. retentatores ac debitores, *l. 1. hoc tit.* ( veluti ſuſceptor, exactor, vel debitor fiſci duntaxat, *d. l. vlt.* ) Nec liberum ab omni repetitione nomen ſeu debitum effugiunt, imò ad debiti ſolutionem acerbiſſimis ſuppliciis coguntur, *d. l 1. h. t.* niſi propria bona aut latrociniis, aut naufragiis, incendio, vel quolibet maioris impetus infortunio amiſerit; *d. l. 1.* ¶ II. Quod *Formam* ceſſionis attinet, ad ceſſionem bonorum ſola voluntatis profeſſio ſufficit: *l. 2. h. t.*

---

¶ QVIBVS *ceßionis bonorum beneficium competat, vel non.*

1.* Imppp. GRATIAN. VALENT. & Theod. AAA. ad Baſilium Conſul."

NE quis omninò, vel fiſci debitor, vel alienæ" rei in auro" atque in argento diuerſiſque mobilibus", retentator ac debitor, bonorum faciens ceſſionem, liberum" à repetitione pleniſſimâ nomen effugiat, ſed ad redhibitionem" debitæ quantitatis, congruâ atque digniſſimâ ſuppliciorum acerbitate, cogatur: Niſi forte propriorum dilapidationem bonorum, aut latrociniis abrogatam", aut fortaſſe naufragiis incendióque conflatam, vel quolibet maioris impetus infortunio atque diſpendio docuerit afflictam. Prop. Rom. prid. Id. Octob. Auſonio & Olibrio COSS. [379.]

INTERPRETATIO. *Nullus, qui aut fiſcali debito, aut priuato probatur obnoxius, ſed ſi aurum, argentum, vel mobile quodcunque debuerit, ob hoc ſe credat à debito excuſandum, quod dicat de rebus ſuis ſe facere ceßionem, ſed pœnis adflictus quæcunque debuerit cogatur exoluere: niſi forte huiuſmodi perſona ſit, quæ ſe probet omnem ſubſtantiam ſuam, aut naufragio, aut latrocinio, aut incendio, aut cuiuſlibet maioris violentiæ impetu perdidiſſe.*

NOTÆ



## NOTÆ.

" Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. cauſam mox dicam.
" Ita MS. neque ampliùs: vnde *Conſulem* effecêre peiores Editiones. vid. Commentarium.
" An *æternæ rei*, id eſt largitionalis? mox dicam.
" Vide *l. 2. ſup. de ſuffragiis* & *l. 2. inf. de incorporatione.*
" Vide *l. 2. inf. de theſauris.*
" Id eſt, debitor eſſe deſinat.
" *Redhibitionem*, id eſt, ſolutionem v. Gloſſ.
" Quid ſi legamus *adrogatam.* Nam quid alioquin vellet ſibi *dilapidatio* bonorum abrogata? Quod ſuſtineri non poteſt: vti rectè ſuſtinetur *l. 3 ad l. Iul. de vi, bonis omnibus abrogatis.* Adrogata autem, id eſt, *irrogata, adſerta*, conflata, vt mox dicitur.

## COMMENTARIVS.

CESSIONIS BONORVM miſerabile auxilium, flebile adiutorium lege Iulia ad euitandam carceris moleſtiam, alióſve cruciatus, & vt hæc lex ait, *ad conſequendum liberum à repetitione pleniſſima nomen*, introductum fuiſſe cuiuis notum eſt. Illud modò obſeruandum, huic beneficio deinceps fraudem non vno modo fieri cœpiſſe: atque inter cætera, verſutos & vafros debitores, rebus in abdito locatis, vel certè luxurioſos, bonis dilapidatis, bonis cedere ſolitos. Huic igitur rei Gratiano quoque ſeu Valentiniano Iun. hâc conſtitutione obuiam ire viſum: qui bonis cedentes non ideo ſecuritate potiri volunt, niſi non ſuo, ſed fortunæ vitio, veluti latrociniis, naufragiis, incendio, vel quolibet alio maioris impetus infortunio & diſpendio ſeſe decoxiſſe docerent, liquidóque probarent. Quibus ſimiliter Ambroſius 1. *off.* 30. *Si non vitio ſuo*, inquit, *ſed aut latrociniis, aut proſcriptione, aut calumniis, quæ habebat, amiſit.* Alioquin debitores, ſi nil tale probant, ceſſione factâ, ſuppliciorum acerbitate nihilominus ad debiti ſolutionem cogi poſſunt. Probatio nempe caſus maioris poſt ceſſionem factam in eo qui bonis cedit, *hâc l.* requiritur: ſic deinde ſecuritas plena ei tribuitur. Quam ipſam caſus maioris probationem Iuſtinianus quoque *Nouella* 135. requirit: Sed tamen remiſsâ hoc caſu ceſſionis iniuriâ, dummodo iuret ſeſe parem, & ſoluendo non eſſe; id eſt ſi bonam copiam eieret. Quod vtique antiquo iuri conuenit, cuius meminit Varro *lib. 6. de lingua latina.* Hoc tantùm creditoribus pro extremo ſubſidio conceſſo, vti quantum potuerint bonorum debitoris requirere & vindicare, debitoréſque debitoris conuenire poſſint. Sic vtriſque, tàm debitoribus quàm creditoribus Iuſtinianus *illa Nouella* conſuluit: illis inquam, eos à contumelia ceſſionis liberando: Nam etſi ceſſio bonorum infamiam non importet, non tamen caret hæc res ſuggillatione aliquâ, ſeu infamia facti, *Nouell.* 4.

¶ Nos ad hanc *legem* redeamus. Igitur Gratianus Imperator ſicut ab vnâ parte, ceſſionis adhuc vſum, in debitoribus non ſuo vitio decoquentibus retinuit; ita prauos, & malitioſos decoctores ſuppliciorum acerbitate, ad ſolutionem adigi vult. In quo demum clementiores fuêre Conſtantinus, & Conſtantius, qui ſupplicia in debitorum ſolutionibus non admisêre, *l. 3. & 7. inf. de exaction.* Idque etiam Iuſtiniano placuit. Eáque huis *legis* omittendæ, proculdubio in Codice ſuo, quoque cauſa fuit.

¶ Illud ſingulare, quod hæc lex id nominatim ſtatuat *in fiſci debitoribus*: de his enim eſt hæc *lex*, vt oſtendunt expreſſa *huius leg.* verba, tum & inſcriptio, de quâ mox. Fiſci ſcilicet debitores ſeueriùs olim hâc parte habiti, quod vt aliunde conſtat, ita Ammianus quoque Marcellinus, *lib. 27. p. 37.* fidem facit, vbi ita de Valentiniano Sen. huius noſtri parente; eum *debitores* ( quâ voce, publicos, & fiſcalium titulorum cum Valeſio accipio ) egeſtate obſtrictos, qui nihil reddere poſſe dicebantur, *interfici debere* pronunciaſſe. Et hanc etiam Valentiniani, acerbitatem & rigorem, in exigendis tributis, quam Zoſimus etiam reprehendit, *lib. 4.* filius hîc ſecutus. ¶ Imo & *hâc l.* adhuc intendiſſe videri poſſit, cùm inſuper addit; *vel alienæ rei, in auro, atque in argento, diuerſiſque mobilibus retentator ac debitor.* Id enim quidam accipiendum putent, & verò Interpres accepit *de priuatorum* quoque debitoribus. Quod ego verum non puto. His enim verbis indicari cenſeo omnes, qui quocunque genere ſacris, priuatiſque *Largitionibus* quid aliud, quàm tributa, veluti arcæ vinariæ reliqua, fiſci rationibus debent. Theodoſio M. quoque poſtea circa fiſci tantùm debitores, eadem mens ſtetit, *l. vlt. inf. de fiſci debitorib.* Vide & exemplum apud Auguſtinum, *de ſermone Domini in Monte.* Quare per *alienæ rei*, & *retentatores*; hîc intelligi videntur Præfecti Theſaurorum, Comites Veſtiarij, Comites auri, Præpoſiti theſaurorum, Procuratores monetarum, Procuratores Gynæciorum, Linificiorum, Baphiorum, Barbaricariorum, ſeu Argentariorum, Præpoſiti Baſtogarum, & Officiales Scriniariique ſacrorum ſcriniorum, qui omnes ſub Comite S.L. erant: de quibus videnda Notitia Imperij, quique largitionibus obnoxij erant. Id quod tum ex connexis illis, *vel fiſci debitor*, colligo: tùm ex verâ *huius legis* inſcriptione, vbi ſcilicet vox, *ad Baſilium Conſul.* nihili eſt; vt vel ſubſcripti Conſules oſtendunt. Reponendum enim videtur *ad Baſilium Com. S. L.* Quod vel *huius legis* argumentum ſuadet. Eſt enim ea de fiſci debitoribus. Sed & disertè ad hunc ipſum *Baſilium Com. S. L.* extant quadriennio poſt, A.D. 383. duæ conſtitutiones: putà *lex* 101. *inf. de Decurionib. & l. 40. inf. de appellation.* Et alioquin idem error in hoc nomine admiſſus in aliis huius codicis locis: veluti *l. 3. inf. de murilegulis* & fortè etiam *in l. 91. infr. de Decurion.* vbi nomen *Comitis S. L.* in *Conſulis* vel *conſularis* nomen compulſis literis Librarij errore pariter migrauit: Niſi hoc tempore Baſilium hunc nondum Comitem S. L. ſed *Comitem diſcuſſionum* tantùm fuiſſe putemus, atque adeò reſcribendum hic *ad Baſilium Comit.* Ille verò fortè ipſe *Baſilius* eſt, quem arcæ vinariæ reliquorum excutiendorum à *Gratiano* Imp. præpoſitum, perſonis *Iudicum* non pepercisſe, & *Primiſcrinios vrbani officij* qui *exigenda curauerant*, vel ſoluendo *nomini* ( id eſt, *reliquis*, ) vel edendis rationibus feciſſe obnoxios, ait Symmachus, *lib. 10. ep. 47.* Vt fortè hæc quoque lex eodem pertineat: nam & ea dicitur *Propoſita Romæ.* Denique eò propriè ſpectare videantur illa; *Alienæ rei in auro atque in argento diuerſiſque mobilibus retentator ac debitor.* Quæ propriè de reliquatoribus pecuniæ, vel rei alicuius tituli que largitionalis accipiendæ ſunt.
¶ Quod vocem *Alienæ rei* attinet, pro eâ legendum putet quis *alteræ*, vel, *aliæ rei*, ſcilicet fiſcalis,

largitionalis: *Alteræ*, inquam: nam ſic quoque Veteres locuti. Terentius *Heautontim*: *Hæc ipſa alteræ dùm narrat, fortè audiui*, vt Priſcianus obſeruat, *lib.6. c.11. & lib.13.p.959.* Cornelius Nepos in *Eumene, c.1. Præfuit etiam alteræ* [al. habent *alteri*] *Equitum alæ.* Vel etiam putet quis reponendum, *aliæ rei*: Nam ita quoque Veteres *alius alij*: *alia aliæ*: Iuriſconſultus *in l.156. ff. de R. I. cùm quis in alij locum ſuccedit.* Cæcilius *in 5. Nullius aliæ rei, niſi amicitiæ eorum cauſâ.* M. Cato in cenſurâ de veſtim. & vehiculis. *Tùm vti eos* [mores] *mutem, atque alij modi ſint.* C. Licinius in 2. *Peruerſum eſſe alij modi poſtulare*: Quæ Priſcianus obſeruauit, *lib.6. p.717.* Gellius quoque terſiſſimus ſcriptor, *lib.9. c.4. Nulli aliæ cauſæ obnoxia.* De quo vid. C.L. Voſſium, *de arte Gramm. lib.2. c.13. lib.4. c.6.* Legat etiam fortè quis *alicuiæ rei*, vel, *Æternæ rei*, id eſt, rei Largitionalis Principis, propriè, vt *l.5. inf. de locat. fund. iuris emphyt.* vt ita *fiſci*, id eſt, annonarum & tributorum debitor hîc opponatur *æternæ* rei in auro atque argento &c. debitoribus & retentatoribus. Fiſci debitor eſt propriè tributorum debitor: Ærarij, cui certa res quædam, certum corpus largitionale, ad largitiones Principis pertinens commiſſum eſt, quod penes ſe retinet: etiam mobilia diuerſa, vt veſtes, arma, equi &c. quæ, omnia ad ſacras largitiones pertinebant: ſic æternabilis Domus dicta, *d. l.5.* Tandem retinenda videtur vox *alienæ*, pro *alterius*; ſic Nepos *in Eumene, cap.1. Multùm ei detraxit viuenti quod alienæ erat ciuitatis*, id eſt, alterius: Vt vt ſit, cùm hæc lex *Comiti* S.L. inſcribatur, & prioribus verbis de fiſci debitoribus nominatim agatur, ad publicos ea debitores ſolos pertinet: neque enim priuati eorúmve debita quidquam ad eius officium pertinebant. Et quanquam *Baſilium* hunc hoc anno Comitem S.L. nondum fuiſſe putaremus, certè Comes diſcuſſionum fuerit: cuius hæc curæ incumbebant.

## ¶ *De* FORMA *ceſsionis.*

### II.* Apud acta'' Imp. THEODOSIVS A. dixit.

In omni ceſſione'' profeſſio ſola quærenda eſt. *Idem dixit.*

IN omni ceſſione ſufficit voluntatis ſola profeſſio. Dat. VIII.'' Kal. Maij. Honorio NB P. & Euodio COSS. [386.]

INTERPRETATIO. *Quæcunque aliquis alteri ceſſerit, profiteatur ſe tantum rem ceſſiſſe, vel cauſam, hoc eſt aut geſtis, aut ſcriptura, aut teſtibus, & ſola voluntatis illius profeſſio, pro omni firmitate ſufficiat.*

### NOTÆ.

* Lex 6. *Cod. eod. tit.*
'' Vide *l.5. & 8 inf. de fide teſtium*: Item *l.1. inf. de iis quæ adminiſtrantibus.* Sed dicam plenè *in Prolegomenis.*
'' Duo addit Tribonianus: Primum, *bonorum ex qualibet cauſa facienda*; deinde hæc verba, *ſcrupuloſitate priorum legum exploſâ.*
'' Abeſt à Cod. Iuſt.

### COMMENTARIVS.

DE FORMA Ceſſionis, eſt hæc Theodoſij M. lex. CESSIO BONORVM ex lege Iulia olim in iure fiebat, & ſolennibus verbis: In iure inquam, quomodo ceſſiones alias in iure factas Author eſt Gaius *apud Boëtium*: vide & quæ notaui *ad l.2. ſup. de tutoribus.* Et ſanè cùm cedentem bonis vel condemnari, vel debitum confiteri priùs neceſſe fuerit: confeſſio autem non niſi in iure facta teneret, in iure quoque bonorum ceſſionem factam oportuit. Proinde quod *in l. vlt. de ceſſione bonorum* dicitur, bonis non tantùm in iure cedi, ſed etiam extra ius poſſe, Triboniani facinus eſt. Cui ſimile etiam obſeruare licet *in l. penult. eius tit.* Hinc & *apud Prætorem ſoluere* dicitur apud Plautum, qui bonis cedit. ¶ Scrupuloſitates item quaſdam, ſeu ſolemnia quædam in bonorum ceſſione olim obſeruata, oſtendit *hæc lex*: & adhuc apertiùs Tribonianus, cum hæc verba huic legi addit, *ſcrupuloſitate priorum legum exploſâ.* Verùm hæ ſcrupuloſitates *hâc* Theodoſij M. *conſtitutione* tolluntur: ſolâ voluntatis profeſſione admiſsâ: Attamen in *iure* ſemper, ſeu apud Acta, quod vel *profeſſionis* vox ſuadet: Idque etiam ex conſtitutione Ludouici XII. obtinet, qua coguntur naufragi, miſeríque debitores præſentes in iudicio diſcincti apertóque capite bonis cedere. Certè iam olim quoque verbum *bonorum ceſſionis* temerè prolatum, pro bonorum ceſſione haberi non debere, conſtitutum fuit à Philippo Imp. *l.2. Cod. eod. tit.* & cauſæ cognitionem expetit lex ſuperior. Quare & ſcripturam omninò, ex *huius* vt puto *legis* ſententiâ, exigit Papianus *Reſponſ. tit.* 38. At Interpres hîc ſufficere etiam teſtes, & ſolam voluntatis profeſſionem putauit: cuius hic etiam error eſt, quod de alio *Ceſſionis* genere *hanc leg.* accepit. Verùm, de hâc quæſtione, quomodo & qualiter ceſſio fieri debeat, vide Matthæum Brunum *tractatu de ceſſione bonorum.* Addit Papianus *prædicto loco*: *Quod ſi de vi, & metu, is qui ceſſit queri voluerit, intra annum ſimiliter inſtituat, & peragat actionem ſecundùm Theodoſiani legem 4. tit. Qui lege Iulia cedere poſſunt.* Quare neceſſe eſt, *hîc* legem aliquam intercidiſſe ſeu deſiderari: Ex quâ interim diſcimus, pariter ex *Nouella* Iuſtiniani 136. quorundam creditorum μεθοδείαν, qui ſtatim debitoribus quibuſdam ἀνάγκην ceſſionis ingerebant, eóſque adigebant βιαίως, metu cruciatus, & ſic ad redimendam vexationem. Hoc tamen diſcrimine, quod *lex* illa quæ *hîc* intercidit, fuiſſe videatur de vi metu adacto à priuato fortè creditore; *Nouella* illa, de metu vſque incuſſo à Iudice.





# QVORVM BONORVM.

## TITVLVS XXI.

### VIII. COD. IVST. Tit. II.

Hinc Tituli de Interdictis incipiunt: de quibus alioquin v. adhuc *l.9. de infirm. his quæ ſub Tyr. l.8. de Iuriſdict. l.1. de integri reſtitut. l.5.6. de denunciat.*

## ¶ QVIBVS & ADVERSVS *quos hoc interdictum competat eiúſque obiter* DEFINITIO, & REQVISITA.

### I.* Impp. Arcadius & HONORIVS AA. Petronio'' Vicario Hiſpaniarum.

QVID * tam planius'', quàm vt hæredibus traderentur'', quæ'' in vltimum'' vſque diem defuncti poſſeſſio vindicaſſet, etiamſi'' quod'' poſſit tribui de proprietate luctamen''? Conſtat * autem virum ab inteſtatæ vxoris bonis, ſuperſtitibus conſanguineis'', eſſe extraneum; cùm Prudentium omnium'' reſponſa, tùm'' lex ipſa naturæ ſucceſſores eos faciat. ¶ Inſuper'' etiam, manſurâ perpetuâ ſanctione iubemus, vt omnibus fruſtrationibus amputatis'', in petitorem'' corpora'' transferantur, ſecundariâ'' actione proprietatis non excluſa. Dat. VI. Kal. Auguſt. Mediolani, Olibrio & Probino COSS. [395.]

INTERPRETATIO. *Iuſtum eſſe decernimus, vt quodcunque auctor'' vſque in diem vitæ ſuæ tenuerit, petentibus hæredibus debeat conſignari, illi poſtea, cui competit, actione ſeruata: Virum quoque inteſtatæ vxoris ſuæ facultatem, quæ ſine filiis receſſit'', conſanguineis eius qui legitimi ſunt, tradere mox ſine vlla dilatione præcipimus, & maritum proponere minimè prohibemus, ſi quas ſibi competere putauerit actiones.*

### NOTÆ.

* Lex *vlt. C. Iuſt. eod. tit.* hinc mirè interpolata eſt.
'' *Petronius.* Vicarius Hiſpaniarum. Ad eum extant ſequentibus duobus annis lex 151. *inf. de Decurionib. & l.5. inf. tit. prox. vnde vi.* Et hic ipſe eſt, (quod virum alioquin doctum fugit) ad quem ſcribit Symmachus *lib. 7. Epiſt.* 101.103. Et ad eundem pertinere videtur *Epiſt. 9. Auctarij.*
* Prima hæc ſententia à Triboniano omiſſa eſt in *d. l. vlt.*
'' Inſolita loquendi formula; fortè legas, *Quid tam plani iuris*, id eſt, quid tam manifeſti iuris eſt, vel *quid iam planius*: vel, *Quidnam planius.* Verùm nil muto: pleonaſmus hic eſt, quo comparatiui eleganter augentur per pleonaſmum. v. vel Plautum ſic, *magis dulcius, magis maior, magis contentior.*
'' *Tradantur.* Verùm nil *hîc* immutandum: eſt enim hæc ſequela ſuperioris orationis, quæ hinc reſecta, & videtur his verbis factum Iudicis & decretum.
'' Corpora *in fine huius legis*: non etiam *debita, l. vlt. ff. eod.*
'' Sic *l.1. Cod. quorum bonorum, quæ cum moreretur eius fuerunt.*
'' Aliquod.
'' *Luctamen.* v. Gloſſ.
'' *Conſanguineis*, id eſt, parentibus, proximis, *l. vlt. inf. de legit. hæred.*
'' *Omnia.* Cod. Iuſt.
'' Et lex ipſa
* *Secunda* hæc ſpecies & ſententia eſt.
'' *Ergo iubemus*, ita Cod. Iuſt. Malè, eſt enim hic alter caſus.
'' *Per interdictum Quorum bonorum*, hoc additum à Tribon.
'' De hâc voce, mox.
'' *Corpora*, ita quoque Paulus IC. *l.2. ff. quorum bonorum. Interdicto quorum bonorum debitores hæreditarij non tenentur, ſed tantum* CORPORVM *poſſeſſores.* De hâc *Corporum* voce ad *l.17. inf. de Prætoribus.*
'' *Secunda.* Ita Cod. Iuſt. Eſt autem cauſa proprietatis hæc *lex vn. infr. ſi à momento.*
'' *Auctor*, à quo ius deſcendit. v. Gl.
'' Pro, *deceſſit.*

## COMMENTARIVS.

QVORVM bonorum interdicto, proprietatis cauſamà nullo opponi, neque vlla alia fruſtratione moram ei iniici poſſe, definit in ſummam Honorius Imp. hac conſtitutione ſub variis *Ampliationibus*, tum ratione perſonarum aduerſus quas id petitur; tum ratione earum à quibus id poſtulatur.

¶ QVORVM BONORVM interdictum quid ſit, vt aliunde notum eſt, ita definitio eius ex *hac* quoque *lege* confici poteſt. Quod *Primum* huius legis *Notabile* eſt, Interdictum ſcilicet *Quorum bonorum* eſt, *quo hæredibus ea quæ in vltimum vſque vitæ diem defuncti poſſeſſio vindicauit* (id eſt à defuncto poſſeſſa ſunt) *traduntur, corporáque ab eo, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſſidet, in eos, non obſtante proprietatis causâ, transferuntur.* Poſſeſſionis ſcilicet reformatio, & hîc prima eſt, & eſſe debet: Secundaria ſeu ſecunda, proprietatis actio eſt. Proinde nil impedit, quominus poſſeſſio ex hoc interdicto hæredi interim reformetur, etſi de proprietate lis eſſe poſſit, aut ſit; & vt *hæc lex* loquitur, *etiamſi quod poſſit tribui de proprietate lis tamen.* Quæ verba apertè impugnant communem illam poſt Bartolum ſententiam (de quâ videndus Menochius *de adquir. & retin. poſſ. remed. 4. n. 104. q. 29.*) quod interdicto *Quorum bonorum* agens exceptione dominij poſſit repelli, ſi modò illud in continenti probari poſſit, & titulus oſtendi: v. Burſatum *conſil. 49. n. 15. lib. 1.* Quæ ſententia meritò Fabio diſplicuit ad *l. naturaliter, §. nihil commune, num. 62. de adquir. poſſ.* Reſpuit enim id non tantùm interdictorum omnium per ſe natura, quæ nullius alterius quæſtionis occurſum admittunt, quæ nullius occurſu, quamlibet iuſtiſſimus videri poſſit, retardari aut impediri poſſunt: Sed & clarè *lex* hæc noſtra, OMNIBVS, inquit, FRVSTRATIONIBVS *amputatis.* Quibus verbis illud apertè definitur, poſſeſſionis interim causâ in hoc Interdicto cauſam proprietatis præuertere; nullámque illi moram iniici poſſe, ſub quacunque fruſtratione, vel minimam: quin mandatum vt loquuntur de manutenendo, hæres impetrare poſſit. Atque ita hâc *Fruſtrationis* voce exceptio quoque dominij in continenti etiam probandi excluditur. Quam alioquin perperàm de denuntiationum ambagibus inter alia *Cuiacius* & eius exemplo Raguellus accepit, vel de dilationibus quæ longam habent cognitionem, vt Menochius credidit: Alioquin etiam *Fruſtrationum* voce Appellatio continetur: ſic ſanè & *l. 22. infr. quorum appell.* diſertè cauetur, in interdicto *Quorum bonorum* ceſſare licentiam prouocandi. Et fruſtrationis vox in eadem re propria, vt docet *lex 1. 3. 8. 9. 10. infr. quorum appellat.* Exceptio igitur dominij huic Interdicto moram nullam vel minimam facit: neque vlla alia fruſtratio. Eadem certè ratione, in Interdictis denunciationum ambages & moræ non requiruntur, *l. vn. inf. vtrubi*: de quibus denunciationibus ſuperiùs *ſuo tit.* dictum fuit, *ad leg. 6. de de denunciatione vel editione reſcripti.* Et hæc de huius Interdicti natura & definitione.

¶ Sed & illud ſecundò obſeruandum, vt huic Interdicto locus eſſe poſſit, duo neceſſariò requiri: nempe primò vt bona quæ petuntur, à defuncto poſſeſſa fuerint in vltimum vſque diem; quod & ipſum ſtatuitur *l. 2. C. quor. bonorum.* Secundò, vt conſtet eum, qui Interdictum hoc petit, hæredem eſſe: *conſtat autem*, inquit, *&c.* quod & ipſum definitur *leg. 1. Cod. quorum bonorum*, & quidem nominatim in eo qui vt filius præteritus hoc Interdictum poſtulat: & in fratre, *l. 2. Cod. eod.*

¶ Nunc, quod & Tertium, de *huiuſce legis* ſpeciebus & Ampliationibus videamus. Species ſanè duæ ſunt, non vna, vt vulgò creditur: Prior eſt de hæredibus vxoris: Poſterior, de petitore ſeu de eo, cui à fiſco bona quædam donata ſunt, vnica tamen ſententia: vtriſque videlicet non minùs quàm aliis Interdicto *quorum bonorum*, ea quæ à defuncto poſſeſſa fuerunt, in diem mortis præſtari oportere, etſi de proprietate eorum controuerſia moueatur. ¶ Nunc finge (quæ quidem prima *huius legis* ſpecies eſt) *Vxorem* ab inteſtato deceſſiſſe, ſuperſtitibus conſanguineis, & ſuperſtite marito; Certè *conſanguinei* eius, id eſt fratres (ſic enim hæc vox hoc loco accipi poteſt) vel propinqui & proximi omnes, viro eius in ſucceſſione præferuntur, *h. l. & tit. Digeſt. & Cod. vnde vir. & vxor. Conſanguineos*, vt *hac lege* dicitur, *cùm prudentum omnium reſponſa, tùm lex ipſa naturæ ſucceſſores facit, eóſque adeò viro* præfert; *conſtátque* adeò *virum hoc caſu ab inteſtatæ vxoris bonis extraneum eſſe.* Naturæ ſcilicet lex, ciuili potentior eſt, & vinculum naturale legitimo fortius. Denique vir in ſucceſſione vxoris fiſcum tantum excludit, ab aliis conſanguineis proteritur, excluditur De quo fuſiùs ad *l. vlt. inf. de legitimis hæreditatib.* vide & *d. l. vn. Cod. vnde vir. & vxor.* Quid hinc iam ſequitur? Interdicto *quorum bonorum* vxoris hæredes conſequi poſſe ea omnia, quæ in vltimum vſque diem ea poſſedit, vt maximè maritus res aliquas ex iis ad ſe ſpectare contendat, eáſque ſibi vindicet & occupet. Illud enim tantùm hac parte ſpectandum venit, vt hæc lex definit, vtrum ea corpora in vltimum vſque diem defuncti poſſeſſio vindicauerit, id eſt, vxor defuncta tenuerit. Proinde, quod primum πόρισμα hinc efficitur, ſeu prima *Ampliatio* notanda, ne *Maritus* quidem res quaſdam ſuas inter vxorias à ſe fortè agnitas vindicans, impedire poteſt, quominus vxoris hæredes interim Interdicto *quorum bonorum* etiam illa conſequantur. Et hæc quidem de prima *huius legis* ſpecie, vbi minor dubitandi ratio ſuberat: quod Imperator his verbis initialibus legis & generalibus indicat. *Quid tam planiùs*, quam Tribonianus tamen in *Cod. Iuſt.* omiſit.

¶ Atenim maior iam dubitandi ratio in altera ſpecie verſabatur in eo, videlicet cui bona fortè ceu vacantia, vel etiam proſcripta à fiſco donata fuerant: eò enim pertinet pars altera huiuſce legis, vt & *petitoris* vox: de quibus alioquin *petitoribus*, infrà *lib. 10. tit. peculiari*: ſed cuius nullam hîc rationem habuit Interpres; contrà, Tribonianus qui *petitorum* alioquin, & *petitionum* memoriam, propter ſublatas eas, alibi abolere laborauit, hîc aliò perperam traduxit, ad priorem videlicet ſpeciem, *petitoris* voce accepta pro Actore quocũque & hærede. Igitur quæ altera *Ampliatio* hîc continetur, in hac quoque ſpecie idem ius obtinere vult Honorius, quod vocibus, INSVPER ETIAM indicatum voluit. Finge, vacantia quædam bona & ἀκληρονόμητα, vel proſcripta, ad fiſcum delata: eáque petitori alicui à Principe donata? Certè & hic petitor ſeu donatarius interdicto *quorum bonorum* omnia defuncti bona vindicare ſibi poteſt, inque eum corpora transferri oportet, ſecundariâ actione proprietatis dilata. Vnde alterum πόρισμα, ſeu altera Ampliatio *hac leg.* notanda, bonorum quoque donatarium, interdicto *quorum bonorum* experiri poſſe, hæredis exemplo: Eſt enim, quod & ipſum ſingulare, & hic defuncti vel proſcripti *ſucceſſor* quidam, non lege quidem aut natura, verùm



Principis beneficio: In tantum, vt res fortè ſuas quaſdam à proſcripto raptas agnoſcens, vel repetens, Interdicti beneficium fruſtrari, ſeu morari non poſſit. Ergo quocunque iure quis in defuncti ius ſuccedat vt hæres, hoc interdicto fruitur. ¶ Quæ quidem omnia ab interpretibus nondum animaduerſa, ad Interdicti *quorum bonorum* explicationem & illuſtrationem deinceps adferri vtiliter poterunt. ¶ Iam igitur in ſummam hæc *huius l.* ſententia, ſeu argumentum generale conficiatur; Neque *maritum*, ab vxore fortè ſpoliatum, neque *Prouincialem* à Iudice, vel Officiali fortè concuſſum, direptum Interdictum *quorum bonorum* impedire, morari, fruſtrare poſſe. Cùm aliàs hiſce duobus maximè fauendum videretur, maritis, inquam, miſeríſque prouincialibus, vtpote qui quotidianis hinc *vxorum*, quod rapax & miluinum genus eſt; inde Iudicum prædis ſubiacerent. Denique quod ex *hâc l.* vtiliter colligimus, nullus tantus cuiuſquam fauor eſt, aut eſſe poteſt, nullius tam ſpecioſa proprietatis vindicatio, vt Interdictum *quorum bonorum* interim fruſtrari poſſit, vel impedire; Idque quocunque tandem ſucceſſore eius beneficium implorante.

# VNDE VI.

## TITVLVS XXII.

### VIII. COD. IVST. Tit. VNDE VI. IV. & Tit. V.

*Si per vim vel alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſsio* Hoc Interdictum vocamus, *Reintegrande: Saiſine de happée, en la ſomme Rural.* Huius tituli meminit Interpretatio *l. 3. inf ad leg. Iul de vi.*

## PARATITLON.

VNDE VI [Interdictum] *Rubr. h. t.* dicitur & momentum, *l. 4. h. t. & l. 2. inf. ad Leg. Corn. de falſis: l. vn. inf. ſi de momento fuerit appellat.* momenti actio, *l. vlt. h. t.* momentaria poſſeſſio, *l. 1. h. t. & l. 6. ſup. de denuntiat.* momentariæ poſſeſſionis interdictum, *l. 8. ſup. de iuriſdictione.* Eſt autem id iuris ſuffragium, *l. 5 ſup. de denunciat.* actióque recuperandæ poſſeſſionis, *l. 1. h. t.* redintegratio fortunæ, *l. 2. h. t.* quâ quilibet & abſens nominatim (de quo *l. 1. 4. & 5. h. t.*) qui quolibet pacto peregrinatur, *d. l. 1.* vel in militia conſtitutus, *dict. l. 4.* quietus poſſeſſor, *l. 2.* cuiuſlibet rei, *l. 1. & l. 3. inf. ad leg. Iul. de vi:* fundi, *d. l. 3.* ſiue ipſe poſſederit, ſiue alius ſub eius nomine, ſub quocunque nomine vel titulo, *l. 4.* veluti ſeruus, propinquus, amicus, colonus, libertus; *d. l. 1. & 4.* poſſeſſione priuatus, *d. l. 1.* deiectus, *d. l. 1.* dominio ſuo turbatus, *d. l. 2.* cuius poſſeſſio ablata, *d. l. 1.* per iniuriam ſublata, *d. l. 1.* temerata poſſeſſio, *l. 1. in fin. infr. ad leg. Iul. de vi.* cuius poſſeſſionis ſtatus perturbatus, *l. 4.* ſeu interpellatus, *d. l. 8.* cuius ius improba temeritate peruaſum, *l. 2.* cuius momentaria poſſeſſio peruaſione violata, *l. 6 ſup. de denunt.* à quo ablata poſſeſſio, *d. l. 2.* poſſeſſioni reſtituitur, *d. l. 1.* poſſeſſionis iura ei reparantur: *d. l. 3. ad leg. Iul. de vi:* poſſeſſio redditur, *l. 2. & 4.* reſtituitur, *d. l. 1.* reformatur ſtatus, qui per iniuriam ſublatus eſt; *d. l. 1.* ¶ Idque intra ſpatium legibus præſtitutum, *d. l. 1.* intra id tempus quod reparandæ poſſeſſioni legibus præſtitutum eſt, *d. l. 1.* id eſt infra anni ſpatium. Interpres *ad l. 1. & l. vlt. h. t.* ¶ Illibatis interim atque omnibus integris cauſæ principalis internis, *d. l. 1.* omnibus quæ ſuperſunt ad diſceptationem litigij immutilatis permanentibus, *d. l. 1. in fin.* ſeu ſic vt integra omnis proprietatis cauſa ſeruetur, *l. vn. inf. ſi de momento.*

Magnus verò, ſiue huius interdicti fauor, ſiue ingens ſpolij odium in ſequentibus cernitur: vbi, ſpoliatus ſemper reſtituendus venit.

Primò, *ilicò*, & *ſine dilatione*: ſcilicet hoc, dilatione non ſuſpenditur; *l. 4.* celeri redhibitione deiecto conſulitur: *l. 4.* protinus *l. 1. inf. ad l. Iul. de vi* ilicò *l. 2. h. t.* Vnde & momentum, momenti actio, momentaria poſſeſſio dicta, de quo *ſup.* iuríſque ſuffragium quod in celeri reformatione conſiſtit, *l. 5. ſup. de denunc.*

Secundò citra *Appellationis ius*; Appellatio ſcilicet in hoc iudicio non admittitur: *l. 14. inf. appellat. non recip. l. vn. inf. ſi à momento:* Symmachus *lib. 10. ep. 41.* quod & in Interdicto *quorum bonorum* obtinet, *l. 22. inf quorum appell.*

Tertiò. *Quolibet poſtulante*, exerceri ſcilicet poteſt hoc iudicium, *l. vlt.* ſeu peti, *l. 4.*

per

per quamcunque perſonam, *l. vlt.* per minorem, *d. l. vlt.* ſub cuiuſlibet perſonæ repetitione, *l.* 4. Et quidem, quod Quartum, in fauorem abſentium per eos quibus minimè cauſæ dictio mandata eſt, *dict. l.* 1. vt & per huiuſcemodi quoque conditionis homines, quibus alioquin cauſas orare fas non eſt, putà ſeruos, *dict. l.* 1. per parentes, proximos, propinquos, amicos, colonos, libertos abſentium, *d. l.* 1. *&* 4.

Quintò, Tantus hac in re abſentium fauor eſt, vt & poſt elapſa ſpatia recuperandæ poſſeſſioni *legibus* præſtituta, aliis abſentium nomine litigium inferentibus, id largiri conueniat, eóſque momentariæ poſſeſſioni reſtitui, ac ſi reuerſus dominus litigaſſet. Sed & Domino quolibet tempore reuerſo actio recuperandæ poſſeſſionis indulgeatur, *l.* 1. *h. t.*

Sextò; *nec requiſiti* Iudices ipſi monentur, *l.* 1. *&* 4. abſentium, qui cuiuſlibet rei poſſeſſione priuati ſunt, ſuſcipere in iure perſonam, & authoritatis ſuæ formidabile miniſterium obiicere, atque ita tueri abſentes; *d. l.* 1. Abſentium commoda tueri, *l.* 4.

Septimò non obſtante Reſcripto, vel Interlocutione in hac ſpecie, obtinet ſcilicet huius interdicti beneficium ſimul & pœna, etſi quis Reſcripto, quo precibus popoſcit ſe audiri, *l.* 2. [ab extraordinario videlicet Iudice] quod litigator ſupplicatione obtinuit, *l.* 5. munitus, vel Iudicis interlocutione, iis tamen non vulgatis, non aduerſario ſolemniter intimato, ſed ſuppreſſis, quietum poſſeſſorum huiuſmodi terrore dominio ſuo turbauerit, & violentiâ præoccupauerit, *l.* 2. *&* 5. *h. t.*

Octauò, Locum habet hoc interdictum, vt in priuatis negotiis, ita & ſi inter Proſcripti bona, priuatus rem ſuam agnoſcens eam inuadat: nam & à retentatoribus erepta ſociari iubentur ærario, *l.* 3.

Nonò. In hoc Interdicto ſeu iudicio, id ſolum inquiri debet, vtrum poſſeſſio ablata ſit, *dict. l.* 1. ſeu in eo requiritur, quis ad quem venerit poſſidentem, *l.* 3. *infr. ad leg. Iul. de vi.*

Decimò: Etſi violentiæ antiquioris & ipſe in eadem re argui poſſit: Nam & qui antea ſpoliaſſe dicitur, vltimùm tamen ſpoliatus reſtituendus venit, *d. l.* 3. *ad Leg. Iul. de vi:* ſeu *l.* 7. *Cod. Iuſt. eod.*

Vndecimò: Etſi *Falſi* accuſatio prolato inſtrumento in ciuili controuerſiâ inferatur, *l.* 2. *infr. ad leg. Cornel. de falſo:* nihilominùs enim momentum petitori poſſeſſoríve prolatorum inſtrumentorum authoritas confert, & ſecunda falſi actio ciuilis iurgio terminato ſubſequitur.

Poſtremò, Pœnæ grauiſſimæ & multiplices violento huiuſmodi poſſeſſori olim impoſitæ. De criminali ſanè violentiæ iudicio erit *infr.* titulus *ad Leg. Iul. de vi:* Quod rerum diſpendium attinet, variæ ſunt Imperatorum conſtitutiones: Aliquando violentus dimidiâ parte multatus, *l.* 3. *infr. ad leg. Iul. de vi: l.* 14. *infr. quorum appellat.* aliquando totâ lite, ſeu re cadebat, & in perpetuum multabatur, *l.* 2. *&* 3. *h. t.* etiamſi bonam cauſam foueret; ſi malam cauſam, æſtimationem inſuper rei exoluere cogebatur, *l.* 3. *h. t.* ¶ Neque illud abs re fuerit monere, quænam cuiuſque Imperatoris *hoc titulo* lex ſit: Conſtantini eſt *lex* 1. Gratiani, *lex* 2. Valentiniani Iun. *lex* 3. Honorij *lex* 4. 5. *&* 6. Vt neque illud, caſus fermè ſingulares huius tituli conſtitutionibus decidi. De abſentium poſſeſſione vi vſurpatâ eſt, *lex* 1. 4. *&* 5. De iis qui auctoritate Reſcripti, vel Interlocutione Iudicis ad vim abutuntur, *l.* 2. *&* 5. De his qui ex Publicati bonis aliquid vſurpant, *l.* 3. De Minore, *l. vlt.* Tandem & illud de *locis* notandum, pertinere *legem* 1. *&* 2. ad Vrbem Romam: *legem* 3. ad Gallias: ad Italiam verò, & Liguriam nominatim, *l.* 4. ad Hiſpaniam, *l.* 5. ad Africam, *l.* 6.

---

## ¶ *De* ABSENTIVM *poſſeſſione aduerſus vim tutanda recuperandáque, inque id Iudicis officio.*

### 1. * Imp. CONSTANTINVS A. Seuero."

IVDICES", *abſentium*, qui cuiuſlibet" rei poſſeſſione priuati ſunt, ſuſcipiant in iure perſonam", & auctoritatis" ſuæ formidabile" miniſterium" obiiciant, atque ita tueantur abſentes. Hos" tamen Iudices, quos abſentium iuſſimus ſubire" perſonam, intra hos terminos miniſterij retinemus, vt (illibatis, atque omnibus integris cauſæ principalis" internis") id ſolùm diligenter inquirant, vtrum eius qui quolibet pacto" peregrinatur, poſſeſſio ablata eſt, quam propinquus", vel amicus, vel ſeruulus" quolibet" titulo" retinebat: Nec hos" qui deiecti



ſunt, abſentium nomine poſſidentes, quia minime ipſis" cauſæ dictio" mandata ſit, ab experiundâ re ſecludant: Nec ſi ſerui ſint, eorum reiiciant in iure perſonas, quia huiuſcemodi" condicionis hominibus cauſas orare" fas non ſit: Sed", poſt elapſa quoque ſpatia", recuperandæ poſſeſſioni Legibus præſtituta, litigium eis inferentibus largiri conueniet", vt eos momentariæ" perinde poſſeſſioni reſtituant", ac ſi reuerſus dominus litigaſſet. Cui" tamen quolibet tempore reuerſo, actionem recuperandæ poſſeſſionis indulſimus": quia fieri poteſt, vt reſtitutio propter ſeruulos" infideles", vel negligentes propinquos", vel amicos, & colonos", intereà differatur: abſenti" enim officere non debet tempus emenſum, quod recuperandæ poſſeſſioni Legibus præſtitutum eſt: Sed reformato" ſtatu", qui per iniuriam ſublatus" eſt, omnia quæ ſupererunt, ad diſceptationem litigij immutilata permaneant; iudicio" reſeruato" iuſtis" legitimíſque perſonis": cùm valdè ſufficiat, poſſeſſionem tenentibus abſentium nomine, contra præſentium violentiam ſubueniri. Dat. x. Kalendas Nou. Mediol. Conſtant. A. VII. & Conſtantio Cæſ. COSS. [326.]

INTERPRETATIO. *Omnes Iudices ſpecialiter admonemus, vt nullus abſentibus dominus res eorum præſumat inuadere, ſed contra improbos homines omnia per perſonam iudicis vindicentur, ſaluo principali negotio. Quod" ſi quis ſe aduerſus abſentem negotium habere cauſatur, & ſi cui illi qui peregrinantur rem ſuam commiſerint gubernandam, nec Actor, nec Procurator eorum, aut aliquis ſeruorum ad dicendam cauſam domino aut abſente, aut non iniungente cogatur, ſed ſi quid eis fuerit ſublatum, mox hiis qui domino abſente excluſi ſunt, cum interpellauerint reformetur. Ipſe vero dominus ſi fortè per negligentiam ſeruorum res recepta non fuerit, cum de peregrinis" redierit, poſſeſſionem ſuam momenti beneficio, etiamſi annus exceſſerit, nullatenus recipere prohibetur, ſed reſtitutis in integrum omnibus quæ eo abſente ſublata ſunt, integra cauſæ actio proponatur: inter legitimas duntaxat, & integra ætate perſonas: quia dignum" eſt, vt contra malitiam eorum qui præſentes ſunt taliter abſentibus iubeamus eſſe conſultum.*

## NOTÆ.

* Lex 1. *Cod. Iuſt. ſi per vim vel alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio.* Hanc legem memorat ſimul & confirmat Honorius Imp. *l.* 4. *inf. h. t.* Eandem intelligit Interpres ad *l.* 3. *inf. ad leg. Iul. de vi:* Eam interpretatur Menochius *remed.* 6. *de recuper. poſſ.*

" P. V. ſcilicet. Acilius hic *Seuerus* eſt, qui P. V. fuit à Pridie Nonas Ianuar. A. D. 325. ad Idus Nouemb. A. D. 326. vt teſtatur verus Auctor Notitiæ Præfectorum vrbi. Eidem inſcribitur A. 325. *lex* 3. *ſup. de diuerſo reſcript. l.* 2. *de Iudiciis*, additâ vtrobique dignitate P. V. Hoc verò anno 326. eidem inſcribuntur dignitate expreſſa *lex* 3. *inf. de bonis vacantibus*, ſed dignitate omiſſâ, *lex* 2. *infr. de filiis milit. apparit.*

" *Iudices* in ſpecie *huius legis* ſunt Iudices ordinarij, intra Præfecturæ vrbanæ diœceſin, præter Præfectum Vrbis ipſum, ſpolij ſcilicet cauſa ab ordinario Iudice cognoſcitur.

" Rei cuiuſliber. De hoc *in commentario.*

" *Perſonas*, in plurali Cod. Iuſt

" *Auctoritas* Iudicis, vide Gloſſ. Theod. & quæ noto *ad l.* 6. *inf. de exactionib.*

" *Formidabile* Iudicis miniſterium: quantum ad violentum, vt Azo rectè. D. Paulus ad C. V.

" *Miniſterij* vox hic, & mox ruſum, de officio Iudicis.

" Hæc ſententia, vſque ad, *vt id ſolum*, reciſa *Cod. Iuſt.* propter repetitionem quæ infrà occurrit.

" Subire *ſup.* ſuſcipere.

" *Principalis* cauſa, cauſa proprietatis, negotium principale, vt *l.* 3. *inf ad l. Iul. de vi: & l.* 14. *inf. quorum appell.* & Interpres *ad hanc legem.* Principalis quæſtio, *l.* 2. *ſup. de Iudiciis:* Caſſiodorus 4. *variarum* 44. *ſi partibus veſtris in cauſa momentaria vel principali iuſtitia adeſſe cognoſcitis.* Idque eſt quod Iſidorus 5. *originum*, ſcribit, *momentum quam cito quam ſtatim ſaluo negotio reformari.* Vbi *negotium* pro cauſa principali & proprietatis. Quomodo & *fine huius legis: Omnia quæ ſupererunt ad diſceptationem litigij immutilata permaneant, iudicio reſeruato iuſtis legitimiſque perſonis.*

" *Interna* principalis cauſæ, *h. l.* interna negotij, *l. vn. ſup. de off. Præfect. Prætor.* interna cauſæ, *l.* 2. *inf. ſi vagum petat. mancip.* vide Gloſſ. Theod.

" *Modo:* ita Cod. Iuſt.

" *Sit*, Cod. Iuſt.

" *Propinquus, vel parens, vel proximus, vel amicus, vel colonus, vel libertus ſeu ſeruus:* ita pleniùs Cod. Iuſt. ex *l.* 4. *inf.* fermè, quam ideo omiſit Tribonianus, mutuato tantùm inde quod ibi plus continetur.

" *Seruulus* hîc, & mox rurſum ὑποχειρικῶς Conſtantino.

" Velut actor, aut conductor.

" *Eos*, Cod. Iuſt.

" *Eis*, Cod. Iuſt.

" Ita quoque rectè meliores Codd. Iuſt. in nonnullis *deciſio.*

" *Huiuſmodi* Cod. Iuſt.

" *Perorare* in Cod. Iuſt. non ita rectè: *Orare*, propriè. Poëta, *Orabunt cauſas meliùs.* Terentius Phormione, *Act.* 2. *ſc.* 1. *Seruam hominem cauſas orare leges non ſinunt.* Quem locum forte in animo habuit Conſtantini Quæſtor. Ita Tullius & Seruius Sulpitius à Pomponio *l.* 2. *de origine iuris cauſas oraſſe* dicuntur. Omitto alia.

" *Sed &.*

" Anni vtilis ſcilicet, *l.* 2. *Cod. unde vi:* & Interpres ad *hanc legem*, & ad *l. vlt. infr.*

" *Conuenit*, C. Iuſt.

" *Momentaria* poſſeſſio, *h. l. & l.* 8. *ſup. de iuriſdict.* momentaria cauſa apud Caſſiodorum, vide Gloſſ. De momenti beneficio, dixi iam ad *l.* 8. *ſup. de iuriſdictione & l.* 5. *ſup. de denunciat. Momentaria*, Cod. Iuſt.

" *ſine vlla cunctatione.* add. Cod. Iuſt.

" *Domino* ſcilicet, quod & Tribonianus addidit.

" *Indulgemus*, Cod. Iuſt.

" *Seruos*, Cod. Iuſt.

" *Vel parentes vel proximos*, Cod. Iuſt. add. ex *d. l. 4. inf.*
" *Vel libertos*, add. Cod. Iuſt. ex *d. l. 4. inf.*
" *Abſentibus* Cod. Iuſt.
" *Reformandi* vox hâc in re, poſſeſſionis videlicet propria vide *Gloſſ. Theod.* & Symmachum *lib. 1. ep. 68. lib. 3. epiſt. 53. lib. 6. ep. 11. lib. 10. ep. 41. 46.* Ambroſium *ep. 16.*
" De hac *Status* voce; ad *l. 4. inf.*
" Ablatus.
" Iudicium de cauſa principali, de quo iam *ſup.*
" *Seruato*, Cod. Iuſt.
" *Abſentibus perſonis.* C. Iuſt.
" Non cepit *huius l.* ſenſum.
" Neque hîc legem intellexit.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. hæc conſtitutio eſt, quam Honorius Imp. iterat *l. 4. inf.* in Inuaſores alienæ rei & poſſeſſionis: cuius alioquin Principis plures in Inuaſores conſtitutiones occurrunt, putà *lex 1. 2. 3. inf. ad leg. Iul. de vi: lex 1. 2. ſup. finium regundorum: lex 1. inf. de accuſationib.* Hæc verò ſpeciatim eſt de ABSENTIVM poſſeſſione inuaſâ, interuerſâ, quam abſentium nomine alij tenebant, veluti propinqui, amici, ſerui, coloni. Abſentibus ſcilicet aduerſus præſentium violentiam validis remediis Conſtantinus conſultum voluit. Præſentium, inquam, qui captatâ aliorum abſentiâ in poſſeſſiones eorum ſæpè inuolabant, velut deſtitutas iam, vel certè aliis perſonis ſiue contemnendis, ſiue negligentibus commiſſas: propinquis, amicis, ſeruis, colonis. *Hâc enim fermè occaſione abſentium facilè iura turbantur, quòd à poſſeſſionibus ſuis abſint, vel abeſſe cogantur, qui quamdiu præſentes ſunt, nec quicquam turbantur.* Quod etiam ex variis aliis huius ferme æui ſcriptoribus diſcimus: ex Symmacho, *lib. 3. ep. 53. 69. lib. 5. ep. 18. lib. 9. ep. 22. in fin.* & *lib. 7. ep. 66. Agris enim quos in Cæſarienſi Mauritania poſſidemus,* (VT FIERI AMAT, *per dominorum abſentiam*) *nihil reliqui facit officij Præſidalis improbitas.* Libanij quoque locus hùc pertinet, *ep. 5.* ad Paulinum in Magiſtratu conſtitutum (fortè Paulinum Præf. Auguſtalem) in Codice Regio: quâ poſſeſſionem *Thalaſſio* cuidam abſenti ereptam reformari poſtulat. *ἔξεστι δέ σοι μετὰ τῆς τῶν νόμων φυλακῆς ἀποδοῦναι γῆν ἧς ὑπ' ἀνδρὸς ἐστέρηται τῶν θρασυτέρων τινος, πάλιν αὐτὸν ποιήσαντι δεσπότην. καλὸν δὲ τὸν ἀδικήσαντα μαθεῖν, ὡς ἔστι καὶ ἀπόντα τῶν δικαίων τυχεῖν.* Valentinianus 3. de Auxiliari V. Ill. qui abſens domus ſuæ poſſeſſione Romæ ab Ill. V. Apollodoro *abſentiæ eius occaſione captatâ* depulſus fuerat *Nouella 19. de inuaſoribus*: *Quæ patrimoniorum poteſt eſſe ſecuritas, ſi totiens inſidietur inuaſor, quotiens poſſeſſores eſſe contingit abſentes?* Eodem pertinet apud Caſſiodorum, *lib. 1. variar. 15.* Theodoricus R. epiſtolâ ad Feſtum V. Ill. atque Patricium, qua mandat vt tueatur facultates abſentis, nec permittat eas à quoquam peruadi: vbi inter alia hæc: *Peruiæ ſunt enim ſemper iniuriis facultates abſentium, & quodammodo videtur occaſio homines in delictum trahere, quæ non poteſt animum peruadentis de reſultatione terrere.* Igitur & *hâc l.* Conſtantinus M. & poſt eum Honorius, qui *hanc l.* firmauit, *l. 4. inf.* abſentium ſecuritati enixè conſultum voluit multiplici ratione & cautione, variiſque *beneficiis*, vt ea vocantur *d. l. 4.* Quod ſequentia oſtendunt. Primum enim ſpectanda ſunt illa ſtatim *initio l.* quibus abſentium tutelam Iudicibus iniungit: *Iudices*, inquit, *abſentium, qui cuiuſlibet rei poſſeſſione priuati ſunt, ſuſcipiant in iure perſonam, & auctoritatis ſuæ formidabile miniſterium obiiciant, atque ita tueantur abſentes.* Quomodo & Honorius *l. 4. inf. Iudicem quoque abſentium commoda tueri oportet, atque in his quæ comprobantur ablata celeri redhibitione conſulere.* Quæ ſanè Conſtantini prægnantia admodum verba ſunt. Symmachus quoque *lib. 10. ep. 7. Noueris pro abſentibus dominis Rectorem ſuſcipere debere partes defenſionis*: cuius eiuſdem non vna eam ad rem eſt epiſtola, veluti ad Richomerem *lib. 2. ep. 69.*

Secundò, *Quorumcunque* abſentium commodis *hâc l.* conſulitur, pariter vt *l. 4.* ſcilicet etiam ex non neceſſariâ cauſâ abſentium, vt rectè Gloſſa notauit: Non tantum, ob generalem & indefinitam *abſentium* appellationem, verùm etiam ob ea quæ diſertè addit Conſtantinus *h. l. eius*, inquit *qui* QVOLIBET PACTO *peregrinatur*, pro quo Tribonianus, *qui quolibet modo*: Et Honorius ſimiliter *d. l. 4. vt quæ in in militia conſtitutis vel abſentibus.* Vnde iam conficitur ea Interpretum quæſtio, quam rectè decidit Menochius *de recuper poſſ. remed. 6. à n. 12. ad 19.* num abſentibus ex voluntariâ cauſâ hoc beneficium competat: Quod vtique & incunctanter dicendum eſt. Et verò, præter ea quæ iam notauimus, vt & illa quæ rectè ibidem Menochius obſeruat, hiſtorica horum temporum ratio id euincit, nempè, quod hâc tempeſtate Proceres & Senatores vrbis Romæ, atque in dignitatibus conſtituti, per diuerſa varias poſſeſſiones habeant, quas non pro neceſſitate tantùm, ſed & pro voluntate ſubinde obire his contingebat, neque omnes tamen, aut ſimul, velut longè poſitas, in quibus ſuos actores, colonos, ſeruos habebant: Cuius rei exempla vel apud Symmachum complurima. Et verò hæc cauſa ipſa eſt cur *Præfecto vrbis* hæc lex, vt iam *in Notis* oſtendi, inſcribatur: qui vtique Procerum & Senatorum Præſul erat, cuiúſque diœceſis ſuburbanas ſeu ſuburbicarias prouincias complectebatur: intra quas Romani proceres varias poſſeſſiones habebant, eaſdémque quandoque obibant, quod ex eodem Symmacho rurſum diſcere eſt. Et hæc de perſonis.

Quod *res* attinet; *Tertiò* hic obſeruandum, *hanc leg.* vt & Honorij *l. 4.* etſi ad poſſeſſionum ſeu fundorum ad abſentes pertinentium Inuaſores potiſſimùm pertineat, ad aliarum tamen quoque rerum inuaſores pertinere. Nam vt maximè interdictum *vnde vi*, quò hæ conſtitutiones pertinent, ad res mobiles olim non porrigeretur, & his quoque legibus paſſim *poſſeſſio ablata* ponatur, quam alius abſentis nomine retinet: item *deiectus* dicatur qui abſentis nomine poſſidebat, ſeu poſſeſſionem tenebat; attamen *in vtraque l.* occurrunt, quæ ſuadent earum beneficium ad res alias quoque abſentium direptas pertinere. Ita enim Conſtantinus *hâc l.* initio ſtatim; *Abſentium, qui* CVIVSLIBET REI *poſſeſſione priuati ſunt.* Ita Hororius, *l. 4. ſi perturbatus poſſeſſionis ſtatus ſit*, VEL DIREPTVM ALIQVID. Iterum *ad repetendum momentum, redintegrationémque* FORTVNÆ, quorum illud certè pertinet ad poſſeſſiones, iſtud ad res alias. Et in fine: *quæ comprobantur* ABLATA: Item *Qui vtendæ rei habuit facultatem*: & *quæ in militia conſtitutis, vel abſentibus*, EREPTA *eſſe conſtiterit, reddantur.* Quæ omnia omnis generis res complectuntur. Et ſanè



cùm Abſentium tutelam *his legibus* Conſtantinus & Honorius in ſe tam enixè recipiant, eámque Iudicibus adeò inculcent, in hanc quoque partem conſultum oportuiſſe quis neget? Certè & olim eorum quoque nominè quæ immobilibus cohærent, ſeu rei ſoli accedunt, interdictum *vnde vi* dabatur: *l. 1. §. 6. l. 3. §. 15. π. de vi, & vi armatâ.* Sic & mobilia occupans incidit in pœnam *legis ſi quis in tantam*: ſeu *l. 3. inf. h. t.* quod & Gloſſa probat, quam ſequuntur omnes. Tandem Iuſtinianus quoque has Conſtantini & Honorij conſtitutiones ad vacuam abſentium poſſeſſionem vſurpatam extendens, *l. vlt. Cod. vnde vi*, res & poſſeſſiones coniungit: *Nos non concedentes aliquem alienas res vel poſſeſſiones per ſuam authoritatem vſurpare*: de quo Menochius *ad eam leg. remedia recup. poſſ. 12. à n. 14.*

Quartò Conſtantinus *verſ. id ſolum*: Iudicem id ſolùm inquirere iubet, vtrum eius qui abſens eſt poſſeſſio ablata fuerit, quam alius abſentis nomine retinebat: Quod & aliàs tralatitium eſt: nempe in hoc iudicio id vnum quæri debet, & vt idem Conſtantinus ait *l. 3. inf. ad leg. Iul. de vi*: ante omnia violentiæ cauſa examinanda venit, & in eâ requiritur, *Quis ad quem venerit poſſidentem*, vt ei quem conſtiterit expulſum amiſſæ poſſeſſionis iura reparentur, poſſeſſióque penitus reſtituatur; ſcilicet & ſolum id inquirendum & ante omnia: Quæ in commune huius momenti & Interdicti natura eſt. In tantum, vt etſi vetus violentia opponi poſſit, attamen prior violentia per ſecundam ex interuallo factam abſumatur, & vltimò ſpoliatus reſtituendus veniat: quæ expreſſa ſententia eſt *d. legis 3. inf. ad l. Iul. de Vi.* vbi de eâ quæſtione plura.

Quintò Conſtantinus *verſ. nec hos*: eos, qui poſſeſſione deiecti ſunt, abſentium nomine poſſidentes, hoc iudicio experientes admitti à Iudicibus iubet, quolibet titulo poſſeſſionem abſentis retineant, ait lex: vel vt Symmachus *lib. 3. ep. 69.* in eadem re, *tueantur abſentium* facultates: homines denique abſentium: Idque etſi *Mandatum* ad id non habeant, etſi minimè ipſis cauſæ dictio mandata ſit; etſi alioquin regulariter nemo ſine mandato alieno nomine agere poſſit: *l. ſi pupillus, §. vlt. π. de negotiis geſtis.* Simili ſanè ratione olim ex *lege Hoſtiliâ* actionem furti ſine madato cuicunque exercere licebat, eius nomine qui apud hoſtes erat, quíve Reipubl. cauſâ aberat, quíve in eorum alicuius tutelâ eſſet: *Iuſt. de iis per quos agere.*

Sexto, *ſeruos* quoque admitti à Iudicibus Conſtantinus iubet; *verſ. nec ſi ſerui*: etſi alioquin huius conditionis hominibus cauſas orare fas non ſit. Quod etiam repetitur *l. 4. inf.* & *l. vlt.* & nominatim ſeruum qui poſſeſſione abſentis expulſus fuit: Cùm antea ſeruo in corporali poſſeſſione relicto, eóque deiecto dominus tantùm experiri poſſet *l. 1. §. quod ſeruus, π. de vi, & vi armatâ.* Non eſt in caſu *huius l.* minor addendus, cùm aliàs minor *hîc* admittatur *l. vlt. inf.* nam de præpoſitis poſſeſſioni *hâc l.* agitur, cuiuſmodi certè minor non præponitur. Serui igitur perſona *hîc* legitimatur: atque adeò hâc quoque parte noua eſt hæc conſtitutio. Quæ cùm ita ſint, hinc apparet Interpretem *huius leg. verſic. Quod ſi quis*, hunc locum non intellexiſſe.

Septimò, neque *Tempora* ſeu ſpatia, recuperandæ alioquin poſſeſſioni *Legibus* præſtituta, hoc caſu ſeruari vult Conſtantinus *verſ. ſed poſt.* id eſt, anni ſpatium, vt Interpres rectè *ad hanc l. & l. vlt. inf.* v. & Caſſiodorum *lib. 4. variar. 39.* Quin & ſuperioribus omnibus etiam ſeruis, poſt elapſa tempora, ſeu ſpatia illa, litigium inferentibus momentariæ poſſeſſionis interdictum debetur, haud aliter ac ſi dominus ipſe reuerſus litigaſſet.

Octauò: Imò & *domino* quolibet tempore reuerſo actionem recuperandæ poſſeſſionis indulgeri vult Conſtantinus *verſ. cui tamen*: hâc ratione redditâ, quia fieri poteſt, vt reſtitutio propter ſeruos infideles, (Actores abſentium infideles, v. & Symmachum *lib. 9. ep. 6. & lib. 5. ep. 87.*) vel negligentes propinquos, vel amicos & colonos intereà differatur: atque adeò abſenti officere non debeat tempus emenſum. Eadem ratione & Caſſiodorus 7. *var. 8.* ſcribit, *Vigilibus iura momenti eſſe dilatata*: quia Vigiles vice abſentium ſunt, *l. ſi maritus 15. §. 3. π. ad leg. Iul. de adulter.*

Et hactenùs quidem Beneficia, quæ in hoc negotio Abſentibus tributa voluit Conſtantinus, hâc *nouâ* conſtitutione: quæ non ad Interdictum in genere *de Vi* pertinet, verùm ad *Abſentium* nominatim tutelam.

Sequuntur nunc *Limitationes* ſeu termini, intra quos Iudicis officium, in hâc quoque ſpecie, includit Conſtantinus. *Hos tamen*, inquit, *Iudices, quos abſentium iuſſimus ſubire perſonam, intra hos terminos miniſterij retinemus, vt*, &c. Intra terminos, inquam ordinarios huius Interdicti.

Primus terminus eſt, vt id omne fiat illibatis atque integris omnibus cauſæ principalis internis, vt *initio l.* dicitur: vel, vt *fine leg. reformato ſtatu qui per iniuriam ſublatus eſt, omnia quæ ſupererunt ad diſceptationem litigij immutilata permaneant*: Quam in rem vid. & *l. vn. inf. ſi de momento fuerit apell.* id eſt, Citra præiudicium cauſæ principalis: Quomodo & exertè Symmachus, *lib. 10. ep. 41. Quare de poſſeſſione ſecundum documenta Scirtij, & Principalium teſtimonia iudicaui*, &c. *principalem verò cauſam ſaluis allegationibus partium futuro examini reſeruaui.*

Secundus terminus ſeu ſecunda limitatio eſt, vt iudicium iam principale reſeruetur iuſtis legitimíſque perſonis: De momento ſcilicet agere poſſunt etiam ſerui: in iudicio principali iuſtæ tantùm & legitimæ perſonæ, non etiam ſerui, quorum iuſta & legitima perſona non eſt: vt neque aliorum ſine mandato. Interpres ad *hanc l.* ita: *Inter legitimas duntaxat & integrâ ætate perſonas.* Caſſiodorus 28. *var. 28. inf. Ita tamen, vt legitima perſona diſceptantibus non deſiſtat.* Hactenus ſcilicet Conſtantinus abſentibus fauit, vt ne poſſeſſio eorum turbaretur: *cùm valde*, inquit, *ſufficiat, poſſeſſionem tenentibus abſentium nomine contra præſentium violentiam ſubueniri.* Quod Interpretatio *huic l.* ſubdita non planè aſſequitur, cùm ita explicat, *quia dignum eſt*: debuit dicere, *quia ſatis eſt, valde ſufficit*, id eſt, abunde eſt.

¶ NON EXCVSARI *quem à vi.* 1. *Reſcripto Principis non vulgato, non intimato.* 2. *neque interlocutoria Iudicis.* 3. *neque Tutorij officij obtentu.*

II. Imppp. GRATIAN. Valent. & Theod. AAA. ad Potitum″ Vicarium Vrbis.

QVISQVIS, neque vulgato *Reſcripto*, neque aduerſario ſolenniter intimato, poſſeſſorem quietum, dominio ſuo, huiuſmodi″ terrore″, turbauerit″, eâ in perpetuum lite multetur, quam præoccupauerit violentiâ, cùm precibus popoſciſſet *audiri*. ¶ Quæ* non minùs etiam eum tenebit condicio, qui Iudicis *Interlocutione* ſuppreſſâ, ſub ſpecie iudicati, ius alienum improbâ″ temeritate peruaſit″: ita vt, neuter reparationem interfecti″ hoc pacto ſemel negotij audeat poſtulare. ¶ Si * autem habito plerumque″ conludio, Curatores vel Tutores minorum his rem debitam eâ″ occaſione peruadant, vt pupillis vel adultis iurgandi copia & fructus adimatur, iis eatenus ſubuenimus, vt eoſdem non atterat″ damno culpa temeritatis alienæ, ſed ilicò quidem poſſeſſio ei, à quo eſt ablata, reddatur: Curatores autem vel Tutores æternâ deportatione punitos, bonorum″ quoque publicatio perſequatur. Dat. prid. Idus Octob. Treueris″, Siagrio & Eucherio COSS. [381.]

INTERPRETATIO. *Quicunque cauſam ſuam non ita agere voluerit, vt aduerſarium ſuum publice patefacta actione conueniat, & dominum poſſeſſionis aliqua ratione conturbauerit, ita negotio ipſo careat, vt eam cauſam nunquam valeat reparare, qui prius rem voluit auferre, quam ſperare à Iudice vt deberet audiri.* ¶ *Similiter & ille omni cauſa priuetur, qui Iudicis ordinatione ſuppreſſa, iudicium ſe habere dicens, alienam poſſeſſionem ſua præſumptione peruaſerit. Quod ſi Tutores etiam vel Curatores minorum, conludio aliquo pro eorum negotiis alienam rem ſub ea quam diximus temeritate peruaſerint, vt minorum cauſa depereat, nullum minoribus præiudicium fieri ex Tutorum vel Curatorum temeritate permittimus, ſed proprietatem ſuam ſine dilatione recipiant. Curatores autem vel Tutores amiſſis rebus ſuis perpetuo exilio deputentur.*

## NOTÆ.

* Lex *meminerint 6. Cod. hoc. tit.* hinc mirè interpolata eſt. Hanc *leg.* repetit Menochius *de recuper. poſſeſſ. remedio* 8. Concordat huic legi, *lex* 5. *inf.*

″ *Potito* huic Vicario vrbis inſcribitur quoque anno 379. *lex* 1. *inf. de Princip. agent. in reb. lex vlt. inf. de re iudicata*: *lex* 2. *inf. de executoribus. Potiti* quoque meminit Symmachus *lib.* 13. *ep.* 13.

″ Reſcripti ſcilicet impetrati.

″ *Terrore* reſcripti facile terrentur poſſeſſores.

″ *Turbandi* vox hic propria, vt & perturbandi, *l.* 4. *inf.* & *tit. Cod. ſi per vim, vel alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio*: quæ vim expulſiuam denotat, etſi naturâ ſuâ inquietationem omnem ſignificet. Sic & Symmachus *lib.* 5. *ep.* 18. *Ne ius prædij noſtri violenta perturbet irruptio.*

″ *eundò* ſententia *huius leg.*

″ Improbi vox *hic* propria. v. Gl. Theod. ſic & *l.* 5. *ſup. de denunciat. vel edit. reſcripti*, peruaſione improborum.

*Peruadendi* vox *hîc* propria: & mox *inf.* rurſùm. Sic & *d. l.* 5. *ſup. de denunciat.* & *l.* 6. *eod. tit. momentaria poſſeſſio peruaſione violata.* Indéque *peruaſionis* actio, *Nouella* Valentin. *de Epiſcop. iud.*

″ *Interfectum* negotium. Plautus *Menæchmis*, *Actu* 3. *ſc.* 2.

*Interfecta hæc res eſt.*

Et *Mercatore*, *Actu* 5. *ſc.* 1.

*Vſus, fructus, victus, cultus iam mihi harum ædium*
*Interemptus, interfectu'ſt, alienatu'ſt, occidit.*

v. & *Captiuis* & *Pſeudolo*. Apuleius *interficere virginitatem* dixit. Apud Ariſtophanem, τὸ τρύβλιον τέθνηκέ μοι. Simili tranſlatione *vulneratum negotium. l.* 5. *inf. de appellat.* & apud Symmachum *lib.* 2. *ep.* 90. & *l.* 2. *Cod. in quib. cauſis in integr. reſtit. neceſſ. non eſt*: & apud Auguſtinum *in breuiculo collat.* 3. *diei*.

* Tertia ſententia.

″ Id eſt, vt ferme colludio euenire ſolet.

″ Reſcripti occaſione.

″ *Alteri* damno. v. Gloſſ.

″ Dicam ad *l. vn. inf. de ſentent. paſſis*: v. & *l.* 3. *inf. ad leg. Iul. de vi.*

″ Hinc apparet, *hanc leg.* Gratiano Imp. adſcribendam. Ibidem verò hoc anno data *lex* 6. *inf. de ſcænicis.*

## COMMENTARIVS.

GRATIANI hæc conſtitututio eſt, vt ex ſubſcriptione *huius leg.* conſtát: dicitur enim ea data *Treuiris*, quæ ſanè tum Galliarum metropolis, & Imperatorum ſedes in partem Imperij Gratiano ceſſerat. Eſt verò hæc *lex*, non de Interdicto *vnde vi*, in commune; verùm de ſingularibus caſibus quibuſdam, in violentiæ crimine, quibus nihil obſtantibus, quis Interdicto *vnde vi* teneri definitur: de quibus itidem eſt & Honorij Imp. conſtitutio, *l.* 5. *inf.* Et ita quidem ſingulares *huius l.* ſpecies ſunt, vt eam Interpretes hanc ad diem non perſpexerint, & Tribonianus in aliam omninò ſententiam verterit, fortè quia & ipſe eam minùs perſpectam habuit. Denique *hâc l.* occurritur duplici obtentui, & prætextui, vel potius *terrori*, quo obiecto peruaſores aliena iura réſque turbabant.

Prior huius l. pars eſt de Reſcripto Principis, quo Princeps, interpellatus à quodam, qui ſe poſſeſſione deiectum querebatur, atque adeò auxilium Principis depoſcebat; denique qui ſeſe *precibus audiri popoſcerat*, (vt *hâc l.* dilertè dicitur) ad extraordinarium fortè Magiſtratum, eum remiſit, ſupplicémque in poſſeſſionem reſtitui iuſſit, ſi appareret eum vi deiectum, & vt rectè Accurſius interpretatur *in voce*, *Vulgato*, illos debere venire ad iudicium iſti reſponſuros. De quo Reſcripti genere eſt Valentiniani Iun. *l.* 5. *ſup. de denunciat. vel edit. reſcripti*: *Si quis*, inquit, *poſſeſſione deiectus auxilium noſtri poſcat oraculi.* Et *lex* Honorij 5. *inf. hoc tit. nec Imperiale*, inquit, *reſponſum, quod ſupplicatio litigatoris obtinuit.* Sæpè ſcilicet eueniebat vt à Potente fortè poſſeſſione deiectus, & ab Ordinario Iudice ſpretus, vel etiam obtentu Iudicij ſpoliatus ad Principem querelas ſuas deferret, mox Princeps Magiſtratui alicui, maiori ſeu ſublimiori fortè, huiuſce rei notionem deferret extra ordinem, vt cæteroquin reſcripta multa ad extraordinarios Iudices impetrabantur: de quibus, *l.* 1. *ſup. de dilationib. l.* 9. *ſup. de Iuriſdictione*: *l.* 7. *inf. de Nauicularis*: *l.* 2. *ſup. de off. Iudicum omnium*: *l.* 4. 5. *ſup. de denunciat. vel edit. Reſcripti.* Et verò de hoc ipſo Reſcripti genere eſt quoque Symmachi locus. *lib.* 10. *ep.* 46. triennio tantum poſt hanc leg. *Cùm ex Reſcripto*, inquit, *Numinis veſtri ſtatum quem Theodoſio Abſenti ademerat reformaſſem: Mota enim veſtra Clementia ſupplicationibus & querelis, breui examine iuſſit inquiri, an Theodoſio extra conflictum locato, ac deinde ne rebus excideret prouocante, poſſeſſionem corporum Conſtantius eſſet indeptus. Allegatâ igitur Præceptione diuinâ, primò cognitionem totius negotij (quamuis ſpeciatim mihi Tranquillitatis veſtræ delegatione mandatam,) V. C. Vicarij præſentiæ reſeruaui*: & mox, *cùm iam participem Iudicij non haberem, turbatæ poſſeſſionis querelam Reſcripto obſecutus audiui. Et quia Theodoſium iudicio non interfuiſſe conſtabat, quo ſibi demptas queſtus eſt facultates, nec vlla precum mendacia Conſtantius detegebat, executus ſum circa germanum ſupplicatoris hæredem Cæleſte iudicium, reformato ſtatu, quem claruit mox propoſitâ appellatione defenſum*, &c. De hoc igitur Reſcripti genere eſt *hac lex*: De cuius ſententiâ priuſquam agimus, illud repetendum, eum qui Reſcriptum impetrauerat, id edere, vulgare, aduerſarióque ſolemniter intimare debuiſſe: quod præter *hanc l.* docuit *ſup.* peculiaris in id titulus *lib.* 2. *de denunciatione vel editione reſcripti. Vulgare* enim hîc non eſt paſſim oſtentare, vt nonnulli ſcribunt; verùm edere, apud Iudicem intimare, vt Accurſius rectè in alterâ Interpretatione: promulgare, vt *l.* 5. *Cod. Iuſt. de diu. reſcr.* quæ quadriennio ferme poſt *hanc l.* data eſt. Id quod etiam in huiuſmodi reſcripto, de quo *hâc l.* neceſſariò requirebatur: Nam vt maximè de momenti beneficio ſeu reſtituendâ poſſeſſione ageretur, attamen remiſſa Reſcripto ad Iudicem ſuper hâc re cognitione, non ideò μονομερῶς iudicium peragi poterat, verùm partem audiri oportuit, de quo querela ad Principem perlata fuerat; atque ideò reſcriptum in id aduerſario vulgari intimarique. Reſcripto Principis ſcilicet ſolemnia iuris, vel ordo iuris, non ideò remiſſa cenſentur, vt in *ſp. l.* 6. *ſup. de inoff. teſt.* & *l.* 30. *Cod. eod.* cum qua nil commune habet ſpecies, *l.* 2. *ſup. de ſuffrag.* Imò enim cùm huiuſmodi Reſcripto, cognitio tribuitur, iuſta cognitio parte alterâ auditâ delata cenſetur. Nunc finge: Aliquem huiuſmodi Reſcripto non vulgato, neque aduerſario ſolemniter intimato, eius terrore, poſſeſſorem quietum dominio ſuo turbaſſe, & ſic litem præoccupaſſe violentiâ, cùm precibus popoſciſſet audiri: Huiuſmodi violentum inuaſorem Gratianus *hâc l.* lite multari iubet: *præoccupantis* litem hæc pœna eſt. *Præoccupare*, eſt præpoſterè, præmaturè occupare: ſuáque ſponte inuadere quod à Iudice ſperare debuerat: & vt loquitur *lex* 3. *inf. hoc tit.* qui cùm litem inferre potuiſſet, noluit expectare iudicium, imò maluit ſpernere victoriam, quam iuſtitiæ præſcripſiſſet euentus, vt amplecteretur quod dediſſet audacia. Hegeſippus quoque *lib.* 2. *de excidio Hieroſol.* Præpoſterum litigatorem vocat, vbi & causâ eum cadere ſcribit. *Non petendo*, inquit, *quæ petitione conſiſterent etiam in pecuniariis cauſis....ſolet, vt præpoſteri litigatores causâ cadant.* Et hæc de Reſcripto Principis & ſic de primo *huius leg.* capite.

Secundum, ſuperiori ſimile caput eſt de *Interlocutione Iudicis.* Si quis ſcilicet ſuppreſſâ eâ, id eſt non intimatâ eâ aduerſario, vel eo abſente (vt in *l.* 5. *inf.*) quâ fortè interlocutus fuerat Iudex, de causâ poſſeſſionis cognoſcendum, ſub ſpecie iudicati, ius alienum improbâ temeritate peruaſit. Quod etiam cauetur *l.* 5. *inf.* vbi ratio hæc redditur: Quia negotiorum merita partium aſſertione panduntur, id eſt, vt rectè *ibi* Interpres, quia priùs conueniri debet ille qui poſſidet, & niſi inter præſentes iudicium dari non poteſt, nec negotium terminari. Et hæc quidem eſt *huius l.* ſententia: Quam Tribonianus *in l. meminerint* 6. *Cod. h. t.* (quam hinc miro flagitio interpolauit) in eam ſententiam refinxit, quaſi id definiatur, eum qui Reſcripti auctoritate nititur, vel re iudicatâ, non ideò propriæ executionis ius habere, verùm priùs conuenire debere poſſeſſores, vel his abſentibus Actores eorum, vel procuratores: & ideò iſtum ſi ſpreto iuris ordine in executione iudicati peruaſerit bona debitoris, amittere ius ſuum. Nam vt iam dixi in ſp. *huius legis*, Reſcripto vel ſententiâ Iudicis cauſa deciſa nondum fuerat, vt ex toto *legis* contextu apparet: & vel illa clarè docent, *cùm Precibus popoſciſſet audiri*, item *Iudicis interlocutione ſuppreſſa.* Ergo hactenùs Reſcriptũ proceſſerat, vt audiretur is qui ſupplicauerat: Hactenus Iudex Interlocutus fuerat. Et ſanè aduerſarius vbique in *hâc l. dominus* adhuc fuiſſe præſupponitur, quod vtique non diceretur, ſi reſcripto vel iudicio dominium ei abiudicatum fuiſſet, ibi, *dominio ſuo priuauerit*: Item, LITE, inquit, *multetur quam* PRÆOCCVPAVERIT *violentiâ*: Item, *Ius alienum improba temeritate peruaſit*: & mox: *negotium* per violentiam interfectum ait. Neque quicquam contrà mouere debent, illa, *ſub ſpecie iudicati*: horum enim ſenſus eſt, peruaſorem quaſi iudicatâ re, cùm tamen Interlocutio tantùm proceſſiſſet, *terrorem* aduerſario iniecisſe, réſque peruaſiſſe: Cæterùm, quod *hâc l.* improbatur factum eius, qui neque vulgato reſcripto, neque aduerſario ſolemniter intimato, poſſeſſorem quietum turbauit; non hunc ſenſum habet, quaſi poſt vulgatum ſtatim Reſcriptum, & aduerſario ſolemniter intimatum, liceat ilico poſſeſſorem quietum dominio ſuo turbare ante cognitionem Iudicis, ad quem Reſcripto examen remiſſum eſt. Verùm ex contingentia″ id ita accipiendum eſt: & quia poſt vulgatum reſcriptum aduerſarióque intimatum cognitio ſtatim ſequebatur: de quo ad *l.* 5. *ſup. de denunciat vel edit. reſcripti.*

Supereſt *tertium caput* huius legis, *de Curatoribus* &

*& Tutoribus* rem minoribus debitam inuadentibus: vbi notandum initio, quod Imp. ait, Curatores & Tutores hâbito plerumque colludio id feciſſe, vt pupillis vel adultis iurgandi copiam & fructum adimerent: Cuiuſmodi Tutorum vel Curatorum colludiũ aliud, ſeu proditio perſtringitur *l. 3. ſup. de Adminiſtr. tutorum.* Ergo hoc caſu, vt eleganter dicitur, minores culpa temeritatis alienæ non atterit damno, verùm reſtituta ilicò re poſſeſſori, Tutores & Curatores in perpetuum deportari, bonáque eorum publicari iubentur. De aliis tutorum culpis *dicto tit. de Adminiſtr. tutorum.* ¶ Et *hâc* tandem *lege* hoc ſummarium conficiatur. *Neque Reſcripti aut ſententiæ Interlocutoriæ obtentu, neque Tutorij officij prætextu, quem à vi excuſari.*

---

## ¶ Proscripti *bonis immixtas res ſuas occupantis pœna.*

### III.* Imppp. Valent. Theod. & AAA. Arcad. ad Meſſianum" Comitem RP."

Plerosqve" detectum eſt, in" rem priuatam noſtram, quam publicatio" celebrata" quæſiuerat, inuaſiſſe: quam nos à retentatoribus" ereptam ſociari iubemus ærario"; punientes, contumaciùs" quàm decus" publicum ſinebat erectos", vt qui" litem inferre potuiſſent, nollent expectare iudicium, ac ſpernerent victoriam quam iuſtitiæ præſcripſiſſet euentus", &" amplecterentur quod dediſſet audacia". Cadat igitur lite" quiſquis operiri noluerit litis euentum, & quod recipere lege potuiſſet, contemptor examinis" violentus amittat. ¶ Illi* vero, quos in tantum furorem prouexit" audacia, vt quod iurgaturi apud examinis fidem ſperare non poſſent, ante euentum" iudicialis arbitrij illicitâ præſumptione temerarent, æſtimationem" rei, de qua litigari conuenerat", cogantur exoluere. (Quod quidem etiam in priuatis obſeruandum negotiis generali Lege ſancimus.) Illud autem ab Officio Magnificentiæ" Tuæ cauendum eſſe decernimus", vt Sacratiſſima domus noſtra litem expectare, non inferre cogatur, neque expetat, ſed patiatur examen. Dat." XVIII." Kal. Iul. Treueris, Timaſio & Promoto coss. [389.]

Interpretatio. *Cognouimus rem fiſci noſtri violenter aliquos inuaſiſſe, ſed nos euidenti lege præcipimus, vt ſi quis aut fiſcalem rem, aut priuatam, ante ſententiam à Iudice prolatam inuaſerit, & noluerit expectare litis euentum, perdat negotium qui contempſit expectare iudicium. Ille verò qui hoc præſumpſit inuadere, quod per iuſtitiam apud Iudicem non poterat obtinere, habita æſtimatione talem rem aliam illi domino reſtituat, qualem noſcitur ante iudicium peruaſiſſe.*

## NOTÆ.

* Abeſt prima *huius l.* ſententia à Cod. Iuſt. vtpote hiſtorica. Hanc leg. inter alias intelligit Valentinianus *Nouella 19 de Inuaſoribus.* Concordat illi *lex 14. infr. de bonis proſcript.* Eam plenè reperit Menochius, *de recuper poſſ. remedio 9.*

" *Meſſiano* huic Comiti R.P. inſcribitur quoque anno 395. lex 20. *infr. de extraordinar.*

" *Comiti R.P.* cur hæc lex inſcribatur, mox dicam.

" Abeſt, vt dixi, hæc ſententia à Cod. Iuſt. de quo mox.

" *Inuadere* in rem. v. Gloſſ. Theod. Nonnulli hanc vocem tollunt.

" *Maximi Tyranni*, eiúſque ſatellitum publicationem intelligo.

" *Celebrari* dicitur publicatio, vt cætera quæ publicè & ſolemniter fiunt, v. Gloſſ.

" *Retentatores.* v. Gloſſ. Theod.

" Locus hic ita interpungendus, *ſociari iubemus ærario: punientes contumacius quàm decus publicum ſinebat, erectos.*

" *Contumacia*, de his qui eriguntur aduerſus decus publicum.

" *Decus* publicum.

" *Erectos*: ſana hæc vox, quam in *ereptos* mutari neutiquam oportet; etſi id MS. nonnulli habeant. *Erectos*, vocat audaces, ſuperbos, violentos, contumaces, reſupinâ ceruice, vt *l. 5. inf de cuſtod. reor.* Ita liberti aduerſus patronos ceruices erigere dicuntur: *l. 1. ſup. de libertis*: ad inſolentiam erigi, *l. 1. Cod. de reuoc. donat.*

" *Vt qui, cùm litem, &c.*

" Ita & inf. *litis euentum*: item, *ante euentum iudicialis arbitrij.*

" Reponunt hîc nonnulli, *vt*, malè. Tria enim *hîc* de retentatoribus dicuntur: 1. quod cùm litem inferre potuiſſent, iudicium expectare noluerint: 2. quod ſpernerent victoriam quam iuſtitiæ præſcripſiſſet euentus: 3. quod contrà amplecterentur, quod dediſſet audacia. Similiter Valentinianus *Nouellâ*, inter Theodoſianas, 19. *de inuaſoribus: Cùm ea quæ diſceptationis examinatione decuſſâ poſſet recuperare legibus, poſcenti, feſtino cupiditatis ardore peruaſerit.*

" *Audacia*, de violentis poſſeſſoribus: vt inf. *quos in tantum furorem prouexit audacia.*

" *Examinis.* Sic & *d. Nouella* Valentiniani: *diſceptationis examinatione.* Sic inf. *ad examinis fidem*: & in f. *neque expetat, ſed patiatur examen.*

* *Lex ſi quis in tantam 7. Cod. eod. tit.* hinc interpolata eſt.

" Eleganter hoc: præ quo Tribon. *Si quis in tantam furoris peruenerit audaciam. Furoris* autem vox *hîc* propria. Sic & Valentiniano Iun. *l. vlt. inf. de leg. Iul. de vi.* MS. nonnulli habent *furor prouexit audacia.*

" *Aduentum*, Cod. Iuſt. malè.

" Id eſt, oportuerat.

" *Officium* Comitis R.P. obſerua. v. Notit.

" Titulum Comitis R.P. obſerua. v. Notitiam.

" *Dat.* hîc accipiendum pro tradita, vel reddita; mox vt oſtendam.

" XVII. Kal. Iun. Cod. Iuſt.

COMMENTA



## COMMENTARIVS.

Valentiniani Iunioris in inuaſores rei alicuius Fisco incorporatæ propriè hæc conſtitutio eſt, ut oſtendit eius ſubſcriptio, *Dat. Treueris*: hæc enim vrbs Valentiniano ceſſerat, vnà cum reliqua Galliâ: Etſi non ſine conſilio fortè Theodoſij, qui tum res Valentiniani turbatas (de quo mox) adminiſtrabat & corrigebat, vt proindè hoc ſeſu quoque Theodoſio accepto ferri poſſit: quam & Valẽtinianus III. inter alias intellexit *Nouella inter Theodoſianas 19.* cuíque concordat egregiè Arcadij Imp. *lex 14. inf. de bonis proſcriptorum*, Nobis verò inſpicienda illuſtrandáque ea tantò accuratiùs, quod famoſa *lex ſi quis in tantam 7. Cod. Iuſt. eod. tit* hinc miro flagitio interpolata eſt, omníque decore lucéque ſpoliata: quam hinc deinceps repetere fas erit. *Hiſtoricam* priùs cauſam eius eruere iuuat. Ait quidem initio Imp. *pleroſque*, ſeu quamplurimos, tùm *detectos, in rem Priuatam Principis, quam* publicatio *celebrata quæſiuerat, inuaſiſſe*: Quibus omninò horum temporum ratio ſuadet indicari Maximi Tyranni, eiúſque Iudicum proſcriptionem: Maximus quippe qui iam inde ab A. D. 384. Gratiano Imp. cæſo, Imperium eius occupauerat ſuperiore Conſulatu ſeu anno 388. apud Aquileiam à Valentiniano & Theodoſio debellatus fuit, capitéque damnatus: vt & Victor filius eius intra Gallias: de quo Chronicon noſtrum Theodoſianum. Proinde, Tyrannide eius depulsâ, hinc honores Iudicibus eorum abrogati, iudiciáque reſciſſa: *l. 6. 7. 8 inf. de infirm. his quæ ſub Tyrannis*: inde bona eorum, nonnullorúmque aliorum qui his adhæſerant, publicata, ſeu proſcripta fuerunt: Quod tralatitium in aliis Tyrannis, de quo *inf. tit. de bonis proſcriptor.* Quanquam Latinus Pacatus *panegyrico ad Theodoſium, cap. 45.* ſcribat, poſt Maximi cædem, paucóſque alios cæſos, reliquos omnes veniam complexam: hoc addito: *Nullius* bona pvblicata, *nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta; nemo affectus notâ, nemo conuitio, aut denique caſtigatione perſtrictus culpam capitis aurium ſaltem moleſtiâ luit: Cuncti* domibvs *ſuis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique (quod eſt dulcius) innocentiæ reſtituti ſunt.* Quidquid Panegyriſtes iſte dicat, dè quo etiam *ad l. 6. inf. de infirm. his quæ ſub Tyr.* quis dubitare poſſit, quorundam bona publicata? Saltem Maximi, Victoris, Iudicúmque eius, qui miſeros prouinciales ſpoliauerunt, & quidem intra Gallias? His proinde prædonum & publicatorum bonis immixta multa priuatorum bona: de quo inſigne teſtimonium exſtat huius ipſius Latini Pacati *ep. 25. 26 27. 28. 29.* Et quidem intra Gallias (quibus Maximus Tyrannus Gratiano cæſo incubuerat:) Quò pertinet hæc *lex*: quæ *data* dicitur *Treuiris*, reddita ſeu accepta: hoc enim tempore Valentinianus Iun. cum Theodoſio in Italia degebat: ſic quidem vt paucis poſt *hanc l.* diebus Mediolano Romam ſeſe contulerit, de quo Chronologia Theodoſiana. Igitur *Data Treuiris*, non quod ibi Valentinianus ageret, verùm loco reddita vel accepta pariter, vt hoc ipſo anno, altera adhuc *lex 5. inf. de proximis*, quæ data dicitur *6. Id. Nouemb.* Neque audio Valeſium *in Francicis, pag. 72.* hîc reponentem *Kal. Ian.* loco *Kal. Iun.* vt inde efficiat nobis Valentinianum Româ digreſſum, in Gallias hoc tempore profectum: nam reliquum huius anni tempus, vt & annum proximum exegit Valentinianus in Italia, Mediolani fermè: vt fidem facit vel ſubſcriptio *l. 3. de Tutorib. & l. 12. de Palatinis*, &c. fine huius Anni, & initio ſequentis data. Et Valeſij granis error eſt, qui ea quæ Sulpitius Alexander *lib. 4. hiſtor.* apud Gregor. Turon. *lib. 2. cap. 9.* de Arbogaſte ſcribit. *verſ. poſt dies pauculos*, ad Valentinianum transfert. Eadem ſanè quoque interpretatione donanda ſubſcriptio *legis 1. de his quæ ex publ.... l. 5. de veteranis, l. 2. de Numerar.*

Ad rem. Eò igitur procul dubio pertinet hæc *lex*, ad proſcriptorum inquam, poſt Maximi Tyrannidem, bona: Quomodo ſimilis ab Arcadio conſtitutio emiſſa, poſt Rufinum cæſum: *l. 14. inf. de infirm. his quæ ſub Tyr.* quæ huic gemina germana eſt: Eâ quippe pariter ſtatuitur, ea quæ Rufinus quondam cum viueret qvocvnqve pacto poſſederat, in eodem ſtatu interim manere oportere, nec quenquam poſt eius obitum ſpontaneam vindicandi poteſtatem habere, verùm fiſcum ſine præiudicio poſſidere pati oportere. Et hæc verò ipſa huiuſce conſtitutionis ſententia eſt: Nempe quod *fine huius l.* dicitur, *ſacratiſſimam domum*, id eſt, fiſcum, ſeu rem priuatam Principis litem expectare non inferre cogi: neque expetere, ſed pati examen: Quare priuatos bona ſua publicatis bonis immixta vindicare, inuadere non poſſe: Publicatio fiſcum interim iuſtum poſſeſſorem facit: eúmque, qui quid ex his bonis velut ſuum prætendit, petitorem conſtituit: *Le fiſc plaide en ce cas la main garnie.* ¶ Igitur in eos, qui quid ex his bonis inuaderent hæc *lex* lata eſt: cuius breuis hæc coniectio, ſeu ſumma eſt: Occupantem ſeu inuadentem quid ex his bonis; ſi iure nitatur, id eſt etſi res inuaſa ad eum pertineat, lite tamen ſeu dominio eius excidere: ſi verò ad eum non pertineat, eámque is occupauerit (quem *furorem* & *audaciam* vocat lex) æſtimatione eius rei multari: id eſt, eam æſtimationem ſeu pretium fiſco inferre, quanti res perperàm occupata valebat. Perperàm enim Interpres, de *ſimili* re einſdem æſtimationis id accipit. Quod certe in Sp. *l. 2. ſupr. fin. regundorum*, obtinet: de quo *ad eam leg.* ex Græcis quoque Interpretibus & Caſſiodoro, *3. var. 20. Fiſco* autem id præſtandum in ſp. *huius leg.* at priuato, ſpoliato in ſp. *d. l. 2.* vt rectè Græci, & Caſſiodorus *ibid.* & Iuſtinianus *§. recuperandæ, Inſtit. de interd. l. 10. Cod. vnde vi: & l. 34. Cod. de locato.*

Quare etiam (quæ ſecunda *huius l.* pars, & *Ampliatio* hâc *leg.* additur,) in priuatis negotiis idem obſeruari iubet Valentinianus, putà vt eadem pœna in violentum inuaſorem exerceatur: Quam in rem certè ſunt quoque *d. lex 2. ſup. finium regundorum*: vbi iam dixi *Nouella* Valentiniani, *inter Theodoſianas, 19. de Inuaſoribus*: *d. l. 10. Cod. vnde vi*: & Caſſiodorus, *3. variar. 20.* Et hæc quidem eſt *huius l.* ſententia.

Tandem *fine l.* (quod tertium *huius l.* caput eſt) monentur Officiales Comitis R.P. ne repetentibus priuatis quaſi res ſuas confiſcati bonis immixtas, ſuâ ſponte tradant vel relinquant: verùm vt excipiant actiones: *Sacratiſſima* (inquit) *Domus noſtra litem expectare, non inferre cogatur: neque expetat, ſed patiatur examen*: vbi Hiſtoricam eius cauſam vidimus, breuémque eius coniectionem, Ampliationem item, pœnam denique. Quæ & tota mirâ verborum elegantiâ ſcatet, quibus & ratio *huius leg.* continetur, ſimul & odium inuaſorum. Quæ omnia fermè recidit Tribonianus in *l. ſi quis in tantam 7. Cod. Iuſt. eod. tit.* quam vt dixi hinc interpolauit. Ad cuius deinceps intellectum, ea quæ nunc diximus omnia afferri poterunt: exploſis, quæ ad

eam

eam vel otioſè tractantur, vel perperàm cumulantur: Quæ viciſſim conferent ad decidendas nullo negotio pleraſque quæſtiones, quæ alioquin ad *d. l. ſi quis in tantam*, congeruntur etiam à Menochio, *de recup. poſſeſſ. remedio* 9.

Vnum adhuc quærendum eſt, num Valentiniani conſtitutio in peruaſores, quam memorat Athalaricus apud Caſſiodorum 9. *var.* 18. hæc noſtra ſit? quod Cuiacius putauit. Verba eius hæc ſunt: *Statuentes, vt ſanctio D. Valentiniani aduerſum eos diu peſſimè neglecta conſurgat, qui* PRÆDIA VRBANA VEL RVSTICA *deſpecto iuris ordine per ſe ſuóſque præſumpſerint expulſo poſſeſſore violenter intrare, nec aliquid de eius diſtrictione deteſtabili volumus temperatione mitigari: Inſuper addentes, vt ſi quis ingenuorum ad ſatisfaciendum legi ſuperius definitæ idoneus non habetur, deportationis protinus ſubiaceat vltioni.* Certè Athalaricus eâ conſtitutione ſeueram quidem pœnam impoſitam indicat, & *diſtrictionis* voce, & dùm de eâ quidquam mitigari *deteſtabili* temperamento vetat: ſed tamen *deportationis* pœnâ inferiorem, quam ipſe tantum addit in ſubſidium, ſi videl. legis Valentinianeæ pœnæ ſeu ſanctioni ad ſatisfaciendum non ſit idoneus: Quare neceſſe eſt, *eâ l.* multam pecuniariam, ſed grauem impoſitam fuiſſe. In eam verò ſententiam eſt, non tantùm *hæc* Valentiniani Iun. *lex*, verùm etiam Valentiniani Tertij *d. Nouellâ* 19. *de Inuaſoribus*: quam ego potius ab Athalarico indicari putem, vtpotè cùm ea ex profeſſo de *priuato poſſeſſore expulſo* agat, deque *prædio ruſtico, vrbanoüe*: Quomodo & de iiſdem diſertè Athalaricus. Hæc verò *lex* noſtra præcipuè occupata eſt circa eos qui rem fiſco incorporatam peruadunt: quâ causâ hæc *lex* data eſt *ad Comitem rerum priuatarum*, ad quem rerum priuatarum, & publicatorum bonorum incorporandorum cura pertinebat: de quo *infrà, lib.* 10. *tit. de incorporat.* & *lib.* 9. *de bonis proſcriptorum*; etſi obiter ibidem eius vis ad priuata negotia porrigatur. Quanquam & huius quædam ibidem imitatio in poſterioribus videatur: cùm ait; *Quod ſi quis in tantam raptatus amentiam tyranico ſpiritu iuri publico parere neglexerit, viribúſque præpotens deſtinati Officij ſpreuerit paucitatem*, &c. Verùm hæc de συνεισφιτιτόντων numero eſſe poſſunt. Tandem neque Iuſtinianus *tit. de vi bonorum raptorum*, & §. *recuperandæ, Inſt. de interdictis*, hanc tantum *legem* noſtram intellexit, quod idem Cuiacius putauit; verùm & reliquas illas in eandem ſententiam Diuales conſtitutiones; veluti *d. l.* 2. *ſup. finium regundorum*: & *d. Nouell.* Valentiniani 19. & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles.

IIII. * Impp. Arcad. & HON. AA. Arriano Conſulari Liguriæ."

LEGIS † iteranda ſunt beneficia, quæ tantum *abſentibus* detulerunt, vt ſi perturbatus poſſeſſionis" ſtatus" ſit, vel direptum aliquid, ad repetendum" momentum", redintegrationémque fortunæ, Seruis etiam præbeatur facultas, amicis prætereà, parentibus, proximis, vel libertis." ¶ Iudicem quoque abſentium commoda tueri oportet, atque in his quæ comprobantur ablata, celeri" redhibitione conſulere, nec iudicium dilatione ſuſpendi. ¶ Sub quocumque igitur nomine, vel titulo, poſſidenti, repetendi copia præbeatur, qui vtendæ rei habuit facultatem, vt quæ in militia" conſtitutis, vel abſentibus erepta eſſe conſtiterit, ſub cuiuſlibet perſonæ repetitione, reddantur. Dat. xv. Kalendas Ianuar. Mediolani, Arcad. IIII. & Hon." AA. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Propter abſentes legem volumus iterare, vt quicquid fuerit eis à qualibet perſona ſublatum, totum amicis eorum, vel proximis, vel ſeruis, cum Iudicem interpellauerint, ſine dilatione reddatur: vt res quas diſcedens dominus in ſua proprietate dimiſit, integra ab actoribus domini quouſque redeat vindicentur. Quæcunque autem in militia conſtitutis, vel abſentibus peruaſa fuerint, ſine aliqua iubemus dilatione reſtitui.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc *lex* à Cod. Iuſt. vtpote cùm ea nihil aliud ſit quàm repetitio *legis* 11. quæ relata eſt in Cod. Iuſt.
" Vid. quæ dixi *ad l. vn. ſuprà, de vectigalib.*
† *Legem* 1. *ſup.* intelligit.
" Eorum, id eſt, abſentium ſcilicet.
" *Status* poſſeſſionis: *hîc* & *l.* 5. *inf.* Symmachus non vno loco in eadem re: *lib.* 10. *ep.* 41. bis: *Cùm integrationem ſtatus quem amiſerat, impetraſſet.* Et mox: *cùm ad pernoſcendum poſſeſſionis ſtatum.* Et *ep.* 46. *Cùm ex reſcripto Numinis veſtri ſtatum quem Theodoſio abſenti ademerat, reformaſſem.* Et *lib.* 1. *ep.* 68. *Quæſo igitur temeratæ poſſeſſionis ſtatum iubeas reformari.* Sic & *l.* 1. *ſup. reformato ſtatu.*
" Id eſt petendum: *Petere momentum*, eſt actionem momenti poſcere, poſtulare; vt fortuna, poſſeſſio redintegretur.
" *Momentum*: De hâc voce v. *Paratitlon.* & Symmachum.
" Hoc non extat in *d. l.* 1. de quo mox.
" Celeris redhibitio *h. l.* celeris reformatio, *l. vn. inf. vtrum vi*: celeris executio, *l. vn. inf. de inquilinis & colonis.*
" De hoc mox.
" Supple III.

## COMMENTARIVS.

HONORII hæc conſtitutio eſt: pro ABSENTIVM tutelâ aduerſus Peruaſores: Quâ quidem Conſtantini M. *legem* 1. *ſup.* beneficiáque Abſentibus hâc parte tributa, iterat, confirmat: ſic tamen vt non omnia quæ *eâ l.* continentur, *hâc* repetantur: contrà, nonnulla exprimantur, quæ vi ipsâ, non tamen ita expreſsè ibi continebantur. Quod prius attinet: Duo hæc ex eâ *hîc* nominatim iterat: Quibuſcunque perſonis petentibus poſſeſſionem abſentis interuerſam vſurpatã reformari oportere: Iudicem quoque abſentium commoda tueri oportere. De quibus duobus *ad eam leg.* Peculiaria verò hæc quinque expreſſiùs *h. l.* continentur. Primò beneficium *huius l.* pertinere, non tantùm ſi poſſeſſionis



poſſeſſionis ſtatus turbatus ſit, verùm & ſi *direptum aliquid*: de quo iam *ad d. l.* 1. Secundò, inter cæteras quoque perſonas, quæ abſentium nomine hoc Interdictum exercere poſſunt, nominantur *liberti*, quorum *d. l.* 1. *ſup.* nulla mentio fit. Tertiò Iudicem *celeri redhibitione* abſentibus conſulere, neque iudicium *dilatione* ὑπερθέσει ſuſpendere iubet Honorius: quod etiam *d. l.* 1. ſubindicatur: Eoque etiam pertinet *momenti* vox, & beneficium, de quo omni *Paratitlon.* & *ad l.* 8. *ſup. de Iuriſdict.* Ipſe tamen abſens vim paſſus, déque ea àdmonitus in reditum ſuum dilationem rectè petit: cuius rei exemplum occurrit apud Baſilium *ep.* 366. *ad Antipatrum.* Quarto ſub *quocumque nomine vel titulo poſſidenti* pro abſente hoc Interdictum tribui: Ergo & conductoribus, actoribus, procuratoribus colonis, cuiuſmodi homines alienis poſſeſſionibus vtuntur, ſeu vt *hâc l.* dicitur, *vtendæ rei habent facultatem.* Poſtremum eſt, quod *in militiâ conſtitutos*, abſentibus coniungit. Id quod iam expendi ad *l.* 1. *ſup.* At quo ſenſu? Siue quia abſentes quoque alij quàm qui in militiâ conſtituti: ſiue quia in militiâ quidam conſtituti, præſentes licèt ſint, attamen his ipſis beneficiis omnibus fruuntur. Præſentes ſcilicet in militiâ conſtituti, vice abſentium habentur, vt Vigiles, *l.* 15. §. *quod ſi quis* 3. *ff. ad l. Iul. de vi.* Eóque pertinet Caſſiodori locus 7. *var.* 8. de Præfecto Vigilum vrbis Rauennæ, *Officium*, inquit, *quoque tuum non paruo conſtat munere ſubleuatum, quando & ipſis momenti iura dilatata ſunt, qui pro ſecuritate ciuium militare noſcuntur.*

V. * Iidem AA. Petronio" Vicario Hiſpaniarum.

NEC Imperiale Reſponſum" quod ſupplicatio litigatoris obtinuit, nec Interlocutio Cognitoris" interpellare" poſſeſſionis ſtatum, eo qui rem tenet abſente, permittitur: Quia negotiorum merita" partium aſſertione panduntur." Vitia * autem à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorem auctoris" ſui culpa comitatur. &c. Dat. xv. Kal. Ian. Mediolani, Cæſario & Attico COSS. [397.]

INTERPRETATIO. *Nec per Principis præceptionem, ſi à litigatore fuerit obtenta: nec per reſponſum Iudicis, ſi fuerit interpellatus, abſente domino poſſeſſio vllius auferatur, quia prius conueniri debet ille qui poſſidet, & niſi inter præſentes iudicium dari non poteſt, nec negotium terminari. Nam quicunque alienam, vel abſentis rem crediderit occupandam, nouerit etiam hæredes ſuos ſimiliter pro hac auctoris præſumptione obnoxios eſſe manſuros.*

## NOTÆ.

* Hæc lex Cod. Iuſt. in dúas partes diuulſa eſt. Prior eius & potiſſima pars relata in *l.* 2. *Cod. ſi per vim, vel alio modo abſentis perturbata ſit poſſeſſio.* Hanc verò legem omiſit Menochius.
" *Petronio* huic Vicario Hiſpaniarum inſcribitur quoque anno 395. *lex vn. quorum bonorum*: & A. 396. *l.* 151. *inf. de Decurionib.* v. de eo in *Proſopogr.*
" *Reſponſorum*, id eſt, reſcriptum.
" *Cognitor* eſt Iudex v. Gloſſ.
" *Ex quacunque parte innouare.* C. Iuſt. Quia non tantum vi, ſed & aliter poſſeſſio abſentis turbatur, vt docet quoque *l. vlt. Cod. vnde vi*: & titulus ſub quo hæc lex *Cod. Iuſt.* locata eſt. Cæterum perperàm hæc vox ſollicitatur ad marginem Cod. Pariſ. *Interpellare* enim *hîc*, eſt turbare, vt *l.* 2. *ſup.* priuare, *l.* 1. auferre, *d. l.* peruadere, *l.* 1. inuadere, *l.* 3. perturbare, *l.* 4.
" Merita negotiorum, *h. l. & l.* 46. *inf. de appellationib. l.* 3. *ſup. de pactis*: *l. vn. ſup. de his qui potentiorum nomine*: Vt cauſæ merita *l. vn. ſup. de officio Iudicum ciuilium*, & *l.* 2. *inf. de exhib. reis*: *l.* 13. *inf. de iure fiſci.*
" Ita *l. vn. ſup. de off. Iudic. ciuil. his horis quibus cauſarum merita vel facta panduntur.*
* Lex *vitia* 11. ſeu *penult. Cod. de adquir. vel retin poſſ.* vbi Tribonianus vocem *poſſeſſionum* addidit: ita, *vitia poſſeſſionum.*
" *Auctor*, à quo ius in ſucceſſorem deriuatur. v. Gloſſ.

## COMMENTARIVS.

RESCRIPTI, aut INTERLOCVTIONIS obtentu abſentis poſſeſſionem interpellans *hâc* Honorij *conſtitutione*, quæ ad diœceſin Hiſpaniæ propriè pertinet, non excuſatur.

¶ SENTENTIA igitur *huius legis* eadem eſt, quæ *legis* 2. *ſupr.* niſi quod tria *hîc* ſpecialia continentur. Primò ſcilicet hypotheſis variat: Illa eſt de *præſentis* poſſeſſione turbata; hæc verò, de *abſentis*: Etſi de vtroque idem ius ſtatuatur; Nempè, poſſeſſionem alterius turbari, vel interpellari non poſſe, obtentu reſcripti à Principe impetrati, vel interlocutionis Iudicis. ¶ Secundò ratio *h. l.* additur, *Quia negotiorum merita partium adſertione panduntur.* Cui ſimilis locutio occurrit *l. vn. ſupr. de officio Iudicum Ciuilium*, id eſt, vt Interpres rectè, *Quia prius conueniri debet ille qui poſſidet, & niſi inter præſentes iudicium dari non poteſt, nec negotium terminari.* *Audiri* ſcilicet partes cominùs prius oportet ex ordine iuris & ſtato condictóque die diſceptari de cauſæ merito, non autem temerè ſtatim transferri poſſeſſionem, aut haberi pro tranſlatâ ſolo Principis reſcripto, aut iudicis interlocutione. Ergo *aſſertione partium*, id eſt, partium allegationibus hinc inde auditis. *Sermonem litigantium* quidam vocari putant in ſuppoſititia, *l.* 1. *de Epiſcop. aud.* ¶. Subiicitur tandem *hac lege* quod etiam relatum in *l. vitia* 11. *C. de adquir. & ret. poſſ. Vitia à maioribus contracta perdurare, & ſucceſſorem authoris ſui culpam comitari.* Quæ ſententia ſuperioribus ita omninò cohæret. Vitium poſſeſſionis prætextu reſcripti, vel interlocutionis vſurpatæ etiam ad hæredes tranſire; etſi maximè hæredes bona fide poſſideant. Hæres ſcilicet in vitia defuncti ſuccedit, nec ea excludit ſuâ ignorantiâ. Hæredis ſuccedentis in vitium par habenda fortuna eſt, *l.* 1. *ſup. de fructibus & litis expenſis.* Cuius rei effectus hic eſt,

vt hæres vſucapere, vel longa poſſeſſione adquirere non poſſit, quod defunctus vitio aliquo poſſedit, quod per vim & contra iuris ordinem occupauit; cùm exordium ei bonæ fidei ratio non tueatur, vt eleganter loquitur Papinianus *in l. cum hæres 11. ff. de diuerſis temporal. præſcript.* Etiam in hærede malam defuncti fidem & principium poſſeſſionis ſpectamus.' Initium iuſtum in præſcriptione requiritur. Et ita quidem hanc poſtremam ſententiam ſuperiori cohærere Interpres rectè perſpexit. Sed & Tribonianus qui & *poſſeſſionum* vocem adiecit, & hanc ſententiam ſub titulo *de adquirenda & retinenda poſſeſſione* conſtituit.

¶ *A* MINORE *etiam, non aduerſus Minorem, momenti actio ſeu interdictum exerceri poteſt.*

VI. * Impp. HONOR. & Theod. AA. Iuliano II." Proconſ. Africæ.

MOMENTI" actio exerceri poteſt per quamcunque perſonam: Sub colore autem adipiſcendæ" poſſeſſionis obrepta" petitio alteri obeſſe non debet, maximè cùm abſque conuentione perſonæ legitimæ initiatum iurgium videatur. Nihil autem opitulatur conuentio circa minorem habita, cùm id rectius circa Curatorem debuerit cuſtodiri. Dat. Prid. Non. Mart. Rauennæ Conſtantio & Conſtante COSS. [414.]

INTERPRETATIO. *Ad recipiendum momentum, id eſt, infra anni ſpatium cuiuſlibet perſona agere poteſt. Si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius parti præiudicare non poterit. Præterea cum legitima perſona non ſit, nihil valet actio contra ætatem minorem, quæ contra Curatorem ſuum potius debuit iuſta ratione proponi.*

## NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. qui legitimam perſonam ſtandi in iudiciis habeant, vel non.* Iungendáque huic, *lex 3. ſup. de integri reſtitut.*

" Iulianus hic ſub Honorio Proconſul Africæ fuit iam An. 411. vt docet *lex 16. inf. de appellationib.* Et iterùm A. 413. *l. 176. inf. de Decurionib. &* 414. hæc *lex*, *& d. l. 3. de integri reſtitut. & l. 54. 55. de hæreticis.*

" *Momentanea poſſeſſionis actio*: ita Tribon. De hâc voce iam *ſuprà* & in *Paratitlo.*

" An *adipiſcendæ*, pro recuperandæ: quomodo propriè, *l. 1. ſup.* An verò *in ſp. huius leg.* de adipiſcenda poſſeſſione agebatur?

" *Obreptitia.* C. Iuſt.

## COMMENTARIVS.

HONORII Imp. altera hæc conſtitutio eſt in interdicto vnde vi, ſeu circa *Momenti* actionem, pro *adipiſcenda*, id eſt, recuperanda poſſeſſione: Quæ quidem pars eſt prolixioris Honorianæ conſtitutionis, de mulierum & minorum reſtitutione, vt patet ex *l. 3. ſup. de integri reſtitutione*, quæ huic coaſſanda venit. Quâ quidẽ conſtitutione Honorius Imp. nonnulla complexus eſt, in quibus mulieres & minores pari paſſu ambulant, puta in reſtitutionibus in integrũ aduerſus ea quæ prætermiſerunt vel ignorauerunt, quæ ſententia eſt *d. legis 3.* Alia verò, in quibus mulieres & minores differunt: Quò pertinet hæc lex quoad legitimam videl. perſonam ſtandi in iudicio: Mulier enim legitimam in iudicio ſtandi perſonam habet, at non & minor. Quò pertinet hæc lex: quæ & ideò non malè poſita eſt Cod. Iuſtin. ſub titulo, *qui legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant*, *vel non.* Cuius rei exemplum ponitur *hîc* in momenti actione, ſeu interdicto *vnde vi.* Minor ſcilicet etſi hoc interdictum exercere poſſit, pariter vt alia quæcunque perſona, vt mulier, libertus, ſeruus, colonus &c. *l. 1. & 4. ſup.* non tamen aduerſus eum & quouis modo impetrata valet. Impetrantis quidem perſona, quæ vna ex duabus dubitandi rationibus in ſpecie *huius l.* erat, quæuis legitima eſt, etiam minoris ſine curatoris auctoritate, quod momentaneæ poſſeſſionis fauor, & violentiæ odium induxit. At non etiam quæuis perſona legitima eſt aduerſus quam impetretur: Neque omnis etiam modus legitimus eſt. Fauore & colore adipiſcendæ ſeu recuperandæ poſſeſſionis, non quælibet momenti petitio, non cuilibet poſſeſſori obeſſe debet. Nam vt rectè impetretur, alterique obeſſe poſſit, primùm petitio obrepta, ſeu obreptitia eſſe non debet, quid enim ſi Iudici falsâ allegatione obreptum ſit? deinde perſonam legitimam eſſe, eámque conueniri oportet, quæ legitimam perſonam habeat ſtandi in iudicio: cuiuſmodi non eſt minor indefenſus, id eſt, curatore deſtitutus. Huic enim denunciari lis non poteſt, ſeu conueniri is nequit, *h. l. & l. 4. ſup. de denunciat. & l. 1. ſup. de tutorib. vel curatoribus datis*: conuentio & denunciatio iuſtæ & legitimæ perſonæ fieri debet: Non igitur minori, verùm ipſius Curatori lis etiam in Momenti interdicto denuncianda eſt. Breuiter, *conuentio*, vt hæc *lex* loquitur, *rectius circa curatorem habenda eſt*, id eſt nonniſi circa curatorem rectè fit, vel, vt Interpres; *actio hæc contra Curatorem potius debuit iuſta ratione proponi.* Et ita quidem hæc *lex* intelligenda eſt, quàm Veterum nemo intellexit: & ita quoque dubitandi, decidendíque rationes colligendæ.

VTRVM



# VTRVM" VI.

## TITVLVS XXIII.

" Ita quidem conſtanter omnes manuſcripti. Et tamen legendum eſt *Vtrubi.* Auſonius quoque in *Grypho* de ternario numero:

*Interdictorum trinum genus*, VNDE *repulſus*
VI: *aut* VTRVBI *fuerit*: QVORVMVE BONORVM:

qui Auſonij locus tribus huius libri titulis poſtremis reſpondet.

I. * Impp. Arcad. & HONOR. AA. Vincentio" PF. P. Galliarum. Poſt alia.

SI coloni, quos bona fide quiſque poſſedit, ad alios fugæ vitio tranſeuntes, neceſſitatem conditionis propriæ declinare tentauerint, bonæ fidei poſſeſſori primùm oportet & celeri" reformatione ſuccurri, tunc cauſam originis & proprietatis agitari, non" expectatis temporibus, nec denunciatione ſolenni, quæ locum in iis negotiis non habebunt. Dat. IIII. Id." Iul. Mediol. Stillicone & Aureliano COSS. [400.]

INTERPRETATIO. *Si coloni rei alienæ ad alios dominos fortè confugerint, primum eſt vt fugitiuos ſuos de cuius re exiſſe noſcuntur, momenti beneficio poſſeſſor ſine dilatione recipiat, & ſic de eorum origine audiatur, nec requiratur in iudicio, vt prius titulum litis petitor ſcribat, quia initium litis ad momentariam non pertinet actionem.*

## NOTÆ.

* Lex 14 *Cod. de Agricolis cenſitis & colonis.* Iungenda autem huic legi videtur *l. 1. 2. 3. infr. de his qui conditionem propriam reliquerunt.*

" *Vincentius* PP. Galliarum ſub Honorio: de quo plenè in *Proſopogr.*

" Vide ſup. *legem 4. tit. prox.* Et quæ notaui *ad l. 8. ſup. de iuriſdictione*: vide & *l. vn. inf. de inquilinis & colonis*, in hoc eodem argumento de colonis.

" Sequentia omnia abſunt à Cod. Iuſt. Sublata quippe omnis temporum obſeruatio & denunciationum ſolemnia. De quo dictum fuit ad *l. 5. 6. ſup. de denunciatione.* In omnibus interdictis denunciatio non requiritur, quod nominatim de interdicto *quorum bonorum* indicatur *l. vn. ſup. quorum bonorum.*

" ℞ Kal. vt ita iungatur hæc lex, *legi 1. 2. 3. inf. de his qui condit. propr. reliqu.*

## COMMENTARIVS.

FVGITIVI coloni (de quibus *Colonis* & fugitiuis quidem eſt infrà peculiaris titulus, vbi de colonis pleniſſimè dixi) nomine, bonæ fidei poſſeſſori, interdictum *Vtrubi*, Momentique beneficium celeri reformatione & redhibitione tribui iubet *hâc l.* Honorius: quæ maioris Honorianæ conſtitutionis portio eſt ad Vincentium PP. Galliarum emiſſæ, vt apparet ex *l. 1. 2. 3. infr. de his qui condit. propriam*, quæ *huic* iungendæ ſunt omnes; quâ in vniuerſum colonis, collegiatis, curialibus fugitiuis, quorum ingens hâc tempeſtate per Gallias numerus fuit (de cuius ratione alibi dico) occurſum voluit. De *hac l.* nunc ſaltem videamus. ¶ VTRVBI interdictum ad rerum ſe mouentium, & mobilium poſſeſſionem pertinere notum eſt, atque adeò & coloni ab alio poſſeſſi eo recuperantur: veluti ſi colonus bonâ fide ab aliquo poſſeſſus, ad alium, vel vt dominum confugerit: confugerit inquam, vt neceſſitatem eius conditionis, in quâ fuit apud bonæ fidei poſſeſſorem euitaret, non quaſi colonariæ conditionis ſeſe neget, & ingenuum ſe eſſe contendat, ſed vt dominum mutet. Ita enim *huius l.* ſpecies quoque poni poteſt. Etſi Cuiacius ſpeciem ponat in ſola controuerſia inter colonum, & bonæ fidei poſſeſſorem: Quem arguere videntur iſta verba; *Tunc cauſam originis & proprietatis agitari*: Quibus vtique oſtenditur, cauſam de proprietate huius coloni inter bonæ fidei poſſeſſorem, & eum, ad quem ſeruus velut dominum confugerat in *ſp. huius l.* agitari, cuiuſnam videl. colonus ille originarius eſſet, non autem illud verti, an Originarius eſſet. Et ita quoque rectè Interpres hanc *legem* intellexit. ¶ Dilata igitur in aliud tempus proprietatis quæſtione, colonus, qui à bonæ fidei poſſeſſore ad alium velut dominum ſeſe contulit, Momenti beneficio, ſeu celeri redhibitione veteri poſſeſſori à quo receſſit, reſtituendus eſt. Idque per Interdictum *Vtrubi.* Quod vt Cynus *in l. 1. q. 3. vbi cauſa ſtat.* rectè diuinauit, arg. *l. 1. π. Vtrubi*: idque poſtea etiam Cuiacius probauit; ita *Rubrica* hæc ſub qua hæc *lex* poſita eſt id apertè oſtendit. Secundò non expectatis temporibus, nec denunciatione exacta, quæ locum in his negotiis, id eſt, Interdictis non habet: De quo omni dixi *ad l. 1. ſup. de iuriſdictione*: & ad *tit. ſup. de denunciatione.* Fugitiui ergo nomine non minus Interdictum, ſeu Momenti beneficium tribuitur, quàm Erepti: nam & fugitiuus non ſui modo furtum facit, verùm & niſi alio fermè ſollicitante fugitiuus non eſt. Quare paria ſunt eripuiſſe, & ſollicitaſſe, & fugiſſe.

¶ Cæterum notandum, hanc *legem* inſcribi *Vincentio PP. Galliarum*, ad quem Vincentium, hoc qua-

driennio editæ conſtitutiones plures occurrunt, nempe A. 397. 398. 399. 400. Ad hunc ipſum ſunt tres Epiſtolæ Symmachi *lib.* 9. *Epiſt.* 7. 9. & 23. Ex qua poſtrema etiam apparet, eum Præfectum Prætorio fuiſſe, & quidem Galliarum. *Illud* nunc, inquit, *de te impetratum volo, vt literis &* APPARITORE *decreto iuuare digneris curam mecrum, quibus emendas ex* HISPANIA *Curules quadrigas in apparatum Prætoriæ functionis inmiſi. Oro præterea vt equorũ* TRACTORIIS *quas Vir Illuſtris* THEODORVS *emiſit, conſummatione per epiſtulam præſtes, ne* MVTATO IVDICE *beneficij lenteſcat authoritas.* In dignitate igitur poſitum virum Illuſtrem, tractoriarum item ius habuiſſe, & per Hiſpaniam authoritate polluiſſe Deniqne Theodoro viro Illuſtri in Magiſtratu ſucceſſiſſe Vincentium, Symmachus *hoc loco* teſtatur, atque adeò omnibus his in vnum collectis Præfectum Prætorio Galliarum fuiſſe oſtendit. Nam & Theodorum in ea præfectura huius Vincentij deceſſorem fuiſſe, ex Claudiani Panegyrico, *ad l.* 140. *infr. de Decurionibus*, oſtendam. Denique de hoc ipſo Vincentio ita Sulpitius Seuerus *Dialogo* 1. *cap.* 16. *Vincentium*, inquit, *Præfectum, virum egregium, & quo nullus ſit intra Gallias omni virtutũ genere præſtantior*, &c.

# DE ÆDIFICIIS PRIVATORVM.

## TITVLVS * XXIV.

* Titulum hunc *de ædificiis priuatorum* hoc libro deſiderari docet Papianus *libro Reſponſorum Tit.* 19. *de clauſis itineribus, vel aliis ſeruitutibus, in fine*, his verbis: *Secundum legem Theodoſij lib 4 ſub tit de ædificiis priuatorum.* Cæterùm hoc ordine & loco titulum hunc conſtituendum exemplo Codicis Iuſtinianei cenſeo: In quo poſt ſuperiora interdicta, *Quorum bonorum*, inquam, *Vnde vi*, aliáque, proponitur Titulus *de ædificiis priuatis*.

Imp. THEODOSIVS A.

*Conſtitutionis verba deſiderantur.*

SVMMA eius hæc à Papiano proponitur, vt & *in additamento primo Legis Burgundiorum, Tit.* 1. *de clauſis itineribus, vel aliis.*

De ſeruitute luminis vel aëris ſimiliter conſtitutum eſt, vt inter priuatorum fabricas decem pedes; inter publicas, quindecim dimittantur, ſecundum legem Theodoſij *lib.* 4. *ſub tit. de ædificiis priuatorum.*

### COMMENTARIVS.

INTERVALLVM, ſeu ſpatium inter vicinas ædes legitimum fuiſſe iam olim aliquod decantatum eſt, iam inde à lege XII. Tabularum, in qua *lex* hæc fuit (Tabulâ vt equidem cenſeo, octauâ) *Ambitus parietis ſeſtertius pes eſto*; id eſt, inter vicinorum ædificia locus duorum pedum, & ſemipedis ad circumeundi facultatem vacuus relinqui debebat. De quo videndus Varro 4. *de lingua Latina, num.* 4. Voluſius Mæcianus *in diſtributione ad Cenſorem*, & Feſtus *in voce ambitus* & ex eo totidem verbis Iſidorus 15. *originum, cap. vlt.* Et de eo egit Briſſonius 1. *Selectar. cap.* 2. Et hoc quidem ſpatium ita conſtitutum, propter incendiorum metum. Qua cauſa priuatorum ædificia Romæ non continentia fuerunt ab initio, ſed *inſulæ* ferme, propter eundem incendiorum metum. ¶ Inter priuata ædificia & publica amplius ſeu maius ſpatium & interuallum præſtitutum fuit, de quo dicam *ad l.* 4. & 46. *inf. de operibus publ.* ¶ Et hæc vt dixi ſolo incendiorum metu. Atenim Luminis quoque & aëris causâ; ne ſcilicet lumen aut aër præriperetur. Poſtea recentiorum Imperatorum legibus conſtitutum fuit maius aliquod ſpatium: putà decem pedum inter priuatorum ædificia, quindecim verò inter publica. Cuius interualli mentionem iam facit Symmachus *lib.* 6. *Epiſt.* 9. *Cum*, inquit, *fratri meo Cenſorino ſatisfecerit præterita indicationis adſertio, tunc operi eius & molitionibus nouis* DECEM *tantum* PEDVM *vltra ædificia ſua permittatur adiectio. Ita vt partium fines & placito comprehenſus adſenſus, & conſtructio interiecta diſcriminet.* Sed & in eandem ſententiam extat Codice Iuſtinianeo conſtitutio Theodoſij Iunioris A.D. 423. ad Seuerinum Præfectum Vrbi putà *lex Meniana* 11. *Cod. de ædificiis priuatis.* Eiúſque iuris velut veteris poſtea meminit Leo Imperator *in Nouell. ſua vlt.* ¶ Huius certè noſtræ conſtitutionis memoriam nobis ſeruauit, vt paulò ante notaui, Papianus & Additamentum primum legis Gundebaldicæ vel Sigiſmundicæ ſeu Burgũdionum.

Neque adeò improbandum eſt, quod viro docto in mentem venit, hanc *legem*, eandem videri cum *d. l. Meniana* 11. quæ eſt Theodoſij Iunioris. Quanquam & argumento Symmachi ductus quis hanc *legem* noſtram Theodoſij M. exiſtimare poſſit. Quin & argumento aliquo *legis* 46. *inf. de operib. publ.* in qua Arcadius quoque iam Theodoſij Iun. pater Theodoſij M. filius, ſancit, vt quindecim pedum interuallum inter publica & priuata ædificia Conſtantinopoli interiiciatur. ¶ Quod rem ipſam attinet, ex ſuperioribus illud colligi poteſt, iam ante Arcadium & Theodoſium Iun. Romæ hoc ſpatium conſtitutum. Atenim ab Arcadio & Theodoſio Iuniore Conſtantinopoli ſancitum.

CODICIS



# CODICIS THEODOSIANI LIBER QVINTVS.

*QVO AGITVR DE TRIBVS:*

I. De Succeſſionibus Legitimis, *Titulis* 4. *prioribus.*

II. De his quorum ſtatus immutatus fato aliquo factóve, *Titulis* 7. *ſequentibus*: putà, *tit.* 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. nempe I. Captiuitate, *tit.* 5. II. Tyrannide, *tit.* 6. III. Facto Parentum, vel dominorum: putà, Expoſitione, *tit.* 7. Venditione, *tit.* 8. IV. Colonatu, vel Inquilinatu, *tit.* 9. 10. 11.

III. De Conſuetudine, *tit. vlt.*

## HVIVS LIBRI TITVLI.


I. *De legitimis hæreditatibus.*
II. *De bonis decurionum.*
III. *De bonis clericorum & monachorum.*
IV. *De bonis militum.*
V. *De poſtliminio.*
VI. *De ingenuis qui tempore tyranni ſeruierunt.*
VII. *De expoſitis.*
VIII. *De his qui ſanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint.*
IX. *De fugitiuis colonis, inquilinis & ſeruis.*
X. *De inquilinis & colonis.*
XI. *Ne colonus inſcio domino ſuo alienet peculium vel litem inferat ei ciuilem.*
XII. *De longa conſuetudine.*


# DE LEGITIMIS HÆREDITATIBVS."

## TITVLVS I.

VI. COD. IVST. Tit. LIV. *De ſuis & legitimis liberis.*

" Al. *hæredibus.*

### PARATITLON.

LEGITIMÆ hæreditates ſucceſſiones ſunt, quæ legis ſeu conſtitutionis beneficio, *l.* 1. 2. priuilegio, *d.l.* 1 & 7. auxilio *d.l.* 1. indulgentia, *d.l.* 1. ipſo iure, *l.* 8. ex lege, *l. vlt.* ſecundum legum ordinem *l.* 6. *de Decur.* ab inteſtato deferuntur, *l.* 1. 3. 4. & *l. vlt.* competunt, *l.* 1. conceduntur, *l.* 1. capiuntur, *l. vlt.* vindicantur, *l.* 5. & *l. vlt.* ueniunt,

niunt, *d. l.vlt.* Legitimi hæredes dicuntur ſecundum legum ordinem ad ſucceſſionem vocari *l. 6. de Decur.* eos gradus legitimæ ſucceſſionis adtingere *l.49. de Decurion.* ¶ In his legitimis ſucceſſionibus, primus gradus eſt *Liberorum.* Aduerſus omnes quippe legitimo gradu ad ſucceſſionem venientes, in hæreditatibus parentum, prima eſt ſucceſſio liberorum *l.2.in pr.l.3. in fine*, id eſt, filiorum, filiarum, *l.2. & 3.* nepotum, pronepotum, *l.8.* Neque, iis exiſtentibus, defuncti patri aut matri conceditur inteſtatæ ſucceſſionis hæreditas, *d. l.3.& l.8.infr.* vllo caſu. Licet defuncta à patre emancipata fiduciæ nomine obſtricta fuit, *d.l.3.* vel etiam ſuffragio (id eſt iure liberorum) nixa non fuerit, *d.l.3.* Ita etiam, vt filius non conſanguineus modò, ſed & per adoptionem quæſitus, nulla capitis diminutione intercedente, matrem excludat: *l.2.in pr.* Succedunt autem nepotes ex filia in filiarum locum. Nam ſi nepotes ex filia cum auunculis & materteris concurrant, pro eâ parte ſuccedunt, quâ & mater, collata dote ſua patris ſibi cum fratribus hæreditatem vindicaret: Detracta tantùm tertia parte eius quæ eorum matri dotem conferenti, debebatur: *l.4.& 5.* At defuncto aliquo ſine liberis, filiáve, *l.8.* fratribus, matribus, ſororibus, agnatis inteſtati ſucceſſio deferebatur. ¶ De MATRE videndum. Ea, vel cum fratribus, vel cum ſororibus, vel cum adgnatis aliis defuncti concurrit. Mater inteſtato defuncti, ſi fratres conſanguinei defuncto eſſent, iique capitis diminutionem paſſi non fuiſſent, id eſt, adgnati manerent, mater, inquam, à fratribus his excludebatur, nec quicquam iuris in filij ſucceſſione habebat: *l.2.& l.7. h t. & l.2. ſup.de inoff.teſtam.& l.2.ſupr.de ſecundis nuptiis.* At ſi capitis diminutionem paſſi fuiſſent, fratres conſanguinei, putà, quia emancipati fuerant, mater fratres penitus excludebat: *l 2.* Quod vltimum ad Valentiniani Tertij tempora obſeruatum, à Valentiniano immutatum eſt. Tertiam quippe hæreditatis fratres capite minutos cum matre concurrentes accipere voluit, patrui exemplo, de quo paulò poſt *l.7.verſ.emancipati.* At ſi mater ius liberorum habens in ſucceſſione filij, cum eius ſororibus concurreret, dimidiam bonorum partem mater ferebat, alteram ſorores: *h.t.& l.2.ſup.de inoff.teſtam.* Et hæc de matre cum fratribus vel ſororibus defuncti concurrente. At ſi mater his deficientibus, cum Adgnatis defuncti concurreret, res ita ex Conſtantini conſtitutione diſtinguebatur; vt ſi adgnati capite minuti non eſſent, cuiuſcunque gradus illi forent, matri tertia portio deferretur, etſi ius liberorum non habenti *l. 1.* At Valentinianus Tertius præter patruum, filium eius & nepotem, omnibus reliquis adgnatis perſonam matris haberi potiorem voluit *l. 1. & 7. in pr.* At ſi adgnatio minimè duraret, id eſt, capite minuti eſſent, patruus tantum eiúſque filius & nepos non vltrà, cum matre in partem tertiam admittebantur, licet ius liberorum habente: *l.1.& l.2.in fin. & l.7. in pr.* Deficientibus parentibus & propinquis omnibus, quos natura legíſque pariter prærogatiua defendit, CONIVGES in capiendis hæreditatibus ab inteſtato fiſco præferuntur. Nam quamdiu aliquis de propinquis ſucceſſionem mortui vindicare poteſt, coniuges nullam ſpem ſucceſſionis ab inteſtato delatæ habere poſſunt. *l.vlt.*

---

## ¶ *De* MATRIS *ſucceſſione in bonis filij, vnà cum patruis cæteríſque adgnatis filij Conſtantini M. lex.*

### 1.* Imp.CONSTANTIN.A.ad Baſſum PF.V."

MATRI, ius liberorum" non habenti, interueniente licet patruo, cæteríſque inter quos agnationis incorrupta" iura per ordinem" porriguntur, & quicunque deinceps adgnati erunt, à quibus conſanguinitatis" iure mater poterat excludi, placet omnium filij bonorum, quotieſcunque ab inteſtato venitur, deferri tertiam portionem. ¶ Et" tam patruo eiúſque filio, quàm & nepoti, agnatione minimè durante, (ſi forte per emancipationem cuiuſquam fuerit conſanguinitas diminuta"), beneficio pari deferri tertiam portionem, licet habeat mater ius liberorum. Nec immeritò, ſi quando ſupradicto ſubnixa mater fuerit priuilegio, agnatione diremptâ vltra nepotis gradum noſtrum beneficium" minimè placuit extendi, ne" multis perſonis vocatis, plus ablatum matri, minùs additum videretur. ¶ Siue igitur vnus extiterit pluréſve patrui eorúmque filius aut etiam filij, & nepotes neptéſve, non amplius quàm ſola tertia vniuerſorum bonorum ſimul, omnibus, vel ſingulis pro ſuis quibuſque gradibus deferenda eſt. Et eodem" genere, ſi plures erunt à quibus mater poſſit excludi, non plus quàm tertia bonorum matri aduerſus omnes competere debebit. Supradictæ ergo originis exiſtentibus perſonis



nis agnatis in infinitum, matri aduerſus omnes cenſuimus ſubueniendum, licet non omnibus aduerſus matrem, ſed certis ſuperius comprehenſis perſonis hoc auxilium tribuatur. ¶ Ita vt nec petita bonorum poſſeſſione, (quoniam huius legis, non Prætoris, eſt beneficium,) ilicò vt ſibi delatæ portionis dies extiterit, aditione ſimplici, adrepto rerum quolibet corpore, vel animi deſtinatione patefacta, plenum dominium delatæ ſibi portionis conſequentur": facultate eis perpetuâ dum ad vixerint" tribuendâ in adeundâ conceſsâ ſibi parte ſucceſſionis. Nec enim ad eos qui eorumdem ſucceſſores erunt, niſi ipſis prius, quos indulgentiæ noſtræ ratio complectetur", quæſita fuerit hæreditas, tranſire quicquam iubemus", ſed penes eos manere, apud quos ante iſtam legem reſidere potuiſſent."*PP." XIIII.Kal.Ian."Rom.Criſpo II.& Conſtantino II. Cæſ. COSS. [321.]

INTERPRETATIO. *Si mater ius liberorum non habeat, hoc eſt, ſi ingenua tres partus viuos, & libertina quatuor non ediderit, & vnicum filium inteſtatum fortaſſe perdiderit, & filius moriens patruum vnum, vel plures, aut certe patrui, vel patruorum filios, vel nepotes plures cum matre reliquerit, qui tamen emancipati non fuerint, mater in tertia portione in filij inteſtati hæreditate ſuccedat, & duas partes patruus, vel ſi plures patrui fuerint, aut filij, vel nepotes ſibimet vindicabunt. Quod ſi mater liberorum ius habeat, & patruus vel patrui cum matre ſuperfuerint, etiamſi emancipati ſunt, duas partes de bonis filij inteſtati morientis mater conſequatur, quæ ius liberorum habet, & tertiam patruus vel patrui: qui ſi defuerint, filij patruorum quanti fuerint æquales ſibi per capita faciant portiones. Quod ſi filij patruorum defuerint, ſimili etiam nepotes patruorum diuiſione ſuccedant. Sed in hac ſucceſſione ſola Conſtitutio præſens ſufficit, vt inter matrem, patruos, eorúmque filios & nepotes, bonorum poſſeſſio præſumatur, quæ ſi fortaſſe adita non fuerit, & hij qui adire debuerant moriuntur, hæredes eorum à ſucceſſione non aditæ hæreditatis excludit: quia euidenter lex iſta conſtituit, vt non adita hæreditas non tranſeat ad hæredes.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod.Iuſt. eam quippe emendauit Iuſtinianus, *l.vlt.in fine princ.Cod. ad SC. Tertullianum*, cuius etiam meminit *§.ſed cum antea*, *Inſt.de SC Tertull.* Sicut hac Conſtantini conſtitutione ius antiquum temperatur, vt reſtatur *lex 2.inf.* quæ huius *legis* meminit.

" *Baſſi* huius P.V. non meminit notitia Præf.vrbis: quare malit quis hic *PP.* verùm id non patitur *l 2.prox.* quâ nominatim dicitur hanc *leg.* emiſſam ad *Baſſum Præfectum vrbis.*

" *Prima* ſententia, de *Agnatis capite non minutis*, & matre ius liberorum non habente.

" De iure liberorum ſuo titulo agetur *inf lib.8.tit.17.*

" *Incorrupta agnationis iura*, id eſt capitis minutione non extincta.

" Tranſmittuntur ad hæredem ſeu ſequentem ſemper gradum & ordinem.

" *Conſanguinitas* pro omni agnatione hoc loco: pro omni cognatione *in l.vn.ſup. Quorum bonorum.* Hinc quoque conſanguineus filius & conſanguinei fratres, *l.2.infr.* vbi dicam adhuc; & conſanguineus patruus. *l.2 ſup.de tutorib.* conſanguinei igitur omnes *ὁμαίμιοι αὐθαίμιοι h.t.* & *in l.1.Cod. de impon. lucr. deſcript.* Alioquin propriè *conſanguinei* ab *agnatis* ſeparantur, & pro fratribus germanis ex eodem patre. Vide Paulum *4.ſentent. tit* ... & *collect.Legum Moſaicar.tit.vlt.*

* *Secunda* ſententia, *de Agnatis capite minutis.* Et matre ius liberorum habente. Et tam patruo, id eſt, & vniuersâ tam patruo vt inf.& eodem genere.

" *Conſanguinitas diminuta*, id eſt agnatio emancipatione ſoluta: vide *l.tutelas 7.ff. de capite minutis.*

" Agnatis indultum, *h.l.*

" Vide Interpretationem.

" *Eodem genere*, id eſt, eadem ratione.

" *Conſequantur.*

" *Aduiuere*, pro ſimplici, *viuere*: Quod locis quamplurimis à Cuiacio allatis 8. *Obſ.36.* firmari poteſt: qui tamen idem vbique diuiſim legit, dum ad vixerint, & donec ad vixerit. Et putat donec ad dum ad dicta pro *donec*: quod mihi non perſuadet Plinius *lib.15 cap.18.* Fortuito ſata aduiuit in medio foro. Et vetus inſcriptio, qui aduiuente eo &c. teſtamento honorati ſunt. Capitolinus *in Antonino*, Pio Patri dum aduixit religioſiſſimè paruit.

" *Al. Complectitur.*

" *Iubemus*, pro permittimus, concedimus: vt contrà, non iubemus, pro vetamus: *l.vlt.inf.quib.equor.vſus*: & neque iuſſerimus, pro vetuerimus: *l.14.inf.de operib.publ.*

" Id eſt, agnatos.

" *Potuiſſet.*

" *Dat. XV.* An.opt.not.

" *Iun.* An.Rhem.

## COMMENTARIVS.

MATER in legitimâ filiorum ſucceſſione hâc Conſtantini lege partim adiuuatur, partim prægrauatur, vt loquitur Iuſtin. *§. ſed cùm: Inſt. de SC. Tertull.* ¶ Olim ſcilicet mater ex SC. Tertulliano, ſi ius liberorum haberet, (ingenua ſcilicet trium, libertina quatuor) liberis ſuis ſuccedebat; agnatis liberorum penitus excluſis. Si verò ius liberorum non haberet, à liberorum ſuorum ſucceſſione ab agnatis prorſus excludebatur, *l.2. ſup. de inoff. teſtam.* ¶ Hoc ius hâc Conſtantini M. leg temperatur, vt loquitur *lex 2. prox.* quæ *huius legis* meminit. Ex *hac* quippe *leg.* mater, ſi ius liberorum non habeat, adgnati duas Tertias, mater tertiam bonorum partem inteſtati filij habet: ſic adiuuatur mater *hac l.* Viciſſim ſi mater ius liberorum habeat, in filij equidem ſucceſſione duas Tertias bonorum adquirit, ſed tertiam partem adgnati vſque ad patrui nepotes etiam adgnatione ſolutâ

ſolutâ conſequuntur: Sic mater *hac leg.* prægrauatur. Breuiter, liberorum ius non habens mater, cum adgnatis omnibus in tertiam partem concurrit: liberorum verò ius habens, in tertiam partem adgnatos admittit. Neque tamen omnes, ſed vſque ad patrui nepotes tantùm, quod ipſum confirmatur, *l.2. & 7. inf.* Hac ſcilicet ratione, ne multis perſonis vocatis plus ablatum matri, minus additum videretur. Quorum verborum hæc ſententia eſt; Conſtitutionem hanc eo fine promulgari, vt matri aduerſus S.C. Tertullianum conſulatur: matri, inquam, ius liberorum non habenti, quod vt faceret & agnatis perſuaderet, & ipſis aliquid in caſu contrario largiendum fuiſſe: verùm intra certum gradum, ne effectu ipſo plus matri adimeretur *h. l.* quàm adderetur. Quod vtique fieret, ſi vlteriores adgnati cuiuſcunque gradus cum matre ius liberorum habente admitterentur. Satius enim fore matrem ius liberorum non habentem ab adgnatis penitus excludi, quàm cum ea quæ ius liberorum haberet, adgnatos indiſtinctè omnes concurrere.

Primum igitur hoc matri *h. l.* priuilegium tribuitur, quod vt immutatum poſtea auctúmque fuerit, videnda eſt *lex vlt. Cod. ad SC. Tertullianum: & lex vlt. Cod. de iure liberorum.*

¶ *Alterum* priuilegium matri vt & Adgnatis *h. l.* tribuitur, vt bonorum poſſeſſionis petitio eis neceſſaria non ſit, ad legitimam hanc ſucceſſionem amplectendam. Sanè ita viceuerſa matri inteſtato defunctæ citra bonorum poſſeſſionem filius pro hærede gerendo ſuccedit, *l.3. Cod. ad S.C. Orficianum*: Imo generaliter Valentinianus Tertius *in l.1. ſupr. de cretione vel bonorum poſſeſſione* legitimos ſucceſſores omnes, etſi longiùs conſtitutos, bonorum poſſeſſionis petitionem non cogi cuſtodire ſcribit. Bonorum ſcilicet poſſeſſio *Vnde legitimi*, neceſſaria non eſt. Cuius rei ratio *h. l.* hæc redditur, quia legitima ſucceſſio, *legis eſt, non Prætoris beneficium.* Illis igitur tantum bonorum poſſeſſio neceſſaria eſt, qui Prætoris beneficio ad bona admittuntur. ¶ Proinde aditio ſimplex legitimis hæredibus ſufficit *h. l.* ſolâ animi deſtinatione patefactâ: ſeu qualecumque aditæ, vel adeundæ hæreditatis iudicium: *d. l.1. ſupr. de Cretione.* Vt filij matribus inteſtatis ipſo iure ſuccedunt, *l.8. inf. h.t.* ita & mater filiis. ¶ Cæterùm hæreditatis aditionis argumentum *h. l.* dicitur, ſi rerum hæreditariarum quodlibet corpus vel minimum arreptum fuerit, ſic vel vna glebâ fundi in ius delatâ, in ea tanquam in toto fundo vindicatio apud Prætorem fieri ſolebat: de quo more videndus Gellius *lib.20. cap.10.* Quem ipſum etiam poſtea Alemanni ſeruarunt, qui ceſpitem illum, ſeu glebam auulſam, *Zurbam* vocabant: vt conſtat ex *tit.84. legum Alamanicarum.* Vindicationis igitur, & aditionis hac parte eadem eſt ratio; nam & aditio, vindicatio eſt: *l. vlt. ff. de adquirend. hæredit. & l.15. C. de captiu. & poſtlim.* Similis etiam Daciæ mos fuit, cuius mentio fit *cap.2. Extr. de conſuetudine*, Quo donator fundos Eccleſiæ donatos tradidiſſe fingitur vna gleba fundi in Eccleſiam delata, vel Altari impoſita, vel tradita in manum Prælati Eccleſiæ, vel Epiſcopi. ¶ Etſi igitur bonorum poſſeſſio legitimis hæredibus neceſſaria non ſit, aditio tamen requiritur: Non adita, non agnita legitima hæreditas non tranſmittitur: *h.l. in fine*, iunctâ interpretatione, & *l. vn. §.5. Cod. de caducis tollendis & l.2. Cod. Gregoriano de ſucceſſionib.* & aliis. Ita filij ex S.C. Orficiano non aliter adquirunt matris hæreditatem, quàm ſi eam adierint vel pro herede ſe geſſerint, Paulus *4. ſentent. tit. de S.C. Orficiano, §. vlt.* Ita nec matres filiorum ex S.C. Tertulliano *h.l.* Sui tantum heredes ſemper excipiendi ſunt, & caſus *legis vn. ſup. de cretione.* Aditio igitur requiritur, & quam hereditatem mater, vel agnati ita non acquiſiuerunt, in heredem non tranſmittunt, ſed deficientis portio penes matrem, & agnatos manet, ſeu agnatis adcreſcit. Quod ipſum in S.C. Orficiano obtinet, id eſt, in ſucceſſione materna liberis delata, *l.2 Cod. ad S.C. Orficianum, & l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis & legitimis.* Non adita ſcilicet hereditas ad heredem non tranſmittitur: *h. l. & l. vn. §. in nouiſſimo, Cod. de caducis tollendis: l.6. & 7. ff. de inoffi ioſo: & l.2. C. Hermog. de ſucceſſionib.* ¶ Cæterùm & hæc lex eſt de earum Conſtantini conſtitutionum numero, de quibus Nazarius hoc anno ipſo: *Nouæ* inquit, *leges regendis moribus, & frangendis vitiis conſtitutæ, veterum calumnioſæ ambages reciſæ, captandæ ſimplicitatis laqueos perdiderunt.* Quomodo & Porphyrius de eodem Conſtantino.

——— ——— *Permulcens Aſpera Legum*
*Iuſtitiâ æternâ.* ——— ———

---

## ¶ *De* MATRIS *ſucceſsione in bonis filij, ſi Fratres ei exiſtant, Valentis lex.*

II. *Impp. Valent. & VALENS AA. ad Auxonium" PF P.

QVIA" non ſolum filius" conſanguineus, ſed etiam per adoptionem quæſitus nullâ" capitis diminutione intercedente, eius matrem excludit, ſi" quidem patiatur mater defunctorum excludi" à fratribus, conſanguineis" exiſtentibus, quibus ipſa præferatur intercedente capitis diminutione, proximior" gradus ineatur. Nam Conſtitutio" Diui Conſtantini ad Baſſum Præfectum Vrbis emiſſa, patrui tantummodò ius antiquum temperauit", vt ſi vnus patruus, ſeu duo, pluréſve ſint, ſiue filius filiíve eorum vſque ad nepotem extiterint, beneficio Conſtitutionis in partem tertiam componant: De conſanguineis verò fratribus nullam fuiſſe" mentionem cognouimus euidenter, licet" antiquo iure ſeruato, ac Diualis memoriæ Conſtantini Conſtitutione comprobata proſpectùm eſſe videatur à noſtra Clementiâ, vt in huiuſmodi litibus, qui frater conſanguineus debet excludi ſecundum ius antiquum, præferatur iuxta memoratam deſtinationem": vel" certe ſi patrui perſona interceſſerit, vſque ad nepotem ius Conſtitutionis temperatum, ſuum teneat robur atque firmitatem.



tem. Dat. IIII. Kalend. Ian. Conſtantinop. Valent. NB. Puero, & Victore V. C. COSS. [369.]

INTERPRETATIO. *Si moriatur quis, & relinquat matrem & fratrem conſanguineum, ideſt, vno patre natum, vel etiam adoptiuum, (id eſt, geſtis ante Curiam adfiliatum") qui conſanguinei loco habendus eſt, conſanguineus frater, vel adoptiuus matrē in totum à ſucceſſione mortui fratris excludunt. Quod ſi emancipatus fuerit conſanguineus, aut adoptiuus, & moriatur frater ſuperſtitibus emancipatis fratribus, & matre, patruos eorúmque filios vel nepotes etiam mancipati fratres euidenter excludunt: ita tamen, vt ſi* ius liberorum *mater habuerit, duas partes de morientis filij hæreditate præſumat, & tertiam emancipati fratres, quos conſtat eſſe ſuperſtites. Quod ſi mater ius* liberorum non habuerit, *tertiam mater conſequetur, & duas partes etiam emancipati filij excluſis patruis poſſidebunt.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt. ideò, quia per *l. vlt. Cod ad SC. Tertullian.* antiquata eſt.

" *Auſonium*, ita Codex Rhem. Vtrouis certè modo ſcribas, ab Auſonio Burdigalenſi noſtro diuerſus eſt: Hic enim Præfectus Prætorio Orientis erat, quod præter huius *legis* ſubſcriptionem oſtendit *lex vn. infr. de Claſſicis, & l.15. infr. de erogatione militar. annonæ.* De quo videndus elegans locus Zoſimi *lib.4. p.741.*

" Hæc vox oſtendit his verbis argumenti ſpeciem contineri, non etiam quod Cuiacius credidit, rem ipſam, cuius cauſa hæc lex lata fuit: ſed & emendationem noſtram in verbis illis, *ſiquidem*, firmat.

" Cuiacius *lib.15. Obſeru. cap.36. & Recitationib. ad tit. Cod. ad SC. Orfician.* ſubſtituit hoc loco *frater.* Perperam omninò. De quo mox. De hâc interim re, v. & *l.3. 8. infr.*

" Hæc verba ad filium adoptiuum pertinet, hoc ſenſu: Filius etiam adoptiuus matrem excludit, niſi capite minutus, id eſt, emancipatus ſit. Nam filij conſanguinei, id eſt naturales, etſi capite minuti nihilominus ad bonorum poſſeſſionem *vnde liberi* vocantur: at non & adoptiui, *l.4. ff. vnde liberi:* Quibus concinit *lex 13. 14. ff. de adoptionib.*

" *℟. Sic idem*, de quo mox pluribus.

" Excludi ſcilicet.

" De conſanguineis fratribus *ad l. proxim. ſup. dixi.*

" *Exiſtentibus*, id eſt, etiamnum manentibus, neque capite minutis: vid. & *initium legis* 1.

" *℟. Et proximior*, id eſt, patruus cum matre concurrat.

" Intelligit *legem* 1. *ſupr.* quæ huic occaſionem dedit.

" *Temperauit* ſcilicet ius antiquum *lex* 1. *ſupr.* dum patruum, &c. cum matre liberorum iure ſubnixa concurrentem, quæ penitùs eum excludebat, in tertiam partem admiſit.

" *Componendi* vox hac in re propria, vt *l.7. infr. compoſitionis nomine*, & *l. vlt. infr. Comparandi* voce, vel *compariandi.*

" *Factam* in conſtitutione Conſtantini.

" *℟. Ilicet*, vel quid ſimile. Nouam certè hinc ſententiam inchoari oportet.

" *℟. Diſtinctionem.* Valens Imperator ſcilicet fratrem à matre excludi ſi capite minutus ſit, iubet: ſi non ſit, matrem excludere vult.

" Confirmat *conſtitutionem* 1. *ſup.*

" *Adfiliatus*: pro adoptato *hic*, & in Gaij *Inſtitutionib.* v. Cuiac. *7. Obſ.16. in fin.*

## COMMENTARIVS.

MATER CVM FRATRIBVS DEFVNCTI FILII in eius ſucceſſione ex hac Valentis conſtitutione non concurrit, ſed vel ab iis penitùs excluditur, vel ipſa eos excludit. Excluditur, inquam, ſi fratres conſanguinei exiſtant, id eſt, maneant: viciſſim excludit, ſi fratres capite minuti ſint. Hæc huiuſce legis eſt ſententia. ¶ De quo tamen vtroque dubitari cæperat occaſione Conſtantinianeæ *legis* 1. *ſup.* eò quod videretur, patrui & cæterorum *eâ lege* nominatorum exemplo, mater cum fratribus conſanguineis defuncti pro parte admittenda, & viciſſim ipſi capite minuti cum matre admittendi. Verùm vtrumque Valens *hâc conſtitutione* remouet. Iure primùm matrem à fratribus conſanguineis excludi aſſerens, quia omnimodo (vt loquitur *lex.8. inf.*) per filios mater excluderetur: per filios, inquam, adoptiuos quoque (non tantum per filios conſanguineos) cùm tamen adoptiuus filius plus iuris habere non debere videretur, quàm frater conſanguineus. Proinde à filio adoptiuo ad fratrem conſanguineum Valens argumentum ducit. Quam argumenti vim Cuiacius, atque inſolentem *filij conſanguinei* appellationem minùs attendens, loco *filij*, *fratrem* reponendum *hîc* duxit. Nam etſi *conſanguinei* appellatio & quidem ſimpliciter elata, fratrem fermè germanum ſignificare ſoleat, attamen *filium conſanguineum* dici nihil vetat, & quidem καϑ' ἀντίῤῥησιν filij adoptiui. Sanè & conſanguineus, patruus dicitur, *l.2. ſupr. de tutorib.* & in ſummam, conſanguineus eſt ὁμαίμος. Verum equidem eſt de fratre defuncti, *h.l.* quæri, an matrem excludat? Sed illud nihilominus verum eſt, à filio ad fratrem argumentum duci. Sic enim hæc *lex* legenda eſt: QVIA *non ſolùm filius conſanguineus*, SED ETIAM *per adoptionem quæſitus, nulla capitis deminutione intercedente, eius matrem excludit*; SIC IDEM, (ita legendum eſt, non *ſiquidem*, vt hactenus malè legitur) *patiatur mater defunctorum excludi à fratribus conſanguineis exiſtentibus.* Neque in hac ſententia explicanda Interpres felicior fuit: Apud quem tamen hæc duo notentur. Primum, quod ait, adoptiuum conſanguinei loco habendum eſſe. Quod ipſum confirmat *lex* 1. *§. vlt. ff. de ſuis & legitimis*: Conſanguineus enim impropriè eſt, *§. per adoptionem, Inſt. de legitima agnatorum ſucceſſione.* Alterum quod *adfiliatum* vocat adoptiuum, de qua voce alibi dictum. ¶ Et hæc de prima quæſtione eiúſque ratione: Alteram hac ratione firmat Valens quod *in l.1. ſup.* fratrum nulla fiat mentio, ſed tantùm patrui eiúſque filiorum vſque ad nepotem. Hos videlicet cum matre in tertiam partem concurrere capite minutos; conſanguineis fratribus capite minutis non idem iuris ea lege tribui. Quæ quidem ratio, verum vt fatear, omnium eſt ἄτεχνος, ne dicam abſurda. Cur enim minus iuris habeant fratres in fratris ſucceſſione, quàm patrui? Et certè Valentinianus III. æqui obſeruantior, exemplo Patrui, fratri quoque ius idem poſtea conceſſit: *l. 7. verſ. emancipati infr.*

## ¶ *De* FILIORVM *in bonis Matris emancipatæ ſucceſsione, præ auo emancipatore, Valentiniani Iun. lex.*

III. * Imppp. Gratian. VALENT. & Theod. AAA. ad Hilarium" PF. P.

QVOTIES de emancipatæ filiæ ſucceſſione tractatur, ſeu eam *fiduciæ* nomen obſtrinxit, ſeu etiam nulla comitantur ſuffragia liberorum filiis ex eâ genitis, etiamſi talis occaſus" auo viuente contingat, intacta pro ſolido ſucceſſio deferatur, neque vlla defunctæ patri matríque concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hæreditas: cum" ſatis ſupérque ſufficiat, aduerſus omnes legitimo gradu ad ſucceſſionem venientes, in hæreditatibus matrum (incolumes" ac ſuperſtites optabili ſorte geniti) ſucceſſio liberorum. Dat. XI." Kalend. Mart. Mediolani, Merobaude II. & Saturnino COSS.

INTERPRETATIO. *Filia, quam* fiduciatam" *nominauit, hoc eſt emancipata, ſi inteſtata moriatur, & relinquat ſuperſtitem patrem, matrem & filios excluſo patre & matre, etiamſi ius liberorum defuncta non habeat, filij ſoli in eius hæreditate ſuccedunt. Hic de iure" addendum quid ſit fiducia."*

### NOTÆ.

* Lex 4 *Cod. ad SC. Orfician.* hinc interpolata eſt, & quidem hunc in modum. *Quotiens de emancipati filij filiæve ſucceſſione tractatur, filiis ex his genitis deferatur intacta pro ſolido ſucceſſio: neque vlla defuncti, defunctæve, patri, matrive concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hæreditas.* Huic legi reſpondet in partem principium *l. 2. ſup.* & finis *l. 8. infr.*

" *Hilarianum* P. P. ita Cod. Iuſt.

" *Occaſus*; pro morte.

" Vide de hoc ſpeciatim *infr. l. 8.*

" Id eſt, præualeat, & potentior ſit omni alio iure legitimo.

" X V. Cod. Iuſt. " *al. Si incolumes ac ſuperſtites optabili ſorte geniti ſint. Geniti*, id eſt nati, vel filij.

### COMMENTARIVS.

IN EMANCIPATÆ Matris ſucceſſione, filij eius, auo emancipatori præferuntur, ex hâc Valentiniani Iun. conſtitutione: ſub duplici ampliatione: *Etſi eam fiduciæ nomen obſtrinxit.* Vel vt Interpretatio habet, & ſi mater *fiduciata* fuerit, id eſt contracta fiducia emancipata fuerit. Item etiamſi mater liberorum ius non habuerit. Antiquo ſcilicet iure, ante hanc *legem*, liberi ex filio emancipato nati Auum ſuum à patris ſui ſucceſſione prorſus excludebant, etſi is contracta fiducia emancipatus fuiſſet. Item etſi iura liberorum non haberet, id eſt liberos quidem aliquos haberet, ſed non tres, aut quatuor, verùm pauciores; At enim ſi filia emancipata fuiſſet, auus in filiæ ſuæ emancipatæ ſucceſſione partem ferebat, atque ita cum liberis, id eſt, nepotibus ſuis in filiæ ſuæ ſucceſſione concurrebat. Verùm hoc ius & diſcrimen *hac* Valentiniani Iunioris *conſtitutione* tollitur, atque hic, ſiue aui, ſiue auiæ cum nepotibus concurſus abrogatur, & pro ſolido ſeu in ſolidum liberis matris ſucceſſio tribuitur. *Satis ſcilicet ſupérque ſufficit*, inquit Valentinianus, *aduerſus omnes legitimas ſucceſſiones in hæreditatibus matrum ſucceſſio liberorum*, vt eleganter hæc lex loquitur; id eſt, potentior eſſe debet omnibus aliis legitimis ſucceſſionibus ſucceſſio liberorum. Vt enim potiorem non admittit, ita & æqualem qui cum concurrat, recuſat.

¶ Notanda interim hîc duo. Primò, *fiduciæ* olim contractæ effectus. Pater ſcilicet qui filium ipſe manumiſerat, iura patronatus in filij bonis conſequebatur, & legitima eius hæreditas ad patrem manumiſſorem pertinebat, eáque fiducia contracta dicebatur; quod notius eſt, quàm vt demonſtrari oporteat. Locus ex veteri Gloſſario interim obſeruetur: Contracta, inquit, fiducia ὅταν πατὴρ τὸν υἱὸν ποιῶν emancipatum προσανεφώνει, ἵνα ἐν διαθήκῃ ὁ υἱὸς τελευτήσας καταλείψει τὸ τρίτον τῷ πατρί. εἰ γὰρ οὐ προσανεφώνει περὶ τούτου, ὅλον αὐτὸ καταλιμπάνετο ἐκ τοῦ υἱοῦ. Verùm hanc fiduciæ contractæ & non contractæ differentiam ſuſtulit Iuſtinianus, *l. 4. Cod. de bonis libertorum, & l. vlt. Cod. de emancipat. liberor.* Eáque inter alias interpolandæ huius *legis* Triboniano cauſa fuit.

Secundò notandum Iuris liberorum priuilegium quod *hâc l.* memoratur ſemel & antiquatur: de quo iure *ſuo inf. titulo, lib. 8. tit. 17.* De hac *lege* tandem dicam adhuc aliquid etiam *ſup. ad l. vlt. de maternis bonis.*





## ¶ *De* NEPOTVM *ex* FILIA *in aui materni bonis ſucceſsione, in concurſu auunculorum & materterarum vel adgnatorum Valentiniani Iun. lex.*

IIII. * Imppp. VALENT. Theod. & Arcad. AAA. Conſtantiano" PF. P. Galliarum.

SI" defunctus cuiuſcunque ſexûs aut numeri reliquerit filios, & ex filia defuncta cuiuſcunque ſexûs aut numeri nepotes, eius partis, quam defuncti filia ſuperſtes patri inter fratres ſuos fuiſſet habitura, duas partes conſequantur nepotes ex eadem filia, tertia pars fratribus, ſororibúſve eius quæ defuncta eſt, id eſt, filiis filiabúſque eius de cuius bonis agitur, auunculis ſcilicet, ſiue materteris eorum, quorum commodo legem ſancimus, accreſcat." ¶ Quod" ſi hic defunctûs, de cuius bonis loquimur, habebit ex filiâ nepotes, ſed præterea filios non habebit, ſed, qui præferri nepotibus poſſint", habebit *agnatos*, in" quandam" Falcidiam, & in dodrantem nepotes iure ſuccedant. ¶ Hæc eadem quæ de aui materni bonis conſtituimus, de auiæ maternæ ſiue etiam paternæ ſimili æquitate ſancimus. Niſi" forte auia elogia inurenda impiis nepotibus iuſtâ ſemotis ratione monſtrauerit. ¶ Non" ſolum autem ſi inteſtatus auus auiáve defecerit, hæc de nepotibus quæ ſancimus iura ſeruamus, ſed etſi auus, vel auia, quibus huiuſmodi nepotes erant, teſtati obierint, & præterierint nepotes, aut exhæredarint eoſdem, & de iniuſto auorum teſtamento, &" ſi quæ filiæ poterant vel de re, vel de lite competere actiones, nepotibus deferemus, ſecundum iuſtum noſtræ legis modum, quæ de parentum inofficioſis teſtamentis competunt filiis. Dat. V. Kal. Mart. Mediolani, Timaſio & Promoto COSS. [389.]

INTERPRETATIO. *Si aliquis moriatur* inteſtatus", *& filios vel filias ſuperſtites, vel nepotes ex filia mortua derelinquat, filij in ſua portione ſuccedunt: Nepotes ex filia de portione matris ſuæ tertiam perdunt, quæ ſuperſtitibus auunculis eius, & materteris proficit.* ¶ *Si vero quis moriatur inteſtatus, & relinquat ex filia nepotes, & filios non dimittat, ſed fratrem & ſororem ſuperſtites derelinquat, tres partes hæreditatis aui materni ſibi nepotes ac neptes ex filia vindicabunt, quartam frater vel ſoror aui defuncti, iuxta legis huius ordinem conſequentur.* ¶ *Si vero* mulier, *id eſt paterna vel materna auia inteſtata moriatur, & relinquat filios, & ex mortuo filio vel filia nepotes, æqualiter de patris vel matris portione nepotes vel neptes tertiam perdunt, quam patruis & amitis ex auiæ paternæ bonis, auunculis & materteris ex auiæ maternæ bonis, ſicut & de aui materni conquirunt: nam ſi patruus & amita, vel auunculus, & matertera fortaſſe defuerint, ad fratres vel ſorores † auiarum tres unciæ, & ad nepotes nouem perueniant. Nam in aui paterni hæreditate, nepotes vel neptes ex filio mortuo de patris ſui portione nihil perdunt.* ¶ *Si vero auus vel auia, nepotes ac neptes ex filia in teſtamento ſuo prætererint, aut non probatis cauſis exhæredauerint, actio illis de inofficioſo contra teſtamentum aui vel auiæ, quæ matri eorum competere potuit, legis beneficio tribuetur.*

### NOTÆ.

* Lex *ſi defunctus 9. Cod. de ſuis & legitimis*, hinc à Triboniano mutilata; expunctâ parte, quæ eſt de Quarta agnatorum, quam ſuſtulit *l. vlt. eod. tit. de ſuis & legit.* Sed & huius *legis* meminit Iuſtinianus §. 15 & 16. *Inſt. de hæreditat. quæ ab inteſtato.* Meminit & Arcadius *ſequente lege.* Meminit & Papianus *Reſponſ. tit. 10 & 23.*

" Ad eundem hoc ipſo anno extat *lex 8. infr. de infirmand. his quæ ſub tyrannis*: Et *lex 5. inf. de proximis*: in quarum priore Conſtantianus vocatur non aliter ac in *h. l.* Perperàm Conſtantius *in d. l. 5.* Conſtantinus *in dict. l. 9.* & in *l. vlt. C. de officiis diuerſ. Iudicum.*

* Prima ſententia de concurſu Nepotum ex filia cum Auunculis & materteris in Aui materni ſucceſſione legitima ab inteſtato.

" Accretionis ſpeciem obſerua.

" Secunda ſententia, de concurſu nepotum ex filia cum agnatis.

" Id eſt, qui hactenus nepotibus præferebantur, iure veteri: niſi legas hîc, poſſent.

" *al. ij in*, ij agnati ſcilicet.

" Eſt qui legat, *in quartam Falcidiam*: alius ita, in ∓ (*quarta Falcidia eſt*) nota ſcilicet ſuperior Quadrantem ſignat: Sed nil mutandum; quædam Falcidia eſt cuiuſdam Falcidiæ ſpecies, Falcidiæ ſcilicet nomine omne Quartarum genus deſignatum, vt *hac l.* ita & *§. ſed cum adhuc. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſtato.* vide Contium *2. ſubciſ. 4. in fin.*

" Tertia ſententia, de concurſu nepotum ex filia vel filio cum patruis, amitis, auunculis, & materteris, in Auiæ maternæ & paternæ ſucceſſione.

" Quarta ſententia, de exheredatione nepotum.

" Quinta ſententia, de inofficioſi querela.

" Delenda vox, &.

† Lex illa non extat, niſi eam intelligat, cuius pars erat *lex 5. ſup. de inoffic. teſtam.* Niſi potius hanc ipſam *legem* intelligat.

## COMMENTARIVS.

NEPOTIBVS EX FILIA, cùm ij antiquo iure Auo materno, cum Auunculis & materteris nullo modo ſuccederent, Valentinianus Iunior hâc conſtitutione ſuccedendi ius aliquod tribuit pro ea videlicet parte, quâ mater eorum ſucceſſiſſet; tertia tantum parte minus quàm Auunculis & materteris accreſcere vult. Quod etiam Iuſtinianus ſequitur, *l.* 19. *Cod. de collat.* & hanc ipſam conſtitutionem memorat §. 15. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato*, his verbis: *Item vetuſtas ex maſculis progenitos plus diligens, ſolos nepotes vel neptes, qui, quæve ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabat ſucceſſionem, & iure agnatorum eos anteponebat: Nepotes autem qui ex filiabus nati ſunt & pronepotes qui ex neptibus cognatorum loco commemorans, poſt agnatorum lineam eos vocabat, tam in Aui vel Proaui materni, quàm in Auiæ vel Proauiæ ſiue paternæ ſiue maternæ ſucceſſionem. Diui autem Principes non paſſi ſunt talem contra naturam iniuriam ſine competenti emendatione relinquere; ſed cùm nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt; ideò eundem gradum & ordinem ſucceſſionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolum naturæ, ſed etiam veteris iuris ſuffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus) paulo minuendam eſſe exiſtimauerunt: vt minus tertia parte acciperent, quàm mater eorum, vel Auia fuerat acceptura, vel pater eorum vel Auus paternus, ſiue maternus, quando femina mortua ſit, cuius de hæreditate agitur: iiſque (licet ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodum lex duodecim Tabularum filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris ſui ad ſucceſſionem Aui ſui vocat: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel Auiæ, eos cum deſignata partis tertiæ diminutione vocat.* Et hæc quidem ita Valentinianus noſter qui auiaticæ ſucceſſionis tertiam partem nepotibus ex filiâ detraxit: Quare & deinceps codicillis, ſeu teſtamento opus erat, ne vllam diminutionem paterentur: vnde in veteribus formulis, ſecundùm legem Romanam extat formula, *qualiter nepotes in loco filiarum inſtituantur ab auo*: vt ſcilicet ius integrum repræſentationis haberent: ſimiliſque legitur apud Marculphum *lib.* 2. *cap.* 10. ¶ Item, cùm antiquo iure Adgnati quoque his ex filia nepotibus præferrentur, hâc eadem conſtitutione Valentinianus eos cum adgnatis concurrere iubet: ſic vt nepotes in dodrantem ſuccedant; adgnati in Falcidiam tantùm. Quam conſtitutionem memorat rurſum prolixè Iuſtinianus *de hæredit. quæ ab inteſtato. Sed nos* (inquit Iuſtinianus §. 16.) *cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtantiæ defuncti adgnatis ſibi vindicantibus ex cuiuſdam conſtitutionis auctoritate: memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano Codice in eo conceſſimus. Noſtra autem conſtitutione promulgata, toti iuri eius derogatum eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, ſuperſtitibus, agnatos nullam partem mortui ſucceſſionis ſibi vindicare: ne hi qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure deſcendunt*, &c. Vetuſtas ſcilicet cùm ex maſculis progenitos plus diligeret (vt ait Iuſtinianus *d.* §. 15.) familiarum videlicet contemplatione, quò ius Ciuile plurimùm reſpexit, nepotes ex filio cum patruis & amitis ad ſucceſſionem pro ea parte admiſit, pro qua eorum pater admiſſus fuiſſet, atque ita iure repræſentationis inducto, de quo Vlpianus, & Gaius *in fragm.* Et Paulus *apud Authorem collationis legum Moſaic. tit.* 16. & *d.* §. 15. At nepotes ex filia iure antiquiſſimo ad Aui materni ſucceſſionem non vocabantur, neque inter ſuos cum Auunculis & materteris, neque cum adgnatis. Quia ſcilicet alienæ familiæ procreantur, vt loquitur *lex* 5. *inf.* Quare Nepotibus huiuſmodi agnati præferebantur, *h. l.* ibi, *ſed qui præferri* & *d.* §. 15. Cognatorum denique tantum numero erant. At Valentinianus Iunior *h. l.* eos pariter vocat inter ſuos & inter agnatos eo quem dixi modo: inter ſuos, cum deminutione trientis: inter Agnatos cum deminutione quadrantis. Atenim ius iſtud à Iuſtiniano poſtea immutatum eſt, aucto videlicet ampliatóque nepotum ex filia iure. Primùm enim adgnatorum concurſum cum nepotibus ex filia ſuſtulit, & nepotes huiuſmodi ſolos admiſit, agnatíſque prætulit expreſsâ conſtitutione, *l. vlt. Cod. de ſuis & legitim.* quam memorat *d.* §. 16. ac proinde Falcidiam hanc agnaticam ſuſtulit ſeu Quartæ deductionem, ſublatâ nominatim hâc conſtitutione, vel ſaltem hâc conſtitutionis huius parte, quæ eſt de Quarta agnatorum; ac proinde Trientis diminutione illâ ſublatâ. Secundò idem Iuſtinianus eoſdem Nepotes ex filia, concurrentibus auunculis & materteris, eodem prorſus iure, ſine vlla diminutione, integro repræſentationis iure ſuccedere voluit, quo eorum mater ſucceſſura eſſet. Non quidem vlla Conſtitutione Codicis etiam repetitæ prælectionis, quo hodie vtimur; vtpotè cùm *hæc lex* hâc parte *eo Codice* intacta extet: idémque ius Iuſtinianus ſequatur: *l.* 19. *C. de collation.* Neque etiam Inſtitutionib. *d.* §. 16. *verſ. ita tamen.* Eſt enim verſiculus ille accipiendus non de concurſu nepotum ex filia cum Auunculis & materteris, verùm cum nepotibus ex filio; Sed *Nouellis ſuis*, putà *Nouella* 18. *c.* 4. & *Nouella* 118. *c.* 1.

¶ Huius legis interim *Exceptio* hæc notetur, Nepotes ex filia à matre exheredatos, non repræſentare vicem matris ſuæ. Exhæredatio ſcilicet de qua *h. l.* igitur, non ab auia facta fuit, vt Accurſius putauit, (cùm ab inteſtato exhæredatio fieri non poſſit:) vt etiam Cuiacius rectè animaduertit 18. *Obſeru.* 17. Mens igitur huius loci hæc eſt, vt in ſucceſſionem auiæ maternæ non veniant nepotes ex filia, ſi à matre iuſta ex cauſa exhæredati ſint; Quod ſummè notandum eſt, vt videlicet excluſus materna ſucceſſione, eà quoque excluſus cenſeatur, quam per matris repræſentationem tantùm capere poteſt: Et hæc quidem *huius legis* exceptio eſt.

¶ *Extenſio* ſequitur duplex. Prima, Quæ de Aui materni ſucceſſione dicta ſunt, eadem & de Auiæ maternæ & paternæ accipienda ſunt, ſimili æquitate, vt videlicet nepotes ex filia, vel etiam ex filio, in Auiæ maternæ & paternæ ſucceſſione idem iuris habeant, quod nepotes ex filia in aui materni. Secunda extenſio, Nepotibus, de quibus dictum fuit, non tantùm legitima Aui materni, Auiæ maternæ vel paternæ hæreditas, eo quem diximus modo competit; Sed & aduerſus eorundem teſtamenta inofficioſi querelam, vel actionem mouere poſſunt, ſi præteriti vel iniquè exhæredati fuerint, quæ videlicet matri eorum competere potuiſſet. Quod & ipſum ſummè notandum eſt. Nam ſi mater ipſorum ab hæreditati iure ſubmota fuiſſet, nepotibus inofficioſi actio nō competeret. Duo igitur hæc de nepotibus ex filia ſingularia obſeruentur: Exhæredatos à matre in Auiæ ſucceſſione nil iuris habuiſſe. Item ſi ipſa filia exhæredata iure fuiſſet. Scilicet hoc totum, quod iuris habent nepotes huiuſmodi, ex perſona matris habent, vt fruſtra hæreditatem petant, matre ipſorum exhæredatâ, vel ipſimet à matre exhæredati.



V. * Impp. ARCAD. & Honor. AA. Aureliano PF. P."

NEPOTES ex filiâ auis pro ratâ" parte hac" condicione ſuccedant, quâ & matres, ſi viuerent, hæreditatem patrum ſibi cum fratribus vindicarent, ſcilicet vt mixtis" matrum ſuarum dotibus, aui hæreditatem pro rata parte, quam lex" Diualis cenſuit cum auunculis" patiantur: Nec amplius his quidquam de auitis facultatibus tribuatur, quàm legis dudum" latæ ſanctio comprehendit; ſcilicet detracta tertia partis eius, quæ eorum matri, ſi dotem iungeret", debebatur. ¶ Si verò dotem matris miſcere noluerint, maternis ac paternis facultatibus oportet eſſe contentos, quos conſtat alienæ iam familiæ eſſe procreatos. Dat. pridie Non. Octob. Conſtantinop. Arcadio IIII. & Honorio III. AA. COSS. [396.]

INTERPRETATIO. *Hæc lex ſimilis eſt ſuperiori: ſed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generum factam, vel quidquid filia accepit tempore nuptiarum, poſt mortem aui inteſtati nepotes confundere iubet, ita vt de dote in hæreditatem confuſa duas partes de eo quod mater eorum erat habitura percipiant: aut ſi noluerint confundere nepotes, ſint acceptis tempore nuptiarum rebus, vel ſola dote contenti.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. cuius tamen mentio fit in *l. illam*, 19. *Cod. de collation.* Iungenda autem huic, eſt *lex vn. ſup. vnde liberi*: quæ & ipſa de dotis collatione eſt, & legitima liberorum ſucceſſione. Denique quod ius *illa lege* conſtituitur de ſorore, in patris ſucceſſione cum fratribus concurrente, idem quoque *h. l.* conſtituitur de nepotibus ex filia, ſi cum Auunculis concurrant.

" PF. V. *in d. l. vn.*

" Cum detractione Trientis videlicet, de quo *ſuperiore lege*, vt mox *verſiculo*, *quam lex Diualis*: & *verſ. nec amplius*.

" Id eſt, eadem conditione & lege ſuccedant.

" Mixtis, id eſt collatis *h. l.* & *d. l. vn.* vbi dixi pleniùs.

" Id eſt lex ſuperior 4.

" Huius occaſione dubitationem vide *l.* 19. *C. de collat.*

" Ante octo annos.

" *Iungere*, id eſt, conferre dotem, vide quæ dixi ad *d. l. vnic.*

## COMMENTARIVS.

NEPOTES EX FILIA in Auorum ſucceſſione quod iuris habent, id ex matrum ſuarum perſona habere duobus argumentis ad *ſuperiorem legem* oſtenſum fuit. Tertium *hæc* Arcadij *lex* ſuppeditat, quæ & ipſa ſuperiorem *legem* confirmat: (eo capite, quo ſtatuitur Trientis diminutionem pati nepotes ex filia.) Argumentum igitur hoc eſt, Quod nepotes ex filia, ſi cum auunculis in Aui ſucceſſione concurrant, dotem matrum ſuarum conferre teneantur; non aliter, ac ipſa mater, ſi cum fratribus concurreret, dotem conferre teneretur; quod ſtatuitur *l. vn. vnde liberi*, quæ huic legi coniungenda eſt. In ſola igitur *Trientis* deductione filia, & nepotes ex filia differunt; in cæteris fermè ac nominatim in collatione dotis exæquantur: Ideoque vt filia non aliter admittitur quàm ſi dotem conferat, *d. l. vn.* & ſi non conferat, his quæ perceperit pro ſua portione contenta eſſe debet, vt rectè Anianus notauit *ad d. l. vn.* ita nepotes ex filia pariter, ſi dotem matris conferre noluerint, maternis facultatibus contenti eſſe debent, id eſt, acceptis tempore nuptiarum rebus & ſola dote, vt rurſum Anianus *ad h. l.* rectè ſubiicit. ¶ Illud interim notetur, rectè *in fine legis* dici *nepotes ex filia alienæ familiæ eſſe procreatos*: nam & ipſæ *filiæ* dicuntur ἀλλότριον χρῆμα. ¶ Cæterùm huius *legis* occaſione quæ de concurſu nepotum ex filia *cum auunculis* tantùm agit, ſubtilem dubitationem enatam Iuſtinianus decidit, *in d. l. illam* 19. *Cod. de collationibus.*

## ¶ *De* EMANCIPATÆ *filio, num ad* Auiæ *ſucceſſionem admittatur, Honorij lex.*

VI. * Impp. Honorius & Theodoſius AA. Maximo P. P."

VBI Auiarum ſucceſſio caſu" interueniente diſcutitur, capitis diminutio materna" quærenda non eſt: Tunc" enim huiuſmodi hæreditatibus, filiorum ſtatus" aut perſona ſpectatur, quoties" de eius bonis qui poteſtatem familiæ potuit habere tractatur. Dat. v." Kalend. Octob. Rauennæ, Theodoſio A. IX." & Conſtantino III. COSS. [410.]

INTERPRETATIO. *In bonis auiæ emancipatio patris ac matris nepotibus non impediat: ſed perdito″* triente, *in ea, quam lex eis tribuit, portione ſuccedant.*

## NOTÆ.

* *Lex vbi* 10. *C. de ſuis & legitimis.*
″ *ꝫ P.V.* vt teſtatur vetus Inſcriptio Romæ *p.*449.*n.*7. v. Proſopogr. Maximino P.V.
″ *Morte* Cod. Iuſt. quod eodem recidit.
″ Ita quoque Baſilica habent *lib.*45. Cod. Iuſt. habet *paterna*: vbi tamen Cuiacius præfert materna 18. *Obſeru. cap.* 17. Anianus vtrumque probat.
″ Hæc ratio, ſiue Regula, oſtendere videatur nil intereſſe, paterna, an materna legamus.
″ Status, id eſt an in patris poteſtate poſitus fuerit, filius, filiáve; an verò emancipatus. Status pro patriæ poteſtatis iure.
″ *Quotiens*, Cod. Iuſt.
″ xv, Cod. Iuſt.
″ Perperam in *Iuſtinianeo Codice*, Theodoſio XIII. Et Valentiniano III. AA.

## COMMENTARIVS.

EMANCIPATÆ FILIVS, à ſucceſſione *Auiæ* (quæ vtique emancipatam nunquam habuit in poteſtate) non excluditur ex hâc Honorij Conſtitutione. ¶ Finge, Auus meus maternus matrem meam emancipauit; poſt emancipationem matris meæ natus ſum; Nihilominus ad Auiæ ſucceſſionem admittor cum ſuis, cum deminutione tamen trientis (vt Interpres rectè hanc *legem* explicauit) Nil intereſt, cùm de Auiæ ſucceſſione quæritur, mater mea emancipata fuerit, nec nè, Tum demum enim intereſſet, ſi de Aui ſucceſſione ageretur: Inter ſuos enim non admitterer ex emancipato natus: Quia tum ſtatus Nepotis ſpectatur, id eſt, ex emancipato natus ſit, nec nè; quoties de eius bonis agitur, qui poteſtatem familiæ habere potuit, id eſt, de Auo: At ſi de Auiæ ſucceſſione agatur, fruſtra quæritur, an mater fuerit emancipata, quia Auia vt quæuis mulier alia familiæ poteſtatem non habet: *h.l. & l.*8. *Cod. de præſcript. longi temp.* Et *l. nulla femina*, ꝟ. *de ſuis & legitimis.* Et Leo *Nouell.* 25. Non eo minus igitur nepoti ex filia emancipata inter ſuos Auiæ ſuccedet, etſi mater ipſius emancipata fuerit. Et hæc quidem obſcuriſſimæ huius legis ſententia eſt, adſcitâ interpretatione *l.*4. *&* 5. *ſup.* ¶ Quanquam & idem dici poteſt de *Nepotibus ex filio emancipato*, in ſpecie ſequente, quam Cuiacius non vidit. Nam etſi pater capite minutus fuerit, id eſt emancipatus à patre ſuo, nihilominus nepos ex eo Auiæ paternæ inter ſuos ſuccedet, cum diminutione Trientis *verſ. hac eadem*: *l.*4. *ſup.* Vt proinde rectè Interpres *hîc* de emancipatione patris quoque agat, atque adeò de Auiæ quoque paternæ ſucceſſione tractet: nilque adeò interſit, *paterna*, an *materna* legas. Nam etſi Græci quoque *lib.*45. *Baſilicorum*, videantur, *Materna* legiſſe, vt in *h.l.* non ideo tamen ſollicitanda eſt lectio *Codicis Iuſtinianei*, quod Cuiacius fecit 18. *Obſeru. cap.* 17. & *Recit. in Cod. de ſuis & legitimis.* Eſt enim vtriuſque eadem ratio & communis illa, quæ *h.l.* continetur. Sed & Accurſio idem viſum fuit, ad ea verba *vbi Auiarum.* Certè in Auia paterna maior dubitandi ratio eſſe videtur. ¶ Tandem hoc axioma teneatur: Emancipationis rationem tum haberi in ſucceſſione liberorum, vbi de eius Adſcendentis ſucceſſione agitur, in cuius poteſtate olim emancipatus fuit, & ita effectus cauſæ adhæret, eámque ſequitur: non verò vbi de ſucceſſione alterius, in cuius poteſtate pater, vel mater nunquam fuit.

---

### ¶ De MATRIS *ſucceſsione in bonis filij, in concurſu patrui, vel fratris filij, Valentiniani III. lex.*

VII. *Impp. Theod. & Valent. AA. Albino PP.″

SICVT″ Mater, quæ liberorum iure ſubnixa eſt, patruo capite diminuto, dare iuſſa eſt tertiam portionem, ita″ etiam quæ nullo huiuſmodi fulcitur auxilio, patruo″ quatuor cedat vnciis facultatum. ¶ In″ illa quoque parte matris non eſt priuilegium tranſcundum (in quâ Conſtantinianæ″ legis potiſſimum conſtitutum tenendum eſſe cenſemus) vt ſicuti nulli vnquam, vel ex ſuperioris″ generis parte venientium, vel ex conſequenti″ ſanguine probatorum, agnationis, compoſitioníſve″ nomine de ſucceſſione filij iuſta cum matre potuit eſſe contentio, præterquàm patruo, filio patrui, & eius nepoti, ita omnibus″ reliquis, ſicut cuſtoditum hactenus arbitramur, perſona potior matris habeatur. ¶ Emancipati″ quoque fratris merita tractamus, qui vt agnationis iure integro matrem in totum à ſucceſſione filij decedentis excludit, ita capite diminutus nihil penitus conſequitur;″ Exemplo igitur patrui, etiam huic cum matre hanc volumus eſſe rationem, vt quatuor vncias hereditatis accipiat. ¶ Latâ vero decernimus ſanctione, vt ſtatuta noſtra non ſolùm futurarum ambigua quæſtionum, verùm etiam pendentium″ negotiorum hoc ordine fata diſtinguant.″ Dat. III. Kalend. Feb. Romæ Theod. XII. & Valent. II. AA. COSS. [426.]

INTERPRE



INTERPRETATIO. *Similis eſt hæc lex ſuperiori, ſed quia euidentior eſt, & iſtam inſeruimus: Nam illa quod amplius habet, hoc de adoptiuo filio loquitur.*

## NOTÆ.

* Abeſt & hæc lex à Cod. Iuſt.
″ Quædam editiones habent SEV.
″ *Prima* ſententia qua emendatur *lex* 1. *ſup.*
″ Malè hæc lectio ſollicitatur à nonnullis, mox vt oſtendetur: Vt & inf. mox.
″ Pro *patruo*, malè reponitur *patruus.*
″ *Secunda* ſententia quâ confirmatur *lex* 1. *ſup.*
″ Id eſt *legis* 1. *ſup.*
″ *Prioris.*
″ De compoſitionis voce dixi *ad l.*2. *ſupr.*
″ Contra omnes reliquos.
″ *Tertia* ſententia, quâ emendatur *lex* 2. *ſupr.*
″ Id eſt, hactenus conſequebatur.
″ Cuiacij editio præfert laxa.
″ Singulare hoc eſt, vt conſtitutiones pendentibus negotiis ferantur, de quo dixi *ad l.*3. *ſup. de conſtitution. Principum*
″ *Diſcinguant* melius: de quo vide *Gloſſar.*

## COMMENTARIVS.

MATER quemadmodum filio ſuccedat, ſi cum patruo aut fratre filij concurrat, Valentinianus Tertius hâc conſtitutione diligentiùs retractat: emendatâ partim *l.*1. *&* 2. *ſup.* partim verò confirmatâ: rurſum aucto partim matris, partim fratris priuilegio, iuréque. Illud igitur *l.*1. conſtitutum conſirmat, vt *Agnati*, non alij, in filij ſucceſſione cum matre concurrant, quàm patruus, filius, & nepos patrui, ceteros agnatos mater excludat: quod ius *leg.* quoque 2. memoratur. ¶ *Quomodo* autem ſucceſſio filij inter matrem & patruum diuidi debeat? item quomodo inter matrem & fratrem? nouum ius Valentinianus conſtituit: vult ſcilicet, Matrem cum *Patruo* concurrentem ſiue liberorum ius habeat, ſiue non habeat, vtroque caſu beſſem hæreditatis ferre, quatuor vnciis, ſeu Triente *patruo* relicto: cum antèa ex conſtitutione Conſtantini, id eſt, *l.*1. *ſupr.* mater ius liberorum non habens, Trientem tantùm ferret, patruus beſſem: Proinde abrogatur hâc parte diſcrimen matris ius liberorum habentis, & non habentis. Idque hâc ratione & argumento; quòd quemadmodum ex *l.*1. Conſtantini inter patruum capite minutum, & non minutum, non diſtingueretur, quominus patruus capite minutus Trientē ferret, ita inter matrem ius liberorum habētem, & non habentem, diſtingui non oporteat, quominus beſſem ſemper ferat. Et ita quidem prima *huius leg.* ſententia accipienda eſt, quam fruſtrà quidam ſollicitant, & in contrariam mutant: non attendentes hâc parte Matris ius & priuilegium augeri, atque adeò *legem* primam emendari. ¶ Et *hac* de matris cum Patruo concurſu, auctóque eâ parte matris iure. At ſi emancipati *fratres* cum matre concurrant, ex *l.*2. *ſupr.* penitùs à matre excluduntur. Quod *hac* Valentiniani Tertij *lege* immutatur, & quidem exemplo patrui cum matre concurrentis: quod Valens non auſus fuerat *eâ lege* 2. ſuperſtitiosè & mordicùs adhærens *dictæ l.*1. Sic itaque *h. l.* conſtituitur, vt emancipatus quoque frater cum matre concurrens Trientem ferat.

---

### ¶ De MATRIS *ſucceſsione in bonis liberorum vnà cum ſorore defuncti, Valentiniani Tertij lex.*

VIII. *Iidem AA. ad Senatum vrbis Rom. Poſt alia.

MATER, quæ habens ius″ liberorum, defuncto filio ſine liberis filiáve,″ cum eius ſorore ſuccedit, patri″ ſortis paternæ teneatur exemplo, vt ſi thorum priorem ſecundo non mutarit amplexu, omnia filij morte delata pleno iure conquirat″: Si vero alterius elegerit coniugium mariti, extrinſecus quidem quæſita filio, filiæve ſimili firmitate poſſideat: Rerum verò paternarum defuncti ſolo vſufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem fratribus″ tranſmiſſura defuncti. ¶ Si″ vero filius qui moritur, filium vel filiam derelinquit, omnimodo″ patri ſuo matríve ipſo iure″ ſuccedant: Quod ſine dubio & de pronepotibus obſeruandum eſſe cenſuimus. Dat. VII. Id. Nouemb. Rauennæ, Theod. XII. & Valent. AA. COSS.

INTERPRETATIO. *Mater ius liberorum habens, mortuo filio vel filia, ſi ſuperſtites alias filias habuerit, &* filium *non habuerit, cum filiabus æquali ſorte ſuccedat, hoc eſt, vt mater mediam, & filiæ quantæ fuerint, mediam vindicent portionem: ita vt ſi alium maritum non acceperit, portionem quàm conſecuta eſt faciendi de ea quod voluerit, habeat poteſtatem: Si verò alium maritum acceperit, quicquid filius vel filia mortui aliunde adquiſitum reliquerint, mater perpetuo iure vindicet. De bonis vero prioris mariti portionem, quam ex hæreditate filij morientis fuerit conſecuta,* ſorores *mortuorum fratrum ſibi poſt matris obitum vindicabunt. Quod*

ſi

*ſi filius aut filia, qui moriuntur, matrem ius liberorum habentem ſuperſtitem dimiſerint & ſorores, ſed tamen filios habeant, filij eorum in integra patris vel matris facultate ſuccedunt, ita vt mater vel ſorores ab hac ſucceſſione habeantur extraneæ. Hoc & de nepotibus & pronepotibus filiorum lex iſta conſtituit.*

## NOTÆ.

* Abeſt prior pars *huius legis* à Cod. Iuſt. poſterior extat interpolata ſeu deformata in *l. mater* 5. *C. ad SC. Tertullian.* & *in l. ſi matre* 11. *Cod. de ſuis & legitimis.*

'' Abſunt hæc verba à Cod. Iuſt. Cauſa notiſſima, vt *ſuo* quoque *titulo* dicetur.

'' Et hæc vox abeſt à Cod. Iuſt. Et ſequentia interpolata omnia. Hinc interim notandum liberorum appellatione filios propriè accipi, & filiabus opponi.

'' ℞. *Pari*: Illi ſcilicet quod conſtituitur *d. l.* 10. Anianus enim hæc verba peſſimè accipit.

'' Id eſt, adquirat.

'' Sororibus & fratribus, ita Tribonian. De cuius rei ratione poſtea viderimus. Certè *hic* legi oportet, vt etiam Anianus legit, *ſororibus*, vt ſuperiora oſtendunt: vel ſanè intellige de emancipatis fratribus, qui Quartam habent in ſucceſſione fratris, vt dictum eſt ad *legem* ſuperiorem. Tentari etiam poteſt, recantatam videri *legem* ſuperiorem, & reductam *legem* 2. *ſup.* De quo mox plura.

'' Vide *l.* 2. & 3. *ſup.* Hinc interim ſumpta eſt *lex*, *ſi matre* 11. *Cod. de ſuis.*

'' Huc omnino ſpectat *lex* 3. *ſup.*

'' Id eſt citra cretionis ſolennitatem, citra bonorum poſſeſſionem: De quo dictum *ad l.* 1. *ſup.* imò & citra aditionem, *l. in ſuis*, *ff. de ſuis.*

'' Sana lectio, & quam tuetur quoque Cod. Iuſt. & confirmat non parum *finis legis* 9. *inf. de maternis bonis*, quam huic noſtræ coniungendam dixi. Sed & res ipſa omnium maximè, etſi Anianus apertiùs videatur loquutus.

## COMMENTARIVS.

De matris ſucceſſione in bonis liberorum cum ſorore defuncti eſt hæc, Valentiniani Tertij Placidij F. conſtitutio: cui *lex vn. ſupr. de reſponſis Prudent. lex vn. ſupr. de cretione*: *lex* 9. & *lex vlt. inf. de matern. bon. lex vlt. inf. de reuoc. donation. lex vn. de bonis quæ filiisfam.* quæ omnes ſunt vnius & eiuſdem Orationis à Valentiniano Tertio ad Senatum Vrbis Romæ miſſæ capita, quæque omnes, vnicâ exceptâ, putà *l. vn de Reſpons. prudent.* de parentum ſucceſſionibus & donationibus in filios collatis tractant: Imò & his omnibus iungenda eſt *lex* 3. *Cod. de legib.* & *lex* 7. *Cod. de precib. Imper. offerend.* & *lex*, *ſi infanti* 18. *Cod. de iur. deliberandi.* Cæterum inter has omnes maximè notanda eſt *lex vlt. infr. de maternis bon.* quæ huic noſtræ argumento reſpondet, mox vt oſtendam. Nunc de ſententia *huius leg.* Mater, ſicut à fratribus defuncti capite non minutis excluditur, (de quo dictum ad *l.* 2 *ſup. h. t.* & *ad l.* 2. *ſup. de ſecund. nupt.* & *ad. l.* 2. *ſup. de inoffic. teſtam.*) ita ipſa ius liberorum habens, fratribus capite minutis excluſis, cum ſorore ſuccedit & concurrit: Hac tamen lege & conditione, quæ patri quoque communis eſt. Quod his *huiuſce legis* verbis indicatur; *pari* (ſic enim legendum) *ſortis paternæ teneatur exemplo*: De quo ſcilicet agitur *l.* 10. *ſupr. de maternis bonis*, quam huic coniungendam oſtendi. Sicut enim pater, qui filio cum fratribus ſucceſſit, ſi nouercam liberis ſuperducat, ea bona quæ ex defuncti filij bonis ex matris patrimonio filio quæſita fuerant, vſusfructus tantùm titulo poſſidet, cætera extrinſecùs quæſita, perpetuo iure & pleno: Ita mater quæ filio cum ſorore ſucceſſit, ad ſecundas nuptias conuolans, extrinſecùs filio quæſita perpetuo iure poſſidet; res verò à patre profectas ſolo vſufructus titulo: (De qua ſecundarum nuptiarum pœna dixi *ad l.* 2. *ſupr. de ſecundis nuptiis.*) ¶ Proinde mater proprietatem *fratribus* defuncti ſeruabit, & tranſmittet. *Fratribus* inquam, (ſic enim habet *hæc lex*) & tamen Anianus legit *ſororibus*, id quod etiam res ipſa ſuadet. Dicitur enim *mater ſucceſſiſſe cum ſorore*, nullâ fratrum mentione factâ, etſi Tribonianus *ſororibus & fratribus* habeat. Quod eò quidem magis facere potuit, memor *l. vlt. Cod. ad SC. Tertullian.* quâ mater cum fratre defuncti quoque ad ſucceſſionem filij admittitur. Cæterùm hoc loco ex cauſis ſuperioribus, vel pro *fratribus*, Viri docti *ſororibus* reponendum putant; vel ſanè (quod Cuiacio *Recit. in Cod. ad SC. Tertull.* viſum fuit,) *fratrum* appellatione ſorores intelligendas. Cuius ſententiam præter ſupra dicta firmare quis poſſit ſimili planè exemplo *ex l.* 2. *ſupr. de ſecundis nuptiis*: Vbi apertè *filiorum* appellatione, in hoc eodem argumento, *filiæ* accipiendæ ſunt, in §. *videlicet illud etiam.* Poteſt tamen tentari, in ſpecie *huius legis*, fratres quoque extitiſſe, ſed propter emancipationem, à matre & ſorore, fratris ſucceſſione excluſos fuiſſe. Quo certè caſu dubium non eſt, quin mater fratribus defuncti, id eſt, filiis ſuis paterna bona ex filij defuncti ſucceſſione quæſita, ſeruare debeat. Nam etſi fratres emancipati ex *lege* 2. *ſupr.* quæ hoc tẽpore fortaſſis obtinuerit, à matre excludantur, non ita tamen excluduntur, niſi ſolo temporario vſusfructus titulo, proprietate filiis ſuis ſalua. Et hæc de prima *huius legis* ſententia.

Poſterior, longè apertior eſt; nam & eò pertinet in partem *ſup. lex* 2. & maximè *lex* 3. Illud tantum notandum dici *h. l.* omnimodo filios & filias patri ſuo & matri ſuccedere, *omnimodo*: excluſa ſcilicet penitùs matre defuncti, defunctæve, (quod etiam Accurſius rectè notauit) vt *huius l.* argumentum oſtendit, atque adeò filiorum reſpectu auiâ excluſâ. Cuius viciſſim reſpectu filij hi ſunt nepotes. Vnde liquidò iam apparet, quis illorum verborum ſit ſenſus, & quam rectè legantur, *quod ſine dubio & de pronepotibus obſeruandum eſſe cenſuimus.* Mirantur ſcilicet nonnulli, Nepotum, *h. l.* mentionem nullam fieri, atque adeò tentant hæc verba inſerere *de nepotibus*: perperàm omninò, quod etiam bonus Accurſius eos docere potuit: *Pronepotes* enim, quorum hoc loco mentio fit, ſunt omninò nepotes defuncti, ſed pronepotes eius reſpectu cui præferuntur, id eſt, proauiæ. Liberi ſcilicet in infinitum omnes Aſcendentes omnimodo excludunt. vide *d. l.* 3. *ſup.*





### ¶ Vnde vir & vxor: *ſeu de legitima* conivgvm *ſucceſſione, quando ei locus eſſe poſſit, Theodoſij Iun lex.*

IX. * Iidem AA. Hierio PF. P.

Pridem'' latæ conſtitutionis pars quædam abroganda eſt, ne vllis parentibus'' aut propinquis, quos naturæ'' legiſque pariter prærogatiua defendit, in capiendis ab inteſtato hæreditatibus præferantur coniuges, vel etiam comparentur'': cùm ſi ſanctitas'' inter eos ſit digna fœdere coniugali, non'' ita laborioſa vel ſumptuoſa eſt teſtandi occaſio, vt deſiderio ſuo quiſquam ſubuenire differat, quod interdum ita ſenſu leuiore concipitur, vt antiqui'' nec * quod extraneis, ac ſæpè ignotis, in donationibus * ſucceſſionibúſque tribuatur, coniugibus conceſſerint, reprimendum'' inter hos potius, vt in loco ancipiti, quàm incitandum feruorem'' mutuum arbitrati. Verum lex † alia, quam pridem tulimus, vt matrimoniis'' auxilium impartiret, deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum. Nunc vero parentibus extantibus vel propinquis, ab inteſtato venire coniuges prohibemus. Itaque nulla mentio prioris Legis ſit, ſi qua hoc medio breuíque'' tempore contigiſſe alicui dicatur coniugis ab inteſtato hæreditas; & Lege propoſitâ'' diuulgetur, omnem huiuſmodi ſpem ſucceſſionis quæ ab inteſtato defertur, coniugibus deponendam: niſi ſi ille caſus emerſerit, vt nemo de propinquis ſucceſſionem mortui vindicare poſſit ex Lege, cùm fiſco noſtro qualiacumque iura matrimonij præponamus, &c. Dat. x. Kalend. Mart. Conſtantinop. Tauro &'' Felice coss. [428.]

Interpretatio. *Hæc lex id conſtituit, vt omnes propinqui vxorem ab inteſtati mariti ſucceſſione prohibeant, & maritum ſimiliter à ſucceſſione inteſtatæ vxoris excludant. Sed ſi propinqui omnino defuerint, tunc ſibi inuicem, excluſo fiſco, maritus vel vxor ſuccedant.*

## NOTÆ.

* Lex *vn. C. vnde vir & vxor.* hinc interpolata omninò mihi videtur. Iungendæ huic ſunt *lex vnica*, *ſup. de omiſſa actionis impetratione*: *lex vlt. ſup. de ſponſalib. lex vlt. ſup. de nuptiis*: *lex vlt. ſup. de dotibus*, & *lex vlt. ſup. de naturalibus filiis.* Quarum poſtrema *huic noſtræ* etiam argumenti paritate reſpondet, quâque pariter ius antiquum reducitur, recentiore conſtitutione abrogatâ.

'' Quampridem mox viderimus.

'' *Parentes* iidem cum *propinquis.*

'' Id eſt, ſucceſſio legitima, vel naturalis; vt loquitur *lex vn. Cod. vnde vir & vxor.*

'' *Comparentur*, id eſt, concurrant, ſeu componantur, *l.* 2. & 7. *ſup.* fortè etiam legas, *comparientur.*

'' *Sanctitatis* vox etſi in teſtamentis ordinandis quoque propria: Seneca 4. *de Benefic.* 21. de teſtamentis agens; *Nec quidquam curâ ſanctiore componimus, quàm quod ad nos non pertinet.* Attamen *ſanctitatis* voce coniugalis affectio *hoc loco* denotatur: Vnde elogium illud *ſanctiſſimæ coniugi.* v. quæ noto ad *l.* 2. *inf. de adulteriis.*

'' *Breuis mora eſt*: vt in ſimili re loquitur *lex* 6. *ſup. de teſtamentis.*

'' *Legem Papiam Decimariam* indicat: Sed & ius moribus receptum donationum inter virum & vxorem prohibitarum.

* Hinc deſumpta eſt *lex*, *extraneum* 11. *Cod. de hæredib. inſtituendis.*

* Hinc deſumpta eſt *lex*, *in extraneis* 29. *Cod. de donationib.*

'' Locus & ratio elegans: De quâ mox pleniùs.

'' Alij & in his Cuiacius, 3. *obſ.* 12. legunt *fauorem*: Malim retinere *feruorem*: Alioquin hæ voces alibi quoque commutantur: vide *l. vn ſup. ſi quacunque præditus poteſtate.*

'' Intelligit *legem* 2. *inf. de iure liberorum*, quæ data eſt A. 140.

'' *Matrimonia*, pro coniugibus: De quo vide *Gloſſ.*

'' Et *qui fuerit nunciatus*, in Til. & Reg.

## COMMENTARIVS.

Conivges ſibi inuicem ab inteſtato, niſi propinquis aut proximis defuncti coniugis penitùs non extantibus, ſuccedere, *hâc conſtitutione* vetat Theodoſius Iunior. Reducitur ſcilicet *h. l.* ius antiquum, vt nominatim ait *lex vn. C. vnde vir & vxor*, quæ ex hâc interpolata eſt (quod adhuc obtinebat An. 395. vt docet *lex vn. ſupr. quorum bonorum*) quo ſcilicet coniuges ab inteſtato ſibi inuicem non ſuccedebant, ſuperſtitibus quibuſcunque tandem conſanguineis, quos lex ipſa naturæ ſucceſſores facit, & tum demùm vocabantur, quotiens deficeret omnis propinquorum legitima ſucceſſio, vt loquitur *d. l. vn.* Atque ita rectè Cuiacius 3. *obſ.* 12. ius antiquum in *eâ l.* accepit: perperam Thalelæus *de lege Papiâ decimaria*, quæ ad teſtati tantum cauſam pertinebat: ſed & hoc tempore iam antiquata fuerat *l.* 2. *infr. de iure liber.* quod ipſum & *hac l.* indicatur. Atenim hoc ius antiquum antiquatum aliquando fuerat conſtitutione quâdam: inter cuius capita alia & hoc quoque fuerat, vt coniuges ſibi inuicem ab inteſtato ſuccederent, vnà cum propinquis quibuſdam, defuncti coniugis: immò propinquos quoſdam excluderent. Cum propinquioribus nempe comparari coniugem *lex* illa voluerat: comparari, id eſt, in partem concurrere, adæquari, componi, remotioribus autem propinquis coniugem ſuperſtitem præferri voluerat. ¶ Quamnam autem legem Theodoſius Iun. hîc intelligat, controuerti video. Theodoſius *h. l.* ipſemet profitetur ſtatim initio, *pridem* latam hanc conſtitutionem, & ipſe tamen mox ab ea lata ad hoc tempus *breue tempus* vocat, vt pro-

inde non ita pridem latam oportuerit, atque adeo *initio legis* legendum videatur, *non ita pridem.* Cuiacius certè coniicit 3. *obſeru.* 12. *& in tit. π. & C. vnde vir & vxor.* ſuperiore anno latam illam fuiſſe, cuius proinde portio ſit *lex vn. Cod. vnde vir & vxor.* Verùm tantum ab eſt, lex illa vnica portio fuerit nouæ illius legis, vt contra cum hac lege noſtra Theodoſiana concordet. *Maritus*, inquit ea lex, *& vxor ab inteſtato inuicem ſibi in ſolidum pro antiquo iure ſuccedant, quotiens deficit* OMNIS *parentum, liberorumuè, ſeu propinquorum legitima vel naturalis ſucceſſio, fiſco excluſo.* Vt potius videri debeat *lex illa vn.* ex hac noſtra deformata, & à Triboniano in arctum concluſa, ſuadente id etiam inſcriptione & ſubſcriptione, ſolis conſulibus diſcrepantibus. Longè itaque verius eſt, Valentiniani Tertij legem nouam innui, cuius alterum & geminum prorſus caput pariter abrogatur, antiquo iure reducto, in ſucceſſionibus, pariter *l.* 2. *ſiue vlt. ſupr. de naturalib. filiis*, quam huic noſtræ coniungendam eſſe dixi; atque adeò legem à Valentiniano ante biennium latam, cuius portio eſt *lex vlt. infr. de libertis & eorum liberis*: vt latiùs oſtendi *ad d. l. vlt. de naturalib. filiis.* Ad rem: ¶ Non aliter igitur mutua inter coniuges ſucceſſio eſt ab inteſtato, quàm deficientibus omnibus parentibus & proximis. Non tam facilè ſcilicet coniugis defuncti bona coniugi ſuperſtiti addicenda ſunt, idque ab inteſtato: Quod duabus elegantiſſimis rationibus hâc ipſa *lege* Theodoſius Iun. confirmat. Prima ratio, quòd non adeò laborioſa res ſit & ſumptuoſa teſtandi occaſio, id eſt quod ſi coniux coniugi factum, vel fautum velit, abundè id poſſit teſtamento condito. Neque tàm facilè inteſtati ſucceſſio inducenda ſit, inter perſonas nullo ſanguinis inter ſe vinculo iuréque deuinctas. Altera ratio, quod etiam vbi expreſſa eſt coniugis voluntas, Antiqui noluerint promiſcuè & paſſim coniugem ex coniugis bonis quiduis capere, vel donatione inter viuos, vel ſucceſſione teſtamentaria, cùm tamen extraneis ac ſæpè ignotis id pateat. *Reprimendum* ſcilicet, vt eleganter hæc *lex* loquitur, *inter coniuges potius vt in loco ancipiti, quàm incitandum feruorem motuum arbitrati ſunt Antiqui.* Cui geminum eſt, quod Conſtantius ſcribit *in l. vn. inf. de infirmandis pœnis cœlibatus*, Maritorum & vxorum fallaces plerumque blanditias vix etiam oppoſito iuris rigore prohiberi. Nempe quò faciliùs quid fit & procliuiùs, eò maiore iuris rigore oppoſito cohiberi id oportet. Et quò plenior eſt affectio & dignitas coniugalis, eò fuit refrænanda magis: alioquin nullum facerent finem donandi inuicem & ſpargendi munera: Cuius rei exempla alibi alia notabo. ¶ Cæterùm, quos *Antiquos* Theodoſius *h. l.* vocat, videamus. Primum ius moribus receptum intelligit, quo ſcilicet donationes inter virum & vxorem conſtante matrimonio prohiberi notum eſt. Idque eſt quod de donationibus *h. l.* dicitur. Poſſis tamen & id referre ad *ſp. l. vlt. ſup. de inoff. dotib. & l.* 1. *inf. de bonis proſcript.* Rurſum *Antiquorum* appellatione *h. l.* intelligitur lex Papia Decimaria, de qua dicendi locus erit ad *l.* 2. *infr. de iure liberor. ad l.* 7. *infr. de nauiculariis.* Idque eſt quod *h. l.* de ſucceſſionibus dicitur: Coniuges ſcilicet lege Papia Decimaria ſi orbi eſſent (id eſt, liberos communes non haberent) ex teſtamento inuicem nil capere poterant præter Decimā vnicam matrimonij nomine, & pro numero liberorum ex alio matrimonio ſuſceptorum, totidem Decimas. Hæ orbitatis pœnæ erant iure antiquo: De quibus latè quoque dixi ad leges Decimarias, ſeu ad *caput* 12. *legis Iuliæ, de maritandis ordinibus.* Et his quidem argumentis Theodoſius vtitur, qui tamen ipſe profitetur, legem Papiam Decimariam ſibi diſplicuiſſe. Quod notari valdè cupio aduerſus antiqui iuris contemptores; nempe Theodoſium Iuniorem hîc ſententiam ſuam ſuffulcire eo iure, quod ſibi diſpliceat: Scilicet non vt ius aliquod antiquatur, ita & ratio ilicò abrogatur, quin potius ab antiquo & antiquato iure rationes & argumenta rectè ſæpè & vtiliter arceſſuntur, & quidem Romano. Promiſcuè ſcilicet pro coniugis deficientis arbitrio ſuperſtitem coniugem ex teſtamento, abrogata lege Papia Decimaria, capere Theodoſius voluit, *l.* 2. *inf. de iure liberorum* lata A. D. 410. quam *h. l.* indicat, *verſ. verùm lex alia.* ¶ Maneat igitur, coniugem poſt omnes propinquos ad coniugis inteſtati ſucceſſionem vocari. At vice verſâ, coniugem fiſco præferri. Bonorum poſſeſſio *vnde vir & vxor.* caducariā præuertit, & vt à propinquis coniux proteritur, ita fiſcum proterit: *Fiſco*, vt eleganter hæc lex loquitur, *qualiacunque iura matrimonij præponuntur*: *Qualiacunque* (non *qualiſcunque*, vt Cuiacij editio præfert) id eſt, etſi iura coniugum non naturæ prærogatina defendat, aut ſanguinis; verùm alio, affinitatis ſcilicet contractæ.

# DE BONIS DECVRIONVM.

## TITVLVS II.

### VI. COD. IVST. Tit. vlt. *De hæreditatib. Decurionum nauiculariorum cohortalium militum & fabricenſium.*

1. * Imp. CONSTANTINVS A. Rufino PF. P.

SI Decurio ſine liberis inteſtatus diem vitæ ſoluerit, cui" neque voluntas poſtrema legibus fulta, neque alio quo" iure gradu proximo hæres extiterit, bona eius, Curiæ ſuæ commodis cedant, id eſt Ordinis vtilitati proficiant, cuius corpori fatali neceſſitate exemptus eſt: Nulli præbenda licentia poſtulandi" hæc bona vt vacantia" de noſtra Clementia, etiamſi reuera & teſtamentum, & ſucceſſor deeſſe legitimus adprobetur; Omni etiam beneficio, ſi quod fuerit impetratum, protinus infirmando. Dat. Kal. Decemb. Sirmio, Conſtantino A. v. & Licinio Cæſ. COSS. [319.]

INTERPRETATIO. *Si curialis inteſtatus moriens, neque filios neque proximos derelinquat, curia, cuius ordine ſubducitur, quicquid reliquerit vindicabit, ita vt nullus audeat ea quaſi bona caduca à Principibus poſtulare: quod ſi fecerit, non valebit: nam" teſtamentum faciendi Curialibus Lex iſta tribuit poteſtatem.*



## NOTÆ.

* Abeſt à Cod. Iuſt. propter petitiones bonorum ſublatas.
" Id eſt qui teſtamento legitimè condito non deceſſit.
" Abeſt hæc vox à Cuiacij editione.
" De his petitionibus vide *inf. titulum de petitionib. lib.* 10. & ſimilia *infr. tit. prox.*
" Vide *infr. tit. de bonis vacantib. lib.* 10.
" Hæc ex ſuperioribus elicit Interpres.

## COMMENTARIVS.

DECVRIONIS inteſtati ſine teſtamentario vel legitimo herede decedentis bona, Curiæ, cuius Decurio fuit, ex hâc Conſtantini M. conſtitutione cedunt: neque vt vacantia fiſco ea adquiruntur, vel ab eo peti poſſunt. ¶ Regulariter equidem vacantia & ἀκληρονόμητα fiſco adquiſita notum eſt; vbi ſcilicet quod hæc lex ait, *reuera & teſtamentum & ſucceſſor legitimus deeſſe adprobatur.* De quo ſuo titulo *inf. de bonis vacantib.* Et certi tamen caſus ſunt, quibus non illico eius qui inteſtatus & ſine herede legitimo deceſſit, bona fiſco quæruntur; quin potiùs fiſco excluſo certis ea non tantùm perſonis, veluti coniugibus, *l. vlt. ſup. tit. prox.* verùm etiam Corporibus deferuntur. Quò pertinent tres caſus qui *hoc titulo & duobus ſequentib.* continentur. 1. *Decurionum* bona ſine hærede decidentium, Curiæ ſeu Ordini adquiruntur ex *hâc* primâ Conſtantini M. lege 2. *Clericorum* & *Monachorum* bona Eccleſiæ vel Monaſterio cui fuerant deſtinati ſeu dedicati. *tit. prox.* 3. *Militum* item bona, vexillationibus & cuneis in quibus militauerunt, ex Conſtantij *l. vn. tit.* 4. ſeu *l.* 2. *Cod. d. t. Et l.* 6. §. 7. *π. de iniuſto, rupto.* His tribus caſibus, adde & tres alios, 4. *Nauiculariorum* ſcilicet ita quoque bona, Nauiculariorum corpori ex quo fatali ſorte ſubtracti eſſent, delata, *l.* 1. *Cod. eod. tit.* quæ & ipſa eſt Conſtantini M. & *Nouell.* Valentiniani *inter Theodoſianas*, 38. *de nauiculariis amnicis.* 5. *Cohortalium*, id eſt, Officialium Præſidis Prouinciæ, cohorti: ex Conſtantij *l.* 3. *Cod. dicto tit.* 6. *Fabricenſium* denique fabricæ *Nouell. de bonis Fabricenſium, Theodoſij Iun.* 13. vnde deſumpta *lex vlt. Cod. dict. tit.* Non ſunt igitur huiuſmodi bona vacantia; neque vt fiſco quæſita, à Principe peti ſeu impetrari poſſunt: *h. t. & tit. prox. infr.*

¶ Notandus verò huius iuris progreſſus. Conſtantinus ſcilicet primùm curiæ detulit bona Decurionum, A. 319. mox nauiculariorum corpori A. 326. *Conſtantius* Filius eius idem detulit Legionibus & vexillationibus A. 347. & cohortibus, officialium A. 349. *Theodoſius* Iun. Eccleſiis & Monaſteriis A. 434. tandem & Fabricis A. 438.

Nos ad hanc *leg.* noſtram redeamus, atque adeò ad hanc extraordinariæ ſucceſſionis ſpeciem, quâ bona Decurionum Curiæ deferuntur: De eâ hæc notanda ſunt. Primò, Conſtantinum M. primum eius auctorem *hâc l.* fuiſſe. Cui non abſimile eſt, quod Nicenſibus olim conceſſa ab Auguſto inteſtatorum ſuorum vindicatio bonorum: de quo extat Traiani *epiſtola* 88. apud *Plinium.* Secundò notandum, duas alias exſtare eâ de re conſtitutiones: putà Theodoſij M. *l.* 123. *infr. de Decurionibus.* Theodoſij Iun. *l.* 4. *Cod. de hæred. Decur.* Imò & quartam, ſed anteriorem ſuam, laudat ipſe Theodoſius M. *d. l.* 123. Tertiò notandum, quando huic ſiue ſucceſſioni, ſiue bonorum à Curiâ vindicationi locus ſit. Ait Conſtantinus *h. l.* ſi Decurio ſine liberis inteſtatus diem vitæ ſoluerit, cui neque voluntas poſtrema legibus fulta, neque alio quo iure gradu proximo hæres extiterit; id eſt, teſtamentario vel legitimo hærede nullo exiſtente. Theodoſius M. *d. l.* 123. *inf.* vacuas & inanes ſine naturali ſucceſſione fortunas ideò vocat. Vacuæ ſcilicet ſunt & inanes, quæ iuſto hærede dominóque carent. Theodoſius Iun. *in d. l.* 4. ait, Inteſtatorum bona, ſi ſine herede moriantur: Ergo in defectum omnium hæredum. Tandem ratio notetur, quæ redditur *d. l.* 123. *Habitura* [Curia] *ſolatium facultatum, cui deſit in functionibus numerus perſonarum.*

# DE BONIS CLERICORVM ET MONACHORVM.

## TITVLVS III.

Non eſt ſingularis hac de re Titulus in Cod.Iuſt.

1. *Impp.THEOD.& Valent.AA.ad Taurum PF.P." & Patric."

SI quis Epiſcopus", aut Presbyter", aut Diaconus, aut Diaconiſſa, aut Subdiaconus, vel cuiuſlibet alterius" loci" Clericus, aut Monachus, aut mulier quæ" ſolitariæ vitæ dedita eſt, nullo condito teſtamento deceſſerit, nec ei parentes vtriuſque ſexus, vel liberi, vel ſi" qui agnationis cognationiſve iure iunguntur, vel vxor" extiterit, bona quæ ad eum" pertinuerint, Sacroſanctæ Eccleſiæ, vel Monaſterio, cui" fuerat deſtinatus", omnifariàm" ſocientur; Exceptis iis facultatibus, quas forte Cenſibus aſcripti", vel iure" patronatus ſubiecti, vel Curiali condicioni obnoxij, Clerici vel Monachi cuiuſcunque ſexus" relinquunt: Nec enim iuſtum eſt, bona ſeu peculia", quæ aut patrono legibus debentur, aut domino poſſeſſionis cui quis eorum fuerat adſcriptus, aut ad Curias pro tenore dudum latæ Conſtitutionis" ſub certâ formâ pertinere noſcuntur, ab Eccleſiis" detineri: Actionibus videlicet competenter" ſacroſanctis Eccleſiis" reſeruatis, ſi quis forte prædictis condicionibus obnoxius, aut ex geſtis negotiis, aut ex quibuſlibet aliis Eccleſiaſticis actibus" obligatus obierit. Ita *, vt ſi qua litigia ex huiuſmodi petitionibus" in iudiciis pendent, penitùs ſopiantur, nec liceat petitori poſt huius legis publicationem iudicium ingredi, vel Oeconomis", aut Monachis, aut Procuratoribus" inferre moleſtiam, ipſâ petitione antiquatâ, & bonis quæ relicta ſunt, religioſiſſimis Eccleſiis, vel Monaſteriis, quibus dedicati fuerant, conſecratis. Dat. XVIII." Kal.Ian." Ariouindo & Aſpare COSS. [434.]

INTERPRETATIO. *Si quis Epiſcopus, vel quos lex ipſa commemorat, aut quilibet religioſi, vel religioſæ inteſtati ſine filiis, propinquis, vel vxore deceſſerint, qui tamen nec Curiæ quicquam debuerint, nec patrono quicquid dereliquerint, ad Eccleſias, vel monaſteria, quibus obſecuti fuerint, pertinebit: Qui" ſi teſtari voluerint, habebunt liberam poteſtatem.*

## NOTÆ.

* Lex *ſi quis presbyter* 20 *Cod.de Epiſcopis*. Meminit *huius l.* Baronius *A.D.* 434.*n.*14.

" *Taurus* PP.Orientis & Patricius ſub Theodoſio Iuniore. v. *Proſopogr.* cui inſcribitur hoc ipſo Anno eâdem duplici dignitate additâ, *lex* 15.*infr.de indulgent.deb.* & anno ſuperiore 433. eidem Tauro PP. duæ aliæ leges, putà *lex* 16. *eod.tit.* & *l.*16.*inf. de Numerariis*: imò & *lex* 9.*de Adſeſſoribus* omiſſa dignitate. Ad hunc eundem *Taurum Patricium* exſtat Theodoreti *ep.*88. vbi ſummam eius dignitatem tribus locis indicat.

" Ita pariter *d.l.*15.*inf.de indulgent.debit.* Præfectis Prætorio addita Patriciatus dignitas, vide quæ dico *ad l.*1.*de conſulibus*, & *Patriciis*.

" Abeſt hoc à Cod.Iuſt. de quo mox dicam. Ordinem hic interim ſeu ἀναβαθμὸν obſerua: Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus. De Subdiacono vide & *l.*7.*inf.de Epiſcopis*.

" *Presbyteri* nomen, Epiſcopi nomini proximum; *l* 5.*inf.de hæreticis*. Nam & Epiſcopus primus Presbyter Diuo Auguſtino *in Quæſt.*10. Viciſſim Presbyter ſecundi ordinis Sacerdos Sidonio dicitur, *lib.*4.*Epiſt.* 25. ſeu Antiſtes in ordine ſecundo, eidem *lib.*4. *in carmine Epiſtolæ* 11. In ſecundo ſacerdotio conſtitutus, Optato Mileuitano *lib.* 1. *Quid commemorem*, inquit, *Diaconos in tertio: quid presbyteros in ſecundo ſacerdotio conſtitutos, ipſi Apices & Principes omnium*, &c. Clericorum ſcilicet primo in ordine ſunt Epiſcopi, in ſecundo Presbyteri, in tertio Diaconi, de quo vide plura *infr.tit.de Epiſcopis*, & ad *l.*5.*infr. de hæreticis*. Apud Manlium Theodorum non abſimiliter *lib.*5.

——— *Templa colentes*
*Atque authoratos in* TERTIA IVRA *Miniſtros.*

id eſt νεωκόρους qui Tertij ſunt in ordine ἱερατικῷ: ſunt enim ἱεροφάνται, ἱερεῖς, νεωκόροι.

" *Locus*, pro ordine ἱερατικῷ veluti *Lector*.

" *Mulier* ſolitariæ vitæ dedita.

" Deeſt à Cod.Iuſt. id eſt, *ſi qui fortè*.

" *Vxores* Eccleſiaſtici quidam hoc adhuc æuo habuêre: vide *l.*10.14.44.*inf.de Epiſcopis*: ad quam vltimam eſt dicendi locus.

" *Vel ad eam*, hoc amplius Cod.Iuſt.

" *Cui fortè fuerat*, Cod.Iuſt.

" *Aut deſtinatæ*: additum Cod.Iuſt.

" Omnimodo.

" *Coloni*, adſcriptitij de quibus Paratitlon conſule *de fugitiuis colonis*.

" *Iuri* Cod.Iuſt.

" *Sint ſexus* Cod.Iuſt.

" Peculia.



" Peculia. Ita quoque vocantur in *l.*34. & 50. *Cod.de Epiſcopis*.

† Conſtitutio hæc quærenda ſub *tit.de Decurionib.* Nulla verò alia ibi occurit quàm *lex* 172.

" Tertiam conditionem ſeu exceptionem hîc omittit Interpres, ſi cenſibus adſcripti.

" Rectè hoc expreſsè additum ab Interprete.

" *Competentibus* ita nonnulli reſtituunt, etſi nil opus.

" *Aut monaſteriis*, hoc ampliùs in Cod.Iuſt.

" *Vel Monaſteriis*, hoc additum Cod Iuſt.

" *Actionibus*: Non ita benè Cod.Iuſt. Cæterùm iudicantur Oeconomi, & Procuratores Eccleſiarum & monaſteriorum, de quibus *fin.l.*

* Sequentia omnia abſunt à Cod.Iuſt. propter petitiones bonorum ſublatas, de quibus *ſuo tit. inf. lib.* 10. Deinde quia horum temporum hiſtoriæ & rationi hic verſiculus adſtrictus eſt.

" Nempe petebantur hactenus ea bona tanquam vacantia à Principe.

" Monaſteriorum.

" XIIII. Cod.Iuſt.

" Iun. in Anniano Rhem.

" Illud hoc loco additum ab Interprete: ex initio *huius l.*

## COMMENTARIVS.

CLERICORVM quorumcumque; Epiſcoporum, inquam, Presbyterorum, Diaconorum, Diaconiſſarum, & Subdiaconorum, vel alterius loci, veluti Lectorum (ad quos omnes extant paſſim hoc ipſo tempore, Theodoreti, & Iſidori Peluſiotæ epiſtolæ) Monachorum item, Monialiúmque adquas extant hoc tempore, Iſidori Peluſiotæ epiſtolæ *lib.*1. *ep.*51. & 367. bona, deficientibus ſucceſſoribus teſtamentariis, legitimis agnatis, cognatis, imò & vxoribus, non *fiſco*, & per eum petitoribus, vt hactenus factum; verùm Eccleſiæ, & Monaſterio, quibus fuerant deſtinati dedicatíque, à Theodoſio Iun. hâc Nouâ Conſtitutione per Orientis Imperium deferuntur: ſaluo tantùm iure patronorum, Dominorum, quibus fortè ſeu poſſeſſionibus, & cenſibus adſcripti, (qui Adſcriptitij inde coloni dicti, (de quibus *paratitlo de fugit. col.*) quorum etiam mentio, in eiuſdem Theod. *l.*4. *Nou. de amot. milit. fori præſcript.* Curiæ item.

¶ Singula expendamus, quæ & in Annales Eccleſiaſticos referri merentur. Primum ex *hâc lege* diſcimus, Eccleſiaſticos, & Monachos teſtabiles fuiſſe, ſeu teſtamenti factionem habuiſſe, ſuos denique habuiſſe in bonis ſuis, non tantùm ab inteſtato, ſed etiam ex teſtamento hæredes. Quod etiam Interpres in ſubiecta *huic legi* interpretatione ſub finem expreſſit. Idque firmant varia Epiſcoporum teſtamenta; inter alia id quod memoratur apud Baſilium *ep.*221. & exemplar teſtamenti Gregorij Nazianzeni, modò germanum ſit, Nam ſequioris æui exempla nunc omitto. Secundò diſcimus ex *hâc leg.* teſtamento deficiente legitimos heredes eis ſucceſſiſſe: neque tantùm parentes, aut liberos, verùm & adgnatos & cognatos, Imò & vxores.

Vxores inquam; Et verò Tertium iſtud hîc notandum occurrit; nempe Clericis nonnullis hâc tempeſtate adhuc licuiſſe coniugatos eſſe: quod docent *tres* præterea *leges* tituli *inf. de Epiſcopis*, putà *l.*10.14.44. vbi dicendi locus amplior erit: & quidem hoc quinto adhuc ſeculo iam adulto per Orientem.

Quartò obſeruandum, quod *huius l.* titulíque proprium eſt, Teſtamentariis & legitimis heredibus deficientibus, huiuſmodi Clericorum & monachorum bona velut vacantia, non iam fiſco, atque adeò petitoribus qui ea à fiſco impetraſſent, quod hactenus obtinuiſſe *hac lege, verſ.vlt.* (qui & ideò abeſt à Cod. Iuſtinian.) docemur; Verùm Eccleſiæ & monaſterio deinceps Theodoſium Iuniorem antiquato eo iure adquiri velle, quibus videlicet Clerici & Monachi dedicati fuerant. De quo vide & *l. ſacroſanctæ, Cod. de Epiſcopis & Clericis*, & Photium *Nunæ*: vide & ἐντολμα πατριαρχικὸν, in eandem ſententiam quod edidit Habertus, & illuſtrauit *obſeru.*6. *p.* 534.535. videantur & Placita Louëtij eiúſque Interpres *lit. E. num.*4. & *lit. R. num.*42. Non alio videlicet iure, quàm quo bona Decurionum, Curiæ: militum legioni, vel vexillationi: Nauiculariorum, Corpori eorum; Cohortalium, Cohorti: Fabricenſium, fabricæ: legitimis & teſtamentariis hæredibus deficientibus vindicabantur: de quo omni ad *l. vn. ſup. de bonis Decurionum*.

¶ Quintò obſeruandum, hâc adhuc lege & conditione Eccleſiæ & Monaſterio bona Clericorum & Monachorum ſine herede decedentium deferri, vt Dominorum, & Patronorum, Curiæque iura intacta ſint, id eſt, vt ſi fortè qui Clericus fuit aut monachus, libertus erat, aut Curialis, aut colonariæ originis & adſcriptitius, Patronorum, Curiarúmque & Dominorum iura intacta eſſe debeant. Scilicet ſub obtentu Eccleſiæ, aut Eccleſiaſtici vel Monaſtici nominis, nemini ius ſuum detrahi voluit Theodoſius Iun. non Patronis, non Curiis, non Dominis poſſeſſionum: *Nec enim iuſtum eſt* (inquit Theodoſius Iun. *h. l.*) *ab Eccleſiis detineri*, &c.

¶ Sextò obſeruetur, Curialium, qui Clerici facti fuerant, facultates obnoxias Curiæ fuiſſe, ſub certâ formâ vt *h. l.* dicitur, pro tenore dudum latæ conſtitutionis: Non tantùm ab aliis retrò Principibus, verùm ab ipſomet Theodoſio Iun. A.D. 410. putà *l.*172. *inf. de Decurion.* ſcilicet pro temporis conſideratione & gradu: De quo eſt & tertia eiuſdem Theodoſij Iunioris conſtitutio, putà *lex* 21. *C. de Epiſcop.* (quæ coaſſanda eſt *l.*187. 188. *d.l. de Decurionib*.). Et gradu, inquam, Nam qui ad ſummum Epiſcopi &c. gradum ſemel peruenerunt, Curiali nexu omnino liberantur. De quo omni dicam *ad d. l.*172. Inde etiam ex parte factum, vt Tribonianus Epiſcopi hîc mentionem ſubduxerit.

¶ Septimò obſeruandum, viciſſim ſi qui Clerici aut Monachi (prædictis conditionibus obnoxij) negotia vel actus aliquos Eccleſiaſticos geſſerint, veluti ſi *Oeconomi*, aut Procuratores (quorum *fine legis* mentio fit) fuerint, atque eo actu obligati deceſſerint & reliquati fuerint, ita Curiis, Patronis & Dominis, vel ſucceſſoribus teſtamentariis aut legitimis bona Clericorum & Monachorum deferri, vt ſuas Eccleſiis & Monaſteriis reſeruari Theodoſius Iun. actiones velit, aduerſus eorum hæredes teſtamentarios aut legitimos, Patronos item, Curias, & poſſeſſionum Dominos.

¶ Octauò obſeruetur, ex *h. l.* pariter vt *l.* 32. *Infr.de Epiſcopis*: hâc adhuc tempeſtate Monachos extra Clerum fuiſſe: de quo ad *eam legem* 32.

¶ Nonò notetur, *hâc l.* agi quoque de Monia- libus

libus vitæ ſolitariæ deditis, & ſanctimonialibus: de quibus dicam *inf. tit. de Epiſcopis, Eccleſ. & Clericis*, & *l.1. inf. de raptu vel matrim. ſanctim. virgin. vel viduar.* Tandem obſeruandum memorari hac lege *Oeconomos Eccleſiarum*, pariter vt *l.3. inf. de his qui ad Eccleſ.* vbi ita definiuntur, qui Eccleſiaſticas conſueuerunt tractare rationes, qui τ̃ ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων πρόνοιαν ſubibant: de quibus eſt & Gangrenſis Concilij *c.7.8.* & ſunt Canones Chalcedonenſes 2. 25. & 26. ſeu *canon. Cod. Eccleſ. vn.* 180. 203. 204. vide & quæ de his nonnulla notaui ad *d. l.3.* Alia mitto. Item Procuratores Monaſteriorum, ſiue paramonarij, quorum mentio fit *d. can.2.* & *l.46. C. de Epiſcopis*, quos *Villicos* alij interpretantur. Μονὴ eſt monaſterium apud Codinum quoque *de officiis Conſtantinopolitan.* à quo eſt παραμονὴ: vnde iam *paramonarius*. Quod effictum, vt parabolarius *l....inf. de Epiſcopis*, Telonarius, fortè, *l....infr. de pretorib.* Caronarius, *l....d. t. de prætorib.* & ſimilia. ¶ Cæterum quia de *bonis Monachorum* hîc res eſt, de quibus aliquid etiam ad *l. Quidam ignauiæ ſectatores, 63. inf. de Decurionibus*: omittere non poſſum, ea à cenſu immunia fuiſſe τύπῳ ſeu Edicto & Conſtitutione publicâ: de quo Baſilius *epiſt.* 304. Κελεύσει τῶν μοναζόντων, ὥστε αὐτοὺς τῶν συντελειῶν διαφεύγειν. ¶ Tandem obſeruandum *hanc leg.* quæ ad rem hiſtoriámque Eccleſiaſtiam pertinet, datam ad Taurum PP. neque dubium ad eius ſuggeſtionem latam eam; velut qui Eccleſiarum commodis faueret. Vnde, & commercium epiſtolarum cum præcipuis huius æui Epiſcopis, & Preſbyteris, Theodoreto, & Iſidoro Peluſiotæ; quorum epiſtolæ ad eum extant, commendationem quoque eius & laudes præferentes, de quibus *in Proſopogr.*

# DE BONIS MILITVM.

## TITVLVS IV.

Hic titulus in Cod. Iuſt. partem facit *tituli de Hæreditatibus Decurionum, Nauiculariorum, Cohortalium, Militum, & Fabricenſium, lib.6. tit. vlt.*

---

1. *Imp. CONSTANTIVS AA. ad Bonoſum Magiſtrum Equitum."

VNIVERSIS, tam Legionibus", quàm Vexillationibus Comitatenſibus, ſeu Cuneis", inſinuare debebis, vti cognoſcant, cùm aliquis" fuerit rebus humanis exemptus, atque inteſtatus ſine legitimo hærede deceſſerit, ad Vexillationem" in quâ militauerit, res eiuſdem neceſſariò peruenire. Dat. v." Id. Maij. Hierapoli", Rufino & Euſebio COSS. [345.]

INTERPRETATIO. *Si milites ſine legitimo hærede inteſtati deceſſerint, & proximos non habuerint, eorum bona, qui in eodem officio militant, vindicabunt.*

## NOTÆ.

* *Lex 2. Cod. de hæreditat. Decurion. Nauicularior. Cohort. militum.*

" *Militum.* Ita Anianus Rhemenſ. Til. Fortè non malè. Nam & de legionibus, quæ peditum erant, non tantum de vexillationibus Equitum *h l.* agitur.

" De *Legionibus* & *Vexillationibus* & quidem Comitatenſibus ſeu cuneis, dicendi locus erit *lib. 7. l. vlt. de re militari*, & *l.22. de erogatione militaris annonæ.* Interim notandum, legiones peditum, Vexillationes Equitum fuiſſe: vide Vegetium *lib 2. cap.1.*

" De *Cuneis*, vide quoque *infr. l.17. de tyronib.* In Notitia Imp. ſub Magiſtro militum per Orientem, ponitur inter vexillationes Comitatenſes, *Cuneus Equitum ſecundorum Clibanariorum Palmirenorum*: & ſub Magiſtro Equitum præſentali in Occidente, *Cuneus Equitum promotorum* ſub *Ducibus*, multa eorum mentio: ſic quidem vt ibi primo ſemper loco ponantur ante omnes alios.

" *Eorum aliquis.* Cod. Iuſt. Satis ineptè, neque enim habeas quò referas vocem illam, *eorum*: Ergo *aliquis*, abſolutè, pro *aliquis miles.*

" Ad vexillationem, & Legionem, ſeu cuneum.

" *Kal. Maij*: vel *Id. Ma.* Ita in Aniani quibuſdam codicibus.

" Pertinet hæc lex ad milites, qui in expeditione Perſicâ hoc tempore erant: Nam & ideò Conſtantius *Hierapoli* hoc anno ſubſtitit, pariter vt anno 343. Singarena clades inſecuta. De quo vide Iulianum 1. *Orat.* Sextum Rufum, Feſtum, Eutropium, Ammianum Marcellinum, & Hieronymum *Chronico.*

## COMMENTARIVS.

MILITIS inteſtati, ſine legitimo hærede decedentis, bona, non fiſco, verùm legioni & vexillationi ſeu cuneo, vbi, ſcilicet is qui deceſſit, militabat, vindicari *h. l.* iubet *Conſtantius* Imp. non *Conſtantinus* (vt præfert Codex Iuſtin. & quomodo eam citat Interpres,) A. D. 345. in expeditione Perſica Hierapoli conſtitutus: vt proinde pertineat hæc lex ad militem Perſis oppoſitum. Ius autem hoc priſcum eſſe, ſingularis eâ de re locus docet in *l.6. §.7. π. de iniuſto, rupto, irrito teſtam.* ex epiſtola D. Hadriani. Atque ea verò ſunt quæ *Caduca Legionum* vocantur, in *l.4. §.17. π. de fideicommiſſar. libertat.* his verbis: *Quare & ſi caducis legionis bona delata ſint, idem erit probandum.* Sic enim retinenda illa lectio eſt: Neque (vt Cuiacius credidit *in Notis ad Vlpiani fragm. tit.28. §.7. & ad l.3. Cod. de bonis vacantibus*) reponendum *caducariis legibus.* Quod etiam Græci rectè agnouerunt, & ex *d. l.6. π. de iniuſto, rupto*, optimè explicuerunt. Nam etſi exiſtente ab inteſtato herede libertates teſtamento datæ non competant regulariter, in legione tamen id ſingulare eſt, vt ſi legio inteſtato militi ſucceſſerit, libertates nihilominus competant. Atque vt *Caduca legionum* dicuntur, ita quoque qui Caducorum iſtorum rationes ſcribebant & ſeruabant, *librarij Caducorum* appellantur in *l. vlt. π. de iure immunitatis* quæ tota ad rem militarem pertinet, vt *eius leg.* inſcriptio docet. ¶ Et hæc quidem ita accipienda ſunt ſi miles ſuâ morte deceſſiſſet. Nam ſi miles capite damnatus fuiſſet, ab inteſtato in bonis caſtrenſibus cognati ad quintum vſque duntaxat gradum ſuccedebant, & poſt eos fiſcus *l.2. π. de veteran. & militum ſucceſſ.* Et hanc etiam diſtinctionem agnoſcunt Græci *lib.45. Baſilicorum.* ¶ At cum hoc tractatu nihil commune habet *lex 4. Cod. de caſtrenſi peculio.* Neque enim huius iuris ratio ea adſignari debet, quam tradit Vir alioquin doctus 4. *Quotid.7.* Legioni namque & vexillationi militis inteſtati ſine legitimo herede bona, non affectionis ratione deferuntur, verùm longe alia: quia ſcilicet leges æquum credidêre, penes legionem & vexillationem in qua miles meruit bona militis manere, vtpote cuius occaſione ea miles quæſiſſe præſumatur.

¶ Duo porrò *h. l.* ſingularia adhuc notantur. Primò mirum illud, cùm *initio legis* non tantùm de vexillationibus, ſeu cuneis, verùm etiam de *Legionibus* agatur, in diſpoſitione tamen ipſa *legis*, nonniſi *de Vexillationibus* agi, ſtatuíque adeo videri, vt militis Legionarij & Equitis inteſtati bona ad vexillationem pertineant. Verùm dicendum 1. Vel de Vexillatione tantum in huius *legis* ſpecie dubitatum, & ideò de eâ nominatim *fine legis* caueri. 2. Vel hanc legem hâc parte mutilam eſſe. 3. Vel cùm hæc lex non tantùm ad Bonoſum Magiſtrum Equitum directa fuiſſet, verùm etiam ad alium *Magiſtrum peditum*, in huius *legis* fine relatum, tantum fuiſſe id quod ad officium Magiſtri Equitum pertinebat. 4. Vel ſi Aniano Rhemenſi ſtamus, Bonoſum hunc non Equitum tantùm Magiſtrum fuiſſe, verùm & peditum. Vel denique videatur, quod omnium mihi maximè vero ſimile ſit, id *hâc leg.* definiri, & Cuneis (Equitum ſcilicet) aliquo decedente, bona eius non ad Legionem, verùm ad Vexillationem pertinere: cùm tamen Legiones id ſibi vindicarent, hoc obtentu quod Cunei Equitum, legioni, ſeu pedeſtrium copiarum lateri adiunctæ erant, & legionum partem faciebant, de quo Ammianus Marcellinus & Vegetius.

¶ Secundò illud *hac l.* obſeruandum, de *Comitatenſibus* hîc nominatim agi. Vnde colligat quis (quod certè faciunt nonnulli) non eodem priuilegio Pſeudocomitatenſes hâc parte potiri debuiſſe, quo Comitatenſes. Sanè Comitatenſes & aliàs potiore loco habitos docebo pleniſſimè *ad l.* 18. *infr. de re militari*, ex ea ipſa *leg.* 18. & *l.22. infr. de erog. milit. ann. l.10. infr. de Numerariis*, *l.7. infr. de tyronibus. l.17. infr. de cohortalibus*, *l.8. infr. de filiis militar. appar.*



# DE POSTLIMINIO."

## TITVLVS V.

VIII. COD. IVST. Tit. LI. De poſtliminio reuerſis & redemptis ab hoſtibus. Ab hoc verò titulo incipit tractatus, de his quorum ſtatus immutatus fato aliquo factóve.

" In Aniano Rhem. hæc verba addita leguntur, *id eſt per* captiuitatem reuerſis.

## PARATITLON.

POSTLIMINIVM, ius eſt *l.1. & l.2.* (vnde & poſtliminij ius *d. l.1.*) quo iis quos partim neceſſitas captiuitatis abduxit *d. l.1.* qui hoſtilis irruptionis neceſſitate tranſducti *d. l.1.* denique qui cum barbaris fuerunt coacti, *d. l.1.* partim ad exteras ſedes tranſuecti à propriis ſedibus, *l. 2.* (iuncta *l.25. infr. de petit.*) ad proprias terras feſtinare, *d. l.1.* ad propria redire licet, *l.2.* & ſedibus propriis redduntur, & incolumia eis cuncta ſeruantur, *d. l.2.* ſic vt recipiant ea quæ in agris vel mancipiis antè tenuerunt à quocunque illa poſſideantur, *d. l.1.* & quidem ſine vlla morâ *d. l.1.* ilicò, etſi bona eorum fiſcus, aut qui ab eo impetrauit, poſſideat, *l.1.* item etſi in vſum veſtium, vel alimoniæ aliquid eis præſtitum ſit, *d. l.2.* Redemptionis tantum pretium vel reſtituere debent, vel labore ſeu obſequio aut opere quinquennij vicem beneficij referre, *d. l.2.*

## ¶ Valentiniani *lex de Poſtliminij iure ab hoſtibus captis, at non & Transfugis, competente.*

### I. * Imppp. Valent." Valens, & Grat." AAA. ad Seuerianum" Ducem.

SI quos forte neceſſitas" captiuitatis abduxit, ſciant, ſi non tranſierunt", ſed hoſtilis irruptionis neceſſitate tranſducti ſunt, ad proprias terras" feſtinare debere, recepturos iure poſtliminij ea quæ in agris vel mancipiis" ante tenuerunt, ſiue à fiſco noſtro poſſideantur, ſiue in aliquem Principali liberalitate transfuſa ſunt: Nec timeat quiſquam alicuius contradictionis" moram: cùm hoc ſolum requirendum ſit, vtrum" aliquis cum Barbaris" voluntate fuerit, an coactus. Dat. † XVI." Kalendas Iul." Remis", Grat. A." I. & Dagalaifo Conss. [366.]

Interpretatio. *Quicunque neceſſitate captiuitatis ducti ſunt, & non ſua voluntate, ſed hoſtili deprædatione ad aduerſarios tranſierunt, quæcunque in agris, vel mancipiis antea tenuerunt, ſiue à fiſco poſſideantur, ſiue aliquid ex his per principem cuicunque donatum eſt, ſine vllius contradictione perſonæ, tempore quo redierint, vindicent ac præſumant, ſi tamen cum aduerſariis non ſua voluntate fuerint, ſed captiuitate ſe detentos eſſe probauerint.*

## NOTÆ.

* Lex 19 *Cod. eod. tit.*

" In Cod. Iuſt. *Imppp. Gratianus Valentin. & Theod.* Perperàm & hîc, & illic. Hîc *Gratiani* nomen inducendum; nondum enim is Auguſtus hoc tempore erat.

" Seuerinum habet Cod. Iuſt. & Anianus Rhem. Sed hoc noſtrum legitimum eſt, de quo mox.

" Alio ſenſu *captiuâ neceſſitate*, inf. *l.* 2.

" *Tranſire* dicuntur, mox, *cum barbaris voluntate eſſe. Tranſducti* qui coacti & inuiti: illi transfugæ, hi captiui. *Tranſuecti* alij, inf. *l.* 2.

" *Terræ* ſunt fundi.

" *Se debere* Cod. Iuſt.

" *Seu aliis rebus.* Hoc ampliùs Tribonianus.

" *Etſi*: ita Tribonian. inductus ſcilicet ſequentibus illis, *ſiue in aliquem principali liberalitate transfuſa ſunt*, partim propter petitiones bonorum ſublatas; cuius omiſſionis ſimilia exempla vidimus *ſup. de bonis Decurionum*, & *ſup. de bonis Clericorum.*

" *Contradictio*, id eſt, exceptio, vt *l.* 1. *inf. de inquilinis.*

" *Vtrum forſitan*, ita Tribonian.

" Id eſt, *Alemannis.*

" Alij XVII. alij XVIIII.

" Ita quoque Cod. Iuſt. at Manuſcripti omnes *Iun.* quod præfero.

" In Cod. Iuſt. malè *Romæ.* vide Chronolog. *huius Cod.* & Ammianum Marcell. *lib.* 26. *pag.* 340. Idem error admiſſus in ſequentis anni conſtitutionibus tribus: putà *in l.* 3. *inf. de indulgentiis criminum*, *in l.* 4. *inf. de metallis*, *in l.* 13. *inf. de ſuſceptoribus.* Nam & ibi non *Rom.* Sed. *Rem.* legendum eſt.

" Et hoc malè: neque enim ita hic Conſulatus ſignatur in Faſtis, verùm *Nob. Puero*, vid. Chronologiam: nondum enim hoc tempore Gratianus Auguſtus erat.

## COMMENTARIVS.

CAptivo tantùm, non verò transfugæ, de quo ad *l.* 1. *inf. de re militari* poſtliminij ius competere, definit *h. l.* Valentinianus, Sen. pariter vt definitur *l.* 19. §. 4. & *l.* 20. *ff. de captiuis & poſtlim. reuerſ.* & *l.* 14. *ff. ex quibus cauſis maiores.* Transfugæ, inquam, id eſt, ei qui non hoſtilis irruptionis neceſſitate tranſductus, ſed ſua voluntate cum Barbaris fuit. Nam ita hîc *transfuga* definitur, cui ſimilem definitionem tradit Paulus *d. l.* 19. §. 8. *ff. de captiuis.* ¶ Captiuis igitur reuerſis poſtliminij ius ad res ſuas recuperandas, ſiue à fiſco poſſeſſas, ſiue priuato à Principe donatas, tribuit *hâc lege* Valentinianus. Quod & alioquin in commune poſtliminij ius eſt, puta vt reuerſi recipiant bona ſua, à quocunque tandem poſſideantur: etiamſi à fiſco, vel ab eo qui ius habet à fiſco, vt quia ea à Principe petitione impetrauit: de cuiuſmodi impetrationibus & donationibus eſt quoque lex 25. *inf. de petitionibus* quæ *legi prox.* coniungenda eſt. Ne quidem fiſcus poſtliminij ius adimit captiuitate reuerſis: adimit tantum transfugis reuerſis. Transfugarum interim bona confiſcari hinc notandum eſt: qui & ipſi capite minuti cenſebantur, viui comburebantur, vt & hoſtes publici: *l.* 8. §. 2. *ff. de pœnis*, *l.* 38. de quo *ad l.* 1. *inf. de re militari*, *l.* 5. §. 1. *ff. de cap. min.* eos occidere fas cuique erat, *l.* 3. *inf. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ¶ Et hæc quidem huiuſce *legis* ferendæ cauſa fuit, quòd ſcilicet petitor bonorum captiuum reuerſum hac exceptione ſeu præſcripione repelleret, quod à Principe ſibi bona illa donata fuiſſent. Verùm hæc *contradictio* (vt vocatur *hac lege*, & *l.* 1. *inf. de inquilinis*) eliditur vt *d. l.* 25. ita & *h. l.* & donatarius qui bona à Principe impetrauit, non ideo ſtatim ſecurus eſt. De quo latè tractant Interpretes *ad* §. *vlt. Inſt. de vſucapione.* Tribonianus certè, quæ de donatario *h. l.* dicuntur, conſultò omiſit, tùm propter petitiones bonorum ſublatas (cui ſimile quid obſeruabamus ad *Tit. de bonis Decurionum* 2. & ad *Tit. de bonis Clericorum* 3.) Partim verò propter Zenonis conſtitutionem, quâ is qui à fiſco quid impetrauit etiam donatione, ſtatim



tutus & ſecurus eſt, *l.* 2. *Cod. de quadriennij præſcriptione*: & *d.* §. *vlt.* ¶ Cæterum, pertinet hæc Valentiniani lex, ad hoſtilem *Alamannorum in Gallias* hoc tempore *irruptionem*, de qua conſulendus Ammianus Marcellinus *lib.* 17. *in princ.* ac nominatim eo loco quem modo ſternemus, in quâ operam nauaſſe ſuam etiam hunc ipſum *Seuerianum* (cui *lex* hæc inſcribitur) idem Ammianus docet, quæque profligata à Iouino Magiſtro Equitum, Rege Alamannorum capto, & à Tribuno patibulo ſuffixo. *Barbari* igitur in ſp. *huius legis* ſunt Alamanni. Et Seuerianus Dux, Alamannis oppoſitus. Seuerianum hunc Comitem vocat Ammianus *initio lib.* 27. in huius Anni geſtis. *Alemanni* inquit *Gallicanos limites formidati iam perſultabant: ſtatimque poſt Kal. Ianuarij cum per glaciales tractus hyemis rigidum inhorreſceret ſydus, cuneatim egreſſa multitudo licentiùs vagabatur. Horum portioni primæ Carietto tunc per vtramque Germaniam, Comes occurſurus cum milite egreditur ad bella ineunda promptiſſimo, adſcito in ſocietatem laboris Seueriano ibidem comite, inualido & longæuo, qui apud Calidona* [forte Saliſona] *Diuitenſibus præſidebat & Tungricanis.* Et mox, *Cum Seuerianum vidiſſent equo deturbatum, miſſilique telo per os fixum.* Dicam adhuc aliquid ad *leg.* 9. *infr. de re militari.*

## ¶ Honorii *lex.*

### II. * Impp. Honor. & Theod. AA. Theodoro PF. P."

DIuersarum" homines prouinciarum, cuiuſlibet ſexus, conditionis, ætatis, quos Barbarica" feritas captiuâ" neceſſitate tranſuexerat" inuitos", nemo retineat", ſed ad propria" redire cupientibus libera ſit facultas: (Quibus* ſi quicquam in vſum veſtium vel alimoniæ impenſum eſt, humanitati" ſit præſtitum, nec maneat" victualis ſumptus repetitio.) Exceptis* iis, quos Barbaris vendentibus emptos eſſe docebitur, à quibus ſtatus ſui precium, propter vtilitatem publicam, emptoribus æquum eſt redhiberi: Ne quando enim damni" conſideratio, in tali neceſſitate poſitis, negari faciat emptionem, decet redemptos aut datum pro ſe precium emptoribus reſtituere, aut labore", obſequio, vel opere quinquennij vicem referre beneficij, habituros incolumem eam" in qua nati ſunt libertatem. Reddantur igitur ſedibus" propriis, ſub moderatione quâ iuſſimus, quibus iure poſtliminij etiam veterum Reſponſis † incolumia cuncta ſeruata ſunt. ¶ Si * quis itaque huic præcepto fuerit conatus obſiſtere Actor, conductor, Procuratórque, dari ſe metallis cum pœna deportationis non ambigat: Si verò poſſeſſionis dominus, rem ſuam fiſco" nouerit vindicandam, ſéque deportandum. ¶ Et" vt facilis executio proueniat", Chriſtianos* proximorum locorum" volumus huius rei ſollicitudinem gerere: Curiales quoque proximarum ciuitatum placuit admoneri, vt emergentibus talibus cauſis, ſciant legis noſtræ auxilium deferendum; ita vt nouerint Rectores vniuerſi, decem libras auri à ſe, & tantundem à ſuis Apparitoribus exigendas", ſi præceptum" neglexerint. Dat. IIII." Id. Decemb. Rau. Honor. VIII." & Theod. III. AA. Coss. [409.]

Interpretatio. *Hi qui ab hoſtibus tempore captiuitatis ducti" ſunt, ſi ab aliquibus vel ad victum, vel ad veſtitum aliquid acceperunt, cum redire ad propria voluerint, minime aliquid pro eorum requiratur expenſis: Tamen ſi pretium pro captiuo ſuo prædator acceperit, quod dediſſe emptor probauerit, ſine dubitatione recipiat. Quod ſi pretium non habuerit, quinquennio ſeruiat captiuus emptori, & poſt quinquennium ſine pretio ingenuitati reddatur, qui cum ad propria redierit, omnia ſua integra & ſalua recipiat. Si quis itaque huic tam iuſtæ præceptioni reſiſtere tentauerit, nouerit ſe in exilio deputandum. Si vero poſſeſſor fuerit, facultatem ſuam fiſci viribus addicendam. Sanè Chriſtianos, qui redemptioni ſtudere debent, pro captiuis, volumus eſſe ſollicitos. Ad Curiales etiam iſta ſollicitudo pertineat, ita vt omnes Iudices ſciant, decem libras auri fiſco ſe daturos, qui huius legis præcepta neglexerint.*

## NOTÆ.

* Lex *vlt. Cod. eod. tit.* Eam vt *hic* habetur omiſit Baronius in Annales Eccleſiaſticos referre, etſi extremam eius ſententiam ex *l.* 11. *C. de Epiſc. aud.* retulerit. Iungenda autem huic, *lex* 25. *infr. de petition.* & *lex* 1. *infr. de littor. & itiner. cuſtod.* Imo & *lex* 3. *Cod. Iuſt. de commerciis.* Fortè etiam *lex* 8. *Cod. de Epiſc. audient.* Hùc omninò pertinet Sozomeni locus *lib.* 9. *c.* 4. Socratis, *lib.* 7. *cap.* 10. Inſerta hæc lex conſtitutioni quam ex Cod. Lugdunenſi edidit Sirmondus in append. Cod. Theod. *n.* 16.

" *Theodorus* ſub Honorio, PP. & quidem hoc tempore Italiæ, cuius inter alias diœceſis erat Illyricum, quò hanc legem pertinere mox docebo *ex d. l.* 25.

" Illyrici ſcilicet. vide Sozom. *lib* 9. *cap.* 4. & *d. l.* 25.

" Schytarum & Gothorum ſcilicet.

" *Feritas* Barbarica *h. l.* & *l.* 2. *de litor. & itin. cuſt.*

" *Captiuitatis*, Cod. Iuſt. *vt l.* 1. *ſup.*

" *Tranſduxerat*, in conſtitutione edita à Sirmondo.

" *Ad ſedes externas*, vt loquitur *d. l.* 25. *de petitionibus.* ſeu poſſeſſiones alienas *verſ. ſi quis itaque infr.* à ſedibus propriis, id eſt poſſeſſionibus, *verſ. reddantur*, *infr.*

" Ita diſtinguitur hic locus in Cod. Iuſt. *Tranſuexerat, inuitos nemo retineat.* Hîc ita *Tranſuexerat inuitos, nemo retineat*; quaſi ſcilicet captiuus (vel ſaltem hoſtem fugiens) à transfuga voluntario rurſum diſtinguatur, vt *ſuperio-*

re lege. Vtrumque ſuſtineri poteſt.
Prætextu ſumptuum victualium.
Proprias ſedes *infr.*
* *Secunda* ſententia de ſumptibus victualibus.
Ratio his verbis continetur.
*Nec maculet boni facti gloriam auara victualis ſumptus repetitio.* Ita ſuppoſititia conſtitutio à Sirmondo edita.
* *Tertia* ſententia de redemptis & redemptionis pretio.
Id eſt, pretij, ſeu λύτρων non recuperandi.
*Laboris obſequio*, C. Iuſt.
*Si in ea nati ſunt*, C. Iuſt.
*Ædibus*, Cod. Iuſt. malè: quem errorem nonnulli quoque *in tit Inſt. de milit. teſt.* intrudunt, de quo plenè dixi Theophili *Benedictorum lib. 2.* Ita quoque *d. l. 25. inf. de petition.* quæ huic coniungenda eſt, *ſedes quæſiuit externas.*
Id eſt, diſtinctione & quinquennalis operæ obſeruatione.
Vide *tit. π. de captiuis, & poſtlim. reuerſis.*
* *Quarta* ſententia, quâ ſanctio *huius leg.* continetur.
*A fiſco*, C. Iuſt.
* *Quinta* ſententia, de Executione *huius leg.* quam in Annales Eccleſiaſticos Baronius è Cod. Iuſt. retulit.
*Proueniat*, id eſt, procedat; *Perueniat*, Cod. Iuſt.
* Lex 11. *Cod. de Epiſcopali aud.* hinc deſumpta eſt quæ ſic habet: *Chriſtianos proximorum locorum volumus ſollicitudinem gerere, vt Romanos captiuos qui reuerſi fuerint nemo teneat, nemo iniuriis aut damnis afficiat.* Porrò in conſtitutione edita à Sirmondo ita hæc habent: *Chriſtiana ſacerdotes, vicinorum & proximorum locorum Eccleſias tenentes.*
*Loca proxima*, id eſt ſedes proximæ, in quibus profugi retinentur, vt mox: *proxima ciuitates.*
*Exigendum* C. Iuſt.
*Præceptum noſtrum*, C. Iuſt.
Ita quoque *d. l. 25.* III. Cod. Iuſt. *d. l. vlt. & d. l. 11.* III. Nonas Decembris *in dictâ conſtitutione Sirmondi.*
Sic habent MSS. omnes, ſic Cod. Iuſt. *dict. l. vlt. & d. l. 11.* Et tamen ſubſtituendum proculdubio *Baſſo & Philippo* COSS. vt apparet primùm ex duabus *legibus* illis, quas huic coniungendas dixi, quæ certè etiam argumento prorſus conueniunt, & ex iis nominatim *lex 25. infr. de petition.* Deinde ex Theodori Præfectura Prætorij id conſtat: cui hoc anno 409. Cæcilianum in Præfectum Prætorij Italiæ ſuffectum iam diu ante menſem Decembr. 409. fuiſſe docent nouem huius anni conſtitutiones: de quo vide & Zoſimum *lib. 5.* Et verò tandem ita habet conſtitutio, cui hæc inſerta quam Sirmondus edidit: *Dat. III. Nonas Decembris Rauennæ, Baſſo & Philippo VV. CC. CONSS. Accepta XVI. Kalendas Ianuarias.*

## COMMENTARIVS.

PRÆSTITVM, ei qui hoſtium feritatem euaſit, à prouinciali, an, quando & quomodo imputari, vel repeti poſſit, hac Honorij conſtitutione definitur A. D. 408. quæ prolixioris Honorianæ conſtitutionis pars eſt, vt docent *lex 25. inf. de petitionibus*: *& l. 1. inf. de litor. & itin. cuſt.* quas *huic legi* coniungendas eſſe iam oſtendi vnà cum *l. 3. Cod. de commerciis.* Quâ conſtitutione in vniuerſum, Barbaris iam Imperium laceſſentibus, communioni, communicationi, & charitati Chriſtianæ in orbe Romano conſultum iuit. Quò vt pertinent prædictæ tres leges illæ, ita & hæc quarta quoque. ¶ Igitur quod in vſum veſtium & alimoniæ hoſtium poteſtatem euaſo præſtitum eſt, id repeti vetat: contrà humanitati id præſtitum vult Honorius. Humanitati nempe & pietati cœteroquin quod præſtatur, eius repetitio non eſt: *l. ex duobus 27. §. 1. π. de negotiis geſtis, & l. 16. Cod. eod. tit.* *Humanitati*, id eſt, humanæ conditionis & cognationis contemplatu. Quo ſenſu *humanitatis* vox accipitur & *in l. 6. inf. de ſepulchro violato, & l. 16. inf de pœnis, & l. 57. inf. de appellationibus & l. 6. ff. de appellationibus.* Ac proinde huiuſmodi humanitatis obtentu nemo hoſtium poteſtatem euaſus retineri poteſt, quin ad proprias ſedes redire cupienti libera ſit facultas. Aliam verò rationem haberi vult Honorius τῶν λύτρων ſeu redemptionis. Pretium ſcilicet redemptionis commercio redemptum ſeu datum pro ſe pretium reſtituere iubet. *Publicæ* nempè *vtilitatis ratio id exigit, ne quando damni conſideratio in tali neceſſitate poſitis negari faciat emptionem*, vt eleganter *hâc l.* ait Honorius: quomodo pariter *lex 6. Cod. eod. tit.* ait, id communis vtilitatis rationem exigere. Denegata quippe repetitionis ſpe, tardiores redderentur homines ad huiuſmodi officia. Proinde commercio redemptus pretium pro ſe datum reddere debet, vel quinquennalem laborem, obſequium, opus, in vicem præſtare; ſic beneficij vicem abundè retulerit. Opera ſcilicet quinquennalis in ſpecie *huius legis* liberi hominis pro pecunia hoſtimentum eſt & pretij velamentum: vide *& l. vn. ſup. de patrib. qui filios diſtr.* & Plin. *lib. 10. ep. 67.* & quæ notabo *ad l. 1. inf. de expoſitis.* Ambroſij quoque locus huc omninò pertinet, *lib. 2. officiorum, cap. 2.* *Summa etiam liberalitas, captiuos redimere, eripere ex hoſtium manibus: ſubtrahere neci homines* &c. *Nota ſunt hæc nimis Illyrici vaſtitate & Thraciæ, quanti vbique venales erant toto captiui orbe, quos ſi reuoces, vnius prouinciæ numerum explere non poſſint. Fuerunt tamen qui etiam, quos Eccleſiæ redemerunt in ſeruitutem reuocare vellent, ipſa grauiores captiuitate qui inciderent alienam miſericordiam. Ipſi ſi in captiuitatem veniſſent, ſeruiſſent liberi: ſi venditi fuiſſent, ſeruituti miniſterium non recuſarent, & volunt alienam libertatem reſcindere, qui ſuam ſeruitutem non poſſunt reſcindere, niſi fortè* PRIMVM EMPTORI *placeret: in quo tamen non reſcinditur ſeruitus, ſed redimitur. Præcipua eſt igitur liberalitas redimere captiuos, & maximè ab hoſte Barbaro, qui nihil deferat* HVMANITATIS *ad miſericordiam, niſi quod auaritia reſeruauerit ad redemptionem.* Interea igitur, dum horum alterutrum factum ſit, redemptus in ſeruitute eſt, & veluti pignoris naturalis vinculo tenetur, vt loquitur *lex 2. Cod. de poſtliminio reuerſis*: & *lex 21. π. de captiuis.* Quod ius de Athenienſium fontibus deriuatum docet Demoſthenes ad *Nicoſtratum.* Extra hanc ſolam τῶν λύτρων ſeu redemptionis cauſam, & hoc ipſo etiam caſu vltra tempus *hac lege* præfinitum, nemo retineri poteſt, hoſtium poteſtatem elapſus, quin ad ſua, ſuóſque remeare, ſuáque omnia recuperare poſſit. Atque eam in rem Honorius iis qui retinere conati fuerint grauiſſimam pœnam imponit, quin & Rectoribus Prouinciarum, eorundémque Apparitoribus qui id neglexerint. Quinimò huiuſce rei exequendæ ſollicitudinem Curialibus proximarum ciuitatum & Chriſtianis proximorum locorum demandat: Scilicet vt hæc conſtitutio Chriſtiana eſt, atque humanitatis & moderationis pleniſſima, ita eius exequendæ curam Chriſtianis commiſſam voluit: *Chriſtianis* inquam, id eſt, Epiſcopis (quod etiam *Viuiano* in mentem venit,) ſeu Clericis, qui Eccleſiæ miniſterio deſtinati, dedicatiue ſunt. Quo ſenſu etiam *Chriſtianorum*, & *Chriſtianitatis* vox pro Clericatu & Clericis accipienda eſt in *l. 50. 123. inf. de Decurionibus*: Et *l. 11. infr. de piſtoribus.* ſicut in Francia iam olim *Curia Chriſtianitatis*, pro Epiſcopali Audientia dicebatur, *la cour de Chreſtienté.* Sic *Clericorum* nomen, quod commune olim omnium Chriſtianorum erat, vſus & authoritas fecit proprium illorum, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt: factum & idem Papæ nomini, quod cum omnibus Epiſcopis commune foret, Epiſcoporum coryphæo tandem proprium vſus idem & authoritas fecit. Quare & in *ea conſtitutione*, quam Sirmondus edidit *in append. Cod. Theod. n. 16.* cuique hæc lex inſerta, locus hic ita expreſſus: *Chriſtiani ſacerdotes vicinorum & proximorum locorum Eccleſias retinentes, quorum moribus congruit effectus talium præceptorum.* Chriſtianis igitur hanc ſollicitudinem iniungit *h. l.* Honorius, non quia Romanum nomen eò vſque viluiſſet, contrà Barbaricum nomen inualuiſſet, vt pro illorum libertate vindicanda oportuerit conſtituere vindices Chriſtianos: verùm quia ſæuitiæ & inhumanitati inter Romanos gliſcenti cohibendæ, ſolùm iam fermè *Chriſtianorum*, id eſt, Epiſcoporum & Clericorum, interceſſionem momenti aliquid habituram, ſolutis iam omni fermè Chriſtianæ charitatis vinculis Honorius credidit. Quare ſæuitiæ iſti cohibendæ Epiſcoporum & Eccleſiaſticorum ſollicitudo aduocata ab Honorio tribus conſtitutionibus *h. l.* & gemina germana conſtitutione ad Cæcilianum, Theodori (cui *hac lex* inſcribitur) in Præfectura Prætoriana ſucceſſorem, putà *l. vlt. ſup. de cuſtod. reor.* & ad Meletium A. 412. *l. 2. inf. de Expoſitis.* Aduocata & à Theodoſio Iun. *l. 2. ſeu vlt. inf. de lenonibus.* Imo ab eodem Honorio eodem fine Epiſcopali iudicio & arbitrio delecto, ſummum robur tribuit, *l. 8. Cod. de Epiſcopali aud.* quæ mihi videtur huic quoque iungenda. ¶ Sunt autem ad *hanc leg.* hæc duo præterea obſeruanda. Primum eſt, occaſio Hiſtorica *huius leg.* Quemadmodum ſcilicet ſuperior *lex* pertinet ad Alemannorum in Gallias irruptionem, ita hæc ad Scytharum & Gothorum in Illyricum impetum: de quo vide Sozomenum *lib. 9. c. 4.* & quæ dicam *ad l. 1. infr. de Lit. & itiner. Cuſt.* quæ huic coniungenda eſt, & Socratem *lib. 7. c. 10.* Quod aperriſſimè quoque docet *lex 25. infr. de petition.* quam huic noſtræ coniungendam eſſe dixi: *Cùm per Illyrici, inquit, partes Barbaricus ſperaretur incurſus, numeroſa incolarum manus ſedes quæſiuit externas, in cuius ingenuitatem adſidua petitorum ſolet libido graſſari, eique inlicitè iugum ſeruitutis inponere. Igitur Præſcriptum Tua ſublimitas recognoſcat, vt Illyricanos omnes, quos patria complectitur, vel alia quælibet terra ſuſceperit, petere non liceat.* Qui locus oſtendit incolas Scytharum & Gothorum terrore perculſos & impetu perterritos, cum ad externas ſedes & terras ſeſe contuliſſent, atque ſuſcepti fuiſſent, præiudicio poſtea habitationis in ſeruitutem petitos; quò pertinet *d. l. 25.* & locus Salniani *lib. 5. de gubern. Dei.* Vel præiudicio alimentorum in ſeruitute retentos quò ſpectat hac *lex.* Vide etiam quæ notabo *ad l. 8. inf. de tironib.* Igitur vtrique malo occurrendum, miſeriſque Illyricianis conſulendum putauit Honorius eadem conſtitutione: vnde deſumptæ ſunt hæc *lex*, & *d. l. 25. inf. de petition.* ¶ Quare (quod Alterum ad hanc legem notandum, idque ope *d. l. 25. infr. de petition.*) principium huius conſtitutionis, non vt vulgò creditur, de captiuis accipiendum videri poſſit. Verùm de iis qui cùm Barbarorum (Gothorum) incurſus *ſperaretur* (id eſt, timeretur) deſertis *ſedibus ſuis*, id eſt, agris, poſſeſſionibus, ad externas ſedes, à Barbarorum videlicet incurſu vel tutiores, vel remotiores, ſeſe contulerant, ne in captiuitatem & Barbaricam feritatem inciderent: Breuiter de profugis intelligendum videri, quos alij ſedibus ſuis & poſſeſſionibus ſuſceperant. Idque fuerit quod *h. l.* dicitur, *Quos Barbarica feritas captiuâ neceſſitate tranſuexerat*, id eſt, qui ne in captiuitatem inciderent, ſedes tranſtulerant aliò ſuas: & ſpontè tranſducti, vt loquitur *lex vn. infr. de inquilinis & colonis.* ¶ Verum etſi vtrumque non improbabiliter defendi poſſit, attamen priori quam propoſui Interpretationi adhærendum puto.

# DE INGENVIS, QVI TEMPORE TYRANNI SERVIERVNT.

## TITVLVS VI.

Commodiſſimè hic titulus ſuperiori connectitur, cui & argumento reſpondet.

MAXENTII in Sp. *legis* ſub hoc *titulo* poſitæ.

1. * Imp. CONSTANTINVS A. ad Voluſianum.

VNIVERSI deuotionis studio contendant, ſi quos ingenuis natalibus procreatos, ſub *Tyranno* ingenuitatem amiſiſſe, aut propriâ contenti conſcientiâ, aut aliorum indiciis recognoſcunt, natalibus ſuis reſtituere, nec expectatâ Iudicis interpellatione. Nam ſi quis contra conſcientiam ſuam, vel certiſſima teſtimonia plurimorum, in eâdem auaritiâ & tenacitate permanſerit, ſeueriſſimâ pœnâ multabitur. ¶ Placet autem etiam eos periculo ſubiugari, qui ſcientes

ingenuos ſeruitutis neceſſitatem per iniuriam" ſuſtinere, diſſimulant." Prop." VIII." Kal.Maij." Rom. Voluſiano & Anniano COSS. [314.]

INTERPRETATIO. *Ingenui qui temporibus Tyranni addicti ſunt ſeruituti, ingenuitati reddantur. Quod ſi quis hoc ordine ſciens addictum ingenuum in ſeruitute tenuerit, nouerit in ſe legibus vindicandum.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod.Iuſt.nam Temporarium ius non perpetuum ea continet,& ad horum temporum rationem & hiſtoriam pertinet.

" Quis *Voluſianus* hic fuerit, vide *comment.*

" Priuati.

" Deuotio pro affectu quoque in rem publicam, & vbi publicè quid intereſt *h.leg. & l.7.de famoſ.lib. l.37. de operib. publ.* vide Gloſſ.

" MAXENTIVM intelligit;vide *Conſul.Theod*,pariter vt *l.1.inf. de cohortalib.* Quæ duo loca ſunt *hoc Cod.Theod.* ad *Maxentium* exertè pertinentia.

" non mutandum in, *conuicti.*

" Indiciis, quæ *certiſſima plurimorum teſtimonia firmant, infr.*

" Liberos dimittere.

" *Nec*, id eſt, *non.*

" Id eſt, cum ſciret quem ingenuum.

" *Incuriam*, Cuiaciana edit.malè.

" Diſſimulans punitur quandoque: dixi *ad l.2.ſup.de conſtitut.Princip.*

" Pertinet ſcilicet hæc lex ad plebem Rom.

" Dat.XVIIII Ani.And.

" *Mar.*Anian.opt.not.

## COMMENTARIVS.

IIS qui INGENVVM in ſeruitutem prolapſum ſub Maxentio Tyranno detinet, cùm eum ingenuum eſſe ſcit (per ſe videlicet & propria conſcientiâ aut aliorum indiciis & plurimorum certiſſimo teſtimonio edoctus) etiam non interpellatus, neque coràm Iudice conuentus, eum in libertatem dimittere, ſuíſque natalibus reſtituere à Conſtantino *h. l.* A.D.314. iubetur, ſub ſeueriſſimâ pœnâ. Sed & diſſimulans ingenuum prodere puniri iubetur. Diſſimulans ſcilicet quid ſæpe punitur, vt nonnullis exemplis iam oſtendi ad *l.2. ſup. de conſtitut. Princip.* Sed & propria ſæpe conſcientia ſufficit in nonnullis, ſic vt Iudicis interpellationem expectari non oporteat. ¶ Cæterùm pertinet *hæc lex*, vt iam indicaui, ad MAXENTII TYRANNIDEM. *Tyrannus* qui *h. l.* dicitur, pariter vt altera Conſtantini M. lege anno prox.315. *l.1. inf. de cohortalibus*, Maxentius eſt. Sub eo ſcilicet è plebe nonnulli ingenuis natalibus procreati, ingenuitatem amiſerant: ſicut Senatores ſub Licinio Tyranno aliquando ad nauicularium munus deiectos teſtatur *lex 4. inf. de infirm. his quæ ſub tyran.* quorum pariter ſtatus reformari iubetur. Et quidem nonnulli è plebe Romanâ: quod oſtendit non tantùm ſubſcriptio legis, *P.P. Romæ* verùm etiam *Voluſiani* nomen, cui hæc *lex* inſcribitur: Hunc enim *Rufum Voluſianum* eſſe exiſtimo, qui ſub Maxentio Tyranno Præfectus Prætorio fuit, teſte Victore Schotti. In Faſtis Capitolinis nomina eius ſic plenè: *C. Ceionius Rufus Voluſianus.* Ad eundem eſt hoc ipſo anno *l.1. infr.de nauiculariis*:nulla pariter magiſtratus ab eo tum geſti mentione factâ. Idémque hoc anno conſulatum geſſit. Certè incertus Author de Præfectis vrbi, eum hoc, & ſuperiore anno, quin & ſequentis anni 315. principio Præfectum Vrbi fuiſſe ſcribit (quod & *l.2. infr. quorum appellat. non recip.* teſtatur) vſque ad 15. Kal. Sept. cui Rufinus poſtea ſuffectus eſt. Hinc igitur hæc lex *PP. Romæ.* Porrò factum fortè id propter famem: cum Author Panegyrici (Ann. 316.habiti) ſcribat diſertis verbis, PLEBEM ROMANAM *à Maxentio fame enectam.* Et Author vitæ Conſtantini *lib.1. c.30.* diſertè, de hâc fame grauiſſima, Romæ per Maxentium procurata agens, addit: τοῖς ἀπόλλυσθαι κατέδυλοῦτο. Vnde fit veroſimile, in ſeruitutem ſeſe plures alimentorum causâ addixiſſe, vel etiam à parentibus liberos addictos, quod & aliàs factum docet *lex vn. ſup. de patribus qui fil. diſtrax. & lex vn. infr. de his qui ſanguin.* Et elegantiſſima *Nouella* Valent II. *de parentibus qui filios ſuos diſtraxerint per neceſſitatem.* ¶ Tandem haud abſimilis hoc eodem anno & menſe altera pro libertate conſtitutio Conſtantini M. extat in *l. vlt. Cod. de longi temp. præſcript. quæ pro libertate*; ad Dionyſium Vicariam Præfecturam agentem, his verbis: *Sola temporis longinquitate (etiamſi ſexaginta annorum curricula exceſſerit) libertatis iura minimè mutilari oportere, congruit æquitati.* Quam legem putaret quis huic noſtræ iungendam: ſi, quod haud adeò abſurdum, inſcriptio ita emendaretur *ad Volyſium Vir. Clariſ. Præfecturam agentem*, vel, *Vrbicariam Præfecturam agentem.* ¶ Certè huic *legi* ſocianda videtur *lex 2. Cod. Iuſt. de dignitatib.* eidem Voluſiano inſcripta, quâ famoſis dignitatum portæ præcluduntur, quibus vt videtur nonnullis à Maxentio eæ collatæ fuerant. Ab *hâc* tandem *lege* non abludit Conſtantini Edictum illud, quod memorat Auctor vitæ Conſtantini, *lib.1. c.34.* Tandem non abſimilis Conſtantini *lex 1. infr. de cohortalibus.* Rurſum haud abſimile eiuſdem Maxentij Tyranni factum.





# DE EXPOSITIS.

## TITVLVS VII.

VIII. COD. IVST. LII. *De Infantibus expoſitis liberis & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos emptos vel nutriendos acceperunt.* In vnicum proinde *Cod. Iuſt.* titulum duo huiuſce Codicis, hic videlicet & ſequens, coaluêre. Huic etiam reſpondet titulus *Decretalium, de Infantibus & languidis expoſitis.*

## PARATITLON.

EXPOSITI ſunt pueri, puellæ, ſiue ſerui ſiue liberi, proiecti de domo, *l.1.* quos pater vel dominus recens natos domo abiecit, *d.l.1.* quíque adeò quodammodò ad mortem expoſiti ſunt, *l.2.* Hos igitur, aliis voluntate miſericordiæ amica colligere licebat; ſic, vt ſi is qui collegit ſuis alimentis ad robur expoſitum prouexerit, patribus & dominis nullus expoſiti repetendi aditus relinqueretur: *l.1.& 2.* Quinimò is qui collegit, eum ſub eodem ſtatu retinere poſſet, quem apud ſe collectum vellet agitare: id eſt, ſiue filium, ſiue ſeruum: *d.l.1.* ſi modò coram teſtibus fecerit, & Epiſcopus loci id ſubſcriptione ſua firmauerit: *d.l.2.*

---

### 1.*Imp.CONSTANT. A.ad Ablauium" PF.P.

QVICVNQVE puerum vel puellam, proiectam de domo, patris vel domini voluntate" ſcientiáque, collegerit"; ac ſuis alimentis ad robur" prouexerit; eundem retineat, ſub eodem ſtatu quem apud ſe recollectum voluerit agitare, hoc eſt, ſiue filium, ſiue ſeruum eum eſſe maluerit; Omni repetitionis inquietudine penitùs ſubmouendâ, eorum, qui ſeruos aut liberos ſcientes propriâ voluntate domo recens" natos abiecerint. Dat. XV. Kal. Maij Conſtantinop. Baſſo & Ablauio COSS. [331.]

INTERPRETATIO. *Quicunque expoſitum recenti partu ſciente patre vel matre vel domino collegerit, ac ſuo labore educauerit, in illius à quo collectus eſt poteſtate conſiſtat, ſeu ingenuum, ſeu ſeruum quem nutriuit eſſe voluerit, & ſi adoptare" voluerit in filium vel libertum aut in ſeruitium permanere, propria vtatur poteſtate.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod.Iuſt.Antiquatur quippe ſeu abrogatur ea à Iuſtiniano *l.vlt Cod.eod tit.*Hanc *leg.*intelligit Author formularum ſecundùm L.Rom.*in formula collectionis* 11. ibi,*ipſum in ſeruitiis ſuis ac ſolatiis ſecundum Legis ordinem retineat.*

" Vide *ſup.l.1.de repudiis, & l.2.infr.de Iudæis.*

" Quacunque ratione, ſiue impietate quadam aut inhumanitate ſiue egeſtate & fame compulſus. De quo mox plura.

" *Collecti* inde, ſeu *collectitij*: Recollecti *infr.*& collectio. Cuius formula extat apud Authorem *Veterum formularum ſecundum Legem Romanam formula* 11. & editionis Lindebrogiæ 138. vide & *Capitularium lib.6 tit.142.*

" *Ætatis.*

" *Sanguinolentos*, dicam fuſiùs *tit.prox.* Nempe vt venditi, ita expoſiti à parentibus ſanguinolenti ſeu recens nati, *οἱ χαμαίδη, νήπιοι ἀρτίως παρεληλυθότες εἰς φῶς καὶ ἀνθρώπινον βίον*, vt Philo loquitur de hoc more exponendorum agens *lib.de ſpecial.legib.p.614.* χαμαιπετεῖς Iuſtinianus hos appellat, & Suidas in voce χαμαιπετεῖς.

## COMMENTARIVS.

CONSTANTINI M. hæc conſtitutio eſt de *Expoſitis* Collectitiis, id eſt, qui expoſiti ab aliis collecti ſunt: de quibus expreſſo capite Firmicus, *lib.7. c.1.* quâ Collectorem infantis expoſiti ſciente vel volente patre aut domino, ſiue puer is ſit, ſiue puella, ac maximè ſi eum ipſe educauit, eius poteſtatem nanciſci iubet: tùm Parentibus & dominis repetitionis iure adempto: tùm ipſi collecto Adſertionis iure denegato: ſic vt collector pro arbitrio ſuo collectum infantem filij vel ſerui loco prout maluerit, habere poſſit, vel etiam liberti loco, quod Interpres addit. ¶ Neque diſtinguit Conſtantinus M. egeſtatenè, aut fame compulſus pater, aut dominus filium, filiam vel ſeruum expoſuerit, an verò nulla neceſſitate adigente. Nam & illo caſu hoc obtinere ſe velle generalibus verbis

indicat. Illud tantum requirit Conſtantinus, vt pater vel dominus ſcierit, aut voluerit: vt etiam requiritur *l. 1. 2. 3. Cod. eod. tit.* ¶ Quæ quidem noua eſt admodum Conſtantini M. conſtitutio. Olim quippe neque Pater ius ſuum amittebat, ſed filium ſolutis alimentis recuperabat. Quò pertinet *lex patrem* 16. *Cod. de nuptiis*: & Quintiliani locus *Declamat.* 279. Cuius titulus eſt *Expoſitos. Vis ſcire*, inquit, *quùm pater non fueris? Recipere illum niſi ſolutis alimentis non potuiſti. Lex tibi dicit, alienus eſt, & tibi, vt pater eſſe incipias, emendus*: & infra, *alimenta ſoluiſti, computaſti mecum, vt expoſitum reciperes.* Item olim ipſimet collecto aſſertio competebat, quod Traiano olim placuerat. Is quippe Plinio dubitanti reſcribit, *lib.* 10. *Epiſtol.* 67. Aſſertionem non eſſe denegandam θρεπτοῖς, id eſt, iis, qui liberi nati expoſiti ab aliis, ſublati, collecti tanquam ſerui educati fuiſſent: Nec ipſam libertatem pretio alimentorum redimendam, id eſt, non cogendos pretium alimentorum ſuſceptoribus ſuis reddere. Cui poſtremò ſimile eſt etiam quod ſtatuitur *l. vn. ſup. de patribus qui filios diſtraxerunt. & l. 2. ſup. de poſtliminio.* Noua igitur hæc Conſtantini M. conſtitutio eſt. At non ideo aut ſæua, aut iniqua his moribus. Hoc ſcilicet ſaltem modo, metúque Conſtantinus M. improbo exponendorum liberorum mori occurrendum putauit, atque adeò parentes & dominos ab exponendis liberis & ſeruis deterrere voluit; quandoquidem & his parentibus egentibus de publico alimenta petentibus præberi iam ante idem Conſtantinus iuſſerat, conſtitutione emiſſa ad eundem Ablauium PF.P. *l. 3. infr. de alimentis quæ inopes parentes de publico petere debent.* Metû inquam, Aſſertionis iure denegato, & amittendi dominij & patriæ poteſtatis metu. Patriæ denique poteſtatis ius hoc facto adimi voluit Conſtantinus, non minus quàm dominij ius: ſi ſciente, aut volente patre filius expoſitus fuerit. Idem ſanè ab eodem Conſtantino conſtitutum in liberis & ſeruis propter egeſtatem diſtractis, *l. vn. inf. de his qui ſanguinol.* ante biennium. Idemque multò magis Honorius Imperator ſtatuit de dominis & patronis, ſi ſeruos aut libertos ſuos expoſuerint; vt inquam omnis repetitio eis denegetur: *l. 2. infr. eod.* Idémque denique ſynodis Gallicanis comprobatum, ſi intra decem dies à collectione nemo eſſet, qui repeteret, quâ de re eſt *c. 32.* Synodi Arelatenſis 2. & Vaſenſis *c. 9.* vide & *capitular. lib. 6. c. 142.* At Iuſtinianus tandem *l. vlt. Cod. de infirm. expoſitis*: & *Nouell.* 153. aſſertionem conceſſit, repetitionem denegauit, voluit ſcilicet Expoſitos eſſe liberos & ingenuos, licet ſerui nati eſſent, nec vindicari poſſe ab eo qui expoſuit, nec ab eo qui emit, vel ſuſtulit, ne ex pietatis officio lucrum faciat. Nos ad Conſtantinum redeamus. Frequens ſcilicet cùm ante tùm Conſtantini ſeculo mos increbuerat, liberos, egeſtate forte victus atque alimoniæ vel vendendi, vel oppignorandi, vel etiam interficiendi; vt oſtendunt *lex* 1. & 2. *d. tit. de alimentis quæ inopes*, & *lex vn. infr. tit. prox. de his qui ſanguinolentos.* Certe de Conſtantini ſeculo, vt tetroſiora omittam, (ex Tertulliani quoque *ad Nationes* libris à me editis) teſtis eſt luculentus, Firmicus, qui & *lib. 7. c. 1.* peculiarem Expoſitorum genituram, latè explicat. Lactantius Conſtantino coæuus, *lib. 6. Diuinar. Inſtit. cap.* 20.

*Quid illi, quos falſa pietas cogit exponere? Non poſſunt innocentes exiſtimari, qui viſcera ſua in prædam canibus obiiciunt, & quantum in ipſis eſt, crudelius necant, quàm ſi ſtrangulaſſent. Quis dubitet quin impius ſit, qui alienæ miſericordiæ locum non tribuit? qui, etiam ſi contingat ei, quod voluit, vt alatur, addixit certè ſanguinem ſuum vel* AD SERVITVTEM, *vel ad lupanar. Quæ autem poſſint, vel ſoleant accidere in vtroque ſexu, vel per errorem, quis non intelligit? quis ignorat? Quod vel vnius Oedipodis declarat exemplum, duplici ſcelere confuſum. Tam igitur nefarium eſt exponere, quàm necare. Atenim parricidæ facultatum anguſtias conqueruntur, nec ſe pluribus liberis educandis ſufficere poſſe prætendunt: quaſi verò aut facultates in poteſtate ſint poſſidentium, aut non quotidiè Deus ex diuitibus pauperes, & ex pauperibus diuites faciat. Quare ſi quis liberos ob pauperiem non poterit educare, ſatius eſt, vt ſe ab vxoris congreſſione contineat, quàm ſceleratis manibus Dei opera corrumpat.* Quo Lactantij loco notari oportet *falſam pietatem* ab eo vocari parentum; ob facultatum anguſtias liberos exponentium, ad Conſtantini mentem *hac lege* proximè. Cui prætextus ille pariter, vt antea monui, diſplicet. Secundò, quod ait, expoſitos ad *ſeruitutem* addici; vel ſerui loco nutritos; & id ipſum ad Conſtantini mentem: quod etiam Firmicus oſtendit *lib. 7. c. 1. Expoſiti nutriuntur laqueis ſeruilibus implicati*: de quo & hic Senecæ locus, *controu.* 33. *Expoſiti in nullo numero ſunt*, SERVI *ſunt; hoc Legumlatori viſum eſt.* Cæterum *in hac leg.* obſeruandum adhuc, collectori alumnum filij loco ſæpè habitum: quod vt comprobat *d. lex* 11. ita & Firmicus ipſe, horum temporum ſcriptor oſtendit *d. lib. 7. cap. 1. p. 195. Expoſiti ab aliis colligentur*, (perperam editum, *coniungentur*) *& in libertatem redditi, filiorum loco nutrientur.* Sic Idem *cap. 5. Nati ſerui libertatis præmia conſequentur, aut filiorum loco nutrientur.* Quod duplici ſenſu accipi poteſt, partim eo ſenſu quo educator alumnum ſuum, quem liberaliter educauit, *filium* fere vocat, vt apud Senecam *lib. 5. Controuerſ. 26.* etſi reuera ius filij non habeat, *l. 1. §. 10. ff. de SC. Syllaniano*: ne quidem emancipati: Partim ſi eum adoptauerit; Quo ſenſu Interpres *hîc* accepiſſe videtur. Aliò tamen, pertinet Tertulliani locus *lib. 1. aduerſus Nationes, cap. 16. Inprimis cum infantes veſtros alienæ miſericordiæ exponitis, aut in adoptionem melioribus parentibus*, &c. Paulò aliter *Apologetici cap. 9. In primis filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereunte miſericordia extranea: vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis.* Aliò, inquam hæc Tertulliani loca pertinent: ad parentum inquam expreſſum factum liberos ſuos in adoptionem aliis dando, quod Tertullianus quoque in Nationibus carpit, & quidem atroci *exponendi* verbo: quod & eos liberos parentes quodammodo exponant, quos in adoptionem aliis dant: vtpote quorum curam & ſolicitudinem iam deponant: quinimò & inceſtis materiam præbeant, non minus quàm expoſitis liberis. ¶ Et hæc quidem de *Infantibus* expoſitis ſiue filiis, ſiue ſeruis. Alius, etſi non abſimilis omninò caſus, de ægris & affectis mancipiis tædio medendi expoſitis in inſulam fortè Æſculapij, quos Claudius Imp. liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini voluit, teſte Suetonio in *Claudio, c. 14.*





11. *Impp. HONOR. & Theod. AA. Militio″ PF.P.″

NVLLVM dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus, ſi expoſitos quodammodo ad mortem″ voluntas miſericordiæ″ amica collegerit: nec enim dicere ſuum poterit, quem pereuntem contempſit; ſi″ modò teſtes Epiſcopalis ſubſcriptio fuerit ſubſecuta, de quâ nulla penitùs ad ſecuritatem″ poſſit eſſe cunctatio. Dat. XIIII.″ Kal. April. Rauen. Honor. NB.″ P. IX. & Theod. V. AA. COSS. [412.]

INTERPRETATIO. *Qui expoſitum puerum, vel puellam ſciente domino vel patrono miſericordiæ cauſa collegerit, in eius dominio permanebit: ſi tamen conteſtationi de collectione eius Epiſcopus, clericique ſubſcripſerint, quem poſtea ſuum dicere quiſquam non poterit, quem proieciſſe probatur ad mortem.*

## NOTÆ.

* Legis 2. *Cod. de infantib. expoſitis* pars hinc deſumpta eſt & Valentiniani conſtitutione ſubiecta. Sic enim habet lex illa: *Imppp. Valentin. Valens & Gratian. AAA. ad Probum PF.P. Vnuſquiſque ſobolem ſuam nutriat. Quod ſi exponendam putauerit, animaduerſioni quæ conſtituta eſt ſubiacebit. Sed nec dominis*: & cætera quæ *h. l.* ſequuntur, vſque ad ea verba: *Si modo, &c.*

″ Melitio alibi.

″ An Italiæ? an Galliarum?

″ De hâc locutione in *comment.*

″ De hâc quoque locutione vide *comment.*

″ Sequens ſententia à Triboniano omiſſa eſt de quo mox.

″ Vide locum Arelatenſis Concilij 2.

″ *NB. P.* Inducenda ſunt iſta. Hunc enim Nobiliſſimi Pueri titulum Honorius ante 26 annos gerebat.

## COMMENTARIVS.

HONORII iſthæc conſtitutio eſt de *collectitiis*; quâ is EXPOSITOREM dominum vel patronum ſerui aut liberti, dominij & patronatus iure multari vult: Contra expoſiti collectorem eum ſibi adquirere: Nullâ pariter exponendi cauſâ inſpectâ, vel diſtinctione factâ. Et tamen nullâ de patre exponente factâ mentione, ſed domini tantùm aut patroni; vt videri poſſit Honorius de Parentibus liberos exponentibus peculiare ius aliquod probaſſe, & fortè ſeuerius. Cuiuſmodi ſanè ius continetur Valentiniani Sen. *l. 2. in pr. Cod. eod. tit.* cui *huius legis* verba ſubtexta ſunt à Triboniano: Putà, vt non tantùm iure patrio excideret, verùm etiam animaduerſioni ſubiaceret quaſi homicida, vt loquitur *Capitularium lib. 6. cap.* 142. Et ex ratione *legis; necare, 4. π. de agnoſcendis liberis.* In dominis & patronis abundè viſum eos iure dominij aut patronatus multari. Cui proximum eſt Edictum illud Claudij Imperatoris, quo ſerui ægri & affecti à domino eiecti & derelicti, tædio medendi, liberi fiebant: *l. 2. π. qui ſine manumiſſion. l. 2. §. ſed ſcimus, C. de Latina libertate*: Et Suetonius *in vita Claudij, cap.* 25. Et Dio, & Suidas. ¶ Vt autem is, qui expoſitum ſeruum aut libertum collegit, ſuum tutò faciat, id conuocatis teſtibus facere *hâc* Honorij *lege* iubetur, idque in teſtationem redigere, & ſic inſtrumentum ſuper eo conficere: quomodo & Conſtantinus confici voluit in emendo ſanguinolento, *l. 1. infr. tit. prox. de his qui ſangu.* eámque offerre Epiſcopo ſubſcribendam (Anianus addit & Clericis.) Rationem eius rei *hac lex* hanc aſſignat, ne vlla penitus ad ſecuritatem poſſit eſſe cunctatio: id eſt (vt loquitur Concilium Vaſenſe) vt ab omni calumniatorum metû collector in poſterum liberetur, nec à quoquam poſſit plagij aut furti deinceps inſimulari. Nam & hac conteſtatione apparebit, eum collegiſſe expoſitum, non malo more, aut malâ fide quæſiuiſſe, captaſſe (de quo captandi more inter alia vide Tertulliani locum *lib. 1. ad Nationes, cap. 16.*) Quod ius Synodis Gallicanis receptum fuit, hanc Conſtitutionem ſequutis, Vaſenſi inquam, & Arelatenſi ſecundo. Illius verba ſunt hæc, *can. 9. De Expoſitis id obſeruandum eſt, vt ſecundum ſtatuta fideliſſimorum Auguſtorum piiſſimorúmque Principum, quiſquis expoſitum colliget, Eccleſiam conteſtetur: poſt conteſtationem, colligat.* Huius hæc verba ſunt, *can. 32. Si Expoſitus ante Eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat Epiſtolam; & ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnitúſque non fuerit,* SECVRVS *habeat qui colligit.* Qui Canon totidem verbis repetitur *lib. 6. capitularium cap.* 142. Et verò formula collectionis iſtius extat apud Authorem *veterum formularum ſecundum legem Romanam.* Illud itaque mihi obſerua, quod Epiſcopalem interuentum hâc in re Honorius requirit: quod & duabus aliis *legibus* in ſimili expoſcit: putà *l. vlt. ſup. de poſtliminio, l. vlt. ſup. de cuſtod. reor.* & Theodoſ. Iun. *l. vlt. inf. de Lenonibus.* Nempe hoc illud ſeculum eſt, quo collapsâ iam omni iuſtis reuerentia & charitate Chriſtiana, ſæuientibus in ſe inuicem Chriſtianis, Barbarorum in morem Epiſcopalis reuerentiæ vnus ferme obex reliquus erat. Quare ſubinde Principes eius interuentum aduocare neceſſe habuerunt. Et hæc de *huius l.* ſententia.

¶ Verùm id omne poſtea Iuſtiniano diſplicuit. Nã etſi exponentẽ dominio expoſiti aut patronatu multari voluerit, non tamen collectori eum adquiri voluit, ſed liberum huiuſmodi expoſitum eſſe maluit, *l. vlt. Cod. eod. tit.* Quæ ratio eſt cur vltimam *huius legis* ſententiam omiſerit. ¶ Illud monendum eſt, hanc legem pertinere videri poſſe ad famem in Italia hoc tempore graſſantem, poſteaquam ſcilicet à Gothis Italia deuaſtata fuerat & Tyranni nonnulli commeatus intercluſerant, adeò vt ad infames eſcas coacti fuerint, pretiúmque carni humanæ depoſcerent: De quo videndi Oroſius, Zoſimus, Olympiodorus *apud Photium*, & Sozomenus *lib. 9. cap.* 8. Hæc proinde exponendorum ſeruorum & libertorum infantium cauſa hoc tempore fuerit: cùm maiores ſerui ad Barbaros

transfugerent, teſte Sozomeno *lib.9. c.6.* Quanquam id ipſum & ad Gallias referri poſſit, à Tyrannis & Barbaris hoc tempore infeſtatas. De quo certius aliquid dici poſſet, ſi liqueret, quamnam Præfecturam *Melitius*, cui hæc *lex* inſcribitur, geſſerit. In quod tamen inquiro ad *l.41. infr. de Epiſcopis*, atque in id pronior ſum, P.P. Galliarum fuiſſe.

¶ Tandem & illud obſeruandum, conſtitutionem Honorij & Theodoſi ad Troiectum conſularem editam ex *Cod. Anicienſi* à Sirmondo *n.5.p.13.* datam, Monaxio & Plinta Coſſ. quâ collectitij vel empti famis causâ vendentibus dominis aut patronis eorum eſſe qui collegerint, vel emerint, iubentur, aut pretij duplum & expenſas ſic numerari. Verùm iure falſi ſuſpecta eſt hæc conſtitutio, vnà cum cæteris quæ ex appendice continentur, de quo in *Prolegomenis* ſemel.

¶ Omitti interim non debent hæc *huius leg.* verba: Primò, *Expoſitos quodammodo ad mortem*: In quam ſententiam multa Patres, & in his Athenagoras *in fin. Apol.* qui eandem τῶν ἐκτιθόυντων ϰ τεκνοκτονούντων conditionem facit, & ICtus *in d. l.4. de liber. agnoſc. Necare videtur non tantùm is qui partum perfocat, ſed & is qui abiicit & qui alimonia denegat, & is qui publicis locis exponit.* Et Lactantius *lib.6. cap.20.* tàm *nefarium eſt exponere, quàm necare.* vide & *Nouell. Iuſt.153.* & Forn. 1. *Quotid.20.* Secundò illa: *voluntas miſericordiæ amica collegerit.* Similem hâc in re locutionem aiibi paſſim obſeruare licet apud Philonem, *de ſpecialibus legibus p.613.* Tertullianum *lib.1.aduerſ. Nationes, c.16. Cum infantes*, inquit, *veſtros alienæ miſericordiæ exponitis, aut in adoptionem melioribus parẽtibus.* Vt & Apologetici *cap.9. Filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereunte miſericordia extranea.* Et Minucius Felix, *Octauio: Dum etiam dominatos alienæ miſericordiæ frequenter exponitis.* Et Lactantius *lib.6. cap.20. Quid illi*, inquit, *quos falſa pietas cogit exponere?* Et mox: *Quis dubitet quin impius ſit qui alienæ miſericordiæ locum non tribuit.* Et *Capitularium lib.6. cap.142. ſi Expoſitus ante Eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus.* Vide & *can.32.* Synodi Arelat.2. Vaſenſis *c.9.* Matiſcenſ. apud Burchardum *c.6.* Vandelb. *in V.B. Goaris.* Sed & ICtus *in l. necare 4. π. de agnoſcendis liberis. Qui publicis*, inquit, *locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet.* Vnde eleganter Quintilianus, Collectores Expoſitorum, *Obuios patres* vocat, *Declam.206. Alia tamen conditio*, inquit, *eſt eorum, quibus obuium patrem quærit exponentium paupertas.*

# DE HIS QVI SANGVINOLENTOS EMPTOS VEL NVTRIENDOS ACCEPERINT.

## TITVLVS VIII.

Reſpondet huic titulo, *titulus 3.lib.3.ſup.de Patribus qui filios diſtraxerunt.* Et *titulus Cod. de infantib. expoſitis liberis & ſeruis, & de his qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.*

---

### 1. * Imp. Conſtantin. A. Italis″ ſuis.

SECVNDVM ſtatuta † priorum Principum, ſi quis à″ ſanguine quoquo modo legitimè comparauerit, vel″ nutriendum putauerit, obtinendi eius ſeruitij habeat poteſtattem (: Ita, vt ſi quis″ poſt ſeriem annorum ad libertatem eum repetat, vel ſeruum″ defendat, eiuſdem modi alium præſtet, aut pretium quod poteſt valere exoluat:) Qui″ enim pretium competens inſtrumento″ confecto dederit, ita debet firmiter poſſidere, vt & diſtrahendi pro ſuo debito cauſam″ liberam habeat: Pœnâ ſubiiciendis iis, qui contra hanc legem venire tentauerint. Prop.″ xv. Kal. Septemb. Serdice, Conſtantino VIII. & Conſtantio IV. AA. COSS. [329.]

INTERPRETATIO. *Si quis infantem à ſanguine emerit, & nutrierit, habendi eum & poſſidendi liberam habeat poteſtatem: ſanè ſi nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiuſdem meriti mancipium nutritori dabit, aut nutritor pretium, quantum valuerit, qui nutritus eſt, conſequetur.*

## NOTÆ.

* Lex 2. *Cod de patrib. qui filios diſtrax.* hinc deformata eſt. Eandémque innuere & abrogare videtur *lex vn. ſup. de patrib. qui filios diſtr.*

″ Prouincialibus ſalutem, *d.l.2.*

† Statuta hæc priorum Principum ante Conſtantinum, ſuper venditis ſanguinolentis, notanda, quorum alibi nec vola, nec veſtigium extat.

″ Quid ſibi hæc verba velint? mox dicam.

″ *Vel*, pro *&*.

″ Quicunque tandem ſit: de quo mox.

″ Suum



″ Suum eſſe ſcilicet.

″ Emptor.

″ Inſtrumentum igitur hâc parte neceſſarium? Dicam mox.

″ Ius, facultatem, poteſtatem, titulum.

″ *Dat.* in Aniano Rhem. Rectiùs. Neque enim Sardicæ proponi potuit Conſtantini lex data ad Italos. Et ſanè hoc Annò Sardicæ fuiſſe Conſtantinum docet quoque *lex 16. infr. de Decur.*

″ Hanc interpretationem paucis omiſſis habet Author *formularum veterum ſecundum Legem Romanam* ex corpore Theodoſiani Libri Quinti, de quo *in Prolegomenis.* Et quidem *in Epiſtol. collectionis 11. p.313.* Ideo quia Expoſiti à matricularis collecti, aliis nutriendi vendebantur, ea conditione vt qui emerent eos in ſolatiis ac ſeruitiis ſuis ſecundum legis ordinem ſeruarent.

## COMMENTARIVS.

INFANTIS Sanguinolenti emptorem pleno iure eius dominium conſequi iubet *hâc l.* Conſtantinus M. firmatis in eo ſuperiorum ante ſe Principum Conſtitutionibus: ſic quidem vt eum nemo aut ad libertatem retrahere, aut tanquam ſeruum ſuum vindicare poſſit, niſi vicario ſeruo pro eo præſtito, aut pretio quod valere poteſt, refuſo: Imò qui emit eum pro arbitrio ſuo diſtrahere poſſit. Plenum igitur ex hac Conſtantini Magni quoque Conſtitutione empti infantis dominium conſequitur emptor, etſi non perfectum, vtpote qui ab eo recedere poteſt, vel refuſo pretio, vel vicario in vicem dato. Atenim Theodoſius M. poſteà reſtitui filium citra pretij reſtitutionem voluit, *l. vn. ſup. de patribus qui filios diſtraxer.* Contrà Valentinianus Tertius *Nouella de patribus qui fil. XI.* emptores pretium ſub quintæ adiectione recipere voluit. Vt Valentiniano ita & Conſtantino M. ratio hæc propoſita fuit, ne rebus deſperatis & afflictis emiſſe pœniteret; & emptoribus non repertis, neceſſe eſſet infantes exponi, aut fame enecari. Quod ne fieret, aliâ etiam ratione iam præuiderat ante *hanc leg.* Conſtantinus: nempe vt alimenta de publico inopibus parentibus darentur: *l.1. & 2. inf. de alim. quæ inop. par.* Et tamen cùm nihilominùs id fieret, ad hanc conſtitutionem deſcendendum credidit. Et quidem per Italiam, quod notandum: pariter vt per eandem Italiam alimenta de publico inopibus parentibus præberi iuſſerat, *d. l.1. inf. de alimentis*: quod oſtendit malum iſtud ſub Conſtantino M. per Italiam plurimùm inualuiſſe. Sub quo in vniuerſum exponendorum, vendendorum, oppignorandorum, occidẽdorum infantum piaculum percrebuiſſe præter *hanc l. & d. l.1.2. infr. de alim.* docet *lex vnic. ſupr. de expoſitis*: & Lactantij locus *lib.6. cap.20.*

¶ Ergo huic malo enixè, & perpenſo ſtudio occurrendum ratus Conſtantinus M. ne inquam quiſquam infantum fame periret, emptores & nutricios ſpe dominij alliciendos inter alia credidit. Pœnâ etiam propoſita iis, qui poſteà horum dominium interturbarent: Quiqui illi eſſent. Quam quidem conſtitutionem Tribonianus in ſubſtantiâ retinuit, niſi quod eam nominatim de filiis concepit, cùm hæc lex communis ſit tam ſeruis quàm liberis venditis. Sed & non tantùm parentibus verùm & extraneis quibuſque redimendi huiuſmodi filiis, vel vicarij eius loco dandi poteſtatem facit: Quomodo & publicè cuique proſtitutas redimendi facultas datur: *l. vlt. Cod. de ſpectaculis.*

¶ Ex *hâc* interim *Lege*, vt & *l. vn. ſupr. de patribus qui filios*: decidi poteſt illa quæſtio, vtrùm huiuſmodi filius venditus ſeruus reuerà fiat, an verò tãtum ſeruiat? Vera ſcilicet eſt Ioannis ſententia exiſtimantis, eum verè ſeruum factum; etſi ex accidenti poſteà in libertatem pretio vel vicario præſtito eripi poſſit. Quomodo & aliis quibuſdam caſibus, qui ſeruus factus eſt, liberari nihilominùs poteſt, *§. dominus, Inſt. de noxal. action. l. nemini, Cod. de Epiſcopali audientia*: *l. vlt. Cod. de captiuis.* Id verò apertiſſimè oſtendunt *huius l.* verba, ibi, *ad libertatem cum repetat.* item ibi, *debet firmiter poſſidere*: rurſum ibi: *vt & diſtrahendi pro ſuo debito cauſam liberam habeat.* ¶ Illud etiam notandum, *Inſtrumentum* hoc caſu à Conſtantino M. requiri, pariter vt in collectione Expoſiti, *l.2. ſupr. de expoſitis*: vt inquam conſtare poſſit, huiuſmodi infantem ab emptore emptum ab hoc, vel illo fuiſſe: vt ita patre vel domino iam ad meliorem fortunam reuerſo, ad redimendum infantem, ſiue filium, ſiue ſeruum ſuum, veniente, nulla dubitatio eſſe poſſit: Ex quo illud magis magíſque conſtat, redimendi facultatem *hâc l.* à Conſtantino M. tantùm datam venditoribus ipſis, quorum nomina inſtrumento comprehenſa eſſent. Atque hâc de causâ inſtrumentum hoc caſu requiritur: quod ipſum & aliis caſibus ſæpè deſideratur, aliàs non neceſſarium.

¶ Porrò agitur *hâc l.* nominatim de Infantibus *ſanguinolentis* venditis. *A ſanguine comparare*, *h.l.* eſt ſanguinolentum emere. Quod docet primùm Rubrica *huius tituli, de his qui ſanguinolentos emptos, vel nutriendos acceperint.* Secundò *lex 2. Cod. de patrib. qui fil.* quæ cùm ex *hâc l.* deformata ſit, à Triboniano, *ſanguinolentos emptos* ait, loco *emptorum à ſanguine.* Tertiò & *d.l.1. infr. de alim. quæ inop. par*: quæ ad eundem ſcopum pertinet, *naſcens infantia* vocatur. Tandem & antiquus Auctor *veterum formularum ſecundum leg. Romanam*, qui Interpretationem Aniani *huic legi* ſubiectam refert, *p.312.* ſanguinolentum panniſque inuolutum dixit.

¶ Ergo *ſanguinolenti* potiſſimum venditi. Quomodo & expoſiti ſanguinolenti, ſeu recens nati, vt ex *l.1. ſupr. tit. prox.* conſtat, vbi aliquid dixi: Britto Armoxicus Philippo contigit, vt pareret ibi quædam fœmina, cuius fœtus adhuc à matre rubens, calidóque cruore: διὰ τὸ ἀφ' αἵματος τὸ βρέφος ἀποβεβλῆσθαι, vt loquitur Artemidorus. Quorum & alibi mentio. Ita Prudentius contra Symmachum. *Quos Sanguinolentos edendi mos iuuat.* Donatus in Andriam, *Actu. 3. ſc.2. A matre Sanguinolentum, non pulchrum ſed ſcitum pronunciat.* Iuuenalis *Satyra 7. Adhuc à matre Rubentes* vocat: Marius Victorinus *in Geneſim, à matre recentes*: Lex 1. *Sup. de expoſitis, recens natos.* Tertullianus *aduer. Nationes, Infantem totum præcoquum vocat.* Quare inane eſt quod olim Azo, Hugolinus, & Accurſius, & è Modernis nonnulli, Scipio Gentilis *de bonis maternis, cap.2. p.12.* Bachonius *de pignoribus lib.2. c.12.* malunt in *d.l.2. Cod. de patribus qui filios, ſanguinolentus*, non, *ſanguinolentos*: quaſi non de Filio ſanguinolento vendito id accipiendum ſit, verùm de patre ipſo, qui ita vocetur, quaſi pater ſanguinis, & ſanguine ſiue capitaliter puniendus: vel, vt nonnemo vult, quaſi qui τὰ σπλάγχνα, ſeu viſcera ſuà vendere videatur, vt Baſilius loquitur *homilia in illud, Deſtruam horrea mea*: & *Sermone*, qui exinde partim deſumptus eſt περὶ πλεονεξίας, *p.47. in Appendice.* Quos vt ſuperiora argumenta refutant, ita & ratio ipſa. Nempè ita mos fermè erat ſanguinolentos ſeu recens natos ſiue exponere, ſiue vendere, vt maiore ſiue neceſſitatis appulſu, ſiue facilitate, ita impietate: vt iniquam omnino cen-

ſuram exerant, qui ex *illis* quas dixi *legibus* nimis frigidè inferri definiunt, ſanguinolentos vendi ſolitos, etiam hâc ratione additâ, quod aliàs nimis ſtricta & anguſta fuiſſet hæc vendendorum ſanguinolentorum permiſſio, cùm pauciores ſint, quibus ſub ipſum famis tempus vxor commodè filium pariat. Diceres ex horum ſententia priuilegij hoc genus quoddam datum fuiſſe parentibus inopibus, quod eos adigeret ad liberos ſuſcipiendos, quos mox venderent: Cùm conſiderare debuerint, famem inopibus parentibus tùm fermè auctam, cùm liberos ſuſciperent; & ideò eo momento ſtatim de liberis exponendis, vel vendendis patres cogitaſſe. Neque tamen ideò negandum, alios quàm ſanguinolentos quoque vendi ſolitos; quod ex *prædicto Baſilij loco* liquet, vbi pater inducitur ſecum deliberans, quemnam ex filiis ſuis, propter inopiam diſtrahat, ſeniorem an iuniorem.

# DE FVGITIVIS COLONIS, INQVILINIS, ET SERVIS."

## TITVLVS IX.

XI. COD. IVST. LXIII. *De Fugitiuis Colonis patrimonialibus, & emphyteuticis, & ſaltuenſibus.* Hunc titulum laudat, & ex eo *legem vltimam* Papianus *tit.7. Reſponſ.* Pertinet autem hic *titulus*, vnà cum duobus ſequentibus, ad tractatum de his quorum ſtatus immutatus fato aliquo, factóque iniurioſo, qui cœpit iam à *titulo de poſtliminio*: Quò ſpectat quod Saluianus *lib. 5.* ſcribit de huiuſmodi Colonis vel Inquilinis: *Suſcipiuntur vt aduenæ, fiunt præiudicio habitationis indigenæ: exemplo quodam illius maleficæ potentis, quæ transferre homines in beſtias dicebatur, ita & iſti omnes quaſi Circæi poculi transfiguratione* MVTANTVR.

" De his eſt *lex vlt. h. t* quam Papianus memorat. Et peculiaris *titulus inf. lib. 10. ſi vagum pet. mancip.*

## PARATITLON.

Pleniſſimum *de Colonis*, confectum, propter eos qui hodie *Talliabiles*, vel *Manus mortuæ* vocantur, quibus hi Coloni vicini ſunt, & de quibus multa quotidie quæruntur.

COLONI, non vno ſignificatu, etiam *hoc Codice*, accipiuntur. Primùm enim generali *Colonum* appellatione comprehenduntur omnes ruſticani, agricolæ, qui agros colunt, vt *l. 1. inf. de patrocin. vicorum.* qui liberi coloni dicuntur, *l. 1. Cod. de præd. Tamiacis.* De his v. & *Nouellam 80. cap. 1. in fin.* Secundò, coloni dicuntur quicunque qui aliena prædia quocunque titulo excolunt, quo ſenſu colonatus rei priuatæ dicitur *l. 33. inf. de Decurionib.* conſtituti ſub dominis τῶν δεσποτείων τελοῦντες, vt *Nouell. 80. cap. 2.* Tertiò *Colonorum* appellatione quandoque veniebant & inquilini, qui alioquin ab his diſtabant: de quibus poſteà, vt *l. 2. ſi vagum pet. mancip. l. vn. Cod. de colonis Illyr.* & apud Sidonium, *lib. 5. epiſt. 19.* cuiuſcunque proinde conditionis, vt loquitur lex 20. *C. de Agricol.* Quarto ſignificatu ſpeciali *Coloni* dicebantur, qui conditionem debebant genitali ſolo propter agriculturam ſub dominio poſſeſſorum; quomodo eos definit Auguſtinus *lib. 10. de Ciuitate Dei, cap. 1.* Cui deſcriptioni iungenda eſt altera in *Nouella* Iuſtiniani 162. *cap. 2.* De his verò eſt hic titulus, vnà cum *duobus proximè ſequentibus*, vt & plures aliæ leges ſparſim per *hunc Codicem*; putà *lex vn. ſup. de bonis clericorum: l. vn. vtrum vi: l. 2. de pignoribus: l. vn. quod iuſſu: l. 8. de deſertor l. 2. de falſa mon. l. 7. de bon. proſcript. l. 3. de actorib procurator: l. 10. de murilegulis, l. 1. de Equorum conlat. l. 2 ſi vagum pet. mancip. l. 7. 14. 26. de annona & trib. l. 2. l. 5. de extraordin. de exactionib. l. vlt. de patrocin. Vicor. l. vn. de mendic. non inual. l. 3. 8. 10. de luſtrali l. 33. de Decurion. l. 1. 2. 3. de his qui cond. propr. l. 52. 54.*





*de hæreticis* & *tres* Valentiniani Tertij *Nouellæ*, *8. 9. de colonis vagis*, & *12. in fin.* Theodoſij *Nouella 44. verſ. colonus*: Nouellæ Iuſtiniani 22. *cap. 17.* 52. 162. *cap. 2. 3.* Edictum Iuſtini *de Adſcriptitiis & colonis.* Occurrunt & alibi de his teſtimonia ſeu loca, apud Auguſtinum paſſim, Saluianum *lib. 5.* Sidonium Apollin. *lib. 5. ep. 19.* Gregorium *tertio Epiſtolarum.* Frequens etiam horum memoria in Franciſcis ſcriptoribus & monumentis primæ & ſecundæ ſtirpis: inter alios v. *Formularum ſcriptores.*

Igitur, vt de his plenius pergam: Certus olim *plebis* numerus ſub vno domino prædiis ſingulis affixus & aſſignatus erat: *l. 26. de annona & tribut.* ſeu vni ceſpiti: *Nouella Valentin. 8.* pluréſque adeò conſortes erant, *l. vlt. Cod. de Agricolis & mancip. domin.* qui glebis inhærebant: *l. 15. Cod. de agricol.* terris inſeruiebant nomine & titulo colonorum, *l. vn. C. de Colonis Illyric.* arma ſubigebant, *l. vnic. ne colonus inſcio domino*, agros colebant, *l. 1. C. de fugit. col. l. 2. Cod de agricol. & mancip. dom.* (vnde & *Culturæ*, id eſt, cultorum nomine hi deſignantur: *l. 7 Cod. de Agricolis*: officia implebant, *l. 1. h. t.* Eos agrorum vinculis fortuna tenebat adſcriptos: *l. 3. ſeu vlt. Cod. de fugitiu. ſeruis*: vomerem & ligonem verſabant, *l. vlt. Cod. de mancip & colon. patrim.* iuri agrorum debitæ perſonæ erant: *l. 10. de murilegulis.* Indéque ab his colonis, ipſa quoque terra *Colonia* dicta, *l. 13. C. de Agricolis*: obnoxiique adeò erant, & dicuntur *Nouella Valent. 9.* Quomodo etiam accipio *l. 1. de equorum conlat.*

¶ Alienis verò prædiis officia hæc præſtabant, *l. 1. h. t.* ſeu operas, *l. vn. Cod. de colon. Thrac.* vnde coloni iuris alieni dicuntur: *l. 1. 2. h. t.* coloni alieni, *l. vn. tit. prox. de inquil. & colonis*: vnde colona poſſeſſionis alienæ, *l. 10. inf. de murilegulis*, indéque nexus colonarius. *d. Nou. Valent. 9.* colonario iure ſeruientes, *d. Nou. Valent. 9.* indéque & homologi coloni in Ægypto dicti *l. vlt, de patrocin. vicorum.* Deſignantúrque per homines iuri proprio ſubditos, *l. 4 ne ſanctum baptiſma.* Poſſeſſoréſque adeo & coloni opponuntur, *l. vlt. infr. de paſcuis.* Idque conditione perſonæ ſuæ, *l. vn. de inquilinis*: *l. vn. vtrum vi*: vnde hos agrorum vinculis fortuna adſcriptos tenere dicitur, *l. 3. Cod. de fugitiuis*: conditionem debere dicuntur ab Auguſtino: ſeu conditionem loci debere, Gregorio 3. *Epiſtol.* & *conditio* his tribuitur, *l. vn. inf. de inquil. & colonis*, conditionis debito obnoxij dicuntur: *l. 2. C. in quib. cauſis coloni*: neceſſitas conditionis propriæ his tribuitur: *l. 14. Cod. de Agricolis*: & conditionis oracula: *l. vlt. Cod. eod. tit.* Indéque & conditionale inſtrumentum, *l. 22. C. de Agricolis*: vbi malè Cuiacius ex Græcis, *conductionale* repoſuit. Et quidem origine ſuâ, *l. 1. h. t.* iure originis; *Nouell. Valent. 12.* vnde originis cauſa: *l. vn. ſup. vtrum vi*: in rure alieno originis agnationíſque merito immorabantur: *l. vn. Cod. de col. Illyr.* genitali ſolo, *l. vn. de inquil. & col.* & Auguſtinus *d. loco*: loco cui nati, *l. vn. de inquilinis.* Vnde Coloni Originales dicti, *l. 14. de annon. & trib. l. vn. de inquilinis*: *l. 1. C. de Agricolis & mancip dom.* indéque etiam originalis inquilinatus, Sidonio 5. *ep. 19.* Originarij abſolutè, *l. 7. Cod. de Agricolis*: Originarij coloni, *l. 11. Cod. eod.* in ſuis conſcripti locis, *d. l. 14. de annona.* Indéque originaria mulier, ſeu fœmina; *d. l vn. de inquilinis*, *d. l. 10. de murilegulis*, vbi dicitur originaria ſeu colona poſſeſſionis alienæ, vt dixi *ſup.* Nou. Valent. 12. *in f. l. 16. Cod. de Agricolis*: Nati terræ, *l. vn. C. de col. Thrac.* ἐκεῖσε γεννηθέντες. *Nou. 162. cap. 2.* penatibus, vbi cenſiti, educati, natíque ſunt; *l. 6. C. de Agricolis*: Quanquam eſt, vbi *Originarij* à colonis ſeparantur, *Nou. Valent. 12. in fin.* colonis inquam, de quibus infrà poſtremo loco. Erant porrò huiuſmodi coloni non priuatorum modò hominum, vel Senatorum, *l. 7. de ann. & tribut. l. 2. de luſtrali*: & Decurionum, *l. 2. de exactionib.* Sed & priuatæ rei [Principis ſcilicet] *l. 5. infr. de extraord. l. 3. infr. de actorib. procuratorib. l. 8. 10. de luſtrali*: *l. 11. de iur. fiſc. l. 1. Cod. de agricol. & mancip. dom.* priuati Principis, *l. 2. de agricol.* patrimoniales, *l. 2. h. tit. l. 1. & 2. Cod eod. tit. de fugit. colon. Rubrica & l. 3. C. de mancip. & colonis patrimonial. & d. Nou. Valen. 8.* ſeu dominici, *l. 15. Cod. de agricol. & mancip. domin. & l. 1. Cod. de prædiis Tamiacis.* Tamiaci coloni *d. l. 1. Cod. de præd. Tamiacis*, rei dominicæ, *l. 2. inf. de his qui cond. propr.* qui quidem ſingularibus quibuſdam fruebantur, vid. *l. 33. de Decurion. & l. 5. de extraord.* Emphyteuticarij item, *tit. & l. 1. Cod. de mancip. & col. patrim.* &c. & *Nou. Valent. 8.* Reipublicæ, *d. Nou. 8.* Saltuenſes, *Rubr. & l. 1. Cod. de fugit. colon.* & *d. Rubr. Cod. de mancip. & col. patrim. Saltuenſium.*

Horum *domini* dicebantur, fundorum, ſeu terræ poſſeſſores. *Rubr. inf. ne colonus inſcio domino &c. l. 2. de pignorib. l vn. ſup. quod iuſſu*: *l. 8. inf. de tyronibus*: *l. 52. de hæreticis*, *d. l. vn. inf. de inquilinis*, *d. Nou. 9. & 12. in fin. l. 16. Cod. de Epiſcopis*: *l. 12. 18. 19. Cod. de Agricolis*: *Rubric. & l. 1. 2. Cod. in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint*: *l. vn. Cod. de col. Thrac. Nou. Iuſtin. 2. cap. 17. 162. cap. 3.* Vel etiam patroni, *d. l. vn. infr. ne colonus inſcio domino*: patroni ſcilicet ſollicitudine, domini poteſtate: *d. l. vn. de col. Thrac.*

Neque tamen coloni hi, ſeu homines, conditione ſua ſerui erant poſſeſſorum; 1. Imò ab his diſertè ſeparati, *l. 2. de pignorib. l. vn. ſup. quod iuſſu*: *l. vn. inf. de mendic. non inualid.*

l.52. de hæreticis, l.7. Cod. de Agricolis: l.4. ne ſanctum baptiſma l. 3. 4. Cod. de agricolis & mancipiis. 2. Et conditione videbantur ingenui, l.vn. Cod. de col. Thrac. 3. Liberíque erant, l.1. h.t. 4. Et verò liberi coloni dicuntur, l.vn. in fin. C. de col. Illyr. natalium libertas eos proſequebatur, d.l.vn. de mendic. non inualid. 5. & vt ſeruis ita & libertis opponuntur, d. l.vn. C. de colon. Illyr. 6. Quod etiam ex eo patet, quod fugitiui coloni pro pœna in ſeruilem conditionem ferro ligati officia quæ liberis congruebant, merito ſeruilis condemnationis compellebantur implere, l.1. h.t. 7. Vt & ex eo quod vxores haberent, ſeu horum nuptiæ eſſent, ſeu matrimonium: l.vlt. C. de Agricolis. 8. Item quod manumiſſio in eos non caderet: l. ne diutius 21: in fine Cod. de Agricolis: Excepta ſp. l.12. in fin. Cod. de fund. patrimon.

Et tamen 1. Serui quoque dicuntur Nouella Valent. 9. 2. dicitúrque de his penè eſſe, vt quædam dediti ſeruitute viderentur, l.2. Cod. in quib. cauſis coloni cenſiti: 3. & libertatem naſcendo non habuiſſe, ibid. 4. liberíſque, & ſui iuris opponuntur, l.16. vlt. Cod. de Agricolis: ſeu l.vn. in fin. inf. de inquilinis & colonis, 5. Nempe quia (vt hæc in concordiam adducuntur) licet conditione viderentur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius, cui nati erant, exiſtimabantur: d.l.vn. Cod. de colon. Thrac. terris inſeruiebant, d. l.vn. Cod. de colonis Illyric. prædiis adſcripti, d.l.26. infr. de annon. & trib. ſeu poſſeſſioni, l.vn. de inquilinis: l.vn. ſup. de bonis Clericorum, agrorum iuri ſeu ſolo, d.l.1. adſcripti cenſibus, d. l.vn. ſup. de bonis cleric. vnde & Adſcriptitij dicti, de quo infrà: & domino vel fundo (quod idem eſt) ſuberant, l.11. Cod. de agricolis: proprietas in his vindicabatur, l.vn. ſup. vtrum vi: Et ſic (hoc ſenſu) vix vlla differentia inter hos adſcriptitios & ſeruos intelligebatur, cùm vtrique in domini ſui poſiti eſſent poteſtate, d. l.21. Cod. de Agricol. 6. Et ideò poterant domini, ſicut ſeruum cum peculio manumittere, ita & adſcriptitios cum terra dominio ſuo expellere: d.l.21. Cod. de Agricolis. 7. Quin & domini poterant eos quandoque verberibus modicè caſtigare, l.52. 54. inf. de hæreticis; quod pariter cauetur Iuſtiniani l. vlt. Cod. de Agricolis: l.vn. Cod. de SC. Claud. quibus legibus adſcriptitij vocantur, pariter vt Nouella 22. cap. 17. 8. Eóſque cum terra alienare. 9. Tandem & ipſi illi more ſeruorum peculia ſua habebant; de quo mox.

Erant proinde Coloni prædiis adſtricti, non hominibus: l.26. de annona & tributis, ſolo debebantur, l.vn. de inquilinis: quanquam idem dominus adſcriptitij & terræ dicitur, l. pen §. vlt. Cod. de Agricolis: & retrò idem colonus domino vel fundo reddi: l.11. cod. tit. Erántque quædam terræ ſeu agri membra: l.23. ſeu pen. in pr. C. de Agricol. agrorum iuris pars, l. vn. inf. de Inquilinis: Neque poterant ab his momento amoueri, l.15. Cod. de Agricolis: Cum agris ſeu poſſeſſionibus diſtrahebantur, vendebantur: l. 2. Cod. in quib. cauſis coloni: non abſque terra, l.7. Cod. de agricolis: Quin & cùm pars fundi venderetur, pro portione quoque coloni tranſibant: d.l.7. Cod. de agricolis: Non poterant auferri ab eo prædio, cui ſemel deputati erant: neque in vendendo fundo retineri: d.l.26. inf. de annon. & trib. l.3. de cenſu: l.2. ſine cenſu: non ad alium transferri, d. l.3. niſi ab eodem domino diuerſorum agrorum: is enim colonos ab vno fundo ad alium transferre poterat: l.13. Cod. de Agricolis. Nouella Valent. 12. in fin. Non poterant alij in eorum locum ſubrogari, l.3. Cod. de mancip. & colon. patrimon. Non poterant recedere ad alienum prædium, ſeu ad aliam perſonam, l.vn. inf. de Inquilinis: verùm apud dominos ſuos remanere debebant, l.12. Cod. de Agricolis: (in quo recedunt ab his qui hodie Talliabiles, vel Manus mortuæ dicuntur) quodam æternitatis iure lex eos detinebat, l.vn. C. de colonis Palæſtinis: Palæſtini tantùm coloni aliquando excepti, qui ad aliorum exemplum reuocati, d.l.vn. Cod. de colon. Palæſtin. Non poterant item per exactores à terris diuelli: l.15. C. de Agricolis: atque ita glebæ inhærebant, vt ne puncto quidem temporis amoueri deberent, d. l.15. Imò neque clerici, niſi dominorum conſenſu ordinari poterant: l.16. l. iubemus 37. Cod. de Epiſcopis: Ex Iuſtin. Nou. 123. cap. 17. (vnde deſumpta eſt Authen. Adſcriptitij, eo titulo, quæ ſubdita eſt dictæ legi 37.) etſi ſine conſenſu domini: attamen duabus ſub conditionibus: putà vt in eadem poſſeſſione cui addictus erat, Clericatum exerceret, & ſubrogato alio culturam adimpleret. Nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla cenſus auctoritate, excuſari poterant: l.11. Cod. de Agricolis: l. vlt. C. de fugit. colon. Ad nullos honores, aut officia ciuitatúmque munera, ad nullam militiam, etiam armatam, quamuis humiliorem, admitti, l.13. C. de Agricol. & mancip. domin. l.18. C. de Agricolis, ſeu l. 3. C. de appar. Magiſt. mil. l.1. 3. C. de fugitiuis colonis: l. vlt. Cod. de mancip. & col. patrim. Non temporis præſcriptione ab hac conditione liberari, niſi ea quæ definita l.vn. de inquilinis: l.1. 2. 3. de his qui condit. propr. l.22. 23. Cod. de Agricolis: Nouella Valent. 9. Non item rem priuatam cuiuſquam gerere, aut aliquid adminiſtrandum ſuſcipere, l.2. C. de Agricol. & mancip. dom. verùm vni terræ ſemper obnoxij erant, nexu colonario: d. Nou. Valent. 9. quodam æternitatis iure detinebantur, &c. l.vn. Cod. de col. Palæſt. colonario nomine ſemper tenebantur, d. Nou. Val. 9. vnde perpetuus colonatus dicitur, l.vn. inf. de mendicantib. non inualid. Hinc

&



& Inuentario ſeu deſcriptione bonorum & fundorum deſcribebantur, numerúſque eorum deſignabatur: non minus quàm mancipia & caſarij, l.7. inf. de bonis proſcript. Hinc & cenſibus coloni adſcripti, l.2. C. in quib. cauſis coloni: l.vn. ſup. de bonis Clericorum. annotati, l.16. Cod. de Epiſcop. vnà cum terra ſeu fundis & penatibus, l.2. inf. ſine cenſu: l.18. C. de Agricolis. Cenſiti proinde Rubr. & l. 6. 13. C. de Agricolis, in iiſdem locis ſeu fundis dominorum cenſi, l.14. infr. de annona & tribut.

Liberi quoque eorum, ſeu Origo, Agnatio, Poſteritas, eadem conditione adgnationis merito tenebantur: l.vn. infr. de Inquilinis: l.1. de his qui Cond. propr. de quibus vt & colonorum coniugiis ſpecialius agitur Nouella Valentin 8. 12. in fin. l.7. 13. 16. 21. 22. 23. Cod. de Agricol. & mancip. domin. l.1. C. de fugitiuis colonis l. vn. inf. de col. Illyr. l. vnic. Cod. de præd. Tamiacis, Nouella Iuſtin. 22. c.17. 54. 162. c.2. & 3. Edicto Iuſtini, de adſcriptitiis, & colonis: & altera, de filijs liberorum, & Tiberij prognatico: Quarum quidem legum & Nouellarum nonnullis definitur, quamnam conditionem ſequantur filij colonorum nati ex impari matrimonio.

Fugitiui ſeu profugi ſi genitales terras deſererent, quod ſæpe eueniebat, retrahebantur, mutabantur vt & ſuſceptores ſeu receptatores eorum, de quo eſt hic titulus, inque eo poſitæ Leges tres: & ſimilis titulus Cod. Iuſt. qui & ipſe tribus Legibus conſtat: item l. vn. infr. de Inquilinis: l.7. de ann. & trib. l.2. de his qui condit. propr. l.vn. ſupr. vtrum vi: l.6. 8. 12. 23. Cod. de Agricol. l.vn. de col. Palæſt. l. vnic. de col. Thrac. l.vn. de colon. Illyr. Nouella Valentian. 9. Et hæc de ipſis colonis.

Hi in iiſdam locis cenſiti, d.l.14. de annon. & tribut. l.6. C. de agricolis & cenſit. cenſibus adſcripti, de quo mox: munia quædam & functiones agnoſcebant, d.l.14. infr. de annon. & tribut. publicè primùm fiſcalia, l.7. de ann. & trib. tributa, l.2. ſi vagum mancip. nam obnoxij erant emolumentis tributariis, l.8. C. de agricol. Capitationi, l.1. h. tit. Capitationis ſarcinæ, l.16. C. de Epiſcopis: capitis Sarcinæ, l.10. Cod. de agricolis; humanæ capitationis cenſui, ſeu tributariæ ſortis nexus, l.vn. C. de col. Thrac. ſeu Capituli illationi, l.23. ſeu pen. in fin. pr. C. de agricol. functiones ſiue terrenas ſiue animales inferebant, d. l. pen. §. vlt. in fin. annuis functionibus obnoxij debito conditionis erant, l.2. C. in quibus cauſ. coloni: & Nouella Valent. 9. humanæ capitationis cenſum & iugationem terrenam ſoluebant, l. vn. C. de colonis Thrac. Tributa eos ſubiectos faciebant, l.2. infr. ſine cenſu: l.2. C. in quibus cauſis coloni: Tributarij erant, qua etiam voce deſignabantur, de qua mox. Cenſum denique & capitationem humanam ſoluebant: à qua tamen humana capitatione poſtea alicubi ſoluti, l. vnic. C. de col. Thrac. l. vn de col. Illyric. quæ humana capitatio, Tributariæ ſortis nexus vocatur, d. l. vn. C. de col. Thrac. Tributarius nexus, d. l. vn. de col. Illyr. Si verò coloni ea non ſoluerent, domini pro his tributa implebant, d. l.14. infr. de annon. & tribut.

Dominis etiam ipſis coloni priuatorum reditus per certa tempora præſtabant, dependebant, l.20. 23. §.1. verſ. Caueant autem Cod. de agricolis. partem ſcilicet fructuum pro ſolo debitam: l.8. Cod. de Agricolis: quæ terra præſtabat, l.5. Cod. de agricolis. Neque vltra exigi à dominis poterant: d. l.23. §.1. l.1. & l. 2. ſeu vlt. C. in quibus cauſis coloni: ſed veterem conſuetudinem in reditibus præſtandis obſeruare debebant l.23. §.1. C. de agricolis. De his quæ coloni rei priuatæ præſtabant, ad l.11. de iure fiſci.

Habebant tamen & ipſi ſæpe coloni propria quædam, l. vn. inf. ne colonus inſcio domino: l.2. Cod. in quibus cauſis coloni: Terras quaſdam ſeparatas à dominicis, l.7. inf. de annona & trib. aliquam poſſeſſionum partem l.14. de annona: proprias poſſeſſiones, Nou. Iuſtin 128. c.14. ἰδιοκτητάριοι, l.19. C. de agricol. ſeu quibuſdam erat terrarum quantulacunque poſſeſſio, d. l.14. de ann. & tribut. in ſuis locis conſcripti proprio nomine libris cenſualibus detinebantur, d. l.14. Peculium denique quoddam habebant: cuius peculij mentio, Rubr. & l. vn. ne colonus inſcio domino peculium ſuum, &c. l. vn. ſup. de bonis clericorum: l.54. de hæreticis l.2. Cod. in quibus cauſis coloni: l.vn. Cod. de colon. Thrac. l.19. 23. ſeu pen. §.2. ſeu circa fin. Cod. de Agricolis. Nouella Valent. 8. & 9. Poſt partem ſcilicet fructuum pro ſolo dominis debitam, præſtitam, cætera proprio peculio reſeruabant: l.8. Cod. de Agricolis: ex fructuum negotiatione, quæ etiam à luſtrali collatione immunis erat, l.3. 8. 10. de luſtrali collat. vt & mercedes pro impenſis operis aliis, d. l.1. Cod. in quibus cauſis: d. l.8. C. de agricolis. Quo verò iure id peculium eſſet, vid. l.2. Cod. in quib. cauſis coloni: & quæ dicam plenè ad l. vn. inf. ne colonus inſcio dom. Sanè peculium ſuum coloni ignaro domino vendere, alienare, non poterant, d. Rubr. & l. vn. inf. ne colonus inſcio domino ſuum alienet peculium: & d. l.2. Cod. in quib. cauſis: & l. vn. Cod. de col. Thrac. hócque ſenſu peculia eorum dominis competebant, l.19. C de Agricolis: omnia ipſorum dominorum erant; l.2. Cod. in quib. cauſis: Et nonnulli tamen coloni proprio omnino iure peculium habuerê: l.19. C. de Agricolis, veluti ex adſcriptitio & libera nati: ij

quippe ex *Nou.162. c.2.* liberi omninò erant, vno tantum excepto quod à terra recedere non poterant. Quin & eo coloni quandoque, vel ſaltem parte eius, ſi deliquiſſent publicè multabantur; *l. 54. de hæreticis.*

*Litem* dominis ſuis coloni regulariter inferre non poterant, de quo eſt altera pars Tituli, *ne colonus inſcio domino*: & Titulus integer Codicis, *In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſint.* Exceptis quatuor caſibus; ſi de ſtatu ſeu de conditione ſua quæſtio eſſet: *l vn. ſup. vtrum vi*: ſeu ſi quæſtio colonatus verteretur, *l. 2. inf. de his qui conditionem propriam*: vbi probationibus locus erat: quænam verò probatio legitima eſſet, definit *lex 20. & 21. in pr. C. de Agricolis.* 2. ſi de Proprietate agrorum inter dominum & colonum quæreretur, in *l. 10. Cod. de Agricolis*: Tertiò, ſi de ſuperexactione dominorum coloni quererentur, *l. 1. 2. Cod. in quib. cauſis*: *l. 23. §. 1. verſ. caueant, Cod. de Agricolis*: *l. 5. Cod. de Agricolis & mancip. dominic.* 4. & poſtremò criminum publicorum accuſatio colonis patebat propter ſuam ſuorúmque iniuriam: *d. l. 2. inf.*

*Crimina* colonorum hæc fermè erant: quod Primò *Fugerant* paſſim terras, dominóſque; de quo *ſuprà.* Secundò, quod ad Patrocinia potentiorum ſeſe conferrent, de quo eſt in commune Titulus *de patrociniis vicorum*, & diſertè Libanij locus, *Or. t.* περὶ προστασιῶν *p. 10.* Tertiò, quod Reis latebras præberent, *l. 8. de deſertorib. l. 2. infr. de falſa moneta, l. 54. de hæreticis, & Nouel. Theodoſij* 44. Quartò. Et ipſi hæreticis quandoque adhærerent, *l. 52. de hæreticis*: Quintò. Sed & relictis agris, validi quamuis, mendicarent; *l. vn. de mendic. non inual.* viceuerſa, Domini quandoque eos originali colonatu ſoluebant, & libertatem eis tribuebant: de quo vid. Sidonium Apollinarem, *lib. 5. ep. 19.* Et publicè ab extraordinariis & ſordidis muneribus coloni rei priuatæ immunes erant: *l. 5. inf. de extraordin.*

Nunc ad ipſos colonos redeamus, & quinam ab his ſepararentur diuerſíque eſſent, etſi affines, reſpiciamus: & retrò quibus aliis appellationibus deſignati fuerint, videamus. Separantur igitur ab his, præter ſeruos, 1. Caſarij, *l. 7. de bonis præſcriptorum*: 2. Vicani propria poſſidentes, *l. 5. infr. de patrociniis vicorum* 3. Conductores, procuratores, Actores fundorum, *l. 3. de pignoribus, l. 8. de deſertorib. l. vn. ſupr. quod iuſſu*: *l. 3. de actor. procurat. l. 2. de falſa mon. Nouell. Theod.* 44. Quartò ſeparantur, & Incolæ, *d. l. 2. de falſa mon.* ſeu Inquilini, *Rubr. h. t.* & *Rubr.* cum *l. vn. infr. de Inquilinis & Colonis*, vbi dicam ex profeſſo: & *l. 1. 2. de his qui condit. propr.*

Contrà iidem cum Colonis his erant, Tributarij, *l. 2. infr. de exaction.* (vbi, *vel*, ἐξηγητικῶς accipiendum eſt) & *l. 12. C. de agricolis*: vbi ſerui Tributarij & Inquilini ſeparantur: quanquam & Inquilini erant ſub Tributariis, teſte Sidonio *lib. 5. ep. 19.* Iidem & cum colonis Adſcriptitij ἐναπόγραφοι, cuius vocis nulla *hoc Cod. Theod.* mentio occurrit: etſi dicantur Adſcripti cenſibus & poſſeſſionibus, *in* Theodoſij Iun. *leg. vn. de bonis clericor. & l. 19. C. de agricolis*: & eiuſdem Theodoſij *Nouella de amota fori præſcript. l. 4.* & *in anteriore* Arcadij *leg. 2. C. in quib. cauſ. coloni*: *in* Zenonis *leg. 1. C. de prædiis Tamiacis*: Indéque etiam Adſcriptitij ex publici cenſus deſcriptione inter alios probabantur, *l. 22. C. de agricol.* Iidem, inquam, coloni erant cum Adſcriptitiis, vt clarè patet vel ex *d. l. 22. C. de agricol.* vnde & adiuncto peculiari Adſcriptitij coloni, *d. l. 22.* Quibus tamen obloqui videatur, quod alibi Adſcriptitij Coloni, & Inquilini exertè diſtinguantur, *l. 6. C. de Agricolis*: quomodo & *l. 37. C. de Epiſcopis*, Adſcriptitij à cæteris colonis ſeparantur: & exertè rurſum Adſcriptitij & Coloni, *l. 19. 23. §. 2. C. de Agricolis*: & in Iuſtini *Edicto de adſcriptitiis & colonis*, ſicut Originarij à Colonis ſeparantur *Nou. Valent. 12. infr.* Res hæc igitur componenda ex Anaſtaſij *l. 19. C. de Agricol. cuius leg.* mentio fit & *l. 23. §. 1. eod. tit.* vbi duo colonorum genera ſua ætate conſtituit (pariter vt Iuſtinianus *Nou. 162. c. 2.*) vnum eorum, quorum peculia ad Dominos pertinebant, putà in terrâ nati: alterum eorum qui in eâ conditione per 30. annos poſſeſſi erant, quorum peculia ad Dominos non pertinebant. Qui etiam poſtremi coloni, *liberi coloni* dicuntur: *l. 1. Cod. de prædiis Tamiacis.* Quid igitur? Adſcriptitiorum nomen adinuentum, tributúmque primis illis, quos antea deſcripſimus, colonis Originariis, vnde & Originarij à colonis ſeparantur, *Nouel. Valent. 12. in fin.* cùm alia videlicet iam Imperio labente, vel collapſo, Colonorum ſpecies in ſpeciem tolerabilior inuehi cœpit, quàm originis iure: ſic vt in his *Colonorum* nomen remanſerit, quia hi terram tantùm colerent, eíque adhærerent, & canonem tantùm præſtarent, neque cenſibus vt illi adſcripti forent. Quò pertinet etiam Taxatiua illa *in l. 2. C. in quibus cauſis. coloni &c. Coloni cenſibus DVMTAXAT adſcripti*: ad differentiam ſcilicet horum poſtremorum. Quæ quidem quarta & poſtrema Colonorum appellatio notanda eſt, de quibus *l. 18. 20. & 23. C. de agricolis*; quæ enata ex ea occaſione quam refert Saluianus *lib. 5.* nempe ex eo quod ingenui exules & peregrini qui rebus ſuis exutis fuerant, vel derelictis iis fundos alienos

expetebant,



expetebant, & coloni diuitum fiebant: vbi & graphicè eos deſcribit, cùm inter alia ait, *eos præiudicio habitationis Indigenas factos, & habitos quaſi proprios, verſóſque in ſeruos & captiuos ita factos, & præiudiciis temporum ingenui ſtatus homines circumuentos & iugo ſe inquilinæ abiectionis addixiſſe.* Quod congruit optimè *dictæ* Anaſtaſij *legi* 18. *Cod. de Agricolis.* Quod *Cenſitorum* appellationē attinet complectebatur ea & colonos & inquilinos, *l. 13. Cod. de Agricolis.*

Mens ea tandem mihi, *Colonos*, de quibus prolixè nunc egimus, & de quibus eſt hic *Titulus* cum *duobus proximis*, fuiſſe *Dedititios* (quò pertinet fortè quod dicitur *l. 2. C. in quib. cauſis coloni*, penè eſſe, vt coloni quadam DEDITI ſeruitute videantur) qui ſcilicet cùm ſeſe ex Barbaris Nationibus dedidiſſent, alienis fundis colendis operam ſuam addixerant, ſub certa cenſus & capitationis lege: Inquilini verò, qui ex Romanis iam olim eodem tamen quo coloni iure & conditione, ſic vt quoad hoc nihil inter hos diſcriminis eſſet: de quo ad *l. vn. inf de Inquilinis.* Certè *Titulus* hic & *ſequentes duo*, qui ſunt de Colonis, poſiti ſunt hoc loco inter alios, quibus agitur de his, quorum ſtatus immutatus eſt ſiue fato, ſiue facto aliquo: putà captiuitate, *tit. 5. ſup.* per Tyrannidem, *tit. 6.* facto parentum vel dominorum, veluti expoſitione, *tit. 7.* venditione, *tit. 8.* quibus ſubiicitur hic de Colonis tractatus, velut vicinus.

Tandem, tenendum, haud inanem aut inutilem eſſe hanc de Colonis & Inquilinis inquiſitionem, quandoquidem ad hos proximè accedunt, qui hodie *Tallіabiles*, vel *Manus mortuæ* vocantur: ad quos ſæpè, quæ de illis dicuntur, transferri vtiliter poſſunt.

---

## ¶ CONSTANTII *M. conſtitutio in fugitiuorum Colonorum receptatores, ipſóſque colonos fugitiuos.*

### 1. * Imp. Conſtantinus" A. ad Prouinciales.

APVD quemcunque Colonus iuris" alieni fuerit inuentus, is non ſolum eundem origini ſuæ reſtituat, verum ſuper eodem capitationem" temporis agnoſcat. ¶ Ipſos etiam Colonos, qui fugam meditantur", in ſeruilem conditionem ferro ligari conueniet, vt officia quæ liberis congruunt, merito ſeruilis condemnationis compellantur implere. Dat. III." Kal. Nouemb." Pacatiano & Hilariano COSS. [332.]

INTERPRETATIO. *Si quis alienum colonum ſciens in domo ſua retinuerit, ipſum prius domino reſtituat, & tributa eius quamdiu apud eum fuerit cogatur exoluere: ipſe vero qui noluit eſſe quod natus eſt, in ſeruitium redigatur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. Iungenda autem illi *lex 4. ſup. de liberali cauſa.*
" Vide & *l. 2. inf.* Alij ab his, Agricolæ vel Vicarij, propria poſſidentes, de quibus *l. 5. inf. de patroc. vicor.*
" *Capitationem*, id eſt, tributum rectè Interpres; de quo *ſuo tit. de Cenſu.*
" *Meditabantur*: Ita fortè reponendum; verùm hoc tueor.
" VII. *d. l* 4.
" Supplendum ex d. l. 4. *Conſtantinopol.*

## COMMENTARIVS.

FVGITIVVM Colonum alienum defendentibus, vel occultantibus, patrociniúmque his & latebram præbentibus, itémque fugitiuis ipſis colonis, occurrit hâc Conſtitutione Conſtantinus M. pariter vt prauis alieni ſerui Adſertoribus, *l. 4. ſup. de liberali cauſâ*: quæ huic iungenda eſt, & vtraque eiuſdem Edicti pars eſt: quo Dominorum ſecuritati Conſtantinus M. conſultum iuit inter alia aduerſùs prauos ſeruorum Adſertores, & Colonorum receptores, ipſóſque adeò colonos fugitiuos. FVGITIVI igitur COLONI receptator, eum & origini ſuæ reſtituere, & capitationem inſuper *temporis* pro eo ſoluere à Conſtantino M. iubetur *h. l.* pariter vt *l. 8. 23. Cod. de agricolis. Temporis* inquam, id eſt vt rectè Interpres, quamdiu ſcilicet apud eum fuit, atque adeò eius temporis, quo eum ſuſcepit, aut celauit. At ipſe Colonus fugitiuus pœnæ loco ferro ligatus & conſtrictus opus exercebit: Id enim volunt ſibi hæc verba, *in ſeruilem conditionem ferro ligari conueniet*: potiùs, quàm quod Interpres, huiuſmodi colonum in ſeruitutem (abſolutè ſcilicet) redigi: *In ſeruilem conditionem*, id eſt, inſtar ſerui, vt *in fœminam*, pro inſtar fœminæ, *in l. cum vir, infr. de adulteriis.* Seu merito ſeruilis condemnationis, vt mox *hâc eadem lege* dicitur. Vincti igitur coloni ex hâc cauſâ quaſi ſerui, de quo dictum aliquid ad *l. 1. ſup. de liberali cauſâ.* Quomodo & rei alioquin ferro ligati: de quo *infrà tit. de cuſtod. reorum.* Imò eſt & Libanij locus *in or. 11.* περὶ προστασιῶν, *p. 11.* huic geminus, de colonis quibuſdam Iudæis qui patrocinia quæſiuerant, & aduerſus eum ceruices erexerant, Iudicis Sententia ferro ligatis, τοὺς μὲν ἔδησε, διπλῷ δεσμῷ τῷ τε δικήματι καὶ σιδήρῳ. Et hæc quidem de

huius

*huius leg.* ſententia, quæ vt & proxima eſt de fugitiuis colonis, de quibus ſunt alioquin plures aliæ tum *hoc Codice*, tum in *Nouellis*, tùm in *Codice Iuſtinianeo* peculiari etiam *ibi* Titulo: quæ repete ex *Paratitlo*, vbi pariter illuſtrata reperies ea omnia quæ hîc de colonis indicantur: Nempe. 1. colonos iuris alieni fuiſſe. 2. Et quidem origine ſua, 3. & tamen liberos. 4. Capitationem eos ſoluiſſe. 5. fugitiuos denique ad conditionem ſuam retractos: ¶ In colonis ſanè patrimonialibus (de quibus pleniùs dicetur ad *l. vlt. inf. de actorib. Procuratorib. & conductorib. rei priuatæ*) ius hoc probauit Tribonianus, at non etiam in colonis priuatorum: vt docet *lex* 12. *Cod. de agricolis.* Errat Interpres tandem qui patrimoniales cum fiſcalibus confundit; à quibus omninò diuerſi ſunt. ¶ Cæterùm, quandoquidem hæc lex Theodoſij M. eſt aduerſus ſuſceptores colonorum iuris alieni; ad eam notari cupio, Libanium quoque *oratione* περὶ προστασιῶν, *p.* 14. docere nos, colonos ſub Theodoſio M. deſertis agris, ad Potentum patrocinia ſeſe contuliſſe: Potentum inquam: quare vniuerſali voce, QVISQVIS, *hâc l.* potentes, & vel maximè comprehenduntur, cuius etiam orationis *fine* ab Imp. iam editam conſtitutionem aduerſus hæc colonorum patrocinia memorat, eámque executioni mandari poſtulat, vt fortè etiam de *hâc ipſâ leg.* ſenſiſſe potuerit.

¶ Non eſt etiam hoc loco omittendum, tres alias præterea Theodoſij M. conſtitutiones occurrere *Codice Iuſtinianeo*, ſine die tamen & Conſule, ad hunc ipſum Cynegium PP. datas, de colonis: putà *l.* 10. *C. de Agricolis*: *l.* 1. *de colonis Palæſt. l. vlt. Cod. de mancipiis & colonis*: quæ quidem duæ poſteriores ipſæ ſunt de fugitiuis colonis, fugitiuis, inquam, ſiue dùm ſe ad alia loca dirigunt, vel ad militiam conuolant, vel ad caſtrenſia ſtipendia: vt videantur omninò illæ quoque cum hac coniungendæ: ſicut & prima illa, putà *lex* 10. *Cod. de Agricolis*, quæ eſt de modo capitis, ſeu cenſus & Capitationis eorum nomine.

## ¶ THEODOSII *M. conſtitutio in fugitiuorum colonorum receptatores.*

II. * Imppp. Grat.″ Valent. & THEOD. AAA. * Cynegio PF. P.

QVISQVIS colonum iuris″ alieni″ aut ſollicitatione ſuſceperit, aut occultatione cælauerit, pro eo qui priuatus erit ſex auri vncias: pro eo qui patrimonialis, libram auri cogatur inferre. Dat. VIII. Kal. Nouemb. Conſtantinop. † Honorio N. P.″ & Euodio COSS. [386.]

INTERPRETATIO. *Si quis colonum alienum aut ſollicitauerit, aut occultauerit, ſi priuati hominem ſua ſollicitatione ſuſceperit, ſex auri vncias domino reddat; ſi fiſcalem ſollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.*

### NOTÆ.

* Lex 2. *Cod. eod. tit.* hinc interpolata eſt. Iungenda autem illi *lex* 2. *ſup. de vſuris.*

″ Perperam: reponendi quippe, vt etiam habet *d. lex* 2. *Valentinianus Theodoſius & Arcadius.*

″ *Remigio* in margine *edit. Pariſienſ.* malè.

″ *Patrimonialem*: ita Tribonianus: Illud enim tantum quod de patrimoniali colono *hâc lege* definitur in *d. legem* 2. retulit Tribonianus reliquis amputatis, & prælata *lege* 12 *Cod. de agricolis.*

″ Alieni iuris, id eſt vel priuati vel patrimonialis, *h. l.* eodémque ſenſu *l. vn. ſup. qui bonis ex Leg. Iul. cedere poſſ.*

″ *Nob. Puero.* Ita MS. Rhem.

″ *Honorio* VIII. *& Theodoſio* COSS. ita ad marginem *edition. Pariſienſ.*

### COMMENTARIVS.

SOLLICITATORI & RECEPTATORI coloni alieni, ſi colonus priuati ſit, multa ſex auri vnciarum: Si patrimonialis, auri libræ hâc Theodoſij M. conſtitutione imponitur: Hâc inquam conſtitutione, quæ prolixioris conſtitutionis Theodoſianæ pars eſt, ſicut eſt lex 2. *ſupr. de vſuris* (vbi vide quæ dixi) quæ huic coniungenda eſt, quâ duplici malo tum maximè gliſcenti, inter alia occurſum voluit: nempè Fœnori, & Alienorum Colonorum ſuſceptioni, & προστασίᾳ patrocinio, quibus ex æquo res aliena atterebatur, ſi quo atteritur.

VLT.



VLT. Impp. Theodoſius & Valentinianus AA. ad Florentium″ Com. S. L.

* * * * * * * *

Meminit *huius legis* Papianus *Reſponſ. tit.* 7. *Quod ſi*, inquit, *ſeruum aut colonum alienum Nationis duntaxat noſtræ, ſciens in domo vel in agro conſiſtentem Iudicibus non præſentat, aut admonitus à fugitiui domino eum adſignare diſſimulat, multam retentatoris incurrat, ſicut vltima Theodoſiani lege de fugitiuis colonis, inquilinis & ſeruis conſtitutum eſt ad Florentium Com. S. L. lata.* Sane Rubrica *huius tituli* oſtendit, hoc titulo actum etiam de *ſeruis fugitiuis*: de quo ſane eſt quoque *hæc lex vlt.*

″ *Florentinus* vel *Florentius* Comes S. L. ſub Valentiniano Iun. A. D. 385. *l.* 46. *inf. de appellationibus*: *l.* 30. *quorum appellat.* ſine die & cos. *lex* 4. *Cod. de agricolis & mancip. dom.* Quem legem huic omninò coniungendam puto.

# DE INQVILINIS ET COLONIS.

## TITVLVS X.

In MS. optimæ notæ Titulus ita habet. *Si quis colonum alienum in re ſua triginta annos habuerit, ac ſi ſuum vindicet.*

I. * Impp. HONORIVS & Theodoſ. AA. Palladio P. F. P.

SI quis colonus originalis, vel″ inquilinus, ante hos″ triginta annos de poſſeſſione diſceſſit, neque ad ſolum genitale ſilentij continuatione repetitus eſt, omnis ab ipſo, vel à quo forte poſſidetur″, calumnia penitùs excludatur (quem annorum numerum futuris quoque temporibus volumus obſeruari.) Quod″ ſi quis originarius intra hos triginta annos de poſſeſſione diſceſſit, ſiue per fugam lapſus, ſeu ſponte ſeu ſollicitatione tranſductus″, neque de eius condicione dubitatur, cum contradictione ſubmota, loco cui natus eſt cum origine″ iubemus ſine dilatione reſtitui. Quod ſi fortè ipſe, de cuius proprietate certatur, fatali ſorte conſumptus eſt, eius poſteritatem agrorum″ iuri cum omni peculio atque mercedibus, velut eo ſuperſtite qui deceſſit, celeri″ iubemus executione reuocari. ¶ In *Feminis* ſanè obſeruationem volumus eſſe diuerſam. Itaque mulierum, quæ fuiſſe originariæ docebuntur, ſi ante viceſimum annum de ſolo cui debebantur abſceſſerint, vniuerſa repetitio ceſſet. Earum vero, quarum intra comprehenſum tempus diſceſſio comprobatur, ac de condicione nulla dubitatio eſt, prorſus dominis perire″ non ſinemus: Eâ tamen condicione ſeruata, vt vicaria″ cum agnatione″ partis tertiæ non negetur, quæ de colono ſuſcepta eſt alieno, ita vt pro filiis quoque contrarij″ præbeantur. Quod * ſi non ad alienum prædium, ſed cuiuſcunque liberi hominis ac″ ſui iuris ſecuta conſortium, in vrbibus, vel in quibuſcunque locis victura conſiſtit, ſi modo intra præfinitum tempus repoſcitur, eius omnem originem″, ſecundum Vetera † conſtituta, conueniet reuocari. Conteſtatas″ autem lites, ſi tamen quiſquam docebitur ſolenniter fuiſſe conuentus, ſaluas repetentibus eſſe decernimus. Dat. VI. Kal. Iul. Rauenn. Monaxio & Plinta COSS. [419.]

INTERPRETATIO. *Si quis colonum alienum in re ſua, vel in fuga lapſum, vel ſua voluntate migrantem triginta annos habuerit, ac ſi ſuum vindicet. Qui ſi intra triginta annos inuentus fuerit à domino, cum filiis ſecundum legem ſibi debitis & omni peculio reuocetur. Quod ſi fortè mortuus fuerit, filij eius cum mercedibus ſuis, vel patris mortui à domino reuocentur. Colona etiamſi* XX. *annis in alieno dominio & iure permanſerit, à priore domino non requiratur. Si tamen intra* XX. *annos inuenta fuerit, & de alieno colono filios ſuſceperit, cum agnationis parte tertia reuocetur: quia colonum duæ partes agnationis ſequuntur. Sanè ne ſeparatio coniugij fiat, illum, cuius colonus eſt, vicariam mulierem & pro tertia agnatione mulieris domino compenſare præcipimus. Si verò mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. Quod hic minus eſt de colonæ agnatione, in* Nouellis″ *legibus inuenitur.*

## NOTÆ.

* Huius *legis* meminit, eámque ſimùl confirmat Valentinianus Tertius *Nouella* 8. *de triginta annorum præſcriptione omnibus cauſis opponenda*; & *Nouella de colonis vagis* 9. & *Nouella de Epiſcopali aud*. 12. *in fin.*

" Corruptè anteà aliquando in *hoc Codice* legebatur in edit. Tiliana *Conſtantinus A. & Iulianus Cæſ.* quod præter ipſam temporum rationem impugnat *dicta Nouella* Valentiniani, eámque *Honorio* adſcribendam comprobat.

" An hoc vult, colonorum alios eſſe originales, alios eſſe inquilinos? Certè mox *Originarij* appellatione vtroſque complecti videtur.

" Id eſt ante annum 389. Quo tempore Maximus tyrannus à Theodoſio & Valentiniano apud Aquileiam debellatus fuit.

" Quoquo modo.

" *Secunda* ſententia, de colono intra trigeſimum annum à fuga repetito.

" Ad alienas ſedes, vel alienam poſſeſſionem; vide quæ notaui ad *l. 2. ſup. de poſtliminio.*

" Id eſt præſcriptione ſeu exceptione: vt ſuprà *l. 1. de poſtliminio.*

" Id eſt, cum eius *progenie. Origo* hîc, & mox *in fin.* pro progenie.

* *Tertia* ſententia de colono intra trigeſimum annum mortuo.

" Hinc quoque apparet colonos, ſeu Originarios, agros pro domino habuiſſe, vt inf. mox, *de ſolo cui debebantur.*

" Celeris executio *h. l.* quæ celeris reformatio: celeris redhibitio dicitur in *l. 5. ſup. de denuntiatione*: *in l. 4. ſup. vnde vi*: & *l. vn. ſup. vtrum vi.*

¶ SECVNDA pars huius legis de fœminis originariis.

" Repetitionem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.

" Vicaria fœmina quæ vice alterius fungitur & datur.

" *Agnatio* hîc, quæ ſupra & inf. *origo*, id eſt, progenies & progeniti ex originaria. Interim locus hic ita inuerſo modo legendus videtur; *cum agnationis parte tertia*: quomodo etiam Anianus ſcribit.

" *Contrarij* ſunt vicatij: qui contra & vice alterius præſtantur.

* Hinc deſumpta eſt *lex mulier* 16 *Cod. de agricolis.*

" *Ac ſui iuris.* Hæc non habentur *Cod. Iuſt. d. l.* 16.

" Id eſt, *ſobolem*, quam vocem hîc ſubſtituit Tribon. *d. l.* 16. Interpres *Agnationem* dixit. Tria hæc ſcilicet de eodem dicuntur: *Soboles, Origo, Agnatio.*

" Excipit ab *huius legis* præſcriptione lites conteſtatas Honorius, id eſt, etiamſi triginta, vel viginti anni elapſi fuerint ex quo Originarius, vel Originaria à ſolo genitali receſſerant, ſi modò lis aduerſus eos ante hanc legem conteſtata fuerit, repetentem præſcriptione 30. vel 20. annorum hac conſtitutione introducta repelli non poſſe.

" Intelligit Nouellam Valentiniani 9.

## COMMENTARIVS.

PRÆSCRIPTIONE 30. vel 20. annorum colonariam quoque vel Inquilinatus conditionem euitari poſſe definit Honorius, vt hac Conſtitutione ita & anterioribus *l. 2. infr. de his qui condit. propriam* & Valentinianus *Nouella* 9. Cum hactenus conditiones iſtæ præſcribi non poſſent. Regulariter enim aduerſus malæ fidei poſſeſſorem actio in rem perpetua erat, nullóque annorum ſpatio præſcribebatur. Verum 30. aut 40. annorum præſcriptioni hac in re locum, primus fecit Honorius *d. l. 2. & 3.* Hâc verò *lege* cuius meminit & Valentinianus *d. Nouellâ, de colonis vagis* 9. nouendecim poſt annis, 30. vel 20. annorum præſcriptioni pro diuerſitate ſexûs: Quæ quidem ipſa 30. annorum præſcriptio, quinquennio poſt à Theodoſio Iuniore ad omnes actiones protracta fuit, *l. vn ſup. de actionib. certo tempore finiendis*, ad quam prolixius egi. Quæ quidem conſtitutio & præſcriptio an & quomodo, *ad manus mortuas*, vt hodie vocantur, porrigi poſſit, quæri poteſt. De eo v. Grinellij *deciſ. Dol.* 104. ¶ Sententia ergo *huius legis* hæc eſt: Colonum originarium & inquilinum quacumque tandem ratione à ſolo genitali receſſerit, repetentem triginta annorum præſcriptione repelli: ante hoc temporis verò vnà cùm ſobole ſua ad genitale ſolum reuocari. Quinimò ſolam ſobolem cum peculio eius omni & mercedibus ſi ipſe deceſſerit, idque celeri executione ſeu celeri reformatione, vt in hoc eodem argumento loquitur *lex vn. ſup. vtrum vi.* Si verò Colona ſit, quæ à genitali ſolo receſſerit, viginti annorum præſcriptione repetentem repellere poteſt. Cuius rei & diuerſitatis ratio in obſcuro videri poſſit, cur ſcilicet citiùs femina quàm vir ab originaria conditione ſua præſcriptione liberetur. Verùm hæc ratio omnino videtur: quod ſcilicet femina, ipſa ſexus muliebris ratione alieno ſolo faciliùs coaleſcat, quod vix fieri poſſit tanto tempore elapſo, quin contubernio alieno adhæſerit, liberos exinde ſuſceperit. Imò & ſi ante viginti annos expletos repetatur, ſi ad alienum prædium tranſiit, ſeu alieno colono ſeſe iunxit, tum non equidem ipſam, ſed aliam eius loco ſeu vicariam feminam præſtari oportet. Eâ ratione quam Interpres rectè reddit; NE SEPARATIO fiat CONIVGII. Item ſi quis alterius domini colonus liberos ex colonâ alienâ ſuſceperit, pars tertia liberorum veteri domino cedit: & ſic inter duos dominos agnatio diuiditur, id eſt, coloni dominus duas partes filiorum, tertiam colonæ dominus ſibi vindicat: ſic tamen vt & horum nomine vicarij præſtentur. Ergo duo hîc ſingularia notanda de diuiſione ſobolis: quod & ipſũ allegata *hâc l.* firmat Valentinianus Tertius *Nouella* 12. *in fin.* & de vicario præſtando. Pariter vt aliis duobus caſibus in eadem ratione vicariorum compenſatio & commutatio admittitur: *d. Nouellâ Valentiniani* 9. Si videlicet colona intra 20. annum nupta fuerit & liberos ſuſceperit; nam & tum & pro liberis ſuſceptis à Colono & ante viceſimum annum commutatio admittitur, ne quod impium eſt, inquit, Valentinianus, filij à parentibus diuidantur: & pro ipsâmet illa, *quia & in eiuſmodi perſonis ſalua & inconuulſa debet coniunctionis affectio permanere.* Huc verò pertinet quod eleganter conſtitutum extat in *l. vn. ſupr. de communi diuidundo. In Sardinia fundis patrimonialibus, vel emphyteuticariis per diuerſos nunc dominos diſtributis, oportuit ſic poſſeſſionum fieri diuiſiones, vt integra apud Poſſeſſorem vnumquemque ſeruorum* AGNATIO *permaneret. Quis enim ferat liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris coniuges ſegregari? Igitur qui diſſociata in ius diuerſum mancipia traxerunt in vnum redigere eadem cogantur. Acſi cui propter redintegrationem neceſſitudinum ſerui ceſſerunt, vicaria per eum, qui eoſdem ſuſceperit mancipia reddantur. Et inuigilandum ne per Prouinciam aliqua poſthàc querela ſuper diuiſis mancipiorum affectibus perſeueret.* Ad quam *legem* vide quæ noto plura, de hâc videlicet affectus ratione déque non diuellendis à ſe inuicem charitatibus. Sed & illud obſeruandum, Tribonianum, cùm *legem* 11. *Cod. communia vtriuſque iudicij*, ex *d. l. vn.* deformaret, illi inſeruiſſe *de colonariis pariter affectibus* à ſe inuicem non diuellendis.





Si verò mulier non ad alienum prædium ſeſe contulerit, ſed liberi hominis conſortium ſecuta fuerit, & intra viginti annos repetatur, eius origo omnis ad priſtinum & genitale ſolum reuocabitur ſecundum vetera conſtituta hoc caſu: quam *huius l.* ſententiam retulit Tribonianus in *l. 16. C. de agricolis*: ſecundum quæ etiam poſt 20. annos olim reuocabatur. Natus ſcilicet ex colona & libero, matrem ſequitur: *l. 21. vlt. Cod. de agricolis*, *l. 4. Cod. de agri & mancip.* ¶ Notandum illud poſtremò hanc conſtitutionem confirmari à Valentiniano Tertio *tribus Nouellis*, putà *Nouella* 8. *de 30. annor. præſcript. circa fin.* & *Nouell.* 12. *de Epiſcop. iudicio, in fin.* quâ poſteriore ad *hanc legem* omninò redit: Eodem pertinet & *Nouella* 9. Atque hoc eſt illud quod Interpres *huius l.* ad *Nouellas leges* lectorem remittit.

¶ Hoc verò loco agere iuuat de *Inquilinis*; vnde & Inquilinatus, *l. 2. de his qui cond. prop.* qui his Colonis coniunguntur, & de quibus agitur, non hoc tantùm titulo, ſed & *Rubrica tituli ſuperioris*, & *l. 1. 2. de his qui condit. propr. l. 11. C. commun. diuid. l. 6. 12. 13. Cod. de Agricolis l. vn. Cod. de colon. Illyric. l. 112. ff. de legat. 1. l. forma 4. § 8. ff. de cenſibus.* Dicitur equidem *d. l. 13.* inquilinorum Colonorúmue, quantum ad originem pertinet vindicandam, indiſcretam eandémque penè videri eſſe conditionem, licèt diſcrimen ſit in nomine. Verum duæ illæ taxatiuæ, *Quantum ad originem pertinet vindicandam*: & mox, *penè*, ſed & ipſum nominis diſcrimen, ſatis arguunt, à colonis alios fuiſſe; vndè ab illis ſeparantur: quomodo & Tributarius, qui idem cum colono, & Inquilinus diſtinguuntur, *l. 2. ſi vagum mancip. pet.* & *l. 12. C. de Agricolis*, pariter vt adſcriptitij, coloni, & inquilini *l. 6. C. de Agricolis.* De his duo apud Scriptores alios loca occurrunt: Saluian. Maſſil. Prior locus eſt *lib. 5. de gubern. Dei*, vbi notat, miſeros tùm quoſdam agellis ſuis nudatos, vel his derelictis, *fundos* maiorum, vel *vicanorum* expetiſſe, & Colonos diuitum factos: & perdito ingenuæ incolumitatis ſtatu, *iugo ſe inquilinæ adiectionis addixiſſe*, in hanc neceſſitatem redactos, vt exactores non facultatis tantùm, ſed etiam conditionis ſuæ, atque exulantes non à rebus tantùm ſuis, ſed etiam à ſe ipſis, & ſecum perdentes omnia ſua, & rerum proprietate carerent, & ius libertatis amitterent. Et ſubiicit. Et quidem, quia ita infelix neceſſitas cogit, ferenda vtcumque erat extrema ſors eorum, ſi non eſſet aliquid extremius. Illud grauius & acerbius quod huic malo additur ſæuilius malum: nam ſuſcipiuntur vt aduenæ, fiunt præiudicio *habitationis indigenæ*; exemplo quodam illius maleficæ potentis quæ transferre homines in beſtias dicebatur: Ita & iſti omnes qui intra fundos diuitum recipiuntur, quaſi Circei poculi transfiguratione mutantur. Nam quos ſuſcipiunt, vt extraneos & alienos, incipiunt habere *quaſi ſeruos*: quos eſſe conſtat ingenuos, vertunt in ſeruos: & miramur ſi nos Barbari capiunt, cùm fratres noſtros nos faciamus eſſe captiuos: & mox. Præiudiciis temporum ingenui ſtatus homines circumuenimus. Ex hoc loco apparet, inquilinos quoque colonorum genus fuiſſe, qui ſcilicet ingenui miſeriis eò adacti, rebúſque ſuis amiſſis vel derelictis, diuitum colonatui & inquilinatui ſeſe addicebant, & ſic quodammodo ius libertatis amittebant. Inquilinus ergo fuit Romanus, qui fundum proprium non habens, in alieno, eúmque colit, & incolit, non iam vt liber, ſed vt ſeruus operam præſtans. Quare & *incola* dici videtur *l. 2. inf. de falſa moneta.* Quo fermè aliàs ſenſu Inquilini & Incolæ, qui in alienâ regione fundóque habitant, quaſi in aliquâ ſede, & domicilio. Id proinde diſcriminis ferme fuiſſe videtur, quod coloni, ex Barbaris nationibus dedititij eſſent, de quo v. quæ dixi *ad l. vlt. inf. de patroc. vic.* vbi de *homologis colonis*: Inquilini verò, ex Romanis, quomodo olim ciuibus Romanis probro datum, ſi aliorum inquilini eſſent. Saluſtius de Cicerone M. *Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ.* Neque aliud diſcrimen puto inter colonos, ſeu tributarios & inquilinos. Par amborum conditio erat: Nam vt dixi quantum ad originem pertinet vindicandam, indiſcreta eadémque pene erat conditio, *d. l. 13. C. de agricolis*, inquilini cenſiti *l. 13. Cod. de Agricolis*, & generali colonorum appellatione veniebant *l. 2. inf. ſi vagum*: *l. vn. h. t. l. vn. C. de colon. Illyr.* & à plebeis & liberis diſtincti *d. l. 2.* & prædiis & ſolo genitali adhærebant, *l. 112. de legat. 1.* & *h. l.* In Rure pariter originis agnationiſque merito immorabantur, indè abeundi pariter licentiam non habebant; *l. vn. C. de col. Illyr.* & *d. l. 2. ſi vagum*: Dominum habebant, *d. l. 2.* Eadem temporis præſcriptione conditionem ſuam amittebant, *h. l.* & *l. 2. de his qui cond. propr.* Sidonius tandem Apollinaris *lib. 8. ep. 19.* Originalem inquilinatum, tributarium, & colonariam perſonam promiſcuè vocat.

His omnibus inſpectis, apparet, errare Cuiacium in duobus, dum ſcilicet colonos propriè prædio ruſtico, inquilinos prædio vrbano ſeruiſſe ait; quem refutat vel *l. vn. C. de col. Illyr.* & Inquilinos, colonos liberos fuiſſe, quod etiam Sirmondus ſequitur. Alij pariter malè qui Colonos fuiſſe aiunt, qui inhabitabant, & colebant fundum eundem, inquilinos, qui alibi colebant, alibi inhabitabant.

¶ Porrò, vt *hâc lege*, 30. annorum præſcriptione colonaria conditio euitatur: ita retrò, 30 annorum tempore Coloni fiunt ex Anaſtaſij *l. 19. C. de Agricolis.* Et Saluianus *lib. 5. de Gubern. Dei*, de his ſiue Colonis, ſiue Inquilinis agens; *Nam ſuſcipiuntur vt aduenæ, fiunt præiudicio habitationis indigenæ.* Et mox; *Præiudiciis temporum ingenui ſtatus homines circumuenimus. Ecce ipſi nuper quidem in alieno ſolo viuere cœpimus, ſed præiudicia iam timemus.*

# NE COLONVS INSCIO DOMINO SVVM ALIENET VEL PECVLIVM, VEL litem inferat ei ciuilem.

## TITVLVS XI.

" Rubrum amplius eſt nigro: Neque enim quicquam in *lege huius tituli*, hac de re agitur. Scilicet mutilos & mutilatos hos Gothorum facinore titulos habemus. Huic verò titulo reſpondet *titulus* Cod. Ivst. *Lib. XI. Tit. XLIX. In quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poßint.* Quæ pertinent repete ex *Paratitlo, de fugitiuis colonis.*

---

### 1.* Impp. Valent. & Valens AA. ad Clearcum" Vic. Aſiæ.

NON" dubium eſt, colonis" arua quæ ſubigunt" vſque adeò alienandi ius non eſſe, vt & ſi qua propria habeant, inconſultis atque ignorantibus patronis" in alteros transferre non liceat. Dat. vi. Kal. Feb. Valentiniano & Valente AA. coss.

Interpretatio. *In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxij, vt ne ſcientibus dominis nihil colonus neque de terra, neque peculio ſuo alienare præſumat.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc *lex* à Cod Iuſt. Simile tamen quid extat *in l. 2. verſ. cùm enim ſæpiſſimè C. in quib. cauſis coloni dominos accuſare*: Memorat *hanc l.* Papianus *Reſponſ tit. 15.* qui ait *hanc l.* datam *ad Nebridium Vic. Aſiæ.*

" Ad *Clearchum* hunc ipſum titulo tamen dignitatis omiſſo, eſt hoc ipſo anno, *l. 9. infr. de numerariis*: Eunapius de hoc *in vita Maximi*, ſub his Impp. *p. 105.* τ̃ Ἀσίας ἁπάσης καὶ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ Κλέαρχος ἐπιστάτει ὅτῳ καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀφ' ἑλλησπόντου διὰ λυδίας καὶ πισιδίας ἐπὶ παμφυλίαν ἀφορίζεται. Poſtea Proconſul Aſiæ factus: teſtis idem Eunapius *p. 106.* & Libanius *de vita ſua p. 52.*

" Quia id ſæpiſſimè decretum legibus, vt ait *d. l. 2.* Iuris & legum auctoritatibus decantatur: vt in hoc eodem argumento loquitur *lex 2 ſup. de pignor.*

" *Subigere arua.* Poëta 1. Georgic. Quem imitatur hæc lex: *Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni.* Et Ammianus Marcellinus *lib. 14. Aut arua ſubigendo quæritat victum*: Eodem ſenſu exercendi vox: vide Gloſſ.

" *Propria*, hîc ſunt peculia, vt vocantur *in Rubr. & l. vn ſup. tit. proximo.*

" *Patronus*, hoc *loco*, & *l. vn. C. de colon. Thrac.* qui dominus aliàs, *d. l. vn. de inquilinis*, & alibi, v. *Paratitlon de fugitiuis colonis.* Alio ſenſu *patronus* reſpectu Originalis inquilini, vel Tributarij, aut Colonarij dicitur à Sidonio *lib. 5. ep. 19.* nempè qui eâ conditione eum liberauit, ſeu ſoluit. Quæ duo tamen confudit Sauaro *ad Sidonium.*

## COMMENTARIVS.

De Pecvlio Colonorum, quo iure id apud colonos ſit, vel quodnam in eo ius habeant, vel non; eſt hæc Valentis Imp. conſtitutio. De ipſo primùm peculio. *Peculium* ſcilicet quoddam coloni fermè, qui ſerui quadamtenus erant, habuêre, de quo vid. quæ congeſſi in *Paratitlon, de fugitiuis colonis*: cuius peculij mentio occurrit, non hîc tantùm, *ſed & l. vn. ſupr. de inquilinis*: *l. 1. de bonis clericor. l. 54. infr. de hæreticis*, *l. 2. Cod. in quibus cauſis coloni*: *l. vn. de col. Thrac. l. 19. 23. §. 2. Cod. de Agricolis. Nouella* Valent. 8. & 9. Quo verò iure id habuerint, definitur *hâc l.* Nempè, & aliis ſæpè Conſtitutionibus vetiti coloni, (quod initio *huius l.* indicatur his verbis, *non dubium eſt*, & diſertè dicitur *d. l. 2. Con. in quibus cauſis Coloni*:) & hâc Valentis conſtitutione, inſcio domino peculium alienare. Nam etſi propria eorum ſint, & dicantur peculia, vt *hâc l.* ita & *d. l. 2. & l. vn. Cod. de col. Thrac.* non tamen ſui iuris," ideſt pleno iure habebant, vt dicitur *d. l. 2.* Quare inconſultis & ignorantibus dominis, quidquam ex iis alienare prohibiti. Cui haud abſimile videatur, quod de emponematis & meliorationibus emphyteuticariis decantatum eſt. Imò diſertè *d. l. 1.* additur, colonis adquirendi tantùm, non etiam transferendi peculij poteſtatem permiſſam, dominóque & adquirere & habere. Quod quidem amplius quid eſt, quàm quod *hâc l.* definitur: Multi quippe inſciis & ignorantibus aliis quid alienare vetantur: vt ita προτιμήσεως ius illis tribuatur, vel alienatæ rei retrahendæ ius, iure retractus, vt vocant; ſed non ideò his alienandi poteſtas adempta eſt: quomodo etiam aliàs quid nonnulli facere vetiti, citra ſcientiam quorundam aliorum, at non ideò agendi poteſtas omnis & abſolutè interdicitur. Certè *lex* quoque 29. *Cod. de Agricolis*, oſtendit, peculia colonorum dominis competiiſſe: Aliæque leges cùm de reſtituendis domino colonis agunt



agunt, cum peculio & agnatione reſtitui iubent. Denique ab inteſtato eorum bona, ſeu peculia dominis debebantur, *l. vn. de bonis Cleric.* Et nihilominus tamen, coloni ſi delinquerent, peculio ſuo, eiúſve parte, publicè quandoque multati, *l. 54. de hæreticis.* Sed & Anaſtaſius Imp. in *d. l. 19. Cod.* diſtinguit, adſcriptitios à colonis: illos, quorum peculia dominis competerent: hos verò, nempè qui coloni facti ſunt 30. annorum ſpatio, liberos cum rebus ſuis: ſed & Iuſtinianus *Nou. 162. c. 2.* definit, natum ex adſcriptitio & matre liberâ, colonum quidem eſſe, id eſt, à prædio recedere non poſſe. Sed quæſita ab eo, ſeu peculium eius proprium eſſe, non domini: Qui duo caſus ſingulares notantur. ¶ Supereſt notanda *initio huius l.* argumentatio negatiua à minori ad maius: cuius ſenſus hic eſt, tantum abeſſe vt coloni arua ſeu prædia quæ colunt, id eſt; ceſpitem, glebam domini, cui adſcripti ſunt, alienare vllo pacto poſſint, (vel obligare, quod cauetur & *l. 2. ſupr. de pignoribus*,) vt contrà, ne peculia quidem ſua, quæ alioquin propria his videntur, alienare inſciis dominis poſſint.

# DE LONGA CONSVETVDINE.

## TITVLVS XII.

VIII. Cod. Ivst. Tit. LIII. vbi titulus ita concipitur, *Quæ ſit longa conſuetudo.*

---

### 1.* Imp. Conſtant." A. ad Maximum."

VENIENTIVM" eſt temporum diſciplina", inſtare veteribus inſtitutis". Ideóque cùm" nihil per cauſam publicam interuenit", quæ diu" ſeruata ſunt permanebunt. Dat. iv." Kalend. Mart. Conſtantinop. Iuliano A. iv. & Salluſtio coss. [363.]

Interpretatio. *Longa conſuetudo, quæ vtilitatibus" publicis non impedit, pro lege ſeruabitur.*

## NOTÆ.

* Abeſt hæc lex à Cod. Iuſt. iungendam huic puto *l. 3. & 4. infr. ſine cenſu, vel reliquis*: *& l. 2. ſup. de dotibus.*

" Temporum ratio ſatis oſtendit, hanc legem non Conſtantio, multò minùs Conſtantino, vt nonnulli volunt, verùm Ivliano tribuendam eſſe: Imò & ipſum etiam quodammodo legis argumentum id euincit, mox vt oſtendam.

" P. V. Conſtantinop.

" *Venientium*, id eſt, ſequentium: futurorum: vt *Venientes anni* apud Poëtam. Claudianus *in Conſ. Olybrij & Probini v. 158. annúque futurum deuoueas venienti iter.* Caſſiodorus 8 *var. 14 Quæſtorem per quem venientium dignitatum culmina dicuntur exire. Venientium indictionum* in Maior. *Nouell. 4.*

" Id eſt, ſequentia & poſteriora tempora decet Diſciplina temporum, vide Briſſ. *formul.*

" Maiorum, *l. 5 inf. de ſepulchro viol.* quæ *lex* eſt eiuſdem Iuliani.

" Quamdiu publicæ vtilitatis ratio non impedit, vt Interpres quoque rectè interpretatus.

" Diu ſeruata etiam quæ ex ſcripto deſcendunt πάλαι κρατοῦντες νόμοι. Libanius, *in Iuliani necem.*

" Ita quoque *d. l. 2. ſup. de dotibus*: *& d. l. 4.* Al. *d. l. 3* xiii.

" Vtilitatibus publicis non impedire: ſtylus Gothicus.

## COMMENTARIVS.

Consvetvdini, vel potius, vt *hâc lege* dicitur, *veteribus inſtitutis, diúque ſeruatis inſtari*, inque his permaneri, iubet Iulianus Imp. hâc conſtitutione. Limitatione tamen addita: *cùm nihil per cauſam publicam interuenit*; id eſt, quamdiu publica vtilitas contrarium non ſuadet; vel depoſcit: Potior ſcilicet tùm eſt vtilitatis publicæ ratio, quamlibet veteribus inſtitutis diúque ſeruatis. Quod de conſuetudine eleganter quoque definitur *l. 2. Cod. eod. tit.* Hâc contra ceſſante, veteribus inſtitutis ſtandum eſt, & vt loquitur Iulianus *h. l. Venientium eſt temporum diſciplina inſtare veteribus inſtitutis. Venientium*, id eſt, poſterorum, ſequentium, futurorum: *Diſciplina*, id eſt, ſecta temporum: *veteribus inſtitutis*, vbi Inſtituta vetera vocat πάτρια ἐπιτηδεύματα quæcunque etiam ſcripto legibúſque comprehenſa ſunt, non conſuetudinem quæ ſemper legibus opponitur à Cicerone. Tertullianus *lib. 2. ad Nationes, cap. 1. Aduersùs hæc igitur nobis negotium eſt, aduersùs* Institvtiones *Maiorum, authoritates receptorum, leges Dominantium, argumentationes Prudentium, aduerſus vetuſtatem, conſuetudinem, neceſſitatem*, &c. *Inſtare*, id eſt, ἐμμένειν inſiſtere ἀμεταβλήτως. Cui ſimile eſt illud Arcadij *in l. 4. ſup. de teſtamentis. Mos retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis.* Similéſque ſententiæ plures occurrunt non tantùm *in libris Iuris noſtri*, ſed & *alibi.* Apud Suidam inſignis ſententia eſt, neſcio cuius Authoris, fortè Conſtantij, de quo mox: γενναίων ἐστὶν ἀνδρῶν τοῖς τῶν παλαιῶν ζηλώμασιν ἐμμένειν, quæ cum *huius l.* initio omnino pariant. Cæterùm, cum in variis rebus & Negotiis conſuetudini ſtandum eſſe leges definiant; quæri poteſt, ad quamnam ſpeciem hæc Iuliani definitio pertineat? In re primùm Tributariâ, ſeu in deſcriptionibus, oblationibus, vectigalibus, & tributis conſuetudinem ſer-

uandam, non *vnâ l. huius Codicis* definitur, veluti *l.23. ſup. de annon. & trib. l.15 de excuſationibus* : *l.10. de ſeruentur.* quæ & ipſa Iuliani Imp. eſt : *l.131. de decurionibus* : *l.vn. de impon. lu rat. deſcript. l.5. de auro coronario* : Quibus adde *l.4. Cod. de canone largit. titul. l.13. inf. de pollicitat. l.4. §.2. l.9. §. pen. ff. de publicanis* : cuius *legis* 4. hæc verba ſunt: *In omnibus vectigalibus fere conſuetudo ſpectari ſolet, idque etiam Principalibus conſtitutionibus cauetur*: Imò, quod Iulianus ipſemet dixit *d. l.10. inf. de excuſat. in. ea quæ conſuetudo amplectitur poſſeſſores implere pariter compelli.* an igitur eò referenda & hæc Iuliani *lex*, ſeu definitio? Id putet quis : arg. *l.4. inf. ſine cenſu* : quæ *huic* coniungenda videatur. Secundò hæc eadem definitio nonnunquam obtinet & inculcatur in his quæ ex iure deſcendunt, ſeu in ieris decitionibus, nempe & hic conſuetudini veteribuſque inſtitutis & conſtitutis inſiſtendum. Quo Iulianum reſpexiſſe *h.l.* quis putet, arg. *d.l.3. & 4. inf. ſine cenſu* : *& l 2. ſupr. de dotibus* ; quæ omnes *huic* coaſſandæ videntur, etſi ad diuerſos Magiſtratus & perſonas emiſſæ : vt ita Iulianus voluerit hâc definitione, retentiones dotis veteri iure probabiliter inductas, inuiolatas manere : *d. l.2. de dotibus* : item pactiones ſecundum eaſdem veteres leges initas, *d. l.2.* at non & iniquas, *d. l. 3. & 4* vt proinde ſi id ita eſt, hæc *lex* velut præfatio vel clauſula fuerit omnium illarum ſententiarum, quæ tribus illis legibus continentur. Quod ſi ita eſt, tùm ex ſuperioribus appareat, quod & verba ſuadent, non propriè *hanc leg.* eſſe de Conſuetudine propriè dicta, atque ideò Rubrum & Nigrum hìc non omninò reſpondere, verùm de conſtitutis potius expreſsè veteri iure, vt ſunt retentiones dotis, & pactiones ſecundùm leges. Tertiò, Sunt & alij iuris articuli, in quibus mori ſeu conſuetudini ſtandum definitur, veluti, quæ tertia iam ſpecies eſt in rebus Municipalibus, ciuitatum, & curiarum iuribus; quo pertinet lex 5.68. 101. *inf. de Decurionib. l.22. de ſuſceptorib. l. vn. de impon. lu rat. deſcript.* Quartò obtinet ea & in ſolemnibus, vt & officiorum ſingulorum prærogatiuis, & actibus, *En reglement d' Eſtats, vt l.4. de Teſtamentis, l.1. de lucris officiorum,* vid. & *l.5. de Princip. agent.* Quintò, In negotiis etiam quandoque Eccleſiaſticis, *l.45. inf. de Epiſcopis & l.3. de Religione.* Poſtremò in his quæ ad Politiam pertinent : veluti, quoad aquæ vſum, *l.7. infr. de Aqua ductu.* Viarum munitionem, *l.2. de itinere muniendo* : Spectaculorum editiones, *l.1. & 3. de ſpectaculis.* Et hæc interim omnia ſunt, quæ *hoc Codice* occurrunt de veteri conſuetudine ſeruandâ, quæ hic ſemel congeſta, velut in vnam lineam, ſic vt Paratitli vice eſſe poſſint, oportuit : Quò quidem hæc Iuliani definitio referri ex æquo poſſit: De quo mox adhuc aliquid. ¶ Quidquid huius ſit, illud diligenter obſeruandum, mentéque tenendum, primaris Iuliani moribus atque inſtituto hanc legem noſtram propius conuenire. Nam & idem alibi ſubinde Maiorum inſtituta vrget, *l.5. inf. de ſepulchro violat.* Ius vetus reducit, *l.4. ſup. ad SC. Claudianum, & l.2. ſup. de dotib.* auctoritatem ſeu morem priſcum ſequitur, *l.2. infr. de itinere muniendo* : Veterum Principium ſtatuta indulta confirmat, *l.4. infr. de Medicis & profeſſ. & l.51. inf. de Decurionib.* Conſtantinianiſque legibus antiquatis, antiquum ius reducit, *l.vn. ſup. de dominio rei quæ poſſ. l.3. ſup. de contrah. empt.* Itémque Conſtantij. Quo nomine, Libanius Gentilis Iulianum Apoſtatam laudibus effert, quod quas Conſtantius Veterum leges antiquaſſet, ipſe reduxiſſet: *in orat. funebri Iuliani, p.297.* τοὺς νόμους, inquit, πάλαι κρατοῦντας λελυμένους ὑπ' αὐθαδείας δυνάμεως [Conſtantij] πάλιν κυρίους ἀπέφηνε, καὶ τοὺς ἐν ἔχουσι συμφερόντως, τῶν μὲν τῶν κειμένων ἐπικαμβάντων, κἀν τῇ εἰς φιλοτιμίαν ... Ac nominatim in nonnullis Religionem ſpectantibus, *l.10. inf. de operib. publ. l.5. inf. de ſepulchr. viol.* Refert quoque Amm. Marcellinus *l.16.21. p.205. Iulianum, memoriam Conſtantini vt nouatoris turbatoriſque priſcarum legum & MORIS ANTIQVITVS recepti, vexaſſe.* Vt cæteroquin commune Gentilium ſeu Paganorum aduerſus Chriſtianorum fidem telum illud fuit. Gentilis ſcilicet Scriptoris eſt illud apud Minucium Felicem : *Quantò venerabilius ac melius antiſtitem veritatis Maiorum excipere diſciplinam, religiones traditas colere.* Gentilium Principum eſt iſtud apud Authorem, *collat. leg. Moſaic. tit. 15. Maximi criminis eſſe retractari quæ ſemel ab Antiquis tractata & definita ſuum ſtatum & curſum tenerent ac poſſiderent.* Pagani eſt & hoc Symmachi ad Valentinianum, *lib.10. ep.54. Si longa ætas authoritatem Religioni facit, ſeruanda eſt tot ſeculis fides, & ſequendi ſunt nobis parentes, qui ſecuti ſunt feliciter ſuos.* Videnda quædam & in hanc ſententiam apud Arnobium *l.b.2. aduerſus Gentes*, & Parphyrium, *in libro* περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Et tamen Conſtantij quoque Imperatoris dictum fertur apud Sozomenum, *lib.4. cap.14.* (quod etiam Nicephorus repetit *lib.9. cap.36.*) Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, τῇ πίστει τῶν προτέρων σώζειν : Sanum profectò, ſanè acceptum. Indecantatum illud iam Concilij Nicæni, circa diſciplinam ſaltem Eccleſiaſticam, & Epiſcopales Diœceſes : τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Atenim Iuliano peculiaris ſemper ratio fuit, vt retinendæ conſuetudinis & moris, etiam in vitæ tenore, quod ipſemet profitetur *in Miſopogone p.82.* ita & commendandorum veterum inſtitutorum ad peſſundandam fidem Chriſtianam, contra ad Gentilitiam ſuperſtitionem firmandam. Vt non abſurdè quoque videri poſſit hæc *lex* ad *Maximum* Philoſophum emiſſa, cui ſapientiam & ſophiſticen profeſſo, & iuuentutem docenti hoc inculcauerit, vetera Inſtituta, diúque ſeruata in docendo ſequenda ei eſſe; Sanè quo loco Maximum habuerit Iulianus, diſcere eſt ex Ammiano Marcellino *lib 22. p.226.* Libanio *in Iuliani necem, p.299.* & ipſius Iuliani *epiſtolis* 15.16.38 39. & Eunapio *in Maximo.* Quanquam & hic potius accipiendus videatur *Maximus P. V.* quem Ammianus Marcellinus, *lib.21. p.210.* Tertullo in P.V. à Iuliano ſubſtitutum ait, cuius meminit & Symmachus, *lib.10. ep.47.* Certè ex limitatione *huic legi* additâ, *cùm nihil per cauſam publicam interuenit*, colligam potiùs ad Magiſtratum aliquem quemcumque tandem, publicæ rei præpoſitum, hanc *legem* emiſſam : & ſic *Maximum*, cui *hæc lex* inſcribitur, Magiſtratu aliquo functum.

*Finis Tomi primi.*

[illegible stamp]